# PETRI
# GREGORII
# THOLOSANI, IVRIS
## VTRIVSQVE DOCT. AC
### PROFESSORIS PVBLICI.


*Commentaria, & Annotationes in Decretalium Proœmium, Tit. de Summa Trinitate & fide Catholica, & de Constitutionibus.*

HIS ACCEDVNT,

*Ad titulum de Rescriptis in duas sectiones distinctus. De Elect. iure benefic. clara ac dilucida enarratio: cap. Conquerente, de offic. & potest. iudicis ordin. lib. 1. Decret. tit. 31. Explicatio. Prælectiones ad Titul. de Sponsalibus & Matrimonio, lib. 4. Decretal. titul. 1.*

Hac vltima Editione accesserunt eiusdem authoris, de Beneficiis Ecclesiasticis tractatus, & de Vsuris, Libri tres. Omnia secundùm Decretalium titulos digesta, & in ordinem redacta.

*Vnà cum Indicibus capitum, verborum, rerúmque notabilium locupletissimis.*



*GENEVÆ,*
Sumptibus Iohannis Celerij.
Anno M.DCXXII.

# ELENCHVS CAPITVM QVAE IN PROOEMIO DECRETALIVM, AC TITVLIS, DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE *Catholica, & de Constitutionibus, explicantur.*



## *ELENCHUS CAPITUM LIBRI PRIMI DE RESCRIPTIS.*

## *ELENCHUS CAPITUM, TITULI DE RESCRIPTIS, libro secundo explicatorum.*



## *ELENCHUS CAPITUM TITULI DE Electione in re beneficiaria.*

## *ELENCHUS CAPITUM IN EXPLICATIONE* *cap.* Conquerente, *de offic. & potest. iudic. ordin. lib.* I. *Decretal. tit.* 31. *contentorum.*



## *ELENCHUS CAPITUM, TRACTATUS, VEL* *institutionum beneficiorum.*

*ELENCHVS CAPITVM, LIB. IV. DE SPONSALIBVS, & Matrimoniis.*



*INDEX CAPITVM LIBRORVM, DE VSVRIS.*

## LIBER PRIMVS.

LIB. II. DE EXPLICATIONE CAP. I. ET II. DE VSVRIS.



LIB. III. DE VSVRIS. DE POENIS VSVRARIORVM.

# SCHOLIA
# ET ANNOTATIONES
## IN PROOEMIVM DECRETALIVM, ET AD TITVLOS DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, AT DE Constitutionibus.

### DE DECRETALIVM INSCRIPTIONE.

DECRETALIVM *a* D. *b* GREGORII *c* PAPAE *d* noni, compilatio. *e*

GREGORIVS Episcopus, *f* seruus seruorum *g* Dei, dilectis filiis *h* Doctoribus, *i* & Scholaribus *k* Bononiæ *l* commorantibus, Salutem, *m* & Apostolicam *n* benedictionem.

EXPLICATIO INSCRIPTIONIS.

1 *Decretalium compilatio quid contineat. Quare Gregorii dicantur Decretales.7.*
2 *Domini summi Pontifices dicti vnde. Deus Dominus verè solus.3.& 4. Qui noluerint vocari Domini. 5. Qui voluerint vocari. eodem, qui dicuntur secundum quid Domini.6.*
7 *Gregorij noni Vita. 8 dissensio de eo inter Chronographos.*
9 *Cur sum. Pont. soleant mutare nomē, & de origine eius moris.*
10 *Papa nomen quid, quidve contineat.*
11 *Papa Apostolicus.*
12 *Compilatio quid, & compilare.*
13 *Episcopus quid.*
14 *Fratres quare & quando vocet sum. Pont. Episcopos.*
15 *Filij qui dicantur a summo Pontifice. & 19.*
16 *Quare rectores prouinciarum Imperatores.*
17 *Seruus seruorum quando & quare dictus sum. Pont.*
18 *Tituli superbi non conueniunt Ecclesiasticis.*
20 *Doctores & magistri qui, & officium Doctoris.*
21 *Schola, scholastici, diuersarum rerum.*
22 *Scholasticus dignitate quadam praditus.*
23 *Vniuersitas Doctoribus & scholasticis constat.*
24 *Mulieres vt masculi olim in disciplinis erudita.*
25 *Scholasticis quinq. necessaria, & ibi de Academia Berythēs.*
26 *Academia Bononiensis.*
27 *Scholasticus quis gaudeat priuilegiis Academiarum.*
28 *Salutandi mos & effectus, per osculum admotum etiā pedib.*
29 *Imperatorum rescripta salutem praferebant.*
30 *Benedicere & maledicere quid.*
31 *Benedict. vnde diuersi effectus, & species 32.33.34.*
35 *Apostolica benedictio quare dicta bened. sum. Pont.*
36 *Formula benedicendi & salutandi Apostolorum.*
37 *Patris aut matris benedi. aut maledictionis efficacia.*
38 *De maledictione.*
39 *Forma alia salutem & obedientiam, &c.*
40 *Inferior superiorem benedictione non salutat.*

DECRETALIVM *In nomine Domini nostri* IESV CHRISTI, *sanctissima & incomprehensibilis Trinitatis, implorato suppliciter auxilio, & suffragiis beatiss. Virginis Dei genetricis Maria, & omnium Sanctorum, Amen.*

1 a Quid Decretalis dicemus in Procemij explicatione. Decretalium epistolarū compilatio, non est tantum. Decretalium Gregorij IX. sed aliorum Pontificum quoque: atq. non tātum Decretalium epistolarum, sed etiā aliarum constitutionum Pontificalium, sacrorū Canonum, sententiarum Patrum conciliorum capita plura fuerunt hîc transcripta, vt docetur in *cap. rex pacificus, §* *fi. nē*. in huius voluminis procemio, vt mihi etiam magis placeat inscriptio antiqua huius voluminis, quę erat: *Compilatio Gregorij Papa noni*. quę latior, quàm *Decretalium*.

2 b *D. Domini*. Suspecta est etiam hæc inscriptio, nam Gregorius non se Dominum, sed seruū seruorum dixit, vt infrà paulò pòst dicemus. Nisi, quod verius, dicamus hunc honoris titulum, ab excusoribus, vel scriptorib. voluminis processisse. Dicebantur porrò antè Summi Pontifices, non Domini, sed Domni honoris causa. Sicq. scribit Onuphrius Panuinus, in interpretatione vocū Ecclesiasticarum, quæ obscuræ vel barbaræ videntur. Domnus verò, pro Dominus, per syncopen dicitur, quâ appellatione olim Pontificem Romanum, mox & alios Episcopos, venerationis causâ, honorabant. Pontificem enim Domnum Apostolicum vocabant: nam Dominus terroris, non reuerentiæ vocabulum existimabant. In epistolis Iuonis Carnotensis istæ appellationes Domni potius, quàm Domini frequentes. Scribit & Albertus Krantius, *li. 5. c. 34. 37. 38.* dum agit de pace & inuestituris concessis antea Imperatori, & cōcilio Romæ habito reuocatis, tunc summū Pontificem non sanctissimum Dominū, aut Patrem, sed Domnum fuisse appellatum.

3 Verè & absolutè vnus est Dominus, supra quē non est alius superior, isq. Deus. Hoc cōfessus Nabuchodonosor inuitus Daniel.4. & Pharao Exo.9. Ps.82. *Vt cognoscāt oēs gētes, quia nomē est tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra*, & Ps.99. *Scitote quoniā Dominus ipse est Deus*. Deut. 6. *Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est*, & Prou.c. 30. *Paupertatē aut diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui necessaria: ne fortè satiatus illiciar ad negandū te, & dicā, quis est Dominus.* Nomē verò & absconditū est אדוני *Adonai*, ac si dicas, Dominos. Exod. c. 6. q. omnium dominationum, habeat potestatem Deus. Hic Dominus est Iesus Christus, *Cui data omnis potestas à Deo Patre, Rex Regum, & Dominus dominantium.* Apocalyps. capun'a 9. Ipseque de se

testatus ita est, diui Ioannis Euangelio c.5. *Vocatis me magistrum, & Dominum, & bene dicitis sum vtique.*

4 Quare non sine diuino mysterio factum est quòd nascente Domino nostro Iesu Christo, Augustus Octauianus noluerit amplius vocari Dominus, sentiens verum Dominũ nasci in orbe, vt notat Orosius *li.6.c.20.* Et refert Sueton. in Augusto, *c.53.* Augustum hãc Domini appellationem, vt opprobrium & maledictũ, exhorruisse, & edicto prohibuisse, ne quis eum Dominũ vocaret. Tyberius quoque Dominus ab aliquo appellatus, denunciauit, ne se amplius cõtumeliæ caussa appellaret. Sueton. in Tyberio *c.28.* Et acerrimũ odiũ concitauit populi Romani Domitianus, quòd nimium elatè voluerit se Dominum & Deum vocari. Sueto. in Domitiano, *c.13.* C. Calligula, dum Dominus & Deus voluit adorari, necatus est, vt Iosephus ait *lib.19.c.1.*

5 Domini etiã absoluta appellatio nomini alij quàm Deo congruere potest, siquidẽ omnia illi subijciuntur; ipse autem, nulli rei: Imperatores verò & alij non omnibus imperant, neque omnia quæ volunt, possunt.

6 At negandũ nõ est, & hos posse dici Dominos, ratione aliquorũ, & cũ adiuncto nõ absolutè idque ratione rerũ vel personarum sibi cõmissarum. Suntque in cœlo dominationes inter Angelos & potestates, vt docuimus *lib. de Angelis, c.5.n.13.* Sũt, permittẽte Deo, & aliquãdo iubẽte & statuẽte, potestates & dominationes in terra: quia non est potestas nisi à Domino: atq; ita & obediendũ propter Deũ superioribus constitutũ ad Rom. *c.13.* Sic Imperatores Domini Imperij, l. *ἀξίωσις.9. deprecatio, ad leg. Rhod. de iact. ff. ea. quo iure. 8. dist. l.* bene à Zenone *de quadrien. præscr.* C. & generaliter Dominus ille dicitur, cui seruitur. vt scribit Nonius Marcell. *lib. de verb. signific.* ideò & extenditur appellatio ad plura, vt ibidem docet exemplis, vt dicat vinum dominum conuiuij. Sic dominica potestas in seruos, qui in potestate dominorum sunt, *l.1. de his qui sunt sui vel alien. iur. ff. in potestate, eod. tit.* apud Iustin. Dicti & aliquando patresfamilias, Domini, & serui familiares, vt opprobrium seruorum tolleretur. vt scribit Macrob. *lib.1. Saturn. c.11.*

7 c *Gregorij.* Volumen hoc, Gregorij noni dicitur: non quòd ipse composuerit quæ eo continẽtur, sed quia curauerit illud compilari per Raymundum Capellanum suum, vt infrà in proœmio traditur: & quòd cõpositum, authoritate donauerit. Sic Iustinianus constitutionum Imperialium volumen, quod per alios curauerat componi & ordinari, ei authoritate data legũ, suo nomine Codicem Iustinianeũ dixit: titulo de Iustin. C. faciendo, de Iust. C. confir. de emend. Co. Iust. l.1. & 2. *Omnia enim*, inquit Iustinianus, *nostra facimus meritò, quia ex nobis omnis eis impartitur authoritas.* l.1. §. *omnia. de veter. iur. enucl. C.*

8 Appellationis Gregorij nominis, fuerunt ante Sixtum V. qui hodiè sedet, numero tredecim. Hic autẽ est nonus, qui à Platina in ordine summorum Põtificum, à D. uo Petro cẽtesimus octogesimus quintus ponitur. Onuphrius Panuinus in catalogo summorum Pontificum facit centesimum octogesimum quintum: at in fastis centesimum octogesimum. Henricus Pantaleon in Chronographia facit 186. Gilbertus Genebrardus li. 4. Chronographiæ facit 184. Conueniunt omnes electũ fuisse Gregorium nonum in summum Pontificem, anno Domini 1227. & sedisse 14. annos, menses 3. mortuum anno Domini 1241. & fuisse successorem in Pontificatu Honorij 3. habuisséque successorem Cælestinum 4. Diuersitas porrò numerandi summos Pontifices orta est, quòd quidam connumerant Pontifices, electos per dissensionem vel in schismate, alij nequaquam, sed tãtum quos putarunt verè electos: dissentiunt itã in eo, & in aliis etiã quibusdã, Chronographiæ. Scribunt etiã aliqui, non sẽper esse fidẽ adhibendã Platinæ in omnibus, quæ de sũmis Põtificibus narrat: quòd arbitrarẽtur multa eũ scripsisse in Põtifices, ob captiuitatẽ sibi à Paulo 2. indictã. Onuphrius etiã notat Platinã in pluribus, quòd non probos authores legisset, sed sequutus fuisset quosdam vulgares, à vero aberrasse. Gregorius 9. patria Anagninus, natione Henricus, anteà dictus Hugolinus, ex comitibus Signæ, Innocẽtij 3. nepos, posteà Gregorius nonus dictus. Ex diacono Cardinale sãcti Eustachij Episcopus Ostiẽsis & Veliternus ab Innocentio 3. factus: Creatus Romæ propè Sephzonium, in diaconia sanctæ Luciæ in Septisolio à 18. Cardinalibus 13. Kalen. Aprilis, die Sabbathi: Consecratus ibidem die Dominico postridiè, die sancto Benedicto sacro: Coronatus ad sanctum Petrum, 5. Kalen. April. die Paschæ. Ordinationibus quatuor, mensibus Decembri & Septembri factis Cardinales vndecim creauit, Episcopos, 5. Presbyteros 2. Diaconos 4. Obiit Romæ (vt suprà dictum) XI. Kalen. Septembris, anno 1241. sepultus ad sanctum Petrũ. Platina & Onuphrius & alij. Sedit tẽpore Imperatoris Friderici 2. quẽ & excõmunicauit, vt aiũt Platina, & Krantius lib.8.c.2.&6. & Chronicon Vispergens. Abb. Vnde factiones Guelphorum pro Pontifice, Gibellinorũ pro Cæsare in Italia ortæ. Paulus Æmilius li.6. Histor. Krãtius li.8.c.8. Blondus li.7. deca.2. Explicat Platina in Gregorio nono. Multis agitatus ab Imperatore Gregorius nonus, cogitatio expeditionis in terram sanctã illũ valde occupauit, nihilominus ad Pontificiũ ius colligẽdũ per suũ Cappellanũ, vt dicetur in proœmio, animũ intẽdit quod in hoc volumine explicatur.

9 Nõ prætereo quæstionẽ, cur ex more soleãt mutare nomẽ sũmi Pontifices inaugurati; & alio assũpto in diplomatibus vtantur. Platina itaq. in vita Sergij 2. eum mutasse nomẽ primũ videtur referre: dũ ait, *Sũt qui Sergiũ primò quidẽ Os porci appellatum fuisse dicant, & ob turpitudinem cognomẽti, Sergii nomen sumpsisse: eámq; cõsuetudinem ad nostros manasse, vt qui Pontifices crearentur, suo omisso maiorũ nomina sibi inderent, licèt ab omnib. non sit obseruatũ.* Onuphrius autẽ ad vitã eius sic addit: *Qua hic Platina ex Martino tradit, Sergium q. primum fuisse qui nomen mutauerit, apud neminem veterum authorum inueni, imo ex Anastasio Bibliothecario, qui hoc tempore vixit, contrarium elicitur, cum scilicet, etiam ante Pontificatum Sergium vocatum esse, fortè Sergii prænomen semper habuit: Os porci verò, cognomen: & Pontifex factus, cognomen, prænomine tantùm retento, omisit.* Rursum tamẽ Onuphrius ad vitã Ioan. 13. Platinę addit, ex Guillelmo Bibliothecario, Ioannẽ 12. Platinæ 13. antè dictum Octouianũ, & omisso gentili nomine, tanquam maiestati & religioni Põtificię minus idoneo, se Ioannem appellasse, eiúsq; exemplũ sequutos ait Pontifices sequentes, qui parũ cõueniẽs & deforme nomẽ habebant: & deinceps leuem consuetudinẽ, tanquã in legẽ perpetuã trãstulisse; cõfirmasse autem maximè hanc consuetudinem Romanos Põtifices ex Germania electos, Barbarorũ nominũ deformitate cõmotos: quales Bruno, Gerebertus, Suidegerus, Popo, Geberardus, Fridericus, Gerardus, Cadolus, Anselmus, Hildebrãdus, & similes. Adeptus antẽ est sedẽ Ioãnes 12. anno 955. qui post Sergium, cui primã mutationẽ nominis tribuunt, multo tempore fuit: est enim Sergius 2. adeptus sedem anno Domini 844. Quis mutet hæc nomina Pontificum quæri posset: sed ipsos posse sibi mutare non dubitauerim, ex l.1. de mutat. nom. C. verũ & lego apud Platinã in Paschali 2. quẽ facit 167. Pontificem, alij 162. qui creatus anno Domini 1099. post eius electionem, primiscrinarios & scribas regionarios, ei nomen Paschalis indidisse, cũ anteà diceretur Raynerius. Ego annotaui, primũ nomen summi Pontificis primi diui Petri à Deo mutatum, dum accepit potestatẽ: anteà enim vocabatur Simon, & dictũ ei, *Tu vocaberis Cephas, id est, Petrus.* Diui Ioann. cap.1. vers.42.

10 d *Papa.* Dictus sũmus Pontifex, *Papa*, sępe in iure nostro, & apud D. Ignatium, epistola 4. ad Virginem Mariã, vbi Anacletus, Papa dicitur: fuit nomẽ Papę vel Pappæ cõmune Episcopis etiam omnibus, vt docuimus l.1.

Syntagma-

Synragmatis, c.2. vbi de hoc nomine fusè, estque ibi annotatum hanc vocem Græcam, pro patre maiore, vel patre patris vsurpatam, vt & postea apud Latinos: vt apud Ausonium ad Nepotem:

*——Pappo sauiaque trementes.*
*Anteferunt patribus, seri noua cura, nepotes.*

Hoc tamen nomē, post Gregorij primi sum. Pont. tempora, adeptum alijs Episcopis, solique Romano Pontifici tributum.

11 Dictus & *Apostolicus*, vt in prin. 79. *dist.* & alibi, vt docebimus addita ratione, *ad c. litern, 39. de rescr.*

12 e *Compilatio.* Compilare, est ab alijs capere, transferre & sibi adscribere: vt & apud Cicer. pro Murena, *Qui*, inquit, *ab ipsis cautis Iurisconsultis, eorum sapientiam compilauit.* Propriè aliter, compilare, est furari, & ad vnum vsque pilum exactè transferre, nihil relinquere, neque pilum quidem. Sic publica sacra compilare, dixit Paul. *in l. sacrilegij, ad leg. Iul. pecul. ff. Suppilare*, inquit Nonius Marcellus, *lib. de compendiosa doctrina, est inuolare, vel rapere. a pilorum raptu: vnde furtum passi, compilati dicuntur.* Et apud Cicer. 1. *de natura Deor. Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant.* Et apud Horatium:

*——ne me*
*Compilasse putes Crispini scrinia lippi.*

Sunt tituli in iure ciuili *de crimine expilatæ hæreditatis.* Cōpilatores hinc translatitiè, qui in vnum plura congerunt, *συλλέγω*, hinc & compilatio Iuris Pontificij dicta.

13 f *Episcopus* Episcopus est nomen operis & solicitudinis, non honoris tantum, *can. qui episcopatum, 8. q. 1. can. legimus, 93. dist gloss. in ca. quanquam 2. q. 7.* Ita episcopi nomen continet simplices diœcesanos episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & sum. Pont. *ca. cleros, 21. dist.* & ad omnes ita generalis rubrica *C. pertinet, de Episcopis, & clericis.* Episcopus quasi speculator, superintendens, inspector, vt nos fusè explicauimus, & gradus quoque Episcoporum demonstrauimus. *lib. 15. syntag. c. 2.*

14 Hinc pendet causa, cur omnes Episcopos summus Pontifex vocet fratres, *vt c. per venerabilem, §.* sunt autem, qui filij sint legitimi. Nempe ob participationem dignitatis episcopalis, *vt ca. præterea, 21. dist. ca fratres de pœnit. dist. 5.* vocati námque in partem solicitudinis, c. fundamenta, §. decet, de elect. dummodò Episcopi consecrati sint, non aliter.

15 Nam non consecratos vocaret filios, vt cæteros clericos, & laicos etiam principes, *c. quàm graui. infrà de crim. fals.* & habetur in Quinterno Romano, seu in stilo Curiæ Romanæ, & libro prouinciarū. Deus omniū pater nos filij eius creatione, & regeneratione per fidem, *c. 1. de summa Trinit.* Vicarius eius vnus in terris summus Pontifex, qui vt pater filiorum, sic omnium curam habere debet in plenitudinem potestatis, non vt alij in partem solicitudinis, vocatus. *c. ad honorem, de auth. & vsu pallij. c. cuncta per mundum, ca aliorum, 9. q. 3. cum simili.* Quot modis vocetur pater & filius, docebit Archidia. *ad ca. si. 22. q. 2.* Lucas de Penna *ad l. 1. de excusa. artif. C.* nos quoque perpulchra de re diximus, *lib. 15 syntag. c. 2. n. 10.* vide & Rebuffum ad principium tituli, de forma mandati Apostolici, ad verbum, *fratri.* Prælati quoque patres, qui nos instituunt, vel quibus debemus honorem vt parentibus: quemadmodum, & quia senes honorandi, *l. semper de iure immuni* Sacerdotes quoque dicti seniores, & presbyteri, *dicto can. cleros, §. presbyteri, 21. dist.* nos docemus & *lib. 16. Syntagm. ca. 8. n. 8.*

16 Imperatores olim ad Præfectos prætorio scribentes, eos parentes vocabant, *vt in l. 4. C. de locato l. 6 de annon. & tribut. in C. Theodos. in l. 1. de episcopa. indi. in eod. C. & alibi.* itē & præfectos vrbis ita vocabant, *vt in l. 2. de pact. in C. Theod* & magistros officiorū in Nouella Theodosij & valentinia. faciebántque Imperatores eos patres sibi quibus codicillos patritiatus cōcedebāt *l. si. de consul. lib. 12. C. §. filiusfamilias, quib. m. 1. ius pat. potest. solu. Nouell. 81.*

Vocabant porrò in rescriptis Rectores prouinciarum & comites, ad quos scribebant, fratres, vt scribit Cassiod. in formula Rectoris prouer. *li. 6.* & in Nouella Theodos. & Valentinia. de patrimonialibus rei dominicæ, & alibi, vt notat Ber. Brisonius *lib 3. de formulis*, nam regimen prouinciarum ad regiam potestatem pertinet, & est pars solicitudinis imperij.

17 g *Seruus seruorum.* Scriptum in Chronica Martiniana, primum Gregorium nonum, hoc titulo vsum: alij Gregorio primo, qui & in numerum Sanctorum relatus, tribuunt. Dicunt summi Pontifices se seruos seruorum Dei, seruorum, inquam, diuorum, scilicet Petri & Pauli: sicque videtur sentire glossa *ad ca. quoties, 9.* ad verba. *Et per te, 1. q. 7.* & ibi versus:

*Seruierant tibi Roma prius Domini Dominorum,*
*Seruorum serui nunc tibi sunt Domini.*

D. Paulus in titulis se dicit seruum Iesu Christi, ad Rom. *c. 1. versic. 1.* Item & D. Iacob *1. 1. vers 1.*

18 Hæc intitulatio longè distat à titulis superbis & inflatis principum Cæsarum, qui se magnificis exornant nominibus, vt in C. Pādectis, Institut. *Iustinianus Imperator, Cæsar. Flauius. Allemanicus, Gotthicus, Francicus, &c.* Personæ quippè Dei ministerio proximius mancipatæ humilioribus consentire debent, & imitari quod discipulos docuit Dominus noster Iesus Christus, *Qui maior est vestrum, fiat sicut minister vester.* DD. Matthæi 20. Lucæ 22. Marci 10. *ca.* nullus primas, *9 q. 3.* Et ipse dominus noster Iesus Christus, dictus est formam serui accepisse, ad Philip. c. 2. Iustinianus etiam seruum se dixit vltimum Dei, *in l. 1. de offi. Præfecti prætor. Africa, lib. 1. C tit. 27.* Dixit & Antigonus Rex filio suo, quem immodestiorem & elatum prætet modum videbat, *An non nosti, fili, regnum nostrum nobilem esse seruitutem?* vt refert Ælia. *libe. 2. varia histor. ca. 20.* Inuigilant quippè principes & pastores, pro subditorum quiete & commodis, §. 1. vt diuinæ missiones subscriptionem habeant sacratissimi quæstoris, in Nouel. Princeps Dei nobis minister in bonum. ad Rom. 13. c. omnes insuper angeli, *Omnes sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*, ad Hebr. *c. 1. vers. fi.*

19 h *Filius.* Vide suprà ad verbum, Episcopus, & in tractatu de rescript. *in fin. cap.* dum agimus, de falsitate rescriptorum.

20 i *Doctoribus.* Doctor à ducendo, quòd possit docere quæ anteà benè didicerit, *c. cùm in magistrū, 49. de elect. c. miserum, 61. dist.* Qui tacenda reticeat, dicenda dicat, nō contrà, *c. si rector, 43. dist.* ad vtilitatem auditorū respiciat, capacitati eorum se accommodet, nec ostentationis causa tempus terat, quia hoc non est alios docere, sed seipsum prædicare, *ca. oportet, 8 q. 1.* Magistri nomen, huic proximum doctoris, quia semper hoc vocabulum de peritia venit, & in nomine cognoscitur, quid sit de moribus æstimandum, *Qui insolentium scholarum mores procellosos, moderatione sua terminis prosperè differenat*, vt ait Cassiod in formula magisteriæ dignitatis, *lib 6 c. 6.* Magistri à monendo vel monstrando, Paul. *l quibus, 57. de ver sig. ff.*

21 k *Scholaribus.* Vt nomen scholæ accommodari ex sua significatio ic pluribus potest actionibus, ita scholariū & scholasticorū, à verbo Græco σχολάζω vaco, do operam alicui rei. Inde in C. Iustinianeo, schola Palatinarū, *in l. fi. de del. tor. li 10. C. ti. 11. sacrarū largitionū, l. pen. de Pala. sacr. largitionum. li 12 C. ti. 24.* scholares deuotissimi militares, *l. 2 de decan. lib 12. C. ti. 27.* scholæ militares, vbi & tyrones milites exercētur, *l. 1 de tyronib. 12 C ti. 44.* Vocat scholā Martiā Theod. Rex scribēs Abūdantio preposito, apud Cassiod. *lib. 5 varia. epi. 21.* scholares qui militant in principis sacro Palatio, & quibi aliquod gerunt officium, & ibi comites, præfective scholarū, *l. 1. 2. 3. de priuileg. scholar. li. 12. C. ti. 30.* Scholæ agentium in reb. *l. 1. de agentib. in reb li. 12. C. ti. 20.* Putant aliqui scholam dici, vt Ausonius, ἀπὸ τοῦ σχολῆς, à vacatione, & laxamēto,

quod pueris interdum conceditur.

*—— Græco ſchola nomine dicta eſt.*

*Iuſta laboriferis tribuantur vt otia Muſis.*

Σχολὴ ibi otiũ,& ceſſatio à negotiis,ita & ſchola, locus vbi aliquid diligenter diſcitur vel docetur, vacatione facta ab aliis negotiis,vnde illud Ciceronis dictũ, *Nunquàm minus ſolus, quàm cum ſolus; nec minus otioſus, quàm cum otioſus,* otium illud literarũ negotioſũ intelligendo. Vide Laurentiũ Vallenſ. *lib.4. Elegantiarum.c.61.* ita ſcholaſtici vel ſcholares dicti,qui in literis dãt operá, & literarum cauſa peregrinantur.hic & in cõſtitutio. Frederici habita,ne filius pro patre, *lib.4. C.ti.10.* quòd in diſcendis artibus otium ſit adhibendum, *l.1.de excuſa. artif.lib.10.C ti.64.*

22 Fuit & ſcholaſtici quædam dignitas, quam quis apud ſummum Pontificem,Imperatorem, aut Epiſcopũ gerebat,vnde Gelaſius ſcholaſticus dictus,quem canonis Miſsæ authorem facit Gregorius *li.7.epiſtolar.epiſt.63.* antequàm ſummus Põtifex eligeretur,à dignitate quá gerebat:quodque eſset ex corpore eorũ,qui ex eius comitatu eſsent,qua ratione & Euagrius ſe ſcholaſticum dicit;erat enim in conſortio Antiocheni Patriarchę,& in epiſtolis D.Gregorij, ſępe Paulus ſcholaſticus dicitur.Eſt & alicubi in Eccleſiis Cathedralibus præbenda ſcholaſtica,cuius præpoſitus dicitur ſcholaſticus,& corrupto nomine aſcolaſtes,de quo nos *li.15.Syntag.c.19*

23 Ex doctoribus, ſeu profeſsoribus, & magiſtris,& ſcholaſticis, conſtat ſchola ſeu Vniuerſitas aut Academia, *c.ex literis:de conſtitut.*

24 Scholaſticorum appellatione & continentur mulieres,ſi quæ ſint quę ſtudeant in ſcholis:vt & ſolebant veteres puellas erudire, ſicut meminit Liuius *lib.3.de Virginia,*& de aliis Plinius *lib.1.epiſto.ep 17.*Athenęus *li.13.* Lucianus *libro περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.* Plutarchus *περὶ παιδῶν ἀγωγῆς.* Et Galieni imperatoris temporibus,puellæ & viduæ Plotini Philoſophi ſcholam frequentabát. Huius inſtituti meminit Iul.Iuriſconſult. *in l.4.vbi pupill. educa.debeat,ff.* Gordia. *l.ſi paterno,5.Co.de neg.geſt.* Caſſiod. *lib.4.Var.epiſto.*

25 l *Bononiæ commorantibus.* Ex his verbis quinque colliguntur neceſsaria bonis ſcholaſticis,primum,quòd eligat locum congruum ſtudiis, vt docet illud nomen *Bononia.*2.eligat doctorem idoneum ibi *doctoribus.*3. vt ſtudiis incumbat,& ab aliis voluptatibus &actionibus ſit expeditus:quod docet nomen, *ſcholaſtici.*4.quòd cũ ſcholaſticis aliis ſtudioſis conuerſetur, quod docet dictio *Vniuerſis.*5.vt continuat ſeu proſequatur ibidem ſtudiũ: quod docet verbum *commorantibus.*Notat &ita Ioannes Monach. *in proœmio Decre.*

26 Tempore Iuſtiniani florebat Academia Berytbẽſis,de qua meminit §.illud,in proœmio Pandectarũ.Tẽpore Gregorij 9.Bononienſis,quã Baldus ad Auth. habita ne filius pro patre, ait mille annos ante ætaté suã floruiſse. Priuilegia verò accepit à Theodoſio iuniore, qui imperium adeptus circa annũ Domini 423. *gloſſ.in Clem. de magiſtris.*ad verbum *Bononia.* Tribuerunt Itali potiſſimum doctores,Bononiæ ſcholæ,ſtudiorum legalium monarchiam,vt Azo *ad ti.de ſtudiis liberal. Vrbis Romæ,* Petrus Anchiaranus *in proœmio Sexti. & gloſſa in l.ſi.C.de teſtam.* legum nutricem vocat.Bononia princeps Hetruſcæ coloniæ, olim Felſina dicta,in octaua Italiæ regione,vt ſcribit Plinius *lib.3.cap.15.* vulgò *Bologne.* Cato de originib.ait quondam Thuſcorum fuiſse,Bon.à quo Bononiam. Academia Bononienſis ſæpe collapſa ſeditionibus ciuium & Principum, reſtituta & inſtaurata à Carolo Magno,& à Lothario Paduam tranſlata,cum Fridericus vaſtaret loca, quæ tuerentur partes ſummi Pontificis eiuſdem Gregorij 9. vt ait Krantius *lib.8.ca.10.* Multis priuilegiis donata à prædictis CC. Carolo Magno,Lothario, Eugenio 4.Nicolao 5.Leone 10.& aliis ſummis Pontific.Et Clemens 5. *in concilio Vienneñ.* & Clem.5. *de magiſtris,*adiunxit ſtudia Hebraica, Arabica,Chaldaica.Huic ergo Academiæ tãquam prę ſtãtiſſimę,& ſub ditione Romana exiſtenti,dixerit Gregorius 9.ſuã huius voluminis compilationem.Item &aliã Bonifacius 8.Sexti compilationem, & Ioannes 22.Clementinarum, videbis multa alia, de huius Academiæ inſtitutione & laudibus, apud Iacobũ Middendorpiũ, lib.1.Academiarum orbis Chriſtiani,in Bononienſi.

27 Notabimus inſuper ex his verbis, *Bononiæ cõmorantibus,* ſcholares non gaudere priuilegiis ſcholariũ, niſi in Academia priuilegiata cõmorentur.probat &c. *tua fraternitatis,12.de cler.non reſiden.lib.3.ti.4.* Barthol. *ad §.hæc autem tria,in proœm.ff* vbi & textus idipſum ait,cui iũge ibidem ratioñé,& text. *in l.vnic.de ſtud.liberali. Vrbis Romæ li.11.C.ti.18.* & aliã ratioñé,ex *l.magiſtros, 7.de profeſſor.& medi.lib.10.C.ti.53.cùm in magiſtrum,49.de elect. lib.1. Decretal. ti.6.* Neque ad priuilegia conſequenda ſufficit, in ciuitate Academiæ commorari, niſi & ibi quis ſtudeat,& in ſcholis & lectionibus aſſiduus ſit,& re & nomine ſit ſcholaſticus:eáque ſola diſcendi & proficiendi ratione eò appulerit. Nam vt de monachis priuilegiatis dicitur in *l.generaliter,52.de epiſco.& cleric. C.* eos tantum clericos & monachos,ita & ſcholaſticos,huiuſmodi habere beneficium ſancimus,qui apud ſacroſanctas Eccleſias vel monaſteria,& ſcholas permanent, nõ diuagãtes,neque circa diuina miniſteria deſides:ſic de ſcholaſticis,circa ſtudia negligentibus,cum propter hoc ipſũ beneficium indulgeamus,vt omnibus derelictis,his miniſteriis inhæreant.Quare non gaudent priuilegiis,qui ad loca. Academiarum peruenerunt diſcendę patriæ linguæ cauſa;vel, vt prętextu priuilegij aliquos in ius vocent, *gloſſ.in §.& quoties,*ad verbũ *libertus*, & in *§.item quod ad dict.v.*,ad verbum *reſidebunt,*de collatio. *in Pragm. Sanctio.* nec qui ſcholas quidem intrant, verum non ſtudent, vt ait Ioannes de Lignario in proœmio Clementina.nec qui inhoneſtè viuunt, *l.ver ad tempus 3.de curioſis & ſtationa.li.12.C.ti.23.* Priuilegia ſcholaſticorum 180.explicat Rebuffus proprio eius nominis libello. Horanus Lucius,vſque ad 100. *lib.de priuil.ſcholaſt.* Aliqua & Oldendorpius tractat. *de iure ſingulari,cap.10.* & conſtitutio Frederici habita, *ne filius pro patre,C.*

28 m *Salutem.* Salutem precatur,incolumitaté & ſanitaté mẽtis & corporis ſcholaſticis & doctoribus, ſummus Põtifex.Mos hic fuit naturalis Ethnicorũ,& Chriſtianorũ maximè,benè precari amicis,&quos ſũmoperè diligebant,& ita ſalutabãt pręſẽtes,& abſentes,quibus mittebãt ſalutis concupitę nunciũ & teſtimoniũ naturale hoc homini,benè velle homini,vt intereſt hominis hominẽ beneficio affici, *l.ſeruus ea lege, de ſeruis export.ff.lib.18.ti.7.* Cato *in ſi.c.4. de re ruſt.* innuit,veteres in omniũ operũ exordiis,ea præfatione vſos fuiſse, *bona ſalute.* Et in principio concionãdi vel dicendi Romani etiã pręcabãtur, *quod felix & fauſtum,&c.* Gradus ſalutationis ex actibus exteriorib. alij aliis obſequẽtiores.Matutina Romanis ſalutatio per *Aue,*veſpertina per *Salue*, vt ait Diõ in Adriani vita,formulas ſalutandi diuerſas pręſẽtiũ;colligere licet ex Iulio Capitolino,in Maximino, *Maximinus,*inquit, *iunior,in ſalutationib.ſuperbiſſimus erat,& manũ porrigebat,& genua ſibi deoſculari patiebatur: nonnunquam etiam pedes:quod nunquã paſſus eſt ſenior Maximinus,qui dicebat,Dij prohibeant,vt quiſquã ingenuorũ pedibus meis oſculũ figat.* Accedit Dio Caſſius *li.56.* Cũ ſe,inquit,quieti dare voluit Octauianus,Druſo Senatui cõmẽdato, á Senatu petiit,ne ipſum poſthac ſalutarẽt domi,neq; id in malã partẽ acciperẽt,ſi id nõ permitteret,& ſi cũ eis poſthac nõ conuiuaretur. Nã frequẽter eum ſalutare,præſertim quoties Senatus ageretur, in foro,in curia intrantẽ,abeuntémq; ac etiã in ipſo Senatu iam ſedentem, cubantémq;moris erat,non modò ſenatoribus, ſed etiã equitib.& quibuſdã plebeis. Oſculũ ſalutando dare Pręfecto prouinciæ inter magnos honores, *l.1.de Demoſth.& proæ*

*& protector ib. lib. 12. C. tit. 17.* Statuit Tarquinius Superbus vltimus Rex Romanorum primus, vt is à quo salutatus foret, ab alio salutaretur, vt scribit Theophilus Episcopus 6. Antiochensis *li. 13.* ad Antolicum. Morem antiquum Platina in Leone 4. refert, creato Pontifice, eum in sede positum ab omnibus salutari, & exosculari pedes eius ab illis qui propè adsunt, idem in Benedicto 3. In sacra pagina salutandi priuatis datum exemplar D. Lucæ cap. dum nuncius cœlestis salutauit beatissimam virginem Mariam, dicẽs: *Aue.* Iubet Paulus Christianos se mutuò salutare in osculo sancto ad Philippens. 4. Salutant se vt plerumque Christiani in Domino, id est, precantur salutem in Deo: quia *Saluator omnium Deus.* 1. ad Thess. cap. 5. *Et salus à Deo.* Psal. 3. & 64. Hieremiæ 17. & *Vt saluos faceret peccatores Christus, venit in hunc mundum.* 1. ad Tim. 1. Prohibitum autem est hæreticis communicare, & per consequens eos salutare, aut eis aue dicere, *ca. excommunicatos 11. q. 3. ca. omnis qui 24. q. 1. arg. ca. cum Adrianus, 63. dist. D. Ioan. 2. epist. c. 1.*

29 Solebant Imperatores in rescriptis & diplomatib. salutare etiam eos ad quos scribebant, per *Aue charissime, &c. V. l. 2. de offi. rector. prouin. in C. Theod. & l. 5. de priuileg. eor. qui in sacr. Palat. eo. C. Theod.* vel aliter ita, *Imperator Constantinus A. Palatinis & benemeritis suis salutem. l. 1. de priuil. eo. qui in sacr. Pal. in C. Theod.* & rursum in *l. 1. de mater. bonis. Imperator Constantinus Consulibus, Pratoribus, Tribunis plebis, Senatui salutem dicit.* Idem in *l. 2. ne quid publicæ lætitia nun. &c. l. 32. de appellationib. l. 15.* quorum appella. nõ recipiant. *in Co. Theodosiano,* in quo & alia exempla & *l. 3.* ne liceat potentio. *in c. Iustinianeo.* Sic & sum. Pontifex in rescripto cõprobationis cõpilationis, salutem scholasticis & doctoribus precatur, quæ tamen tãtæ nõ censetur esse efficaciæ, vt videatur absoluisse excommunicatos, *c. si aliquando, de senten. excom. infrà lib. 5. Clem. si eod. ti.* Ad fastum & superbiam nimiam relatum est, quòd fertur Alexandrum magnũ, profligato Dario, nullo nisi Antipatro & Phocioni literis dedisse salutem: & Demetriũ præter se, & Antigonũ patrẽ, regẽ nec nominasse quẽquam, nec salutasse: Neronẽ quoq; Cæsarẽ nedũ salutẽ, sed ne resalutatione quidẽ aliquem impartiuisse. Et reges Numidarum, pro maiestate habuisse nulli mortalium impartiri osculum vel salutem, vt refert Alex. ab Alexandro *lib. 2. Genialium dierum. c. 19.*

30 *In Apostolicam benedictionem.* Benedicere fertur is, qui bona exoptat, & vt bona eueniant precatur. sic contra maledicere, cui imprecatur. Ouid. 2. *Fasto.*

*Et bene nos, bene te, patria pater optime Cæsar.*
*Dicite suffuso per sacra verba mero.*

Et Plautus in milite glorioso. *act. 4. scen. 8.*

*Conserui conseruaque omnes, bene valete & viuite,*
*Bene quæso dicatis inter vos, & mihi absenti tamen.*

Et in Cassina *act. 2. scena 5.*

*Benedicite Diis, sum fretus, Deos sperauimus.*

Et in Sticho *actu scen. 4.*

Stichus. *Tibi propino decuma fonte, tibi tute inde si sapis.*
Saga. *Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium.*

31 Benedictio distinguitur, & ex verborum prolatione, & fine, & effectu, quãdo quod dicitur, & quod bonũ desideratur accidit. *Prophetia,* inquit D. Ambrosius *tomo 4. de benedict. omil. in Patriarcharum, cap. 1. annunciatio est futurorum, Benedictio verò sanctificationis, & gratiarum votiua collatio.* Verba expressa quem finem postulent exprimunt. Sic Eliseus, dũ benedictione sanauit aquas ab omni vitio, adiiciẽdo & mittẽdo salẽ in vas nouũ, & in fontẽ, dixit: *Hæc dixit Dominus, sanabis aquas has, & non erit eis vltra mors. 4. Reg. c. 2.* Cum creauit Deus hominem masculũ, & fœminam, aliis verbis benedixit pro effectu alio. *Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eã, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantib. quæ mouentur super terrã,* Geneseos *c. 1. vers. 28. & c. 9. vers. 1.* Alia benedictio Isaaci, qua benedixit filiũ Iacob, alia, qua benedixit filiũ Esau. Illi enim dixit: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus:* huic autem, *In pinguedine terra & rore cœli desuper erit benedictio tua, &c.* Genes. c. 27. *vers. 28. & 39.* Alia forma benedictionis, eàque maior, qua Deus benedixit Isaacum, Genes. 28. *vers. 14. Benedicetur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ, &c.* Diuersæ benedictiones Iacobi filiorũ, Gen. 48. diuersæ Balaã, Nũ. 24. quib. propè infinitæ possunt addi.

32 Benedictionis tamen generalis forma erat populi; *Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Nu. 6. *vers. 23. & seq.* Genes. 48. Et benedicti absolutè, quibus Deus benedixit, & quos suos fecit, diui Mat. *c. 25. vers. 34.*

33 Sacerdotum hoc munus, solẽniter benedicere; Dei autem est, tribuere effectum benedictioni, vt ait Albinus in quæstionibus in Genesim, ca. dictum est à Domino *1. q. 1.* Notat Rabi Mosche Ægyptius filius Maimonis, in *c. 1. & 61. c. primæ partis libri,* more licitum tantum fuisse Sacerdotibus pronunciare nomen Dei quadriliterum יהוה *Iehoua,* qui benedicere debebant per scem hamephorab, id est, per nomen expositum, illàque benedictio etiam fiebat per Sacerdotes cum tribus digitis ambarum palmarum erectis, duobúsq; depressis, ad designandam personarum diuinæ essentiæ Trinitatem, vide Galatinum *li. 2.* contra Iudæos, *c. 10.*

34 In Decretalium inscriptione Gregorij summi Pontificis, benedictio est, quam Apostolicam ideò dixit, à maiori potestate pendentem. Nam, vt ait D. Chrysosto. homilia in Psa. 134. tomo. 1. magna differentia benedictionis: aliter enim Sacerdos, aliter leuita, aliter laicus, aliter frequens populus benedicit. Prohibet concilium Agathense *c. 43. & 44. & ministrare, 26. q. 6.* ne Sacerdos simplex benedictionem super plebem in Ecclesia fundat, scilicet solemnem, vt notat ibi glossa, quæ per verba inquit, *Sit nomen Domini benedictum, &c.* nam aliam in fine Missæ & absente Episcopo potest Sacerdos facere, *ca. cùm ad celebrand. 65. de consecratio. di. 1. & ca. ecce, 91. dis.* Episcopus autem solemnem & debet & potest facere, dictis iuribus, & *ca. conuenit, de consecr. dis. 5.* vel potest suo mandato iubere Sacerdoti solemnem proferre, *can. denique, 21. dist.* Illud autem pro regula generali ponitur, quòd minor maiorem non benedicit, sed cõtrà *dist. can. denique, 21. dist.*

35 Apostolica benedictio, scilicet ab Apostolis missa, in formis his continentur Actor. *c. 15. vers. 23. Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutẽ.* Explicatur quæ sit illa salus missa 1. ad Cor. *1. vers. 3. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, Domino Iesu Christo.* Idem 2. ad Corinth. *cap. 1. vers. 2.* & ad Galat. *c. 1. vers. 3,* ad Ephesios *c. 1. vers. 2.* ad Philippenses *c. 1. vers. 2.* ad Coloss. *c. 1. vers. 2.* 1. ad Thessalonicenses *cap. 1. vers. 1.* 2. ad Thess. *cap. 1. vers. 2. & 1. ad* Timoth *cap. 1. vers. 2.* 2. ad Timot. *cap. 1. vers. 2.* ad Titum *cap. 1. vers. 4.* ad Philemonem *cap. 1. vers. 3.* D. Iacobi Apostoli formula *cap. 1. vers. 1. Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.* D. Petri Apostoli formula salutandi, *Gratia vobis & pax multiplicetur.* 1. Petr. *cap. 1. vers. 1.* &, *Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & Christi Iesu Domini nostri.* 2. Petr. *cap. 1. vers. 2.* diui verò Ioannis formula, *Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo patre, & à Christo Iesu filio Patris, in veritate & charitate,* 2. diui Ioan. epist. *ca. 1. vers. 3.* & in fine Epistolæ 3. *Pax tibi: salutant te amici, saluta amicos nominatim.* D. Iudæ Apostoli formula, *Misericordia vobis & pax, & charitas adimpleatur.* D. Iud. Epist. *c. 1. vers. 2.*

36 Salutatio illa, *Pax vobis.* à Domini nostri Iesu Christi formula, & exemplari est, D. Lucæ, *cap. 24. vers. 36.* Pax missa gẽtib. & Iudæis ad Eph. 2. & ad pacẽ vocati sumus ad Colos. 3. facta autẽ à Deo per Christum, ad Colos. 1.

& pacis author Deus, 1. ad Thess. 5. Erat & hæc Hebræorum salutatio, *Pax vobis*, Gen. 43.

37 Illeax benedictio patris, Dominus enim patrem liberis honorabilem reddit, & sententiæ matris attribuit authoritatem in filios, Eccles. c. 3. *vers.* 2. *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.* vt ibidem dicitur, *vers.* 9.

38 Opponitur benedictioni maledictio, Maledicere est, mala imprecari; vt benedicere, bona precari. Sic apud Plautum in Penulo, *act.* 3. *scen.* 3.

*Si benedicetis, vestra ripa vos sequar,*
*Si maledicetis, vestro gradiar limite.*

Et quemadmodum malorum diuersitas, & alia aliis peiora; sic maledictiones aliæ aliis grauiores & peiores, & quædam aliis efficaciores, vel ratione causæ maledicendi, vel ratione potestatis eius qui maledicit. Non loquor porrò de maledicto quod iniuriam & contumeliam habet; sed de maledictione, quæ pœnæ instar est, punitionis maledicti, vt in Genes. mundi *cap.* 3. propter hominem Deus dixit, *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Et serpenti, *Quia fecisti hoc, maledictus inter omnia animantia & bestias terræ.* Maledictiones non obedientibus præceptis Dei, vt benedictiones obedientibus, positæ. Deuter. *c.* 11. *& c.* 28. *Maledictus qui legem non implet.* ad Gal. 3. & de his dictum diui Mat. *c.* 25. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.*

39 Formula alia salutandi superiores proponitur, & ne curiosè exigatur prohibetur, ab inferioribus per superiores, *in Clem. vni. de excessib. prælat. libro quinto Clementinarum, titulo sexto. Salutem & obedientiam debitam & deuotam.* vel his similia addendo. nam si scribentes superioribus sint exempti, non tenentur obedientiam profiteri, *can. cum olim infrà de priuilegiatis.* Si verò non sunt exempti, satis est si ab initio obedientiam promiserint, *can. ne Dei, de simonia.*

40 Non potest etiam inferior scribens superiori salutem & benedictionem dare, quia minor maiorem non benedicit, *can. cum inferior, de maior. & obed.*

## Ad c. Rex pacificus.



SVMMA.

*In hoc c. traduntur fines legis, vt pax seruetur: & eandem fuisse rationem collectionis & approbationis huius voluminis.*

REx *a* pacificus *b* pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, *c* pacificos, & modestos. Sed effrenata cupiditas *d* sui prodiga, *e* pacis æmula, mater litium, *f* materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia generat, vt nisi iustitia *g* conatus eius sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorū abusus *h* extingueret: & dato libello repudij *i* cōcordia extra mundi terminos exularet. ¶ Ideóq. lex proditur, *k* vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honestè viuat, alterum non lædat, ius suum, vnicuique tribuat, informatur. ¶ Sanè diuersas constitutiones, *l* & Decretales epistolas *m* prædecessorum nostrorum in diuersa dispersas volumina, *n* quarū aliquæ propter nimiā similitudinem, & quædam propter contrarietatē, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem *o* inducere videbantur: aliquæ verò vagabātur extra volumina supradicta, quæ tanquam incertè frequenter in iudiciis vacillabantur, *p* ¶ Ad communem, & maximè studentium vtilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum, *q* Cappellanum *r* & Pœnitentiarium nostrum, illas in vnum volumēu *s* resecatis superfluis) prouidimus redigēdas: adiiciendas constitutiones nostras, & Decretales epistolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur. ¶ Volentes igitur *t* vt hac tantùm compilatione vniuersi vtātur in iudiciis, & in scholis, districtiùs prohibemus, ne quis præsumat aliam facere absque authoritate sedis Apostolicæ speciali.

1 a REx. De Domino nostro Iesu Christo loquitur, qui *Rex Regum & dominus dominantium*, Apocal. 19. c. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo, regnum Dei euangelizatur. De hoc regno & Rege prædictum Gen. 49. *vers.* 10. Num. 24. *vers.* 17. 1. *Reg.* 2. *vers.* 10. Psal. 144. *vers.* 1. Esaiæ 9. *vers.* 6. vbi & princeps pacis dicitur. Hie. c. 23. *vers.* 5. Daniel. 2. *vers.* 44. *& c.* 7. *vers.* 14. Dictus *Rex sæculorum immortalis, inuisibilis, &c.* 1. ad Timoth 1. *vers.* 17. ad Hebræ. 1. *vers.* 8. Plures reges in orbe sunt, verū eum de rege absolutè hîc dicatur, de nobiliori significatu intelligendum κατ' ἐξοχὴν; vt dum dicimus Ius ciuile, Romanum: dum Poetam, apud Græcos Homerum, & apud Latinos Virgilium intelligimus. §. *sed tus quidem ciuile, de iure natur.*

2 Rex à regendo dictus, seu à benè gubernando, *cap. cleros.* 21. *dist.* & Horat. *lib.* 1. *epist. ad Mæcen.*

*——At pueri ludentes, Rex eris, aiunt.*
*Si rectè facies: Hic murus aheneus esto.*
*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*
*Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum*
*Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert,*
*Et maribus Curiis & decantata Camillis?*

Et Ausonius in Monosyllab.

*Qui rectè*

*Qui rectè faciet,non qui dominatur,erit Rex.*
Talis solus Deus. Eius mutatione & potestatis datione,cæteri tales. Quò pertinet quod scribit Cicero 2.*Off.* *Mihi quidem non apud Medos solùm,vt ait Herodotus, sed etiã apud maiores nostros, iustitiæ fruendæ causa,videntur olim bene morati Reges constituti.* Qui à veritate rectæ vitę recedit, nomen veri Regis perdit.*ca.scelus.2.q.1.*Et regia potestas instituta, vt mali à malo coerceantur: boni quietè inter malos viuant. *can.non frustra.ca.qui peccat.* 23.*q* 5. iudicium & iustitiam faciat,oppressos subleuet, *c.regum, can.rex,ca,*2 3.*q.*5.1.Reg.*c.*8.De regibus nos *lib.6. Syntag.c.7.n.6.& alibi.*

3 b *Pacificus* Et qui pacis author, & qui pacem inter nos & Deũ fecit, & qui pacem amare docet homines Deus pacis.1.ad Thess.5.ad Coloss.*c.*1.ad Ephes.*c.*2.*vers.*14.Pacifici filij Dei,D.Matth.5.Pacificus Salomon.1.Paral.*c.*22.Ideò tales exigit subditos pacificos, & leges ea ratione posuit,vt ait c.nostrum,vt modesti & pacifici& pudici essent. Donum Dei singulare bene viuentibus est,pax,vt malè,viuentibus,bellũ.Leuit.*c.*26.*ver.*6.Num.6.*vers.*26.Deus non est dissẽsionis,sed pacis.1.ad Cor.*c* 4.*vers.*33. Et fructus iustitiæ in pace seminatur,facientib. eam,Apoc.*c.*4.*vers.*6. Christus veniens docuit,dedit,& reliquit pacẽ.can.nisi bella.23.*q.*1.Dum natus est,angeli cecinerunt, D.Lucæ *c.* 2. *Gloria in altissimis,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*Bella suscipimus,vt in pace postea viuamus.*ca.noli.* 23. q.1.In bellis,arma:in pace,leges vim habẽt:vtrũque munus regis & principis,*§.1.in proœmio Institution.iuris ciuilis.*Gregorius 9.ideò in nostro proœmio,regẽ pacificum innuit Deum,pacificos velle subiectos,& vt in pace viuerent leges statuisse,quæ & malos pacem turbantes coercerent, & pacificos in pacis bono,præceptis & regulis iustis cõseruarent.Pacificus rex quilibet tales habere desiderat subditos & tales,vt sint curat Nam vt ait Claudianus de 4.hono. Cõsulat.

*——Componitur orbis*
*Regis ad exemplum:nec sic inflectere sensus*
*Humanos edicta valent,quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur semper cum principe vulgus.*

4 c *Pudicos.*Pudicitia pro religiosa mũditia ac puritate ponitur,vt apud Virg.2.*Georg.*

*——Casta pudicitiam seruat do[illegible]mus.*

Hæc cum fiducia animas Deo præsentat,*§.sancimus, de lenoni.in Nouell.D.August. lib.1. de ciuit. Dei.ca.* 18. *& in ca.3.ita.ne* 32.*qu.*5. Pudicitia,inquit,virtus est animi, quæ comitem habet fortitudinem,qua potius quælibet mala tolerare,quàm malo consentire decernat.Pudicitia, est vna ex columnis,quibus stabilitur regnum.Nam,vt ait Seneca in Thyeste:

*——Vbi non est pudor,*
*Nec cura iuris,sanctitas,pietas,fides,*
*Instabile regnum est.*

Pudicitia ea veretur committere,quæ pudor est & dedecus admisisse.Et,vt ait Sen.in Hippolyto:

*Obstare primum est velle,nec labi via,*
*Pudor est secundus.*

Meminitque Ouid.1.*Fastorum*,quòd olim sufficiebat pro lege pudor:

*Proque metu populum*(inquit)*sine vi pudor ipse regebat:*
*Nullus erat iustis reddere iura labor.*

Ideoque Propertius *lib.2.ad Cynthiam:*

*Nam nihil mutæ tristis custodia prodest*
*Quam peccare pudet,Cynthia tuta sat est.*

5 d *Cupiditas.*Vide quæ dixi in *c.4.de constit.*

6 e *Sui prodiga.*Prodigus sui,is dicitur,qui sibi non parcit,qui seipsum perdit:vt apud Horatium 1.*Oda.*12.

*——Animaque magna*
*Prodigum Paulum superante Pœno*
*Gratus insigni referam Camœna.*

Et Ouid.3.*Amor.*Elegia 8

*Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.*

Eadem phrasi Gregorius 9.*in c.si. de accusatio lib.5.ti.* ait, Episcopum Frisingensem,non solummodo rerum,verũ etiam famæ suæ prodigum & salutis, vitam enormiter ducere dissolutã.facit,*l.1.C.de his qui potentior.nomin. &c.* Cupiditas sui prodiga dicitur,quia cupidi se ipsos enecant & perdunt, & nunquam habitis contenti, ad plura habenda laborant,vt ait Ouid.*lib.2.Eleg.*

*Venator sequitur fugientia,capta relinquit.*
*Semper,& inuentis vlteriora petit.*

Prosequitur Iuuen.Satyr.14.ibi,

*Interea pleno cum turget sacculus ore,*
*Crescit amor nummi,quantum pecunia crescit,*&c.

Et Lucretius 3.*de natur.rerum:*

*Denique auarities,& honorum cæca cupido,*
*Quæ miseros homines cogunt transcendere fines*
*Iuris,& interdum socios scelerum atque ministros*
*Noctes atque dies niti præstante labore*
*Ad summas emergere opes,*&c.

7 f *Mater litium.* Cupiditas,id est, voluntas habendi non debita,litium & controuersiarum mater est,D.Iaco.*cap.*4.Iuuen.Satyr.12.

*Inde ferè scelerum causæ nec plura venena*
*Miscuit,aut ferro grassatur sæpius vllum*
*Humanæ mentis vitium,quàm sæua cupido*
*Indomiti census.Nam diues qui fieri vult*
*Et cito vult fieri:sed quæ reuerentia legum.*
*Quis metus,aut pudor est,vnquam properantis auari?*

Lis à limitis contentione,*c.forus,*10.*de verb.sign.* L[illegible] habendas,vt facilè quis à lite liberatur, qu[illegible] quod satius duxit diuina scriptura, & [illegible] etiam petenti dare,quàm litigare.D.Matth.*c.*5. [illegible]ctum improbat Prætor eius,qui tanti habuit r[illegible]re,ne propter eam sæpius litigaret.Hęc enim verec[illegible]da cogitatio eius,qui lites execratur, non est vituperanda,vt respondit Vlpian.*in l.4.§.itemque.de alienat.iud.mutan.caus.fact.lib.4.ff.si.7.*

8 g *Iustitia.* Iustitia finem litibus imponit,quia suum cuique tribuit,& conseruat.*l.1.de iust & iur.ff.§.1.eo.ti.apud Iustin.d.c.forus.de verbo.signifi.* & hic scopus iuris à Iustitia tracti,est finem litibus, quanto ocyus fieri poterit,imponere, *l.properandum,de iudi.Cod.l.1.de iura.propter cal.dan.C.l.cum non nouam.C.de iudi.c.finem litibus,de dol.& contu.*

9 h *Abusus.* Abusus litigantium maximè rescriptorũ ad lites,ponuntur in *c.fin.de rescript.* & ibi castigatio, & vide quæ ibi annotauimus.

10 i *Repudij.* Metaphora sumpta à separatione fœderis coniugij,quæ fiebat per libellum repudij, de quo Deutero.*cap.*24.*vers.*1. D.Matth *c.*5.*vers.*31.*& c.*19.*vers.*7. D. Marc.*c.*10.*vers.*4.*c gaudemus.de diuort.l* 2.*§.in repudiis,eo.ti.ff.& ti.de Rep.C.*

11 k *Proditur.* Lex pro regula viuendi, *c. in canon.can. regula.3.distinct l.1.& 2.de legib.ff.*& vt conseruentur iuris præcepta, honestè viuere,alterum non lædere, ius suũ cuique tribuere.quæ explicantur à nobis *in libro de iur. arte c.13 num.17.in l. iustitia.10.§.1.de inst.& iur.ff.§.iuris præcepta,eod.ti.apud Iustin.* vtique malorum cohibeatur audacia,vt hic l.legis virtus.7.*de legib.ff.cap.facta sunt autem leges,4.distinct.*

12 l *Constitutiones.* Constitutiones, sunt leges generales principum, latæ sine aliqua speciali facti hypothesi. Atque ita tractatio de legibus & constitutionibus principum,sub duobus titulis,vt diuersorum ponitur *lib.1.ff* & in Codice Iustiniani *titulus* 14.distinguit leges à constitutionibus,quanquam hæc confundantur sæpe,imò & rescripta, & epistolę principum, constitutionis nomine continentur, *infrà tit.de constitutio.*

13 m *Decretales epistolas.* Epistolæ Decretales summorũ Pontificũ,inter canonicas scripturas ponuntur,*can. in canonicis,& canon.si Romanorum*, 19. *dist.* à decernendo,

Decretum & Decretalis epistola, quæ suo rescripto ad propositam hypothesim iudicium accommodat: vnde lex aliis similibus negotiis occurrentibus tradi- tur. Decretum cum causæ cognitione, *l. nec quicquam. 9. §. hi decretum. de offic. Procõsul. lib. 1. ff. tit. 16.* Quodcũque princeps vel per epistolam constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit legem esse constat, *§. sed quod principi placuit. de iure nat. l. 1. de const. princip. ff. l. vni. §. fi. de nou. C. facien.*

14 n *Dispersas volumina.* Iuris Pontificij sanctiones in diuersa volumina dispersas fuisse, ante hãc cõpilationẽ ex his liquat. Tãcredus in principio Decretaliũ, refert sex fuisse Pontificaliũ legũ cõpilationes, primã Bernardi Episcopi Papiẽsis in quinque libros digestã, 2. Guilberti, 3. Alani, 4. Bernardi Compostellani dictam Romanã, eò quòd is Romæ resideret. Quintam Petri Beneuẽtani, conflatã ex epistolis Innocentij 3. ab anno 1. vsque ad 12. vnde Innocentij tertij dicta cõpilatio, seu tertia cõpilatio ab Innocentio 3. approbata. 6 Ioannis Vallẽsis, seu Gallensis, ex illa Guilberti & Alani confecta. Fuit & dehinc hæc Gregoriana, potissimum ex prima Papiensi & Innocentij 3. conflata, & ex aliis cõstitutionib. non compilatis, sacrisque canonum capitulis, & legibus aucta, vt ait §. sanè diuersas, in prooemio. Et ex cõpilationibus Isidori Hispalensis Episcopi, Burchardi Episcopi Vormacensis, qui libros edidit 20. Decretorũ: ex Iuonis Carnotensis Episcopi panormia & decretis, Anselmi, Deusdedit Cardinalis, Gregorij Episcopi, qui opus suum Policarpum inscripsit, Hostiensis etiam, in prooemio summæ Decretaliũ, fuisse compilationũ volumina 8. testatur. Diximus verò de aliis collectionibus Decretorũ in principio Institutionum iuris Pontificij.

15 o *Confusionem.* Gregorius 9. in hoc prooemio docet causas, cur in vnũ volumẽ iusserit redigi constitutiones, & alia iura fori Ecclesiastici, seu Pontificalia: & in summa tradit ad tollendã confusionẽ, se id fecisse: dehinc ad vagantes & authoritate vacillantes cõstitutiones firmandas, testatúrque se in ea collectione contraria cõciliasse, superflua resecasse, dubia declarasse, vagãtia in vnũ redegisse, vacillantia firmasse, imitatus Iustinianũ, qui idipsum se curasse fieri in Corpore iuris ciuilis scripsit *l. vnic. §. quibus. de nouo C. facien. l. vnic. §. super additur. de emendatio C. domi. Iustinia l. tanta. §. contrarium. l. 2. §. si quid autem. de veter. iure enuclea* C.

16 Cõfusio est, quando ita res, vel dicta permiscẽtur & turpãtur, vt aliud pro alio accipi possit, & nõ detur distinctionis electio, tracta significatione à fusione metallorũ diuersorũ, vel aliorum, quæ separari nequeunt seorsum: vt tractatur in *§. si duorum materia, de rer. diuis. l. 7. §. voluntas, eod. in ff. l. rerum mixtura. 30. de vsuca. ff. cum similib.* Species confusionis permistio, quæ tamen differre docet glos. *ad l. si frumentum, §. idem scribit*, si ex melle. *de rei vend. ff.* Confusio cõtraria ordini, de quo nos pulchra li. 4. cõmentariorum in Syntax. artis mirab. *c. 41. n. 18. & li. 3. comment* eiusdem artis mir. *c. 2. n. 19. & sequen.*

17 Confusionem fieri in iure nostro tradit hîc Gregorius ex nimia similitudine, ex contrarietate, propter prolixitatem, ex multitudine, & desuetudine, quæ omnia obesse debent ab vtilibus & bonis legibus, *l. vnic. §. fin. de nouo C. facien. C. l. vnica, §. supra dictu. de Iustin.* C. *confir.* C. admonebimus & pauca de singulis.

18 Similitudo ergo in primis nimiã parit confusionẽ, in eo, quòd cum diuersa in illis statuẽtur, tamẽ tãta est affinitas, vt dictum de vno, de alio dictũ putetur. Nimia porrò, nõ aliqua similitudo improbatur, quę distinctionẽ in aliis apertã habeat, *l. 2. §. si quid autem, de veter. iur. enucle.* Sunt enim res vniuersæ quadã serie & cõcatenatione inuicẽ iunctæ, sunt rationes generales, sunt sæpe speciebus quædã cõmunia ex genere à quo continentur. verũ & proprietates vltra singulis insunt, quibus inter se separantur, ratione habita ad aliquid, eadẽ & dissimilia, alia ratione: vt docet Aristot. in prædicamento ad aliquid. Similis æquitatis ratio, similia iura suadere debet, *l. illud, ad leg. Aquil. ff. l. fi. C. ad leg. Falc.* simile participationẽ habet in aliquo, in alio differentiã. Idẽ aliud quàm simile, cum vna & eadẽ res non possit diuerso iure cẽseri. l. eum qui ædes, *de vsuca. ff. l. si idem, C. de codicill.* Et argumentum à simili dissoluitur per aliud dissimile *cap. per venerabilem*, qui filij sint legit. facit *l. 2. de commerc. & merca. Cod.* Idem dicit vnitatem substantiæ. Simile vnitatẽ in qualitate: æquale, vnitatẽ in quãtitate: quæ distinguo & explico *lib. 10. syntag. artis mir. cap. 11.* & in lib. 3. commentariorũ eiusdem artis, *c. 3. n. 24. & sequentib.* de simili Et de eo quod idem, ibidem n. 20. Nimia rerum similitudo, vt ait Proculus libro de Magia, aut sacrificio, sufficiens causa est ad res singulas inuicem vinciendas. Ita Iulianus non arbitrabatur necessarium de singulis rebus leges cõscribere: quòd qui iurisdictioni præsit, ex iam constitutis possit ad similia procedere, & de similibus, eodẽ modo iudicare confirmant Paulus, Vlpianus, & Pædius, Iuriscõsulti, *l. non possunt, 12. l.* nam vt ait Prædius, 13. & Tertyllia. *l. ideò, 27. de legib. in ff.* Similitudo nimia iniuria iuriũ & constitutionum esse potest, cum de eadem re sæpius constitutum sit, & repetitæ sint variis in locis constitutiones: onerat enim hęc superfluitas mentem, & subditorum confundit obseruationem, quamuis non improbetur confirmatio legis, quæ iam ex negligentia iudicum vel subditorum penè abierit in desuetudinẽ. Neque superfluæ præfationes, quæ aliqua iuris parte iuuantur, sunt resecandæ, vt ait Iustin. *in l. 1. §. quibus, de nouo C. fac.*

19 Secundò in iure facit confusionẽ contrarietas legum, dũ incertum est quam sequamur ex contrariis, cum fidem sibi abrogent, per *l. vbi pugnantia, de reg. iuris, l. scriptura diuersa, de fide instrum. Cod.* Expedita quidem res & facilis via est, in contrariis legibus posteriores præferre, prioribus, & posteriores, ad priores referre, si agatur tantum de interpretatione. *l. sed & posteriores, 28. l. non est nouum, 29. l. ideò. 27. de legib. ff.* quando posteriores factæ sunt ab eo qui potestatem habet legẽ cõdendi, *vt l. 1. & fi. Cod. de legib.* verum difficilis remanet quæstio, & vix sapienda, quando in eodem volumine leges nouæ & antiquatæ proponuntur, & authoritate donantur. Et cum ex arbitrio vtramque diuerso modo populus obseruat, & instar Prothei nunc illam, nunc hanc, pro occasione oblati commodi, variè in vsum transfert, & legibus vt laqueis ad capiendos alios vtitur, Demosthenes, oratione contra Leptinem, deplorat infœlicia tempora, quibus aliquando apud Athenienses fuerunt inter se iuris sanctiones pugnantes, vt necesse omnino fuerit creare Magistratus, qui illis annotarent controuersias, & earum antinomias. Vsus & mores, ex iustis causis leges firmant, & ex aliis quoque iustis antiquant, & nouas adiiciunt, vt priores contrarię non possint commodè cum nouis retineri. *l. de quibus, de legib.* At nobis addere vel minuere, legibus quidem vetitum est, qui priuatam vitam gerimus, licet autem quibus authoritas data publica, principibus, & nomothetis, & ab illis correctionem fieri expedit. Eò pertinet sententia diui Cyrilli Alexandrini, dum *libro 3. Dialogorum de sanctissima Trinitate, 2. tomo operum*: ait *De lege, & de his, quæ antiquis responsa sunt, Deo dicente 12. cap. Deuteron neque addendum neque diminuendum est. Decet enim solam vniuersorum reginam naturam, legem ponere, adiicere, demereque quæ voluerit. Legem tulit filius Dei, & antiquam alleuiauit, vt grauiorem legem, immisitque nouam hæc est Euangelicam: & hoc vt legislator, non trepide & humiliter, sed ea authoritate, quæ Deum decet. Palam is abrogauit quæ voluit: quantum autem distaret lex gratiæ à lege rigoris, voluit in manibus quotidie haberi. At is, non sibi cõtrarias, sed ex causis & temporibus conuenientes leges sanciuit. Habuit scientiam omnium, quæ conuenirent, habet & potestatem,*

Non

Non possunt autem omnes eo iure vti. Neque principes sine distinctione vsum contrariarum legum permittere debent, neque contra leges sine euidente vtilitate aliquid statui permittere.

20 Perniciosior ipsa cõtrarietate in legib. est obscuritas, cũ lex debeat esse manifesta, ne aliquid p obscuritatẽ captiosum cõtineat *c. erit autem lex. 4. distinct.* Isocrat. etiã ad Nicoclẽ oratione, tradit leges esse debere æquas & vtiles, sibi inuicẽ concordes, minimẽque ancipites, & quæ oppidò quàm faciles habeãt solutiones. Et Soloni vitio datũ est, quòd quædam obscurius in legib. proposuisset, idque rectius, quòd cõsultò ita fecerit, vt scribit Plutar. in eius vita. Obscuritatẽ & inuolutionẽ legũ improbãdã esse Leo Nouella 77. docet, ex eo, quòd lex debeat esse omnib. norma viuẽdi, mulierib. & pueris quoque, quibus iura cognita esse debeãt, vt ideò iuris ignorantia neminẽ excuset, *l. constitutiones principum. 2. l. 2. & 3. C. de iur. & fact. ignorant lib. 1. t. 18. l. regula. 9. & l. 2. not. tit. lib. 22. ff. tit. 6.* qua ius finitum esse, & possit, & debeat. *d. l. 2. facit l. leges vt generales. l. leges sacratissima, C. de leg.* Non poterit autem omnibus peruia & nota esse lex, si ipsa inuoluta contineat. Simplicitas ita magis legi, quàm difficultas placet. *§. sed quia, de fideic. hæredita.* Quare & dignũ emẽdatione duxit Gregorius 9. in hoc volumine vt quæ dubia erãt in prioribus constitutionib. hîc declarentur. Nã, vt ait Ionnes 22. *in extra. 1. de concess. prabend. Sedes Apostolica in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, libenter euitat nodosæ ambiguitatis inuolucrum.* Et, vt ait Iustin. *§. nos igitur. de testam. imper. in Nouellis, Nihil est magis proprium legi, quàm claritas.* Vide quæ diximus de contrarietate, oppositione & repugnantia in Comment. *in lib. 3. Syntax. artis mirabilis, c. 4.*

21 Tertiò, prolixitas legum inuoluit, confusionẽ parit, obliuionẽ, & fastidium, quare in hac cõpilatione Gregoriana, detracti sunt prologi epistolarum Decretaliũ, & facti narrationes, aut in pauca cõtractæ, & decisiones rerẽtæ: idque ex forma præstantissimorũ legislatorum, veluti Dei, qui paucis verbis decalogum & legem necessariam, vel decem verbis præscripsit. Breuissimæ leges Romuli & Solonis, Lycurgi, 12. Tabularum, quarum tanta facilitas & breuitas, vt olim à pueris quoque discerentur, vt scribit Cicero *2. de Legib.*

22 Nihil superfluum legibus inculcandum: ad quid enim verba, ex quibus nullus sequatur effectus, *l. fin. C. de donat. l. vn. de nuda iure ex quirit. tollen. C.* vt neque vocabula vna superfluè adiici debeat. *l. 1. quod met. causs. ff. l. vnic. de non. C. fac. C.* Machabæorum historiæ abbreuiator *lib. 2. c. 2. vers. 25.* reddens rationem, cur ea quæ à Iasone Cyreneo scripta erant, tentauit in vnum volumen breuiare, ait: *Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem, volentibus aggredi narrationem historiarum, propter multitudinem rerum curauimus, volentibus quidem legere, vt esset oblectatio: studiosis autem, vt facilius possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus, vtilitas conferatur.* Eadem Iustinus ferè Trogi abbreuiator.

23 Quartò, multitudo legum adfert confusionem, & memoriam. Ea ratione Thomas Morus *lib. 2. Vtopia,* reprobat legum pluralitatem. Propter necessitatem lex tantum ferenda, vnde necessaria dicitur, *cap. erit autem lex dist.* Et Solon inter leges, illam inseruit, de singulis rebus singulas tantum leges esse ponendas, ne contrarietate & multitudine imperiti turbentur, vt scribit Demosthenes in Leptinem. Paucæ leges, & mãdata Dei pauca, sed præstantissima, & multa continentia. Et, vt ait Isocrates in Panathenaico de Atticis legibus, ὀλίγους μὲν ἱκανὰς δὲ τοῖς χρωμένοις [illegible] ... id est, *Leges in tabulas quidẽ retulerunt, publicéque proposuerunt paucas, sed tales tamen, quæ & satisfacerent, & cognitu faciles essent iis qui vti vellẽt: deinde iustas & vtiles, & inter se consentientes, & magis intendentes vt publica instituta præclara essent, quàm vt priuata commercia sine fraude fierent, quales esse debent in Republ. benè constituta.*

24 p *Vacillabant.* Fuit antiqua controuersia, num Decretales epistolæ summorum Pontificum, quæ non erant in codice seu volumine canonum, haberent legis authoritatem: donec tandem resolutũ fuit habere, ex Leonis Papæ primi eius nominis epistolæ prima in fine; & ex Gelasij *1. cano. Sancta Romana, 3. §.* item decretales epistolæ, *15. distinct. can. si Romanorum. 1. dist. incl.* Sed hîc plenius Gregorius 9. resoluit & voluit eas quæ pro lege habendæ essent, in corpus hoc Decretalium emendatas transferri: quod & in aliis factum posteà, in Sexto, Clementinis & Extrauagantibus.

25 q *Ad commune & maximè studentium vtilitatem.* Vnus ex finibus legis faciendæ, est vtilitas: *can. erit autem lex. 4. dist.* communis, vel singulorum, *l. 1. §. huius studij de iust. & iur. ff.* confirmauit Prætor vt plerumque sua edicta, quòd in illis disposita essent vtilia. vt in *l. 1. natura caupo. tabul. ff. l. 1. de integr. restitu. l. 1. de exercitor. actio. ff. cum similib.* atque ipsa vtilitas iusti propè mater & æqui. Vide quæ diximus de vtili, & eius distinctione *lib. 3.* Præludior. optimi Iurisconsl. *cap. 2.*

26 Communem vtilitatem hîc notauimus iuris Pontificij, vt mirari satis non possim temerarium iudic[illegible] aliquorum, qui cum sibi plerunque doctorum & p[illegible]torum arrogare velint titulos, impudenter ius can[illegible] cũ reiiciunt & calumniantur, & illud, maxim[illegible] Decretales Gregorij, notãt vulgaribus versiculis [illegible]

> *Depuis que Decreta prins ales,*
> *Et les Gendarmes portent males,*
> *Et les Moines vont à cheual,*
> *En tout le monde n'a que mal.*

Quibus volunt inter cætera vitiatam viuendi formam, postquam Decretum secutæ sunt Decretales. Sed certè possunt illa verba aliter intelligi, tempore, quo Decretales compositæ fuerunt & ordinatæ, tantam litium & fraudium copiã fuisse, vt oportuerit illis mederi per ordinationem iuris, vt illis malis obuiam iretur. nam & mala ita causæ sunt Decretalium, quemadmodum bonæ leges ortæ ex malis moribus. Decretales autem malorum non fuerunt causæ sed testimonia: quòd tanta mala tũnc essent, vt oportuerit per ordinationem & certitudinem iuris subueniri. Ideò non culpandæ sed laudandæ sunt Decretales. Neque etiam qui cognouerint, quæ ibi statuantur, illis detrahunt, sed ignorantes: ignoti enim nulla libido. Fuerunt & qui eas, & omne ius Pontificium vituperarunt, nempe quòd Ecclesiæ Catholicæ præcepta, leges, & pastores per superbiam contempserint, quòd hæresi illorum vel vitiis obsistant: & quòd via illis præcludatur per politiam Ecclesiasticam, ne ex arbitrio possint inuadere fines Ecclesiæ, & sæuire in gregem dominicum. Atque malitia illorum illinc reseratur, & detegitur, quòd leges ciuiles, & consuetudines locorum & Ethnicorum potius amplectantur. Vt non absque ratione D. Bernardus, [illegible] *1. de consideratione,* dixerit ad Eugenium Papam, *Et qui quotidie perstrepunt in palatio leges, sed Iustiniani, non Domini: siccine etiam illud, tu videris. Nam certè lex Domini immaculata, conuertens animas.* Psalm. 18. *Hæ autem non tam leges quàm [illegible]tes sunt.*

27 Ad studentium quoque vtilitatem se iura collegisse Gregorius testatur, vt faciliori via & methodo discerent, & diiudicarent. Eandẽ rationem vtilitatis Scholasticorum, in suis compilationibus proposuit Iustin. *in §. summa itaque ope, in proœm. Insti. & in proœm. ff.*

28 r *Raymundum.* Gregorius hîc tradit opera Raymũdi Cappellani & Pœnitentiarij compilatũ volumẽ hoc Decretalium: quemadmodũ & Iustinianus, & alij, opera aliorũ sunt vsi, vt docebimus in iure ciuili cõponen[illegible]

do. Raymundus hic Barchinonensis fuit, vt ait Platina in *Greg.* 9. & Sabell. De eo scribit Ioannes Ludouic. Viual us, libro de veritate cõtritionis, dũ agit de circunstãtia aggrauãte personę delictum, dictum fuisse Raymundum de pœna forti, natione Cathalanum, ordinis Predicatorum miraculis in vita & in morte clarum: in diuinis legibus & humanis peritissimum, qui Decretales iussu Gregorij noni ediderit, & alia opera.

29 s *Cappellanũ.* Quis dicatur Capellanus summi Põtificis, vide quæ diximus *li.* 15. *Syntag.c.* 19. *&* 42. Antiquitus Cappellani summi Põtificis Iurisperiti erant, qui in Cappella summi Pontificis ei in officiis diuinis inseruiebãt, vbi & summus quoque Põtifex audiebat causas principum, ad illum, præter negotia fidei, delatas, & quæ nõ essent cõsistoriales. Posteà verò summi Põtifices, ab hoc onere se subtrahentes, audiẽtiam barum causarum Cappellanis delegarunt iudicio suo terminãdas. Inde nunc, qui prius Cappellani dicebantur, dicti fuerunt auditores sacri Palatij, & Auditores Rotę. Vide Octauian. Vestrium, lib. 2. introductionis in aulæ Romanæ actiones. c. 17. Boerium *quæst.* 17. *nu.* 9.

30 t *Pœnitentiariũ.* Raymundus fuit vnus ex Pœnitentiariis, vt opinor: Nã summus Pœnitẽtiarius Cardinalis est, qui post Vicecãcellarium & Camerariũ summi Põtificis dignitate maior est, & hic habet sub se alios Pœnitẽtiarios in Ecclesiis D. Petri in Vaticano, Diuæ virginis Marię maioris, Diui Ioãnis in Laterano. vt scribit Octonia. Vestrius *li.* 1. *introductio. in aula Rom. actio. c.* 2. vbi multa de his vide, & quę diximus *li.* 15. *Syntag. c.* 42. *n.* 15. *&* 16 Bibliothecarius autem tradit, ex Presbyteris Romanę Ecclesię, quosdã super pœnitẽtes cõstitutos fuisse à Simplicio Papa. *Hic, inquit, cõstituit ad sanctos Petrũ, Paulũ, & Laurentiũ, hebdomad a, vt Presbyteri ibidem manerent propter pœnitentes & Baptismum: regionem tertiam ad sanctũ Laurentiam: primam ad sanctum Paulum: & sextam vel septimam ad sanctum Petrum. Hi Presbyteri pœnitentium vocati sunt, qui eorum exomologeses audiebant: quorum primus maior Pœnitentiarius dictus, hodie est Cardinalis, reliqui minores Pœnitentiarij, non Cardinales dicti.* Subscribit Onuphrius in interpretatione vocum obscurarum Ecclesiasticarum.

31 u *In vnum volumen.* Hæc fuit dura principum præstantiorum, delectum habere cõstitutionum principũ predecessorũ & suarum, eásq; delectas ex certo numero cõscriptas, authorare, reiectis superfluis, inutilib., & antiquatis seu non obseruatis. Ea ratione viros idoneos huic muneri cõquisierunt & præfecerunt. Fuerunt & viri quidã diligẽtiores cęteris, qui primum huiusmodi cõstitutiones, saltẽ pręcipuas, collegerunt in vnum, vel ab aliis collectas populo nomine suo cõmunicarunt, cuius generis fuit volumẽ, q à Cneo Flauio cõmunicatum, ius Flauianum dictum, & à Papyrio aliud Papyrianum, *l.* 2. §. deinde ex his legibus, *de origin. iur. ff.* Gregorius quidã etiã cõstitutiones quasdã Imperatorum, ab Adriano ad Valerianũ vsq; editas, collegit: alius Hermogenes, vel Hermogenianus, à Claudio ad Diocletianũ vsq; editas compilauit, vnde Codex illius Gregorianus, huius Hermogenianus dictus. Fuit & alia collectio constitutionum à Cõstantino ad Theodosium vsq; dicta nomine Codicis Theodosiani. Ex quibus trib. Iustinianus suum Codicem cõponi iussit, additis cõstitutionib. quæ à Theodosio vsq; ad sua tẽpora fuerant editæ & probatæ *l. Hæc quæ. C. de nouo Codice faciẽ.* Basilius rursum Macedo. Imperator Oriẽtis cũ filio Cõstantino, & Leone Philosopho, Iuris cõfecit πρόχειρον, id est, Enchiridion Iuris Gręcè, distinctũ 60. titulis. Dehinc Leo filius, ex omnib. quæ prostabãt, iuris voluminib., Pand. Codicum, Institutionũ, Nouellarum Iustinianearũ, iterũ nouum magnum opus iuris Græcè contexuit sexaginta partiũ, vnde illud vocauit ἑξηκοντάβιβλον Et quia principũ quoque cõtinet constitutiones, τὰ βασιλικά, dixit. Fertur enim is author librorum Basilicorum, vt ait Cõstantinus Harmenopulus, *l.* 1 *Prochiri, c.* 1. *in principio.* & Balsamõ in versibus heroicis: testatúrq; ipse Leo Basilicis se authoritatẽ dedisse, Nouella prima. versic. illas itaque & Nouella secunda, in princip. atq. tantum selecta, & quę ex vsu essent, ibi collegisse, omissis correctis, & quæ in desuetudinem abiissent. Edidítque idem Leo posteà suas Nouellas quæ vocantur correctoriæ, & legum repurgationes. Sed & posteà Constantinus Porphyrogenera Leonis filius libros βασιλικῶν repurgauit: isque author fuit ἀνακαθάρσεως βασιλικῶν repetitæ prælectionis, vt innuit Balsamon in præfatione. Subinde Romanus Lecapenus iunior Imperator, Constantini Porphyrogenetæ nepos, edidit librum μικρὸν κατὰ στοιχεῖον, parnum manuale, seu Enchiridion legum per ordinem literarũ Alphabeti collegit. Præsidente etiam Athenis Pythadoro, Oligarchia Athenis cõstituta, visũ optimũ populo, triginta viros eligere, qui patrias leges cõscriberẽt, quibus Respub regeretur: inter quos fuere Polyarches Critias, Melobius, Hippolochus, Euclides, Hieron, & alij, quos recẽset Xenoph. *lib. rerũ Græcorũ*, Romæ primũ à regibus latæ posteà à Decẽuiris contractæ & selectæ, *l.* 2. *in pr. de orig. iur.* Dion. Halic. *in* 1. *&* 2. *& alibi*, & Liuius.

32 Fuerunt & iterum, qui constitutiones Ecclesiæ per varia Græcorum volumina dispersas, in vnum collegerunt, vt Clemens Romanus, qui constitutionum Apostolicarum reliquit libros 8. Græcè. Fuerunt & compilatores alij Iuris illius Pontificij, vt Isidorus, Burchardus, Iuo, & alij, de quibus nos in principio Institutionum iuris pontificij, Photius Patriarcha Constantinopolitanus librum νομοκάνονα, vel πρόκανονα appellatum edidit 34. titulis distinctum, quasi breuiarium & iudicẽ canonum receptorum. Tertullian. libro aduersus Iudæos docet in principio, Deum in paradiso terrestri legem primordialem omnium legum, quæ posteà scriptæ sunt dedisse Adamo: posteà naturalem legem etiã sine scripto obseruatam fuisse: at vbi ea incerta esse cœpisset, & corrumpi, eam reformasse, & ministerio Mosis & aliorum in corpus certum, & in distincta capita redegisse. Fuerunt sacri Amanuenses Euangelistæ & Apostoli, qui Dei voluntatem & legem publicarũt, vt ante aduentum Christi Prophetæ. Errauit in Mosis nomine aliquando Alexander Milesius Grammaticus, Cratetis discipulus, contemporaneus Syllæ Romæ, vbi & scripsit quinque libros de Roma, qui & Polyhistor & Cornelius cognominatur, dum existimauit fuisse mulierem quandam Hebræam, Moso nomine, quę legem Hebræis dederit, vt refert Suidas in Alexandro Milesio. Iudæi vltra legem diuinam à Mose & Prophetis collectam & traditam, habent aliam à suis conscriptam, dictam *Misna*, cuius commentaria nominant Talmud Dicunt autem *Misna*, esse pro sæpè legi diuinæ, vt ait Rabinus Abraham Leuita, filius Dauidis, in historia dicta Kabala: & addit, anno termillesimo nongentesimo quadragesimonono, id est, quingentesimo cõtractũ (sic enim & numerant Iudæi) & centesimo vigesimo excidij templi, editam esse Misna, seu Contextũ Talmudicum: deinceps anno quatermillesimo centesimo octogesimoseptimo à mundi procreatione, qui est annorum contractuum septingentesimus trigesimus octauus, obiisse Rabinum Ase. qui à se inchoatam Ghemaræ seu suæ Decisionis Talmudicæ conscriptionem, morte præuentus non potuit perficere. At Mar. filium eius ac vtrinsque socios, absoluisse, & appellasse Talmud Babylonicum, & ita obsignatum conclusúmque fuisse opus anno quatermillesimo ducentesimo sexagesimo sexto à mundi ortu, & diuulgatum pec vniuersum Israelem, ita vt sibi seruandum susceperint, & publicè singularum ætatum sapientes docuerint, & communibus animis Israelitæ approbauerint, nihil ei addendum vel detrahendum censentes.

33 Ius Põtificiũ Ethnicorum collectum vel dispositum per Numam

per Numam Pompilium,Regem simul & summũ Pōtificem,Plinius lib. de viris illustribus,in Numa.Plutarchus in eius vita,Diony ſ.Halicatnass.in 2.tradunt.

34 x *Volentes igitur.* In hoc versiculo vltimo statuit Gregorius hāc Raymondi Decretorum cōpilationem, aliis aotiquatis,recipiendā & sequendam,io scholis legendam & explicandam,& nullam aliam in posterum faciendam sine sedis Apostolicæ authoritate. Sic Iustinia.in l.1,§.in tantum,de veteri iure eouclean. abrogat authoritatem libris Iurisconsultorum & constitutionum Cæsarum, nisi quatenus in corpus iuris ciuilis ex illis translata & comprobata fuerit.Ea enim principis est authoritas,vt leges coodere,interpretari,& abrogare possit.l.1.& .C.de legib.Prohibet & vterque, Gregorius & Iustinianus, ne quis alia compilatiooe vtatur in iudiciis.Quare si leges ciuiles canonibus repugnent, aliis quàm Pontificalibus vti non licebit.c.1. de constitutio.c.pen. & fin.de secundis nupt. nempe in rebus, persoois & negotiis Ecclesiasticis : his deficientibus, vel in causis temporalibus & foro temporali, leges ciuiles nihilominus non improbandæ, sed sequendæ,ca. lege Imperatorum,& ca.certum est,ca.constitutiones, 10.dist.cap.quoniam mediator.ead. 10.dist. c.1. de noui operis ounciatio.In summa hîc mooet Gregorius iodices,ne à legalibus huius voluminis in iudicando discedant:& Scholasticos,& Doctores,ne aliena ab illis doceant:maximè quod ad fidem pertinet. Sic Lotharios eius nominis 1.Imperator,com per sexcentos&amplius annos leges ex Italia exulassent, ff. C.& aliosiuris ciuilis libros,suo tempore à tineis & blattis liberatos, per Vvernetum, qoem Accursios nominat Iroerium,edixit legi in scholis publicis,&ex ipsis iora in foro dari:cum anteà Gotthorum,Francorum & Longobardorum populationibus & occupationibos,sublatæ essent,extraneis subrogatis,tunc tantum in Græcia lectæ,vbi Vvernerus vir doctissimus eas audierat, & suasit Lothario restitui,& Romæ & Bononiæ legi & seruari, quo tempore Azo Bononiæ primas partes obtinuit,& ibi obiit anno Domini 1200.si credamns Carioni lib.3. Chronic.

## AD TITVLVM PRIMVM.

1 *De summa Trinitate vbi tractetur.*
2 *Summa Trinitas quare dicitur.*
3 *Fidei appellatio ad plura extenditur.*
 *de Symbolo fidei.*
4 *Fides Catholica,Euangelica, Apostolica, Orthodoxa, Romana, Christiana.*

De *a* summa Trinitate, *b* & fide *c* Catholica.*d*

1 a SImilis titulus extat lib.1. Sexti Decretal. tit.1.lib.1.Clement.tit.1.li.1. C.Iust.lib.1.tit.4. lib.1.Eclogæ Basilicorum tit.. Tractatur de hac materia in Magistro sentent.li.1. dist.11. & 12.& ibi Doctor.& D.Thomas parte prima q.46. art. 2.& 4.à nobis li.de Deo.c.11.& sequentibus vsque ad 21. De summa Trinitate & SS.imaginibus contra Græcos habitum & concilium Gentiliacum,præsente rege Frãciæ Pipino,& Legatis Imperatoris,anno Domini 76. vt scribunt Sigeber. Abbas Vesperg.li. Concilior. Æmili. li.2.Aimon.li.4.ca.67.Ado.in Chronic.

2 b *Summa Trinitate.* Summa Trinitas,qua nihil maius, quæ supra se oihil habet præstaotius, incomprehensibilis humanis ingeniis,quā in omoibus Hymnis & Psalmis quotidiè confitetur Ecclesia Catholica,dũ dicitur, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* Ex quo factũ dicitur, vt oulla olim in anno de sancta Trinitate sit festi iostitutio alicubi,cũ quotidiana sit eius festiuatio, quãuis nihilominus posteà ex consuetudine prouinciarũ specialius certo die celebretur,vt scribit Alex.2.in ca.2.de feriis.lib.2.tit.9. Existimarē aotē institutũ festum sãctissimæ Trinitatis,contra errores Arrianorũ, & vt populus speciali nota eã agnosceret.Summa quædam res etiã dicitur Trinitas diuina, in c.2.huius tit.Deus sũmus, Trinitas diuina in personis,vna in substantia *Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo Pater, Verbum , & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Tres qui testimonium dant in terra , spiritus,aqua,& sanguis,& hi tres vnum sunt,* Diui Ioan.epi. 2.c.5.vers.7.& 8.

3 c *Fide.* Quēadmodum Trinitas ad plura pertinet,sic & fides habet plures acceptiones,quas enumerat glos. ad hāc rubricā,& oos de ea li.2.Syntagm.c.2.& li.1. Institutionũ iuris Pontificij,c.5.At quēadmodum de Trinitate,verbum *Summa*, determinat,sic de fide,verbum *Catholica*,hoc est,de articulis, quos oportent credere & exequi Christiano,si velit vitã ęternã consequi. Cõposuerũt Symbolũ fidei,quo se internoscerent Christiani, Apostoli,quod incipit, *Credo in vnum Deum*,&c.Latius synodo Nicena explicatũ , & à Diuo Athanasio in Symbolo,*Quicunque vult saluus esse*,&c.cootinetur, & in l.1. & l.ioter claras, de summa Trinit. & fide cath.Cod.& sactis conciliis,in §.1.de Ecclesiast.tit.in Auth.Nouella 131.ca.hæc est fides,& sequen.24. q.1.c. fi. de consecrat. distinct.3.& in titulis de fide catho.in Sext.& Clem.

4 d *Catholica.* Catholica, vniuersalis est,quæ congregationē fideliũ per totũ orbē positã cõtinet, c.vnic.de celebr.Missar.in extr.cõmuoibus fides quæ vbiq; apud omnes,sempérque obtinuit,vt explicat Vincentius Lyrinēsis aduersus profanas nouat.Irenæus,l.1.in fi.& l.5. de summa Trio.& fide cathol.c. dicitur.& Euangelica doctrina & Apostolica,l.1.& 5.de sum.Trinit.Cod.Tertul.lib.de præscript.hæret.Orthodoxa, & Romana,ca. memor.ca.qooties,cao.hæc est fides, ca. rogamus ,24. q.1.ad Rom.cap.1.ibi. *Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.*Christiana,l.4.de sum. Trin. C.Tertul.3.Apolog. Eusebius lib.5.c. .

## Ad ca. primum.

1 *Innocentij vita rolatinè.*
2 *De concilio Lateranensi sub Inno .iij.*
3 *Firmiter credendum.*
4 *Et simpliciter,& quid simplicitas.*
5 *De conceptione credendorum.*
6 *De consubstantia Trinitatis sanctissimæ.*
7 *Spiritus sanctus à Patre & Filio procedens quomodo.*
8 *Creata omnia simul quomodo.& 12.*
9-10.*De mundi creatione ex nihilo.*
11-12 *Causa creationis mundi,& de creatione angelorum.*
13 *Homo communis creatura.*
14 *Quid Diabolus & Sathan.*
15 *Quid Dæmon.*
16 *Angeli boni substantia & Dæmonis.*
17 *Homo ex suggestione Dæmonis lapsus cur punitus.*
18 *Christus filius Dei.*19.*Incarnatus.*20. *Ex Maria virgine.* 21. *Crucifixus.*22.*Passus.*23. *Mortuus.* 24. *Descendit ad inferos.*25.*Resurrexit.* 26 *Ascendit ad cœlos.*27.*Iudicabit vniuersali iudicio.*
28 *De resurrectione mortuorum quid etiam crediderint Ethnici.*
29 *De vita æterna,bonorum:morte æterna,malorum.*

## S V M M A.

*Tractatur hic de Trinitate,ipsius operibus,fide & articulis fidei.*

Innocentius tertius,*a* in concilio generali.*b*

FIrmiter *c* credimus,& simpliciter *d* cõfitemur, quòd vnus solus est verus Deus,*e* æternus,immēsus,& incõmutabilis,incõprehensibilis,omnipotēs,& ineffabilis Pater,& Filius, & Sp. sanctus: tres quidem personæ,sed vna essētia.*f* substãtia, seu natura simplex omnino:Pater à nullo,Filius à Patre solo,ac Spiritus sanctus pariter ab vtroq;*g*

absque initio, semper, ac fine fine: Pater generãs, Filius nascens, & Sp. Sanct procedẽs, consubstantiales & coæquales, & coomnipotentes, & coæternum vnum vniuersorum principiũ creator omniũ visibiliũ & inuisibiliũ, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul *h* ab initio temporis vtrámque de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanã, quasi communem *i* ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus *k* enim & alij dæmones, *l* à Deo quidẽ natura creati sunt boni, *m* sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò Diaboli suggestione *n* peccauit. ¶ Hæc sancta Trinitas secundùm communẽ essentiam indiuidua, & secundùm personales proprietates discreta: primò per Moysen, & sanctos Prophetas, aliósque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. ¶ Et tandem vnigenitus Dei filius *o* Iesus Christus, tota Trinitate communiter incarnatus *p* ex Maria semper Virgine, *q* Sp. Sancti cooperatione cõceptus, verus homo factus ex anima rationali, & humana carne compositus, vna in duabus naturis persona viam vitæ manifestiùs demonstrauit, qui cùm secundùm diuinitatem sit immortalis, & impassibilis, idem ipse secundùm humanitatem factus est passibilis & mortalis, qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis *r* passus *s* & mortuus, *t* descendit *u* ad inferos, resurrexit *x* à mortuis, & ascendit *y* in cœlum: sed descendit in anima & resurrexit in carne: ascenditq. pariter in vtroq. venturus in fine sęculi, iudicaturus *z* viuos & mortuos, & redditurus singulis secundùm opera sua, tam reprobis quàm electis: qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus quæ nunc gestant, *aa* vt recipiant secundùm opera sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cũ diabolo pœnã perpetuã, & isti cũ Christo gloriam sempiternam. *bb*

1 a INnocentius *tertius*. De eius vita, dixi ad *cap. 14. pastoralis, infrà de rescript.*

2 b *Generali* Hoc concilium fuit Lateranense 5. & sub Innocent. 3. celebratum Romæ, in Laterano, concil. 12. œcumenicum, contra errores Abbat. Ioachimi, cui interfuit Innoc. 3. duo Patriarchæ Constantinopolitanus & Hierosolymitan. Archiepiscopi Græci & Latini 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores conuẽtuales 800. habitum circa ann. Domini 1215. actúmq. in eo de septuaginta capitib. contra hęreses, & ad mores & statum Ecclesiæ pertinentibus: tractatúmq. de recuperanda Hierosolyma. In tom. 3. cõcilior. vide quæ diximus de Lateranensi Synodo hac, & de aliis eius nominis *li. 18. Synt. c. 9.* Hęc Decretalis prima ex illo cõcilio generali sumpta, *c. 1.* & est *in 4. compilat. sub eo. ti. de summ. Trinit. in c. 1.*

3 c *Firmiter*. Hanc decretalem & sequentem, explicat abundè D. Thomas *opusc. 23. & 24 tom 17.* oportet fidem firmam esse, & sine dubitatiõne, dubius in fide infidelis est. *c. 1. de hære fac. Ca. omne, 22. q. 1. Oportet fide plena accedere ad Deum*, ad Hebr. 10. *& perseuerandum*, ad Coloss. *c. 1.* Fides supplere debet, quę ratio humana nõ potest intellectu cõprehendere, *Ca. ni si est aliud. de Conse dist* 4. & ita accedentẽ ad Deum firmiter oportet credere, *Act. 8.*

4 d *Simpliciter*. Simpliciter credit, qui nihil inuolutum vel duplicis intellectus profert, & tale quale putat. Simplicitas veritatis amica, ἁπλᾶ γὰρ ἐστὶ τῆς ἀληθείας ἔπη, Æschyl. facit *Can. qui episcopus, 23. dist. Can. quando episcopus, 24. dist.* Iuo Carn. *li. 3. de conse. Epis.* Quod verum est, id simplex, syncerúmq. est naturæ hominum accommodatissimum. Cicer. *1. offi.* Hinc moneri possunt verbi Dei enarratores, ne quod fidei est, obscurè & cum verbis ancipitibus proponant populo, néve longis vtantur digressionibus, seipsos potius quàm verbum Dei prædicantes. Ac verò ideò libri Ethnicorum, aut quatenus euitandi sint, docebit tota 37. *dist.*

5 e *Verus Deus*, &c. De his omnibus & sequentibus ex professo nos fusè libro de Deo, & de sanctissima Trinitate, & *l. 2. & 5. C. de summa Trini.* De formula fidei apud Socratem *lib. 1. Histor. c. 5.*

6 f *Vna essentia.* ὁμουσία in concilio Niceno pro diuinitate Filij consubstantialis Patri: tres verò hypostases seu personæ, Patris, Filij, & Spiritus sancti, declaratæ cõtra Sabellium, Vigilius *li. 1. aduers. Eutich* Marius Victorinus 2. *aduersus Arrian. l. 2. §. 1. l. cùm Saluatorem, 5. § credimus, de sum. Trin. C.* Enagrius *li. 2. Historia c. 12.* Quidam existimant Synodum hanc Nicenam fuisse peractam iam mortuo Arrio, vt Epiphan. *hæres. 68. & 69.* & colligi potest ex epistola Synodica *li. 5. Socratis c. 9* quidam eo viuo, audito & præsente, vt ait Socrates *li. 1. c. 14.* Theodoret. *in Histor. tripart. li. 2. c. 5.* Rufinus & alij. In summa Deus vnus est in substantia, licèt tres personæ in diuinitate. *Can. fin. de Conse. dist. 3.*

7 g *Ab vtroque*. Spiritus sanctus Deus, ab vtroque, Patre & Filio procedens, absque initio, semper, ac sine fine, à Patre procedere testatur D. Ioan. *c. 15. vers. 26.* Luc. 24. *vers. 49.* Spiritus Patris, ita ad Rom. 18. *vers. 14.* Spiritus filij, ad Galat. 4. *vers. 9.* Spiritus Christi, Actor. 1. non tanquam à duobus principiis, sed tanquam ex vno, nõ tanquam ex duabus spirationibus, sed tanquam ex vnica, vt declaratum in concilio Lugd. *c. 1. de summ. Trin. in Sex.* Errores de sanctissima Trinitate, & de Sp. sancto annotauimus *li. de Deo, c. 10.* vide.

8 h *Simul*. Hîc agitur de creatione, quòd Deus creauit omnia ex nihilo, simul spiritualem & corporalem creaturam. Artis est, ea quæ sunt quasi per subjectam materiam solummodò immutare: creandi autem virtus, ipsam rerum substantiam à nihilo ad esse producit, vt ait Cyrillus Alexandrinus Episco. *li. 5. Thesauri cõtra hæreses, c. 3.* Mundum ex ὕλης, seu materia increata Plato falsò natum putat, ab æterno fuisse putauit Aristoteles: ex atomis fortuitáve concursione Democritus. Philosophi naturales nõ potuerũt intelligere ex nihilo creationem factam, quia rerum originem, neque Dei veri omnipotentiam potuerunt comprehendere, aut credere voluerunt mordicus, iuxta mentis terrenæ vestigia, & rationibus sensibilibus desendentes, ex nihilo nihil fieri posse, vt Lucretius *in 1. de rerum natur.* & Arist. 1. *Physic.* τὸ γιγνόμενον ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον, περὶ γὰρ ταύτης ὁμογνωμονοῦσι τῆς δόξης πάντες οἱ περὶ φύσεως. id est, *Non potest fieri, vt id, quod gignitur ex his quæ non sunt, gignatur. Nam de hac opinione omnes qui de natura scripserunt consentiunt.* Constituunt & ita etiam Græci axioma. κοινὴ δόξα τῶν φυσικῶν, τὸ δὲ ἐν γίνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. idque asserit Cicero 2. *de Diuinat. Democrit.*

9 At nos Christiani, qui rerum creationem per Deum credimus, & scimus, ex Genesi mundi, *cap. 1. Exod. 20. vers. 11. 1. Paral. cap. 29. vers. 11. Psalm. 88. vers. 12. Esaia 37. vers 6. & cap. 45. vers. 12. Hierem. 10. vers. 12. & cap. 32. vers. 17. Diuus Ioann. Euang cap. 1. vers. 3. ad Hebræos cap. 3. vers. 4. & cap. 11. vers. 3. Apoc. 4. vers. 11.* dicimus mundum ex nihilo creatum, & tempus simul, & à Deo D. Ambrosius *tom. 4. oper li. 1. Hexameron*, ferè per totum lib. confutat opiniones & rationes de mundi æternitate. In cap. 1. Genes. dicitur etiam, Deum in principio creasse cœlum & terram, vbi Moses ostendit principium fuisse, & solo voluntatis momento, vt ait D. Basilius *lib. 1. Hexamer. homilia.*

homilia 1. vbi reprehēdit eos, qui ἐπὶ τὰς ὑλικὰς ὑποθέσεις, id est, ad materialia principia & elemēta referebāt mūdi initiū, & ad atomos: reiicit & hæc erronea Cyrillus Archiep. Alexand. lib. de humanitate verbi. & Eusebius Pamphil. lib. 1. de præpar. Euan. c. 4. *Et quòd Deus ex nihilo omnia creauit*, docet 16 argumēt D. Thomas 1. q. 44. artic. 1. de potentia, q. 3. artic. 1. & li. 2. contra Gentiles, ca. 16. Facit & hoc arg. quòd non ex præexistente materia creauerit, sed ea nihilo. Aut enim aliquid præexistit Deo, aut nihil: si nihil præexistit: ergo ea nihilo fecit, quod si dicas aliquid præexistere, procedendum erit vsque ad infinitum, vnde illud præexistat. Impossibile autem est ire ad infinitū in caussis materialib., vt ait Arist. 2. Metaphys. c. 7. Deum autem nec esse materiam alicuius, ostēdit D. Thomas li. 1. contra Gētiles, c. 17. & 1. 1. q. q. 3. art. 2. idémq; D. Thomas probat nouem argumentis lib. 2. cōtra Gent. c. 21. ad Deum solum pertinere opus creationis. & 1. 1. q. q. 45. art. 5. & quæ. 65. art. 3. in 1. sententia, dist. 37. q. 1. art. 1 & de potentia. q. 3. art. 5. Vide quæ dixi lib. 8. Syntagm. artis mirab. c. 3. & 5.

10 Creationem etiam à summa Trinitate, & vno Deo verbo factam, nō obscurè scribit Mercur. Trismegistus in Pimandro. c. 1. & 4. & c. 5. fatetur Deum omnia creasse, & sine labore. Mahometan Alcoran. Azoara. 1. & 6-. atque Sibylla li. 1. Σιβυλλιάκων χρησμῶν, incipit, ibi, ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, &c. Paulò post.

ὕψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα,
εἶπας γενηθήτω, καὶ γίνετο, &c.

Id est, O magnum Regem, qui creauit mundum vniuersum, dicens, fiat; & factum est, &c.

Et libr. 1. ὃς λόγῳ ἔκτισε πάντα, *Qui verbo creauit omnia*, &c.

1 Causa creādi mundū bonitas ipsius creatoris fuit, vt ait Claudius Mamertus, lib. de statu animæ, c. 4. & Seneca li. 8. epistolar. epistola 66. Angeli omniū primi procreati, quibus coæua faciunt tria scholastici post diuū Augustinum, cœlum, tempus, materiam, quod scribunt Hebræi in Berescit Rabba: Græci Angelos multò ante hunc mundum creatos contendunt; vt Damascenus, Suidas, consentiunt Hierony. Hilarius, & alij quidam. Vide quæ dixi lib. de Angelis, ca. 1. nu. 8. & 9.

12 Simul omnia creata dixit Innocen. 3. in hoc. cap. 1. de sum. Trin. & Moses, *In principio creauit Deus cœlū & terram*. Genes. 1. & Salomon, *Qui manet in æternum creauit omnia simul*. Cæterum postea sea diebus distincta creata fuerunt, & ornata per eundē Deū, Gen. c. 1. sic Exod. c. 20. versic. 11. *Sex diebus Deus fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit Deus die septima.*

13 i *Humanam quasi communem.* Hominem, epitomen omnium rerum esse docemus li. 9. Syntax. artis mirab c. 1. & ideò Genes. c. 1. postremus factus in creatione.

14 k *Diabolus.* Diabolus idem quod *calūniator*, à Græca dictione διαβολὴ, calumnia. Dictus & Sathā, voce Hebraica, quòd bono aduersetur, vt ait Basilius Magn. sermone, quòd Deus non sit author malorum. Dicitur & Σατανᾶς, διὰ τὸ ἀποστάτην γεγονέναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, *quòd fugerit à Deo*, vt ait Theoph. li. 2. ad Autolicū. Vide quæ de malis Angelis diximus, & nominibus eorum, lib. de Angelis, & libr. 7. Syntax. artis mirabil. cap. 3. & 5.

15 l *Dæmones.* Obtinuit vsus Christianorum, vt Dij gētium Dæmonia dicantur: & Dæmones, spiritus nequam, & impuri, & mali, qui à Deo recesserūt, dū sibi diuinitatē & deitatē vsurpare ausi sunt, Esaiæ c. 14. Gentiles suos falsos Deos Dæmones dixerunt. Propriè Græcis δαίμων quasi δαήμων, secundum Platonē in Cratylo. Alij & Dæmonas putarunt dictos, ἀπὸ τοῦ δαίεσθαι, quòd sint, διαιτηταὶ καὶ διανεμηταὶ τῶν ἀνθρώπων. Poetæ quēlibet Deū, *Dæmonem* dixerunt. Aliquando, vt Plutarch. Athenæus, Lucian. & alij, genium & fortunam, malum bonúmve Dæmonē, Christianis vnus Deus solúsque. Vide quæ diximus de Dæmonibus lib. de Angelis, cap. 11. nu. 16. & sequent.

16 m *Boni.* Substantia, essentia, creatione, Angeli omnes boni facti sūt, per se autē ex malitia & peccato mali. Esa. c. 14. vide Euseb. Pamphil. de Præpar. Euang. c. 9. & quæ dixi lib. de Angelis, c. 4. *Vidit Deus quæcumque fecerat, & erant valde bona*. Gen. 1.

17 n *Suggestione.* Homo Diaboli suggestione peccauit, tamen punitus. Genes. 3. & Diabolus quoque. Quisque enim pro suo delicto punitur, nec in delictis cadit cōiectio. c. 1. de homic. in Sex. l. seruus non in omnibus, 10. de action. ff. l. is qui in puteum, 11. §. an ignoscitur, quòd vi aut clàm. in ff. cū similib. Agentes & consentientes agentibus, puniti. c. sicut dignum, 6. §. 1. & 2. de homic. ca. tanta, 86. dist. l. item si obstetria, §. . ad legem Aquil. l. 1. §. vlt. de serno corrup. cum similib. ff. Nam qui consilium accipit, potest apud se explorare liberè, an sibi expediat. l. 2. §. fin. manda. lib. 17. ff. tit. 1. §. tua tantum gratia. de manda. apud Iustin. lib. 3. Instit. tit. 27.

18 o *Dei filius.* Christus Dei filius, D. Matth. c. 3. vers. 1. & c. 14. vers. 33. D. Marci . vers. 11. & c. 9. vers. 7. Luc. 3. vers. 21. & c. 1. vers. 3. D. Ioan. c. 11. vers. 27. & 1. Epistola. c. 3. vers. 3. & c. 5. vers. 9. & c. . vers. 20. ad Hebræos c. 2. Vide plura quibus docuimus Christum esse Filium Dei, lib. de Deo. cc. 2. 13. 14. 25. & 26. vbi & sacræ paginæ testimonijs, Rabinorum scriptis, rationibúsque probamus.

19 p *Incarnatus.* Filius, secunda Trinitatis sanctissimæ persona. carnem humanam assumpsit, verus Deus, & verus homo, ex virgine Maria, & S. Spiritu cōceptus, & natus, duarum naturarum, diuinæ & humanæ in vna hypostasi, in Iesu Christo: vna in duabus naturis persona; vt hic dicitur, & in l. cum Saluatorem, 6. §. credimus, de sum. Trin. C. Vide quæ diximus de hac diuina incarnatione lib. de Deo. c. 25. & 26.

20 q *Semper virgine* Ἀειπαρθένου. d. §. credimus, l. cum Seruatorem, virgo ante partū, in partu, & post partū, quod fusè docuimus lib. de Deo, cap. 20. n. 2. & cap. 25. nu. 4. & cap. 41. nu. 28. & alibi, lib. 40. Syntax. artis mirab. c. 13. Quòd nasci etiam deberet Messias, & natus fuerit ex Virgine, docuimus dicto libro de Deo. cap. 25. & 26.

21 r *Crucis.* Crucifixum pro nobis Christum, docetur D. Matth. cap. 27. vers. 35. D. Luc. 23. vers. 32. Actor. 4. ver. 10. Nos plura, & de eius prædictione & implemento, libro de Deo. cc. 36. 37. & 38. vbi & de passione eius fusè.

22 s *Passus.* Esaiæ 53. vers. 4. Daniel. 9. vers. 26. D. Matthæi cap. 16. vers. 21. & cap. 17. vers. 12. & apud alios Euangelistas, & Actor. 3. vers. 18. & cap. 8. vers. 32. ad Roma. 8. vers. 32. 1. Petr. . vers. 21. ad Hebr. 13. vers. 12.

23 t *Mortuus.* Mortuum & sepultum Christum, testantur DD. Matthæus cap. 27. vers. 49. & 58. Marc. ca. 15. vers. 37. & 42. Lucas cap. 23. vers. 46. & 50. D. Ioannis Euang. c. 19. vet. 30. D. Paul. ad Rom. c. 5. vers. 6. Act. c. 13. vers. 29. Nos de his latè lib. de Deo, c. 38.

24 v *Descendit.* Descendit ad inferos in anima, resurrexit in carne, ascendit cum vtroque in cœlum. in nostro ca. de descensione eius ad inferos. Eccl. 24. vers. 45. Zach. 9. vers. 11. Oseæ 13. vers. 14. Acto. 2. vers. 24. 1. Petr. 3. vers. 18. Nos lib. de Deo.

25 x *Resurrexit.* De resurrectione Christi à mortuis Ps. 15. vers. 10. D. Matth. c. 28. vers. 6. D. Marc. c. 16. vers. 6. D. Ioan. 20. vers. 9. Lucæ cap. 24. vers. 5. Actor. 2. vers. 24. ad Rom. 4. vers. 25. Actor. 10. vers. 40. & cap. 13. vers. 30. & cap. 17. vers. 1. 1. ad Cor. cap. 15. vers. 4. 2. ad Tim. 2. vers. 8. De resurrectione Christi tractat & Hierosolymitanus catech. 4. illumina. & Nos libro de Deo, cap. 39.

26 y *Ascendit.* De ascensione Christi in cœlum DD. Marci, cap. 16. vers. 9. Lucæ c. 24. vers. 51. D. Ioannis cap. 3. vers. 13. Actor. 1. vers. 9. D. Paul. ad Ephes. 1. vers. 20. & cap. 4. vers. 8. ad Hebræos 4. vers. 4. Nos de Deo, vbi suprà.

27 z *Indicaturus.* De hoc futuro vltimo Christi iudicio; Psal. 95. vers. 13. DD. Matthæi, cap. 16. vers. 27. & ca. 24. vers. 30. & c. 25. vers. 31. Lucæ c. 17. vers. 24. 2. ad Thessalon. ca. 1. vers. 7. D. Ioan. c. 5. vers. 22. ad Rom. 2. vers. 16. Acto. 1. vers. 11. & c. 10. vers. 42. Apoc. 1. vers. 7. Nos & de hoc li. de Deo cu-

ca finem c.58.& 59. vbi & de resurrectione hominum: vide & Esdræ 4.c.4.& 5.

28 aa *Gestant*. Resurgent homines in propriis corporibus, quæ nunc gestant, Iob.c.19.vers.26. Ezech.c.17.vers. 9.& Esd.2.vers. 6.D.Matth.22.c.vers.23.D.Ioann.5.ver.21. 2.ad Corinth.11.& priore ad Thessal.4.vers.13. Apoc.20. vers.12.& alibi. Resurrectionem mortuorũ credunt Mahometistę in Alcorano, Axo ara 29.& 56. Sibylla lib.2.Oraculor. Theopõpus lib.8.Philippicorũ, hanc fuisse sentẽtiã Magorũ tradit, resurrecturos homines & immortales futuros. Eadem quoque Eudemius Rhodius ait, teste Diogene Laertio, lib.1.de vitis Philos. Credidit & Seneca libr. 5. Epist.epist. 36. Docet pluribus Theophilus Theologus ad Autolicũ calumniatorẽ religionis, futurã resurrectionem mortuorum. Item Athenagoras Philosophus & Christianus, lib. περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Et Q.Septimius Tertull.lib.de resurrect.carnis.

29 bb *Sempiternam*. Vita ęterna, bonis, pœna perpetua, malis, in vltimo iudicio dabitur. D. Matth.c.25. D.Ioannis Euang.c.5.vers.28. Dan.12. vers. Apoc.c.22.vers.12.ad Rom.cap.14.vers.2.cum simil. Vide quę diximus lib.1.de immortalit.anima.c.6.

## Ad §. Vna verò est.

1 *De vnitate, & vna Ecclesia.* 2 *Ecclesia quid.*
3 *Salus non est extra Ecclesiam.*
4 *Christus Sacerdos & Sacerdotium.*
5 *Iesus quid significet.*
6 *Christus vnctus, & quare.*
7 *De Eucharistia veritate.*
8 *De transsubstantiatione Eucharistia.*
9 *Sacerdos tantùm consecrat.*
10 *Dummodò sit rite ordinatus, & quid verba illa, rite ordinatus, significent* 11 *De clauibus Ecclesia.*
12 *De Baptismi forma.* 13 *A quo dari possit.*
14 *Character Baptismi peccato non amittitur.*
15 *Saluari possunt cuiuscunque vocationis persona, virgine, nupta, &c.*
16 *Nuptiarum bona.*
17 *Fides recta, cum bonis operibus, ad salutem requisita.*

## S V M M A.

*In hoc §. agitur de Sacramentis Ecclesia, Eucharistia, & Baptismi.*

VNa *a* verò est fidelium vniuersalis Ecclesia, *b* extra quam nullus omnino saluatur, *c* in qua idem ipse Sacerdos est sacrificium *d* Iesus *e* Christus, *f* cuius corpus & sãguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis & vini veraciter *g* continentur, transsubstantiatis *h* pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. § Et hoc vtique Sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, *i* qui ritè k fuerit ordinatus, secundùm claues Ecclesiæ: *l* quas ipse concessit Apostolis, eorũmq; successoribus Iesus Christus. § Sacramẽtum verò Baptismi *m* (quod ad Dei inuocationẽ, & indiuiduæ Trinitatis; videlicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti consecratur in aqua) tam paruulis quàm adultis, in forma Ecclesiæ à quocumque *n* ritè collatum proficit ad salutem. § Et si post susceptionẽ Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest pœnitẽtiam reparari. *o* Non solùm autem virgines & continentes, verùm etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. *p*

1 a V*Na*. Vna Ecclesia vniuersalis, ca. Nouatianus, 7. qu.1. vna arca Noachi, in qua saluatum vniuersum genus humanum, Gen.6.vers.14.1.Pet.3.vers.20. vna columba, cano.6.vers.8. vna sagena, habens ex omni genere piscium, D.Matthæi 13.vers.47. *vinea electa vna*, D. Marc.12.vers.1.D.Lucæ c.20.vers.9. *vnica Domini inconsutilis & indiuisa*, D.Ioann.capit.19.cap. *quoniam vetus*, 24.quæ.1. Et consentiebant hæretici Donatistæ vnam esse Ecclesiam, atque extra illam hæreticos esse, sed contendebant apud quos esset, teste Optato Mileuitano, lib.1.contra Parmenian. & 2.in princip. Demonstrat & idem Optatus in 2.notas veræ Ecclesiæ Dei esse, in successione Cathedræ D.Petri, & aliorum, quæ ab illa tanquam membra pendent. Quod firmat Vincentius Lyrinensis, Irenæus, & D.Ignatius scribens ad Philadelphos, *Vna fide, inquit, vna prædicatione, vna Ecclesia, vtamini: vna est caro Domini* Iesu, *vnus eius sanguis, qui pro nobis effusus est, & vnus panis omnibus confractus, & vnum poculum omnibus distributum, vnum est altare toti Ecclesia, & vnus est Episcopus, cum Presbyterorum collegio.* Est & vnum corpus in Ecclesia mysticum Christianorum, vnus spiritus, ad Rom. cap.12.vers.4. priore ad Corinth.12.vers.12.ad Eph. 4. vers.11. *vnum sumus in Christo*, ad Galat.3. *vnitas fidei Christianorum*. diui Ioan.17. & Actor. 4. *Deus vnus, & Pater omnium*. 1. ad Corinth.8. *In summa, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma*, ad Eph. c.4.vers.5. *nec potest habere Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem*, cap.19. alienus est.24.q.1. Pulchra diductio Esdrę 4. cap. 5. quòd Deus ex omni sylua elegit vineam vnicam: ex omni orbe foueam vnam: ex omnibus floribus, lilium vnum; ex omnibus abyssis maris, riuum vnum: ex omnibus ciuitatibus, Sion. ex omnibus volatilibus, columbam vnam: ex omnibus pecoribus, ouem vnam: ex omnibus populis, populum vnum.

a b *Ecclesia* ἐκκλησία cœtum & congregationem significat, cœtum conuocatiuum, & concionem, à verbo ἐκκαλέω, euoco, verbum frequens Aristophani; Thucididi, & aliis Græcis. Vtitur verò hîc Gregorius adiunctione fidelium, *Ecclesia fidelium*, vt ab aliis conuocationibus & cœtibus nostra Ecclesia distinguatur, & ab hæreticorum & impiorum conuenticulis, quorum congregationes sunt dictæ, *Ecclesia malignantium, & cathedra pestilentia*. Psalm.1. Ecclesia itaque fidelium, est Christianorum vniuersorum cœtus & congregatio: seu, vnus per orbem in fide consensus eorum, qui ad vitam æternam vocantur. canon.8. Ecclesia, de consecrat.distin.1. Est & ideò continens pro contento. Ecclesia, locus, vbi Christiani conuocãtur. can. Ecclesia, de consecr. dist.1.ca.legimus, 93.dist.ca.circa me, & ca. multæ.1.q.1. Cyrillus Hierosolymita. cathechesi illuminatio. 18. ita & Ecclesia accipitur in cc. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio. vt lite penden. & c. Ecclesia vestra, in 1.& 2.de elect. in cap. Ecclesia vestra, de sortil. c. Ecclesiæ, de immun. Ecclesia. c. Ecclesiæ, de censib. cum simulib aliis plurib. Et quia ex Christianis in diuersis locis corporales fiunt congregationes, sic & plures secundum quid congregationes, & Ecclesiæ pro tẽplis & cœtibus Christianorum, vt Apoc.c.1. & 2. & ti. C.de sacrosanct. Eccl. Istæ tamen congregationes, sub vno, & in vnitate fidei catholicæ seu vniuersalis: quare & vnam Ecclesiam conficiunt, cuius caput Christus est: Vicãrius eius summus Pontifex in terris, ad Ephes. 1. vers. 22. & cap. 5.vers.2. De diuersitate & materia Ecclesiæ tractaui ex professo lib.1. Institutionum iuris Pontificij, can.4. & li. 2. Syntagm. iur. vniuers. c.1.

3 c *Saluatur*. Extra Ecclesiam catholicam nõ est salus, D.Hieronym. ad Damasum, ca. quoniam vetus, 24. qu.1. quẽadmodũ extra arcã Noe tẽpore diluuij nemo mortem euasit. Et pro inde metuenda valdè excõmunicatio, quæ extra gremiũ Ecclesiæ & cœtum fideliũ ponit. can. guidenr-

euidenter.11.qu.3.& ferè per totá illam q.3.can.Engeltrudam,3.q.4.c.peu.de sent.excom.c.à nobis,de excep. eũ simil. vide & quę dixi de excõmunicatione minori & maiori,& de anathemate,li.31.Synt.iur.c.8. & 9.Insuper & cum Ecclesia catholica esse sentiendum,nec ab ea recedendum, ne fiant schismata, docet c.quis nesciat, 11.dist. Cyprianus. lib.4.epistola.epist.8. Calixtus in c.nõ decet,12.dist. Iulius qui Athanasium restituit,in ca.nolite 11. dist.Ambros.ad c.4.ad Eph.August.contra Donatistas,lib.2.c.3.Leo Magnus ad Anastasium Episcopum Thessalonicẽsem epist.82.c.fi. Extra fidem Ecclesiæ sunt omnino pagani, infideles accedunt his proximè hęretici, extra congregationem & communionem verò excommunicati,quamdiu nõ absoluuntur extra obedientiam,& vnitatem pacis,& pastoris veri generalis,schismatici.cap.26.inter hęresim,24.q.3.can.schisma 24.q.1.ca.non vos,23.q.5. Vide quæ de his diximus libr.2. Institutionum iuris Pontificij,cap.7.de schismaticis,vbi enumeramus quædam schismata Ecclesiæ.

4 d *Sacerdos & sacrificiũ.* Dominus noster Iesus Christus,Sacerdos in ęternum, atque ipsum verũ sacrificium:vt hic,& can.nec Moyses,de consecr.dist.2. ipse agnus occisus,qui seipsum pro nobis obtulit. Esaiæ 53.vers.7.D.Paulus.1.ad Corinth.5.vers.7.Apoc.5. vers.6.*Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech.* Psal. 109.ad Hebr.5.vers.9.*Melchisedech enim in figura veri corporis & sanguinis Domini sacrificabat, vel offerebat Deo panem & vinum,*Genes.14.*figuraque impleta à Domino,*Luc.c.22.vers.19.1.ad Cor.c.10.vers.16.& c.11.ver. 15.*vocauit Daniel hoc iuge sacrificium.*c.11.vers.31.& c.12. vers.11.Nos de sacrificio & oblatione Eucharistię,agimus lib.de Deo.c.30.31.32.33.& lib.1.Inst.iur.Pont.tit.9.

5 e *Iesus.* Iesus Hebraicè, Saluatorẽ significat Latinè.D.Matth.c.1.vers.20.De hoc nomine vide Sibyllam li.1.Oracu.ibi,Δὴ τότε ϰ̀ μεγάλου Θεῦ παῖς, &c. & in illũ locum Castillionem. Vide & lib. 8. Oraculorum achrosticos versus,& quæ nos diximus de hoc nomine copiosè,li.de Deo.cap.18.

6 f *Christus.* Græcè, Latinè vnctus dicitur; Hebraicè,Messiah,vt Psal.45.ibi,*Ideò vnxit te*,&c. Vnctio interior,& exterior: vngebantur Reges, Sacerdotes & Prophetæ, 3. Reg.19. Dominus noster Iesus vnctus quia rex ex generatione Regia Dauidis:Propheta magnus, quẽ Deus promiserat: filius Dei ex generatione diuina:summus Sacerdos.vide c.vni. de sacra vnctio. lib.1.tit.15.Diui Lucæ cap.4.

7 g *Veraciter:* Post consecrationem panis & vini,veraciter iuxta pronunciata verba benedictionis seu consecrationis, verum corpus,& verus sanguis Christi fit.ca.ego Berengarius;& ca. prima quidem.de cõsecr.dist 2.c.cum Marthę,de celebrat.Missar.De veritate Sacramenti corporis & sanguinis Domini, nos alibi tractauimus lib.2.Syntag.iuris vniuers.c.6.& lib. 1.Inst.iur.Pont.tit.9.& lib.de Deo,c.30.31.32.33.

8 h *Transubstantiatis.* Vocabulum transubstantiationis,authoritate cõcilij huius generalis 12. & Lateranensis,receptum fuit ad tollenda hęreticorũ diffugia:vt in concilio Niceno verbum ὁμοούσιον. Nihilque aliud est transubstantiatio,quàm commutatio, cõuersio & transitio terrenorum, & creaturarum conuersio in substantiã verã & realem corporis Christi.Hoc enim fieri per omnipotentiam verbi Dei,dixerunt sacri Patres,& fideles Christiani credunt,& confitẽtur: vt Cyprianus sermone de cœna Domini,Euseb. Emissenus homilia 4.in Pascha,Gregorius Nicenus in oratione catechetica,& alij.Sicque D.Chrysostom.de Encenijs, nihil post consecrationem de substantia panis remanere ait:& in Liturgia,Deum visibilia in corpus Christi μεταϐάλλειν,id est,trãsmutare,nempe per verba, *Hoc est corpus meum.* Atque diuus Ambr.libr.4.de Sacramẽtis,c.4.& 5.&lib.de his qui initiantur,cap.9 ait creaturas & naturas siue substãtias mutari.Theophylactus verò in 14.Marc. transelementari panẽ in carnẽ Christi:ibique verũ esse corpus Christi, quòd passũ est pro nobis,& docet D.Ignatius epistola ad Smyrnæos,Theodor.lib.3.Polimorp.

9 i *Nisi sacerdos.* Presbyter solus potest consecrare corpus Christi,ca.ecce ego 95.d.non alius non Sacerdos,etiá ex iussu summi Pontificis gl. . ad c.peruenit, 95.dist.Panor.hîc.Sacerdos quasi sacra dans: can. cleros,§.Sacerdos.21.distin.

10 k *Rite.* Sacerdos consecrans ritè: hoc est,secundũ solemnitates, & sanctiones Ecclesiasticas,debet esse ordinatus.Ritus&ritè,ad mores cõseruatos refertur, Barth.ad l.lecta:si cert.pet. Varro de ling. Lat. *Ritus propriè concernit vsum, vel obseruantiam circa solemnitatem actus.* Pan.ad c.cũ secundũ, per illum textum de temp.ordina. & in c.in aliquibus, de decim.*Ritus,* inquit Festus, *est mos comprobatus in administrãdis sacrificiis.Ritus est mos & consuetudo.Rite autẽ significat bene ac rectè.* Propriè autem ritus in sacris. Ouid.2.Fastor.

*Hinc populi ritus edidicere nouos.*

Interdum distinguitur, & ritè factũ ab eo quod rectè & benè factũ est,vel bonũ est.Ritè enim nõ factũ esse potest,omissis inquã,solẽnitatibus facti, q tamen bonum est:rectè quippe non ex communi ęstimatione& formula aliquãdo iudicatur,sed ex boni viri arbitrio, vt in l.si quis legatũ,6.ad legẽ Cornel. de fals.li.48.tit. 10. l. hæc verba in stipulatione. 73. de verb.significat. Est & ritè factũ, idẽ q secũdum legẽ,aut legitimè fit; vt apud Vlpian.l.procuratore,§ 5.de procurator.in ff. nisi enim mores,seu ritus legibus consentiãt, pro corruptela habentur.can. fi. de consuet.c.cũ in Ecclesiæ; de simon.c.cũ haberet, de eo qui duxit in matr.quàm prius pollic per adulter. De modo & ritu ordinandi presbyterũ,in can.presbyter, & can. Ecclesiastica,23. dist. Vide quæ diximus de Sacerdotũ institutione Gẽtiliũ,Iudęorum, & Christianorum, lib.16.Synt.c.8.& de modo ordinationis,in cap.11.einsdem libri.

11 l *Secundùm claues Ecclesiæ.* Id est, secundum potestatem concessam Ecclesiæ, ita clauis pro symbolo translationis iuris alicui concessi,vt in iure ciuili pro traditione rerum claue conclusarum. apud Caium, in l.qua ratione. 9. §. item si quis merces,de acqu.rer. dom.libr.4 .ff.Iustinian. in §.item si quis merces, de rer.diuis.ff.in l. . §.pen.de acquir.poss.lib.41.tit.2. Pap. in l.clauibus,74.de contrah.empt. lib. 18.tit.1. Clauis summæ potestatis data est Messiæ,vt dictum Esaiæ,c. 22.vers.22. sub qua claui cõtinetur imperium & potestas vitæ & mortis.Apoc.ca.3.vers.7. & cap.1.vers.7.& cap.1.vers.18.Ipse autẽ dedit Vicario suo in terris claues regni cœlorum, atque potestatem ligandi & soluendi à peccatis. D.Ioann. Euang.c.20.vers.22.can.in nono,21.distin.iuxta promissa D.Matth.cap.16 vers.19. Theologi in Ecclesia duas esse claues tradunt, ordinis vnã,aliã iurisdictionis:& clauẽ ordinis subdiuidũt, in clauẽ sciẽtię & potẽtię. Clauẽ ordinis quilibet Sacerdos rectè ordinatus habet,non autẽ iurisdictionis cõtentiosę. D. Petri authoritate claues exercentur in Ecclesia ab iis quibus cõceditur in eadẽ.D.Petrus verò à Deo accepit,vt docet D.August. super D. Ioannẽ tract.50.ad c.12.relatis,& in ca.quodcũque,& ca.manet ergo,24.q.1. Examinãt quęstionẽ clauiũ Ecclesiasticarũ interpretes Theologi cũ Magistro sententiar. lib.4.dist.18.& 19. Agitur & de potestate clauium in concilio Trident.sessio.14.ca.3.10.& 15.per Geminiã. in summa 20.distin.Decreti Gratiani per Petrum Ancharanum, ad regulam peccatum, q.5.de reg.iur.in Sext.Host.in summ.de pœnit.& remissio. tractatur & in c.tanta est vis clauiũ, 18.de excess.pręl.lib.5.tit.31.

12 m *Baptismus.* De sacramẽto Baptismi infrà li.5.ti.42: & nos abũdè tractauimus li.2.Synt.c.4.& lib.1.Inst.iur. Pontif.titu. . Forma Baptismi cum aqua;verba . *Ego*

*te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* can. firmissimè. de consecr. dist. 4. ca. maiores. in fine, de Baptismo. & hoc est, quòd dicitur hîc, *Inuocatione indiuidua Trinitatis*, &c.

13 n *A quocunque.* Etiam ab hæretico, seruata forma Ecclesiæ baptizandi, baptizatus, verè est Baptizatus. can. quod quidam, 1. q. 1. ca. à quodam, de consecrat. dist. 4. cum similib. A proprio tamen Sacerdote seu Parocho, regulariter datur Baptismus in causa necessitatis, imminente morte baptizandi, à quocunque in prędicta forma potest baptizari, ca. diaconos, 65. dist. ca. constat. de consecr. dist. 4. can. præter. §. verum, & §. porrò. 32. q. 4. ca. ad limina, 30. q. 1. c. de cler. non ordinato ministra.

14 o *Reparari.* Peccato non amittitur character Baptismi; ideò pòst Baptismum peccans non rebaptizatur: sed per pœnitentiam veram restituitur lapsus, c. quod quidam, 1. q. 1. ca. licitè, 12. q. 7. De pœnitentia nos multa diximus lib. 1. Institut. int. Pontif. cap. 10.

15 p *Peruenire.* Hîc concilium resoluit, ex omni conditione viuendi probata, posse saluari per fidem rectam, & operationem bonam, siue virgines, siue cælibes continentes, siue coniugatos. Virginitatis conseruatio non est in pręcepto ante votum, sed de cõsilio. ca. integritas, 32. q. 1. at præfertur puritas virginitatis, nuptiis: illæ tamen non improbantur. c. nuptiæ, 32. q. 1. neque virginitas sola tamen sine bonis operibus saluat. ca. tunc saluabitur. 13. q. 5.

16 In nuptiis castitas, honorabile connubium, thorus immaculatus, ad Hebręos 13. ca. Et saluabitur mulier, per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate. 1. ad Timoth. 2. vers. fi. Matrimoniũ est bonum, & sine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur. ca. deinde, 24. dist. imò hinc triplex bonum, fides, proles & sacramentum. ca. omne, 27. qu. 2. can. sicut, 32. qu. 2. Deus ipse author matrimonij, dicto ca. sicut, §. 1. & ca. qu equid, 32. q. 2. Genes. 2. Diui Matthæi c. 19. defensor & custos. ca. nemo, 32. q. 4. Qui damnat matrimonium, anathematizatur, c. si qua mulier, cũ 2. cc. seq. & can. si quis nuptias, 30. distinct. In virginali tamen & viduali castitate, & continentia, inuenitur excellentius quidpiam, quàm in matrimonio. ca. nuptiarum, 27. q. 1. Vide quæ diximus lib. 40. Syntaxeon artis mirabilis, ca. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13 & 14.

17 Exigit concilium generale ad salutem æternam consequendã, fidẽ rectã, & bona opera. Illa efficax fides, quæ p dilectionẽ operatur. canon. firmũ Dei fundamentũ, de pœnit. dist. 2. Fides sine operibus mortua est. c. 48. sicut vrgeri, 1. q. 1. D. Iacob. c. 2. Fidem demonstrant opera, 1. ep. diui Ioan. c. 2. Sicut optimi vel mores sine fide, nihil prosunt, ad salutem consequendã, nec vera sine ipsa virtus. c. omnes, §. ex his, 29. q. 1. Gratia saluamur, sed non absq; operibus semper, vt docet Clemens Alex. lib. 5. & 6. stroma. Et quando dicitur, *Fides tua te saluam fecit*: non accipimus, Deum dicere absolutè, eos saluos futuros, qui quomodocũque crediderint, nisi facta quoque consequãtur, Theophyl. li. 2. ad Autholicum, & Tatianus. Opera quoq; bona requiri ad salutem, docet Orig. in Iob. 1. tract. 32. in Matt. Tertullian. lib. de sapientia. Basilius in sermone exhortatorio de renũciatione huius seculi. Athã. in Apologia ad Constantiũ. Secundã hîc intelligimus iustificationẽ, quę requirit opera, vt ait D. Chrysost. in 1. Ioan. nec solã fide sufficere. Cyrill. Alex. lib. 10. c. 8. in diuũ Ioann. Leo sermone 3. de Epipha. Explicat autem Gelasius in 2. c. ad Galat. *Quæritur*, inquit, *vtrum sola fides sufficiat Christiano: fides sufficit, vt primò credeatẽ & iustu efficiat, si deinceps iustificatione permaneat: cæterum sine operibus mortua est.* D. August. lib. 2. de peccatorum meritis, c. 4. 4. 15. Probat multis scripturarũ testimoniis, mala opera damnare; bona opera, vitam promereri.

## Ad c. 2. de Summa Trinit.

1 *Vnde sumptum hoc c.*
2 *Librorum reprobatio quid contineat, & quando cum illis authores damnati & de causa damnationis libri Ioachimi de Trinitate.*
3 *Ioachimus Abbas quis, & eius error de quaternitate. idem 5. 6.*
4 *Petrus Lombardus quis. P. Congestor & Gratianus.*
7 *Almarici hæretici hæreses.*

## S V M M A.

*Hic agitur de summa Trinitate.*

### Idem in eodem. a

DAmnamus b ergo & reprobamus libellũ, seu tractatum quem Abbas Ioachim c edidit contra Magistrum Petrum Lombardum d de vnitate, seu essentia Trinitatis appellans ipsum hæreticum, & insanũ, pro eo quod in suis dixit sentẽtiis e quoniam quędam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens, vnde asserit quòd ille non tã Trinitatem, quàm quaternitatem adstruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam, quasi quartam manifestè protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura; quamuis concedat quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substãtia: vnaque natura: verùm vnitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicũtur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: &, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: &, Omnes vnũ corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus: & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimùm verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euãgelio: Volo, Pater, vt sint vnũ in nobis sicut & nos vnũ sumus: vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, id est, quædam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnũ, id est, vna Ecclesia, propter Catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum, propter vnionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in Canonica Ioannis Apostoli Epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt: statimque subiungitur: Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis, & hi tres vnũ sunt: sicut in quibusdã codicibus inuenitur. g Nos autẽ, sacro approbãte cõcilio, credimus & confitemur cum Petro, quòd vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater & Filius, & Spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem, & ideò in Deo solummodò Trinitas est, non

quaterni

quaternitas:quia quælibet trium personarū est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri nō potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens: sed est Pater qui generat: & Filius qui gignitur: & Spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus idem omnino: vt secundùm Orthodoxam & Catholicam fidē consubstātiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filiū generando, suam substantiā ei dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi maius omnibus est. Ac dici non potest, quòd partē substātiæ suę illi dederit, & partē ipse sibi retinuerit: cùm substantia Patris indiuisibilis sit, vtpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quòd non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo quòd sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est Pater & Filius, necnō & Spiritus sanctus ab vtroque procedens. ¶ Cùm ergo pro fidelibus suis orat ad Patrē: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis verò diuinis, vt attēdatur identitatis vnitas in natura, quemadmodū alibi veritas ait: Estote perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est: ac si diceret manifestiùs. Estote perfecti perfectione gratiæ: sicut Pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturę: vtraque videlicet suo modo, quia inter creatorē & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. ¶ Si quis igitur sententiam vel doctrinā præfati Ioachim in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur. ¶ In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruātia salutaris: maximè cùm ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, *f* dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est, & magistra. ¶ Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, *g* cuius mentem sic Pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana.

1 a *Idem.* Sumptum est hoc c. ex cap. 2. magni Lateranēsis concilij, & est etiam ca. 2. sub hoc titulo, in 4. compilatione.

2 b *Damnamus.* Damnatio seu reprobatio libri vel libelli hęretici, cōtinet vt nemo eum habere, describere, legereve audeat: & inuētus id agere, deferatur ad Magistratū, & cōburatur. Theodos. & Valentin. in l. dānatu, 6. l. ex Manichæo, 16. §. fi. l. quicūque, 8. §. fi. de hęret. li. 1. C. tit. . l. . de summ. Trinit. C. facit quòd libri improbatæ religionis. vel lectionis, perdendi & vetiti. l. Mathematicos, in. de Episco. aud. lib. 1. C. tit. 3. l. 4. §. fi. fam. ercisc. ff. Nouel. 41. §. 1. Paul. li. 1. sent. ti. 23. §. 12. Act. c. 19. vers. 18. Narrat Seneca Labieni scripta Senatusc. absumpta: & Cremutij Cordi Tacitus. Liuius lib. 40. quoq; tradit à Victimariis crematos libros Numę publicè, inuētos in agro L. Petilij scribę, eò quòd plura cōtinerentur dissoluendarū religionum: idē & refert Valer. Maxim, lib. 1. c. 1. exemp. 12. Plutar. in Numa. Plinius li. 13. c. 13. Dānantur interdū librorum authores & illorum dogmata omnia, vt in c. fraternitatis, c. 4. de hæret. nēpe dogmata per quæ dānantur authores Siquidē aliquādo ex libris quædā capita, nō omnia expungēda, vel dānanda, vt in hoc c. 2. §. fi. de sum. Trini. dānatur tractatus de Trinitate Ioachimi Abbatis cōtra Lōbardum, non autē alia eius scripta. Eadem dici possunt de scriptis Origenis, Tertulliani, & quorundā aliorum, in quibus quædā reiciuntur ab Ecclesia, reliqua retinētur; lege can. sācta Romana, 1. d. 15. Rationes dānandi libelli de Trinitate hîc ponuntur, 1. quòd in quaternitate adstruenda errauerit, 2. quòd vocasset Petrum Lōbardum hæreticum & insanum; & ita libellus ille tanquā famosus, corrumpendus & perdēdus. l. vnic. de famos. libell. Et hæc nomina hęretici & insani contumeliam habent. Hæreticum enim excōmunicatum esse constat: c. excōmunicamus, 11. de hæret. & reū criminis grauioris, vt liquet ex totis titulis vtriusq; iuris, de hæret. Dicere etiam aliquē insanū, habet reatum gehennæ, D. Matthæi cap. 5. ca. cum ex iniuncto. 12. de hæret. c. 13. si Euangelica, 55. distinct.

3 c *Ioachim.* Ioachimus Calaber Abbas Florensis, qui vaticinia quædam protulit, vt scribit Polydor. Virgil. lib. 14. Histor. Anglicæ. Platina in Lucio 3. in fine de eo sic ait. *Scribit, inquit, Ptolomæus Lucensis, & Petrum Comestorem, qui historiam vtriusque testamenti conscripsit, & Ioachimum Abbatem in Calabria apud monasterium Floris ab eo conditum, in pretio tum fuisse doctrina & diuinandi arte, quam sub ambagibus quibusdam præ se ferebat.* Is aduersus Petrum Lōgobardum de Trinitate librum edidit, quem improbauit Innocētius 3. vt ait idē Platina, & in cōcilio. tamen 3. quare & ipse reuocauit quę ibidē dixerat malè, vt dicitur in nostro c. 2. in quo & refertur, eū posuisse quaternitatē in Trinitate; in quā impietatē aliquādo lapsus etiā est Flauius Valerius, Anastasius Imperator, qui quaternitatem adorabat, vt scribit Blondus lib. 3. decadis primæ.

4 d *Lombardū.* Petrus Lōgobardus, cognomēto Magister sentētiarum, fuit Episcopus Parisiēsis, salutatus ann. Dom. 1160. cessione Philippi Ecclesiæ eius Archidiaconi, Ludouici 9. dicti 7. Regis fratris, qui alioqui à maiori parte electus fuerat, vt scribunt Æmil. in Ludouico iuniore, & Sigeberti cōtinuatio. Dicitur à quibusdam frater Gratiani monachi, qui collegit Decretorum volumen, & Petri Trecensis cognomento Comestoris, qui author Scholasticæ historiæ: vt habetur in vita Gratiani. Hic Petrus Longobardus in libris sententiarū, de Trinitate quoq; scripsit: aduersus cuius definitionem scripsit Ioachimus Abbas, & aduersus alia capita librorū etiā Guillelmus Episcopus Senonēsis, & Ioannes Cornubiēsis, in suo elogio: quę autē contra illum scripsit Ioachim, hic reuocata sunt.

5 e *Sententiis.* Lib. 1. sententiarū, dist. . vbi explicāt Patres, qui in illā cōmentaria ediderunt, quòd Trinitas,

vnitas sit essentiæ, & siue quaternitate.

6 f *Corrigenda.* Quia Ioachimus se submisit Ecclesiæ Apostolicę & sua corrigenda non censetur hęreticus paratus emendari in errore, vt hic notat gl. & in c. hęc est fides 24. q. 1. ca dixit Apostolus, 24. q. 3. Vide quę dixi de hæreticis lib. 2. Instit. iuris Pontificij.

7 g *Almarici.* Almarici dogma hic tanquàm hæreticum damnatur. Almaricus siue Amorichus Carnotensis, vir eruditus, sed hęreticus, conuictus est viginti errorum, quorum vnus erat, Corpus Christi non magis esse in sacramento Eucharistiæ, quàm in qualibet alia re. Eius sequaces, cum eiusdem ossibus refossis, Lutetiæ postea vsti sunt. Gagttinus lib. 6 Paul. Æmil. lib 6. Bernard. Lutzemburg. in catalogo hæreticorum. Idem testatur Platina in Innoc 3. & ibi alios errores eius refert damnatos. Et hæc dicta sint breuiter in c. 2. de summa Trinitate, reliqua enim per glossas explicantur, quas vide.

## AD TITVLVM DE CONSTITVTIONIBVS. a

1 *Tituli similes & materia tractatus indicantur.*
2 *Constitutio quid.*
3 *Canon, Decretum, Decretalis.*
4 *Sanctio* 5 *Pragmatica Sanctio.*
6 *Totius tituli & capitum de constitutionibus connexio.*

1 a TITVLI similes de constitutionibus, li. 1. Sexti Decret. ti. 2. de varlis constitutionibus in Decreto, in distinctionibus 1. 2. 3. 4. 9. 10. 13. 14. In iure verò Ciuili tituli de constitutionib. lib. 1 ff. tit. 4. lib. 1. C. Iustin. tit. 17. In Authenticis constitutio. 16. Collatio. 5. & Collat. 6. titu. constitut. 4.

2 Constitutio est quando summus Pontifex vel Imperator, Rex aut Princeps aliquid statuit, constitut. 2. dist. §. sed quod principi placuit, de iure natur. l. 1. de constit. princip. l. omnes C. de quadrien. pręscr.

3 Estque genus, quod plures habet species ex formula constituendi, vt si pro vniuersali regula & forma constituatur, maximè in concilio generali, canon dicitur, idem quod regula. ca. canon. 3. dist. 51. Concilium Cardinaliũ accedat, Decretum; sine cõsultatione edita gl. in summ. 3. distin. & si ad Consultationem Decretalis, epistola.

4 Si constitutio cum pœna, Sanctio. l. sanctio legum, de pœn. ff. & sanctæ. de rer. diuis. quamuis & catachristicos seu largè, pro omni constitutione non pœnali possit capi, eò quòd non liceat impunè leges quascunque transilire, gl. ad Clem. 2. ad verbum *Sanctione*. De vita & honest. cleri. gl. ad Cle. sępè, ad verbum *Constitutione*, de verbor. sign. ca. sic omnes. 19 dist.

5 Si ea causa agitata & discussa in consistorio fiat cõstitutio, Pragmatica Sanctio dicitur aliquando. gl. ad c. peruenit, 101. dist. facit gl l. fi. de diuers. rescrip C. l. moris, §. solet. de pœn. l. pragmatica, domest. & protect. lib. 12. C. Atque si motu principis constitutio fiat, dicetur, & adnotatio. gl. fi. de diuers rescript. C. vide quę dixi in principio tractatus de rescript.

6 Omnium capitum istius tituli hęc potest dari œconomia seu dispensatio per proximas materias. Canonum statuta seruentur. cap. 1.
Et nemo suo sensu iudicet. c. 1 c. 5. ne innitaris
Sed ea sequatur, non dubia in posterum 6. 13. quoniam.
Nam ad præterita non referuntur, & ideò sine culpa antè gesta sunt. can. 2.
Quod autem de aliquo statuitur, ad consequentia extẽditur. c. 4. nam concupiscentiam.
Et ad subrogatum. c. 3. translato.
Nihil porrò laicis de Ecclesiasticis, sine illorum consensu statuere licet. c. 7. quę in Ecclesiarum.
Etiam in fauorem Ecclesię. c. 10. Ecclesiæ.
At Academia inter suos statuit. c. 11. ex literis.

Et Capitulum, nisi vellet minuere numerum pręb. ndãrũ, non diminutis Ecclesię facultatibus c. 9. a ex parte.
At si personarum sustulerit, debebunt distribui fructus; si verò iterum conferat, & fructus dare teneatur. cap. 8. accessissent.
Illud ipsum ius in prębendis numero augendis, aut minuendis, & earum iuribus. c. 9 cùm Martinus
Seruabitur interim consuetudo Capituli, nequid in pręiudicium recipiendarum personarum, post illarum prouisionem, innouetur. c. 6. cum omnes

## Ad c. 1. de constitutionibus.

1 *Meldensis ciuitas, & concilium in ea habitum.*
2 *Canon quid, & canones esse seruandos, & quando ius constituit regula.*
3 *Ab omnibus canones seruandi: quando à laicis.*
4 *Leges generales ab omnib. seruanda: quomodo à principe seruanda sua, & aliorum.*
5 *Legibus nominatim soluti quidam.*
6 *Iudæi & Pagani non vtuntur legibus Pontificiis. ibi & casus excepti.*
7 *Iudicandum secundùm leges & canones, non ex sensu proprio.*
8 *Nisi ex magna causa.*

S V M M A.

*Canonum statuta seruari debent ab omnibus, & secundùm eos iudicari.*

### Ex concilio Meldensi. a

CAnonum statuta *b* custodiantur ab omnibus, *c* & nemo in actionibus, vel iudiciis, Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur. *d*

1 a MEldensi Meldarum ciuitas, est in Gallia Celtica Lugdunensi, dicitur *Meaux* vulgò Non autem est Meludunum, vulgò *Melun*: ibi concilium habitum. Ex hoc concilio Meldensi c 11 sumptum hoc nostrum caput Extat & apud Burchardum lib. 1 c 61. apud Iuonem Carnotensem, parte 5. c. 71. & in prima compilatione Decret. c. 1 hoc ti. de constitution Sunt & alia ex eodẽ concilio collecta, vt ca si quis, de ordine 7. q. 1. can. in Dominicis diebus, 9. q. 2. ca. quicunque ex clero: 23. q. 8. can. vt Episcopi, de pœn. dist. 5 & alij canones.

2 b *Canonum statuta.* Id est, canones, qui pro legibus habentur. Canon, regula est seruanda, regula verò, lex quæ rectè dirigat actus. can. canon, can. regula 3. distinct. ex Isidor. lib. 6. Etym. c. 16 Æquilibrium in medio trutinæ, quo lances æqualiter efferuntur, canon dicitur Grecis, vt scribit Iulius Pollux: translatitiè inde, quod æqualiter constituitur nec à bono & æquo in alterutram partem inclinat, canon dicitur, sicque annotat Scholiastes Aristophanis in Ranis, dum explicat versum, καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν. Et Æschines, ὥσπερ ἐν τῷ τεκτονικῷ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, κανόνα προσφέρομεν. Et apud Ciceronem ad Tironem, κανών, pro emendatore, pro censore, pro iudice: *Tu*, inquit, *qui canon esse soles scriptorum meorum* &c. Itaque ad canonem iudicium dirigere, nihil aliud erit, quàm secundùm præscripta legum iudicare, vt Antipho. ait in oratione contra Leocratem ὥσπερ γὰρ τῶν ἀδικημάτων νόμος τίς διώκει, μᾶλλον τῷ κανόνι χρωμένους κολάζει τοὺς παρανομοῦντας. Canones plerumq; & Ius Canonicũ pro iure Pontif. accipiũtur: de quo iure Põtificio nos libro de iuris arte, c. v. & li. 2. Methodi parũ. c 5 li. 1. Inst iuris Pontificij. ti. 1. & suprà in prooemio istius voluminis. Nota hic regulã, canonẽ facere ius, quia ius in regula; vt in ti. de reg. Catoniana. ll. 4:. ff. ti. 4. Aliter si ex iure regula quia ius nõ faceret. l. 1. de reg. iur. & ibi interpretes, & Io. And in Mercurialib.

3 c *Ab omnibus* Iura Pontificia seruanda ab omnibus, in causis itaque spiritalibus & Ecclesiasticis vincunt ciuiles constitutiones. ca. Euphemium. 2. q 3. c. pen & fi. de secun. nupt. Vide extrauag Bonifacij vnam sanctã. de maiori.

maiori & obed. hoc & dictum suprà in §.fi.procemij. Seruari quoque debebunt hæc iura etiam à Cardinalib. Dec.ad c.1.in 2.lectura.de constit.Ius canonum dicitur regularum,à quo omnia reguntur,dicto c.can.3. dist.ca. si quis dogmata.25.q.2.constitutum vel approbatum à summo Pontifice,cui à Deo data potestas. Cle.pastoralis,§.fi.de sent.& re iudica.Et quia canonicæ sanctiones prodierunt ex authoritate noui & veteris testamēti, ca. qualiter,24.de accusatio.infra lib.5 tit.1.fuerunt & dānati hęretici dicti Valdenses seu pauperes de Lugdunn, quòd omnes Ecclesiasticas constitutiones inter cætera reiiciebant. Æneas Syluius in Boœmia ca 35. Quare si concurrat lex canonica cum ciuili,in causa peccati seruabitur canonica in vtroque foro, lexque ciuilis remanet correcta alioquin quælibet seruabitur in foro suo. vide totam 10.distinctio.apud Gratianum. Si laici quoqoe subditi sunt in temporalibus summo Pontifici, canones eius in temporalibus etiam seruare debent. vt in ca.iudicatum,79.dist.ca.Ecclesiarum seruos, 12 q 2. Lex ciuilis etiam in causa peccati se subiicit canonib. Alex. cons.69.n 3.vol.3.ideò in causa peccati dispositio canonica legat laicos , & in causis animæ. vt in ca.omnis vtriusque sexus,de pœn & remiss.c.4 e.solitæ. 6.de maio. & obed.lib.1.tit.33. Item in excommunicatione remanentem.ff.in ca.grauis,de pœn. & in iuramento. c.cùm contingat, de iureiur. c. licèt mulieres , eo.tit.in Sex.in læsione Ecclesiæ. ff In cap ad nostra 1 notab. de rebus Eccles.non al.in blasphemia punienda ca statuimus.de maledic.in admixtis spiritualibus.c.tuam.de ordine cognit.in peregrinorum conseruatione , cap innouamus, de treuga & pac. Et si in iure Pontificio dubia sit decisio,in iure ciuili clara,seruabitur ciuilis.glnss. & DD.in c.licet,de for.com.capit.si inter.6.qu.4.Si etiam iure ciuili ęquitas disponeretur,iure canonico rigor,quod mitius ex lege ciuili est , esset præferendum.Felin.ad c.in causis, col.1. de testi. Doctores ad l.placuit,C.de iud. Quando autem obligentur res aut personæ Ecclesiasticæ laicorum legibus dicetur , Deo fauente, ad c.7.inferiùs.

4 Ab omnibus rursum seruandę leges & canones.vt generales,l.leges sacratissimæ,l.leges vt generales, C.de legib.nulla exceptione facta singularium personarum. Nam constitutiones pro legibus illę habendę sunt,quę cum omnibus semper,vnaque,& eadem voce loquūtur, eò pertinet Lex 12.tabularum, *Priuilegia ne irroganto:* de qua Cicer.3.de Legibus &pro Domo sua:*Vetant*,inquit,12. *Tabularum leges sacratæ,leges priuatis hominibus irrogari:id est enim priuilegium* , Idémque institutū ab Atheniensibus scribit Demosthenes in Timocratem. Vide Gellium li.10.c.20.Hæc porrò intelligenda sunt, seruandos canones &leges ab omnibus,nempe à subditis:ideò princeps nō constringitur suis legibus, vel prędecessorum suorum,l.princeps.31.de legib. ff ca.cuncta. 9.q.3.quia seipsum nemo ligat vel soluit , lege aliis lata. c.fi.de pœn & remiss.Nemo sibi imperat l.pen.de arbi. ff.Nec pari,l.ille à quo,§.tempestiuum. ad Senat. Trebellia ff.c.innotuit,de elect. Atque in generali sermone, non comprehenditur persona loquentis,l.inquisitio. C. de solutio. neque quisquam eam legem sibi imponere potest,à qua non liceat sibi recedere l.si quis in principio,de leg. 3. Sed neque ex decreto concilij ligaretur summus Pontifex : quia is non subest,sed præest concilio.Clem.ne Romani,de elect Insuper potestas absoluta data est principi legis condendæ,vt non obstrictus legibus, possit pro vrgente necessitate, temporum & morum varietate, leges emendare,vel abrogare, aut nouas condere.l.de quibus , de legib. ff verumtamen Princeps nihilominus rationi seu legi diuinæ &naturali subditus ēst:& ita, digna vox in maiestate regnantis , profiteri se esse subditum legibus, id est, iustæ rationi legum. l. digna vox,C.de legibus lib.1.tit. 14. at scriptura legum ita nō ligat Principē, ne si ligatus esset,prohibeatur emen datio,ita Dion.libro 53 λέλυνται,inquit, οἱ τῶν νόμων, τοῦτ' ἔστιν, ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. Laudabile in principib. liberis quantumuis,vt quod bonum in aliis,cęteris patribus statuendum putant , sibi ipsis sequendum bonum quoque arbitrari. Quemadmodum Theodericus Rex Gottborū scribens Vuillię Comiti patrimonij apud Cassiodorum, lib.5. Var.epi.18.*Volumus*,inquit,*hoc exemplum a nostris predijs inchoare,vt nulli grauior sit iussio, quæ constringit & principem*.Et li.10 ep 16 *Cùm possimus* , inquit, *omnia,sola nobis credimus licere laudanda*. Sic si rationē legis retineas,& consideres sequendam,nō est princeps supra legem,sed lex supra principem, *Tyranni,non boni principis est*, vt ait Plinius in Panegyrico Traiani , *quæ temere vult,ea velle pro lege haberi*: Cæterùm qui condunt statuta,eadem ratione seipsos, vt alios obligant,vt ait Ludou.Rom.cons.419.Et laudatur Zaleucus Locrorum Legislator,qui pœnam impositam adulteris , in filio adultero & seipso est executus. Cic.2.de Leg. Ælian. 2.de var hist.Et charūdas, qui legem mortis impositam, ensem in consessu seu concione ferenti , propria morte sanciuit,vt referunt Diogen.Laert. in Pythagora. Arist. 2.Politic.Valer Maxim. li.6.c 3.Sapientis dictum,*Patere legem,quam tu ipse tuleris*. ca cùm omnes, hoc ti de cōstit.iustum est principem suis legibus obtemperare,can. iustum.9. distin. nec debet legem imponere, quam ipse negligit obseruare. ca. pro illorum, de pręb. facit tit. quod quisque iuris in alium statuer.ff.

5 Ignotandum tamen non erit,aliquando in generalibus legibus , excipi certas personas,ne illarum laqueis irretiātur,veluti in ea lege,qua olim peregrini vrbe eiiciēdi erāt nominatim Glaucippus excipiebatur,vt scribit.Cicer.in Agraria.& in lege Pompeij , qua absentes à petitione magistratus excludebantur , exceptus Caius Cęsar,vt scribit Sueton. in Caio Cæsar.c.28.

6 Non tenentur &sacris canonibus Pontificiis obligati Iudæi,vel Pagani,si inter Christianos sustineantur , c. de infidelibus,de consang. & affin.c.fi.de diuor.quia foris sunt,& extra fidem:& de his , quæ foris sunt,non iudicat Ecclesia.ca multi,2.q.1.ca.gaudemus,de diuort.Excipiuntur casus,hic in additionibus ad Panor. Cógnoscuntque de Iudæis & Paganis Ecclesiastici & temporales iudices, si pacem Reipublicæ turbent, vel si quid in opprobriū Christianæ religionis faciant,vel contra prohibita illis ne faciant. vt in l 3.8. & fi.C. de Iudæis.lib.1. tit.9.ca.in nonnullis,15.eo.tit. infrà lib.5.tit.6.

7 d *Ducatur*. In iudiciis,non ex sensu proprio,seu ex propria sententia,si ea repugnet legibus, sed iuxta sanctiones pręscriptas iudicare debet iudex. Simile in can. puta,3.q.9.l.3 §.conditio legati de adimen legat.ff. Legum authoritas necessaria,Doctorum,ea deficiēte probabilis,gl.ad l. 1. C. de legib.iuxta l.1.de profess.qui in vrbe Constantinopo.lib.12.C.ti.15 Sequi debet iudex legem,nō imperare legi,facit l.omnes.C.de legib.probat. & c.ne innitaris.5.hoc tit.l.nemo,Cod.de sent. & interloc. omnium iudic. §.iusiurandum , de defensor. in Nouell.§.quia verò,de iudic.in Nouell.§.1. de offic.iud. apud Iustin.c.iudicet , 3.q.7.can de libellis,20.dist.alioquin,vt ait Cicero 2. de Inuentio. potestas dabitur peccandi ciuibus , cùm intelligunt , iudices non ea lege in quam iurati sunt,sed potiùs ex ingenio suo statuere:atque Athenienses Smicroni decem talentis , & Sctoni totidem litem ęstimarunt, quòd contraria legibus promulgare viderentur; vt ait Demosthenes contra Midiā. Proinde si iudex dubitet de aliqua decretali sanctione allegata,debebit secundùm eam iudicare si sit iuri consona;quia non secundùm eam quantum secundùm ius commune iudicare videtur : si verò sit iuri dissona, minimè;sed principem consulere debet. Innocentius 3.in c. pastoralis,18.de fide Instrum.lib 2 tit 22.

8 Cæterùm non tā verba legis vel canonis inspicienda,quantum mens,l.non dubium,C.de legib. l.penul ad

exhibend. ff. Sed & obseruatione dignum, quod notát hîc Innocentius & Felinus n. 4. ex magna & euidente causa iudices posse leges, canones & statuta transgredi, vt in pupillo homicidium committente, ratione ętatis, pœná mitigare. vt not. Bal. in l. etsi seuerior. ex quib. caus. infam. irrog. li. 2. C. tit. 12. & ad cap. 2. de re iud. Panor. ad c. super his de accus. Ludouic. Rom. Cons. 308. Forsan per authoritatem legũ id potius faciet, quàm proprio arbitrio: adhibito temperamento lege illi permisso in pœnis statuẽdis, loci, tẽporis, ętatis, causę, & c. l. respiciẽdum, & l. aut facta. de pœnis, ff.

## Ad c. 2. Cognoscentes.

1 *Gregorij primi vita.*
2 *Registrum summi Pontificis quid, & commentaria.*
3 *Verba, & infra, quid significant.*
4 *Rei appellatio omnia continet.* 5 *Culpa quid.*
6 *Nemo puniendus sine culpa vel causa.*
7 *Leges & constitutiones ad futura, non ad præterita pertinent: quando & ad præterita. & numero 9.*
8 *Emendatio textus.*
10 *Consuetudo & statutum quando ligat ignorantes.*
11 *Lex a quo tempore incipit ignorantes ligare.*
12 *Num ad præsentia & pendentia indecisa pertineat.*

### S V M M A.

*Constitutio ad futura non præterita pertinet.*

### Gregorius a in Registro. b

Cognoscentes: & infra. c ¶ Rẽ d quę culpa caret, in damnum vocari non conuenit. f ¶ Quoties verò nouum quid statuitur, ita solet futuris g formam imponere, vt dispẽdiis h præterita non commendet, ne detrimentum ante prohibitionem i possint ignorantes incurrere: quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

1 a *Gregorius.* Hic fuit Gregorius eius nominis primus, summ. Pontif. Gordiani Senatoris & Siluię sanctissimæ filius, Romanus, monachus: posteà sanctæ Romanę Ecclesię Archidiaconus, & Apocrisarius Cõstantinopoli apud Imperatorẽ Mauritiũ, vt Onupb. ait & Platina: alii Apocrisarius Pelagij 2. sum. Pont. Electus in summ. Pont. ann. Dom. 590. Obiit 4. Idus Martij, anno 604. vir eruditus, & pius, & in Sanctorum numerum relatus, egregiáque opera edidit, quæ refert Platina.

2 b *Registro.* Registrum, regestum dicere Latinè possumus, vt ait Bud. Regero, est scriptis mando, quod legendo aut audiẽdo didicerim; Gręcis ἀπογράφειν. Regesta, libri quib. quasi res gestę cõtineantur; Gręcis ὑπομνήματα, & ὑπομνηματισμοί: &, vt ait Quintiliã. li. 2. Insti. Orator. vbi dissoluta & ex diuersis collecta, regerũtur, id est, redigũtur. *Sunt enim*, inquit idẽ li. 3. c. 8. *velut res regesta in hos commentarios, quos adolescens deduxerat schola.* Budę. ad leg. Herennius, de decurio. ff. quare & regesta erunt cõmentaria, seu libri, quos quisque nostrûm priuatim sibi facere consueuit, quasi memoriæ promptuaria eorũ quę agimus, Diaria, Ephemerides. Huiusmodi libros sibi factitasse cõmentariorum Imperatores Romanos testatur Suetonius Trãquillus in Tyberio. c. 62. Admonet & Corn. Tacitus li. 10. meminit & cõmentariorũ Imperialiũ Plinius li. 10. Epist. ep. 99. Cõmentaria & Cęsaris dicta, libri quibus res per eum gestę cõtinẽtur: vide multa de cõmẽtariis apud Laurentiũ Vallam li. 4. Elegantiarũ, c. 21. Quę ergo Gregorius 1. Põtifex in sua cõmentaria retulit, tãquã publica monumẽta sunt, & regesta: & illinc sumpta, ita ex registro seu regesto eius esse dicũtur. Sũt & in sede Apostolica, vt apud principes; regesta constitutionũ & decretorũ, ex quibus Innocẽtius IIII. emẽdauit plures cõstitutiones illinc excerptas, & corruptè editas: vt ipse testatur in Commentariis editis in Decretales, in Procemio. Et in his quoque registris verificãtur rescripta expedita, nũ cũ registro cõueniant. c. 1. ex literis, 5. de in integr. restitutio. lib. 1. tit. 41. Sumptum itaq; nostrum caput ex registro D. Gregorij I. Romani, li. 7. ep. 35. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum, & extat in c. 1. sub tit. de constit. in 1. compilatio.

3 c *Et infra.* Verba, *& infra*, hîc & in aliis iuribus & capitib. vbi inueniũtur, significãt partẽ aliquã alicuius epistolę ibi referri Põtificalis tãtũ, nec integrã epistolã fuisse appositã. Siquidẽ hęc nuperrima Gregoriana Decretaliũ collectio circũcîdit aliarũ editionũ prolixitatẽ, vt dictũ in Procemio, & Epistolarum vel rescriptorũ quę in registro cõtinẽtur narrationes prolixas, ad decisionẽ nihil aut parũ pertinẽtes amputauit. Quare sępe Raymũdus Cappellanus cõpilator, ex priorib. Decretaliũ editionibus, retinuit initia capitũ; & posteà si lõgiora essẽt, addidit, *& infra*, vt ostẽdat, aliqua omisisse quę ad rẽ nõ videbãtur facere. Capitũ verò initia non mutauit, ne qui tunc Decretales alias in manib. haberent cõmentariis seu glossis illustratas cõfunderentur, & possẽt certius ad illas recurrere. Vide Io. And. ad c. nobis, de iure patronatus, & quę diximus lib. de iuris arte, c. 8. n. 14. Nec est noua hęc abbreuiãdi formula, vt quę iã vsurpata fuerit à cõpilatoribus Sanctionũ vel cõstitutionum seu rescriptorũ imperaliũ, quãdo partẽ aliquam tãtum retulerũt ad negotium pertinẽtem, post cuius partẽ, loco *& infra*, adiiciũt, *post alia*: vt liquet in cõpilatione C. Theodosiani, in inscriptione l. 6. de cognitionib. l. 3. de feriis. l. 4. de delator. l. 2. de tẽporis cursu, l. 1. de actio. Et alicubi etiã loco *& infra*, cõpilatores vsi sũt verbis, *inter cetera*. Et in Codice Iustinianeo verbis, *Pars ex rescripto*, vt in l. 3. in quib. caus. pig. vel hypo. tacitè contr. li. 8. C. ti. 15. ibi in inscriptio. *Pars ex rescripto Alex. August. ad Demosth.* & in l. 4. de q. li. 9. C. ti. 41. *Pars ex rescripto Antonini.* & alibi, *Pars ex epistola*: vt in l. 13. de fideiussor. l. sexta, de pręscr. lõgi tẽpor. & in Pãdectis, *Pars literarũ.* vt l. 48. de iud. ff. Interdum, *Caput ex rescripto*, vt l. 1. de interdict.

4 d *Rem.* Rei appellatio, ad omnia quæ extenditur. docui lib. 1. Syntag. iur. c. 1. *quódque vlla res non est, nihil est.* Ausonius. D. August. lib. de Doct. Christiana, & in 1. Senten. dist. 1. l. rei appellatio. 5. de verb. sig. docent verba 12. Tab. *Vti quisque legasset rei suæ, ita ius esto.* l. verbis, 120. de verb. sign. l. 1. ad legem Falc. ff.

5 e *Culpa.* Culpa est, omissio, curæ vel diligẽtię, quã alicui adhibere debuimus, cũ possemus: vel non prouidere prouidẽda. Bal. ad l. solã attestationẽ, C. de testi. Et differt à dolo, quia illa in omittẽdo; hic; in committendo. l. si putator, ad leg. Aquil. ff. nos de culpa & eius diuisione plura in lib. 21. Syntag. ca. 11. Vide & l. quod Nerua, & ibi interpretes, deposit. in ff.

6 f *Conuenit*, Sine culpa, iure suo priuari, nemo debet, hic & cano. satis peruersum, 56. dist. ca. iuuentum, 16. q. fi. ca. cõquerente, de restitutio. spoliator. Quod fit, lege permittẽte, pœnã nõ meretur. l. Gracchus, ad leg. Iul. de adult. C. Nec punit lex sine culpa: si culpã admittat delictũ; sin minus, nõ punit sine causa, c. quoniam frequenter, §. quia verò, vt lit. non contesta.

7 g *Futuris.* Cõstitutio ad futura, non ad præterita pertinet, nisi expressè dicatur, iung. c. fi. huius tit. faciunt ca. ante triennium, 31. dist. ca. sic quidam, 10. q. 1. l. leges & constitutiones, 7. C. de legib. Nouella 66. vt factę nouę cõstitutiones post insinuationes earũ, post duos mẽses valeãt, facit l. fi. C. mand. ti. 4. C. ti. 35. Athalaricus Gotthorum, apud Cassiod. lib. 9. ep. 20. ad vniuersos iudices prouinciarum, in fine; iubet iudicibus more solemni, per conuentus solemnes edictum publicari per triginta dierum spatium: vt iure condemnatus haberetur, qui post ea remedia, manere pręsũpsisset desperatus. Potest nihilominus lex disponere de pręterito, si velit, vt in l. vni. de contractib. iudi. C.

8 h *Dispendiis.* Forsan erit lectio emẽdatior, *Vt dispendia.*

*dia prateritis nan commendes.* Legit & Trancredus pro *cõmẽdet, candẽnet*, id est, puniat, & est etiã ita scriptũ in regesto Greg. lib. 7. ep. 15. Gilbertus etiam probat hîc.

9 1 *Prohibitionem.* Iunge rationem c. nã concupiscẽtiã, 4. hoc ti. c. dixit Sarra, 32. q. 4. ca. proposuisti, 82. dist. Sciri debẽt ab omnib. leges sacratissimæ, 9. C. de legib. nec ignorãtia iuris excus. l. pen. C. de iur. & facti ignor. lib. 1. tit. 18. l. 2. & fi. eo. tit. in ff. lib. 22. tit. 6. Prohibitio facti est, ideò contra eã admittitur excusatio, nisi cognita fuerit, vel tale tẽpus intercedat, ex quo cognosci potuit: nemo enim tenetur diuinare quid in futurũ statuendũ esset. c. 1. vt Ecclesiast. benefi. sine dimi. cõfet. l. si putator. ad leg. Aq. ff. Item ꝙ futurũ est, in præsẽti nihil est, & ita nõ veniũt in prohibitionẽ, tanquã incerta futura. Nõ entis itẽ nullę sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, de reb. cred. ff. neque videtur lex dissolui contrario facto, quę non est lata: priuatio enim p̃supponit habitũ. ca. ad dissoluẽdũ, de despõs. impu. l. decẽ. de verb. obl. ff. Idipsum dicimus, siquidẽ lex noua est, verũ ea adhuc publicata nõ est, per l. humanũ, C. de legi. ca. proposuisti. 82. dist. c. dixit Sarra, 32. q. 4. gl. ad c. fi. ad verba, *anna*. 4. de reg. iur. in Sex. Publicatione autẽ facta ignorantia crassa esset, ignorare quod omnes intelligũt, vel intelligere debent, l. latę culpæ, de verb. sign. ff. & ita perinde ad pœnã legis tenetur ac qui sciuisset, gl. ad c. 2. de constit. in Sext. glo. & interp. ad ca. 1. de postul. pręlat. ca. quod dicitis, 16. dist. l. cõstitutiones. C. de iuris & fact. ign. l. leges, C. de legib.

10 Cęterũ hęc de iuribus, canonibus, & legibus generalibus dicta sunt: de consuetudinibus paulò aliter localibus, & de statutis municipalibus: quia, quòd facti sint, vt scribit Alex. cons. 122. n. 11. vol. 4. ignorari aliquando nisi probentur possint. l. 1. & 2. de iur. & fact. ign. ff. Si iustã quis ignorandi causam pręferat, non etiamsi crassam ignorantiam, vt l. fi. de decr. ab ordine facien. ff. Crassa erit, si quod publicè propositum est, quis ignoret. ca. non imputatur, 1. q. 4. ca. sine culpa, de reg. iur. in Sext. dicta l. latę culpę. Si tamẽ lata culpa ignoraret statutũ pœnale absque dolo malo; puniretur quis delinquẽs, nõ quidẽ ex pœna statuti, sed ratione latæ culpę alia pœna quàm statuti. ca. si quis suadente diabolo, 7. q. 4. c. 2. in 2. de senten. excommu. Præsumitur autem quis scire statuta loci in quo diu habitauit, & cuius municeps est. c. 1. de postulat. præl. & l. fi. cum ibi not. de decret. ab ordine facien. ff. notat Barth. in repet. l. quod Nerua, deposit. ff. & in l. omnes populi, circa finem, de iust. & iur. ff. & ad l. cũctos populos, de summa Trinit. C. Alex. cons. 66. n. 2. vol. 4 Cõsil. Statuta etiam, quoad nullitatẽ actuum & contractuum (non loquimur autem nunc de pœnis) ligant etiam extraneos & ignorãtes, vt notat Paulus de Laza. in Procemio Clementina. Ioan. de Imol. ad l. si verò, §. de viro, sol. matrim. ff. Alex. cons. 165. n. 4. vol. 6. Sed & statuta, & leges, quæ ad fauorẽ alicuius pertinent, statim sortiuntur effectum in eius fauorem, etiãsi ignorauerit, vel absens fuerit. Barth. in l. omnes populi, in 5. quæst. de iust. & iur. ff. Quare constitutio, quæ assumit vim priuilegij, statim etiam ante publicationem operatur, Doctores in procem. Clementina. l. pen. de decur. lib. 10. C. nisi tempus appositum sit, à quo sortiri debeat effectum quo casu eius habenda erit ratio, c. cũ singula, de præben. in Sext. quod pertinet ad annullationẽ actus cõtra prohibitionẽ facti, nõ ꝙ pertinet ad pœnã imponendam, quę iustè ignoranti prohibitionẽ, nõ debet infligi, Card. ad Clem. 2. de hęret.

11 Ignorantes constitutionem nuper editam, intra duos menses excusantur, Nouella, Vt factę nouę constitutiones, & c. sicut & in ca. fi. iũcta gl. ad verba, *Duorum mensium*, nec cleri. vel monach. secul. neg. se immi. lib. tit. 50. ca. nouerit, 49. de sent. excomm. lib. . tit. 39. c. quia cunctis. & c. in omnibus, de concess. præbend. in Sext. nisi aliud expressè caueatur, vt ligẽt vel post maius, vel minus tempus: vt quando datur vnus mensis à tempore notitiæ, vt c. cum singula, de præben. in Sex. vel tres mẽses, vt in Nouella, vt in priuatis domib. sacra myster. non fiant: vel 30. dies, vt in Nouel. Vt neque miles, neque fœderatus. §. si igitur: vel tempus erit etiam accusationis admittendæ, ex arbitrio iudicis, argum. in leg. 1. in fin. de iure delib. ff. Sed & prouinciales constitutiones, scientes statim post publicationem ligant: quia certus amplius non debet exspectare admonitionem. l. 1. §. fi. de actio. episc. ff. ca. eum qui. de regul. iur. in Sex. Ignorantes nõ item, nisi post aliquod tempus, quod sufficiens videbitur iudici, qui illud arbitrabitur habita ratione magnitudinis prouinciæ & attenta qualitate constitutionis. c. cum sit Romana, de appellat. quæ omnia procedunt tam in constitutione sæculari, quàm Ecclesiastica, c. si in adiutoriũ, 10. dist. A quo tempore, in summa lex vel canon in noua sanctione, postquam condita est, incipiat effectum & vires habere, tractatur fusè per Barth. ad l. omnes populi, in q. 5. quintæ quæstionis principalis. n. 37. de iust. & iur. Alex. consil. 123. volum. 4. & ad authent. statuimus, C. de episc. & cler. Panorm. consil. 35. vol. 1. per Præpositum, ad can. quod dicitis. 16. dist. per Panor. Felin. Decium, Ancharanum, ad nostrum c. cognoscentes, de constit.

12 Constat & ex decisione ca. nostri 2. non trahi ad pręterita negotia, sed ad futura pertinere cõstitutionẽ nouã, quæ fusè disputant, & num ad pręsentia etiã pertineat, & quãdo ad præterita, Dec. Fel. hîc: Bartho. ad l. omnes populi, in 2. q. quintę quęstionis principalis, n. 40. de iust. & iur. ff. & in l. cum lex, de legib. ff. Fel. ad c. fin. de testibus. Bald. ad l. non dubium, C. de leg. Anchar. ad c. 1. de constitut. exceptiones, nisi lex se referat etiã ad præterita, expressè cap. fi. hoc ti. quæ tamen extẽsio non pertinet ad decisa. l. causas, C. de trãs. nisi lex rescindat iã decisa, & reuocet expressè, gl. in d. l. causas. gl. ad Clem. 1. ad verbũ, *Pro infectis*, de immunita. Ecclesiar. vbi Card. & Innoc. gl. in Clem. 1. de stat. regul. vt in l. videamus, 38. §. in Fauiana, de vsuris, ff. l. decernimus, de sacros. Ecclef. Verum quæstio, quia ad causas decisas non extenditur, nisi dicatur sanctio, nũ in negotio pendente in iudicio indeciso locũ habeat? gl. ad c. licet canon. 14. ad verba, *De cætero*, de elect. in Sex. distinguitur. Si, inquit, pendeat per appellationẽ negotium, decidi debet secundum ius quod erat tempore primæ sententiæ, non secundum ius quod emanauit appellatione pendente. §. 1. vt cum de appell. cogn. in Nou. Si autem principaliter pendeat, debet decidi secundum ius quod emanauit. Host. in summ. ad c. 1. de constit. Goffr. tamen & Acurs. ad l. leges, C. de legib. dicunt etiam decidi debere secundum constitutionem aliquã: at gl. in d. c. licet, ait Goffredi sententiam veram, si agatur de aliqua solemnitate actus: Hostiẽsis verò opinionẽ posse esse veram, si cõstitutio noua loquatur de ordinatione sententiæ, & tandem addit cõstitutionem non extendi ad negotia pendentia idque probari per c. penult. de offic. lega. in Sexto.

Obseruare tamen non erit inutile, constitutionem declaratoriam præcedẽtium locum habere in præteritis. §. primo, de filiis ante instrum. dota. natis. Bartho. per d. §. primum, ad l. omnes populi, 5. quæst. vers. circa tertium. Bald. ad l. nõ dubium. C. de legib. Alex. cõs. 7. vol. 2. qui enim declarat, nihil noui addit, l. hæredes palàm, §. si quid, de testa. nisi declaratio nominatim dicat ad futura tantum se referre, vel nisi illa declaratio fiat cõtra communem vsum obseruatum in contrarium anteà; tunc enim ad præteritos actus non extenditur, glo. ad c. 1. de postulat. prælatot. in Sex. facit l. Barbarius Philippus, de offic. Prætn. ff. quæ obseruare debent accuratè iudices, vt dignoscant quis temerarius litigator, & dignus sit condemnari vt talis ad sumptus litis, vel ad pœnas temerè litigãtibus, vel appellantibus impositas, per l. eum quem temerè, 79. de iudiciis, ff. l. properandum, §. sin autem, C. eod. tit.

## Ad ca. 3. Translato.

1 *Augustini vita.*
2 *Sacerdotium translatum à Iudaeis in Christum.*
3 *Lex & Pontificatus eadem sponsione data.*
4 *Sponsio quomodo fiat, & leges olim vt sponsione ferrentur.*
5 *Subrogatum eiusdem natura cum eo cui subrogatur.*

S V M M A.

*Translato Sacerdotio, translata legis condenda potestas per consequentiam,*

**Augustinus** *a* **super illud Epistolę ad Hebræos.** *b*

**TRanslato Sacerdotio** *c* **necesse est vt legis translatio fiat. ¶ Quia enim simul & ab eodem & sub eadem sponsione** *d* **vtraque data sunt: quod de vno dicitur, necesse est vt de altero intelligatur.** *e*

1 a AVgustini vitam describit Antoninus Florentinus in 2. parte Speculi historialis, ti. 10, c. 8. Vincentius in Speculo historiali, lib. 19. Hieron. lib. de 11. Doctorib. Natus in prouincia Africana, Carthagin. patre Patritio Gentili, matre Monica Christiana, liberalibus disciplinis apprimè eruditus: ante Baptismũ Arriana hæresi infectus, ab Ambrosio ea liberatus: à quo & baptisatus, & Presbyter deinceps factus est, factus & coadiutor Valerij Hipponẽsis Episcopi, dehinc eo decedẽte, Episcopus: scripsit libros vsq; ad numerũ mille & triginta, multis miraculis clarus & doctrina: cũ obsideretur Hipponẽsis ciuitas à Vãdalis ann. Domini 411. tertio obsidionis mense febre laborãs mortuus est, anno suæ ætatis 76. Episcopatus 45.

b *ad Hebræos.* c. 7. vers. 12. & ibi Glossa ordinaria ponit verba capitis: & est quoque hoc caput 4. in prima compilatione tit. de constit.

2 c *Sacerdotio.* Quibus argumentis Iudæi possint cognoscere trãslatum fuisse ab illis Sacerdotiũ, in Christum nẽpe, in Aduẽtu Domini nostri Iesu veri Messiæ, docemus lib. de Deo, c. 19. n. 16. & 17. Sacerdotium Leuiticum datum cum lege in mõte Sinai, solus Moses præpositus populo in his quæ ad Deum pertinebãt, Exod. 4. vers. 16. *constitutus, & Deus Pharaonis.* Exod. 7. vers. 1. *solúsque ab initio sedebat iudicans populum.* Exo. 18. vers. 13. Consequentiam translationis legis cum Põtificatu, inde facilè elicere licet: quòd docuimus lib. de Iuris arte, c. 8. n. 5. summum Sacerdotium apud Iudæos & Ethnicos, habuisse potestatem legum condẽdarum, facit & l. 2. §. post hos Quintus Mutius, & §. his legibus latis, versi. omnium tamen harum, de orig. iur. Cic. 1. de Orator. & 2. de Legib.

3 Porrò quod hîc dicitur sub eadem sponsione legẽ & Pontificatum datum, cõstabit ex eo, quod populus spopõdit seu pollicitus est, & legem per Mosem acceptã se seruaturum; & auctoritati & iussis se obtemperaturũ. Exo. 9. vers. 8. *Cũcta,* inquit populus à Mose interrogatus, *quæ locutus est Dominus faciemus.* & rursus c. 24. ver. 3. *Omnia verba Domini, quæ locutus est faciemus.*

4 d *Sponsione.* Sponsio per interrogationem & respõsionem fit, & dicitur stipulatio. l. 1. & l. 5. §. stipulatio, de verb. oblig. ff. l. 1. & 2. de sponsal. ff. Gellius lib. 4. cap. 4. Quid porrò sponsio in hac significatione, nos docemus lib. 8. Syntag. iur. vni. c. 2. monebimus & sponsionẽ in alio significatu accipi pro specie depositi: verum nihil institutum sermonem acceptio, & de ea diximus lib. 23. Syntag. c. 3. n. 5. 6. 7. Alludit c. nostrũ, dum per sponsionem Sacerdotium & legem fuisse tradit ad morem antiquum ponendarum legum, quæ apud Romanos à populo rogabantur, & ex populi suffragiis, nullo elapso, suasione prius facta, ferebantur, vt indicamus lib. 1. Præludior. Optimi Iurisconsulti can. 12. facit §. lex est, & §. Plebiscitum, de iure naturali: idque donec populus legis condendæ potestatem in Senatũ primum, deinde in principem trãstulit. §. nam cum auctus, & §. sed cum principi, eo. ti. l. 1. §. cum enim, de veter. iure enuclean. C. l. 1. §. deinde cũ esset in ciuitate lex. 12. Tabul. de orig. iur. Liuius li. 44. Sic à Papiniano in l. 1. de legib. ff. lex communis Reipub. sponsio dicta: siquidem, dum Respublica aut populus admittit principem iustum, tacitè pollicetur & spondet ex lege regni, imperata ab eo se facturum, & ei obtemperaturũ, ita leges sine authoritate eius, qui sancit, nõ tenent, l. 1. & fi. C. de legib. nec authoritas efficax esset, nisi obtemperarent subditi. l. de quibus, de legib. ff.

5 e *Intelligatur,* Hîc locus communis disputandi, vt subrogatum sit eiusdẽ naturæ, cuius id erat cui subrogatur, l. itẽ veniũt, §. cum prędiximus, de petitio, hęred. ff. gl. in l. certi cõdictio, in prin. si cert. pet. ff. §. fuerat, de actio. apud Iustin. sic enim ego intelligo verba capitis huius: *Quod de vno dicetur necesse est vt de altero intelligatur.* Id est, quod de antiquato Sacerdotio habente condendi legem potestatem dictum, de alio subrogato necesse est intelligatur. Subrogatio enim fit in auctoritate Sacerdotij; quæ tanto maior est, quãto veritas vmbrę pręstat, & nobilius Sacerdotium & perfectius Christi quàm Mosis, vt docet ad Hebręos D. Paulus. Scio tamen hunc locum transferre Panormitanũ, de similibus ad similia inde colligi posse valere, vt in l. non possunt, de legib. ff. mihi tamen aptior videtur mẽs subrogationis, quàm similitudinis: similitudinem tamen vtriusque Sacerdotii nõ improbamus in aliquibus, quę cuique constant.

## Ad ca. 4. Nam concupiscentiam.

1 *Vnde sumatur hoc caput.*
2 *Concupiscentia prohibita diuina lege.*
3 *Concupiscentia pro quo accipiatur.*

S V M M A.

*Prohibito genere censentur species prohibitæ.*

**Idem super epistola ad Romanos.** *a*

**NAm concupiscentiam** *b* **nesciebam, &c. ¶ Hoc enim elegit Apostolus generale, vnde omnia mala oriuntur. Bona est ergo lex, quę cùm hoc prohibet, omnia mala prohibet.**

1 a EX diuo August. in c. 7. ad Romanos. vbi & Glossa ordinaria hæc, quæ in hoc c. sunt, ponit: extat & hoc c. in 1. compilatione, nu. 7.

2 b *Concupiscentiam.* Lex diuina prohibuit concupiscere aliena; Exod. 20. vers. 17. Deuteron. 5. vers. 21. per hoc præceptum omnia mala, quæ ex concupiscentia oriri possunt, censentur prohibita. Succisa radice namque, omnes rami pereunt. *Radix autem omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes aberrarunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis,* 1. ad Timoth. 6. vers. 10. Cupiditas, est appetitio, quæ non paret rationi, Clemens Alexand. lib. 1. pædagog. c. 13. & diuus Iacob. epist. c. 4. vers. 1. *Vnde bella & lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? concupiscitis, & non habetis, occiditis & zelatis, & non potestis adipisci; litigatis, & belligeratis; petitis & non accipitis, eò quòd male petatis, vt in concupiscẽtiis vestris insumatis.* Concupiscentia seu ἐπιθυμία, est bonarũ rerũ ęquè ac malarũ appetitus, quem inauit D. Paulus ad Galat. 5. vers. 17. *Caro,* inquit, *concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aduersus carnẽ.* Quomodo autẽ peccatum ex concupiscentia generetur, docet D. Iacob. 1. vers. 13. *Nemo cùm tentatur dicat, quoniã à Deo tentatur: Deus enim intentator malorũ est, ipse autem neminẽ tentat: vnusquisque verò tentatur, à cõcupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum; peccatum verò cùm consummatũ fuerit, generat mortem.* Proinde orientẽ concupiscentiã statim extirpari monet Sapiẽs, Ecclesiast. c. 5. vers. 3. *Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiã cordis tui.* Et rursũ c. 18. vers. 30. *Post concupiscentias tuas nõ eas, & a voluntate tua auertere, si præstes animæ tuæ cõcupiscen-*

*piscentia eius,faciet te in gaudium inimicis tuis.* Diuus Iacobus in c.1.concupiscentiā ἐπιθυμίαν & voluntatem vocat. Nam θυμὸς est animus deditus ei rei, cuius nos inuadit cupiditas, & ita boni & mali est. Cęterum absolutè vt plerũque ἐπιθυμία sine adiectione, boni, desiderium irrationale animi significat. Cic. ferè vbique hanc concupiscentiam vocat cupiditatem. Ita apud D.Paul.ad Rom.c.7.vers.7.quę explicat hic c.nostrũ, τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, id est. *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? absit. Sed peccatum non cognouissem,nisi Lex dixisset, Non concupisces.* Diuus quoque Ioannes omne peccatũ conclusit sub concupiscentia & superbia 1.epist.c.2. Postquam enim monuit esse abstinendum ab illecebris mundi & earum dilectione, addit ver.16. ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς· ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί. καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα, id est, *Quoniā omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitę, quę non est ex patre Deo,sed ex mundo. Et mundus transit & concupiscentia eius: faciens autem voluntatem Dei manet in aeternũ.* Concupiscantiam radicē peccatorũ, dixit Moses, appetitum, Genes.4.dum ait Deum sic allocutum Adamum, vers.7. *Nonne si bene egeris, bene recipies: sin autem male, statim peccatum erit in foribus tuis.* Vide peccatum ibi in genere, audi posteà radicem, *Sed sub te erit appetitus eius.* Ita Aristot.3.de Anima, can.2.textu 50. Cōcupiscentiam ait esse appetitum quendam, quod ibidem probat D. Thomas, qui & Metaph.libr.5.tex.36.c.7.& 8.ait, eādem concupiscentiā peruertere rationis iudicium, vt videatur bonũ delectabile. De mala autem cupiditate loquitur. Duplex enim illa, vt Aristoteles libro 2.Moralium ad Eudem.c.8.diuisit concupiscentiā in consultationem, irascentiam, & ipsam cupiditatē: illud omne tamē, quod iuxta cupiditatem est, dixit voluntarium & iucundum, & lib.7.eorundē Moralium, cap.3. cupiditatem semper ad iucundum ferri, & iucundũ esse concupiscibile, at non semper bonum; & quæ cupiditate appetuntur & voluntate vel esse bona, vel apparētia bona: bona namque apparent quæ nō sunt, corrupta opinione, mēte, vel phantasia. Et lib.1.artis Rhetoricæ ca.11.ait omne iucundũ esse, cuius cupiditas inest, quia cupiditas iucũdi appetitio sit: sed cupiditatũ alias sine ratione, alias cũ ratione esse. Irrationales dixit, quas ex nulla cogitatione capiũt homines, quales sunt quę naturæ esse dicuntur, vt quæ sunt per corpus veluti alimenti, sitis, famis. Est & in singulis alimenti speciebus cupiditas, in gustabilib.& venereis, vniuersaliter, in sensualib. vt tāgibilibus, odorabilibus, & similibus. Rationales verò cũ quædā persuasi cupiũt: vt multa homines expetere, & possidere cupiunt, cum audiuerint, persuasique fuerint. Idemque Arist.lib.2.Moral.ad Eudemiũ c.9.cupiditatem in omnib.à natura deprehendi dicit, in 2.verò Moral.ad Nicomach.c.11.cum cupiditatũ species prosequitur, explicat eas esse, vel cōmunes, vel ꝓprias, vel apposititias, vel naturales: & in his excessum naturaliũ, vel degenerationē, ab his, quę cũ ratione concupiscenda sunt, reprobaras facere cupiditates. & li.7.ad Nicom. c.4.cupiditates vt iucunda, & voluptates cōstituit, vel circa honesta, vel inhonesta, vel media. & quod medius non vituperantur homines quòd his vtantur: sed quia quodammodo afficiuntur, & excedunt, qualis est cupiditas lucri, pecuniæ, victorię, honoris, & similium.

3 Pro mala cupiditate concupiscentia in nostro c.accipitur, sicque D. Augustinus in primo de Ciuitate Dei asserere videtur concupiscentiā relictā fuisse post peccatũ hominibus fomitē peccati originalis, quæ adhuc in mēbris moribundis habitat: & pręter volũtatis nostræ legem, quasi sua lege mouetur. & in can. si cōcupiscentiam, 15.q.1. Et rursum idē August.lib.1.de Baptismo paruulorum c.39.cuius verba referũtur in c. per Baptismũ, de consecr.dist.4. *Per Baptismum,* inquit, *Christi id agitur, vt caro peccati euacuetur: non autem sic euacuatur, vt in carne concupiscentia innata non sit, sed ne obsit, &c.*

## Ad c.5.Ne innitaris.

1 *Vita D.Hieronymi.*
2 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
3 *Prudentia propria non innitendum. & 6.*
4 *Prudentia quid.* 5.6 *Diuisio prudentiæ.*
7 *Decreta iuris Pontificij præferenda Sanctorum patrum resolutionibus.*

### S V M M A.

*Nemo debet præponere ea quæ sibi videntur, Patrum decretis.*

### Hieronymus *a* in parabolis. *b*

NE innitaris *c* prudentiæ tuæ. § Prudentiæ suæ innititur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit. *d*

1 a Hieronymus. Hieronymus Eusebij filius, in oppido Stridonis, quod Dalmatię & Panonię fines tenet, natus, Romæ puer baptizatus, Latinè, Græcè, & Hebraicè eruditus, ad heremum transiuit pœnitētię & studij causa, & ibi per quadriennium solus vixit: posteà in Bethleem coadunatis sociis secessit, vbi in versione sacrarum scripturarũ per 50. annos & sex menses desudauit: tandē corpore penè defecto, cum è lecto sese erigere non posset, ni apprehenso fune, qui è trabe pēdebat, obiit in Bethleem anno Christi 42[illegible]. & ætatis suæ [illegible]. vt testis Prosper, vel 98. vt ait Paulus Diaco. lib. 4. & Sigebert. in Chronicis, vel etiam 99. vt ait Trithemius. Extant eius laboris plura egregia & doctissima volumina, quę, qualis vir fuerit, satis abundéque testantur.

2 c *Parabolis.* Sumptũ hoc c.ex D. Hieronymo in Parab.cap.3. vbi & in Glossa ordinaria eadem verba ponuntur. Extat & hoc c.in 1.compilatione Decretalium, c.6.sub simili tit.de constit.

3 d *Ne innitaris.* Prouer.c.3.vers.5.& 7. *Vt sis sapiens apud temetipsum*: hoc est, ne pręsumas de tua prudentia, vt explicat Ioan. 22. in c.2. de hæreticis.lib.5.Extrauag. commu.atque illam pręsumptionem, matrem esse omnium errorum docet. Sic D.Paulus ad Romanos c.12. vers.3. *Dico per gratiam quæ data est mihi, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem,* & vers.16. *Nolite prudentes esse apud vosmetipsos.*

4 Prudentia propriè virtus eius est qui præest, non eius qui subest, vt ait Aristotel.3. Politico.c. . & secundũ Hieroclē in scholiis ad aurea Pythagoræ carmina, illud iustum est, quod perfecta prudentia circumscribit. Diuus Augustinus etiā libro octoginta trium quęstionum, q.31.prudentiam esse dicit, rerum bonarũ, malarum, & neutrarum scientiam: quod firmat li.19.de Ciuitate Dei c.4. Proinde apud Platonem in Alcibiade, 2. prudens dicitur consultor, sufficiens sibi & patrię; imprudens, contrà. Hinc Iurisconsulti, quorum respōsa pro legibus olim habita, prudentes dicti. §.responsa prudentũ, apud Iust.de iur.natur.l.ius autem ciuile, 7.de iust.& iur.ff.

5 Prudentia porrò quędam vera, quędā in apparētia. apud Salomonem Prouerb.14. vers.8. prudentia mundi apparentia talis si non consentiat veris Dei preceptis, quæ & mors & imprudentia apud Deum, ad Rom.c.8.

6 Sunt qui sibi prudentes videantur, cũ tales non sint: & ideò illi dicuntur prudentię suæ initi, quod idem est ac velle suo sensu iudicare, in c.1.suprà hoc tit.facit ca. relatum, 37. distin. Porrò de virtute, diuisionéque prudentiæ, vide D.Thomam 2.2.q.47.& quæ diximus lib.39. Syntaxeon artis mirab.c.6.& 7.

7 d *Præponit.* Decreta Patrum hîc dicũtur constitutiones summorum Pontificũ, & quæ sunt in corpore iuris Pontificij seu Canonici, quæ præferēda Sanctorũ etiam

pattum Theologorum resolutionibus,& sententiis,si aliter statuant. Aliud est enim exponere diuinas scripturas:aliud,negotia definire,vel cōdere leges. Nā in expositione,scientia solū:in diffinitione & lege,scientia & potestas iudicandi & statuendi exigitur:vt singulariter deciditur in principio 20.dist.apud Gratianum.

## Ad c.6. Cùm omnes.

1 *Innocentij tertij vita* 2 *De Senonensi Archiepiscopo.*
3 *De Archiepiscopis.* 4 *De Episcopis.*
5 *Trecensis ciuitas.* 6 *Vnde sumptum hoc c.*
7 *Audientia quid.*
8 *Canonici qui dicantur,& prabenda & prabendarij.*
9 *Absentes Canonici nō possint prabendas percipere.&10.*
11 *Statutum in praiudicium sociorum fieri non potest.*
12 *Auaritia nota.* 13 *Successores in beneficio legitimi qui.*
14 *Lege vti qui debet,quam in alios statuerit.*
15 *Firmatur idipsum,& agitur de dicto,Patere legem quā tu ipse tuleris.*
16 *Aequalitas in vno corpore eiusdem generis clericorum.*
17 *Consuetudo firma.*
18 *Statutum rationale probatur factum ab iis qui habēt potestatem,& de quibus possunt.*
19 *Lex futura respicit.*

S V M M A.

*Constitutio Capituli contra consuetudinem antiquam faciens dispares portiones non valet in praeiudicium futurorum.*

Innocentius III. *a* Senonensi *b* Archiepiscopo, *c* & Episcopo *d* Trecensi.*e*

CVM omnes: *f* & infrà,¶ Ad audientiā *g* nostram peruenit quòd Trecenses Canonici *h* nouū fecerūt in Trecensi Ecclesia cōstitutum,vt eis tā in praesentia quàm in absentia redditus suos ex integro percepturis, *i* qui in eadem Ecclesia post illam cōstitutionem fuerunt, vel de caetero fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant,*k* sed tunc solùm cùm fuerint residentes: cum secundùm Trecensis Ecclesię consuetudinem omnes in hoc consueuerunt esse pares. *l* ¶ Statuerunt etiam (vt cùm singulis praebendis annexae sint vineae)ipsis *m* suas dum vixerint possidentibus, vineae decedentium ad successores, *n* non transeant, sed prouentus earum inter singulos diuidantur. § Cùm igitur quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat vti eo: *o* & sapientis *p* dicat auctoritas, Patere legem quam tu ipse tuleris: Mandamus quatenus antiquos Canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuum tam praebendarum quàm vinearum coaequetis *q* antiquis,secundùm priorem consuetudinem,*r* vsque ad tempus praedictae constitutionis seruatam, vel secundùm rationabilem *s* institutionem in posterum *t* obseruandam.

1 a INnocentius 1 De vita Innoc.3.dixi ad ca. 14. pastoralis,infrà de rescript.

2 b De Senonensi Archiepiscopo dixi ad cap.1.de rescript.infrà.

3 c *Archiepiscopo.* De Archiepiscopis vide quae diximus lib. 15.Syntag.c. 11.

4 d De Episcopis vide quae diximus lib. 15. Syntagm. capit.12.

e *Trecensi.* In Gallia Trecae ciuitas,vbi Ioannes 9.habuit concilium, Platina authore, alias Ioan. 8. Aimon. lib. .Histor.cap. 7.

6 f *Cùm omnes.* Extat in c.1.tertiae compilationis sub ti. de constitutionib.

7 g *Ad audientiam.* Id est,ad notionem, vt in l.cū clericis,25.de Episc.& cler C.tt. de Episc.audien, C. frequens formula loquendi apud sum.Pontifices,vt & seq.c.7.& saepe alibi apud aliquos, & *audientia* pro *auditorio*,seu pro loco vbi controuersiae agitantur & audiuntur, vocatur & auditorium in l.lecta, 40.si cert.pet.li.12.ff ti.1.

8 h *Canonici.* Canonici dicuntur,qui canonem,hoc est,demensum & annonam ex Ecclesiastico aerario capiunt; & sunt primi ordinis clerici, in ea Ecclesia cuius dicūtur Canonici. Fuerūt Pythagorici dicti *κανονικοὶ* harmonici,qui primas in iudicando partes,longéque ratas maximè rationi attribuebant, vt scribit Caelius Rhodiginus li.5.can.11. Annonae debitae clericis Ecclesiarum, aut sunt praebendę simplices,aut Canoniales: simplices percipiuntur per clericos eiusdē Ecclesiae secundi ordinis,qui absolutè praebendarij: quorum aliqui dicuntur alicubi hebdomadarij, pro eo quod admittantur ad celebranda sacra quae Canonicus in sua hebdomada vel ordine tenetur exequi,arg. c. dilecto,25. de praeben. Sunt alij non hebdomadarij, & qui dicuntur assisij,vel mansionarij.c.penul.de cleric. non residentib. & ibi gl. infrà lib.3.& tit.4.in Gallia alicubi dicuntur, *Habituez.* Canonialis praebēda dicitur portio annexa Canonicatui,quae ea,quae simplex habet,continet, & vltrà habet ius suffragij in Capitulo,exedram vel stallum in choro, nisi iunior aetas vel aliud legitimum aliunde prohibeat, ca.dilecto, c.pro illorum,de praeben. Quemadmodum autem plus dignitatis est in Canonia, quàm in praebenda simplici:sic portio seu annona vt ferè semper maior est.hinc etiam titulus beneficij fit,nempe canonicatus& praebendae,si portiones sint diuisae, non aliter.c.ex parte,c.10.infrà de concess.praeb.lib.3.tit.8. Nos plura de praebendis,praebendatis & Canonicis,lib.15.Syntag.iur. vniuer.c.23.vide & gl.ad c.cum Martinus,9. ad verbum *receperunt*,infrà hoc tit.

9 i *Percepturis.* Consuetudo Trecensis Ecclesiae hîc recepta, vt absentes & praesentes pariter Canonici & pręb endati,fructus ex integro perciperent: quod tamē statutum videretur esse contra ius commune,& ad emanationem cultus diuini: vt absens perinde ac praesens qui deseruit,fructus accipiat.Quia non datur beneficiū nisi propter officiū:quo qui implere non potest,nec percipere illud debet.c.fi. de rescr.in Sex.c.eos.c.si quis Sacerdotum,91.dist. Vide quae dixi lib. 7. Syntag.c.2. n.6.& sequentib. Vbi & notaui casus in quibus excusatur absēs, & fructus accipit, & quando pro praesente habeatur: videbis & in cap.extirpandae,§.qui verò,in fine,de praeben. Canonicum & praebendatum inseruire Ecclesiae debere,vide & c.penul. infrà, de cleri. non residen.li. 3.tit.4. vbi & priuilegiati absentia excusanda coguntur redire ad Ecclesiam, si Ecclesia patiatur ministrorum defectū.Obseruamus & apud Liuiū lib. 5. etiā in sacerdotiis Ethnicorū, Flamini Diali nefas fuisse,manere per vnā noctem extra vrbem,nisi collegium Pontificū iusta ex causa gratiam fecisset: vt docet Cornel.Tacitus lib.3. Annalium.Nota etiam denegari priuilegia Ecclesiastica Ecclesiasticis vagantib. quia propter cultus diuini assiduitatem inculta sunt,l.generaliter sancimus, 40.de Episcop.& cler.C.iunge Nouellam 123.potest tamen valere statutū, vt certo tempore absentiae Canonici praebendas seu fructus earum percipiant,si modò non fit in nimiū dispendium cultus diuini, & si abundet Ecclesia clericis,sic intellige Panormitanum hîc,n.1.& 10.iuncto ca. .de consuet.vide & Panormit.consil. 96.

10 k *Non percipiat.* Hoc secundum ius commune,c.inter quatuor,& cap.fin. de cleric. non resident. can.peruenit.in fin. de appellat.

11 l *Consueuerunt esse pares.* Quare,quia pares erāt absētes & praesentes, nō potuerūt alij aliis legē imparitatis imponere.Et hęc est prima ratio improbandi statutum: quia par in parē nō habet imperium. l. nā magistratus,

de re

de recep.arbit.l.ille,à quo,§.tempestiuum, ad Senatusc. Treb.neque ita inæqualiter in successorum præiudiciũ, illis aliam legem quam sibi dicere poterant, contra legẽ communem,c.ex parte.ii.hoc tit Debitur quod singulariter pares respicit,debet ab omnib.æquè approbari,tã-quam commune omnib.vt singulis,c.quod omnes,29.de reg iur.in 6es.Et in causa communi,pluribus vt singulis, potior est consideratio dissentientium, l. per fundum,de seru.rust.præd.li.8.tit.3 l.receptum.comm.præd.lib.8.tit. 4.l.Sabinus,comm.diuid. ff. Quin vnius contemptus cuius interest, reddit actum stanitum in sui præiudiciũ factum,nullum,& potest agere de cõtempta.c. quod sicut, & c.bonæ,de elect.Oldr.cõs.64 paucis exceptis,quę notat Dynus ad dictum c. quod omnes, nu.3. Quando verò negotium respiceret omnes de Capitulo, nõ vt singulos, sed vt vniuersos,statutum factũ à maiori & seniori parte vocatis,qui vocati debent legitimè,etsi non interfuerint, vel contradixerint, valebit, iusta l. quod maior pars, ad municip. ff.l.nominationis forma.de decu.C.l.3. de decr. ab ordi.facien.ff.can.1.de his quæ fiũt à maior.par. Cap.

12 m *Ipsis.* Auaritiæ nota,dum volunt sibi retinere quãdiu vixerint , post mortem autem velint communicari. Ioan. Andræ.

13 n *Successores.* Intellige de successoribus per collationem.vacantis præbendæ,vel per cessionem,vel alio modo legitimo,non de hæreditariis successoribus,qui prohibentur in beneficiis,c.1.de præb.c. Apostolica,8. q.1.

14 o *Vtero.* Axioma hic pro alia ratione proponitur, iure eo quod quis statuit in alios,vti debere titulo.Quod quisque iur.&c. lib.2.ff.tit.2. ca.iustum est,9.dist.l.digna vox. C.de legib. Quod sibi fieri non vis,alteri ne feceris, ca 1.1.dist.Nemo legem imponere debet,quam negligit obseruare c.pro illorum, de præb. Num verò princeps seipsum sua lege liget,vide quæ dicta sunt superiori,c 1. huius tituli.

15 p *Sapientis* Sapientem hic vocat authorem nomine Catonem, qui disticha moralia edidit, inter cuius dicta, hoc *Patere legem quam tu ipse tuleris.* Huius authoris sententias plures laudarunt; de quo & Valla scripsit lib. 4.Elegant.ca.18. Quamuis,inquit,non constet, quis ille fuerit;tamen fuisse inter authores minutos,Latinissimũ, & quo ante mille annos nemo scripserit elegantiùs.Maximus etiam Planudes , ob eius honestissimam disciplinam,Latinum Græcè Græcis communicauit.Possumus & hic intelligere Sapientem Pyttachum , inter septem sapientes connumeratum,ad quem Ausonius in septem Sapientibus,refert sententiam,*Pareto legi,quisque legem sanxerit.* Huic sententiæ conuenit, c.pro illorum,22.c. cùm nobis,infrà de præb.l.legem quam dixisti, 10. C.de pact.lib.2.C.tit 3.ratio in l.1.quod quisque iur.Tutor ita & creditor simul minoris,qui cæteris creditoribus portionem fecit, eadem esse contentus debet, l. cùm in eo esset,44.de pact.lib 2 ff.tit.14.l.cùm hęreditas,59.de administr.tutor.lib.26. ff.tit.7. Legem statuens,legi se subiicere debet,vt ait Seneca de legum latoribus epist.91. l. 4.C. de legib.

16 q *Coæqueris.* Vnum corpus vnius Ecclesię faciunt Canonici: ita diuerso iure non debent distingui, argu.l. eum qui ædes,de vsucap.ff.c.cùm in tua,30. de decimis. lib.3.tit.30.c.quia circa.22.de priuil.lib.5.tit.33. c.cognouimus,12.q.2.

17 r *Consuetudinem.* Quia consuetudo quæ erat antiquà, nec iniusta visa hactenus, seruari iubetur, l. 2. quæ sit long.consuet.C.l. diuturna,33.cum 4.seq. de leg.ff.ca. consuetudo, 1.dist Consuetudo seu vsus firmat legem,& abrogat,l.2.de quib.22.§.1.de legib: ff. l.si de interpretatione,37.eod.tit.

18 s *Rationabilem.* Statui ex ratione contra consuetudinem potest,sed ab iis qui potestatem habent statuendi , etsi iuxta ea de quibus potestatem habent statuatur, c.1.de his quæ fiunt à pręlat.sine consens.Cap.lib.3.tit.11,

19 t *In posterum.* Leges dant formam futuris negotiis vt suprà dictum fuit in c.2.

## Ad c.7. Quæ in Ecclesiarum.

1 *Tridentinum quid:vnde sit hoc c.sumptum.*
2 *Teruisini.*
3 *Ciues quando possunt sibi ius ciuile præscribere.*
4 *Dux feudatarius legem num facere possit.*
5 *Inopia quid.*
6 *Textus emendatus.*
7 *Defendi alienatione.*
8 *De alienatione rerum Ecclesiasticarum,& seq.*
9 *Laicorum constitutiones quando ligant Ecclesiam.*
10 *Contra libertatem Ecclesiæ quid factum dicatur.*

### SVMMA.

*Statutum laicorum,quòd liceat feudum ab Ecclesia habitum liberè alienare,non valet, sine personarum Ecclesiasticarum consensu.*

### Idem Tridentino a Episcopo.

QVæ in Ecclesiarum : *b* & infra. ¶ Sanè peruenit ad audientiam nostram, quòd ciues Teruisini *c* cõstituerunt,*d* vt si quis se ad inopiã *e* vergere probabiliter allegauerit , alienandi feudum,quod ab Ecclesia vel aliis tenet,*f* liberã habeat facultatem:*g* & infra.¶ Volentes igitur Ecclesiarum indemnitati consulere , constitutionẽ huiusmodi , & venditiones feudorũ Ecclesiasticorum factas, sine legitimo Ecclesiasticarũ personarum assensu,vires decernimus non habere.

1 a TRidentino. Aliàs Trecensi.Tridentum Rhetię oppidum , ad Athesin fluuium in Alpium angustiis situm,vulgò,*Trente*,à quo Tridentini,quorum meminit lib.3.c.19.Steph.lib.7.Strabo.

b Hoc c.est in 3.compilatione sub eodem tit.secundũ.

2 c *Teruisini.*

3 d *Constituerunt.* Ciues Ius ciuile obseruantia sua faciunt,l.omnes populi.9.de iust.& iur.ff.§.ius autem ciuile,de iure natura.apud Iustin.c.ius ciuile,1.dist. quod intelligendum,quando ciuitates sui iuris sunt, nec ex dominatione alterius pendent. Alioquin enim,si sub principe aliquo viuant,non possunt iura præscribere,aut ita statuere,vt non obtemperantes pœnã incurrant:nisi ratà statuta fiant à superiore, qui legis condendæ habeat authoritatem seu potestatem.Sic enim sibi principem populus præposuit,vel pręposituṁ admisit,vt legis cõdendæ & regiminis potestatem in eum transtulerit. §.sed & quod principi,de iure nat.l.fin.C. de legib. Vide hic Panor.& Doctores in l.omnes populi.de iust.& iur.ff.

4 Dux feudatarius non potest regulariter condere legem,nisi in feudo illi concessum sit:quia est quasi seruus domini,& nisi obsequia seu seruitia præbeat,potest feudo priuari,c.domino,si de feudo controuersia fuerit,c.venic.quando dominus propriet.feudi priuet. in vsib.feudor.Ita ciuitas quæ habet superiorem,legem non cõdit. Barth.ad l.omnes populi,num.5.de iust & iur.nisi talem facultatem ab eo accipiat, & in pręiudicium eius vel iuris communis,non statuat. Si verò non recognoscat superiorem , potest etiam contra ius commune statuere. Innoc.ad c.venientes, de iureiur. quia habet iura imperij, & æquiparatur regibus, vide Iasonem ad d.l.omnes populi.

5 e *Inopiam.* Inopia dicitur, destitutio ab omni auxilio,vel ope,facultatum vel amicorũ:vt ait Nonius Marcellus,quando ita indiget aliquis, vt nihil sit, quo possit miseriam leuare,aut sibi subuenire, vt in l. vlt. de in ius voc.l.si quid id quod, §.in seruos,de iurisdict. omn.iud: Quid inopia distet à penuria,docet gl.in Auth.vt iud.sine quoque suffrag. in Nouellis.

6 f *Tenet.* In originali,vnde sumptum caput, additur

*O ciales ad hoc à Treuensibus ciuib. deputati libera, &c.*

7 g *Facultatem.* Statutum in summa Treuisensium ciuium, dabat in casu inopiæ vasalli, potestatem alienandi feudum, à quocũque acceptum esset, siue à domino laico, siue ab Ecclesia: improbatur autẽ hoc statutũ in hoc c. maximè in eo quod de feudis Ecclesiasticis factũ esset, sine personarum Ecclesiasticarum à quibus feuda pendent, consensu. Rationes possunt esse huius reprobationis, prior à natura feudorum, quæ ex consuetudinib. eorũ est, ne vasallus in parte vel in totũ, possit alienare feudũ sine consensu domini, quamuis possit, sine eo consensu, alteri in feudum dare, §. similiter, de lege Conradi, lib. 2. feud. tit. 34. §. fi. quib. mod. feud. alien. Neque etiam licet suadente necessitate, nũc inuito domino feudum alienare, quamuis olim in ea causa permissa fuisset partis alienatio. §. 1. Qualiter olim poterat feud. alien. lib. 2. feud. tit. 9. §. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. lib. 2. tit. 52 §. 1. de vasallo qui contra prohibitio. Lothar. feud. alie. eod. lib. 2. tit. 18. Quemadmodum nec Emphytheota, inconsulto domino directu, potest rem Emphytheoticariã seu emponemata vendere. l. fi C. de iure emphytheot. c. potuit, de luca. Non inficior tamen statutis localibus aliam naturam feudo imponi, quemadmodum & pactis posse ab his qui authoritatem & potestatem habent. Valeret tamen consuetudo, quòd res feudalis vel emphytheoticaria Ecclesiæ possit alienari irrequisito domino, & saluo iure dominij directi; contrà, si illa tollerentur vel minuerentur. Bald. cons. 9. inci. Factum tale est, 1. vol. Ioan. Raynal. ad c. imperialem, §. habito, de prohib. feud. alien. per Federic. Eodem modo valeret consuetudo quæ de ipso vtili dominio rerum Ecclesiæ pertinẽte ad laicos, disponeret Petrus Anch. cons. 122. incip. Visis & diligenter ruminatis. & cons. 433. incip. Postquã ista domina facit tractus à contrario sensu in c. quæ in Ecclesiarum, infrà hoc tit. Quare & si fiat quæstio inter emphytheotas Ecclesię, illa debet tractari coram iudice seculari, Panor. ad cap. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lite non contest. consuetudo autem hæc ligat clericos, quia consensisse videntur. Contrà, si ipsa consuetudo esset in rebus laicorum, & vellent eam extendere ad res Ecclesiæ, vt in c. cum causa, 8. de sent. & re iud.

8 Cæterũ in specie c. nostri, ciues Treuisenses, etsi ita possent statuere de feudis laicorũ, tamen destituti erant potestate statuendi in rebus Ecclesiasticis. Et proinde secunda erit ratio improbationis, quia res Ecclesię, nisi cũ causæ cognitione, superioris & solenniter, alienari non possunt, c. cũ Apostolica, c. tuã, de his quæ fiunt à præla. sin. consens. Cap. c. sine exceptione, 12. q. 2. l. iubemus nulli eum Authen. seq de sacros. Eccl. C. tit. de reb. Eccle. non alie. cum simil. Quare si feudũ etiam datum ab antiquo redeat ad Ecclesiam, non potest nisi ea consensu prælati in alium transferri, c. 2. de feud. c. per tuas de dona

9 Dehinc tertiò constitutiones laicorum, non obligãt personas, vel res Ecclesiasticas, etiamsi in vtilitatem earũ fiant, nisi consentiant, c. Ecclesia sanctæ Mariæ 10. hoc ti. c. benè quidem, 96. dist. Duæ sunt distinctæ potestates, spiritualis & temporalis, c. imperium, c. quoniam mediator, 10. dist. c. duo sunt, 96 dist. Súntque leges Cæsarum de rebus & personis sacris receptæ, in quantũ admittũtur à summis Pontificibus, vel si similes his ab iisdem ferantur, & sic disponunt Cæsares, de his, in titulis de sanctissimis Episcopis, in Nou. de Episcopis, & cler de sacrosan. Eccl. de summa Trin & fide Catho. de Episc. aud. C. & in simil. Aduersus Ecclesiæ etiam libertatem & priuilegia Cæsares decreuerunt constituta nullius esse momenti, l. priuilegia, 12. & constit. Freder. cassa, de sacros. Eccle. C. quare cùm nec res, nec personæ Ecclesiarum, sint sub potestate ciuium Treuisinorum, statutum de feudis Ecclesiasticis non potuit supra illorum iurisdictionem operari, l. fin. de iurisdict. omnium iud. C. vt animarum, de constit. in sex.

10 Contra libertatem Ecclesiasticam ea esse dicũtur, quæ sunt contra ea quę iure communi competunt Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis, c. cum terra, de elect. & ibi Andr. de Butriga. Ioan. de Imola. Salic. in Auth. cassa, C. de sacros. Eccl. Alex. cons. 211 num. 7. facit c. fi. de rebus Eccle. non alien. c. fi. de vita & hone. cler. dehinc si contra immunitates, priuilegia concessa à Deo, & sum. Pontif. Inno. in c. nouerint, de sent. excom. Si clerici quoque, ex statutis laicorum, timidiores redderentur, contra libertatem dicerentur Ecclesiasticam, Barth. ad dictam Auth. cassa. vel si iniuria etiam singolari personæ Ecclesiasticę, vel Ecclesiæ fieret: vnius enim clerici vel Ecclesiæ factũ, in honorem vel contumeliam redundat Ecclesiæ generalis c. si diligenti, 12. de foro compet. ca. diaconi, 93 dist. Sed hæc hactenus de statutis laicorum, num ligent clericos; reliqua commodiùs ponentur ad c. Ecclesia sanctæ Mariæ, infrà. Vide interim consilium Alex. 211. volum. 2. consilior.

## Ad ca. 8. Cùm accessissent.

1 *Vnde sumptum hoc c.*
2 *Tullum & Tullensis Ecclesia.*
3 *Primiceriatus.*
4 *Personatus quid.*
5 *Collatio beneficiorum quare donatio dicatur.*
6 *Deuolutio quid.*
7 *Beneficium suppressum non censetur vacare.*
8 *Nec vnitum.*
9 *Capitulum num possit supprimere præbendam.*
10 *Quando suppressio beneficij reuiuiscat contrario actu.*

### SVMMA.

*In Ecclesia sublata dignitas non dicitur vacare, nisi expressè vel tacitè restituatur.*

Idem.

CVm accessissent *a* ad Apostolicam sedem Archidiac. Tullen. *b* & G. Tullen. capituli procurator: Archidiaco. proposuit memoratus, quòd cùm olim quidam Tullen. Canonici nostris auribus intimassent, quòd primiceriatus *c* in Tullen. Ecclesia tanto tempore vacauisset, quod ad manus nostras illius personatus *d* esset donatio *e* deuoluta: *f* & infra. § Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quòd de communi assensu Canonicorum Tullen. fuerit constitutum ne primiceriatus dignitas esset vlterius in Ecclesia memorata, inter Canonicos ipsos primiceriatus prouentibus & possessionibus distributis; & infra. § Propter quod euidẽter apparet, quòd primiceriatus ipse tanto tempore nõ vacauerit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum: & infra. § Quocirca mãdamus *g* quatenus si vobis constiterit Tullen. Canonicos ne vlterius in Tullensi Ecclesia primiceriatus esset officium, communiter statuisse, ac statutum ipsum auctoritate sedis Apostolicæ fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere: nisi posteà dicti Canonici contrauenerint, *h* aliquem videlicet in primicerium eligendo.

1 a HOc c sumptum ex c. 4. tertiæ compilationis, sub tit. de constit.

2 b *Tullensis.* Tullum, Leucorum oppidũ, inter Belgas, vt ait Pli. lib. 2 c 9 hodie *Toul*, vbi est episcopatus. Leuci finitimi Lingunibus & Sequanis, qui Burgundi sunt, ac Mediomatricib. qui Metẽses hodie, à ciuitate Episcopali dicuntur. Meminit illorũ Luc. in l. *Episcopus se principẽ imperij, vt*

*imperij vt Viridunnẽsis, & Metẽsis, qui proximi sunt, dicit.*

3 c *Primiceriatus.* De primicerio infrà lib. 1. tit. 25. nos etiam de eo lib. 15. Syntag. c. 23.

4 d *Personatus.* Nota hic primiceriatũ dici personatũ. Personatus est, in re beneficiaria, prærogatiua quędã apparens in Ecclesia sine iurisdictione, in sede vel exedra, in stallo, vt dicunt, in choro prę cęteris honorifico. c. audita, 4. de rest. spol. gl. ad extrauagantẽ, execrabilis, in verb. *personatus*, de præb. in Extrauag. cõm. Dignitas quædam in Ecclesia personatus, vide gl. 1. ad c. quia nonnulli, ea. ad aurea, de rescr. c. de multa, de præben. quid aliter sit persona, & personatus, vide quæ trado li. 7. Syntag. c. 1.

5 e *Donatio.* Collatio dicitur donatio. c. eam te, 7. in fin. de rescr. c. fi. de offi. vica. in sext. c. proposuit. c. quia diuersitatem, c. pen. de concess. præben. Ideò verò collatio donatio dicitur, quia qui confert, liberè cui vult ex idoneis, confert, & potest vnum aliis pręferre. Sicque donatio, ratione conferentis, quia prouiso non tenebatur cõferre, l. donari, 82. de reg. iur. ff. l. donari. 29. de donatio. ff. li. 39. ti. 5 quamuis, si inspiciamus necessitatem conferẽdi absolutè, quòd collator teneatur alicui conferre, collationi donationis definitio nõ competat: quia qui donat, potest sibi si velit retinere, l. 1. de don. causa mor. nec cogitur largiri, l. in commodato, §. sicut cõmodas ff. At qui collationem beneficiorum habet. nõ potest sibi reseruare beneficium vacans, c. 4. de excessib. præla. li. 5 tit. 31. c. fi. de institutio. & tenetur alicui conferre intra sex mẽses, nisi velit potestate conferendi posteà priuari, iure deuoluto ad superiorem, c. licet, & c. fi. de supplen. negl. præl. & in his quæ necessariò facit, liberalis esse non videtur. l. rem legatam, 18. de adim. leg. lib. 34. ff. tit. 4.

6 f *Deuoluta.* Deuolutio, est potestatis conferendi beneficia, vel eligendi translatio in superiorẽ eius qui conferre vel eligere intra tempus constitutum sex mensium neglexit, c. 2. c. quia diuersitatem, c. fi. de concess. pręb. c. licet, c. fi. de suppl. negl. prælat. Deuolutio tamen iuris in superiorem ex negligentia inferioris, duplici modo fit, vel extra concilium Lateranense, vel ex eo concilio. Extra illud concilium, tempora certa constituta certis generibus beneficiorum & pro diuersitate personarũ prouisarum, vel eligentium: quibus elapsis, ius conferẽdi negligentibus perit, vt in mandatariis, qui mandati ad beneficia vacatura vel vacantia impetrant rescripta à summo Pontifice, cũ clausula, *motu proprij.* Hi enim habent decem dies post factam rescripti pręsentationem ei, cui mandatum directum est, à die cognitionis vacationis beneficij, ad illud petendum seu acceptandum: quibus elapsis ordinarius est liber in collatione, c. si plurib. de præbend. in sexto. In Gallia tamen mandatarius non potest petere beneficium in vim mandati sibi cõcessi, antequã lapsus fuerit mensis à die pręsentationis rescripti: vt scribitur in titulo de forma mandati, in Concordatis. Aliud exemplum in iure optionis: qui enim in capitulo habet facultatem optandi beneficiũ vacans, debet intra viginti dies optare: quibus elapsis, priuatur illa facultate, quę deuoluitur ad alium sequentẽ c. fi. de consuet. in sex. Aliud tertium, in patronis laicis, qui nisi intra quatuor menses ad beneficium patronatum præsentauerint clericũ sufficientem & idoneum: aut nisi idipsum fecerit patronus clericus intra sex menses, ius plenum collationis deuoluitur ad superiorem Episcopũ, c. vn. de iure patro. in sex. cum simil. ibi nota. 4. Electio ad maiores dignitates Abbatiarum, Episcopatuum, Archiepiscopatuum, & similiũ, fieri debet intra tres menses: quibus elapsis, ni facta sit, deuoluitur ad superiorem. c. ne pro defectu, de elect. c. postquàm. 50 dist. Ex concilio verò Lateranẽsi aliæ inferiores dignitates & beneficia debent conferri ab ordinario, aut ab eo qui collationis ius habet, vt diximus, intra sex menses: alioquin deuolutio fit potestatis à capitulo ad Episcopũ: ab ambobus ad superiorem: & ab Archiepiscopo ad Patriarcham vel summum Pontificem, c. 2. c. cum nostris, c. postulastis, de concess. præb. c. fi. de suppl. negl. prælat. cum sim. Vide quæ diximus de iure hoc deuoluto pleniùs li. 17. Syntag. iu. c. 9. & 10.

7 Cæterùm non censetur vacare beneficium, quod fuerit extinctum vel suppressum, vt hîc dicitur, quia non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, de rebus cred. ff nec dissolui, vel non esse incipere nõ potest, quod non est, c. ad dissoluendum, de desponsa. impubi l. decem, de verb. obl. l. Iulianus, de diuortiis, in ff.

8 Sicuti nec beneficia vnita, dicuntur in posterũ vacare per se, neq; ideò quod non conferãtur intra sex menses, continentur sub deuoluto statuto in concilio Lateranensi Cle. vn. de suppl. negl. præla. nisi vnitum diuidatur, gl ad c. 2. ad verbum, *vniendo*, ne sede vacante. inf. lib. 3. ti. 9. vel nisi suppressum, vel extinctum reuiuiscat.

9 g *Quocirca mandamus.* In hoc versiculo resoluitur, capitulum posse supprimere communi consensu dignitatem in Ecclesia, & posse quoque ex contrario consensum restituere in integrum. Disputat autẽ glossa ad verbum, *confirmatum*, num capitulum vel canonici, per se possint minuere aut tollere præbendas per se, sine confirmatione summi Pontificis, de qua quæstione cùm satis supérque disputet & resoluat, nihil ei addam, sed per te illam legito, & noteto vt singularem.

10 h *Contrauenerint.* Per electionem factam in locum suppressi beneficij, censentur canonici renunciasse suppressioni, & restituisse in primæuam naturam extinctũ vt non possint ampliùs post illam electionẽ dicere suppressum. facit c cùm Martinus, 9. hoc tit. c pro illorum, de præb. Disputat hic etiam glossa singularis perlegenda, quando vnico actu tacitè videatur quis renunciasse contrario priuilegio. iunge l. 2. de iure domi. impetra. li. 8. C. tit. 34. l. his qui per metum iud. non appel. C. l. commissoriæ, de pactis inter empt. & vend.

## Ad c. 9. Cùm Martinus.

1 *Clugiensis Episcopus.*
2 *Vnde sumptum hoc c.*
3 *Ferraria ciuitas.*
4 *Diminutio prebendarum quando fieri potest.*
5 *Capitulum de quibus & quomodo statuta facit.*
6 *Statutum tollit consuetudinem.*
7 *Statuere non possunt contra canones clerici, possunt contra leges laici. & quare.*
8 *Bona mensa qua. Clericorum vita communis & c. ea.*
9 *Diuisia communitatis vnde.*
10 *Protestatio actus contraria non releuat.*
11 *Diminutio prebendarum redit ad numerum auctis facultatibus.*
12 *Canonicus in herbis quis, & de diuersitate eius.*

### SVMMA.

*Canonici qui aliquem sponte maximè, receperunt in Canonicum, supra numerum prebendarum debent eidem prouidere de fructibus superexcrescentibus.*

### Idem Clugiensi a Episcopo.

CVm b Martinus Ferrariẽsis: c & infrà. g Dictus M. pro se ac quatuor sociis suis proposuit, quòd Ferrariẽses Canonici, vt eo ampliùs suos redditus augmentarent, quo prouentus Ecclesiæ (qui diuidi consueuerant inter plures) in vsus cederẽt paucorum, d quatuordecim præbendas e tantum, præter id quod mensæ f communiter deputarunt, in eadem Ecclesia contra antiquam consuetudinem statuerunt. Postmodum verò contra constitutionem ipsam voluntariè venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis assignatis iisdem. Et licèt eorum redditus nõ modicum fue-

rint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex superexcrescentibus redditibus prouidere. ¶ Verùm ex aduerso fuit propositum quòd quatuordecim præbendarum numero in Ferrariensi Ecclesia instituto, & Apostolicę protectionis præsidio roborato: cùm vna in eadem Ecclesia præbenda vacasset, ad quorundam instantiam, duos ad eam, & postmodum ad preces Episcopi dictum M. & quendam alium sine præiudicio *g* dictæ constitutionis in canonicos receperunt: ita quòd ipsi canonici de canonia nihil perciperent, donec primi duo essent prębendas integrè assecuti. Cúmque per canonicorum industriam fuerit procuratum, vt ex possessionibus quas Ecclesia tempore longo possedit, plures eis redditus soluerentur: superexcrescentes communi mensæ, quæ minùs sufficiens fuerat, deputauerunt: quos dicti quinque sibi postmodum petierunt contra capituli constitutionem in beneficium assignari: & infrà. ¶ Mandamus quatenus cùm in constitutione prædicta, & confirmatione sedis Apostolicæ vel fuerit, vel esse debuerit, sicut consueuit, *h* expressum: nisi in tãtùm excrescerent Ecclesiæ facultates, quòd pluribus possent sufficere competenter: & iidem canonici in derogationem suæ constitutionis, ad vacaturas præbendas quatuor receperunt vltra numerum, *i* &c.

1 a *Lugensis.*

2 *Cum.* Hoc c. est 5. ordine sub eodem titulo in tertia compilatione.

3 c *Ferrariensis.* Hic mentio fit de Capitulo Ferrariensi, & de eorum statuto contra antiquam consuetudinem. Ferraria nomen vrbis celeberrimæ in Italia Circumpadana.

4 d *Paucorum.* Hic statutum Capituli non reprobatur, quo minuerunt numerum præbẽdarum, & ad quatuordecim reduxerũt, vt redditus, qui inter plures distribuebantur, in vsum paucorum cederent: quod intelligitur quando non essent sufficientes redditus ad plures canonicos commodè nutriendos; non enim fuot supra facultates Ecclesiæ plures admittendi, ca. 1. & authoritate, de institut. & tit. vt determinatus sit nume. cler. in Nouel. cũ causa autem potest fieri hæc diminutio, & cum authoritate superioris vt in e. cùm accessissent, 8. suprà hoc tit. sine causa verò non licet, maximè si fructus sint sufficientes pluribus, c. penultim. iusrà hoc tit. quia numerus potiùs augeri clericorum debet, vt Deo seruiatur, quàm minui. Vtrumque probatur in c. fi. de verborum signific. oportet & esse ordinem plenum, vt in l. generaliter, §. pen. de decurio. ff. præcipoè vt intentio fundatorum retineatur, & non aperiatur via auaritiæ: neque etiam status Ecclesiæ debitus & antiquus per insolentiam alicuius subuerti debet, c. 2. de suppl. negl. prælat. libr. 1. tit. 10.

5 e *Quatuordecim præbendas.* Numerus prębendatorũ per cõsequens diminutus, & vt paulò pòst, *cõtra antiquã consuetudinẽ.* Præbendę námque diuisæ, tot prębendatos exigunt, c. ex parte, 10. de concess. præb. Capitulum Ecclesię cathedralis potest statuere cum suo Episcopo proculdubio, e. cũ omnes, hoc tit. & ibi interpretes. Sine Episcopo verò regulariter nõ potest, nisi de his quę concernũt factum tantùm ipsius Capituli ab Episcopo separatũ, Panor. in c. 1. nu. 14. de his quę fiunt à præla. sine consensu. vel si approbet summus Pontifex, c. cùm accessissent, hoc tit. vel si quæ sunt iuris cõmunis statuat seruari, vel si exemptũ esset à iurisdictione ordinarij, c. cùm omnes, hoc tit. sicuti capitulum Ecclesiæ collegiatæ nihil regulariter statuit, etiam cum suo prælato, sine authoritate Episcopi, nisi exemptum esset ab eius iurisdictione, vel priuilegio, vel præscriptione.

6 Sed num statutum tollat consuetudinem antiquam hic non dubitatur, sed dicitur posse: quia & lex dessuetudine tollitur, & contraria posteriori lege l. de quibus. de leg. ff. l. pacta nouissima, de pact. C. & qui condere possunt, iidem & abrogare possunt, l. fi. C. de legib. l. nihil tã naturale, de reg. Iur. ff c. 1. eo. tit. apud Greg. Imò si cõtra consuetudinẽ statuatur ab his, qui vtebantur consuetudine, qui eam nõ ignorabant, etiamsi de ea nõ meminerint, censentur illã sustulisse, Pan. ad c. fi. de consuet quãuis consuetudini contraria generalis lex lata à principe, qui facta consuetudinum non præsumitur scire, non derogat localibus consuetudinibus, in c. 1. de constit. in sex. Hæc itaque consuetudo & statutũ sibi mutuò derogant, & fortiorem vim habet, quod postremũ locũ ex his suscipit. Ita in hoc c. cùm Martinus, & superiori. consuetudo diuidendarum præbendarũ valuit: posteà statutũ sequęs consuetudinem sustulit: contra statutum cursus temporis pluriom ad consuetudinem primam redit. Quicquid potest priuilegio concedi, potest consuetudine introduci, sciente eo qui posset priuilegium concedere. Inno. ad c. Apostolicam, de simonia. & ad c. nouit, de iud. & ad c. cũ contingat, de for. compe. Oldr. cons. 254. incip. Quia tota pars. Fortior etiam consuetudo, quàm statutum quippè quòd consuetudine possunt tolli canones, non statuto, Bald. ad l. 1. qui t. st. face. poss. cuius rei rationem videtur reddere. Pan. ad c. cum tanto, de consuet. quòd consuetudo nascitur ex tacito consensu, & non præsumatur tanta ambitio in inducentibus talem consuetudinem, quanta in condentibus statutum canonibus aduersariũ; dehinc quòd timeatur de scandalo in dissoluenda consuetudine per tantum tempus continuata: quod sequitur Felin. ad c. quod super his, de maio. & obed.

7 Statuere potrò contra canones non possunt clerici, quãuis laici possint statutũ cõtra leges facere, quia statuta clericorũ repugnarent fini æterno, quem habent canones, qui dirigũt ad Deũ. gl. in c. cùm contingat, de iureiur. Ius verò ciuile respicit finẽ, vtilitatem publicam & singulorum, l. 1. de iust. & iur. ff. Renunciare autem potest quilibet iuri in fauorem sui introducto, c. ad Apostolicã, de regulari, c. 1. de renun. in sex. l. si quis in conscribẽdo, C. de pact. & hanc rationẽ adfert Pan. ad. d. c. cũ tãto, de consuet. secundũ quam tamen arbitrarer, retentis terminis, quòd in quibus ins Pontificium statuit in communẽ vtilitatẽ animę. & ad finẽ salutis æternæ, non possit fieri statutum à clericis contra canones, nec renuntiatio, vt in c. si diligenti, de for. comp. at vbi canones respiciunt politiam & œconomiam Ecclesiasticã, in fauorẽ & cõmodum singulorum, posse: vt in dispensatione fructuũ prębendarum, exemplũ capitis nostri retinẽdo. Potest enim clericus cultui diuino se mancipans, Ecclesię præbendã cum aliquo honesto onere acceptare, c. significatum est, 11. de præb. potest & modico etiam valde & tenui beneficio acceptato contentus dici clericus, c. conquerente, 6. de cler. non resid. li. 3. tit. 4. ca. clericus, 91. dist. Faciliùs etiam contra consuetudines statuere possunt clerici, quã contra canones: quia in tollenda consuetudine nihil fit contra legem superioris, & sic elidit contraria ratio Cle. ne Romani, de elect. Sed & sæpe consuetudo contra ius, est statutum autem contra consuetudinem, reducit negntinm ad ius commone. ideò fauorabile, cùm res de facili ad suam naturam primæuam reuertatur, c. ab exordio, 35. d. l. si vnus, §. pactus ne peteret, de pact. ff.

8 f *Mensa.* Mensa, quasi mensa, seu media, quòd inter duos poneretur accumbentes: scilicet cibi sumendi causa, vt ait Varro. Bona mensæ dicũtur, cõmuniter omnib. distribuenda, & ex quib. æquè omnes de collegio participãt. Mensa námq; cõmuni clerici Ecclesiarũ olim nutriebantur,

triebantur, non seorsum, eodémque loco dormiebāt Sicut ostendit Alex. a lib. 5. de lapsis, cuius verba referuntur in c. præter hoc §. præcipientes, 32. d. idē in concilio Tolet. 4. c. 24. in c. omnis ætas, 12. q. 1. Tēpore etiam Apostolorū omnia in cōmune ferebantur, & singulis, prout necessarium erat, dabatur: Act 2. v. 44. & 45. & c 6. v. 1. & 2. Posteà autem & tempore persecutionū, Christianis fugientibus in eremum, separatim aliquandiu vixerūt: donec in Cænobia collecti cōmunem rursum vitam receperunt, vt scribit Gregor. Nazianzenus, in monodiis D. Hieronymus. Extat regula B. Basilij, quódque de his scripsit Philo Iudæus, lib. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν, id est, de vita contemplatoria, aut deprecatorū virtutibus, quē librum Eusebius lib. 2. Hist. Ecclesiast. testatur fuisse scriptum de Christianis, & subscribit D. Hieronymus Eusebio. Ferunt primum B. Basilium, formulam congregationis & cœnobiorū eremitis dedisse, circa annum Do. 3. o. Subinde D. Benedictū Nurcinum, Monachos liberè vagantes monasterio sub regulari constitutione conclusisse, circa annum Dom. 520. vt scribit Gregorius lib. 2. Dialog. c. 1. & 35. Volaterra. lib. 21. Polydor. Virg. lib. 7. c. 3.

9 Horum exemplo aliæ posteà familiæ religiosæ congregatæ vel strictioris vel laxioris viuēdi formulę. Peperit religio diuitias, soluiq; ex illis paulatim cœpit societatis arctum vinculum & quæ diuisa bona Abbatiarum vel Ecclesiarum, partim singulis, partim retenta bona communia. & præbendæ distinctæ præsentibus, aliquādo & absentibus ex causa iusta. Fali. in c. Iacobus, nu. 1. de simo. Pan. ad c. licet, in fi. de præb. Factæ Ecclesiæ Abbatiales Episcopatus, Episcopatus Archiepiscopales, vt in Extrauag. Saluator, de præb. fundationes etiam fecutæ Ecclesiarum, in quibus distinctæ præbendæ, in aliis non, c. ex parte, de concess. præb. in aliis præbendis bona seorsum assignata, vt hic vineæ: alia communia relicta omnibus, quæ mensæ dicuntur. quasi pro cōmuni victu eorum, quorum mensa dicitur esse: vt in nostro c. & c. cū omnes, 6. supra hoc tit. Vix autem inueni capitulum habens mensam seu bona mensæ, quin aliquando non habuerit communem vitam sine separatione præbendarum, quæ postea separatæ fuerint. Nam olim victus cōmunis non solùm fuit inter religiosos & monachos, sed etiam inter canonicos Episcopalium quoque sedium: vt liquet ex can. in omnibus, de consecr. dist. 5. c. quoniam, de vita & honesta. cleri Separata & fuit bonorū Ecclesiæ possessio, & diuisa inter Episcopū vel Abbatē, & capitulum & monasteriū, vnde & seorsum viuere cū cœperunt, bona mēsę prę lati & bona mensæ capituli dicta, vt c. possessiones, 10. & c. vt super. 8. de reb. Eccl. nō alie. li. 3 tit. 13.

10 g *Sine præiudicio* Hęc protestatio non prodest, quia est contraria actui, cui adiicitur: nec releuat protestantē, l. qui in aliena, §. Celsus, de acq. hæred. & nostro c. Contraria autem sunt, recipere aliquem in canonicum, & nolle ei dare præbendam, cùm non possit esse canonicatus diu sine præbenda. c. relatum, de præb. Vide quæ tradit hac de re Rebuffus, ad §. statuimus. ad verba, *Canonicatum & præbendam*. de collat. in Concor. vbi & quando canonicatus cum præbenda veniat in collatione, & quæ diximus lib. 17. Syntag. c. .

11 h *Sicut consueuit*. Nota, in diminutione præbendarum facta à summo Pontifice vel permissa, intelligi clausulam, nisi in tantum excrescerent facultates, quæ pluribus possent sufficere, similis text. in c. fi. de verb. sig. quia cessante causa, cessat effectus, c. cùm cessante, de appellat. Causa autem diminutionis numeri præbendarum est, quòd facultates non sufficerent ad tot, qui fuerunt requisiti, nutriendos, supplenda enim clausula. quæ solet apponi, si omissa sit. quæ rationem veluti animam negotij constituit, vt in l. quod si nolit, 31. §. quia assidua, de ædil. edict. li. 21. ff. tit. 1 l. si quis donaturus. 24. de vsufru li. 7. ff. tit. 1. l. si fundus, 6. de edict. ff. l. 1. C. de fideiuss. c. 2. de rescri. c. quemadmodum, de iureiur.

12 i *Vltra numerum*. Tunc existentem, cùm receperūt, & erat exceptio canonicorū denegantium præbēdas: verùm replicatio, quòd nihilominus suprà numerū recepissent in canonicos petentes nunc præbendas, & ideò sponte censentur numerū auxisse, & iuxta receptionem tenentur receptis de præbendis prouidere, c. relatum, c. dilectus, de præb. c. cùm super, de concess. pręb quāuis aliter dicendum esset, si mandatarius ad effectū habēdi dignitatem, fuerit interim canonicus creatus: quia censetur hic canonicus in herbis ad effectum, & in expectatione tantū sine aliqua prærogatiua canonici, quandiu expectat. Rota decis. 4. 5. in nouis. Ideò is neque distributiones quotidianas interim habebit, neque intererit actibus capitularibus: Imola in Clem. fi. de pręb. Rebuff. ad §. fi. de reseruat. benef. in Concor. nam qui habent canonicatum ex mandato sub expectatiua pręhendę, habēt ius ad rem, non in re. c. fi. de cōcess. præb in sexto. c. quędam, de præb. in sexto. Quando verò capitulum sponte in canonicum supra numerum constitutum, aliquem recipit: videtur ius canonicatus plenè concedere. quamuis nō conferat tunc præbendam: verùm nihilominùs talē canonicum sine præbenda non dicimus beneficiatum, Panor. in c. in nostra, de præb. Calderi. ad nostrum ca. quod notabile est, in eo maximè, quòd talis canonicatus sine præbenda, cum alio beneficio non faciat pluralitatem beneficiorum, beneficium quippe non dicitur sine fructibus. c. si quis obiecerit 1. q 3. c. de multa, de pręb. Vide Gome. ad regulam de annali possessore, & quæ nos diximus li. 17. Syntag. c. 1. de finitione beneficij.

## Ad ca. 10. Ecclesia sanctæ Mariæ.

1 *Abbas quid.*
2 *Sancti Syluestri Ecclesia Romæ.*
3 *Vnde sumptum hoc c.*
4 *Ecclesia S. Mariæ in via lata & de aliis eius nominū.*
5 *Laicorum & clericorum appellatio vnde.*
6 *Religiosa persona quæ.*
7 *Iudices laici non cognoscunt de causis & personis Ecclesiasticis paucis exceptis.*
8 *Vt in feudis.*
9 *Laici obsequi non imperare Ecclesiasticis debent.*
10 *Statutū laicorum non ligat clericos, etiamsi sit illis fauorabile.*
11 *Contra. consuetudine existente fauorabili, & quandò ea liget & quomodo clericos.*
12 *Approbatione nostrum facimus. & 16.*
13 *Prædium vnde dictum, & eius species.*
14 *Ministeria quæ.* 15 *Ornamenta quæ.*
17 *De confirmatione sum. Pont. quid operetur.*
18 *De Senatore Romano & eius potestate.*
19. 20 *De Senatu Romano, quando cœpit authoritas eius imminui & seq. 1.*
22 *Sententia Senatoris quibus rationibus reprobata.*
23 *Non vocatus non potest condemnari.*
24 *Nisi confessus.* 25 *Aut conuictus.*

### S V M M A.

*Statutum laicorum solum generale vel speciale, non potest extendi ad personas, vel res Ecclesiasticas, etiam in fauorem earum.*

Idem Abbati *a* & conuentui S. Syluestri. *b*

Ecclesia *c* sanctæ Mariæ: *d* & infrà. ¶ Nos attendentes quòd laicis, *e* etiam religiosis *f* super Ecclesiis nulla sit *g* attributa facultas: quos obsequēdi *h* manet necessitas, nō authoritas imperandi: à quibus si quid motu proprio statutū fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum *i* & fauorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum *k* Vnde statutum *l* Basilij *m* de non alienandis prædiis *n* ru-

ſticis vel vrbanis, miniſteriis o & ornamentis p Eccleſiarum: illa reprobatum fuit potiſſima ratione, quòd authoritate non fuit Romani Pontificis roboratum. q § Quod à Senatore r factum fuerat in præiudicium monaſteri non conuenti, s nec confeſſi, t vel conuicti, u in irritum reuocantes eaſdem poſſeſſiones, reſtituendas ſibi ſententialiter definimus. x

1 a *Abbati.* אב *Ab*, apud Hebræos, pater dicitur, addito verò, א, in fine Chaldaicè, fit *Abba*, id eſt, Pater, D. Marci, c. 14. ad Rom. 8. ad Galat. 4. Anachoretæ in Syria, vitæ ſuæ duces hoc nomine Abba, tãquam patres ſpirituales, cohoneſtarunt. Vide D. Hieronym. in epiſt. ad Gal. c. 4. Dictus & Abbas ἀρχιμανδρίτης, Archimandrita, quo tempore in tyrannicis perſecutionibus, Chriſtiani fugerunt in ſolitudines, & μάνδρας, hoc eſt, ſpecus inhabitarunt: ex quo & nunc monaſteriis quibuſdam præpoſiti Archimandritæ dicuntur, vt in l. nos reddentes, §. omnes de ſum. Trin. C. §. ſi verò relinquens, de monach. in Nouel. 5. Monachi & filij dicuntur, vt Abbas pater, in c. ſicut tuis literis, 33. de ſimo. inf. in lib. 5. tit. 3.

2 b *S. Syluestri.* Romæ exiſtentis.

3 c *Eccleſia.* Hoc c. ſumptum eſt ex ca. 5. de foro compet. in 3. compilatione. Vide huius c. portionem & hypotheſin in ca. 3. & 4. infrà, vt lite pendente nihil innouet. lib. 2. tit. 16.

4 d *Sancta Maria.* Hæc fuit Eccleſia Sanctæ Mariæ in via lata, Romæ. dicto c. 3. vt lite pend. nihil innou. & eſt in 7. Regione vrbis, vt ait Publius Victor, libello de Vrbis Romæ regionibus, & eſt vna ex Eccleſiis, ex quibus Cardinales Diaconi accipiũt titulos: vt habetur in libro prouinciali Romanę ſedis. Dicitur autẽ Eccleſia S. Mariæ in via lata, ad differentiã aliarũ Eccleſiarũ, ſub titulo ſanctæ Mariæ, vt. ſanctæ Mariæ in Porticu, S. Mariæ in Coſmedim, ſanctæ Mariæ nouæ: ſanctæ Mariæ in Dominica in quib. titulis, vt dixi, Cardinalium Diaconorũ: ſanctæ Marię verò trans Tyberim, quę eſt titulus Cardinalis Epiſcopi: ſanctę Marię maioris, quę eſt Patriarchalis Eccleſia, & per Archipresbyterũ regitur, de quo meminit inſcriptio c. fi. huius tit.

5 e *Laicus.* Duo ſunt genera Chriſtianorum, aliud eorum qui laici dicuntur, aliud clericorũ, can. duo ſunt, 12. q. 3. Laici dicuntur populares, plebeij, & qui ſacris non ſunt initiati, à λαὸς, vel λααὶ, lapis: ſunt enim tales durę vt plerũque ceraicis, vnde duriũ hoc genus finxerunt Poetę natum ex lapidum proiactione facta per Pyrrham vxorẽ Deucalionis. Ouid. Metam. lib. 1. fab. 8. Clerici, à ſorte Dominica: quia in partem etiam in hoc ſęculo elegerunt cultum Dei. c. cleros, 21. diſt. ca. duo ſunt, 12. q. 3. Vide quæ diximus de vtriſque lib. 16. Syntag. c. 1. & lib. 2. Inſtit. iuris Pontificij, atque in c. ſi ſentẽtia, 16. de ſent. excom. in ſex. Separantur clerici ab appellatione populi, vt ea in odioſis, veluti in Interdicto Eccleſiaſtico, non contineantur. In fauorabilibus tamen priuilegium conceſſum omnib. alicuius regni vel prouinciæ, ab eo qui in vtroſque habet authoritatem: & comprehendit clericos, vt laicos, ca. dilecti filij, 17. de foro compet.

6 f *Etiam religioſis.* Id eſt, bonis, & religioni ſeu cultui diuino deditis, vt apud Cic. 4. Verrina, religio iudicandi: & cura anxia & ſolicita bene iudicandi, apud Plin. lib. 4. Epiſt. Imperator ita iuris religioſiſſimus in §. 1. Procemij Inſtitutionum. Religio potiſſimũ erga Deum dicitur, l. 2. de iuſt. & iur. *Religio*, inquit Cic. 2. de Inuent. *eſt qua ſuperioris cuiuſdam naturæ, quæ diuina vocatur, curã, cæremoniãſque adfert.* Naſcitur enim hęc cura à diuinorum obſeruatione, quia à relegendo dicta religio, vt idem ait Cic. 1. de Nat. Deo. Plutarchus verò in vita Pauli Aemilij religionem putauit rerum diuinarum eſſe ſcientiam. Vide §. nullius, & §. religioſum, de rer. diuiſ. apud Iuſtin.

7 g *Nulla.* Iuriſdictio temporalis ſeu laicorũ, regulariter non cognoſcit de rebus vel perſonis Eccleſiaſticis, ſine permiſſu Pontificis, c. nullus, 2. de for. comp. lib. 1. ti. 2. c. at ſi clerici, 4. c. clerici, 8. c. cùm non ab homine, 10. de iud lib. 2. tit. 1. ſicque & nouo iure ciuili, antiquo emẽdato, conſtitutum in Auth. caſſa. Auth. clericus, & conſtitutione Fride. ſtatuimus, de Epiſ. & cler. C. § ſtatuimus, de. conſuetudine, in vſib. feud. l. decernimus, 13. de Epiſc. aud. Neque etiam cauſæ prędictarum rerum & perſonarum, alio quàm Pontificio iure terminantur, c. quod clericis, de for. compe. vt perſona Eccleſiaſtica etiam volens non poſſit alibi quàm coram ſuo iudice Eccleſiaſtico in ius vocari, vel in alium conſentire, c. ſi diligenti, de for. cõp. quo emendantur leges ciuiles, quæ permittebant illis foro clericali renuntiare, in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo, 51. & l. cum clericis, de epiſ. & cler. C. ſublata eſt & conſtitutio l. omnes, 33. eius tit. atque ex Nouel. 79. & 83. conueniuntur ſolùm coram Epiſcopis. Sunt tamen caſus & cauſæ, in quibus clerici conueniri poſſent coram iudice ſæculari: de quibus nos tractamus li. 49. Synt. c. 1. videbis & aliquos caſus in gl. ad c. ad abolendam, ad verbum, *Relinquatur*, de hæret. lib. 5. tit. 7.

8 Cauſa feudalis & eius quæſtio inter clericũ & laicũ poteſt etiam terminari & decidi coram domino feudi, c. ex tranſmiſſa, 6. de foro comp. Dicũt & conſuetudines feudorum ligare clericos. Hoſt. & Ant. ad c. quod clericis, de foro comp. Ita quandocunque feudorum cauſa, agitur coram foro ſæculari, d. c. ex tranſmiſſa, & c. verũ, de foro comp. c. cæterum, de iud. vbi reddunt rationem interpretes. c. imperialem, §. præterea, de probib. feud. alien. per Fed. Pan. q. 6. nu. 3. in quæſt. diſputatis.

9 h *Obſequendi.* Laici non debent imperare, ſed obſequi perſonis Eccleſiaſticis, c. fi. de reb. eccl. non alien. c. ſolitæ, 6. de maior. & obed. infrà tit. 34. c. lege, c. ſuſcipitis, 10. diſt. & principes, in cauſis animæ & Eccleſię, ſubſunt Epiſcopis, vt Dei vicariis: exemplum in c. Valentinianus, 63. diſt. ex Theodoreto lib. 4. Hiſt. Eccl. c. 7.

10 i *Commodum.* Statutum laicorum, quod reſpicit etiã commodum clericorũ, non valet, niſi ſum. Pont. authoritate comprobetur. Quemadmodum reprobatur ſentẽtia iudicis laici in perſonã Eccleſiaſticã, vel de rebus Eccleſiaſticis, etiamſi pro eis lata fuerit, c. ſi diligẽti, 12. de foro compet. vt & ſententia à non ſuo iudice lata, nulla eſt. c. at ſi clerici, de iud. c. in primis, 2. q. 1. c. ad audientiam, de conſue. l. fi. ſi à non à compet. iud. C. cum ſim. Subſtãtialis cauſa actus perficiendi, eſt poteſtas, ſine qua, nõ ſecus quàm ſine voluntate, nihil agitur, l. multũ intereſt. ſi quis alteri vel ſib. C. l. 1. de iure codic. ff. nullus maior defectus quàm poteſtatis, c. 1. 20 diſt. neque ſententia ſeu lex, vel ſtatutum, ligat alios quàm ſubditos pronunciantis, vel ſtatuentis, c. à nobis fuit ex parte, 21. de ſent. excom. l. fin. de iuriſd. om. iud. ff.

11 Conſuetudinẽ laicorum tamen quidam arbitrantur pertinere poſſe ad clericos, & eos ea vti poſſe, ſi in cõmodum eorum ſit, & fauorẽ, vt notat Rocchus Curtius, ad c. cum tanto, ſect. 8. num. 71. de conſue. vbi & citat plures interpretes. At mihi dubia eſt eius ſentẽtia, dum poſteà nu. 72. illud in ſtatuto laicorũ explicat, vt poſſit clericus eo vti cõtra laicũ per ſe, cũ ſtatuta laicorũ hîc non ligẽt clericũ, etiam in eius commodum, niſi dicamus nõ ligare, ſi nolit: at ſi velit, eo vti poſſe clericum in ſui fauorẽ, vel ſi non obſtet canonicæ diſpoſitioni. vel ſi lex eſſet cõſona iuri ciuili recepto per ius canonicũ, vt in c. 1. de no. ope nun. Conſuetudo verò fauorabilis perſonis Eccleſiaſticis, eis poterit prodeſſe potiùs quàm ſtatutũ, quòd cõſuetudo approbata quoq. cenſetur ab Eccleſia poſtquã ita ea & clerici ſine contradictione cũ populo vſi fuerũt. Alex. ita conſ. 211. nu. 2. vol. 2. reſpondit conſuetudinẽ laicorũ, vt in ſucceſſione, generaliter loquentem comprehendere clericos, ſtatutũ nõ vtique, ſi de clericis ſtatuat

nominatim,

minatim, quia tunc videretur vsurpata in clericos authoritas, per c. nostrum Ecclesia S. Mariç: ita pleraq. licita sunt in genere, quę licita nõ sunt in specie, vt in c. q̃d autem 8. q. 1. c. 2. de off. ind. ordi. l. 1. §. ad quæstionem, de quęst. ff. Proinde si ad res temporales consuetudo pertineat, & de his clerici velint cõmercia exercere cũ laicis, debẽt cõsuetudines locorũ & statuta etiã laicorũ seqi: vt si cõtractus ineũdi sint, sequendæ erũt solẽnitates in illis ex cõsuetudine requisitę. c. 2. de maio. & obed. atque transgressor cõsuetudinis punitur vt transgressor legis, c. in his, 11. dist. Quemadmodum enim laicus non potest transgredi consuetudinem sine peccato, sic nec clericus cum eo contrahens, ex consequentia: quia contractus claudicare nõ debet, l. Iulian⁹, §. si quis à pupillo, de act. emp. ff. nec cõtractus ex parte clerici valeret, cùm ex persona laici nullus esset, quia contractui eius lex resistat, l. cùm lex, de fideiuss. l. nõ dubiũ, C. de legib. Quare clericus, qui voluerit sibi laicũ obligare, debebit sequi consuetudinẽ laicorum contrahẽdi, Freder. de Senis, cõs. 85. incipiente. statuto ciuitatis Perusinæ, &c. Idipsũ dicendum de aliis, quæ cum laico gerit clericus, vel persona Ecclesiastica. Alex cõs. 93. vol. 2. Paul. Castr. cõs. 159. incip. In pręsenti causa. Bal. in repet. Magna. l. cũctos populos. Arbitror & ego, statuta laicorũ in reb. tẽporalibus, pertinere quoq. ad personas Ecclesiasticas, si eas velint possidere. si non resistat statutum priuilegiis Ecclesiasticis, vt in dicto c. 1. de noui oper. nunc. sicuti in c. q̃ in Ecclesiarũ, hoc tit. Prohibetur statuere laicis de reb. Ecclesię, vt indemnitati earũ obuiã eatur: vt contrà dicamus, si in damnum non sint, reiici non debere. Si quando etiam consuetudo mixta sit ex laicorum & clericorum moribus, seu comprobatione & vsu: clerici ea obligãtur quoque, non tanquam laicorum, sed propria. Antonius Gemin. & Felin. ad c. nostrum. Ea ratione interdum mandantur lites decidẽdæ Ecclesiasticæ, secundùm cõsuetudinẽ bonã terrę, vt in c. cùm venissẽt, 3. de eo qui mittitur in possessio. causa rei seruan. li. 2. tit. 15. Si consuetudo non sit contra canones, nã tunc non esset sequẽda, vt in c. cum causa, 8. de sent. & re iud. dehinc si ex permissione iuris Põtificij. personæ Ecclesiasticę agant vel defendant coram laico iudice, si consuetudo vel statutum disponat circa ordinatiua iudicij in foro seculari, seruabitur & contra clericos glos. & interpretes ad c. quod clericis, de for. comp. & ibi Panor Postquã n. ius Pontificiũ permittit & statuit, vt actor sequatur forũ rei, vt in c. cùm sit generale de fo. cõp. cẽsetur etiã velle, vt causa agatur ibidẽ ex more fori, sine quo non potest fieri iudiciũ, arg. l. 2. de iurisd. om. iud. ff. l. si quando, C. de inof. test. Alia est ratio, quia illa ordinatiua iudicij potiùs causam permissã foro, quàm personã respiciãt, Panor. ad d. c. quod clericis.

12 k *Approbatũ*. Dictũ est suprà c. 7. & facit c. 3. de iud. approb. facit, vt censeatur statutum ab Ecclesia approbante. l. 2. §. omnia, de vet. iu. enuclean. C.

l *Statutum*. Hoc statutum de non alienandis reb. Ecclesiæ, videtur iuri communi conforme, de quo posteà.

m 2 *Basilij*. Vide infrà in verbo Senatore, in c. s. bene quidem, 96. dist. ex Synodo 3. habita Romę sub Symmacho summo Pontifice, fit mentio constitutionis editæ ab eminentissimo viro Pręfecto Prætorio atque patritio Basilio agente vices præcellentissimi regis Odoacris de electione summi Pontificis, quæ quia à nullo antistite Romano fuerat confirmata, reiicitur. Odoacer, secundùm Iordanum libro de rebus Geticis, rex gentium, Gothorum regibus Romam tenentibus & Italiam, omnem Italiam subiugauit, & quatuordecim annis vsque ad Theodoricum Imperauit.

13 n *Prædia*. Prædij appellatio à præstando, vt Varroni placet 4. de ling. Lat. fundum vrbanum & rusticum cõtinet, l. quæstio est, 115. de ver. sig. li. 50. ff. tit. 16. l. dotale, 13. de fundo dota. tit. de seru. vrban. & rust. præd. ff. tit. de præd. & aliis reb. min. sine decre. non alien. Cod. Vrbana prędia quæ sint, explicat l. vrbana prædia, 208. de verb. sig. ff. l. 4. §. 1. quib. mo. pignus vel hypoth. tacitè contrah. lib. 20. ff. tit. 2. l. 1. comm. præd ff. lib. 8 tit. 4.

14 o *Ministeriis*. Vrbana vel vrbica ministeria, pro ipsis ministris seu seruis, qui nobis in vrbe, & aliquando extra vrbẽ, ratione tamẽ vrbicæ necessitatis, ministrare consueuerunt. vt in l. in eadẽ, ex quib. cau. maior. ff. l. 2. de seruis fugiti. ff. Ad ministeria, vasa ẽt Ecclesiæ cãdelabra, & alia similia pertinere possũt, libri, calices, c. 1. de pign.

15 p *Ornamentis*. Ornamenta, quæ ad cultus decorem & dignitatem & ornatum Ecclesiasticum pertinent, vt tapetia, cortinæ: ornamentorum nomine continentur, quæ venustatis & ornatus causa sunt, l. quamuis, 26. de auro & argen. leg. li. 34 ff tit. 2 Generalis hæc vox, quanquam aliquando inde excipiuntur quæ aliis vsib. quàm ornandi traduntur, quæ alioqoin & ornare possent, vt annulus signatorius. l. signatorius, 73. de verb. sign.

16 q *Roboratum* Facit summi Pontificis authoritas, vt edicta vel placita regum aut principum, obligent personas Ecclesiasticas. quia ita confirmando sua facere cẽsetur. in c. si Apostolicæ, de præben. in Sexto. Sic de decimis statuũt ex Ecclesia percipi, dis ex concessione summi Pontificis, de quib. nos li. 2. Synt. c. 20. Sic & cognoscunt iudices regij in Gallia de possessione beneficiorũ Ecclesiasticorũ. ex cõcessione Martini Papę, de qua Guido Papæus decis. 1. imò potest sum. Pont. non tamẽ alius Episcopus, laicis spiritualiũ iuriũ potestatem facere. & dare illis ex priuilegio vel mãdato delegationis, potestatẽ excommunicandi clericos. c. Memiam, 2. q. 4. gl. in ca. p̃ter hoc, §. verum ad verbum, *ducib*. 31. dist & potestatẽ conferendi beneficia, decimas retinendi, & alia similia faciendi de quib. hic Panor. n. 5. Sont & hodie approbatæ constitutiones Imperatorum, & leges, seu responsa Iurisconsultorum, per summos Pontifices, in quantum libertati Ecclasiasticæ & priuilegiis eius non derogant, vel non repugnant sacris constitutionibus canonum, aut fidei Catholicæ: & seruari mandantur, can. de capitulis, cum sequẽtib. 10. dist. nec sacri canones dedignantur sequi leges ciuiles in his. in c. 1. de op. nou. nunc. Et proinde leges consonæ canonibus, quę statuunt de prohibẽda distractione rerum Ecclesiasticarum, in l. iubemus nulli, cum Auth. sequẽtib. & alibi in Nouell de reb. Eccl. non alien receptæ sunt. paucis circa formulam alienandi additis, & immutatis. ex c. sine exceptione, 12. q. 1. & tit. de reb. Eccl. non alie. & similib. Cęterùm alia extra corpus iuris pręscripta, etsi bona Ecclesiæ videãtur, tamẽ, vt dictũ est, Ecclesiã non obligãt: nã non sufficit aliquid bonum esse factũ. nisi etiã bene fiat. Neq. zelus omnis religiosus bonus est, nisi secundùm discretionem fit, & fiat ab eo, qui facere possit. c. non in perpetuum, 24. q. 3.

17 Confirmatio summi Pontificis, validat ea, quæ ab eo, qui faciẽdi non habebat potestatẽ, facta sunt. c. 1. & 2. de confir. vtili vel inut. c. 1. de transact. facit l. & quia, de iurisd. om. iud. ff. l. adoptio, 38 de adoprio. li. 1. ff. tit. 7.

18 r *A Senatore*. Perpetua per annos plus minus quinquaginta, vt ait Onuphirius in notatis ad Clementẽ 3. apud Platinã, inter populũ, Põtificẽsq. Romanos, discordia ciuilis fuit excitata, ob causam vrbani regiminis, cũ pop. Rom. summoto ab administratione Pontifice suo, Senatores, qui Reipublicę pręessẽt, cũ patritio quodam sũma cũ authoritate creasset: vt ait ẽt Otho Frisingẽsis Episcopus li. 7. Hist. & li. 1. de gestis Friderici Imperatoris. Cuius rei occasione Innoc. 2. & Cælestinus 2. animi dolore defecerunt: Lucius 2. penè est interfectus: Eugenius 3. Alex. & Lucius 3. vrbe pulsi: Vrbanus 3. & Greg. 8. exules fuere. Narrat & Platina, in Ioan. 13. tempore quo adeptus est Ioannes 12. quem vocat ipse 13. sedem, nempe anno 955. fuisse tũc Romę duos annuos Consules: ex his vnũ ex nobilitate præfectum, qui ius populo diceret: ex plebe autem duodecim Decharchones creari solitos, qui vicem Senatus gererent. Non carebant enim tũ omni-

cio, qui Tribunatum appetebat, è Capitollo deturbatus & necatus, hic à nobilitate rursum obtruncatus: & tum authoritate Apostolica Guido Iordanis vnicus Senator ad annum præfectus, quo elapso, rursum tumultuantib. Romanis pro electione Senatoris, Innocentius misit ad vrbem in Senatoré Raymundú Ptolomzú, ciué Senensem, qui annum integrú Senatoré egit 1359. Verùm iterum Romani pulso Senatore septé ciues crearunt cum summa potestate, quos Reformatores totius Reipubl. vocarunt: eáque de causa Innocentius creauit Senatoré Hugonem Lusignanecum Cypri regem, qui aboleret hos Reformatores. Cópositæ postea fuerút aliquomodo sub Vrbano 5 successore seditiones de Senatore: & sub successore Vrbani 5. nempe sub Gregorio 11. secúdùm Platina Romæ Senator singulo semestri à Pontifice datus, qui ius populo dicebat, & militiam omnem regebat. Cœperunt auté Romani túc vel maximé obtemperare Gregorio 11. vel aliis 12. eò quòd Auenione sedem Romę restituerit anno Domini 1376. Idib. Ianuarij, Pótificatus sub anno 7. sicque ea nutu, Senatores & alia, summi Pontificis cœperunt regi. Vtcumque autem inclinatio vel destructio Senatus cótigerit, illud certum nunc est, Romę nullú Senatú, prę ter súmú Pótificis, esse qui constat ex Cardinalibus, c. 7. Ecclesia, 16. q. 1. ea secularibus nullum: sed tantúmodò nomine tenus. vnum dictum in vrbe Senatoré: qui præfectus vrbis est, seu Pretor vrbanos, à summo Pótifice factus, qui residet in cliuo Capitolino Romæ, & Romanis ciuib. ordinaria facultate & potestate ius dicit, habétq. tres vicarios seu locú tenentes, quos vocát collaterales, qui priuatis præsút iudiciis quorú vnus primus, alius secundus, tertius latrunculator appellatur: à quorum altero si appelletur, iudex aditur patris, dictus Capitolinus, qui omnium appellationum ordinarius iudex est: à cuius sententia, si priori sit cóformis, nó pronocatur: vt scribit Octonia. Vestrius li. 2. introductionis in Aulę Romanę actionem, c. 15. Igitur in nostro textu Senator Basilius erat eius generis, Prætor vrbis tépore Innocétii, qui códdiderat statutú de nó alienádis pdiis rusticis, aliisq. reb. Ecclesiasticis: quod, quia nó fuerat per summú Pontificé approbatú, reprobatur, ne summus Pontifex permissione eius statuti, videretur potestatem Senatori indulsisse plenissimam statuendi.

22 Et hæc fuit prior ratio, cur sententia Senatoris, ad quá prouocatum erat, non valuit statuendo, secundùm statutum Basilij de non alienandis prædiis Ecclesiasticis, possessiones Ecclesię S. Mariæ esse reuocandas à monasterio S. Syluestri, in quod trásláte erant. Quia iudicium vel sententia non valet, si contra leges iudicatú fuerit, l. nemo, de senten. & interl. om. iud. C. c. 1. supra hoc tit. vel si iudicetur per constitutiones non receptas, vel iure reiectas: vt in procemio Decretalium in fine cum simil. ibi nota. videtur & ita continere expressum iuris errorem, cùm iuxta laicorum statuta in rebus Ecclesiæ iudicatur, can. ei qui appellat, 41. §. item si sententia, 2. qu. 6. c. 1. c. cùm inter, c. inter ceteras, de sent. & re iud. l. 2. & l. circa, qu. an. prouoca. non est nec. Expressus error iuris videtur, cùm iuxta Basilij statutum, iudicatum dicitur, quia iure cautum, ne la corú statuta, vt anté dixi, cótra Ecclesiasticas personas, vel pro illis, sine approbatione summi Pótificis, recipiantur, quod & de reb. intelligitur earúdem personarum & Ecclesiarum, c. fi. de vita & honest. cler. potuisset ita ex hoc capite alioquin defendi sententia, quæ prohibet alienationem, vel reuocat alienationem rerum Ecclesiasticarum temere factam, si non expressum fuisset Basilij laici statutum, quia aliunde ex iure Pontificio hæc est decisio, titulo de reb. Eccl. non alien. cum similib. sicque valet aliquando sententia, vbi non est expressus iuris error, argu. l. 2. de re ind. C. & l. 2. de iure fisc. lib. 10 C. Sic expressa nocent, non expressa nocent, quando expressi ratione occurrit aliqua ratio vitiandi actum l. nonnunquam, 52. & ibi Bald. explicat, de condit. & demonst. lib. 35. ff. tit. 5.

23 s *Non conuenti.* Hic secunda ponitur ratio, quare sententia contra monasterium lata, non valet, quia non fuerit connentum seu vocatum, & ita nulla. l. consentaneum, & l. ea, quæ quom. & quan. iudex. C. l. 1. §. ité cùm, de sent. l. contumacia, de re iud. ff. c. causam, c. prout, c. fi. de dol. & contu. c. fi. de eo qui mitt. in poss. caus. i ei seru. Omnium quippe instituendarum actionum initium ab ea parte procedit, quæ est de io lus vocádo, §. omnium, de pœna temere litigant. li. 4. Instit. tit. 16. l. 1. de in ius vocan. c. quoniá contra, de probation. c inter quatuor, de maior. & obedient. nec ab executione incipiendum est, contra inauditum, aut an. e negotij discussionem. l. 1. de execution rei iudic. lib. 7. C ti. 53. l. 4. §. 6 & l 58 de re iud. ff. Et quamuis appellatione instituta contra vnum ex litigantibus absentem non vocatum, iterum possit à iudice appellationis procedi, c. sæpe. c. Interposita, de appel. c. ei, qui appellat 2. q. 6. tamen verum nunquam est, vt contra alium non vocatum & non litiganté, vel in causa appellationis comprehésum expressè definiri, in eiúsve præiudicio statui possit, ex rub. tes inter alios acta, &c. C.

24 t *Nec confessi.* Enumerat hic sum. pont. alium casum, quo quis possit condemnari, si contigisset: nempe si monasterium, quamuis non fuisset vocatum, confessum fuisset se habuisse & possedisse terras Ecclesiæ Beatæ Mariæ, quia confessio certa rei, & modus confessionis certus, faciunt locum potestati ferendæ sententię. Etenim confessus pro iudicato habetur, quia quodammodo sua sententia se damnauit. l. 1. 3. 6. de confess. lib. 42. ff. tit. 2. l. 1. C. eo. Vide tit. infrà de confessis. Verum monasterium hic confessum non erat, ideò malè damnatum.

25 v *Vel conuicti.* Alius hic casus, in quo poterat sententia restitutionis fieri contra monasterium, si vocatum, esset, & negasset se possidere, attamen conuictum fuisset possidere, vel testibus, vel alio modo. Conuinci nonniú scriptura, aut testibus. Iulius Paul. lib. 5. sententiar. iuris, tit. 5. §. 3. Quemadmodum confessi, sic & conuicti condemnari possunt. l. qui sententiam, 16. & l. cum reis, de pœn. lib. 9. C. tit. 47.

26 x *Definimus.* Iuxta c. 2. & 3. vt lite nó contest. infrà.

## Ad ca. 11. Ex literis.

1 *Parisij qui, & de Academia Parisiensi.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Statutum ab Vniuersitate seu Academia, & collegio seruandum.*
4 *Contumacia ex terna monitione.*
5 *Precedit priuationem communionis.*
6 *Magistri qui.*
7 *Magistratus distribuenda inter magistros quando.*
8 *Scholasticus contumacia priuatur priuilegio.*
9 *Pœna moliendo explicatione legum.*
10 *Contumax post satisfactionem restituitur.*

SVMMA.

*Contumax ordine sine tempore motus si paruerit, restituendus eidem.*

## Idem vniuersis Doctoribus Parisiis a commorantibus.

EX literis *b* vestræ deuotionis accepimus: & infrà. ¶ Licèt à vobis fide præstita fuerit cóstitutú, *c* vt si quis magistrorú ordinationi vniuersitatis ipsorú duceret resistédú, & primò, secúdò, *d* tertióve cómonitus, *e* infra triduú vniuersitati parere cóténeret magistrorú, *f* ex tunc beneficio societatis *g* corú in magistralib. priuaretur: *h* & ob hoc magister G. fuerit corú cómunione priuatus. ¶ Quia tamen cóstitutum nó fuit, vt in perpetuú *i* huiusmodi priuatio perduraret: cùm tamen iuris canonici quá nostri moris existat, vt is qui propter cótumaciam cómunione

nione priuatur, cùm satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat, k &c.

1 a PArisius. Parisij populi, inter Celtas, qui Senonēsi prouinciæ attribuuntur, Senonibus, Bellouacis, & Agēdico oppido proximi, ac Moleduno finitimi, Lutetiam habent vrbem Episcopalem, quam nunc Parisiensem dicimus in regno Francorum: Lutetiam Parisiorum vocat Iulius Cęsar li. 6. Cōmentariorum de Bello Gallico. In ea ciuitate Academia, quam, vt dicunt Palmerius, & Polydor. Virgil. li. 4. Hist. Angli. anno Domini 791. olim Athenis Romani attractā, Carolus Magnus Lutetiam transtulit: testatur & Vvernerus in Fasciculo tempor. Instituit & idem Carolus Academiam Papiensem, vt scribit Gaguin. li. 4. & Sabellius. Ennea. 8. lib. 9. & Ticinensem, Polyd. Virg. li. 4 Hist. Angl. vt & Bononiēsem à Theodosio fundatam renouauit, vt ait Mutius li. 9. sub annū 1227. Gregorius 9. vetuit ius ciuile legi Lutetiæ, & aliis vicinis locis: cap. super specula, de priuilegiis: non quidem odio iuris ciuilis, sed propter Theologiam sacram, quæ maximè ibi floret, & vt ei diligentiùs insisteretur, quòdve arbitraretur suum corpus iuris Pontificij, quod ediderat, gubernationi sufficere, maximè in eo loco, qui consuetudine magis quàm scripto iure gubernabatur. Scribit tamen Gaguinus li. 7. Historiæ, tunc Academiam Lutetianā propter ciuiū in Scholasticos seditiones & cędes, propemodum dilapsam, donec à D. Ludouico, qui eo tempore regnabat, fuit restituta. Disputat pluribus Rebuff. in tract. Nominationū, q. 5. n. 15. & sequen. ib. ius ciuile ibi posse publicè legi, & non esse contrarium. cap. super specula, vide ibi.

2 b *Ex literis.* Sumptum hoc c. ex c. 12. de iureiuran. in 3. compilatione.

3 c *Constitutum.* Hic sustinetur & probatur statutum factum ab vniuersitate seu Academia, maximè ex cōsensu & fide data à magistris statuētibus. Quemadmodum enim municipia possunt statuere in futurum cum consilio procerum, l. 2. §. 1. quod quisque iuris gl. in l. 2. de decret. ab ord. fac. ff. l. quod maior pars, ad municip. ff. sic etiam rector studij cum vniuersitate. Bald. ad auth. habita, ne filius pro pat. potest & statuere magister Scholarium, vt si Scholasticus aliquid commiserit, puniatur in decem, vel in alia summa moderata. Iurisdictio quippe datur iure magistris in Scholasticos, & res eorū: d. Auth. habita, ne filius pro patre. C. §. fi. in Proœ. ff. Nō loquor tamen de abusu iurisdictionum, ex quo nescio qua ambitione iudicū vel negligētia professorū, vel ob incorrigibiles Scholasticos, cognitio rerum personarúmque Scholasticarum ab Academiis recessit. Sed & qui sub eiusdem collegij regulis congregantur, iisdem obtemperare, & ei qui in eo præest, tenentur. l. magisterio, & l. pe. quoniam, fi. de iurisd. om. iud lib. 3. C. ti. 13. Panorm. in q. 6. ex professo tractat. 1. an sententia rectoris vniuersitatis corruat ex iurisdictionis defectu. 2. an ad Episcopum ab eo appellari possit. 3. an appellatione nō obstante incidat in excommunicationem damnatus à rectore. In omnibus tamen ego arbitror inspiciendam esse fundationem Academiarum, ex qua quę datur ei potestas facilè colligitur. Vide hic & Pan. n. 2. & in c. quę in Ecclesiarum, 7. n. 7. sup. hoc tit.

4 d *Tertióve:* Ex tertia monitione vera contumacia oritur: sicut & ex vno edicto perēptorio emisso pro trib. l. ad peremptorium, 32. & seq. de iud. in ff. l. contumacia, 53. §. 1 de re iud. li. 42 ff. c. de illicita, §. de cōuentione, 24. q. 3. c. omnes decimæ, 16 q. 7. c. de presbyterorum, 17 q. 4.

5 e *Communionis.* Monitio debet præcedere cōmunionis priuationem. D. Matth. c. 18. vers. 15. D. Lucæ. 17. vers. 3. cap. sacro, c. contingit, de sent. excom. c. fin. de vit. & hon. cler. lib. 3. tit. 1. c. indignè. 1. q. 2.

6 f *Magistrorum* Magistri dicūtur graduati in Theologia, & in artib. liberalibus, & Doctores, in iure canonico & ciuili, & Medicina. Vide quæ notaui ad cap 22. de rescr. gl. ad §. tertia parr præbendarum, ad verbū, *Magistri*, de col. in prag. sanct.

7 g *Beneficium societatis.* Beneficium societatis est, participatio honoris & lucri, quæ communicantur inter magistros, hæc & magistralia hic dicuntur, quia & magistri pro gradib. concessis & exercitio muneris, licitè percipiunt, vt notat hic Pan. Sunt enim hæ largitiones veluti munera in compensatione beneficij ab Academiæ professoribus suscepti, ad quæ tenentur discipuli. Papin. in l Aquilius Regulus, 27. de dona. li. 39 ff. tit. 5. vt ad remunerandum naturaliter tenentur. l. sed etsi l. si. consuluit, de pet. hæred. *Non magnum*, inquit D. Paulus, *si spiritualia seminauimus, si temporalia metamus.* Vide quæ dixi lib. 27. Synt. iur. c. 2 num. 4. & 5. de salario præcept. Vide & l. 1. de extraordin. cogn. verùm in participatione lucrorum, hi erunt qui communiter laborant. non omnes, qui magistri quidem nomen habent, sed nō docent, in quibus tamen mos consuetus Academiarum erit sequendus, & institutio seu fundatio, vel statuta earundem, nam diuersis legibus reguntur.

8 h *Priuaretur.* Quemadmodum magister contumax communione magistrorum priuari potest per contumaciam, sic & scholasticus contumax priuilegio scholasticorum & communione, vt notat hic Panor. n. 3. Bal. ad l. acceptam, 19. qu. de vsur. C. Bologninus ad constitutionem habita, n. 288. ne filius pro pat. Sylua nuptialis li. 5. n. 56. facit text. in ca. cùm in Ecclesiis, de maior. & obed.

9 i *In perpetuum.* Pœnę sunt molliendæ interpretatione legum, l. pen. de pœn. ff lib. 48. ff ti. 19. l. 20. de reb. dub. & quod benignius est erit sequendum. l. factū, 155. §. ff. de reg. iur. lib. 50. ff. tit 17. ca. in pœnis, 49. eo. tit. in sex Disputat hic Panor. copiosè, quando priuatio pœnalis sit perpetua, vel temporalis: videto ipsum n. 10. & gl. hic ad verb. *in perpetuum.*

10 k *Obtineat.* Post satisfactionem contumax restituitur in integrum. c. hic, & in ca. per tuas, de sent. excom. c. cùm olim, c. ex parte, de verb. sign.

## Ad c. 12. Ex parte Episcopi.

1 *Honorij vita remissiuè.*
2 *Cantor quis.* 3 *Cabillonum quid.*
4 *Sumptum non aliunde c.* 5 *Aequi qui.*
6 *Causa reuocādi diminutionē præbendarum auaritia.*
7 *Alia a redditibus non diminutis.*
8 *Est & 3. à cultu diuino augenda.*
9 *Est & 4. a confirmatione nuntia.*
10 *Alia amissio Episcopi.*
11 *Idoneis conferenda beneficia.*
12 *Consilium Episcopi quando à capitulo adhibendum.*

### SVMMA.

*Restrictio numeri præbēdarum sine causa à canonicis facta, etiam a sum. Pont. confirmata non valet.*

### Honorius III. a Episcopo, & Cantori b Cabillonensi. c

EX parte d Episcopi Aeduensis fuit propositum, quod canonici Aeduēses e propriis cōmodis inhiātes, f prębēdarū numerum ab antiquo in Ecclesia Aeduensi statutū (licèt eius non sint diminuti redditus g) restrinxerunt: & inf. ¶ Nolentes igitur diuini numinis minui h cultū, sed potiùs augmentari, mandamus quatenus antiquum numerum facientes auctoritate nostra seruari præbendas, quas à tempore vltimi statuti inueneritis vacasse in Ecclesia memorata (non obstante aliqua constitutione super hoc à canonicis ipsis facta, vel confirmatione i à nobis ab eisdem obtenta) personis idoneis, k cum consilio Episcopi l conferatis.

1 a HOnorius III. De vita huius 5. Pontif. dicimus in cap. 29. de rescriptis, infrà.

2 b *Cantori.* De cantore & primicerio, nos diximus lib.15 Synt.c.22.n.1.de aliis cantoribus,lib.16.c.4. num.2. nota hic interim rescriptum dirigi cantori.

3 c *Cabillonensi.* Cabillonum, vulgò *Chaalons sur Saone*,oppidum Aeduorum in prouincia Lugdunensi,ducatu Burgundiæ, & in Galliæ regno, ad ripas Araris fluuij, inter Celtas:vbi rei frumentariç,commerciique & commeatus causa,Romani negotiabantur: Matisconæ oppido finitimum. Meminit de vtrisque Iul. Cæsar in fine lib.7.de bello Gallico:καβαλλῖνον vocat Ptol.alij & nominant Catalaunum.

4 d *Ex parte.* Hoc ca. in aliis anterioribus compilationibus non extat.

5 e *Aeduensi.* Aedui, *Autun* vulgò, finitimi sunt Aruernis,Biturigibus,Sequanis,ac Sebusianis: inter Celtas, in ducatu Burgundiæ,& regno Galliæ siti.Ciuitas hæc Episcopalis in prouincia Lugdunensi : meminit sæpe de Aeduis Iulian.Cæsar in Comm.

6 f *Inhiantes.* Causa prima reuocādi statutū restrictionis numeri præbendarum, trahitur ab auaritia statuentium:qui propriis commodis potiùs quàm cultui diuino studerent, ex eadem causa alia statuta reprobata, sup. in cap.cùm omnes,& c.cùm Martinus,hoc tit.

7 g *Redditus.* Non est recedēdum ab antiquo numero præbendarum,si diminuti non fuerint Ecclesiæ redditus,hic & c.si de verb.sig.contra si minuti: nam iuxta facultates sunt Ecclesiæ ministri ponendi.c.quoniam,9.infrà de vita & hon.cler.c.1.& c. authoritate, de instit. c.ex parte,de concess præb.§.1. vt determ. sit num.clerico.in Nouel.3. Vide supradicta,ad c.cùm accessissent, hoc tit. Singulare addendum c.cum consuetudinis,9. de cons.dū præcipitur capitulis Ecclesiarum , seruare antiquas consuetudines , & ne nouitates inducant , quæ pariunt discordias : néve immutent Ecclesiarum statuta & consuetudines,absque prælatorum suorum consensu,& noua aliter facta irrita declarantur.

8 h *Minus.* Alia ratio,quia cultus diuinus non est diminuendus , sed augendus , non progredi enim in cultu diuino,deficere est.

9 i *Confirmatione.* Confirmatio hæc erat obtenta in forma communi, tacita veritate & sufficientia redditū, vel expresso falso quòd nō sufficerent redditus. Proinde confirmatio illa nihil pro[illegible]est, primùm. quia confirmatio in forma communi oblata,non tribuit ius nouū,quia habet clausulā,*Cōfirmamus sicut iustè possides.* Atque ius inualidum per se aut alio modo, quā ex defectu potestatis agētis,propter quā recurritur ad sum.Pont. non reddit validum c.quia diuersitatē,de concess præb.c.2. ne sede vac. Exemplo sententiæ iudicis inferioris à superiore confirmatæ,in qua agitur non ex confirmāte, sed ex confirmato gl.in l.eos,vers.vel iniustam, C.de appell. ideóq. si iudex secundus confirmans,nihil sententiæ, à qua prouocatum, addiderit, primus sententiam suam exequitur non secundus. Vt notant Host & Panor.ad c.pastoralis,de off.deleg.& ad c.cum in Ecclesia,de appellat.Quare hæc confirmatio conseruat quod est tantum,non autem creat nouum ius.c.cùm dilecta,c.examinata,c.fi.de confir.vtil. vel inut.neq, per talem confirmationē datur impedimentum,quominùs ius alteri quæsitum peti possit. d.c.fin.de confir.vtil.vel inut.Neq. qui confirmat,donat.c.inter dilectos,de fide instr.Minùs quoq. posset hic prodesse confirmatio in forma speciali concessa, quæ ex certa sciētia, secundùm narrationē conceditur: nisi quando ex narratione nullum colligitur, & nihilominus confirmat: tunc enim operatur hæc confirmatio iuxta plenitudinem potestatis sum.Pont.in beneficiis.cap.proposuit, de concess præb l.adoptio,in 2.de adopt.ff.l.legata inutiliter, 19. de leg. 1. alioquin per obreptionem vel subreptionem ob taciturnitatem redditnum sufficientium , vel expressionem redditnum non sufficientium contra veritatē, corrueret confirmatio.c.super literis,20. c.2. & c. ad aures, infrà de rescr.l.2. C.si contra ius vel vtili pub.lib.tit.22.

10 Exigeremus & in nouis capituli constitutionibus, consilium Episcopi , maximè si sum. Pont. eo omisso,expresiè non confirmet,cap.cùm consuetudinis, 9.de consuet. ratio quia caput capituli, c.nouit , de bis quæ fiunt à prælat sine cons.c.

11 k *Idoneis.* Collige beneficia idoneis esse conferenda,id est,in c causam quæ de elect.c.graue,29.de præb. c.relatum,3.de conc.præb.c.2.de instit. sicque intelligitur,quamuis non dicatur.l.vt gradatim,de muner. ff. Idoneitas consistit in legitimis moribus, ordine,scientia, ætate,& qualitate prouidendi. c.4.de ætat.& qualit.ca. cùm in cunctis §.inferiora,& c.dudum,in 1.de electio.

12 l *Consilio.* Quando consilium Episcopi,& quomodo sit adhibendum collationi præbendarum,seu beneficiorum,habetur in c.cùm in veteri,52. & c.ne pro defectu,41.in fine.de electio.

## Ad c 13.& fin. Quoniam constitutiō.

1 *Ecclesia sancta Maria de vrbe.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Leges a subditis seruandæ , & quòd maior potestas sum.Pontif.quam Imperatoris.*
4 *Lex debet esse sine dubitatione.*
5 *Obscuritas legis in quo consistat.*
6 *Dignitatis ratio & ordinationis quomodo habeatur.*
7 *Gradus ordinationū sequēdi,ne in ordinatu quid sit.*
8 *Aliud Dei iudicium,aliud hominum.*
9 *Leges quando trahantur ad præterita etiam.*

SVMMA.

*Lex ad futura pertinet,nisi de præterito caueat expresiè.*

Gregorius IX. Archipresbytero S. Mariæ maioris de vrbe. *a*

QVoniā cōstitutio *b* Apostolicę sedis omnes adstringit, *c* & nihil debet obscurum, *d* vel ambiguum cōtinere. *e* Declaramus cōstitutionem, quā nuper super prę ferēdis in perceptione portionis maioribus,& consuetis seruitiis e à minorib. exhibendis edidimus, non ad prçterita,sed ad futura tantùm extendi. Cùm leges & cōnstitutiones futuris certum sit dare formam negotiis,non ad præterita facta trahi, *f* &c.

1 a VRbe. De hac Ecclesia sanctæ Mariæ,dictum suprà in c.10.

2 b *Constitutio.* Illa constitutio extat in c.statuimus, de maiorit.& obed.

3 c *Adstringit.* Omnes tenētur legib.generalibus,dixi suprà in c.1.facit c.cuncta per mundum, 9. q.1. l.leges vt generales, C.de legib. si modò statuētis iurisdictioni; & potestati sint subditi,& res sint eius ditionis.Potestates ita duæ in legib.distinguēdæ, secularis & Ecclesiastica. can.duo sunt 12.q.1 c.duo sūt, 96.d.c.quoniā mediator,10.dist.c per venerabilē,qui filij sint legit. c.si duob',de app.Rescripta ita in principalia in omni loco.sc. subiectionis pricipis,valere debere,respōdit Vlp. in l.3. §.D.Adrianus,de sepul.violato.li.47 ff.tit 12.Maior autē potestas sūmi Pōtificis Imperatoria, maximè in spiritalibus,in quib.& Imperator & ei subditi sūmo Pontifici obtemperare debent,c solitæ,de maio.& obed. c. vnam sanctam,eo tit.de maio.li. .Extrauagantium. com.tit.8. Vide quæ nos tractauimus li.15.Syn.in.c.1.

4 d *Obscurum.* Lex debet esse manifesta,& sine obscuritate manifesta , vt sine inuolutione intelligatur c. erit autem lex,4.dist c.de viduis,27.q 1.c.1. de conc.præb. in Extra. lo.22.quia ab omnibus debet lex seruari , l. leges sacratissimæ,9.de leg. C.. imò à pueris & mulieribus, vt ideò omni inuolutione carere debeant, vt ait Leo, Nouel. 77. & Isocrates Orat. ad Nicoclem , lex quidem de dubitabili proponitur. l. quod Labeo , de Carbo. edict. ff. sed ipsa dubium determinans , non debet esse dubia : alioquin nihil promouerent legislatores,

Proinde vt obscuritatẽ explicent,& dubitationis tollẽdæ gratia, aliquando bis κατὰ τὸ αὐτὸ dicunt in lege, vt notat Vlp.in l.1.§.sed sciendum est,de ędil.edict.li.xi. ff.ti.2. Neq. tamẽ leges aut canones ita scribi possunt,vt omnes casus, qui quandoque inciderint,comprehendantur, sed sufficit ea,quę plerũq. accidũt,contineri.Et ideò de bis, quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi principis certiùs statuendũ est , vt respõdit Iulian.I.C.in l.neq. leges,11.& l.ideò,12.de legib.li. 1.ff.tit 3.Qui leges condere potest,is solus dubia interpretari debet legũ:vt ait Iust.in l.1.& l.fi.§.fin.de legib. C. c. clericũ,§.ex his omnibus,11.q.1.c.inter alia,§.his igitur,de sent.excom.c.cùm venissent,de iud. Cõcessa olim & fuit dubiorum interpretatio Iuriscon.l.2. §.post hũc maximè authoritatis,§.fi.de orig.ior.ff.§.respõsa prudentũ, de iure nat.apud iust.hodie minimè. Nã doctorum sententia probabilis tantum,non necessaria: vt notat gl.1. ad l.1.de leg.C.per l.1.de profess.qui in vrbe Cõstant.li.12.C.& l.1. de profess.& Med.li.10.C. Quare rectè Greg.9. in nostro textu ait , constitutionis antiquæ dubium lege decidendum.Erunt autem ita duæ constitutiones coniungendæ, vt dubium tollatur cap. statutum , de maior. & obed. & can.nostrum. Sic enim posteriores leges ad priores pertinent:& vnà colligi debent vbi de interpretatione, non de correctione agitur. Paul. in l. non est nouum,26. & l. sed & posteriores,28.& Tert.I.C.l.ideò,27.de legi.ff.

5 Obscuritas legis consistit in verbis, & in omissione, quando de omnibus necessariis non cauet. In verbis captio fit,verba autem legis non sunt captanda, quãdo per verborum aucupationem fit discessio à mente , quod tamen ne fiat prohibetur, l.pen. ad exhiben. ff. in quo obseruanda regula , vt minimè mutanda sint , quæ semper certã interpretationem habuerunt,Paul.in l.minimè, 23. de leg.ff.l.2.de constit.princ.ff.nisi euidens vtilitas id fieri suadeat,d.l.2.de cõstit prin.l.etsi nihil.82. de reg.iur.ff. ius sic finitũ & certũ , & quod ignorantiã non admittat. in l.in omni parte,de iur.& fact.ign. ff. Hinc ad supplementum pretermissorum necessariorũ transit legislator.

6 e *Seruitiu.* Statuerat Gregorius 9.in c.statuimus,15. de maior.& obed.inter ordinatos in Ecclesia S.Marię,distinctionem honoris & portionum fieri debere : & in maioribus ordinibus constitutos , loca potiora ordine concedi debere,presbyteris primum locum:diaconis secundũ,subdiaconis tertium,& sic de reliquis ordinatim, etiamsi qui priorem locum meretur fuerit post alios minoris ordinis receptus: in quo erat abusus anteà,sicque & antè generaliter erat statutum in Synodo Romana S. Syluestri.c.7.in c.5.à subdiacono,93.dist. Dignitatũ ordo seruandus: nec licet sibi indebitum locum vsurpare citra reatum sacrilegij.l.1.& toto tit.vt dign.ordo seruet.li.12. C.ti.8.Secũdùm dignitatem cuiusque honorandus quisq. in sede,c.cùm olim,de consue.Qui in maiorib.ordinibus sunt , digniores censentur duplici ratione , prior , quòd pręsint melioribus,ideò honoratiores esse debent.

7 Alia,quia qui in ordine maiori ponitur , & inferiorem habere debet,non enim presbyter fit,antequã fuerit diaconus,nec diaconus,antequam fuerit subdiaconus: & sic de aliis.c.solicitudo,52.di.ca.vnde presby.per sal.promot.li.5.ti.29.à minorib.ordinib.quis incipere,& ad maiores & sacros promoueri gradatim debet, c.1.& seq.77. dis.nec inordinatũ quidpiam esse in Ecclesia oportet.ca. miramur.61.dist Ordinum Ecclesiasticorum nomina. & gradus,in c. cleros, 21. dist. gradatim etiam per ordinem meritorum ad dignitatum apices ascendendum, docent iura ciuilia:neque esse honores maiores cum minoribus confundendos,vt in §. quoniã verò fieri potest c.4. Nouellæ 30.de Proconsule Cappadociæ l.vt gradatim,11. de mun.& hon.ff.li.40.tit.4.Iuxta graduum maiorum & minorum distinctionem,qui in illis cõstituitur, præsumitur magis vel minùs idoneus & dignus. In albo scribendo, priores illi qui dignitatem maiorem gerunt non ordine receptionis , idipsum quod in scriptura , & in dicenda sententia seruandum,vt respondit Vlp. in l.1.& 2.de albi scrib.li.50.ff.ti.3.Posteà quoque ratione descriptionis albi , fiunt delationes honorum & munerum ordine , in l. munerum,18. §.camelasia de mun.& hon.ff.Sic inferiores & minores dignitate & ministerio, aliis subordinati , debent obsequia & seruitia superiorib.gradu vel dignitatẽ quib.subordinantur:dicto c.statuimus, §.fi.de maio.& obed.& d.c.à subdiacono,93.dist.l.1.de off.recto.pro.Cod. Dignior & dicetur , qui à principe dignitate cohonestatus,eo qui ab alio.l.2.de al.scri.Quando verò eiusdem dignitatis plures sunt in eodem loco , tunc primus habetur primò ordinatus vel receptus : quamuis secundò ordinatus videatur præstantior ex morib. vel scientia, quia pręsumitur quilibet idoneus ordini, postquam ad illum cooptatus est:sicque tractatur in c.1.de maio.& obed. & vt ait Greg.1.lib.7.regest. epist.112.Syagrio Episcopo Augustudunensi,& in c.Episcopor,17.di.Episcopos secundũ ordinationis suæ tempus,siue ad considendum in concilio,siue ad subscribendum,aut in qualibet alia re, sua loca attendere decernimus: & suorum sibi prærogatiuã ordinum vindicare.simile in c.Episcoporum,74.dist.c.fi.75. dist.ita gradu & dignitate cęteros antecedere debet, quẽ labor prolixior,& stipẽdia longiora fecerunt anteire. l.nemo,C.de offi.ma.offic. Quæ proculdubio vera sunt,maximè inter homines, inter quos exteriora magis considerantur,& dignitas ex diffinitione quodammodo rerũ apparentiũ perpenditur, de occultis enim non est iudicandum.c.vni.vt Ecclesi.bene.sine vlla diminu.cnn. li.3.ti.12. c.2.de cland.desp li.3.ti.3.Et qui dignitatem habet,non tã ex propria persona, quàm ex ipsa dignitate honorandus est,& ita obediẽdum esse non tãtùm prępositis bonis, sed etiam discolis,dixit diuus Petrus 1.Epistol.c.2.versic.18.

8 Aliud autem Dei iudicium est , qui abscondita nouit.& apud Deum non gradus elegãtior, sed vitæ melioris actio comprobatur.c.sicut excellentiam, 48. 23. qu.4. Non loca vel ordines scilicet tantùm Creatori nostro nos proximos faciunt,sed ei nos merita bona iungũt, aut mala disiungunt.c.4.non loca,40.dist. Cũ dignitate coniuncta merita,& vitæ pręstantia, apud Deum & homines ordinatum digniorem faciunt , & qui bene præsunt, duplici honore digni sunt,vt ait D.Pau. Cùm etiam aliquis eligendus est ad aliquam maiorem dignitatem, & libera est electio , nec adstricta certis legibus electionis personarum certarum,ex ordine loci pręlatio fieri non debet, postpositis meritis vitæ.d.ca.sicut excellentiam. attamen nõ eminẽtis literaturę, sed conuenlẽtis sufficiẽtię requirimus , licèt præstantiores & meliores inueniri possent, c. cùm à nobis, 19. de elect. melioribus tamen deberent beneficia meliora & pinguiora conferri & in potioribus ordinibus constitutis.secundum dignitatẽ cuiusque:iuxta regulam aliis laborum distributionibus communem. c.ius militare, 1.dist. Quæ intelligenda in distributione bonorum communium pluribus , veluti si non sint pręb endę distinctæ,sicuti in c.ex parte,de concess.pręb. vel si consuetudo alia non fuerit,quę sequenda. c.cùm omnes, & c.cùm Martinus,suprà hoc tit. sic distinguit glos. ad d. c.statuimus,15.ad verbum,*potiorem*,de maior.& obed.

9 f *Trahi.* Hic est resolutio toti⁹ capitis,leges & cõstitutiones futuris tãtũ dare formã negotiis,nõ ad pręterita trahi:nisi nominatim de pręteritis in eis caueatur,iunge c.2.sup.hoc ti.c.ante triennium,31.di.c.proposuisti,82. di.l. leges & cõstitutiones,7.C.de leg.vbi illa exceptio,si nominatim de pręteritis agatur vt in l.fi. C.de pact.pig.li.8.ti. 35.l.vn.§.fi.de cõtr.iud.li.1.C.ti.53.Nou.12.66.& 115.§.1.vel nisi cõstitutio esset iuris naturalis,vt in c.cũ tu,de vsur.vel nisi ad interpretationẽ pręcedẽtiũ pertineat.l.sed & posteriores de leg.ff.aut nisi tales essẽt cõstitutiones,quæ antea latę,in vsu obseruatę,& in corpus iuris nuper redactæ sũt. Nã illę nõ à tẽpore compilationis tãtùm incipiũt valere, sed à tẽpore,quo latæ fuerũt,vt notat.Io.Andr.ad c.fi. de reg.iu.in Sex.Vide reliqua quæ ad hoc caput possũt pertinere,in c.2.sup.hoc tit.glos.fin.d.c.fin.de reg.iur.in Sex.

*Finis explicationis Tituli de Constitutionibus.*

# ENARRATIO MATERIÆ, ET CAPITVM TITVLI DE RESCRIPTIS, IN DVOS LIBROS distributa.

*Authore Petro Gregorio Tholosano, Iuris vtriusque Doctore & Professore publico.*

## De tituli continuatione & nomine Rescripti.

### CAPVT I.

### ARGVMENTVM.

1 *Continuatio tituli ad superiorem.*
2 *Quando rescriptum legem facit.*
3 *Rescriptis & voluntati principis resistere sacrilegium est.*
4 *Rescripti nomen generale.*

SVPERIORI titulo dictum est de constitutionibus in genere, cum verò inter constitutiones, principum placita, quæ pro lege habentur, connumerata sint, in leg. prima, de constit. princip. in ff. §. sed & quod principi placuit, de iure naturali, gent. & ciuili, atque inter placita principalia rescripta habeantur: rectè, post constitutionum tractatũ, subnectitur de rescriptis cognitio.

1 Quodcumq; Imperator vel Princeps per epistolã constituit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præcepit, legem esse constat, d.l.1.de consti.& §.sed & quod principi. Et ita rescripta seu secularium aut spiritualium principum, seruanda sunt, inter personas illis subditas, si alium superiorem absolutè non habent: & inter quas rescriptum est, & in his rebus, pro quib. rescriptum fuit: alioquin enim non seruantur: quia nec generalia iura, extra personas sunt, & res quæ in ipsis continentur, vt expresserunt Theodos. & Valent. in l.2.C.de legib.lib.1.C.tit.14.

3 Resistere voluntati principis, aut concessis ab eo beneficiis repugnare, sacrilegij instar est, l. sacrilegijs S.C.de diuer.rescr.lib.1.C.tit.23.l.2.de crimin. sacrileg. lib.9.C.tit.29. Quamobrem in Gallia, cõsueta clausula rescriptorum principis, *Car ainsi nous plaist*, aut, *Car tel est nostre plaisir*, id est, sic volo, sic iubeo. Et iussiones rescripta etiam dicunt, quæ & diuinæ iussiones dicuntur. Nouella, vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant gloriosissimi quæstoris.

4 Rescriptum, est nomen, quo continentur in genere omnes responsiones, ad petitionem verbo vel scripto fateris commendatæ, *ἀντιγραφή* in Basilicorum Ecloga lib.2.ti.Epigr.9.de Næuia,

*Scripsi, rescripsit nil Næuia, non dabit ergo:*
*Sed puto quod scripsi legerit, ergo dabit.*

Et apud Ouidium in Epistola 1.

*Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.*

Proinde & scriptæ epistolæ responsoriæ priuatorum vt principum, dici possunt rescripta, verũ de his quæ à priuatis emanarunt, non est hîc disputandi locus, vbi de principalib. & publicæ authoritatis rescriptis agimus: atque summo digito solum sufficiet priuata demonstrasse: vt etiam illud quod traditur in l. eum quem temere, 79.§.1.de iudiciis, quod iudicib. de iure dubitantibus præsides respondere solebant consulti. Itaque rescripta hîc dicentur literæ principis secularis aut spiritalis, per quas respondetur seu rescribitur, ad relationem vel suggestionem quæ fiunt per absentes vel præsentes, per literas, vel voce, vel ad cõsultationem iudicum, vel ad supplicationem seu preces impetrantium, vt liquet ex dicta l.2.C.de legib.ex tit.de precib.Imper.offer.C.de diuers.resc.li.1.C.tit.26. & li.1.Decret.ti.3.& sex.li.1.ti.3.& Clem.li.1. ti.2.Dicuntur absolutè vt plerumque rescripta, literæ vt in c.ad aures, &.de resc.c.ad aures, 7.c.si autem, 9.& sequen. eod. tit.& aliis propemodum infinitis locis.in d.l.2.C.de legib. §.1. vt de cætero iudices non expectent diuinas iussiones, in Nouella. Omittam consultò hîc alias acceptiones rescripti, quas Nicolaus Perotus Episcopus Sypontinus ad epistolam Epigrammatum Martialis, in Cornucopiæ, circa finem sic tradit: Rescribo ad eũ, qui ad me scripsit: vel in eum, qui in me scripsit, scribo: vel rem scriptam rursus scribo.

## De diuisione Rescriptorum.

### CAPVT II.

### ARGVMENTVM.

1 *Diuisio rescriptorũ in generalia & singularia, & qualia quæque.*
2 *Diuisio à materia, in publica & priuata.*
3 *Priuatorum rescriptorum subdiuisio.*
4 *Rescriptorum ex sacra forma diuersa.*
5 *Oracula quæ.* 6 *Pragmatica sanctio quæ.*
7 *Pragmaticus quis dictus.*
8 *Pragmatica legis constituendæ formula.*
9 *Annotatio quid.* 10 *Subscriptio quid.*
11 *Epistolæ Decretales quæ.*
12 *De orationibus principum ad Senatum.*
13 *Literæ patentes & clausæ.*
14 *Alia diuisio rescriptorum in temporalia & perpetua.*
15 *Alia diuisio in rescripta gratiæ & iustitiæ.*
16 *Gratiam facere quid.*
17 *Rescripta iustitiæ quæ dicantur.*
18 *Causa quæ dicatur.*
19 *Rescriptum iustitiæ quid.*
20 *Rescriptum gratiæ quid.*

21 *Differentia inter rescripta gratia & iustitia, quòd in literis gratia cognitio causa non exigatur.*
22 *In literis iustitia exigitur.*
23 *Iustitia rescripta debentur à principe, & quare.*
24 *Differentia 2. quòd gratia rescripta perpetua, iustitia non item.*
25 *Differentia 3. rescripta gratia non intereunt morte principis.*
26 *Iustitia verò contrà.*
27 *Citatio quando perpetuet iurisdictionem.*
28 *Differentia quarta, rescripta gratia ius nouum tribuūt: iustitia non ita.*
29 *Differentia quinta, rescripta gratia vim habent à tempore data: iustitia non ita.*
30 *Differentia sexta, ratione expeditionis.*
31 *Differentia septima, ratione sigilli, & fili quo appenditur bulla.*
32 *Differentia octaua, ratione scriptura nominis summi Pontificis.*
33 *Rescripta iuxta composita ex superioribus.*
34 *Item iuxta quæ à seculari & Ecclesiastica authoritate expediri possunt.*
35 *Negotia quædam quæ vtriusque potestatis.*
36 *Quædam quæ sunt vtriusque fori.*
37 *Rescriptorum gratia subdiuisio.*
38 *Rescriptorum iustitia subdiuisio.*

1 Diuisio prima rescriptorum esse potest, vt quædā sint generalia. quædam singularia, seu personadia. Generalia, quæ communem omnium vel plurium causam respiciāt; qualia sunt, quæ legem constituūt, de quib. Vlpianus in l. 3. §. diuus Hadrianus de sepulc. viol. lib. 47. ff. tit. 12. *Quia*, inquit, *generalia sunt rescripta, & oportet Imperialia statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere.* Placita etiam principū, quædā dicuntur generalia, quædā specialia; vt & constitutionū aliæ generales, aliæ speciales, l. 1. §. fi. de const. prin. Leges generales esse inter cætera docemur, si sint ad Senatū missę, vt cōfirmentur vel publicentur: si etiam iussum sit eas publicari, si edicti nomine vocentur, si generales dictę, si in corpus iuris redactę. l. leges vt generales, 3. & ibi Bald. C. de legib. Rescriptū pro lege refertur Seueri & Antonini, ne quis absens puniatur, à Marciano in l. 1. de requir. reis, lib. 48. ff. tit. 17. Præuiam faciet huic distinctioni lucē, l. 1. §. huius studij, de inst. & iur. ff. dū definitur ius publicū, quod ad statū rei Romanę spectat. Priuatū, ad singulorū vtilitatē. Et publicū ius, in sacris, in Sacerdotibus, in magistratib. consistere: qua voce, *Magistratuū*, non ineruditè plures cōtineri, princip., leges, iudicia, res ciuitatis, & dignitatis intelligunt. Distinctio itaque rescriptorum hîc habebitur, vel ex materia, de qua eduntur, vel ex forma.

2 Secundum materiam consultationis vel petitionis, ita rescripta quoque diuersa sunt, si quidem si de negotio publico, ad consultationem vel postulationem iudicum fiant iuris ergò, legis generalis vim habent. Si verò de negotiis quæ ad singularium personarum vtilitatem pertinent eliciantur; non vtique; sed pro modulo petitionis propositæ, rescriptum principis erit determinandum. vt in l. 1. de precib. Imperatori offeren. C. l. 1. de appell. in ff.

3 Hinc rescripta, quę in gratiam singulariū & priuatarum personarum concessa sint, priuata dicuntur: eàq; sunt diuersæ speciei & nomēclaturę, pro diuersitate negotiorum, de quib. expediuntur, vt ad lites, ad beneficia, indulgentias, priuilegia, & similia. Docet titul. de diuers. rescr. C. tit. de rescriptis, in vtroque iure, ciuili & Pontificio, & de precib. Imp. offer. C.

4 Sūt & rescripta ex sacra forma diuersa, dicta alicubi oracula, absolutè rescripta, Prag. sanct. annotatio, subnotatio, subscriptio, diuinę iussiones, epist. orationes.

5 Oracula, possunt dici omnia rescripta potissimū si ab ore principis excepta, in rescriptū seu scripturā sue rint redacta. Eadem ratione & sacri dicūtur afflatus, in l. sacri afflatus, & l. fin. C. de diuers. rescr. in l. 2. de petit. sublat. lib. 10. C. tit. 12. & diuinū oraculum pro mādatis principis, ibi. *Pari forma res etiam ciuiles, & ad ius publicū pertinentes, ab omni petitione muniendas esse cēsemus: scilicet, nec pragmatica iussione, vel sacra annotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mandatis, si qua aduersus nostra mādata fuerint impetrata, quippiam roboris habere volentes.* Et in l. 2. ex quib. munerib. vel præstationib. nemini liceat se excusare. lib. 10. C. tit. 48. ibi, *Nec lege pragmatica, nec diuina annotatione, sacróve oraculo excusatos*, &c. & in l. 2. de nauib. non excusand. li. 11. C. ti. 3. Hæc tria distinguuntur, diuinū & oraculū, vicē probatoriā habere. dictum in l. fi. de murilegulis, li. 11. C. ti. 7. *Oracula*, inquit Cicero in Topicis, *ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his Deorū oratio.* Tracta autē veneratione à Deo ad principes, eorum oratio quoq; oraculi nomine dicitur, tanquā aliquid diuini habēs. *Non enim est potestas*, inquit D. Paul. ad Ro. *nisi à Deo*: &, *Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit.* Fuit & antiquis hoc nomē *orare*, idē qđ agere, vnde legati & Oratores appellati, quòd mandata Reip. peragerent, hincque & causarum actores, Oratores dicti, vt scribit Sextus Pōpeius Festus; addit & Oratores dictos ex Gręco ἀρητῆρες, quę missi ad reges pro Republica per populos, solerent verbis conceptis Deos ἀρᾶσθαι, i. testari.

6 Potest rescripti nomen conuenire oraculo Pragmaticæ sanctionis & annotationis; vt in l. vniuersa, 7. de diuers. rescr. & Pragm. sanct. li. 2. C. ti. 23. sed differētiam annotant inter hęc interpretes, quòd oraculum sit indulgentia, quòd principis ore cōcedatur: Annotatio, quæ scriptis tantū, vt paulò pòst dicemus: Pragmatica sanctio, quæ adhibita causæ cognitione, in modū sētētię, vel ad alicuius vniuersitatis preces fiat.

7 Pragmaticus πραγματικὸς solers & diligens in negotiis agēdis dicitur. Et πραγματικοὶ homines olim, qui causarū actores interdū iuris ignaros monebāt: iuris respōsa, formulásq; actionū subministrātes: Fabius vocat iuris interpretes li. 3. c. 8. Meminit & de illis Cicero li. 1. de Orat. *Quidā* inquit, *se prabent ministris in iudiciis, Oratorib. hi, qui apud Gracos πραγματικοὶ dicuntur.* Et ad Atticum, *Pragmatici cauere iubent & vetāt credere.* Pragmatica sanctio, vt πραγματικῶς factū, dicetur, cū ratione & certo cōsilio, & maturè factū. Dicūtur & Pragmatici libelli, in c. 1. §. interim illud, Nou. 15. de defens. ciuit. vbi Iustin. statuit, nulli licere ordinationem defensorū declinare, nec si militiā habeat honestā, neque si proferat priuilegiū suū ex diuinis formis, vel si pragmaticè, sc. libelli, sint collati. Pragmaticā etiā sāctionē definitè dicemus, quæ consilio plurium adhibitorum, statuitur à principe, secundum gl. in l. iubemus nullam, in verb. *Annotatio*, de sacr. Eccl. *Quando*, inquit, *aduocatus patritius, & Palatinus, facta examinatione, in modum causa videlicet, cōtētiosa, aliquid cōceditur, vel statuitur.* Et rursū gl. in l. vniuersa, 7. de diuers. rescr. li. 1. C. ti. 23. ad verb. *Pragmatica*, ait, Pragmaticā esse causam ventilatam in auditorio, dū princeps adhibito tractatu & consilio, respondet precib. oblatis, vel ad relationē, vel suggestionē iudicū, vel aliorū. Ita est diffusa & accurata respōsio. Veluti apud Plutarchū in Galba, πραγματικὴ ἱστορία, pro historia in qua res diffusius, & cum maiori consideratione explicantur.

8 Iustinian. in l. fi. de domesti. & protectorib. li. 12. C. tit. 17. dicit, legem pragmaticam sine fine victuram. Apud Balsamonem, τὰ βασιλικὰ προστάγματα, πραγματικὰ τύπω λέγονται. Et Zonara in c. 12. concilij Chalcedonensis, διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων, ταῦτα γὰρ εἶσι τὰ πραγματικά. & canon. 38. Synodi 6. διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων ἃ ἢ δημοσίους τύπους ὠνόμασαν, ἀλλαχοῦ δὲ πραγματικοὺς αὐτοὺς καλεῖ ἢ βασιλικὰ γράμματα. In ca. fundamenta, 17. de election. in sex. Pragmaticum constiturum, dicitur donatio Constantini ciuitatis Romæ, & aliorum temporalium

facta

ciuitatis Romæ, & aliorum temporalium facta ſummo Pontifici Syluestro & eius ſucceſsoribus.

8 Legis Pragmaticæ conſtituendæ formula reſcripta videtur in l.humanum,8.C.de legib.dum in condenda noua lege deſideratur, vt prius de ea tractetur ab omnibus tam proceribus palatij,quàm in Senatoribus: & ſi vniuerſis iudicibus Senatoribúſq; placuiſset, tūc dictaretur, ac denuò collectis omnibus recenſeretur. Quare Pragmaticę ſanctiones, non ad ſingulorū preces ſuper priuatis negotiis,feruntur; ſed ſi quādo corpus ciuile,aut ſchola aliqua,aut officiū, vel curia, vel ciuitas,vel prouincia,vel vniuerſitas hominū,ob cauſam publicam preces fundat,vt in his tamen, etiam veritatis quæſtio decernatur.l.fi.§.fi.de diuerſ.reſcrip. C. Legimus in iure ciuili, plures conſtitutiones Pragmaticæ nomine inſignitas. Et apud Iulianum Anteceſsorem, poſt Nouellarum epitomen ponitur Iuſtiniani Pragmatica ſanctio,de reuocatione factorum à Totila Tyranno,& de aliis capitulis. Et rurſum ſacrū Pragmaticum Tyberij Auguſti,de confirmatione cōſtitutionis Iuſtini Imperatoris. Beatus Ludouicus rex Galliarum quòque, ſuo tempore edidit vnam Pragmaticam pro defenſione obſeruationis iuris communis in electionibus & collationibus.Carolus VII.alius rex,aliam etiam Pragmaticam edidit ſanctionem, pro conſeruatione concilij Baſilienſis.

9 Annotatio accedit Pragmaticę ſanctioni,niſi quòd iuxta Accurſ.ad l.iubemus nullam,10.de ſacroſ.Eccle. Annotatio fiat à principe paucis in cōcilium adhibitis:Pragmatica ſanctio,plurib.vocatis.Et gl.vltra ad l. vniuerſa,6.ad verb. *Annotatio*,de diuer.reſcript. C.ait, annotationem fieri à principe proprio motu. De hac annotatione plura iura meminerunt.l.omnes qui, 43. de decur.lib.10.C.tit.31.*Sed nec reſcripta,aut annotationes,ad munerum fugam,prodeſſe permittimus*.l.vni.de his qui à principe vacatio.acceperunt,li.10.C.tit.44.*Nullus vacationem curialis accipiat,niſi fortè veris ac probatis cauſis annotatio noſtra conceſſerit*.l.nō aliter,9.de Palatinis ſacrar.largit.li.12.C.tit.24.*Non aliter quilibet in officio ſacrarū largitionū, vel priuatarum rerum, cingulū militia ſibi ſumendū exiſtimet,niſi noſtra manſuetudinis annotationē meruerit*:inquiunt Theod. & Arcad.l.1.C. de precib.Imp.offer.lib.1.C.ti.19.*Iuxta annotationis noſtra decretū*.l.1.de collat.æris. *Sacra annotationes*. Vide de annotat.Duarēſ.li.1.Diſput.8.Annotare,eſt etiā decernere cū memorię ſigno & nota, ſicq; recepti inter reos, abſentes maiorū criminū facti ſuſpecti, annotati dicūtur:& annotatio ita in reos relatio, donec bis vocatis de eorū cauſa cognoſcatur. in l.1. de requir.reis, li.48.ff.ti.17.l.abſentē,6.de accuſ.li.9.C.tit.2.quæ leges annotari,nō dānari abſentē ſtatuunt,quāuis in Italia, Gallia,Hiſpania, cōtumaces abſentes dānentur etiam ad mortē & in foris ſeu tribunalibus Eccleſiaſticis, vt ſcribit Iul.Clar.5.ſententia.§.fin.qu.44.Annotatio pro damnatione etiā accipitur apud Suet. in Caligula.ca. 27.Cum ad ſaginā ferarū muneri præparatarū carius pecudes cōpararentur,ex noxiis laniendos annotauit.

10 Subſcriptio etiam annotatio facta à principe, l.1. §.1.de conſtit.princip.ff.& reſcriptum ſubſcriptionem vocat Iuſtin.in §.1.quib. non eſt permiſ. facer. teſtam. li.2.tit.12.l.1.quom.& quan.iud.li.7.C.ti.42. l.ſi quis,ad l.Corn.de falſ.ff.Sic & annotatio, in quo princeps ſua manu ſe ſubſcripſit.Atque hinc ſubnotatio reſcriptorum,ſacrorúmque affatuū, quæ ſemper fiebat encauſto rubeo,ſeu minio,l.ſacri affatus,6.de diuer.reſcr.facit l.42.de heret.in C.Theod. ibi, *Caſſatis qua Pragmatici vel annotatione manus noſtra, potuerunt impetrari.* Et in Nouella de confirmatione legum Nouellarum, *Neceſſarium duximus has nunc ſaltem vniuerſas, tua ſerenitati, cū noſtra maieſtatis ſubnotatione tranſmittere.* Subſcriptio facta ab eo qui authoritatē habet probādi,ſeu dandi fidē,perinde opatur ac ſi ipſemet ſcripſiſſet,vt notat Vlp.in l.ſi quis ex argentariis,6. §.1. de edend.li.2.ff.ti.13.Et ſi dominus ſerui chirographo ſubſcripſerit,tenetur quod iuſſit. l.1. §.ſed & ſi ſerui chirographo.quod iuſſu li.15.ff.ti.4. & in l.fideiuſſor impetrauit,26.§.1.de pignorib.li.20.ff.ti.1.Quis cōſenſum obligationi adhibere dicitur aut ſigno ſuo, aut alia ſcriptura:atq;Martianus in l.ſicut re corporali,8.§.nō videtur,quib.modis pignus vel hypothec ſoluit. li.20. ff.titu.6.tradit creditorē videri conſenſiſse venditioni rei debitoris,& renūciaſse pignori, ſi ſubſcripſerit tabulis emptionis,niſi manifeſtè appareat deceptum eſſe.Sigillum quoque facti ſigillantis probationem habet,eáque cauſa diplomatib.appenduntur ſigilla,vel figuntur.Atque ita in teſtamentis ſolēnib.aperiendis. Prætoris officiū eſt,vt roget ſignatores cōuenire,& ſigilla ſua recognoſcere,in l.cum ab initio, 4.quemadmod.teſtam.aperiātur,li.29.ff.ti.3.l.1. §.hoc interdictū, de tab.exhib.li.43.ff.tit.5.Probat & ſigillū authēticum c.2.de fid.inſtr.li.2.ti.22.maximè principis. c.cum dilectus,9.eo.ti.Encauſtū in d.l.ſacri affatus, de diuer.reſcri.C. fiebat purpurea inſcriptione,ſc.cocti muricis, & triti cōchilij ardore:cuius encauſti cōfectionē & ibi aliis priuatis habere ꝓhibitū,aut ſperare,pœna impoſita vltimi ſupplicij, tanquā tyrānidē affectāti qui habuerit:proprius.n.hic color erat Imperatorū olim. l.3.4.5.de veſtib.oloberis,li.11.C.tit.8.l.1.quę res vēd.nō poſs.li.4.C.ti.40.Ἐγκαυστὸν materia eſt aduſta picturę apta: meminit de pictura encauſtica & eius inuentione Plin.li.35.cap.11.Pro reſcripto cōchilio aduſto ſubſcripto ponitur dictio ſola encauſti in l.vn.de collegiatis & chartopratis,li.11.C.tit.17.Encautarij ciuitatū dicūtur publicorū librorū ciuitatis ſcriptores, in l. immunitates,de agricolis,cenſ.& colo.li.11.C.tit.47.verū encauſtō aliorū nō erat ſimile Imperatorio. Cōſtātinus Manaſses in Annalibus,purpurei coloris literas dicit chartā Imperatorē ſubſcripſiſse:& Nicetas multis locis meminit de conchiliata Imperatorū ſubſcriptione.Exēplar reſcriptorū cōſpicimus,nec Grecè in Baſilicis ita ſignatorū,in Nouella Alexij Cōneni Imper.4. de ſolutione ſpōſaliorū, περὶ διαλύσεως μνηστείας, q̃ ita ſubſcripta, τῷ μηνὶ μαρτίῳ ἰνδικτιῶνος ιε΄ διὰ ἐρυθρῶν γραμμάτων, mēſe Martio,indictione 15.rubris literis.Et in Nouella Manuelis Comneni de diuerſis cauſis ac negotiis, περὶ διαφόρων ὑποθέσεων:ſic ſubſcriptū, τῷ μηνὶ μαρτίῳ ἰνδικτιῶνος ιδ΄ διὰ ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς, ᾗ δὴ καὶ κηρῷ σφραγὶς εἴχετο, &c.i.mēſe Martio indictione 14.per rubras literas Imperat.manus, cui ſigillū cereū cōtiguū erat. Poſset & annotatio ſacra eſse, quando annulo regio ſeu principali notantur,ſigillātur, vel authorātur reſcripta; qualia fuerūt,quę Aman, accepto annulo ſignatorio,miſit in vniuerſas prouincias in necē Iudeorū,Eſther c.3. v.10. & reuocatoria eorū miſsa per regē eodē li.c.8.v.8.Refertur mos antiquus Regū apud Iuſtinum,lib.43.ſub finem,dum dicitur patrē Trogi Pōpeij Hiſtoriographi ſub Caio Cęſare, epiſtolarum & legationum, & ſimul annulli curam habuiſse.

11 Epiſtolæ principum decretales aliquando inter reſcripta numerantur,quæ & inter leges authēticas, in ca.1.ca.in ſcripturis,cum ſimilibus,19.diſt.l.1.de cōſtitut. princ. ff. differunt tamen Epiſtolæ principales, Decretales, & Reſcripta, quòd non omnes Epiſtolæ ſint reſcripta,quamuis aliqua reſcripta Epiſtolæ ſint. ἐπιστέλλω enim Græcis,nihil aliud quàm mitto,vnde Epiſtola:voluntas autē principis,aliquando ſine cōſultatione vel interpellatione alicuius, literis ſignificatur,vel per epiſtolam ſeruari iubetur:& ita nō reſcriptum,ſed ſcriptum,ſeu epiſtola.Epiſtola inducit obligationē eius,qui in ea aliquid dat vel cōcedit, vt in l. Titius Seio,24.& l.quidā ad creditorē,15.de cōſti. pec. l. miles ad ſororem, de leg.2.ff.l.in epiſtola, C.de fideicom. Hoc autē proprium principis per epiſtolā ſtatuere,authoritatiſque ſummę,quod nō cōmunicatur

aliis iudicibos,nec tectori quoq; prouinciç,quib.noo licet per epistolā sentētiā ferre,vt scribit Alex. Impet. in l.1.C.cōminatio. vel epistolas rei iudicatę authoritatē non habere,li.7.ti.56.cum pręs.tib.litigantib. sētētiam fette debeaot,l.1.de sent. ex peric.recitād. C.l. de vnoquoque,de re iud.ff. Talis epistola diui Adriāni, d.sanctio,qua consultū est per Adrian. Cæsarem, fideiussoribus,de qua in l.fi.de consti.pec.li.4. C.ti.18. §.si plures,de fideiussor.apud Iustin.l.intet fideiussores,16.& l.fi.eo.ti.in ff.li.46.ti.1.& epistola alia diui Adriani,de tormētis reorū, ad Senniū Sabinū, tescriptū dicitur ab Vlp.io l.1.de qoæst.lib.48. ff.tit.18.

12 Otationes quæ aliquādo eadē ratione,si ad consultationē vel quæstionem ptopositā priocipi mittebaotur Senatui pro tescriptis habitæ, quib.princeps ei explaoabat totius rei, de qua legem condere meditabatut, iustū,honestū, vel vtile emolumentū Reipublicæ,adhibitis circūstantiis:& togabat Senatum, an sibi ita statuendū placetet.Eius generis legitur oratio Seueri Cæsaris,in l.1.de reb.eor.qui sub tutel.&c.li.27. ff.tit.9.qua prohibiti sunt tutotes & cutatores prædia rostica vel suburbana minorū distrahere.Et recitata fuit in Senatu,Tettyllo & Clemente consulibus, idib. Iuniis.Meminit & tractat Vlp.in l.cū hi,8.de transact. lib.2.ff.ti.15.de alia otatione Marci Cæsaris, in Senatu recitata,qua effecit ne alitet alimentnrum ttansactio rata esset,quàm si authore Ptætote fieret: quę & Senatusconsulto firmata,Senatusconsultū dicitur,apud Vlpianum in l.eleganter,23.§.itē si ob transactionem, de condict.indeb.lib.12.ff.ti.6.Idē Marcus,oratione alia, quam in Senatu recitauit , facnltatē dedit ingrediendi,tam Cæsaris,quàm Senatorum,quàm Paganorum prędia volentib.inquirere fugitiuos,scrutarique cubilia atq; vestigia occultantium, vt refett idē Vlp. in l.3.de setuis fugitiuis,lib.11.ff.ti.4. Caius in l.pen.ad SC.Tertyl.li.38.ff.ti.17.*Sacratissimi principis nostri Hadriani oratione cauetur, vt matris intestata hereditas,ad liberos,tametsi in aliena potestate erūt,perueniat.* Hæcq; otatio Senatusconsultum dicitut Tertyllianum,§.sed hæ iuris angustiæ,de Senatus.Tertyl.li.3.Inst.tit.1.Vlp. in l.cum hic status,32.de don.int.vit.& vx.li.24.ff.tit.1. meminit de oratione alia Antonini, Senatusconsulto firmata,in hęc veeba: *Cùm hic status esset donationis inter virū, & vxorem, quē antea retulimus: Imperator noster Antoninus Augustus , ante excessum diui Seueri patris sui,oratione in Senatu habita,author fuit Senatui cēsendi,Fuluio Aemiliano,& Numio Albino consulibus,vt aliquid laxaret ex iuris rigore.* Dicebantut & istæ orationes, epistolę , in Senatu pet candidatos quæstores lectæ.Sic & meminit Vlp.in l.1.§.2.& fi.de off.quæstor. li.1.ff.ti.13.ex quæstoribus,quosdam fuisse candidatos principis, qui solis libris principalib. in Senato legeodis vacabant,quique Epistolas principis in Senatu legunt.Videndus etiam Dio Cassius,lib.54.

13 Conceduntur ista rescripta,vel aperta,vel clausa,vnde literæ patētes dicuntur,in c.1. de tēpo.ord.io Sex.li.1.ti.19.dum prohibetut otdinati in Italia vltramontanus,nisi à suo Episcopo literas attulerit patentes, quibus causa exptimetur,quare ab eo otdinatus non fuerit. Illæ sunt in fotma ptobante , cum sigilli appensione & subscriptione,apettæ.Clausæ sunt,quę apettę nō sūt,sigillo aliquo cōclusę ex causa aliqua.

*Diuisio alia rescriptorum.*

14 Rescripta secundò , in temporalia & perpetua distribountur. Perpetua omnia censeotut , si modò tempus noo sit comptehensum,in l.2.de diuer. resc.li. 1.Cod.tit.23.Et iute c.pletumque,23.de rescr.literę seu rescripta delegationis causarum viuunt tantum per annoin : vltia quem , qui eis intra annum vel dolo , vel malitia , vel negligentia vsus non fuerit, amplius vti nequit.c.si autem aliquis,9.eod.tit.Sic distinguuotut temporalia & perpetua rescripta,cap.fin.de rescr.in 6.dū reuocantur perpetua de percipiēdis fructibus beneficiorū absentib.data,nō tempotalia.Temporalia,quæ certum habent definitū tempus, vt perpetua,quę nullū vel indefinitū, vt in l.in hoc indiciū, 14.§.si cōucoiat,cōmu.diuid.li.12.ti.3.Paul.ait, *Si conueniat ne omnino diuisio fiat,huiusmodi pactū nullas vires habere manifestissimū est:sin antē intra certū tēpus, quod etiā ipsius rei qualitati prodest,valet:incertū an tēpus certū habiturū sit,vel nō,etiā aliquid potest esse : vt conditio si quis cōsul fiat.*in l.sufficit,56.de cōd.indeb.li.12.ff.ti.6. Colligitut & ex c.si gratiosè,5.de resct.in 6.omnē gratiam cuius terminus est incertus,posse dici perpetuā. vt & ex l.iutisperitos,de excus.tut. ff. Perpetua dicta quoq; rescripta personalia,quæ conceduntur alicui, quādiu vixetit.in l.1.pto socio,in ff. & perpetuę actiones,quæ duraot per vitā eis iure cōcessam,§.1. de pet.& tempor.act.vbi definitio temporis nō est, perpetnum dicimus,l.seruis,10.de pœnis.lib.9.C.tit.47.

*Tertia diuisio.*

15 Tettia diuisio,vt rescriptorū alia sint gratiæ; alia iustitiæ:Gratiæ dicuntur,quæ ex gratia seu beneficio, aut liberalitate priocipis,atq; ex eius clementia ptocedunt.

16 Gratiā facete est,ex iure diligentiore aliquid immittere,vel remittere: vt gratiam iuramenti facere,in l.pen.de iurein.li.12.ff.ti.2.Gratiam haber quod ex benignitate ptocedit.in ca.vu. §.quia ergo. vt Eccles.benef.sine diminutio.concedan.lib.3.tit.12.

17 Rescripta iustitię sunt,quę ius administrari,seu iustitiam fieri iubent,cū causæ cognitione.Et ita hæc rescripta maximè ad lites pettinere vidētur: & ea clausula iis adiici solet,vel intelligirut,qualē in edictis restitutoriis ponebat Pretor.*Si qua iusta causa videbitur.* Vt refett Vlp.in l.1.ex quib.cau.maior.*Si cuius*,inquit, *quid de bonis diminutū est,cū is metu, aut sine dolo malo, Reip.causa abesset:aut in vinculis,seruitute,hostiúmve potestate esset,siue cuius actionis cui dies exisse videtur*,&c. *Itē si qua alia iusta causa mihi videbitur*,&c. in integrū scil.restituā.Ea quoq;,quę ad ius rescribuntur,iustitię etiā & causæ forēsis,dicūtut. Explicat Accurs.in l.2.de diuer.rescr.in illa verba,*Qua ad ius rescribuntur,perennia esse debent. Ad ius*,inquit,id est,*ad causam.*

18 Causa porrò in c.forus,10.de vet.sign.à casu qno venit,dicitur.Est enim materia &origo negotij,quę dū proponitur,caosa est;dnm discutitur,iudicium; dū finitur,iustitia.Et ibid.gl. *Causa*,inquit,*itaque est,antequam respondeat altera pars.*Estque etgo causa in dicēdo posita, cum interpositione cettarnm personarum, videlicet actoris,rei,iudicis,l.inter litigantes, 62. l.Iulianus,17.de iudi.in ff.& testis,totis titulis de testibus. vide & c.quoniam contra,de ptobat.Quare rescripta, qnæ causam continent, ad ios pertinere dicuntut.Ius à iustitia appellatum,l.1.§.1.de iust.& iut.ff.

19 Neque quicquam officete videtur,si dicamus iustitiæ tescriptum esse,si ex eios mandato sit procedenduio , secundum ordinem & præsctipta iuris scripti, coius exemplum in l.1.de ptecib.Impet.offer. ibi, *Nobis hortamento fuit,vt Præfecto pratorio iuxta annotationis nostra decretum demandaremus, quem adire cura,vt auditis his qua in libello contulisti, & reos inuestigare,& seuerissimam vindictam iuxta legum censuram exigere cures.*per l.prospexit,12. qui & à quib.manum. lib.non fiant.lib.40.ff.tit.9.cum scripta lex,etsi dnta videatut, seruanda est.Et sæpe rescriptione sua princeps respōdet : adite potes iudicem, vt in l.sæpe,8.de off.præsid. lib.1.ff.tit.18.sic io c.2.hoc tit. tesctiptum secundū ius commune,vt liceat appellare.

20 Vt cōtta rescripta gratię & æquitatis dici possūt, quādo ex aliqua citcūstantia,à lege pretermissa,à præscripto legis recedit ut, illud dicitur Gręcis ἐπιείκεια , i. conuenientia,vel ad vetbū,iuxta similitudinē factum. Disputat de iustitia & ἐπιεικείας, seu æquo Aristot.li.5.&

hic circa fiuem. Temperamētum etiam legū ſcripturarū dici poſset gratia à principe factū,qui contra ius ſolus diſpēſat & illud interpretatur.Sic enim Cōſtantinus in l.1.de leg.li.1.C.ti.14.ſcribit,*Inter æquitatē,iuſq;, interpoſitā interpretationem nobis ſolis & oportet,& licet inſpicere.*Et rurſum Impp.Valent.&Marcian.in l.leges ſacratiſſimæ,l.9.eiuſdē tit.*Si quid verò*, inquiūt, *in iiſdē legatum fortaſſis obſcurius fuerit, oportet ab Imperatoria interpretatione patefieri , duritiámque legū noſtra humanitati incongruā,emēdari.* Sic cæteris paribus,& adhibita authoritate expreſsa vel tacita principis,placuit in omnib.reb.præcipuā eſse magis iuſtitię æquitatiſq; quā iuris(ſcil.ſtricti)rationē,ex reſcripto Conſtantini & Licinij CC.in l.placuit,9.de iudic.lib.3.C.tit.1.

21 Intereſt inter reſcripta gratię & iuſtitiæ:primum, quia quæ gratię ſunt non exigūt cognitionem cauſæ, num iuſta vel iniuſta ſit,cum ex mera gratia & liberalitate principis procedāt.Diſputare de principali iudicio in hoc caſu non oportet:ſacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an is dignus ſit quē elegerit Imperator.l.3.de crim.ſacrileg.li.9.tit.19.& in l.ſacrilegij inſtar,5. de diuer.reſcr.li.1.C.tit.23. ſacrilegij inſtar eſt,ſuper quibuſcumq; adminiſtrationibus,vel dignitatib.promulgandis,diuinis obuiare beneficiis. Quæ omnia de cauſa reſcripti intelligi par eſt,vt ea nō cōtrouertatur:nihil tamen prohibet obiicere ipſi reſcripto obreptionem, vel ſubreptionē,falſitatémve reſcripti gratiæ,& incapacitatē impetrantis,per ſubreptionē incognitā principi,vt in c.cū adeò,17.de reſcr. Reprobatur gratia ad beneficium propter obreptionē,quia impetrans non feciſset mentionē beneficij alterius poſseſſi, & propter eius incapacitatē,quòd idoneæ qualitatis nō eſset ad beneficium poſſidēdū,nec eſset clericus. Et in c.ad audientiam,9.eiuſdem tituli,reſcriptum ſummi Pontif.quia contineret manifeſtum in conſtructione peccatū,reiicitur. Et in c.cum noſtris,6.de conceſ.præb. lib.3. tit.8. improbatur factum ab executoribus literarū Apoſtolicarum,quòd per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionē,fuerāt impetratæ in beneficio præpoſiturę,nulla mētione expreſsa,quod ab alio ea de facto tūc poſſideretur.In Cle.1.de præb.li.3.ti.2.clauſula appoſita literis gratioſis, vt prouideatur quā citius mādatario,ne animarū cura,ſi dignitati imminet,negligatur:vel per quā inhibetur fieri electio dignitatis, nō facit extendi gratiā ad dignitatē curatā,vel ad quā quis per electionē aſsumitur. Prętermitto alia vitia reſcriptorū, quæ etiā gratioſis obiici poſsūt , perinde ac reſcriptis iuſtitię.Atq; in omnib.reſcriptis,cuiuſcunque generis ſint, clauſula intelligitur vel apponitur expreſsè, *Si preces veritate nitātur*,alioquin mēdax Imperator carere debet impetratis vtroq; iure:c.2.& c.ſedes Apoſtolica,de reſcr.l.fi.de diuer.reſc.C.verum illud ſingulare, literis gratię, vt dictum fuit , ne cognitionem cauſę in illis conceſsę exigant.

22 At in literis iuſtitię,cognitio cauſę exigitur, vocatis his quorū intereſt,propter clauſulā,quę apponi ſolet in illis,*Si ita eſt*,vel,*Si cōſtiterit*,vt in c.ſuſcitatus,13.c.ex parte,12.c.olim,25.de reſcr.cū ſim. c.ſignificauit,36.eo.ti.cui ſimilis alia clauſula,quę delegato dirigitur,*Si ita inueneris*,ſc.vt narratū eſt,*hoc vel illud agas*.vt in c.2. eo.ti.de reſcr.Gallis frequēs,*S'il vous appert*.Quid porrò cōtineat illa clauſula, nos tractamus in d.ca.olim, 25.hoc ti.de reſcr.Hęc.n.& ſimilia,habēt cauſę cognitionē:quia probationes & exceptiones admittūt. c.quoniam cōtra,de prob.& in l.iudices,9.C.de iud.li.3.ti.1. *Iudices oportet in primis rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere,& tūc vtramq; partē ſæpius interrogare,nū quid nouis addere deſideret , cū hoc ipſum ad alterutrā partem proficiat,ſiue definiēda cauſa per iudicē,ſiue ad maiorē poteſtatē referēda ſit.* Tranſlata lex illa in c.iudicantē.31. q.5.facit quod iudiciū trib.perſonis ad minus conſtet, actore,iudice,& reo, l.inter litigantes,& l.Iulianus,de iudic. ff. & ideò, cum iuſtitiæ literæ iudicium futurū indicēt,debēt vocari quorū intereſt.per l.1.& 4. & totū ti.de in ius voc.ff.§.omniū,de pœn.temer.litig. li.4. tit.16.Inſt.*Omnium actionū inſtituēdarū principiū ab ea parte edicti proficiſcitur,qua Prætor edicit, de in ius vocando.*De vnoquoq; negotio pręſētib. quorū intereſt, tractādū,l.de vnoquoq;,de re iud.ff. huius rei integrā reſolutionē,cū rōne cōtinere videtur lex Arcad.& Honorij Cęſarum,in l.fi.ſi per vim vel alio modo abſentis perturbata ſit poſseſsio,li.8.C.ti.5. *Neque*,inquiūt,*Imperiale reſponſum , quod ſupplicatio litigatoris obtinuit, nec interlocutio cognitoris, ex quacūque cauſa innouare poſseſſionis ſtatum , eo qui rem tenet abſente, permittit: quia negotiorum merita partium aſſertione panduntur.*

23 Quæ , iuſtitia dictante conceduntur à principe, gratiā non habent : debet enim princeps ſubditis iuſtitiā , & ea cauſa inſtitutus cū authoritate fuit à Deo 1.Reg.c.8.Deu.c.1.Suſcepti.n. regiminis cura principes ſolicitat,vt vtilitatib.ſubiectorum ſolicitè prouideāt, vel nouorum editione iurium,vel antiquorum emendatione c.1.de præb.in ſext.Et ſi princeps quod debet, nō præſtaret, iniuriā irrogaret ſubdito, quod expreſſiſse videtur Vlp.in l.1.§.planè ei ad quē,de aqua quotid. & ęſtiua.li.43.ff.tit.20.*Planè ei*,inquit,*ad quē dominiū tranſit, impetrabile eſt: nam ſi docuerit, prædiis ſuis aquam debitam , etſi nomine eius fluxiſſe à quo dominiū ad ſe tranſiit,indubitatè impetrat ius aquæ ducendæ.Nec eſt hoc beneficium,ſed iniuria, ſi quis fortè nō impetrauerit.*Neq. n. beneficium largitur,qui neceſsariò dat,vt l.proximò conſtitutum,50.de rit.nup.li.23.ff.tit.2.Eum qui ex cauſa fideicōmiſſi manumiſit libertam ſuam, ex neceſſitate manumiſiſse, nō ſuo arbitrio magis debitam libertatē pręſtitiſse,quàm vllum beneficium in mulierē cōtuliſse,reſpōſum eſt: vt nemo in neceſſitatib. liberalis exiſtit.l.rē legatam, 18.de adimen.leg.lib. 34.ff.ti.4.l.ſi quis pro vxore,de don.inter vir.& vxor.

24 Secunda differentia, quòd reſcripta gratiæ,vel gratioſa principis , ſeu ſpecialis eius gratia , debeant perpetuò manere.l.2.de diuer.reſc.c.ſi cui,36.de pręb. in ſex.l.iuriſperitos,30.de excuſ.tut.li.17. ff.tit.1. Papin. ait.*Iuriſperitos,qui tutelam gerere cœperūt, in conſilium principum aſſumptos,optimi maximique principes noſtri conſtituerunt excuſandos , quoniam circa latus eorū agerent,& honor delatus finem certi temporis ac loci non haberet.* At literæ iuſtitiæ ſunt ſecundum ius canonicum, & quando delegationes iudicum continent annales DD.c.ſi autem,c.plerumque,de reſcript.

25 Tertia differētia,quòd reſcripta gratię nō intereunt morte principis concedentis,abſolutè conceſsę, d.l.iuriſperitos,de excuſ.tut.ff.Priuilegium alicui cōceſsum,ei auferendum non eſt,nec aduerſus illud cōſtituendum,c.decet.18.& c.indultum, 17.de reg.iur.in ſex.Quę intelligēda de reſcriptis quę ſtatim effectum habent & iuſta ſunt, & ſine ambitione , alioquin ea quæ tractu temporis habent effectum, & quando effectus incipit eſse damnoſus, reuocati interdum ſolent,& debent.vt in c.fi.de reſcrip.in ſex. Reuocantur gratiæ à Boniſ.8.tam per ipſum,quàm prædeceſsores ſuos factæ clericis de percipiendis perpetuò fructib. beneficiorum ſuorum in abſentia,ex quib.dabantur occaſiones vacandi,& minuebatur cultus diuinus,& diſsolutionis præparabatur materia. tractatur & in canon.ſi gratioſè,5.de reſc. Sic reuocantur priuilegia decimarum,quando vergunt in noxam vel damnum alterius.in c.ex multiplici,c.ſuggeſtum,de decim. Sed & reſcripta gratię ad beneficia, quæ nō habuerunt effectum ante mortē concedentis ſummi Pōt. reuocatur poſt eius mortem à ſucceſsore in Pontificatu : non etiā , ſi proceſsum fuerit per executorē ad collationē, c.fi.de conceſ.præb.in ſex.c.penul.de præben.in ſext.

26 Reſcripta iuſtitiæ reuocantur ſeu expirāt morte cōcedētis,ſi res tūc ſit integra,hoc eſt,ſi ante mortem

sum. Pont. processum nō fuerit super illis iudices delegatos, vel citatinnē emissā, vel litis cōtestationē, c.gratū, 10.c.relatū, 19.de off.& potest.iud.dele.li.1.ti.29.c.licet, 30.eo.ti.& in l.si quis postea quā, 7.de iudic. li.5.ff. ti.1. *Si quis posteaquā in ius vocatus est, miles vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius rēuocādi forū nō habebit, quasi prēitus.* facit, l.cū quædā puella, 19.de iurisd.omn. iud.ff. Sic mādātis morte extunguitur mādatū procuratoris, re integra, nisi aliquā rem cœperit administrare procurator, quia tūc nō finitur, quāuis nouū negotium inchoare vi mandati non possit, l.nam & Seruius, §. si viuo Titio, de nego.gest.li.3.ff.tit.5. & in l.& quia, 6.de iurisd.om.iud.li.2.ff.tit.1.Paul.ait. *Et qa nec principaliter iurisdictio data est, nec lex ei defert, cōfirmáq; mādatam iurisdictionē, adeóq; si is qui mādauit iurisdictionē decesserit, antequam res ab eo cui mandata est iurisdictio geri cœperit, solui mādatum Labeo ait, sicuti in ceteris causis.*

27 Etenim per citationē vt perpetuatur iurisdictio, ita & rescriptū, c.fi.de off.leg.lib.1.ti.30.vt notat glossa ad dictū c.gratū, ad verba, *quasi cœptū:* quamquam in aliis veluti qđ pertinet ad litis cōtestationē, & ad proponendas legitimas exceptiones, non dicatur cœptū iudiciū. Quamobrē post citationē pōt vocatus legitimas exceptiones seu perēptorias pponere, & successor impetrantis poterit itetū conuenire reum, mortuo impetrante, quod non fiet, si ante mortem impetrātis nō fuerit reus in iudiciū vocatus, c.significauit nobis, 36.de rescrip.quando videlicet persona nominatur in rescripto: quia tunc est personale, réq; integra extinguitor cū persona impetrantis vel rei, l.quia tale, sol. matr. Aliud nāmq; dicendū esset si rescriptum pro dignitate, vel cōtra dignitatem, quę non mori dicitur, mutato possessore, fuisset impetratum, vt contra Abbatem certi monasterij, c.quoniam Abbas, de off.del. finguntúrq; pro eadem persona possessor primus & successor in dignitate, sicque per literas rescripti cōtra prędecessorem in dignitate impetratas cōuenitur successor, in c.dilecti filij, de for.comp. Vtitur autem, d.c.gratū, in verbis, *quasi cœptū esse iudiciū*, per citationem seu vocationem in ius, vt doceat non propriè cœptū. Dictio.n. *quasi*, non habet ppprietatē, sed similitudinē. Et pinde citatio perpetuat iurisdictionē, non absolutè, sed secundum quid, & iute canonico pro rescriptis, vt contra alios quām delegatos perpetuetur iurisdictio, sic in c.fi.de off.lega.lib.1.titu.30. Delegatio causę facta à legato à latere, expirat egressu legationis legati, si ante discessum citatio non precessit, non aliter. sic intelligēdum c.proposuisti, de for.comp.c.vt debitus honor, de appel.c.capitulum S. Crucis, de rescript. Lis porrò verè non dicitur cœpta, nisi per litis contestationē, l.amplius, 1.ré ratam haberi, li.46.tit.8. §.omnem, de litig.in Nou. Cęterum in quibusdam non tantum litis contestatio, sed etiam vocatio sola consideratur, vt in quęstione nostra. Et litigiosam rem dixit c.1 Nouell.112. de litigiosis, de cuius dominio causa mouetur inter possessorem & petitorem iudiciaria conuentione, vel precib, principi oblatis, & iudici insinuatis, & futuro reo cognitis. Idē relatū in Auth. litigiosa, de liti.li.8.C.ti.37. Et hęc hactenus de 3.differētia.

28 Quarta erit differētia, q rescripta gratię tribuūt ius aliquod nouum impetranti, vel tribuere possunt per executionem quod ei non erat, vt in c.si cui, 36.de rescr.in Sex.vbi per gratiam alicui concessam, vt possit conferre beneficia sedi Apostolicæ concessa personis idoneis, datur ius quod non expirat morte mandantis. At rescripta iustitię, non tribuunt nouum ius impetranti, sed si quod ei sit, conseruati satagūt: & eò pertinent clausul e. *Si ita est, Si cōstiterit*, quia per sententiam non debet con[illegible] tui ius, sed id quod est conseruari, vt scribit Vlp[illegible] l.si[illegible] ac[illegible] rem refectio, 8.§.sed si quęrit[illegible] l.vend.l. 8.ff.ti.5. O[illegible] aliquando error versetur, vt in l.& ex diuerso, 35.§.1.de rei vendic.

li.6.ff.tit.1.cum Paulus ait, Vbi autem alienum fundū petij, & iudex sententia declarauit meum esse, debet etiam de fructibus possessorem condemnare, eodem enim errore & de fructibus condemnatum. Sententia quippe, donec de errore dubitatur, pro veritate habetur, l.ingenium, de stat.hom.l.res iudicata, de reg.iu. li.1.C.de his qui propter met.iudi.non appel.

29 Quinta differentia. Rescripta gratiæ incipiūt habere vim suam à tempore datæ seu concessionis, vt in c.eam te, 7.de rescr.vbi, in mandato de conferendo beneficio alicui, facto Capitulo, seu decano & Episcopo Ecclesiæ Tornacensis, inspicienda dicitur data literarū, cuius tempore erat decanus is, qui posteà factus est Episc. & proinde illis obstringitur. idipsum statuitur in c.constitutum, 19.eod.tit. Si plures tamen literę gratiæ eidem concessa sint, de re eadē, habetur ratio datæ earum quæ fuerunt prius præsentatæ, sicut & prior in data præfertur, c.capitulū, 10. de rescr. vel si gratiæ plurium sint æquales, eiusdémq; tēporis, præsentationis habetur ratio, vt prior presens pręferatur, c.pen.de rescr.in 6.aliter præsentatio sola nō sufficit. c.ibi qui 12.de rescr.in 6.Sic si tempore datæ gratię quis eius sit incapax, putà quia beneficium antè aliud fuit ei collatum, aut si ætatem legitimā non habeat, gratia corruit, nec reuiuiscit, si posteà fiat capax. ca.si eo tempore, 9.de rescr.in sex.eò pertinet c.tibi qui, eo.ti.de resc. in sex.c.ei cui, 19.de præb.in sex. At in literis iustitię rescripta vim non accipiunt ante tempus pręsentationis earū.c.vt debitus honor, de appell.gl.ad c.pen.ad verba, *primo præsentaneris*, de rescrip.in sex.

30 Sexta differentia ex Gomesio tract. de breuibus, prouisiones simplicis iustitiæ dictas, accipi per impetraotes à Cancellaria Apostolica, vt opus non sit ob illas adire summum Pōtificem, vel ei supplicari; quod verum est, quando impetratio fit per simplices literas sine delegatione, vel commissione: aliter enim Cancellaria non potest alicui committere vel delegare, vt ait Aegid. Bellam. concl.46.at literæ gratiæ à summo Pōtifice impetrantur solum.

31 Septima differentia, q bullæ gratiosæ seu diplomata gratiæ, qualia sunt prouisionum, collationū, cōmendatū, dispensationū, & similium, habent sigillum plumbeum appēsum filis sericeis. Bullę verò, seu diplomata iustitię, habēt sigillū plumbeū appēsum filis canabinis. Proinde literis prouisionū Cōsistorialium, quę expediuntur pro Archiepiscopatib. Episcopatib. Abbatiis Galliæ, laqueus inseritur canabinus, quo appēsa est bulla seu sigillū, eò q illæ collationes nō censentur sū. Pont. liberę in Gallia, sed potius ex iustitia seu necessitate cōcessę: propter Cōcordata Regia & Pōtificalia, quę tesreuant ad prælaturas nominationes, regi: vt liquet ex ti.Cōcor.de regia ad prælaturas nominatione.

32 Octaua differentia, q in literis & bullis gratiosis, nomē sum. Pont. cōcedentis ponitur solū literis capitalib. scriptum in prima linea, vt SIXTVS. At in literis seu rescriptis iustitię & rigoris, sum.Pōt. nomē scriptū, habet primam literam tantum Capitalem, vt Sixtus. Quod factum est pro instructione plumbatorum, qui ex stilo Cancellariæ esse analphabeti, & ignorare debent literas, vel scripturam, vtque ij vidéres lineę primæ distinctionem, cognoscuot quo filo plumbum appendere debeant in oblato rescripto.

33 Ex prędictis porrò mēbris literarum iustitię & gratię, cōponetur aliud genus rescripti, quod mixtum est ex gratia & iustitia, & facilè colligetur tale esse ex superioribus, si, que vtriusq; fuot, rescriptum participet.

34 Possunt & alio modo mixta rescripta dici, rōne potestatis, ea que possūt expediri à potestate seculari & spirituali, à sum.Pōt. p spiritualib. à principe seculari, p tēporalib. quale est rescriptū legitimationis seu restitutionis natalium, in c.per venerabilem, qui fil sint legit.

35 Sunt & negotia quędā, quæ possunt tantū expediri

diri rescripto sum.Pont.ad spiritualem & Ecclesiasticam aduministrationem pertinentia, quibus secularis potestas non potest se immiscere, c. imperium vestrũ 10.dist. quemadmodum & constitutionum aliæ spiritales, aliæ temporales, tota 3.d.distinctæ. Et constitutio secularis inefficax est de reb. iurisdictionis Ecclesiasticæ, c.bene quidem, ca.duo sunt, 95.dist.c.quæ in Ecclesiarum, 7.c.Ecclesia S.Mariæ, de cõstit. c.cũ causa, de sent. & re iud. constitutio Friderici 2.in §.cassa, de statutis & consuetu.coustitut.cassa, de sacrosanct. Eccles.Causæ quædam, quæ sunt fori Ecclesiastici, enumerantur à glo.fi.ad c.cum sit generale, 8. & à gl. ad c.ex tenore, 11. ad verbum, *Ecclesiasticam*, de foro compe. Non possunt etiam personæ Ecclesiasticæ impedire iurisdictionem sęcularem, nec debent de illius causis regulariter cognoscere, paucis exceptis.ca.tenore, 11.de foro compet.

36 Quædam autem communia vtriusq; fori dicuntur quòd de illis vtraq; potestas, & secularis & Pontificia, cognoscere potest, vt in fauorem Ecclesiæ introductũ, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint sub quo maluerint iudice cõuenire.c.cũ sit generale, 8.de for. comp.li.1.ti.2.l.si quis in hoc genus, C.de Episc.& cler.

*Subdiuisio rescriptorum gratiæ & iustitiæ.*

37 Rescripta gratię rursũ subdiuiduntur, in prouisiones beneficiorum Ecclesiasticorum: quæ vacant, & in literas expectatiuas, vt vocant, seu mandata ad beneficia vacatura. Quæ & in secularib. principibus possunt ad officia, & alia beneficia temporalia accommodari. Sunt & rescripta gratiæ dispensationes, indulgentiæ, remissiones, absolutiones.

38 Rescripta quoq; iustitiæ subdiuiduntur, in delegationes, breuia, & alia similia rescripta; quorum aliqua expediuntur sub plumbo cum bulla; quædam sub sigillo Virginis Mariæ; quædam sub sigillo annulli piscatoris; quędam sub simplici signatura, vt in forma rescriptorum (Deo fauente) docebitur. Dicemus autem pauca de singulis, & prius de rescriptis gratię.

## De rescriptis gratiæ ad vacantia beneficia.

### CAPVT III.

### ARGVMENTVM.

1 *Rescriptum gratiæ quid in collatione beneficiorum, & quomodo contineat gratiam.*
2 *Renunciationis admissio quare gratiam habeat.*
3 *In beneficiis successio hæreditaria reprobata.*
4 *Clerici de rebus Ecclesiæ quomodo non disponant.*
5 *Beneficiati æquiparati vsuariis, vel vsufructuariis.*
6 *Beneficij titulus datur ab Episcopo, vel collatore.*
7 *Renunciandi causa legitima.*
8 *Renunciatio beneficij non fit in fauorem coram ordinario, sed coram summo Pontifice.*
9 *Renunciatio cum reseruatione pensionis.*
10 *Beneficia sine diminutione conferenda.*
11 *Pensionis quantitas in renunciatione cuius arbitrio constituatur.*
12 *Translatio prælatorum ex gratia fit.*
13 *Postulatio prælati gratiam habet.*
14 *De rescripto cum clausula*, perinde valere.
15 *De rescripto ad abolendã simoniã à parentib.' pulique nescio, vel infante cõcessam, & de simoniace.*
16 *De tenentibus beneficia, & de beneficio post sex menses collato confirmando.*
17 *De dispensatione irregularitatis.*
18 *De rescripto nouæ prouisionis.*
19 *De prouisione* si neutri. 20 *De prouisione* si nulli.
21 *De differentia duorum proximorum rescriptorum.*
22 *De rescripto subrogationis.*
23 *De rescripto in forma*, dignum.
24 *De rescripto in forma*, rationi congruit.
25 *De rescripto vnionis beneficiorum.*
26 *De rescripto cum clausula*, motu proprio, *& de effectu eius.*
27 *Quando illa clausula deroget iuri publico.*
28 *Quando in præiudicium tertij operetur.*

1 Rescriptum gratię, in beneficiorũ collatione, est, quando sũ.Pont.ad supplicationẽ alicuius, eidẽ cõfert beneficium vacans aut per mortem alterius, aut per renunciationem, in fauorem eius factam, aut aliis modis, nõ habita cõsideratione quòd impetrans sit paup, vel diues, vel nobilis. Et hęc collatio seu impetratio à sum.Pont.obtẽta, gratia dicitur.c. gratia, 7. de rescr.in 6. Gratia dicitur in collatione libera, quæ est, quando is, qui habet potestatem conferendi, spõtè & liberè cõfert, & potest alterũ alteri, idoneum tamẽ, præferre, vt docuimus, li.17.Syntag.c.15.& probatur ex c.relatum, 9.de præb. Collatio gratiam & liberalitatẽ habet, ratione eius cui confertur beneficium: quia ei collator nõ tenebatur conferre, cũ alium posset, si voluisset, eligere. Sic dicimus in tractatione nominatorũ ab Academiis, esse menses quosdã qui relinquuntur liberi ordinariis collatorib. in quib. est locus gratificationi; hoc est, in quib. ex graduatis & idoneis, liberũ est illis quẽ velint eligere, nec tenetur antiquioribus insinuãtib. conferre, §. statuimus, de collat. in Concord. Et quãuis ex parte dãtis vel cõferentis nõ videatur gratia, si cõsideremus ꝙ teneatur alicui cõferre vacans beneficiũ, & intra semestre tẽpus, c.2.& c.quia diuersitatem, 5.de cõcess.preb. & quod nõ possit sibi reseruare seu retinere, c.vt singulę, c.fin.de offi. Archipresbyter.c.vnic.vt Eccles. benef. sine dimi.conf. nec sibi conferre.c.fi.de insti. tamen gratia erit, respectu ꝓuisi, ꝙ ei cõferre non teneretur, quãuis alicui cõferre teneatur. Sicq; cõueniet ei nomen donationis; & collatio libera, rectè donatio dicetur. vt in c.fi. de offi.vic.in 6. c.proposuit, c.quia diuersitatem, c.cum nostris, c.pen. de concess.præb.& c.eam te, de rescr.ibi; *Quia donatio præbendarum ad se expectabat.* Donari videtur quod nullo iure cogente cõceditur, l.donari, 82. de reg.iur. ff.l.donari, 29.donat.l.rem legatam, 18.§.fi. de adimen. lega.l.vnum ex familia, 67.§.1.de lega. 2. & donationis nomen, absolutè loquendo, omnem speciem donationis comprehendit, l.alienum, 67.§.1.de verb.sign.

2 Rescriptum renũciationis admissæ, potissimum in fauorem eius quem elegit renuncians, gratię est; nam hoc ius non cõceditur Episcopis vel aliis titulariis, nisi ex gratia, & ob certas causas iure expressas, in c.nisi cum pridem, de renunciat. Siquidem iure cõmuni Episcopo nõ licet ante finẽ vitæ, in loco suo alium cõstituere successorẽ, nisi cum cõsilio Episcoporum, qui post exitum prędecessoris potestatẽ habẽt dignũ eligendi. in capit. Episcopo, in 1. & 2. sic incipient. 8. qu.1. ex concilio Antioch. capitul. 23. & ex concilio Martini Episco.Bracharensi, ex cõciliis Gręcorum can.8. Si hoc enim permitteretur, fierent hæreditaria beneficia: quod abominatur ius & diuinum & humanum. Atque ideò Moses amicus Dei, de tribu Leui, ab omni suspicione mali alienus, cum potuisset successores principatus sui, filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, non fecit, sed de alia tribu in locum eius electus est, Iesus Naue Iosue, qui de tribu erat Ephraim, vt scribit D. Hier. ad c.1. epistolæ ad Titum, & relatum in c.Moyses, 8.q.1.

3 Et quemadmodum ab intestato successio hæreditaria in beneficiis proximorum reiicitur, & damnatur, c.Apostolica, 8.q.1.c.pręsentium, de filiis presbyt. ita debet per consequens prohiberi testamentaria, vel quasi testamentaria, quæ fit per viam renunciationis, quoniam desideria morientium, ex arbitrio viuentium, non sine iusta ratione colligimus, vt dicunt Leo & Anthemius CC. in l.quoniã.4.de nat. lib.li.5.C. ti.27 & successio intestati nihil aliud est, quàm pro-

uiſio legis in locum definientis voluntatis non expreſsæ:cum lex ſupplet quę veriſimiliter voluiſsẽt defuncti circa diſpoſitionem bonorum ſuorũ,vt proinde teſtamentaria voluntas quæ expreſsa, pręferatur ſucceſſioni inteſtati, quæ eſt ex tacita prouiſionali, l. antiquam,commun.de ſucceſs.C.l.quãdiu, de adqui. hære. ff.Et clerici non poſsunt teſtari de rebus Eccleſiæ ſuæ, imò nec de acquiſitis contemplatione eius, c.cum in officiis, 7.c.quia nos,9.c.1.& 2.de teſtam.lib. 3.ti.29.can.de Syracuſanæ,28.diſt.c. nulli 12.q.5. Auth. licentiam, & auth.prohibitum, C.de Epiſc.& cler.c. pen.& fi.de pecul.cleric.lib.3.tit.25.

4 Nec de reb.Eccleſię ſuę inter viuos diſponere donatione vel alio modo.c.2.de dona.li.3.tit.24. can.ſine exceptione,ca.monemus,12.q.2.c.nulli liceat,5.de reb. Eccl.non alie.lib.3.tit.13.l.iubemus:C.de ſacroſ.Eccleſ. Quòd ſi prohibitum ſit de parte rerum ſuæ Eccleſiæ clerico diſtrahere vel donare, multò magis de tota Eccleſia. Dehinc conſtat clericos titularios Eccleſiarum tantum vſuarios,vel ad ſummum vſufructuarios,c.præſenti.fin.de offi.ordin.in 6.& ibi gloſ.

5 Quare exẽplo vſuariorum vel vſufructuariorũ,de proprietate ſeu titulo beneficij,vel eius in alium tráſlatione,diſpoſitio non erit illis libera conceſsa. Neq; credi poteſt vſusfructus alteri quàm proprietatis domino.§.item finitur,de vſufru.apud Inſt.lib.2. tit.4.l.ſi vſusfructus,66.de iure do.li.23.ff.tit.3.Etſi locari& vẽdi & transferri viuente vſufructuario poſſit commoditas percipiendi fructus,l.1.in finitione, & l.arboribus,12.§.vſufructuarius,de vſufruct.lib.7. ff.tit.1. & c. fin.ne prælat.vices ſuas,&c.lib.5.tit.4.c.2.de fideiuſſo.

6 Accedit,quòd beneficij titulus non poſset dari ex voluntate cedentis,vel renunciantis,quia inſtitutio& deſtitutio beneficiatorum ad ſuperiorem pertinet,vel ad ordinarium Epiſcopum,ſi de minoribus beneficiis, quę prælaturam non habent, vel ad ſum.Pont.ſi de ꝓlaturis agitur,c.cũ &plãtare,§.in Eccleſiis, de priuileg.c.cum ex iniuncto, 12.§.ff. de hære.li.5.ti.7.c.1.& 2. de Capell. mon.nec beneficium ſine legitima inſtitutione poteſt poſſideri; c.beneficium, de reg.iur.in 6. Quamobrem ſi ſuperior admittit renunciationem,ex gratia facit,& reſcriptũ ſum.Pont.ideò gratiá cõfert.

7 Subſunt tamen renunciandi cauſæ legitimæ; quæ probantur,in d c.niſi cum pridem, 10.c.ad ſupplicationem,9.de renuncia.lib. 1.tit.9.verſibus expreſsæ.

*Debilis,ignarus,malè conſcius,irregularis,*

*Quem mala plebs odit,dans ſcandala,cedere poſset.*

Reſpondit & Honor.3.in c.4. de renunciat.non licere beneficia poſſidentib. ea renunciare,aut dimittere, inconſulto ſuperiore Epiſcopo,& in c.fi.eiuſd.tit.non licere Abbati exempto,inconſulto ſum.Pontifice, & in c.1.eiuſdem tituli, quoque denegatur facultas renunciandi Epiſcopo ſeni, à ſum.Pontiſ. quòd adhuc Eccleſiæ,quamuis ſenex,vtilis videretur.

8 Coram ordinario in fauorem non fit renunciatio, ſed ſimplex coram ſum. Pont. in fauorem alicuius & nõ aliàs:& ita reſcriptum impetratũ ab eo ſolo ſuper hoc,gratiam habet.Iure ciuili quoq; non licuit magiſtratui,cui prouincia regenda decreta, ante aduentũ ſucceſsoris prouinciá relinquere vel adminiſtrationẽ eius,cum vtilitas prouinciæ exigat, eſse aliquem,per quẽ negotia ſua ꝓuinciales explicẽt: vt ideò neceſsarium ſit,magiſtratum in aduentum ſucceſsoris ius dicere,Vlp.in l.meminiſse,10.de offi.Procon.& leg.lib.1. ff.ti.16. l.vni.de offi.pręfecti. Auguſtalis,li.1.ff.ti.17.Renouauit hanc conſtitutionem Iuſti.Nou.95.de admin. meminit &Dio Caſſius,li.39.l.vni.§.adminiſtrationem autem,C.vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares,&c.li.1.ti.49.& in eadem l.vni.& d.Nou.95. conſtituti erant 50.dies quibus poſt depoſitam adminiſtrationem remanere debebant iudices in prouincia adminiſtrata, reſponſuri de his quę eis obijcerentur; vt non daret excuſationem diſcedendi à prouincia ante præfinitum tẽpus:vel diuinę vocis copia, vel alterius adminiſtrationis codicilli.Cęterum cum his principẽ diſpenſare poſse ſua iuſſione&reuocatione,ait Iuſtin. in d.Nouella 95.c.1.§.ſi quis. ibi, *Circa noſtrã iuſſionẽ.*

9 Sed&gratiam magis auget,ſi renũciatio fiat &admittatur in fauorẽ alicuius expreſſi, cũ reſeruatione penſionis renuncianti cõceſsa,vt in c.ad ſupplicationẽ,9.de renunc.Inno.3.admittit renunciationẽRaguſienſis Archiepiſcopi Archiepiſcopatus ſui,ad quẽ acceſsus tutus non erat ſine periculo mortis:at ne idem in vituperium miniſterij Eccleſiaſtici, defectũ in reb. tẽporalibus pateretur,quędá illi conceduntur ad ſuſtentationẽ ipſius. Prouidendũ enim ei de beneficio, quẽ non crimen,ſed neceſſitatis cauſa abducit,c.quáuis triſte,7. qu.1.c.2. & 3. de cleri.ægrot.lib.3.ti.6.Néve mendacitas clerici ſit opprobrio Eccleſiæ, c.diaconi, 93.diſt.videndus D.Thomas,2.2.q.185.artic.5.

10 Gratia reſeruationis pẽſionis admiſsę, in eo verſatur, quòd beneficia iure cõmuni debẽt ſine aliqua ſdiminutione&integrè cõferri,&ſine aliquo pacto retẽtionis,c.vni.de Eccleſ.benefi.ſine diminut.confer.li. 3.ti.12.can.ſi quis prębẽdas,1.q.3.neq;diuidi debeant ꝑ viam quotę,c.maiorib.c.cum cauſam,36.& c.vacante, 26.de pręb.Hinc enim propter diminutionẽ ſequitur ſępè,vt nõ ſint qui velint Eccleſias ſuſcipere,c.extirp. 30.c.auaritiæ, 10.de pręb.ſed & in eo gratia,quia ceſſio ſine authoritate ſum.Pont.improbatur cũ pactione,vt aliquid pro ea detur tanquam ſimoniaca,c.4.de pact.c.ſuper eo,de tranſ.c.ad audientiá,2.de reſcript.

11 Penſionis quantitas ex arbitrio ſum. Pont. conſtituitur,ſupplicatione de ea ei porrecta.In Gallia tamẽ ſeruatur,penſionis cõſtitutionẽ in beneficio reſignato,excedere non debere tertiá partem prouentuũ beneficij renunciati:neq; Papá vltra gratiá facere poſſe, vt notauit Coraſius in tractatu ſacerdotiorum 1. parte,c.4.n.6.7.8.ex Reb.tract.de pacif.poſseſs.n.116,& 105.Penſionem poteſt imponere Rom. Pont.interpretes ad c.audientiam,in 2.de reſcr.&ſine cauſa vt ibid. ait Fel.quia in beneficiis habet plenariam poteſtatẽ, c.2.de pręb.in ſex.Cle.1.vt lit.pend.quemadmodum& in aliis quæ ſunt iuris poſitiui, glo.in c.ſi gratioſè,de reſcr.ſed regulariter penſio debet reſtringi, vt tãtum remaneat ei qui beneficium poſſidebit,quo poſſit viuere,iura Epiſcopalia ſoluere, & alia onera ferre,c. extirpandæ, 30. per totum de pręb.d.c.vacante,& c. cũ cauſam,& ibi Panor.& alij de præb.In extrau.Ioa. 22.ſuſcepti, de elect. ſunt penſiones taxatæ vſque ad dimidiam partem fructuum;quæ extrauagans ſeruatur in patria iuris ſcripti,teſte Boerio,quæ.2.niſi pars dimidia ita tenuis eſset,vt nõ ſufficeret victui. Reſeruatio pẽſionis ſolet ob triplicem causá ex pactione à ſum.Pont.non alio,concedi:& in tribus illis caſib. tãtum in Gallia admittitur.Primus,pro bono pacis,quádo beneficiũ eſt litigioſum,c.niſi eſsent,de pręb.Secũdus in reſignatione, ne reſignás magnũ patiatur diſpẽdium,c.ſuper hoc,5.de renũc.& quia remuneratio iuris eſt naturalis,l.ſed & ſi lege,§.conſuluit,de petit. hęred.c.cum in offi.de teſt.3.in permutat.beneficiorũ, ad inæqualitatem ſupplendam,c.ad q.de rer.permut.

12 Tranſlationis prelatorum reſcriptum gratiæ etiá reſcriptum eſt,quando ſum.Pont. Epiſcopo vel alterius generis prelato,relicta propria iá poſseſsa Eccleſia,in aliá ſeſe transferre permittit.Solus quippe ſum. Põt.tráſfert ꝓlatos ex cauſis quas ſuæ conſiderationi reſeruauit.c.1.2.3.4.de tranſl.Epiſc.li.1.ti.8.Illę tamẽ in sũma pertinent ad cõmunem vtilitatem vel neceſſitatẽ,c.mutationes,ſcias frater, & ſeq.7.q.1.alioquin iure cõmuni, Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem non tranſeat per ambitionẽ,nec quiſquá inferioris ordinis clericus,c.Epiſcopus,de loco 7.q.1. ex cõcilio Carthaginenſi,4.c.& rurſ.cõcilio Niceno, can.15. in c.non

oportet,

oportet, ead. 7. q. 1. *Non oportet Episcopum vel reliquos ordines, de ciuitate ad ciuitatem migrare. Non Episcopus, nõ presbyter, nõ diaconus, transeat. Si quis autẽ post definitionẽ sancti & magni cõcilij tale quid agere tẽtauerit, & se huiusmodi negotio mãcipauerit, hoc factum prorsus irritũ ducatur, & Ecclesiæ restituatur cuius fuit Episcopus, aut presbyter, aut diaconus.* Addũtur alię pœnæ in c. peruenit, c. placuit, 17. c. cõstitutũ, 21. can. si quis presbyter, 24. c. Episcopũ de diœcesi, 25. c. ꝓpter eos. 26. eadẽ 7. qu. 1. ex Gregorij epist. 123. lib. 5. Epistolar. ex concilio Carthag. 5. can. 5. ex concilio Antioch. c. 3. ea concilio Chalcedonens. can. 5. traditur & in can. cũ venerabilis, de consuet. nec Abbat. exemptum, ex Abbatia aliò se posse inconsulto summo Pontifice transferre. Et proinde rescriptum, quo id impetrat, gratia erit.

13 Postulationis prælati rescriptum item, *habet gratiam*, si prelatus alicuius Ecclesiæ in prælatum, alterius postulatur, vt eligatur. Nam is eligi sine postulatione non potest iure communi, sed postulari, can. fi. de postul. prel. li. 1. tit 5. Atque idcirco in illa postulatione expectatur superioris iudicium, qui reprobat, vel confirmat ex arbitrio postulationem, c. bonę memoriæ, 4. de postulat. prælator. vide ca. Osius, 61. dist.

14 Aliud rescriptum gratiosum, est in collatione beneficij, quæ fit cum clausula, ex qua nominatur, *perinde valere*: ꝙ impetratur ab eo qui dubitat collationẽ antea sibi per sum. Pont. factam viribus nõ subsistere. Tunc enim Papa ad supplicationẽ ipsius rescribit, vt talis collatio valeat perinde ac si vera & valida collatio fuisset facta, sine prẹiudicio tamen iuris tertiò quæsiti, ante illã impetrationem dictã, *perinde valere*. Nã ea tertio non præiudicat. can. quamuis, de rescr. in sex. Et ita expresse decidit Domini. cons. 11. & 118. Vidẽdus & de hac clausula, *perinde valere*, Ioan. Monach. ad c. fi. de consue. in sex. Marcianus Iurisc. in l. a. de natali. restitue. lib. 40. ff. tit. 11. videtur meminisse de specie huius rescripti in hypothesi restitutionis natalium. *Interdum*, inquit, *& serui nati, ex post facto, iuris interuẽtu ingenui fiunt. Vt ecce si libertinus a principe natalib. suis restitutus fuerit: illis enim vtique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cùm seruus natus esset, hic enim quantũ ad totũ ius pertinet, perinde habetur ac si ingenuus natus esset*, &c. Consentit Modestinus in l. fi. eius tituli, dum ait, *Patrono consentiente, debet libertus ab Imperatore natalibus restitui: & posteà libertinus, qui natalibus restitutus est, perinde habetur ac si ingenuus factus, medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset.*

15 Ad hanc gratiã rescripti *perinde valere*, accedit aliud rescriptũ, ꝙ impetratur & cõceditur à sum. Pont. quãdo cupiditate & simonia parentum, eorum filij vel proximi paruuli & ignotãtes beneficia fuerũt adepti, & posteà ipsi ita prouisi rescientes beneficia dimiserũt omnino, tunc si canonicè in eisdem viuere velint pro magna misericordia in his sustinẽtur, & sic gratiæ rescriptũ, can. quicunq; 1. q. 5. & gratię merito eius rei rescriptũ dicetur, quę ideo cõcedi solet quòd misericordia indigni nõ sint qui alieno vitio laborãt l. legẽ Anastasij, 7. de natur. liber. C. & Vlp. in l. 2. §. in filijs decurionũ, verũ in auo, de decur. lib. 50. ff. tit. 2. refert Papin. respõdisse, *patris notã filios non maculare*, & Callistratus in l. crimen, 26. de pœnis. li. 48. ff. tit. 19. l. sancimus, C. eo. ti. *Crimen*, inquit, *vel pœna paterna nulla maculã filio infligere potest.* Namq; vnusquisq; ex suo admisso, sorti subijcitur; nec alicui criminis successor statuitur, tit. ne vxor pro marit. C. tit. ne filius pro patre, & ferè tota 1. q. 4. *Filius non portabit iniquitatem patris*, &c. Ezechiel. 18. Cũ simoniacè ordinatis non simoniacis potest dispensari, c. de simoniacè ordinatis, 22. de sim. Ignoscitur & ætati, quæ ignorabat quid ageretur à parentibus, vt in c. placuit. 1. q. 4. at ex rigore iuris omninò hoc modo per simoniã prouisi deponũ-

deberent. Sic enim Gregorius in registro ait, c. presbyter si per pecuniã, 3. sub 1. q. 1. *Presbyter, si per pecuniã Ecclesiã obtinuerit, nõ solùm Ecclesia priuetur, sed etiam sacerdotij honore spolietur.* Quia altare, & decimas, & Spiritũ sanctũ emere vel vẽdere, simoniacã esse hęresim, nullus fideliũ ignorat, c. insinuatũ est. 13. de simo. scilicet si ꝑ modũ accusationis de simonia fuerit cõuictus, nõ si per viã exceptionis sit notatus de ea. in c. super his, de accus. cum non oporteat ex sentẽtia siue iusta, siue iniusta pro alio habita, aliũ prægrauari, l. Lucius Titius, 2. §. fi. de his qui notant. infa. li. 3. ff. tit. 2. idẽ in c. 1. de excep. li. 2. ti. 25. si criminib. ad solã exceptionẽ obiectis, testes cõuicti fuerint, vel cõfessi, pœna ordinaria mulctari nõ debent, cũ accusatio in ipsos secundũ iuris ordinẽ nõ ꝓcedat, & sufficit si à testimonio phibẽdo repellãtur, Itẽ, si ꝑ viã inquisitionis quis inueniatur simoniacus, & cõuincatur: tunc priuatur beneficio & ordine, c. dilectus, 30. de simo. li. 5. ti. 3. alijs etiã modis ꝑ rigorẽ iuris simoniacus punitur, vt notatur per glo. in dictis iuribus, c. presbyter, 1. q. 1. in toto ti. de simon.

16 Erit affine rescripto superiori aliud gratiosum, quando sum. Pont. dispensat cũ his qui catholicè quidem ordinati sunt, verumtamen ẽmerũt beneficia. d. c. quicunq; 1. q. 5. Item quando per patientiam toleratur collatio beneficij idoneo quidẽ facta ab ordinario, sed post lapsum sex mensium, qui dantur tantum ex Concilio Lateranensi ad conferendum ordinarijs quibusq; transactis, iure deuoluto potestas transfertur in superiorem, c. licet 3. c. literas, 4. & c. fi. de suppl. neglig. prælat. lib. 1. tit. 10. Quæ patientia de dispensatione Papæ intelligitur, non de patientia seu tolerantia inferiorum, vt not. Pan. in d. c. literas. Possunt namque inferiores, qui superiores sunt ordinario negligẽti, de nouo conferre, postquam collatio facta est ab ordinario post lapsum semestris temporis. d. c. licet, & c. literas, c. nulla, de concess. præb. At ipse superior non potest quod nullum iam fuit, confirmare.

17 Huc etiam pertinet dispensatio irregularitatis eius, qui ex illegitima coniunctione natus, ad Pontificatum promotus est, quia ex illa dispensatione sum. Pont. retinetur ex gratia dignitas & beneficium Episcopatus non iure communi, c. nisi cum pridem, 10. §. personæ verò irregularitas, de renunciatio.

18 Accedit etiam his, *nouæ prouisionis rescriptum*, quę est, quãdo quis obtinuit ab ordinario beneficium tãquã vacãs per mortẽ, aut per renunciationẽ, aut per priuationẽ, aut per mutationẽ, vel alio modo, & tamẽ sibi non videtur titulus sufficiens ad possessionẽ beneficij, nec est securus aduersus omnia dubia quæ moueri possent aduersus prouisionem; ideò adit sum. Pont. & supplicatione porrecta narrat primam collationem, vel prouisionem de qua dubitat; & postulat de nouo sibi conferri beneficium ipsum, in quantum aliquo alio modo, quàm ex quo habet validam collationem, posset dici vacare; cum dispensationibus & derogationib. ad alios vacandi modos, vel ad impedimenta quę possent in præcedente collatione obijci. In hoc enim rescripto sum. Pont. concedens rescriptũ, *per fiat*, nõ cẽsetur annullare vel improbare collationem ordinarij præcedentẽ, sed eã in suo statu relinquit: & nihilominus cẽsetur beneficiũ de nouo cõtulisse in quãtum vacasset, aut dubiũ fuisset in prima ꝓuisione aut nõ. Et hęc est noua cõcessio seu rescriptũ vocatũ, *noua prouisio*, quę prẹsupponit titulum pręcedentẽ, nõ ab ipso Põtifice, sed ab alijs obtẽtũ, & pro confirmatione eius, cuius meminit c. post electionem, de conces. preb. li. 3. ti. 8. reg. Cancell. 62. vbi & gl. latè id explicat, vt Gomes ad reg. de annali posses. q. 2.

19 Prouisio dicta, *si neutri*, ad rescripta gratię ptinet: rescriptũ frequẽtissimũ, & ad beneficia litigiosa, & ad lites ptinẽs, ꝙ postulatur & cõceditur à sũ. Põt. quãdo sũt duo cõtendẽtes de vno beneficio, super quo nul-

lū ius cōpetere cōtendētib. ꝑtenditur:&quo casu, tertius quidā impetrās, qui illud sibi cōcedi postulat, rescriptū à sum. Pont. impetrat cū illa clausula, *Si neutri illorū ius quæsitū fuerit in beneficio pro quo supplicatur.*

10 Quòd si fuerint tres vel plures de vno beneficio cōtendentes, & tertius impetrare velit, in impetratione eius & rescripto apponitur clausula, *si nulli*, vt, *Si nulli cōtendentiū ius fuerit quæsitū, impetrāti cōcedatur.* Vnde & ꝓuisiones istæ dicuntur à clausulis, *Si neutri*, &, *Si nulli*. Quibus illud cōmune ꝙ omitti debet: vt in supplicatione apponatur status litis, seu ꝓcessus negotij, c. inter monasterium, 20. de sent. & re iud. li. 2. tit. 27. quēadmodum & oportet, reliqua omnia exprimi, quæ vel ad concedendum vel negandum possent impellere, vel remorari sum. Pont. Videndus Reb. ad §. volētes, ad verbum, *gratia*, de forma mand. in Concor. Rot. dec. 23. anci. *impetrans*, in nouis. Millius in repertorio, in verb. *gratia*, n. 90.

11 Differunt porrò hęc rescripta, *si neutri, si nulli*, &, *perinde valere*, præter ea q̄ iā monuimus, ꝙ rescriptum *perinde valere*, nō datur sup supplicatione, & nisi literis expeditis: contrarium in gratiis, *si neutri*, &, *si nulli*, vt not. Ioan. Staphilęus de literis gratię. Porrò si quis inquirat quomodo hęc rescripta gratię potius quàm iustitię dicātur, in prōptu erit prior responsio, ꝑ illa beneficia cōcedi, q̄ nō tenetur si nollet sum. Pont. cōferre impetrātib. vt antea docuimus liberas collationes ad rescripta gratię ꝑtinere. Dehinc singulari responsione cōstare dicimus, rescriptum, *perinde valere*, gratiā dare, ꝙ fingat ꝙ nō est, & alioquin iure cōi cōfirmatio alicuius actus simpliciter impetrata à sum. Pont. nō tribuit ius nouum, sed in forma cōmuni impetrata ita demum cōfirmat, si validè fuerat factum id, de quo impetratio petitur, in c. examinata, 7. de cōfirm. vtil. vel inutil. li. 2. ti. 30. Et simplex cōfirmatio innouat ꝙ iā vetustate videbatur obsoletum, non autē nouū dat priuilegiū. in c. cū dilecta, 4. eo. tit. de confir. vtil. vel inut. At in rescripto *perinde valere*, aliud respōdendū. In rescriptis quoq; *si nulli*, &, *si neutri*, gratia videtur ex eo apertè colligi, ꝙ iure cōi litigiosa beneficia cōcedantur, ꝙ non licere cōiter mox docebitur.

12 Aliud est rescriptum gratiæ, *subrogationis* dictū, quādo postulāti se subrogari in ius alterius defuncti, vel alterius nondum defuncti, putà collitigantis de beneficio. subrogatio rescripto conceditur, de quo Fel. in rub. de rescr. n. 6. Iure communi subrogationes factæ in locum mortui decedētis, vel cedētis, lit. pend. qui cōtendebat de beneficio cum alio superstite illo collitigāte fieri nō possunt ab electorib. vel collatoribus ordinariis, donec contra superstitem fuerit lis finita. c. 1. & 2. vt lis pend. nih. innouet. li. 2. Sex. ti. 8. Lite finita porro, si apparuerit mortuum ius habuisse, nō supstitem, fit noua collat. electio vel pręsentatio. gl. in c. fi. per illum tex. vt lit. pend. in 6. Et si quādo fiat collatio, vel electio in mortui, vel cedentis locum, statuit tex. d. c. fi. vt in eodem statu, quo tunc lis est, nō aliter, fiat ꝓuisi subrogatio, vide Cle. 1. vt lit. pend. nihil inno. nec licet lit. pend. regulariter principi supplicare l. 2. vt lit. pend. & c. li. 1. C. ti. 21. l. ex illo tempore, 3. de appell. li. 7. C. ti. 62. & Nouell. 112. in medio litis nō fieri sacras formas, &c. Interest nostra, si lis nobiscum cœpta, duriorem vel potentiorem nobis dari collitigantem, & in necem nostrā plures in lite coire: ideò alienatio rei litigiosæ, aut cessio iure prohibita, l. 1. 2. 3. de litig. li. 44. ff. ti. 6. l. 2. & 4. C. eo. ti. li. 8. tit. 37. Nou. 112. persequuntur rationes Iurisc. in l. 2. 3. pen. & fi. de alie. iudicij mutan. caus. fact. lib. 4. ff. tit. 7. ibiq; & remedia contra has subrogationes litigātium, vt in l. vn. eiusdem ti. li. 2. C. ti. 55. Improbat & has cessiones litigantium, vt redemptiones, vel emptiones litium Greg. 9. in c. fi. de alien. iudi. mutan. caus. fact. li. 1. tit. 42. accedit l. 12. C. ne liceat potentioribus, lib. 2. C. ti. 14. iuncto titu. seq. 15. de his qui potentiorum nomine, &c. Quocirca principis, Pontificis decretum necessarium est, vt quis impetret ius quod sub iudice disputatur, & principis quoq; secularis literæ requiruntur, in subrogationib. rerum cōtrouersarum, ad purgandum vitium litigij. vt scribit Imbertus in Enchiridio. Adde quod durum est, cum plurib. litigare. l. iustissimè, 44. de ædi. edi. li. 21. ff. tit. 1. l. ne in plures; de executor. act. ff. Datur & hoc rescriptum subrogationis interdum, pro alio quàm collitigante ad beneficium, ex regula Alex. 6. rub. de subrogatio. scribit & Reb. ad §. declarantes, ad verb. *successores*, de mand. in Conc.

23 Est rescriptum in forma, *dignum arbitramur*, frequens ad gratiā relatum, vt aliæ prouisiones beneficiorū, quādo sum. Pont. facit gratiā alicui de beneficio vacāte, vel vacaturo, cū clausula cōmissionis factę alicui, vt si impetrans ab eo inuentus fuerit idoneus, eidē prouideatur. Et de hoc rescripto meminit Cl. vni. de offi. & potest. iudi. deleg. ibi: *Executores ad prouidendum aliquibus, si per inquisitionem solertem eos esse vita laudabilis & conuersationis honestæ reppererint, a sede Apostolica deputati, aliis possint cōmittere licitè vices suas.* Adde probationes etiā in Cle. 1. de conces. pręb. c. fi. de præsump. lib. 2. tit. 23. c. cum adeo, 17. de rescr. c. accepimus, 13. de ęta. & qual. li. 1. ti. 14. vbi clausula, *si ordinatus pro quo scribitur non sit beneficio Ecclesiastico indignus.* Coras. & Reb. dicūt hāc formā in Gallia abrogatam, ꝙ quidē verum, sed cōcilium Trid. statuit nullam ferè prouisionem beneficij dari solitā nisi sub hac forma.

24 Rescriptum in forma *Rationi congruit*, rescriptis gratię annectitur, quod est quando beneficium, vel aliud quidpiam fuit impetratū à sum. Pont. qui mortuus est antequā sint bullę seu diplomata expedita, & (vt dicunt) non habitis vel leuatis bullis: nā tunc impetrantur bullæ à successore in Pontificatu, vel eo mortuo à proximè immediato, vel ab aliis succedentibus, cum hac formula vel clausula, *Rationi congruit & cōuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia, seu benignitate in prosequendo iusta desideria petentium processerunt, licet superueniēte eius obitu Apostolica super illis literæ confectæ nō fuerūt, suū plenū consequantur effectum*, &c. vt in 8. regula Cancellar. Paul. 3. cuius formam explicat plenè Rebuffus in praxi beneficiorum, dum agit ex professo de hoc rescripto, vbi & docetur hāc formam nihil addere noui, prouisioni præmortui sum. Pōt. sed tantū omissa in ea exhibere, & validare factū, prout antea factū extitit, nō etiā si inutiliter cōfessio facta fuisset, in quo hoc rescriptū *Rationi congruit*, differt à rescripto, *Perinde valere.* Notatur in explicatione gl. c. literis, 39. iūcto textu, de rescr. honestum esse, & debere sum. Pont. successorem, prædecessoris sui gratiam ad effectum perducere. Receptū antē est prouisionē, bullā, seu rescriptum in forma *Rationi cōgruit*, expediri posse per successorē Pōtificē, quāuis etiam bulla fuerit expedita ꝑ ꝑdecessorē concedentē, si quādo quæstio sit de reformatione bullæ cōcessæ, vel si in eius expeditione quippiā fuerit peccatū. Si tamen à prædecessore semel fuerit bulla cōcessa, expedita & leuata, nō poterit à successore expediri, vt ei aliquid addatur, vel vt amplior fiat, alioquin si fiat, postrema eius generis bullę expeditio nulla reputatur, vt not. idē Reb. in praxi. in c. de gratia, *Rationi congruit*, n. 22. 23. 24. 25. Obseruandū hic erit tēpus, intra ꝙ sub hac forma, *Rationi congruit*, rescripta solent expediri. quod est tantum sex mensium computandorum à coronatione successoris pręmortui concedentis sum. Pont. ex statuto Clem. Papæ 7.

25 Vnionis beneficiorū rescriptum, quòd à sum. Pōt. impetratur, inter rescripta gratię cōnumeratur, si de maiorib. beneficiis prælaturisque agatur, quorū vnio ad solū sū. Pont. pertinet. c. sicut vnire, 8. de excess. pręlat. lib. 5. titul. 31. cap. & temporis qualitas, 16. quæst. 1.

possunt

posśint & inferiora beneficia ex certis causis vnire Episcopi in suis diœcesibus, tanquam sedis Apostolicæ in hac parte delegati, in concilio Trident. sess. 21.c.5.& sess.14.c.13.& sess.14.c.9. & in con. Later.sub Leon.10.sess.9.de ref.cur.

26 Motu ꝓprio rescriptũ cõcessum gratię est quoq; quod dicitur cõcedi à sum. Põt.vel à principe seculari, *ex motu eius animi ꝓprio*, seu *ex certa sciẽtia*, vel *ex ꝓprio iudicio*, cũ nullo desiderãte seu petẽte, quippiã cõceditur p rescriptum. Et ꝓinde maioris cẽsetur efficacię cęteris rescriptis, q̃ vt plerumq; ex importunitate petentiũ extorquentur, & nulla ideò efficiũtur, l.1.de peti.bon.subl.li.10. C.ti.12. Quãobrem, si quando ad petitionẽ vel supplicationem alicuius, rescribatur *motu ꝓprio*, p̃sumitur importunitas, nisi ex integro, vtq̃ue cum vulgo loquar, *ad lõgũ*, supplicatio inseratur bullę de ea factę. Idcirco clausula, *motu ꝓprio*, ibi. apposita, nõ plus operatur q̃ verbũ simplex *fiat*: vel, *fiat vt petitur*: per c.si motu ꝓprio,& c.si plurib.de præb. in 6. Sũt & casus, in quib. cũ petitio in rescripto p̃cedit, nõ magis habetur ratio clausulę *motus ꝓprij*, q̃ clausulę *fiat*: vt not.Dec.Alex.Ias.& alij interpret. ad l.3.ꝙ quisq; iur.in ff. Quocirca aliquando sup̃flua erit clausula, *motu ꝓprio*: in rescriptis. Archi.ad d.c.si motu ꝓprio, notat, neminem alium q̃ sum.Põt.vti posse clausula *motu ꝓprio*: quia neq; in iure Põtificio, vbicunq; fit mẽtio motus ꝓprij, fit de alio q̃ de sum. Pont.sermo, vt & not.gl.antiq ad §.item ꝙ vniuersitates, de coll. in Prag.sanct. vt inclusio vnius excludere videatur alios, iuxta c.nõne benedicimus.de p̃sump.l.cũ prętor, 10.de ind.in ff. ꝓinde neq; legatus sum. Pont.etiam à latere hac clausula vti poterit, quia nec eius authoritas par & ęqualis est potestati sum.Pont.d.c.si motu ꝓprio,&Cle.si Roman.de pręb. c.fi.de offi.leg. in 6.& Cle.fi.de offi.ord.q̃ sentẽtia iure magis recepta & cõprobata mihi videtur, q̃ Reb. qui in tract. de forma mand.19.effectu, contrariũ de leg.respondit. Cum tamen potestas legati delegata sit & extraordinaria:& ideò potius restringenda, q̃ ad potestatẽ, clausulę, *motus ꝓprij*, extendenda, vt ait gl.ad Cle.fi.de offi.ord.ad verb.*nolumus*. Pan. ad c.si quis cõtra, de for.compet. Nos verò extendemus illã potestatem, ad principes etiã seculares, qui superiorem nõ habent, vt possint vti illa clausula *motu proprio*, vel *ex proprio iudicio*, vt in l.1.de petitio.bono.subla li.19.C.in Imperat. & in rege Gallię, dummodò is & alij similes disponant de reb.& ꝑsonis sibi subditis, non aliter.c.per venerabilem, qui filij sint legitimi. Subinde iudicare vel agere quippiã motu proprio: refert potestatem absolutam & supremam vt tantum id liceat principibus sui iuris & potestatis dicere, *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione volũtas*.

27 Motus ꝓprij clausula videtur quodãmodo derogare iuri publico, cũ ꝓfertur ea mente ab eo qui derogare potest, ita ea potestas Imperatoria vel sũ.Pont. tantũ est.l.1.& fi.de legib. Cęteri ius scriptum sequi tenẽtur, qui nõ possũt suo sensu iudicare, c.1.de constit. l.nemo, de sent.& interloc. om.iud.C. Scitu igitur nec indignum, in rescriptis, quib.iuri cõmuni derogatur, non censeri derogatum per illã clausulam *motu proprio*, nisi expresse etiam ea derogatio fiat, secundum Pan.ad c.quia circa, de consang.& offi. gl. ad Cle.per literas, de præb.neque credendum est principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbis, totam obseruationem legũ multis vigiliis excogitatam & inuentam, velle euerti.vt ait Iustin.in l.si quando, 35. de inoff.test.li.3.C. tit. 28. nec verbis generalibus princeps censetur cõcessisse quod est iniquum, in l.pen.C.de manda.princ. vel legibus vetitum. tit.si contra ius vel vtilit.pub.C.

28 Quemadmodum nec p̃dicta clausula *motu ꝓprio*, proderit impetranti, nisi expresse dicatur, si sit in p̃iudiciũ tertij, secũdũ Pan.ad c.causã, 2.q.2.de test.quia verisimile nõ est principẽ voluisse in p̃iudicium tertij rescribere.c.q̃uis, de resc.in sex.gl.ad c.cũ olim, de cõsue. Iusti.hoc etiã statuit reuci rescriptũ, nisi secunda iussio principis admoniti de eadẽ re interuenerit, voluit in Nou.133.vt nulli iud.lic.haber.loc.serua.c.6.seu §.& hoc verò iubemus obseruari. *Si, inquit, ad læsionem fisci in iussione rescriptis est, nihil super ea agi volumus omnino; nũciari verò nobis primũ, vt secũda nostra fiat de hoc iussio.* Sic & gl.in Cle.literas, & Cle.si.Roma.Põtifex, de pręb.clausulã *motus ꝓprij*, nõ auferre ius tertij, nec ampliare gratiã, vidẽdus Gab.de Clausulis, cõclusio.2.

## De rescriptis gratiæ ad beneficia vacatura, seu de literis expectatiuis, & mandatis Apostolicis.

### Capvt IV.

### Argvmentvm.

1 *De diuersis ad beneficia antiquorum literis, monitoriis, præceptoriis, executoriis. & quales essent.*
2 *Quo ordine prædicta literæ concederentur.*
3 *Mandatorum in locum literarum successio.*
4 *Quæ beneficia vacantia debeantur mandatariis in vim mandati.*
5 *Mandato seculari clerico concesso, non continentur regularia beneficia, & contrà.*
6 *Reseruata beneficia non continentur sub mandato.*
7 *Mandatum de prouidendo regulari intelligitur de beneficio eius enim est ordinis.*
8 *Litigiosa beneficia non veniunt sub mandato.*
9 *Nec vnita, vel ad mensã pertinentia, quæ vacare non dicũtur.* 10 *Nec suppressa* 11 *Nec expressa reseruata.*
12 *Nec ea quorum impetrans est incapax, quod pluribus modis accedere docetur.*
13 *Nec vacantia ex causa permutationis.*
14 *Nec collata absenti, nisi vacent per renunciationem simplicem.* 15 *Nec vnita Episcopali dignitati.*
16 *Nec debita iure regularum.*
17 *Nec debita ad præsentationem laici.*
18 *Nec quæ propriè non dicuntur beneficia.*
19 *Non præbenda indistincta.*
20 *Nõ beneficia de nouo creata.* 21 *Nõ q̃ optioni subdita.*
22 *Mandatum capitulo directum, non pertinet ad beneficia Episcop. vt nec directũ Episcopo ad beneficia Capituli.* 23 *Non continentur etiam mãdato eleẽmosyna.*
24 *Non officia per laicos teneri solita.*
25 *Nec in Gallia beneficia vacantia intra mensem.*
26 *Mensis quomodo computandus.*
27 *Gratia intra ꝙ tempus purificanda coram ordinariis.*
28 *Quot mandatis in Gallia grauari possit Ecclesia.*
29 *Collator ordinarius non potest grauari mandato, si nõ habeat decem beneficia ad suam collationem pertinentia ex iure Gallia.*

1 Gratiã maiorem habent quàm superiorẽ, ea rescripta quæ ad vacatura beneficia impetrãtur obtinenda, quorum literæ erant anteà dictę expectatiuæ, & illæ triplicis generis: monitoriæ, præceptorię, & executorię. Monitorię erant quibus sum. Pont. monebat ordinarios collatores, ad quos scribebat, veluti Episcopos, Archiepiscopos, & similes, vt conferrent iis, pro quibus scribebat beneficia, si quę tunc vacarent, vel posteà vacatura, ad illorum collationem pertinẽtia. Præceptoriæ erant, quibus percipiebat sum. Pontifex iisdem ordinariis, ad quos anteà monitorias direxerat, vel aliis, vt conferrent beneficium vacans vel vacaturum, si tunc nullum vacaret, impetranti. Executoriæ erant, quib.sum.Pont.mandabat executorib, per literas seu rescriptum datis, vt ordinarios collatores cogerent ad conferendum ei qui talem impetrauerat gratiam expectatiuam, beneficium ꝙ tunc vacabat in aliqua Ecclesia vel Capitulo; vel si tũc nullũ vacaret, proximo vacaturũ. De tribus his literarũ & rescriptorum speciebus tractãt, c.eam te, c.cõstitutus, 19.c.literis, 39.c.ex insinuatione, 37. c. Capitulum Sa-

& Crucis,30.sub tit.de rescr.De effectu verò harum literarum agit Bonifa.8.in c.si soli,6.de côces. præb.in Sex.Literæ hæ sunt veluti prceludia & inconabula mãdatorum Apostolicor.quib. hodie vtimur, omissis vel antiquatis prædictis literis veluti minus efficacibus. At vt naturam cuiusque & vim accuratius intelligamus, pauca de singulis subnectemus, quæ sufficere nihilominus videantur, pro luculenta rescriptorum ad futura beneficia vacantia explanatione.

2 Fuit olim sedis Apostolicę in mandatis ad vacatura beneficia côcedendis côsuetudo,vt primum daret mandatario impetrãti literas monitorias directas ordinario collatori:deinde post illas, præceptorias,& si nihil actũ p illas,daret executorias:ordoq; frequẽtior erat,vt nõ prius darẽtur executoriç, q̃ datæ fuissent monitoriæ & pceptoriç,d.c.ex insinuatione Episcopi, 37.de rescr.ibiq; not.gl.fi.in c. Capitulũ S.Crucis,eios tituli,de gratia&pter ordinem iuris cõmunis, executorias primo loco fuisse à sum.Pont.impetratas,& côcessas. Hodie porrò ordo concessionis prædictarum nõ seruatur in mandatis Apostolicis, nisi quandoq; in literis quæ scribuntur, super receptione monialium, vt notant Io.And.& Pan.ad d.c.ex insinuatione siquidem sæpe pperam literç illæ impetrabantur.Nã olim non obstantib.pdictis literis,ordinarij quib.scriptum erat conferebant beneficia alus quàm expectantibus p quib.scriptum erat. Neq; illarum pſentatio manus ordinariorũ ita ligabat,vt in contrarium facta collatio,ideò irrita vel nulla esset,pterquàm in trib.casib. de quibus in c.si soli,6.de conces.præb.in 6.Primus si expectans, ante collationem ordinarij in Ecclesia;in qua expectabat beneficiũ,fuisset iam creatus canonicus,c.si postq̃,15.de præb.in 6.c.duobus, 14. de rescr.in 6. Secundus quando erat in literis apposita clausula decreti irritantis collationem,in contrarium mandati alij.qoàm impetranti factam,c.1.de conces. præb.in 6. Tertius quando executor literis datus , inhibuerat collatori ordinario,ne alij conferret , priusq̃ pvisum fuisset expectanti,quo casu executor, in vnum rescripti,suę collationi vacatorum beneficium reseruabat, dict.c.si soli.de conces.præb.c.ubi qui,de rescript.in 6.

3 Successit in locum harũ literarum,vsus mandatorũ,quib. nõ seruato ordine literarum monitoriarum, pceptoriarum,aot executoriarũ,sum.Pont.iure pprio & speciali,mãdant ordinariis collatorib.vt côferãt beneficium mãdatario impetrãti primò vacaturũ, atq; tribuunt executorib. datis in mandato, potestatẽ côferẽdi, si ordinarij recusent vel negligãt post pſentationẽ mãdati legitimè & suo tẽpore factã,c.si Apostolicæ sedis legatos, 22. de præb.in 6.c.si Capitulo,5.de concess.præb.in 6.vbi&ex sola præsentatione rescripti huius beneficium vacatnrum est ita affectum impetranti,vt alij non possit efficaciter conferri.

*Quæ beneficia debeantur vacantia in vim mandati.*

4 Beneficia cuiuscunq; generis sint primò vacãtia, sub mãdato continentur ad collationẽ ordinarij, cui mãdatum dirigitur,pertinentia, nisi sint certo aliquo modo excepta,c.mãdatum, 38.de rescr.interpretes ad can.dilectus,17.de præb.Mãdata quippè&dari posſũt ad dignitates tãtum,aut canonicatus,c.execut. & c.si soli,de conces.præb.in 6.In Gallia tamẽ nõ valeret hoc mãdatum,nisi esset generale ad omnia beneficia,propter formã mãdati præscriptã inCôcordatis, ti.de form. mand.Viden.& Reb.in 1.parte tract.benef.ti.de claus. & mand.nu. 29. nec valere mandatum ad vnum vel certum beneficium , iudicatum in Senatu Parisien. refert Rhapso.arestor.lib.1.tit.6.arest.1.

5 Excepta porrò beneficia quæ annotare operæpretium duco, & primum dicimus q̃ sub mãdato clerici secularis,côtinetur tantũ beneficium illi côueniens, nempe seculare,non etiam regulare: q̃ ideò exceptũ dicitur,vt côtra,sub mãdato impetrato à regulari, regulare non seculare beneficium continetur,nisi in literis aliud caueatur expressè, c.cum de beneficio,de præb.in sex Pan.ad c.si postq̃,eo.ti.6.volumus,de collat.inConcor.quia iuris cômunis dispositio est, regularia regolaribus,secularia secularib. beneficia conferenda esse,nec secularis in Abbatem vel Priorẽ regularem,& nisi Monachos professus eligi potest, c.cũ ad nostram,37.c.officij,18. de elec.Nec contrà regularis in beneficiatum secularem, sine dispensatione,vtilitatéque vrgente,vt tractatur fusè per gl.in dict.c.officij, & per textum in ca. quod Dei timorem.5.iuncta gl.ad verba,*Ecclesiarum parochialium regimen*, de statu Monac.lib.3.ti.35.c.per tuas nobis,10. & ibi gl.fi.de voto,3.tit.34.& nisi in Episcopum eligatur, vt prædictæ notant gl.& in c.statutum,18.q.1.c.1.& 2.58.dist.Et ratio harum distinctionum proponitur in d.can.cum causam,quòd secundom legem diuinam,Deutero.ca. 22.non sit arandum in boue & asino ; neque quisquã debeat induere vestem lana linoque contextam : id est,quia diuersæ professionis homines non sint in vno officio sociandi,c.in nona actione,16.qu.7.Idipsum & in concilio Tridentino statutum sessio.14.de reformati.c.10. Regularibus deinceps redeundi ad sæculum præclusa via,in c.Monachum, 20.q.1.ex concilio Toleť.4.c.48. nec poterat clericus sæcularis eligi in Abbatem,in c.48.presbyteros,16.qu.1.quamuis in nouerit regulam,quia illud non sufficit,cum nõ fuerit expertus eã exequi, in quo maximè vis probationis monachismi & ordinis,& in gestatione vestis,côsistit,vt not. ibi gl.ad verbum,*Abbates*:& graue est inexpertos hominum sociari obsequijs, qua ratione & antequam tonsureutur,biennium probationis exigitur,in cap.6. Monasteriis,19.q.3.c.Gonsald.7.q.2.alibi annus.

6 Secundo loco beneficiũ generaliter vel specialiter reseruatum , non comprehenditur sub mandato vel gratia expectatiua.Rom.cons.342. Aufrer.in dec. Capellæ Tholos.434. Huius tamen causæ ratio non haberetur in Gallia, in his in quibus reseruationes, pec Concordata sunt antiquatæ: quemadmodum & Extrauag. execrabilis de præb. in Extrau.Io.22.in suis reseruationib.statuit.Reseruationes etiam qoodammodo sunt odiosæ in duobus, & quod per eas datur via ad vacatura beneficia : & quia præiudicant ordinatiæ potestati,& proinde restringendæ, vt not.gl.ad c. præsenti,3.ad verba,*finitur legatio*.de offi.leg.lib.1.Sex. ti.15.Non admittunt etiam Germani reseruationes.vt ait Reb.ad reg.4. Cancell.in prax. beneficio , & ante Panor.n.4.& Dec.n.1.ad c.5.de elec.Cassio.dec. vni.de pac.incip.*Concordata Germaniæ*.Hoc priuilegium habuerunt Galli à Leone 10. ann. 1516. Germani à Nicolao 5.ex concessione firmata eius nomine inter Iohan. Diaconũ,Cardin.legatũ tunc in German. & Frideric. Imperatorẽ,&alios Germaniæ principes:quod firmauit ipse Nicolaus 5.ann Dom.1447.14.Kal.April.Vide Iacobum Simonetũ tractatu reseruа.beneficiorũ, q.1.

7 Tertiò personis religiosis,& regulam aliquã professis,mandatum de côferẽdo beneficio, intelligitur tantum continere beneficia eius ordinis & regulæ, q̃ impetrans professus fuit,non alterius, ne dispar regulæ obseruantia, & dissimilis habitus scandalum & côfusionem generet. vt notatur in c. Deus qui Ecclesiã,11.de vit.& honest.cleri.li.3.ti.1. Cle.1.de elec c.4.q̃ Deo pari,33.qu.5. Probat & hoc constitutio Regia,de mandatis,art.6. Prohibet ius commune beneficia vel Prioratus : vel administrationes Ecclesiæ, seu monasterij alicuius concedi alterius monasterij hominib. absq;sum.Pont.licentia,c.cũ singula,32.5. prohibemus de præb.in 6. Neque in Ecclesia regulari potest Episcopus Canonicos seculares ponere , sed debent monasteria ex eisdem ordinis hominibus reformari, si inueniri possint ; sin minus tunc ex aliis ordinibus suppleri per legitimum superiorem neglĩgẽtia & defectus

defectus poterit, & his deficientibus, ex laicis, ca. inter quatuor, 5. de religios. domi. lib. 3. ti. 36. c. fi. de stat. monachor. lib. 3 tit 35. in c. relatum est, 7. ne cleri. vel monach. secul. neg. se immisc. lib. 3. tit. 50.

8 Quartò non veniunt sub mandato, beneficia litigiosa. Quare si post impetratum mádatum, vnus ex colitigantib. de beneficio moriatur, mandatarius non tenetur acceptare beneficium litigiosum; quia verè non intelligitur vacare lite introducta, & altero ex colitigantibus superstite: § 1. de manda. Apostol. in Concorda. nam vt diximus, in eo casu, quo vnus ex colitigantibus moritur, alius non potest iure ordinario subrogari, c. 1. & 2. vt lite pen. nihil innoue. li 2. sex. ti. 8. & idem statutum in concilio Viennensi à Clem. 5. in Cle. prima eodem tit. vt lite pen. lib. 2. Cle. tit. 4. Et regulare est, lite pendente alioquin supplicare non licere principi, vt anteà in rescripto subrogationis docuimus, nisi forsan mandatum fuisset impetratum ante litem de beneficio cœptam, & quo tempore eius acceptandi competebat impetranti, vt colligi potest ex Cle. 1. vt lite pen.

9 Quintò non continentur mandato beneficia vnita ex iusta causa ab ordinariis ante vacationem, vt notat Collectaneus ad c. constitutus, col. 4. de rescri. vnio quippè facit vnius vnius beneficij extinctionem, & ex duobus vnum, ea & temporis qualitas, §. sicut. 16. qu. 1. idq; in Episcopatib. facit authoritas Papę: in aliis, Episcopi locorum, c. sicut vnire, 8 de excess. præl. li. 5. ti. 31. c. 2. de relig. domib. lib. 3. ti. 36. vbi summus Pontifex vnit Ecclesiam, alterius diœceseos Ecclesiæ, sine prę iudicio tamen iurium Episcupalium, quæ debebantur Episcopo Ecclesię vnitæ, quæ per vnionem non transferuntur in Episcopú loci cuius erat Ecclesia cui alia vnita est. Veruntamen nihillominùs est, ex duabus Ecclesiis vnam fieri, nec in posterum diuidi collationem, nisi diuisa vnione, vt docet ea. 1. eundẽ glo. ad verbum *vniendo*. ne se de vac. lib. 3 tit. 9. Et proinde in vnita Ecclesia separatim, non datur vacatio, neque per consequens collatio separata: ná collatio fit nisi vacauerint beneficia, c. 2. de cóceß. pręb. Quamobrem in concilio Viennensi, Clemens 5. improbauit collationem beneficiorum, quæ ad mensam Abbatum spectabant, & data erant regenda clericis, quibus mortuis aliis conferebant, cùm tamen inquit verè vacare non dicantur ita vnita. in Clem. vnic. §. quidam etiam Ecclesias, de excess. præl li. 5 Cle. 6. neque qui possident vel administrant quæ pertinent ad mensam, tanquam titulares habentur, c. 1 de rescr. in Cle. neque beneficia vnita mensæ veniunt in statutum concilij Lateranensis, quo iubentur beneficia conferri vacantia, intra sex mẽses quia non censentur vacare. in Cle. vni. de supplen. negl. g. præl. lib. 1. tit. 5.

10 Eodem modo, dignitas vel beneficium, si tollantur ab Ecclesia vel supprimantur, vel si extinguátur, per statutum capituli confirmatum per summum Pontificem non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutú fuerit reuocatum, cùm accessissent, 8 de constit. lib. 1 tit. 2. Et proinde non veniunt hæc beneficia sub rescripto mandati, vt expressè notauit gl. fi. Clem. fi. de rescr. illud prorogabimus generaliter ad beneficia, quæ per cessionem vel decessum possessorum supprimi debent, quia esse desinunt, & quod non est, debetur, nec habet qualitates e dilecto. de præb. ca. ad dissoluendum, de sponsa. impub l eius qui in prouincia, de reb. cred ff.

11 Cæterùm beneficium expressè reseruatum non poterit vniri in præiudicium expectantis, attamen si facta fuerit vnio, valebit, sed locum non habebit, nisi post expectantis mortem, vel priuationem. Rot. decis. 6 tit. de reb. Eccl. non alie inci. *Nota quod beneficium*, in nou. Rebuf in prax. benef tit. de vnio. num 31. præterquam si à legato fieret vnio, qui reseruata vnire non potest; prohibente Extr. aug. Benedicti, incip. *Dudum felicis*.

12 Sextò, non cótinentur beneficia sub mandato, quorú capax ex sua persona non est mandatarius, cuius casus plura dari possunt exépla. veluti si summus Pótifex gratiá de beneficio cósequendo cóceßerit habenti beneficium. Ná tunc gratia intelligenda: vt si voluerit obtinere vacatú beneficium, relinquat & eiuret quod iam habet, c. gratia, 7. de rescr. in sex & ita assecutione noui beneficij, vacare censentur in curia quæ priùs possidebat, vt obseruatur in curia Romana, sicque etiá statuit Regula Cancellariæ, licet, notata par Archidiaconum, ad c cómissa de elect. & dec. Rot 250. in Antiq. alioquin incapax iure communi quis est sine dispensatione possessionis pluriú beneficiorum, c. cùm singula, de pręb. in sex. c. de multa, de pręb. apud Greg. Aliud Exemplum, si vacauerit beneficium paternum impetrantis mandatú, nam illud tenere non potest, & ideò ei non debetur in vim mandati, c. 2. c. ex transmissa, de filiis presbytero. Item si beneficium vacans non sit eius ordinis cuius est mandatarius, vt diximus paulo anteà: aut agatur si de beneficio curam animarum habente, in cilla murata, cuius curio debet esse gradu insignitus in aliqua famosa Academia, & mandatarius non sit graduatus, iuxta Concordata summi Pontificis & Regis Galiorum in Gallia. Rebuff ad §. declarantes, ad verbum, *Comprehensa*, in 8. casu non comprehensorum benefi. de mand. Apost. in Concor. contra sententiam Boetij decis. 215. incip *Apostolicus*. Et in Synodo Tridentina Archidiaconatus exigit vel doctores aut licétiatos in iure Canonico, vel magistros in Theologia, 24. sessio. c. 12. Decretorum de reformatione. Eadẽ intelliguntur, si non sint impetrantes legitimæ ætatis, quam exigat beneficium quod vacauerit, c. si eo tempore, 9. de rescr. in sex. Si præbenda sit sacerdotalis quæ vacet, & impetrans mandatarius non sit in ea ætate qua sacerdos fieri possit, c. ei cui prouideri mandatur, 29. de præb. in sexto. Omitto similia: in summa enim annotasse sufficiet, gratiá mádati intelligi de beneficiis vacaturis, ad quę consequenda seu possidenda impetrás mádatarius erit idoneus; vtque ei de illis prouideatur, iuxta mandatarij qualitatem idoneam, c. super eo, de rescr. in sex. c. si pro clericis, de pręb. in sext. Vide decis. Rotæ 1. in nouis, & 466. incip. *Nota quod statuta*; in Antiq. facit l. plenum, 12. §. equitij, de vsu & habit. lib. 7. ff. ti. 8. dum enim vsus alicuius rei copiam relinquitur, vsus secundùm qualitatem eius debet intelligi relictus.

13 Septimò non comprehenduntur nec debentur mádatariis beneficia vacantia ex sola causa permutationis faciendæ: quia nec aliis quàm compermutantibus possunt conferri, c. 2. de rer. perm. in sex gl. p. ad cap. 2. de præb. in sex. quia aliis quàm ex ea causa renunciantibus non possunt conferri: non enim aliter nisi cum hac conditione renunciassent, c. vni. eo. ti. in Clem.

14 Quare nec beneficium collatum absenti, etsi ab absente non fuerit acceptatum, & sic in pendenti vacatio sit, non debetur mandatario; quia, quod pertinet ad conferentem absenti, non censeatur ampliùs vacare, cùm alteri non possit illud conferre priusquàm absens recusauerit, vel priusquàm non acceptauerit intra tempus ad acceptandum sibi constitutum, c. si tibi absenti, de præb. in sex. Attamen si beneficium vacat per renunciationem simplicem coram ordinario factam, debetur mandatario Apostol. c. dudum, 14 de præb. in sex. ca. susceptum, de rescr. in sex. c. vni. de rer. permu. in sex.

15 Octauò, casus alius in cap. cùm in Ecclesia, 25. de præb. in sex. si enim in Ecclesia certus sit numerus canonicorú & præbendarum, & consuetudo sit Episcopum, qui est pro tempore, habere vocem in Capitulo tanquá canonicum, licèt canonicus non existat, & vnam præbendam de numeratis sicut vnum ex canonicis consequi. Certum est eum, cui Apostolica authoritate prouideri mandatur de præbenda, nulli alij de iure debita proximò in ipsa Ecclesia vacatura e præbendam, quam per mortem Episcopi vacare contingit, habere non potest sed expectare eum oportere quousq; alia vacet, ne contra prædictam consuetudinem, cui per præfatum man-

datum non intelligitur derogari, futurus Episcopus prębéda careat, & numerū canonicorū costitutus amplietur. Et ratio alia addi potest, quòd ratione connexitatis præbendæ cum Episcopatu non poterat diuidi à dignitate Episcopali, & alij conferri, vt diximus in vnitis. Et idcircò si duo sint impetrantes mandatarij, quorum vnus ad futuram præbendam habet mandatum, alter etsi posterior ad dignitatem; & vacet beneficium, seu dignitas præbendam annexam habens, is qui impetrauit ad dignitatem, præfertur mandatario, etiá anteriori ad præbendá, c. quia sępè dubitatur, 15. de præb. in sexto.

16 Nonò non debetur mandatario beneficium quod vacat, & conferendum est iure regaliorum, vt notat Rufæus in tracta. regaliorum.

17 Decimò, nec mandatariis debantur beneficia vacátia quę pertinent ad præsentationem laici. Ad pręsétationem porrò laici pertinere dicuntur, quę ratione patrimonij habent pręsentationis ius; siue is qui pręsentare debet sit laicus, siue clericus, qui tamē ratione patrimonij habeat præsentationem. Sicque scribit Ioannes Staphilæus, de literis gratiæ, vide quæ scribit Reb. tract. nom. q. 15. n. 2. facit quod notant Doct. ad c. 2. de præb. in sex. beneficia spectátia ad patronos laicos nō dici vacare in curia Romana, ne patroni retrahantur à fundationib. Archidia. ibidē idipsum si præsentatio pertineat ad clericum & laicum, quia gaudet laici priuilegio clericus. Reb. d. q. 15. n. 6. sicuti & vtitur iure eodem, ratione communionis, arg. l. si communem, quemad. serui. amit. ff.

18 Vndecimò rectè dicemus non deberi mandatariis vacantia quæ nō propriè dicuntur beneficia Ecclesiastica, qualia oratoria simplicia, siue sint publica, siue priuata, c. authoritate, de priuilegiis: vicariæ temporales, quę non sunt beneficia, in quo & differunt à perpetuis quę sunt, Cle. vni. de offi. vic. vbi gl. fin. not. in quibus vicariis habent locum disposita de beneficiis, adde c. 3. & fi. de offi. vic. li. 1. tit. 28. vbi & perpetui vicarij possident perpetuò beneficium, & residentiam debent; de aliis & vicariis amobilibus in ca. 12. eo. tit. c. extirp. §. quia verò, de pręb. Et ideò temporales nō dantur in titulum, c. G. perpetuus, de fide instru. alioquin enim duorum vna esset Ecclesia, quod ius non patitur, c. cùm non ignores. 15. de pręb. Eadem dicemus de pensionibus beneficiorum, quæ cum personis extinguuntur, c. ad audientiam, 31. de rescr. c. nisi essent, de pręb. c. quamuis plenissima, 4. eod. ti. in sex. neque beneficij titulum habent, quemadmodū nec Cappellaniæ non spiritualisatæ, vt scribit Ioan. de Selua 3. parte beneficior. q. 57. Nam pia loca tantùm & legata solùm, dicuntur ante approbationem Episcopi, secundùm Felinum, ad c. ex parte, de rescrip. idipsum de hospitalibus, dicemus, si officium tantùm & administrationem habent, nec conferuntur in titulum & habent iniunctam rationum redditionem. Clem. quia cōtingit, §. 1. de religio. domib. Quando porrò inter beneficia annumerentur hospitalia & leprosariæ, vide Reb. in tracta. nominationum, q. 15. nu. 12. Vide de iisdem & de Cappellanis, Monachatu, & similibus quando beneficiorum nomine contineantur, gl. ad c. 2. ad verb. *beneficiis*, de iudiciis, lib. 2. Clem. tit. 1. & in Cle. fin. ad verba *si beneficiorum*, de decimis, lib. 3. tit. 8. & nominatim dictū rescriptum, in c. per literas, 2. de pręb. in Cle. sub mandato non continere hospitalia, eleemosynarias, & similia, nisi Apostolicis literis ita caueretur expressè.

19 Hinc sequitur neque mandato contineri pręben-das Ecclesiæ quæ non fuerunt adhuc distinctæ, quia ante distinctionem, beneficij non assumunt nomen, c. ex parte, 10. de concess. præb. c. constitutus, 19. de rescr. item nec loca continebuntur collegiorum, quæ nō sunt perpetua, sed ad certum tempus concessa studiorum causa, qua nota distinguuntur à beneficiis, quæ sunt perpetua, c. præcepta. 55. dist. ca. de Capell. Monacho.

20 Duodecimò, non continetur beneficium de nouo creatum seu fundatum, post datam literarum, Clem. fi. de rescript. ne retrahantur fundatores à fundatione, metu ne conferantur mandatariis, si scirent illis deberi: vt ibi notat glo. & ita duo concurrere debent coniunctim in beneficio, quod debeatur mandatariis: quòd beneficium fuerit in rerum natura tempore datæ, & quod vacet tempore collationis. Idem intelligendum censet gl. d. Clem. fi. ad verb. *creatum*, si Ecclesia de nouo ædificatur, vt in ca. ad audientiam, de Eccles. ædif. si constituatur noua præbēda, vt in c. dilecto, & c. vacante, de pręb. si noua dignitas, vt in c. cùm olim, de consuetu. non ita si renouatum anteà suppressum sit beneficium. Et ita habebitur ratio temporis datę, vt concessio intelligatur his beneficiis quæ tunc erant, sicuti in emptione, venditæ censentur lapidicinæ, & reseruatæ, quę apparent tūc, non quæ, & posteaquàm venditio facta fuerit, erunt inuentę & apparentes, apud Iabolenum, in l. in lege, 77. de contrah. emp. lib. 18. tit. 1. & qui emit lacum cum decem pedibus terrę circa lacum intelligitur de decem pedib. qui fuerunt tēpore vēditionis, non de aliis, si aqua lacus eos occupauerit, teste Proculo Iurisc. in l. Rutilia, 69. eo. ti. de contrah. empt. Sunt & expectatiua rescripta mandatorum odiosa, & ideò restringuntur interpretatione potiùs quàm extendantur, c. quamuis, de pręben. in sex. Quemadmodum in aliis odiosis placuit, cap. odia, de regul. iur. in sex.

21 Decimotertiò beneficia vacantia, quæ optioni sunt supposita antiquorum, non debentur mandatariis nisi fuerit lapsum optandi tempus, ca. fi. ne consuet. in sex.

22 Decimoquartò non continentur sub mandato beneficia, quę vacare dicuntur in curia Romana, c. 2. de pręb. in sex. nisi forsan potestas conferendi reuersa fuisset ad ordinarium, postquàm per mensem sine collatione vacasset in curia Romana, iuxta ca. statutum, & ibi notata, de pręb. in sex. alioquin beneficia quæ vacant in curia Romana, subiacent reseruationi & collationi solius sum. Pont. ad cap. regimen, de præben. in Extrau. comm.

23 Decimoquintò mandatum Capitulo factum Ecclesiæ alicuius, de prouidendo mandatario de beneficio pertinente ad Capitulum, non comprehendit beneficia quæ à canonicis singulariter cōferantur, ratione cathedrę, vel dignitatis, pręterquàm si dictum fuerit in mandato, vt eidem prouideatur de beneficio cōiunctim vel disiunctim ad Capitulum pertinente, c. fin. de pręb. in sex. Quemadmodum contra, mandatum de beneficio conferendo quod ad collationem alicuius vel pręsentationem singularis personę pertineat, non extenditur ad beneficium quod idem cum alio coniunctim conferre potest. c. cùm in illis, 16. §. fi. de pręb. in sex.

24 Decimosextò, mandata non continentur beneficia electiua, in quibus opus est confirmatione, d. ca. cùm in illis, §. illis. de prębend. in sext. Clement. 1. eod. titul. apud Clement. Si tamen beneficia electiua quidem sint, sed quę non egeant confirmatione, contineri poterunt sub mandato, quia magis collatiua censeantur, videndus Rebuff. in tracta. nominatio. quęstio. 15. num. 25. extat & Rotę 133. incip. *nota quod illi*, in antiq. qua statutum, vt si quando mandetur alicui prouideri de beneficio, quod poterat prouideri de prębenda in Ecclesia collegiata, quamuis ad eam electio faciēda sit, dūmodo illa prębenda non sit dignitas, personatus, vel officium. De quo & videndus Innocen. ad ca. fi. de pręben. Archidia. ad c. cui de nō sacerdotali, eo. ti. in sex & in Cle. 1. eo. ti. Quare & in c. dudum. 14. de pręb. mādatarius cōsequitur in vim mandati prębendam resignatam simpliciter quamuis esset data potestas legato eligēdi quem vellet idoneum ad beneficia in manib. suis libere resignata.

25 Decimoseptimò in decisione Rotę 320. incip. *nota quod vbi est aliquis*, in antiq. resoluitur, gratiá factá clerico, vt possit acceptare beneficiū, dignitatem, vel officiū non continere officium quod laicus consueuit tenere nisi ir-

nisi in gratia nominatim idipsum expressum fuisset, arg.c.par literas,a.de pręb.apud Cle.Not.& Ioan. And. ad c.quia sępè,de preb.in sex.nam in dubio præsumitur, quod clerico ideò facta fuit gratia , vt beneficio & nomine beneficij ei prouideatur,attēto eius statu clericali. Quemadmodum relicto vsufructu mancipiorum vsufructuarius illis debet vti secundùm cōditionem,ordinem & qualitatem eorum:talis enim intentio censetur eius qui concessit vsum , vt ait Vlpian. in l.sed si quid inædificauerit,§.mancipiorum, de vsufr li.7.tit.1.

26 Decimnoctauò,in Gallia occasione Concordatorū inter summum Pontificem,& regem Gallorum transactorū,non debentur mandatariis in vim mandati Apostolici,beneficia quę vacauerint intra mēsem à die præsentationis mandati: siquidem ea tantùm quæ post mēsem à pręsentatione vacauerint , solùmmodò debentur, vt cautum est in forma mandati Apostolici,in prædictis Concordatis,vbi derogatum est iuri antiquo,quò cōtrà, vt occurreretur diutinę beneficiorum vacationi , mandatarius tenebatur acceptare beneficium à die vacationis intra mensem computandum,Clem.vni.de concess. pręb.Mensis porrò in Gallia ille decessus est & definitus, in fauorem ordinariorū collatorum.Quamobrem si velint iuri suo renunciare,possunt & intra illum mensem mandatariis conferre dummodo id non faciant in fraudem nominatorum aut graduatorum,ab Academiis,quę ius hoc habent nominandi;aut in fraudem alterius. Nā tempore debito post mensem vacantia beneficia debētur mandatariis,qui præferuntur graduatis & nominatis,etiam anterioribus,§.declarantes,de mand Apostol. in Concordat. Cæterùm mandatarius iure mandati,si eidem beneficium non conferatur intra mensem, illud acceptare beneficium quod vacauit ante mensem,non tenetur , licèt duret vacatio post mensem,quia vacatio non cōtigit post mensem, quemadmodum exigitur per formam dictam mandati Apostolici inConcordatis descriptam:vbi & id notat Reboff ad verba , *post mensem*. Clausula enim illa , in futurum legem facto constituit, Clem.vni.de concess.præb. in Clem.vt de doli clausula stipulationi iudicatum solui,respōdit Venuleius Iurisc. in l.nouissima, 19. iudica.solui, li.46.ff.tit.7 facit Felin. ad c. constitutus , de constit. Cæterùm extra Galliam alibi,& in Gallia ante Concordata,beneficium debitum erat mandatario etiamsi vacasset ante concessionem mandati, si modò tempore pręsentationis mandati non fuisset collatum.gl ad ea.si postquàm,15.ad verbum. *Vacaturam* , de pręb.in sex.& ibi Perusinus,quia difficilius ius constituitur in Ecclesia vacatura quàm vacante, ca. nulla,de concess præb.ca.dilectus,de pręb.

27 Mensis huius computatio sic initur , vt si exempli gratia, 10.die mensis Februarij pręsentetur rescriptum, finiatur 10 mensis sequentis Martij , & si vacet posteà vndecima die mensis eiusdem Martij , possit acceptari in vim mandati:sicque tutius est iudicare,quàm de momento ad momentum inire computationem mensis, quæ certè solet esse varia in mense definiendo,nisi totidem cuique tribuantur quot in Calendario vulgus legit, vt dispotāt interpretes post gl.ad c.quam sit Ecclesiis,6. ad verbum *mensem*, de elect.in sex li.1.t.6.quemadmodum inter Iurisconsultos in tempore quadrimestri , rei iudicatæ , vel aliis definitis pro vita & duratione actione,disputatum est,an intercalaris dies proficeret,vel nocerèt,vt refert Marcellus Iurisconsultus,in l.in tempore constituto,2.de diuers.& temporalibus.præscript. lib. 44.ff.titul.3. Et ita vt mox dixi computandum mensem monet Rebuff.ad verba.*post mensem*, in forma mandati Apostolici , & ad § præfatique ordinarij, ad verbum, *mensibus*,de collat.in Concordat.

28 Est regula in gratiis beneficiorum,quòd impetrans debet purificare gratiā intra mēsem, alioquin priuatur iure rescripti Cęterùm si quis impediatur per ordinariū ad eā purificādam, si eam post mensem purificauerit,habetur perinde ac si intra mensem purificata fuisset,& retrotrahitur,eo quod non steterit per impetrantem,sic conclusum in decis.Rotę,225 *Nota quod vbi aliquis*, in antiquis.& 164. *Nota quòd vbi non stetit*,in nou.arg.l.iure ciuili,de condit.& demonst. & in l.si quis cautio.ff.

29 Decimononò.iure Gallico Concordatorum, & ex Pragmatica sāctione,collator ordinarius nō potest grauari mandato si nō habeat decem beneficia ad suā collationem pertinentia,ut inferiùs docebimus. Antiquitus etiā collator,qui vnum tantum beneficium suæ collationis habebat,non poterat mandato grauari.& dicebatur collator monoculus,Rota decis.161 in antiq. Videndæ sunt aliæ exceptiones apud Rebuffum , in tractatu nominationum per totam quæst. 5.

## De origine & progressu mandatorum Apostolicorum.

### Capvt V.

### ARGVMENTVM.

1 *De inuentione & progressu mandatorū Apostolicorū.*
2 *Diligentibus Episcopis conseruata authoritas , negligentibus imminuta.*
3 *Remedium contra abusum conferentium beneficia indignis prætermissis dignis.*
4 *Monitoriarum literarum causa & initium.*
5 *De ratione introductionis rescripti in forma cùm secundùm Apostolum pro pauperibus clericis.*
6 *Exceptio contra dictum rescriptum.*
7 *De rescripto in forma communi.*
8 *Quomodo mandata successerint dictis literis.*
9 *Mandatis ad vacatura quis primus vsus & quis postea.*

1 INuentio & vsus mandatorum Apostolicorum paulatim vires accepit & progressu tēporis robur obtinuit causis quibusdam ad id impellētibus , quibus ordinariis collatorib. meritò visum fuit necessitatem.pręter ius cōmune,cōferendi imponere. Ab initio summi Pōtifices in partem solicitudinis oneris Ecclesiastici vocarūt Episcopos,c.ad honorem 4.de author.& vsu pallij li.1.ti.8.can qui se,2.q.6. & quemadmodum solicitudinem cuiq; Episcopo per suam diœcesin omnium Ecclesiarū cōcesserunt,c.omnes basilicę.16.q 7. ca. oblitū,63. dist.c.3 10.q.1.cū simil. Sic & collationē seu institutionē beneficiorū seu beneficiandorum cōcesserunt liberam solis in suo territorio seu Episcopatu,c.1.de capel.mona.c.cùm & plantare,3 §.in Ecclesiis,de priuil. li 5 tl.33. c.cùm ex iniuncto 11.in fi.de hæred.li 5 tit.7.cum simil: quod factum est,vt facilius per partes à pluribus solicitudo curata,regeretur per plures,c.fi.de offi.Archipresbyter. & vt Episcopi idoneos quoque sibi coadiutorē in membris Ecclesiarum eligerent.

2 Quādiu Episcopi diligentes in munere sibi cōmisso fuerūt,singulis cōseruata cuiq; iurisdictio , ne modo interuerteretur,&cōfusio suboriretur in Repub Christiana iuxta c.peruenit.11.q.3. at vbi quidā ordinarij cœperūt à suo munere deflectere, & nō satis gregi suo intēti visi fuerūt,& cōferendi potestate abusi sūt,vel in nō cōferēdo,vel amicos,proximos,vel alios nō idoneos , prætermissis de Ecclesia benemeritis,promouendo ; remedia inuenta sūt,quib.morbi hi in Ecclesia sanarētur. Atque cōtra negligentiā cōferendi, ne diutiùs vacarēt destitutæ pastore Ecclesię deuolutio potestatis conferēdi, ad proximū negligentis superiorē introducta,postquàm intra sex menses nō contulisset ordinarius vel alius cui cōferendi ius esset,ex cōcilio Lateranensi in c.2 §.1.& c. dilectus filius,12.de concess.pręben.cap. de multa,f.r.de pręb.c.licet,de suppl.neglig.prælat.Quod tempus computatur à tempore scientiæ & notitiæ vacationis, & potestatis prouidēdi,in c.quia diuersitatē, de conces.pręb. Semestre quidem , si agatur de beneficiis inferioribus

à prçlaturis: trimestre autem, si agatur de Episcopatib. vel aliis prælaturis vacantib. ex concilio generali, in c. ne pro defectu, de elect.

3 Aduersum verò abusum, quo indigni ad sacerdotia promouebantur, & clerici digni sine beneficio relinquebantur mendicantes propemodum in opprobrium cleri, & contra constitutiones canonicas, quibus nullus poterat ordinari clericus sine titulo alicuius Ecclesiæ, cui adscribebatur, ea qua posset habere vnde honestè ad clerici decus viueret, c.1 2.70.dist.c.videntes, 1.2.q.1.c si qui verò, 30.dist.in primis prospectum est, vt qui in Ecclesia officium haberent, deberent ibidem habere beneficiũ, c.proposuit, ca.dilectus, de filiis presbyt. c. cùm secundùm Apostolum, 16.de præb. impositaque lex Episcopis, ne possent quẽquam ordinare, nisi quem scirent habere vnde viueret, & cum titulo, vel si ordinasset sine titulo & egenos, eos teneretur alere donec eis de beneficio aliquo Ecclesiastico prouidisset, c.5. & 4 de prçb. Quod & renouauit edicto solenni Carolus 9. Rex Galliarum in constitutionib. comitiorum Aureliæ habitorum, anno Domini 1560. art. 13. & in concilio Tridentino sess. 21. c. 2. decreti de reformatione. facit ca. neminem, ca. sanctorum, 70. dist. c. fi. de rescr. in sex. Constitutio Alexandri in concilio Lateran. par. 1. c. 5.

4 Cùm autẽ nec Ecclesiarum prçlati his constitutionibus mouerentur, & conquererentur clerici apud summum Pontificem, cœperunt summi Pontifices vti monitione, atque tunc primùm cœperunt rescripto monitorio, seu literis monitoriis in gratiam conquerentium clericorum idoneorum Ecclesiasticis muneribus, excitare Episcoporum negligentiam, & cùm monitorias contemnerent, addiderunt præceptorias: & rursum his etiam contemptis, executorias: de quibus anteà diximus.

5 Atque in gratiam clericorum pauperũ rescripta inuẽta sunt, quç ideò in fauorẽ, seu in forma pauperũ dicantur, & secundùm formã, c. cùm secundũ Apostolum, de prçb. quia dignũ sit, vt qui altari seruit, de altari viuat. Ne etiã qui diuino ministerio adscripti sunt, cogãtur cũ ordinis dedecore mẽdicare; aut sordidum aliquẽ quçstum exercere, cano. diaconi sunt, 93. dist. Rescripto illo in forma pauperũ, mandabatur ordinariis, vt cõferrẽt beneficium aliquod pauperi cuipiã in rescripto nominato iuxta suæ probitatis merita, vt in c. si pro clericis, 8. c si pauper, 30. de prçb. in sex. Et huius formç rescriptũ dictũ est etiã rescriptũ iustitiç, respectu Episcoporũ cui nõ poterãt restagari, etiã prçtextu ignorantiæ clerici: quẽ enim semel approbarãt ad sacros ordines, & presbyteratũ idoneũ, indignũ dicere nõ licebat beneficio aliquo, nisi forsã postquàm promotus fuisset reddidisset se indignum: idq; statuit Innoc. 3. c. accepimus, 13. De çtate & qualita. ordin. li. 1. ti. 14. Ioan. Staphilæus, in 9. forma litera. expectatiuarum, n. 4. & 5. cùm nemo possit improbare mores alicuius quos approbauerit, vel eidem eosdem obiicere, l. cum mulier, 47. soluto matr. ff. l. si vxor, 13. §. fi. ad leg. Iul. de adult. lib. 48. ff. ti. 5. neq; potest elector obiicere irregularitatem electo, ca. dilectissimi, 8. qu. 2. cùm institutio legum & rei alicuius fit, tunc licet de illis iudicare; at vbi iam institutio facta est, non licet, ca. in istis temporalibus, 4. dist.

6 Posset tamen excipere contra rescriptum in gratiã pauperis missũ, Episcopus quod mãdatarius seu impetrans habeat iam beneficiũ, nã tunc de alio ei nõ tenetur prouidere, cùm nec sit ea intentio sum. Pont. ca. in nostra, ca. cum adeò, si proponẽte, de rescr. c. si pauper, 30. c. si pro clericis, 8. de prçb. in sex c. cum teneamur, 6. c postulasti, 27. & ibi Pan. de prçb. nisi forsan rescriptum fuisset in gratiam pauperis motu proprio summi Põtificis: quo casu, nõ inspicitur num impetrans iam beneficium habuerit, vel nõ, c. si motu proprio, de præb. in sex.

7 Fuerunt & hæc rescripta, quç pro pauperibus data, alio nomine dicta in forma communi, vt ait Pan. ad c. postulasti, de rescr. eo quod summi Pontifices nollent grauare ordinarios collatores literis grauioris aliorum clericorum; quàm eorum quos ipsimet ordinauerãt, vel ad presbyteratum promouissent. Et proinde communis forma dicta, quòd æquum esset, vt quos ipsi approbarant, eos quoq; beneficio vel victu Ecclesiastico donarẽt.

8 Sed cùm ordinarij etiam his literis ægrè obtẽperarẽt, inuenta sunt mandata quæ fortius constringerent ipsos ordinarios, adhibitis etiam executorib. in recusationẽ ordinariorum. Sicq; mandatum, est rescriptũ Apostolicum quo mandatur Episcopo vel alteri ordinario, vel executori, vt prouideat de beneficio in genere vel specie vacaturo, quando vacabit, nominato in mandato, sitque de eo per mandatũ antequam vacet impetranti reseruatio. si modò mandatum fuerit insinuatum cum literis executorialib. directis executori & ordinario: nam ante insinuationem non impeditur libera ordinarij collatio, sicque iudicatum in Senatu Parisiensi, 23. Septem. 154. refert Papus, li. 2 Rhaps. Are. ti. 6. arest. 3.

9 Scribit Rebuffus ad rubricam de mandatis Aposto. in Concor. tradit Alexandrum 3. primum fuisse, qui hac potestate absoluta grauauerit, seu onerauerit mandatis ordinarios, in c. eam te, 7 de rescr. quæ prosequutus Inn. 3. in c. dilectus, in 2. de prçb. & posteà Honorius 3. in c. Capitulum, de rescr. subinde Gregorius 9. c. mandatum, cum 5. seq. firmauit Inno. 4. & edidit Decret. 5. de conc. prçb. in sex. dehinc Bonifacius 8 in c. vlt. de prçb. in sex posteà Clem. 5. in concilio Viennensi quædam dubia declarauit, in Cle. vni. de concess. prçb.

---

## A quibus dentur mandata ad beneficia.

### Capvt VI.

### ARGVMENTVM.

1 *Solus Pontifex mandata ad vacatura beneficia dat: quia alij beneficium antequàm vacet dare non possunt.*
2 *Nec legatus summi Pontificis mandata dat.*
3 *Dat summus Pontifex iure vniuersalis potestatis.*
4 *Mandatarius summi Pontificis præfertur nominatis ab Academiis & principibus.*
5 *Differentia mandatorum & literarum expectatiuarũ, & quot mandatis potest onerari collator.*
6 *Patronus laicus non oneratur mandatis.*
7 *De mandatis quid concilium Tridentinum statuat.*
8 *Principibus concessum aliquando nominare ad vacatura beneficia.*

1 INter personas Ecclesiasticas, ius concedendi mandata ad futura beneficia datum est soli summo Põtifici, c. 2. de prçb. in sex. qui solus etiam reseruat, vel eius delegati vacaturorum collationem: non alij Episcopi qui conferre non possunt vel promittere beneficia antequàm vacauerint, cano. 2. & 3. de concessio. prçben. in sext. c. ex tenore, 13. c constitutus, 11. eod. tit. apud Gregor. Reseruationes etiam facit sum. Pont. in Extrau. execrabilis, de præb. in Extrauag. Ioan 22. Si quando autem Episcopus vel ordinarius promiserit beneficium antequàm vacet, non obstante illa promissione poterit alij quàm cui promiserit liberè conferre, cùm vacauerit, c. relatum, 3. de concess. preb. quanquam si Episcopus promiserit alicui se ei daturum benefi. iam cum poterit, teneretur olim satisfacere promissis. Aliud enim putabatur promittere beneficium cùm vacauerit; aliud promittere cùm dare poterit, c. accedens ad Apostolicã, 14 de conc. præb. *Cum in multis casibus*, inquit ibid. Inn. 3. *se facultas offerre possit, in quib. collatio nõ esset in expectatione vacaturi beneficij differẽda.* Etenim, vt subiicit ibi gl. ad verbũ, *casibus*, possũt aliqui interim priuari Ecclesiis, vt c. referente, de prçb. potest fieri renunciatio, vt ti. de renunciat. possũt alij aliis dari coadiutores, vt in c. fi. 2. & 3 de cleri. ægrot. lib. . tit. 7. c. scripsit, c. qualiter,

can. qua-

can. quamois triste, 7. q. 1. cum sim. Possunt & diuidi prębendæ. c. vacante, de præb. possunt de nouo creari beneficia, Cle. fi. de rescr. Verùm hodie & illa promissio, *Cùm potuero*, &, *Cùm facultas se obtulerit*, improbatur, propter ambitionē; nec ea prohibet, quominùs qui promisit possit alij liberè conferre, c. 2. de conces. præb. in sex.

2 Nō potest etiā legatus sum. Pont. mandata dare, nec ipsum collegium Cardinalium de legato, In c. dilectus filius, 19. de præb. & ita in c. super eo, 9. eo. tit. in sex. mandatum legati infirmatur, nisi quatenus super eo mandatum summi Pontificis impetratum fuerit, ex quo vires ad vacatura rescriptū sumit. legatus tamen potest reseruare suæ collationi beneficia, sed conferenda cùm vacabunt, non vacatura conferre, vt in ca. si Apostolicæ, de præb. in sex. in c. 3. & 4. de off. leg. in sex. pro Cardinalium inhibita circa mandata potestate, citant Cle. ne Romani, de elect.

3 Annotauit Speculator, tit. de pręb. in fi. & Ioan. Andræas, ad c. is cui, de præb. in sex. in Nouellis: ius mādata dandi, concessum summo Pontifici soli ex priuilegio, in signum vniuersalis solicitudinis; & vt in aliquo singulari iure, omnes oues vniuersalem pastorem suum agnoscāt. Neque etiam summus Pontifex tantam potestatem conferendi concessit ordinariis, quin similem & maiorē reseruauerit, c. dudum, de præb. in sex. quia Episcopi tamū in partem solicitudinis vocati fuerunt, non in plenitudinem potestatis, quæ in summo Pontifice est, ca. ad honorem, 4. de autbor. & vsu pallij, lib. 2. tit. 8. c. qui se scit, 2. q. 6. Et cùm beneficiorum creatio vel distributio sit iuris positiui, sum. Pont. in ea, vt in similia, habeat plenam potestatem, c. proposuit nobis, 4. de conces. pręb. ca. 2. de præb. in sex. vbi & exprèssè in hypothesi nostra.

4 Quamobrem etiam in Gallia, mandatarius summi Pontificis præfertur nominatis à rege vel ab Academiis, vt notat gl. in §. 1. vers. non tamen, ad verbum, *effectum*, de collat. in Prag Sanct. quemadmodum in c. dudum, 14. de præb. in sexto. mandatum Papę ad conferendum, fortius potestate per illum legato concessa de cōferendo, firmat Rebuff. ad §. declarantes, ad verb. *declarantes*, & ibi etiā textus, de mand. Apost. in Concor facit Rota decis. 15 & 16. quia magis priuilegiatus, minùs priuilegiato pręfertur, vt l. assiduis, 12. qui pot. in pign. hab. lib. 8. C. titu. 18. l. pen. de primipil. lib. 12. C. tit 63. cum simil. Sed & in hypothesi proposita, videtur esse textus expressus in cap. hi qui, 12. de pręb. in sex. *Hi qui authoritate Apostolica in aliqua Ecclesia in canonicos sunt recepti, debent in præbendarum assequutione cæteris anteferri, legatorum vel aliorum quorumcunque authoritate receptis antea in eadem.* facit & cap. cum cui, 7. eiusdem tit. in sex. de præb. ibi *omnibus præferendum.*

5 Differre videntur mandata quæ concessa fuerant, à literis expectatiuis, quòd literę expectatiuæ dabantur à summo Pontifice quocūque eius Pontificatus tempore: verū In mandatis concilij Basiliensis restricta fuit hęc potestas, propter mala quę oriebantur ex gratiis expectatiuis, quorū 14. referūtur in §. 1. §. cui rei graue impedimentum, de coll. in Prag. sanct. vbi ideò damnantur & prohibentur in posterū, ponuntur & alia in §. 1. in vers. *quibus ad plenum auditis*, in procemio Prag. sanctio. permissum tamen fuit in eadē Synodo, summo Pontifici, tēpore sui Pontificatus, modo honesto & cōuenienti mandatū dare, ad vnum beneficiū pertinens ad collationem alicuius ordinarij collatoris, sub cuius collatione sint decē beneficia Ecclesiastica. Et ad duo, si sint eiusdem collationis, quinquaginta beneficia, & vltra. Ita tamen vt in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, duas Ecclesias, tēpore sui Pōtificatus, nō cōferat: videlicet iure mādati, quod pertinet ad futurā vacationē. Nā alio iure potest per pręuentionem, & concursum cū ordinariis, vacantia beneficia cōferre, quę probantur in §. 1 ver. *non tamen intendit*, cū §§. seq. de colla. in Prag. sanct. & confirmatum in §. 1. de mandatis Apostolicis. in Concorda. & titulo de reseruat. in Pragm. sanct. Ita ordinarius, vt liquet ex prędictis, qui habet collationem liberam 10. beneficiorum: vel patronus Ecclesiasticus, si habet præsentationem ad decem beneficia, possunt à summo Pontifice grauari in vno mandato, & de vno beneficio mandatario conferendo. Idem enim sensit de patronis Ecclesiasticis, ac de ordinariis collatoribus concilium Basiliense, in §. item voluit, de colla. in Pragm. sanct. arg. c cui de non sacerdotali, de pręb. in sex. Consequenter si minùs quàm decē beneficia habeat in collatione vel pręsentatione, grauari non poterunt mandato Pari modo si habeant plusquàm quinquaginta, non poterunt grauari nisi in duobus mandatis. Et si minùs habeant quàm quinquaginta, putà 20. vel 25. non possunt grauari nisi vno mandato.

6 Onerātur porrò mandatis (vt dixi) patroni, qui ad tot beneficia habent præsentationē, si sint Ecclesiastici: non vtique si laici sint, vt in c. cùm dilectus, 20. de iur. patron. li. 3. ti. 38. gl. ad c. 2. ad verbum, *collatio*. & ibi Io. Monac. & Io. Andr. de præb. in sex. Et proinde si persona Ecclesiastica conferret vel pręsentaret, cum laico ad decem beneficia, Ecclesiastica persona propter cōmunionem gauderet priuilegio laici, gl. fi in c. 1. §. fi. de iure patro. in sex. arg. l. si communem, quemadm. ser. amit. ff.

7 In concilio Tridentino, sess. 24 ca. 19. verba sunt de mandatis hęc, quę nescio an seruentur. *Decernit sancta Synodus mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, etiam collegiis, Vniuersitatibus, Senatibus. & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, aut alio quouis colore concedi. neque hactenus concessis, cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec alia quæcūque gratia ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria, alicui etiam ex Sancta Romana Ecclesia Cardinalibus, concedantur: & hactenus concessa, abrogata esse censeantur.* Hęc concilium.

8 Fuerunt concessę facultates aliquando principibus, quę priuilegij instar habent, & mandatorum similitudinē. Datū in Germania Imperatori priuilegium, vt possit pro arbitrio suo ad Imperiū seu coronationē, vt dicunt aduentu, in singulis Ecclesiis Germanię vnū canonicatū conferre, vocant huiusmodi mandata. primarias preces. Rex quoque Galliarum, in aliquibus Ecclesiis regni sui, potest dare vnum canonicatum, Rebuff. ad §. 1. ad verba, *Dare possit*, de mand. Apost. in Concord. Possunt & alicubi Episcopi pro suo arbitrio in aduentu, ponere vnum canonicum in Ecclesia, Rota deci. 35. incip. *nota quòd*, in antiq. & ibidem tradit valere hanc consuetudinem, etiā in Ecclesia, vbi numerus est canonicorum definitus, & præbendę non sint distinctæ, iuxta Feli. ad c. constitutus, de rescr. facit c. dilecto, 25. de prę.

## De formis rescriptorum mandatorum.

### Capvt VII.

### ARGVMENTVM.

1 *In rescriptis conseruanda qualitas negotij & forma.*
2 *De formis mandatorū: & ibi de prima & secūda forma.*
3 *De tertia forma rescriptorum.*
4 *De quarta forma.*
5 *De quinta.* 6 *De sexta.*
7 *De septima.*
8 *De sexta & septima forma abrogata in Gallia.*
9 *De nona forma cum clausula*, anteferri.
10 *De decima forma cum clausula*, si pro alio, &c.
11 *De forma* 1[illegible]. *cum creatione canonici.*
12 *De forma* 11. *si idoneus*, &c.
13 *De forma de prouidendo vsque ad certum valorem & de* 14. *sine valore.*
14 *De forma* 15 *de beneficio certæ qualitatis.*
15 *De forma.*
16 *De forma* 17 *pro certa persona, & incerti beneficij.*

1 IN rescriptis qualitas negotij inspicienda est, & consideranda. in c. si quando, 5. de rescriptis. Nam ea illa interdũ corruunt: vt si per importunitatem extorta sunt in l. 1. de pet. bon. sublat. li. 10. C. c. audacter, 8. q. 1. c. si aliquando, de sent. excom. cum simil. interdum & pręcipuè forma rescripti, & series, c. cùm adeò, 17. de rescrip. cùm forma det esse, seu vim & naturam rei, l. Iulianus. §. 1. ad exhib. ff. lib. 10. tit. 4. omissióque formę vitiat actum, l. cũ hi, §. si Prætor, de transact. ff. Formæ quædam sunt rescriptorum proprię, de quibus suo loco posteà Deo fauente: quædam sunt & naturæ, cuique rescripto accommodatæ, quæ substantiam addant, & si omittantur rescriptum vel mutant in aliam naturam, vel omnino reddunt inutile: vt in aliis negotiis, propria forma actum constituit, & sublata, actum mutat, vel tollit, l. cum precariò, de precar. l. vbi ita donatur, de don. caus. mort. ff.

2 Agamus itaque de forma mandatorum, vt institutus de illis sermo lucem maiorem accipiat. Liquet porrò ex superioribus, quæ de literis gratiæ retulimus, ferè incertas, saltem diuersas, & varias fuisse gratiarum vel mandatorum ad beneficia vacatura formas, vt tradit etiam Anchar. ad Cle. 1. de conces. pręb. frequentiores enumerauit Rebuffus in commentariis ad §. 1. de mand. Apost. in Cõcord. ad verba, *in forma mandati*. Nos quoque ex illis aliquas recensebimus, post Ioannem Andræam ad c. si soli, de conces. præb. in sex. Ioannem Staphilęum, in tracta. de literis gratiæ, qui etiã eas explicant. Forma ergo fuit vna literarum gratiæ, qua simpliciter sine executore mã dabatur ordinario, vt prouideret mandatario seu impetranti de beneficio, quæ forma non impediebat quominùs alij quàm impetranti mandatario facta collatio beneficij sortiretur effectum; quamquam verum sit tunc conferentem alteri quàm mandatario, pœna aliqua affectum, c. dilectus, in 2. de præb. Secunda esse poterat forma, quando per literas præcipiebatur collatori ordinario, vt conferret beneficium vacaturum impetranti non adiecto executore, aut clausula decreti irritantis; quæ erat, *Vt si quid contra mandatum fuisset, esset irritum & inane.* Quare nec per illam formam beneficium vacaturum, non erat expectanti mandatario affectum, d. c. si soli, de conces. præb. in sex. c. eam te, de præb.

3 Tertia formula, in qua posita erat clausula irritãs: & ideò mandatario affectum, vt dicunt erat beneficiũ primò vacaturũ, vel vacãs, id est, debitũ erat, vt alij cõferri efficaciter nõ posset: c. dilecto. 25. de præb. Fel. ad c. cæterũ, col. 11. de rescr. & ad c. cùm accessissent, n. 7. de constit.

4 Quarta forma erat, per quam dabatur in mandato executor ad compellendũ ordinariũ cõferre impetrãti, c. Abbatem, de rescr. quę forma non afficiebat, seu non obstringebat beneficium vacaturum mandatario, priusquam executor inhibuisset ordinario, alij quàm mandatario conferre, vel nisi ante vacationem præbendæ, mandatario fuisset collatus canonicatus, dum expectatur prębenda vacatura. Quo casu collator vel capitulum, vacantem posteà præbendam tenetur canonico recepto conferre, c. si postquam, 13. & c. dudum, 14. de præb. in sex.

5 Quinta formula, quando literis gratiæ dabatur executor, & ei mãdabatur, vt si negligeret, vel recusaret ordinarius cõferre beneficiũ impetranti, ipse eidẽ cõferret, quæ forma hodie in mandatis Apostolicis quoque adiicitur, & iuxta quã primũ impetrans debet requirere vel interpellare ordinarium, vt sibi in vim mandati cõferat deinceps executorem, quin & per pręsentationem ipsius rescripti afficitur seu adstringitur beneficium vacaturũ, vt scribit Bonifacius 8. in c. si Capitulo, 5. de cõces. præb. in sext. & ibi no. gl. ad verbum, *Capitulo*, per præsentationem factam rescripti Capitulo, affici beneficium, quod posteà vacauerit, quamuis non fuerit facta executoribus, addit & glossa ad verbum *factam*, quomodo & cui ex Capitulo debeat fieri præsentatio, quæ ibidem videto.

6 Sexta formula habet decretum conditionale, de quo in Clem. vni. de conces. præben. in Clem. in hæc verba: *Cùm ei*, inquit summus Pontifex, *quem in scientia reputamus idoneum, si per inquisitionem executoris sibi deputati à nobis, inuentus fuerit esse vita laudabilis & conuersationis honesta, de beneficio certi valoris alicui prouideri mandamus, adiicientes quòd de beneficio minoris valoris possit eidem si voluerit prouideri, hac ex tunc etiam inane decernentes & irritum si secus a quoquam quouis authoritate contigerit attentari. Quia decretum huiusmodi in euentum dumtaxat prædictarum conditionum suum sortitur effectum, antequam extet prima conditio beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris priusquam suam impetrans super valore huiusmodi voluntatem declaret, cõferre libere poterit per ordinarium, aut alium executorem à nobis ad prouidendum de tali beneficio deputatum.*

7 Septima forma in eadem Clem. vnic. §. secus, de cõcessione præbendæ, quum decreto apposito alicui prouideri mandat summus Pontifex de beneficio, quod intra mẽsem à vacationis ipsius notitia duxerit acceptãdum: quo tempore mensis pendentis, vt aliquid clausula operetur, ordinarius non potest alij efficaciter conferre: posteà poterit, si non fuerit intra mensem acceptandũ, notitia vacationis intelligenda, vt eam habere intelligatur impetrans, ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesia beneficij publicè nota fuerit, quia per se, vel per alium eam notitiam habere potuit. idipsum firmatur in c. 1. de concessio. præben. in sexto.

8 Hic obseruandum obiter duas clausulas seu formas proximè relatas, vt ordinarius teneatur conferre beneficium proximè vacaturum mandatario, quod duxerit intra mensem acceptandum, & quod generaliter sine definitione temporis duxerit acceptandum: non recipi in Gallia, quia videantur continere votum captandæ mortis: contra sancta decreta conciliorum, in c. 2. de concess. præb. apud Greg in c. 2. & 3. eo. tit. in sex.

9 Octaua forma annotari potest mandati, cum clausula, *Anteferri*, cum interpositione decreti, per quã mandatarius, qui eam habet suo mandato insertam, potior alio mandatario, qui non habeat eandem clausulam, est, cùm concurrunt in consecutione beneficij vacantis. de qua in can. penul. de præb. & dign. in sex. Formula clausulæ integra ponitur in c. authoritate, 7. de concess. præb. in sex. vt quis recipiatur in canonicũ & fratrem cũ prærogatiua gratiæ. *quod omnibus prædecessorum nostrorum* (inquit sum. Pont. *authoritate, non autem nostra receptis, in assecutione præben. debeat anteferri.* Tractat & de hac clausula Rota deci. 640. inci. *Si aliquid*, in ant. Vide quæ de hac clausula diximus ad c. Capitulum sanctæ Crucis, 30. ad verba, *prius monitorias*, de rescrip. Quòd si qui concurrunt in mandato, habeant clausulam similẽ *anteferri*, tũc perueniẽdũ erit ad dispositionẽ iuris cõmunis, vt priuilegiatus in priuilegiatũ nõ vtatur priuilegio. Sed prior tẽpore sit potior iure, c. si à sede, 31. de præb. in sex. facit, l. verũ, §. fi. & l. seq. de minor. ff. l. 2. de priui. fisc. Hæc clausula *anteferri*, habet reseruationẽ, ideò in Gallia non admitteretur, vbi reseruationes sublatæ sũt per Cõcordata.

10 Nona forma mãdati erit illa q̃ clausulã habet, *Si pro alio ibidẽ nõ scripserimus, qui huiusmodi gratiã prosequatur*, c. mãdatũ, 38 Decima similis ei clausula *Nisi per nos pro alio fuisset Ecclesia grauata mãdatũ nostrũ vos exeq. volum° & mãdam°*, c. literis Apostolicis, 39. de rescr. Approbatur hæc forma per leges regni Gallię, in ordinationib.

tegi. 2,

regiis,titulo de mandat.& per concilium Basiliēse, quo placuit seruandum,c.mandatū,nec posse grauari Ecclesiam,nisi in vno mandato, si habeat tātum suæ collationis 10.beneficia. vt notat gl.1.in notabili primo, post casum,ad c.si clericus,11.de præb in Sext. Iure tamē communi,vt antea,sum.Pont.potest adiicere clausulam, *Nō obstante si per nos fuerit Ecclesia vestra grauata*, vel, *Non obstante si pro alio scripserimus, qui huiusmodi gratiam*,&c.glo.ad c.duobus,14 ad verbum,*expressè* de rescript.in Sex vel, *Non obstante,si aliqui authoritate nostra in canonicas sint recepti,vel,vt recipiantur, insistat*. quam clausulam etiam dicit esse in vsu ad d.c.duobus.

11 Vndecima forma, qua creabatur canonicus mandatarius, & mandabatur vt ei de præbenda prouideretur vt in cap.duobus,de rescr.in Sex.cum similibus, quæ forma in Gallia probatur, vt liquet ex forma mandati Apostolici.Rebuff.in §.fin.de reseruation.in Concord.

12 Duodecima forma, qua mandatur vt prouideatur alicui de beneficio,*si is pro quo*,scilicet,*mandatur, visus fuisset idoneus*:vel sub alia conditione,vt in Cle.vnic.de off.deleg.& ibi glossa.Felin.in c.fin.de præsumpt.

13 Decimatertia, quando mandatur prouideri alicui de beneficio vsque ad certum valorem. Alia 14. cùm sine valore certo.c.quamuis,4 de præb.in Sex. Clem.vni. de concess.præben Forma porrò expressionis valoris,in Gallia non est invsu,pręterquàm in nominationib.datis certis consiliariis·valor enim verus in impetratione beneficiorum non exprimitur in Gallia, sed sufficit adiicere clausulam.*Cuius*,scilicet beneficij, *fructus*, &c. 24. *ducatorum auri de camera secundum æstimationē cōmunem annorum non excedunt*. Dicunt enim Galli,constitutiones bursales Romanas esse extirpādas, nec annatas beneficiorū solui debere,ratione quarū facta est ex stylo Curiæ Romanę expressio valoris beneficiorum impetratorū & sic nō receptā rubricā ea ratione,de annatis, notat Rebuf.ad d.rubr.& ad §.fi.de mand.Apost.in Cōcord.videnda gl.ad titulū de annatis in Prag. sanct. & 1. terū Rebuff tract.nominatin.n.32 Requirūt tamē Galli in nominationib. ab Academia impetrādis ad beneficia,vt impetrans exprimat valorem beneficij iā possessi, nempe vt sciatur num sufficiens habeat beneficium vsque ad ducentos florenos,quo sufficiente, nō dātur nominationes,§.volumus, de collationi. In Concordat. alioquin iure cōmuni est stilo Curię aliūde quàm ex Gallia impetrātes in Curia Romana,tenētur exprimere verum valorē beneficij,Oldra.cōs.216.incip.*Circa*. Barbatia ad c.ad aures,de rescr.& ibi Felin.gl & Dnct.in Clemen.1. de pręb. vt iuxta eum annata soluatur Romano Pōtifici,vt liquet ex dicta rubrica de annatis, in Cōcorda.& Prag.sanct. & ita ordinauit Vrbanus 6.teste Rota decis.292.incipi *licet impetrās*,in nouis.& reg.Cācel.61. Fertur & Bonifacius 9.sum.Pōt.qui creatus ann.1389.ad onera belli secūd⁹ indixisse annatas beneficiorū vacātiū, vt qui beneficiū cōsequeretur,fruct⁹ vnius anni,aut dimidiā eorū partē fisco Apostolico persolueret:quod & recusarūt Angli,tātū in Episcopatibus,& maiorib.beneficiis admittentes, vt refert Platina in eius vita : addens hoc inuentum quosdā ad Ioannē 22.referre. At Polyd. Virg.li.8.de inuent.rer.c.2.antiquiorib.tribuit. Et Host. qui vixit anno Domini 1260.ad c.Inter cętera,de offi.ordin. scribit, sępè de ea re reclamatum fuisse Franciscus quoque Zabarella notat in concilio Viennensi statutum fuisse, vt sublatis annatis, vicesima pars vectigalium sacerdotalium quotannis Romano Pontifici solueretur.

14 Decimaquinta forma,qua mandabatur prouideri alicui de beneficio certæ nō alterius qualitatis,vt de sacerdotali,vel nō sacerdotali prębenda, vel alterius qualitatis expressæ, qua expressione gratia nō porrigebatur ad alterius qualitatis nō expressa beneficia.c.cui de non sacerdotali,27.& c.ei cui prouideri 29 de præb.in sex.

15 Decimasexta aliquādo scribebatur vt certę personę certum beneficium cōferretur:vt puta Archidiaconatus certæ Ecclesię c.ex parte N.12 de off.deleg li.1.tit.29.

16 Decimoseptimò aliquando scribebatur, vt certæ personæ de incerto beneficio prouideretur,dum mādabatur ordinario vt prouideret impetranti de beneficio ad eius vel alterius collationem pertinente:vt in c.mandato,10.de præb.in sex.

17 Decimooctauò alia forma gratiæ quæ fit alicui de beneficio certo modo vacaturo,vel per promotionē alicuius,vel dimissionem possessoris,per quam non cēsetur facta gratia,si beneficium vacaret per mortem eiusdem possessoris Casus videtur expressus in dicto c.ex parte, 12.de off deleg. nisi ponatur in gratia clausula, *vel aliàs quouis modo vacet*. qua etiam tantum continentur omnes modi vacādi. procedētes ex persona tenētis seu possidētis beneficium,& nō ex aliis personis,nisi & addatur expressè.Rota deci.743. incip. *Nota quòd si facta est*. in antiq. Atque vnus modus vacandi, putà per resignationem adiectus literis,alium non continet:putà per mortem possessoris.c.susceptum.6.de rescript.in sex.

18 Decimonono aliquando scribebatur pro incerto beneficio & incerta,hoc est,non expressa persona,ca.4. ibi,*secus autem*, &c. de præb. in Sex. vt dum S.Pontifex dat licentiam legato resignationem beneficiorum acceptandi,& idoneis personis conferendi.vt in c.dudum, 14.de præb.in sex.idem in c.si cui nulla,36.eo.tit.

19 Vicesima forma, quando rescriptum fit motu proprio.vt in c.si motu proprio,23.de præben.in sexto.

20 Vicesimaprima erit forma quę pro pauperibus erat.in c.si pauper,de pręb.in sex.

21 Vicesimasecunda, vt primùm alicui de præbenda, postea de canonicatu,vt in cap.si clericus,11.de præb.in sexto,vbi gl.ad verbum *postea* ait formam esse nouā & parū visitatā in Cancellaria Romana.alium autē frequētiorem,vt priùs de canonicatu,postea de præbenda prouideatur.vt c si postquam,13.eius.tit.de præb.in Sext.

22 In Gallia,ex pluribus formis vna composita,locum habet scripta ex conuentione summi Pontificis & regis Galliarum in titulo de forma mandati, in Concordatis: quorum Concordatorum etiam iure omnes reseruationes generales beneficiorum, & literæ expectatiuæ in Gallia sūt abrogatæ.§ volumus,de reseruationib. sublatis.in Cōcord.nisi reseruationes tales essent, quę in corpore iuris concluderentur, veluti beneficiorū in Curia Romana vacantium, quæ reseruantur collationi solius summi Pontificis,cap.2 de præb.in Sex.& beneficiorum officialium sedis Apostolicæ,in Extrau.communi ad regimen,de præben.maiorum dignitatum, vt in titulo de collat.in Concorda & in lib. prouinciali. Sic etiam in derogatione priuilegiorum non continentur priuilegia in corpore iuris clausa glos. in Authen. qua in prouincia, vbi de crimine agi oporteat, C. gloss. in l. hęres absens,in princip.de iudiciis,ff.

23 Postremò,vt omittam plures alias sublatas formas, in rescriptis mandatorum alia quoque adiici debent communia cum literis aliis ad beneficia,& vt eadem expressio, quæ requiritur in literis vacantium beneficiorum, & exigatur in mandatis de conferendo vacatura: Io. Andr.Dominic.de S.Gemin.& alij ad c.nō potest, in fine,de pręb.in Sex.singulariter Rebuf.in gl.1.tit.de forma literarum executor.mandati Apostolici, in Cōcord.

## De quibusdam modis quibus mandata Apostolica extinguuntur.

### Capvt VIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Mandata Apostolica reuocantur à successore summi Pontificis concedentis.*

2 *Extinguuntur & madata renūciatione mādatarij ex-*

*pressa vel tacita quomodo autem fiat tacitè, docetur ibid. & num. 3.*

4 *Item extinguuntur elapso tempore in illis apposito.*

5 *Et negligentia acceptandi beneficium, quando autem noceat negligentia, ibid. docetur.*

6 *Exceptio proxime resolutionis ponitur.*

7 *Beneficia tamen quedam sunt que non cogitur acceptare mandatarius.*

8 *Impetratio beneficij debet exprimere, si de facto ab alio possideatur.*

9 *Non tenetur acceptare beneficium vacans mandatarius, quod in eius fraudem ordinarius vacare procurauerit. & ibid. de fraudis huius retrusione.*

1 MANDATVM Apostolicum finem accipiet, & sine effectu reddetur ex pluribus causis: primùm, si summus pontifex, qui concessit, aut successor eius in Pontificatu, reuocet: potest enim reuocare, & reuocata rescripta restituere, c. quamuis, 8. de rescript in Sex cap. pen. & fin. de præb. in Sex c. fin. de concess. præb. in Sext. Solent autem summi Pontifices postridie coronationis gratias expectatiuas à prædecessorib. suis cōcessas reuocare, dictis proximè citatis capitulis. Aliter autem si expressè à successorib. non reuocarentur, mors sola mandantis summi Pōtificis nō officeret mandatis: nec morte censerentur reuocata, si certis executorib. in illis comprehensis essent directa, c. si super gratia, 9. de offi. & potesta. iudi. deleg. li. 1. tit. 14. in Sex. vbi ratio ponitur, ne dilatio executorum possit vt factum alienum, præiudiciū adferre impetranti. Sed & si cui nulla personarum iacta expressione sit gratiosè concessa facultas, vt authoritate Apostolica possit aliquibus personis idoneis de incerta Ecclesia prouidere: vel beneficia, quorum collatio est, ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta conferre, cōtradictores eadem authoritate per censuram Ecclesiasticam compescendo: huiusmodi concessio, quam cùm specialem gratiam contineat, decet esse mansuram, non expirat etiam re integra, per obitum cōcedentis, c. si cui nulla persona, 36. de præb. in Sex additur ibidem posteà. Secus si super prouisione certæ personæ facienda, sit data potestas eidem, non ob suam, sed eius cui prouideri mandatur gratiam vel fauorem: illa quidē expirat omnino, si concedens re integra moriatur. Hoc enim regulare est, mandata re integra expirare morte mandantis. l. & quia, 6 de iurisd. om. iud. li 2. ff. tit. 1. l. si per epistolā, 30. de acq. hæred. li. 29. ff. ti. 2 Ceterùm in Gallia, mandata Apostolica morte mādantis non extinguuntur, vt cōstat ex forma mandati, apposita in Concordatis. Et alibi proculdubio nō cēsentur reuocata, quando res non est integra: vt si per executorem, vel mandatarium processum fuerit ad aliquem actum, ex quo dici possit res non esse integra, veluti si bulla fuerit presentata executori, qui tā sup p̄sētatione, quàm aliis acta cōfecerit. dicūt, si fulminauerit processum suū, per ea quæ tractat Domini. de sancto Gemin. ad ca. si cui nulla, de præb. in Sexto.

2 Secundò extinguitur mandatum, vel eius effectus, si mandatarius eius rescripto & effectui renunciet expressè, vel tacitè. De expressa renunciatione, in c. ad audientiam, 31. de rescript. non potest enim renuncians redire ad ius eiuratum. in c. 3. & c. in præsentia, 6. de renūciatio. & in perpetuum sublata obligatio restitui non potest, l. qui res, 98. §. aream, de solutio. li. 46. ff. tit. 3. l. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, de pact. lib. 2. ff. tit. 14. l. si pro parte, 10. §. idem quærit, de in rem verso, lib. 15. ff. titul. 3. conuersio enim natura impossibilis censetur priuationis ad habitum. Nam μεταβολὴ est secundum Physicos ab habitu ad priuationem. Quid sit expressè renunciare, nemo, vt opinor, ignorat id esse, quando verbis renūciationem significantibus exprimitur: verba enim imaginē mentis referunt, & cùm in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio. l. ille, aut illa hæres, 25. de lega 3 ff. quamuis & quędam magis intellectu, quàm ex locutione percipi possint in l. ratum, 13. de solut. li. 46. ff tit. 3. Tacitè porrò quis censetur iuri mandati renunciare: veluti primùm, si fiat incapax beneficij possidendi, si vxorem ducat c. 1. & c. diuersis, 5. c. cum decorem, 8. de cler. coniug. li. 3. tit. 3 Secundò qui renunciauit literis seu rescripto mandati, videtur renunciasse beneficio quod illis continetur. c. cùm pridem, 4. de pact. li. 1. ti. 35. vbi resignatio beneficij censetur facta per resignationem instrumentorum authenticorum, quę super hoc renuncians habebat, in manib. superioris factam: quemadmodum donatis instrumentis, ius, quod ex illis pendet, donatum censetur. in l. 1. C de dona l. qui chirographum, 59. de leg. 3. cum similib. ibi notatis. Et qui obligauit instrumenta emptionis agrorū, censetur obligasse agros, l 2. quæ res pig. oblig poss li 8. C ti. 17. Quare Diocle. & Maxim. in l. 2. de cōdict ex lege. li. 4. C. ti. 9. rescripserunt dissolutę quantitatis retentum instrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideò per condictionem reddi oportere, nō esse ambigui iuris, idemque Cæsares soluta causa obligationis, ad repetitionem instrumentorum debitori dederunt rei vendicationis, & ad exhibendum actiones. in l. fi. ad ex exhib. li. 3. C. tit. 42. eadem ratione & iubes reddi instrumenta Gregor. 3. in c. 1. de transact. li. 1. tit. 36. Ceterùm cùm hac redditione literarum, mens tantum pręsumitur, ideò si constet de cōtraria voluntate, pręsumptio illa cessabit: cùm fortior sit veritas. l. cū de indebito, de probat. ff Exēplum in ca. sanè dilecto filio, 7. de renunc. vbi deciditur, eū nō censeri renunciasse beneficio, qui literas institutionis eius reddidit capitulo, se subiiciens illius misericordia.

3 Tertio loco tamen renunciasse mandato tacitè cēseretur, qui acceptasset beneficium aliud incompatibile, ante præsentationem mandati. Clement. gratię, 4. de rescript. *Gratia*. inquit Clem 5 *vt de dignitate vel beneficio curata tibi prouideatur, renunciare videris, si ante adeptionem eiusdem aliud beneficium pacificè assequaris, quod simul de iure cum dignitate, vel beneficio vertute dicta gratia tibi debita, retinere non posses: licèt illud resignaueris, aut sis resignare paratus.* Videnda de hac re glos. ad §. quod si quis ex dictis, ad verbum, *Tempore*, in fine, de collatio. in Pragmat. sanctio.

4 Quarto loco extinguitur mandati effectus, si tēpus in eo (putà mensis) constituatur, intra quod teneatur acceptare vacans beneficium, idque lapsum sine acceptatione fuerit, & intra illud impetrans non requisierit ordinarium, vel executorem delegatum. Clem. vni. de cōc. præb. Ex quo textu concludunt aliqui mandatarios habere tantùm ad acceptandum iure scripto, vnū mēsem, quòd si nō postulēt intra illum sibi conferri, liberè ordinarium collatorem posse cui libuerit conferre. Quod disputat plurib. Ioan. Andræas in Additionib. ad Speculatorem, in ti de conc. præb & ad c. si pluribus, de pręb. in Sex. Rota decis. 323. incip. *Notat Paulus*, in antiquis. At in Gallia nihilominus dari sex menses scribunt Rebuff. & alij. & Papus tomo 3. Notariorum, lib. 2. c. de mandatis, pag. 127. ita seruari notat, & dari exemplo nominatorum ab Academiis sex menses mandatario: videtur tamen idem papus respondisse iudicatum, vt teneatur acceptare intra mensem, li. 2. R baps. arestor. tit. 6. aresto 4.

5 Quintò, quia post insinuationem seu pręsentationē mandati, & literarum executorialiū directarum executori, beneficiū, quòd primùm vacauerit, debetur mandatario, si is beneficium, quod primo loco vacauerit (forsan quia exiguū) recusiet, vel non acceptet, protestatus q; expectet aliud pinguius vel melius, seu commodius, priuatur effectu gratię, si sit canonicus receptus iam in vim mandati, vt non possit illud quod recusauit petere, aliud verò, vel aliam præbendā posteà vacantem nihilominus possit, q̄ alteri non fuerit debita. Quòd si Canonicus receptus non fuerit mādatarius, & post præsentationē re-

scripti

scripti non acceptauerit beneficiũ, quod primò vacauerit, cuiuscunque generis fuerit, extinguetur gratia per negligentiam eius, neque debitã ante negligẽtiam & postea alij collatã, neq; aliam poterit petere in Ecclesia præbendam c. si clericus, 11. de præb. in Sex. ca. tibi qui, 12. de rescr. in Sex. Relinquitur autem arbitrio iudicis quando quis dici possit negligens. vt notat gl. ad d. c. si clericus, ad verbum, *Negligenter* Communis etiam est interpretum pragmaticorum sentẽtia, mandatarium teneri saltẽ intra sex menses, petere beneficiũ sibi assignari, postquã vacauerit, quia nõ potest ordinarius vltra sex mẽses differre collationẽ: alioquin enim post lapsum illorum, iure deuoluto adimitur eis conferendi potestas vt antè diximus ex c. 2. de concess. præb. cum similib. Sicque in hypothesi proposita mandatariorum, resoluunt gl. in §. item quę omnia ad verb *scilicet*. de collat. in Prag. sanct. Fel. ad c. Capitulum, de rescr. Ioan. de Selua, in tract. benef. parte 3. q. 12. & 15. & 34 Cæterùm gl. ad d. can si clericus, in verbo, *Negligenter*, de præb. in Sex tradit negligentiã hanc posse excusari mandatarij infirmitate magna, vel si alienatus esset mente, vel captiuus factus, vel iusta causa absens, & reliquisset procuratorẽ ad acceptãdum, qui tempore illo semestri mortuus fuit, vel si alia quædam iusta causa similis, quæ negligẽtiam excusaret, interuenisset. Excusat negligentiam matris in tutore filio petendo. si ea ad petendum procuratorẽ dederit, & is à latronibus fuerit interfectus, & ita petitionem nõ fecerit, in l. cùm à matribus, 8. qui petant. tutor. li 5. C. ti. 31. sic tempus non currit legitimè impedito, etiam à iure cõstitutum, negligentiaq; inde obiici non potest, c. cõmissa, 15. de elect. in Sex. in eo qui iusto impedimento non potuit promoueri intra annum ad sacerdotium prouisus de beneficio curã animarum habente, vt ei conciliũ generale Lugdunense non officiat. Impeditus etiam, verus negligens dici non potest. ca. quia diuersitatem, de concess. præb. ca. fi. de consue. Sed quid si mandatarius cunctetur nimium, & proroget portionem beneficij vacantis, vt velit expectare semestre tempus, dabiturne remedium ordinario collatori ad tempus breuiandum? Et certè opinor verissimam & æquam sententiam gl. in d. c. si clericus. ad verbum, *Negligenter*, nõ cogi quidem mandatarium post mortem vltimi possessoris, ex cuius morte vacat beneficium illud statim petere: verum ordinarium posse ei breuius quàm semestre tempus constituere, intra quod deliberet, num velit acceptare beneficium. Simile proponitur propemodum in ca. fin. de consuet. in Sex. dum sum. Pont. gratiam alicui faciens de præbenda vacatura in Ecclesia, in qua optandi antiquiori. datur mensis, postquam declarauit optionem impediri non posse, & post optionem relictam deberi mandatario, statuit nihilominus constituendũ & arctãdum esse optandi tempus optantibus, ad viginti dies, quibus elapsis mandatarius acceptare poterit præbendam vacantem Tempus porrò vel breuius erit, vel longius intra semestre constitutum, mandatariis ad deliberandum, assignandum, secundum qualitatem negotij, locorum & personarum, vt in c cupientes, de elect. in Sex. sicuti iudex aditus à creditoribus hæreditariis, mortuo debitore, & non adeuntibus hæredibus, eos, an hæredes sint interrogare debet: ac si tempus ad deliberandum petierint, moderatum illis statuere. l. si curatoris, 9. de iure delib. li 6. C. ti. 30. l. 1. §. fi. l. 2 & 3. eo. ti in ff. li. 28 ti. 8. addere possumus c. si tibi absenti, 17. de præb. in Sex. Episcopus. qui cõtulit beneficium absenti, non potest alteri conferre, donec absens consentire recuset. Sed si Episcopus notificata absenti collatione, ei ad consentiendum terminum assignet competentem, ni consenserit, poterit, eo lapso, beneficium liberè. cui expedire viderit, cõferre: antequam tamen contulerit, potest absens. nõ obstante quòd lapsus sit terminus, præstare consensum, & ex tunc de ipso non poterit aliter ordinari.

6 Igitur mandatarius tenetur beneficiũ vacans acceptare, alioquin gratia expirat in aliis. Quod intelligi par esse dixi, si alij beneficium non debeatur, & ita per illum non stet quominus non consequatur, can. dudum, 14. ibi, *Nulli alij de iure debitam*, de præb in Sex. can. si clericus, 11, ibi, *Nulla alij de iure debita*. eo. ti. cum simili. quibus verbis excluduntur beneficia, quæ diximus non venire sub mandato. Quemadmodum si apposita fuerit clausula de prouidendo mandatario, de beneficio quod duxerit acceptandum, vt suprà.

7 Sed neque mãdatarius tenetur acceptare primò vacans beneficium si illud sit litigiosum, aut si sit ab alio, vi, aut alio modo, reipsa, seu de facto possessum, vel occupatũ. Rot dec. 608. in antiq. potest enim se tueri mandatarius aduersus omissam horũ acceptationem, quòd nolit se litibus illigare spontè, & quod nec sua, in impetrando, nec summi Pontificis, in concedendo rescripto, intentio fuit vt quæ habebat, vel exigua, in prosequẽda re litigiosa consumeret. arg. l. 4. ad Senat. Trebel. ff. & actus agentium non operantur vltra agentium intentionem. l. non omnis numeratio. de reb. cred. ff. neque litigiosa beneficia venire sub mandato antea docuimus, suprà c. 4 n. 8.

8 Cum & impetratio beneficij possessi ab alio de facto, quamuis de iure vacet. si non expressè mentio erit de eius colorata facti possessione, non habet vim tãquam obreptitia. ca. cum nostris, 6. de concess. præb.

9 Non tenetur quoque primò vacans beneficiũ acceptare mandatarius, si in fraudem eius ordinarius dolosè procuret vacare coram se exiguũ beneficium, vel per renunciationẽ, vel alio modo, vt illud det mãdatario, & pinguius quod de proximo vacaturũ putat, liberè possit cõferre. Quo casu solent etiam mandatarij de loco [illegible] trudere, atque illius beneficij exigui vacantis impetrationem solent in curia Romana nomine alterius procurare intra mensem qui illis datur ad acceptandum, cũ clausula expressè apposita derogatoria mandatis pro illa vice, & nisi in illo casu mandatarij requisierint, acceptauerint, vel obtinuerint, & sine præiudicio illorum pro alia vacatione. Quare mandatarius, qui interim non requisierit, nec acceptauerit, visa illa prouisione simulat se velle acceptare & protestabitur eo casu, quo non poterit obtinere, se recursurum ad proximè postea vacaturum.

## De quibusdam aliis, quæ accedunt ad mandata de conferendis vacaturis beneficiis.

### Capvt IX.

### Argvmentvm.

1 *Principes aliqui nominant in aliquibus Ecclesiis ad vacatura beneficia, pro iucundo suo aduentu, vel alias.*

2 *De nominationibus Academiarum ad beneficia.*

1 Inter gratias ad beneficia vacantia, vel vacatura, annumerabimus nominationes ad beneficia, quæ ex priuilegio, vel authoritate summi Põtificis fiunt à legatis, seu nunciis Apostolicis, vel à principibus, vel aliis, secundum tenorem priuilegij. Quemadmodum Imperatores, Regésque, vt diximus antea. pro iucundo aduẽtu conferũt vel nominant ad futura vacantia beneficia, in Ecclesiis quibusdã. Nominat & rex Galliæ ad vacantes prælaturas summo Pontifici. iuxta titulum de Regia ad prælaturas nominatione, in Concorda. Nominat & rex Galliæ suos consiliarios Senatus Parisiensis ad primum beneficium, vt ait Rebuffus tractatu nominationum, q. 2. in fi. Papus in Rapsod. aresto. ti. 6. Arest. 1 refert ex indulto summi Pontificis concessum regibus Galliæ, & prælatis, nominare præsides, consiliarios, magistros, seu grapharios, ciuilem, criminalem, & præsentationum, & quatuor notarios & secretarios Curiæ supremæ Parisiensis ad beneficia vacatura, & n

ſefutarlunem collatorum prouideri poſſe per delegatos Atq; ſcribit primum volumen ſeu primam deſcriptionem prædictę nominationis fuiſſe factam 1. die Septē. 1403. & poſteà additos Senatores ſupplicationum, ſeu requeſtarum, vt corpori Curiæ annexos. Et vltra, dimiſſos ab exercitio officiorum prædictorū, ex honeſta tamē cauſa, nihilominus contineri eodem iure pronūciatum.

2 In eodem regno Galliæ, nominationes, ad beneficia conceſſę ſunt poteſtati Academiarum, anno Dom. 1438. ſub Eugenio 4. ſumm. Pont. & Carolo 7. eius nominis rege & maximè quo tempore fecerūt ſublatę gratię expectatiuæ: ann. Dom. 1439. gl ad verbum, *inſuper*, & ad verbum, *vacatura* & textus in §. illi verò, verſi. datū de collatio. in Pragm. ſanct. ex concilij Baſilienſis decretis in Concordatis diſtinctis & confirmatis. Sicque nominatio Academiarum ſecundùm Reb. in tract. nominat. q. 4. n. 1. eſt ius quoddam nominato legitimè qualificato, beneficia, certo tempore eidem præſtituto vacantia, petendi, & acceptandi competens. Etenim per nominationes illas, & earum inſinuationes, ius ad rem, vt in aliis reſeruationibus, & gratiis expectatiuis, acquiritur impetranti, c. ſi. de conceſſ. preb. in Sex c. in noſtra, de reſcr. c. quāuis, & ibi gloſ. de reſcr. io Sex. Cle. 1. de elect. in princip. idque tenet gl. de nominat. ad §. item quod ad dictas, & in §. nominate, de collat. in Prag. ſanct. & probantur iſtę nominationes principum, & Vniuerſitatum ſeu ſtudiorum generalium in Synodo Tridentina, ſeſſio. 25. de reformat. c. 8. ſeſſio. 7. de reform. c. 13. vbi & de nominationibus nunciorum Apoſtolicorum, & de differentia inter has nominationes, ratione examinationis nominatorū, quæ omnia melius ipſiſſimis verbis concilij repræſentabuntur. Illa hæc ſunt dicto c. 13. *Præſentati, ſeu electi, vel nominati, & quibus vis Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſedis Apoſtolicæ nuncius, ad quævis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, nec admittantur, etiam prætextu alicuius priuilegij, ſeu cõſuetudinis etiam ab immemorabili tempore præſcripta, niſi fuerint à locorum ordinariis examinati. Et nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quominus examen ſubire teneatur. Præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab Vniuerſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtudiorum exceptis.* Hæc ibi.

## De officiorum vel magiſtratuum prouiſionibus per principes factis.

### CAPVT X.

### ARGVMENTVM.

1. *Principes ſeculares conferunt officia ſecularia interdū antequam vacent.*
2. *Quia in libera ſunt diſpoſitione principum.*
3. *Magiſtratus & officia codicillis principum conceduntur.*
4. *Aliquando tamen electionem aliorum committuntur.*
5. *Vel iuxta albi & matricula ordinem conſtitunt iubente principes.*
6. *Vel permittunt nominationem reſeruata ſibi confirmatione.*
7. *Idipſum in ſum. Pontificatus magiſtratibus dicetur.*

1 QVEMADMODVM autem ſummi Pontifices, pro officiis & beneficiis. Eccleſiaſticis vacantibus & vacaturis, reſcribunt, ſic etiam principes ſeculares, Imperatores & reges, & alij, qui ſuperiorem in poteſtate illa non habent, codicillos & reſcripta concedunt ad officia, & beneficia ſecularia, vacantia & vacatura, atque alios aliis ſubrogant, vel viuentibus vel mortuis concedunt. & duobus aliquando ea lege, vt ſuperſtes in officio remaneat vocant, *à la ſuruiuance* Sunt tamen aliqui qui meo quidem iudicio ſanctius & tutius agunt, & nunquam officium, vel beneficium viuentis cupiam conferunt, vel donant: videtur enim hoc luctuoſum, & triſtiſſimi plenum euentus; quale pactum de futura ſucceſſione, vetitum iure ciuili, & Pontificio, l. pactum. de collatio. C. l. pactum, de pact. C. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig ff. l. ex eo inſtrumento, C. de inutil. ſtip. cum ſimilib. c. 1. & 2. de conceſſ. preb. apud Greg. c. 2 eo tit. in Sex. vbi & eadem ratione improbatur promiſſio beneficiorum antequam vacent

2 Officia & beneficia temporalia, in diſpoſitione cenſentur libera principum, niſi ſi quid aliunde prohibeat, dentque inueſtituram feudorum ſuorū, quæ beneficia dicuntur. §. de vaſſal. mil. qui arma belli. depoſ. lib. 2. feu. ti. 11. & ti. 24. quę fuit prima cauſ benef amitt. cum ſimil. Et pro recipiētibus & pro eorum liberis, vt in rub. de eo qui ſibi, & hęred. ſuis inueſtituram acceperit, lib. 2. feud. tit. 17. & tit. ſeq. 18. de duobus fratrib. à Capitaneo inueſtitis. cum ſimilibus. Poteſt & dominus inueſtiturā, ſeu promiſſionem feudi vacaturi facere, etiam ſine voluntate vaſalli tunc poſſeſſoris, ſi ea conditione inueſtitura alteri promittatur, vel fiat, quo tempore illi ſpectetur. tamen ſi antè deceſſerit inueſtitor, quàm feudum ad eum reuertatur, ſucceſſor eius non tenetur eam inueſtituram habere ratam, §. 1. de clerico qui inueſtituram fecit, lib. 2. feudo. ti. 35.

3 Magiſtratus dignitates, adminiſtrationes prouinciarum, iudices, dātur etiam reſcriptis & codicillis à principibus, vt plerumque, & olim ab Imperatoribus, poteſtate populi, qui aliquando ſuffragiis eligebant, in eos tranſlata, l. 1. ad legem Iul de ambi. li 48 ff ti. 14. Statuit Imperator Anaſtaſius in l. fi. de offi. Quæſt li. 1. C ti. 30. officia & conditiones, quæ pertinent ad viros deuotos in ſacro ſcrinio memoriæ militantes, nemini licere ſub quacunque occaſione, ſine vlla diuinę liberalitatis ſubſcriptione, peragere. Qui fiebāt Patritij etiā dignitatis codicillis donabātur, à quorū expeditione ſi filiifamilias eſſēt, patresfamilias fiebant, in l. fi. de Conſul. li. 12. C. ti. 3. in aliis officiis & magiſtratibus idipſum factitatū per codicillos, teſtis locupletiſſimus eſt Caſſiodorus, qui libris variarum reliquit conceſſionis formulas exaratas, de codicillis principalibus conceſſis adminiſtrationem prouinciæ haberi. Alterius adminiſtrationis meminit l. vni. vt omnes iudi. tam ciuiles quàm criminales, & c. ll. 1. C. ti. 49. Docent & iura, præfectum prætorio à principibus electum, l. 1. de offi. præfecti præt. li. 1. ff. ti. 11. & præfectum Auguſtalem Ægypti, l. 1. de offi. præfecti Auguſt. li. 1 ff. ti. 13. & magiſtratus, l quidam conſulebant, 57. in fi. de re iud li. 42. ff. ti. 1. & iudicis, in Nouella 15. ca. 1. de iudici. & vt nullatenus cum iureiurando eligantur. & in Nouella 113. in medio iliis non fieri ſacras iuſſiones. c. 1. § ſi verò dum cauſa dicitur. Sicque illis principaliter data iuriſdictio dicitur, quę à principe conceditur, in l. & quia nec principaliter, 6. de iuriſdict. omnium iud. ff. li. 2. ti. 1. Eligit & princeps per ſacras literas magiſtratus, in l. vn. ad leg. Iul. de ambi. li. 9. C. ti. 26. in l fi. ad leg. Iul. reper. li. 9 Cod. ti. 27. Codicilli principales in his & ſimilibus ſunt veluti inſignia dignitatis. & gratię factę teſtes locupletiſſimi, quare & ademptę poteſtatis noſe eſt, ademere codicillos: ſi iudices vel alij magiſtratus ſe furtis, vel ſceletibus maculaſſe fuerint conuicti. in l. iudices qui ſe furtis, 12. de digni ta. li. 12. C. tit. 1.

4 Cōcedunt nihilominus principes aliquādo electionem aliorū, vt peritorū, magiſtratuum & officiorū ſeu adminiſtrationum delationes, vt dicitur in d. l. vni. ad leg. Iu. de ambi. C Permiſerunt Valentinia. Theo. & Archadius, electionē iudicū præfectis prętorio, in l. 1. de officio præfecti prętoriorū Oriētis & Illyrici, li. 1. C. ti. 26. Trium Prętorū ordinatio vrbis Cōſtātinopolitanę annua, permiſſa Senatui à Gratia. & Valent Cæſar in l. tres tantūmodò. 2. de offi. Prætor. li. 1. C. ti. 39. permittit Iuſtinianus defenſorum electionem Epiſcopo, & Clero, aliſque probis ciuibus, Nouella 15. in fine de defen. ciuita.

5 Statuerūt, & aliquando ſecundùm probatam matriculam, per gradus, & ſucceſſione decedentiū fieri ſubrogationem

gationem & consensum ad maiores dignitates, vt in l.1. offi. Magistr.officio.lib t. C.tit.31.l. 1.& 3 de agentib. in reb.lib.12.C.tit.20.l.1 de præposit.agent.in rebus, eo.lib. 12.tit.22. & tit.25. de principibus agent. in reb. eo.l.eos qui, 5.

6 Interdum & permittunt principes nominationem dignitatum, vel officiorum aliquibus, reseruata institutione, vel confirmatione suo arbitrio, vt in dict.l.1.de offic.Magi.officio.lib.1.C.tit.31.

7 Summus quoq; Pontifex, in suæ iurisdictionis & potestatis causis, officia & iudices, rescriptis cōstituit quos vult: eoque pertinent concessiones officiorum legatorū, quæ ex tenore rescriptorum legem accipiunt, & potestatem, ea.1 & iuncti gl.de offi.leg.li.1.tit.30.can.2.eo.ti. in Sex.lib.1.ti.15. Hinc & oriuntur delegati, conseruatores à sede Apostolica constituti, vt à manifestis iniuriis & violentiis defendere possint, quos eis rescripto committit, c.1.& fi.de offi. deleg.in Sex.lib.1.tit.14. quorum potestas iuxta tenorem literarum regulatur, d.c.fi.de offi deleg.in Sext.ibi, *Nisi eis hoc competierit ex beneficio literarum*. Alia sunt etiam officia vel munera iudicandi in certis causis, & pro certis personis, à summo Pontifice concessa, quæ rescripta habent delegationis ad lites, de quibus frequens mentio in titulis, de offi.& potestate iudicis delegati, & de rescriptis, in iure Pontificio.

## De rescriptis dispensationum & priuilegiorum, quæ gratiam habent.

### CAPVT IX.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensationes & priuilegia inter rescripta gratia.*
2 *Rigor iuris quid.* 3 *Ius quid.*
4 *Dispensatio quid.*
5 *Priuilegium quamodo pertineat ad dispensationem.*

1 DISPENSATIONES & priuilegia proculdubio annumerari debēt inter rescripta gratiæ, quæ cōtinent remissionem obligationis iuris communis, quod omnes æquè alio modo ligat. l.leges vt generales, 3 l. leges sacratissimæ. 9 C.de legib.lib.1.C.tit. 14.l. constitutionas, 12 de iur.& fact.ignor lib.1. C.ti.18. Vt canonum statuta custodiri debent ab omnibus, & nemo in actionibus vel negotiis Ecclesiasticis, suo sensu, sed eorum authoritate duci debet.c.1.& fi.de constit.lib.1.tl.2.ca. si quis omne, 7.dist.cap si Romanorum, 19.dist.Tria hic per consequentiam considerare operæ pretium est, rigorem, ius, & dispensationem.

2 Rigor, est quidam iuris excessus & austeritas, ad terrorem, & ad rigidam delinquentium mentem flectendā conueniens, notatur in gl.ad c.vt constitueretur, 25. ad verbum, *Detrahēdum*, 50.dist. Rigor, inflexibilis est quædam qualitas, vt in textu ibidem, cui opponitur dispensatio. Rigor naturæ apud Plinium, li.7.ca.19.pro inflexibili & dura natura, & apud Virg.1.Georg.

*Quum ferri rigor atque arguta lamina serra.*

Hinc & rigidum, pro aspero & seuero, erectoque, quod non cedit, vt eodem Virgil.

*Et curua rigidum falces conflantur in ensem.*

*Rigidum*, inquit Sextus Pompeius Festus, *præter madum frigidū significat, & durū*. Ius rigidum, strictum, *ἀκριβοδίκαιον*, Arist.5.Ethi.cūm decisio reuocatur ad omnes verborū angustias, & ad omnes literarum angulos, vt loquitur Cicero in oratione pro Cæcinna. Rigor iuris proponitur in lege 12.Tabularum, de discerpendis debitoribus, apud Gellium lib.20.c.1.qui tamen vsu temperatus fuit. Propositus autem rigor.ad terrendos homines facilè ad vitia declinātes, ne simile quod vindicatur audeant, vt in l.capitalium, §.famosos, de pœn. ca.sed illud 45. distinct. Exempla videbis in proximè citata glossa, ad verbum, *Detrahendum*, canonis, vt constitueretur quando pœnitentia imponitur contrahenti secūdas nuptias. In c.hac ratione, 31.q.1. quando statuitur nō esse dandam pœnitentiam omnino etiam in fine vitæ, his qui defecerunt ab accusatione clericorum, seu Episcoporum, can.si quis Episcopum, 2.q.5. Est & rigor iuris subtilitas, vt in cano.intellexi, cap.literis, de restitut. spoliator. quando sequimur potius verba legis, quàm æquitatis temperamentum, vt in l. prospexit, qui & à quib man.libe.non fiant, ff.

3 Ius, est ars boni & æqui, l.1.de iust.& iur.ff. quod habet aliquod temperamentum, ex bono & æquo, quod communiter seruatur & omnibus iugum imponit.l. leges vt generales, & l.leges sacratissimæ, C.de legibus. & præfertur in iudicando æquitati non scriptæ. l. placuit, C.de legibus. Quis dicitur non posse, quod fieri non potest sine dispensatione, gl.pen.in c.gratia, & ibi Domin.de rescr.in Sext.quia & dicitur non posse fieri, quod fit per remedium extraordinarium. Inno. & Panorm.ad ca.pastoralis, de causa possess.

4 Dispēsatio, est misericordia, qua relaxatur rigor dispositione, ab eo qui potestatē habet ex certis causis: purà pietatis, necessitatis, vel vtilitatis, can.requiritis, 5.§ nisi rigor, 1.q.7.can.1.§.fi.14.distin. Mitigatur rigor, ex causa multiplici, vt notatur in capit.pueris. de sent.excommu. Ita quando subtilius vel distinctius negotium non tractatur, sed summariè, dispensatio fieri dicitur in c.didici, 1.q.7. Opponitur in summa dispensatio censuræ iustitiæ, interdum vtcunque toleranda, aliquando omnino tollenda.e exigunt causæ, 1.q.7.

5 Ad dispensationem quodammodo pertinet priuilegium, in quo receditur à iure communi: sunt enim priuilegia, priuatæ leges, quæ gratiam faciunt, vel ob religionem, vel ob necessitatem, vel ob exhibitionem obsequij, vel ob alias causas, can.fi.25.q.1.

## De diuisione dispensationis.

### CAPVT XII.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensatio duplex, expressa & tacita.*
2 *Quæ debeant concurrere in dispensatione tacita.*
3 *Dispensatio expressa multiplex.*

1 DISPENSATIO duplex, tacita, & expressa. Tacita, quando summus Pontifex vel alius, qui dispensandi habet potestatem in aliquo, in rescripto facit mētionem de impedimento, in quo expressè non dispensat, sed nihilominus concedit ea sciens, prudensque quæ non nisi dispensato concedi possunt: nam ex expressione talis impedimenti, censetur in eo dispensare tacitè. l.idē Vlpianus, 12.de excusat.tutor.li.27.ff ti.1. Exemplum & ratio in l quidam, de re iudica.ff.l.Barbarius, & ibi glo.de offi.Prætor.ff.gl.ad l.vniuersis, 7.ad verbum, *impetratum*, de precib. Impera. offer.C. sic summus Pontifex, conferendo beneficium ei, qui se dicit minorem 25.annis, censetur eum ipso in minori ætate dispensasse. Fel.ad c.nonnulli, de rescr. dummodò aliunde aliud non impediat, Bal.ad l.impetra, C.sent resc.non posse.

2 Porrò antequā tacita censeatur facta dispensatio ex impedimento apposito cōcurrere tria debent primū, vt qui dispēsare dicitur, habeat potestatē dispēsandi in eo casu. Non est enim maior defectus quàm potestatis, vt vulgare ex l. multum interest, si quis alteri vel sibi, & expressè in hac specie dispensationis, in capitul. de schismat. libr. 5. titul. 8. Neque sufficit dixisse prouidentem sciuisse indignum impetrantem, nisi hoc constet in supplicatione, & vltra habuisse concedentem potestatem dispensandi, cau. diuersis,

fallaciis,de clerico coninga.can.quicunque, 81.dist.can. qui in aliquo,51. dist Secundum est,quòd constare debeat de certa scientia dispensantis, quòd sciuerit impedimentum,seu indignitatem impetrantis, Bald.ad l. barbarius,de offic.Pręt.ff.Et vltrà in inferiore à summo Pontifice.& principe exigitur causæ cognitio.vt ait ibidem Baldus.Tertium,vltra potestatem & scientiam exigitur,vt adsit voluntas dispensandi,hoc est, quòd intendat dispensare per rescriptum,quod præsumitur per expressam causam indignitatis. cap.clerico faciente lapidem 50. dist.cano.cum pro vtilitate,16.q 1 alioquin neque clausulæ solitæ apponi rescriptis, inducunt consensum tacitum dispensantis,neque id operabũtur clausulæ operabuntur clausulæ,*Motu proprio* , *ex certa scientia: supplentes omnem defectum iuris aut facti*,aut similes.

3 Dispensatio expressa,multiplex est:diuersorũ quippe negotiorum,in quorum rescriptis apponitur expressè verbum,*dispensamus*. Quare distinguitur inter petitionem de confirmanda postulatione , factam summo Pontifici,& dispensationem.c.innotuit,in fine,de elect. Dicitur aliquando dispensatio indultum.vel indulgentia : quando dispensatur contra legem priuatorum seu statuta,aut regulam alicuius ordinis , vt in c.in his quæ ad cultum,30.de priuil.

---

## De quibus & à quibus fiant dispensationes.

### Capvt XIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensatio à summo Pontifice de his quæ sunt in sua potestate.*
2 *Dispensat summus Pontifex contra dictum Apostolorum.*
3 *Contra vetus testamentum.*
4 *A iuramento fidelitatis principibus debito.*
5 *Aduersus statum generalem in melius reformando.*
6 *In iuramento testium.*
7 *An dispenset summus Pontifex in gradu secundo affinitatis,& num contra legem prohibentem dispensationem.*
8 *Dispensant alij quam sum.Pontifices in aliquibus.*
9 *Dispensat Episcopus in aliquibus cum sacrilego.*
10 *Cum adultero.* 11 *Cum simoniaco.*
12 *Cum schismatico.*
13 *Cum occulte delinquentibus.*
14 *Cum homicida.* 15 *Cum pœnitente.*
16 *In ordinibus & dignitatibus.*
17 *In residentia ratione studij,& quomodo.*
18 *In quibusdam alijs.*
19 *In quibus non dispensat Episcopus.*
20 *Episcopi non possunt dispensare sine causa.*
21 *Dispensant aliquando in aliquibus Abbates , & alij prælati,& notantur ibi casus.*

1 EA quæ subiiciũtur liberę potestati alicuius,vel quę cum certa conditione conceduntur,patiuntur dispensationem ab eodem, nisi nominatim prohibeatur. Cum itaque cuncta per mundum temperamento summi Pontificis subiaceant,ille de omnibus liberè iudicat, à nemine verò iudicatur, can. cuncta per modum,can. per principalem,can alinrum,9.q.3.penes hunc est plenitudo potestatis,c qui se scit,2.q.6. Atque ideò dispẽsando, contra canones vel Ecclesiastica dogmata facere dicitur,cum interpretatio & dispensatio eius semper in illis fuerit excepta expressè vel tacitè,ca. fin.§.bis ita respondetur,15 q 1.

2 Maxima huic potestas,vt pote cui clauus totius nauis Ecclesiasti ç re ... & regendus ... fuerit,vt pro ventorũ & ... m legitimam necessitate, temperare cursum ... & ... possit Proinde cõtra dictum Apostolorum ex causa aliquãdo dispẽsat,illibatis remanentib.articulis seu capitulis fidei. Ex ... duo retulisse sufficiet:illud primum ex can.lector,34. dist. dum dispẽsatur cum bigamo ordinando , contra id quod scripsit Apostolus,quòd esse debeat vnius vxoris vir. Aliud in can.presbyter,82.distin.vbi concilio Gangrensi dispensatur cum presbytero lapso in fornicationem,ne deponatur:cõtra quã statutũ fuerit in cap. 81. Apostolorum.

3 Dispensat & contra vetus testamentum:siquidem in eo iubetur , dandas ex omnibus & ab omnib. esse decimas.Exo 22.Leui.27 Malach 3.D.Matth.23,can ex parte canonicorum 2 1.& c non est in potestate. 22.c.tua nobis, de deci. Summus verò Pontifex dispensat ab hac præstatione Monachos albos & nigros,& alios, c.à nobis,c. in aliquibus,§.fin.de deci. eamq; dispensationem deinde ex arbitrio restringit in c.ex parte, in 1.& c.pen. de decim. extendit ad fratres minores mendicantes , c. nimis praua,de excessi.prælat.ad leprosos communiter viuentes,iuxta c.2.de Eccles.ædifi.

4 Dispensat & absoluit à iuramento fidelitatis principibus dato,c.iuratos,15.q.6.c.excommunicamus,13.§. moneantur,de hæret.& ab aliis iuramentis , c.2.15. q.2. ca.quanto,de iureiur.dispensat & in voto,c.1.& toto titulo de voto.& voti redempt.& in aliis contra vetus testamentum,dummodò non lædantur articuli fidei, cap. sunt quidam,& ibi gl.ad verbum,*Apostoli*.25. quæ.1 aut status generalis Ecclesiæ,can.etsi illa,23.1.q.7 gloss.ad c. proposuit,ad verbum,*dispensare*,de con.pręben.Excipitur namque vterq;casus,& ne dispenset in voto castitatis vel paupertatis monachi, c.cũm ad monasterium, de stat. monach.remanente scilicet monachatu : potest enim ex monacho non monachum facere,& ita dispensare,vt vxorem habeat & proprietarius sit, qui fuit antea monachus,vt ibi notatur.

5 Quemadmodum & summus Pontifex potest aduersum statum generalem Ecclesiæ aliquid in melius statuere citra detrimentum fidei,vt liquet ex c.non debet, de consang.& affi. & ex Calendario Gregoriano nuper edito.

9 In iuramento testium dubium fuit, nũ summus Põtifex possit dispensare quòd testis in ferendo testimonio iurare non debeat. Dubium pendet,quod testes sine iuramento non probant,l.iurisiurandi , C.de testi.c.de testibus,co.11.c.nuper,c.iurisiurandi, 4 q 3.ca.hortamur,3. q.9. & quòd iuramentum veritatis dicendæ sit de iure diuino.c.etsi Christus , de iureiurand.Exod.22.Dehinc, quòd iuramẽtum hoc remitti videretur in præiudicium litigantium,& rescripta non cẽseantur concedi in præiudicium tertij l.a §. si quis,ne quid in loc.pub. Quare & August. Ancon tractatu de potestate Ecclesiastica q. 55.art.5.scripsit, Põtificem non posse in hoc dispensare: sequitur enim Felin.ad c.constitutus, de rascript.Marsilius sing.214. Ego tamen dicerem,non solere quidem nec debere, verùm posse,si iusta causa videatur, & explorata sit fides eius cum quo dispensatur. Sic enim legimus , quòd Flamen Dialis non cogebatur iurare,nec debebat.Gellius lib.10. c.15. Alexander.ab Alex.Genial. dier.lib.5.c.10.Eximuntur & iure communi à pręstando iuramento,in testimonium acciti Episcopi in auth. sed iudex mittat,de Episcop.& cler.C.§.nulli verò iudicum, can.7.Nouella 123.de sanctiss.Episcopis. Subinde iuramentum testimonij non vsque adeò formalis substantia est,vt sine eo non possit consistere:nam & testibus potest remitti ex consensu partium litigantium & iudicis, Fel. ad c.tuis quæst.n.6.& 5.& ibi Ioan. Andreas & Panor. de testi.Ias.ad l.admonendi,de iureiur. Possunt enim ij, quorum interest,suum ius remittere , l.fin. C.de pact. cum simil.Quin & testimonium iniurati testis, etsi regulariter non probet , præsumptionem tamen facit, c. cum olim.& ibi Panor.de dolo.glo.in can. cum olim, in 1.de priuil. legimus & ex dispensatione , Athenienses, qui iniuratos testes non admittebant Xenocrati, cuius fidei plurimum deferebant , remisisse iuramentum,vt referunt Diogenes Laertius & Suidas.Atque ex causa & scientia

ſcientia certa, ſũmus Pontifex & princeps, poſſunt dare priuilegium & diſpenſationẽ in prçiudiciũ tertij, c.pe. 12.q.2.c. contra morẽ, 100.diſt. & ius vnius alteri cõferre, c.nunc verò, ca.per principalem, 9.q.3.c.quia diuerſitatẽ, de cõceſſ.preb l.Lucius, de euict. l benè à Zenone, de quadr. preſcr. cùm Deus ſubiecerit principibus non ſolùm bona, ſed etiam corpora, 1.Reg.8.vide ca. quo iure, 8. diſt. ſine cauſa tamen non debet in præiudicium tertij quicquam agere, nec bono principi id congruit.

7 Non ſolent nec debent diſpenſare ſummi Pontifices, in ſecundo gradu affinitatis inter cõiuges, ca. literas, de reſtit.ſpoliat. nec contra quatuor concilia generalia, vel contra Euãgelia ca. ſunt quidam, 6.ca.omne quod irreprehenſibile, 8.25 q 1.ca ſicut, 15. diſt. Et ſi quãdo impetrentur de facto huiuſmodi reprobata reſcripta debent reiici, vt in ea eam te, 4.de ætate & qualit. Neq; ſemper eſt obediendum, ſi ratio quædam ſuadeat, de qua tamẽ monendus eſt ſumm.Pont. vel princeps, c.ſi quando, c.cum adeò, de reſcrip. c.ad abolendam, in ſi. de hæreti. Prohibetur & aliquando in ſanctione aliqua, ne fiat diſpenſatio de aliqua re, ratione cuius prohibitionis difficilius cõceditur diſpenſatio, & impetrata ſubreptis ſubreptionis & obreptionis eſt; niſi forſan in ea ſit quod nõ lædat alterum, & proſit impetranti, l reſcripta, de preci. Imperat. offer. C.l.1. ne quid in loc.pub.l.2.§.ſi quid à principe, & §.merito.eo.ti. nihil tamen impedit, ne poſt prohibitionem poſſit de ea fieri gratia, vel diſpenſatio, vel ab eodẽ principe ſeu Põtifice qui prohibuit, qui poteſt quod ſtatuitur interpretari & tollere, l.1. & fi. C.de leg. ſeu ab eius ſucceſſore cui prædeceſſor non potuit legem imponere. Par in Parem non habet imperiũ, l.nam magiſtratus de recept.arb.ff l.ille, à quo, §. tempeſtiuum, ad Senat.Trebell. Cæterùm obſeruandum eſt, vt diſpẽſationes contra prohibitionem obtentę valeãt, vt adiiciatur clauſula derogatoria, derogatoriæ, *Non obſtante tali lege contra*, ſicut in l.1.de petitio.bonor. ſubla.li.10.C. Sed hic non inutiliter annotabimus, quod tradit Reb. ad §.1.de firma & irreuocabili Concordatorum ſtabilitate, in Concord. Concordata ſum. Pont. & regis inuiolabiliter obſeruanda, non admittere in contrarium diſpenſationem ſummi Pontificis, nec regis altero inuito, per gl. & Doctores in auth. ſacramenta, ſi aduerſ. vendi. quia quando conſtitutiones tranſeunt in contractũ reuocari non poſſunt. Bartho. in l.hi, qui, de excuſa mun. C. Atque Reb. id plurib. rationib. docet ad rubricam de collat. in prçfationibus firmius enim eſt quod ex data vtrinq; fide, & contract. firmatur. Sicq; & Deus voluit permiſſiones ſuas, vt firmiores videret homo, pacto & contractu ſtabilire, Exo.c.24.facit l.1. quando liceat ab emptio. reced. C. neq. iniuriam vllo irrogare dicuntur sũmo Pontifici qui Concordata in Gallia vel Germania habent & ſuſtinent, etſi vtantur iure ex ſummorum Põtificum conceſſionib. ſibi prçſcripto. iuxta c.cum Eccleſia Vulterra. ibi, *quia non videtur*, &c. de elect. Rot. dec. 671.q.1.de ſepult. in antiq. Non immoderabor diutius in recẽſendis caſib. in quib. ſum. Pont. vel principes diſpẽſent; cùm illi relinquantur liberi illis, & poſtcà ex ſingularibus diſpẽſationibus, de quib. agemus, liquere poſſit.

8 Admonebimus tamen, non ſolùm ſummum Pontificem, vel principem diſpenſatione vti, ſed etiam Epiſcopos & alios, vel Abbates ex ſpeciali facultate illis conceſſa, vel non prohibita. Et gl. in c.requiritis, 5.§ niſi rigor, ad verba *vt plerũque*, 1.q.7. enumerat caſus aliquos, in quibus expreſsè diſpenſatio conceſſa eſt Epiſcopis. Primus, vt diſpenſet cũ ſacrilego ordinato ca. 50.ſi quis presbyter, 50.diſt. niſi enorme, & cum effractione eſſet ſacrilegium, quo caſu recurrendum ad ſummum Pontificem, c. 57.de viro, 1 q.2.c.conqueſti, 12.de ſent.excom.

9 Cum immolante coa[illegible]è idolis, & palinodiam, cũ conſtanti fidei publico certamine recantãte, c.51. presbyteros qui, 50.diſt. vbi gl. extendit ad hæreticum redeuntem.

10 Cum adultero: c.at ſi clerici, de iud.

11 Cum ſimoniaco ſine conſenſu ſuo, ſed ex cupiditatẽ vel auaritia parentum de beneficio prouiſo, vt eiurato beneficio in ordine permaneat, c.1 & fi.1.q.5.

12 Cum Schiſmatico redeunte, ca. vt conſtitueretur, 50. diſt. iunge tamẽ exceptionem, niſi ſeditionem commouerit, ex c.7 ſi quis Epiſcopus, 11.q.3.

13 In maioribus etiam criminibus, ſed occultis, ad beneficium obtinendum, ca. de his verò, 50. diſt.

14 In homicidis, vt beneficium retinere poſſit Eccleſiaſticum, vt in c.2. de clericis pugnan. in duello, lib 5 tit.14. c interfeciſti, de homic. c.ſtudeat, 50. non tamen diſpenſare poterit Epiſcopus cum homicida, vt remaneat in officio, aut poſſit celebrare, quia nec ſum. Pon. ſolet in hoc diſpenſare, ca.n miror, 50. diſt.

15 Diſpenſat & Epiſcopus cum pœnitente, vt poſſit vti coniugio ca. antiqui, 33.q.2.

16 Diſpenſat in ordinibus & dignitatibus excepto Epiſcopatu, in c.innotuit, de elect.

17 Diſpenſãt cum curione ratione ſtudij in non reſidentia. iuxta c licet, c.de elect. in ſex. ad certum tempus: nã & perpetuas diſpenſationes de non reſidendo in beneficio vix ſummus ipſe Pontifex dat, qui & datas à prędeceſſoribus ſolet reuocare, ca.fi. de reſcr in ſex.

18 Sunt & alij caſus in quibus diſpẽſare poteſt Epiſcopus, de quibus videbis apud Angel Clauaſium in ſumma, in verbo, *diſpenſatio*, n.5 & ſequentibus, quos prætermitto, cùm illi nõ ſoleant expediri per reſcripta principalia, de quibus agimus.

19 Non diſpenſant autem Epiſcopi ſed ſummus Pontifex, cum clerico excommunicato miniſtrante, c.quanto, 2.q 5. neq; poſſunt Epiſcopi contra canones vel concilia diſpenſare, niſi in quibus eis expreſsè permittatur, c.dilectus, de tempor. ordi. aut niſi per conſuetudinem præſcriptam liceat, c fin. de conſue. vel ſi maxima id ſuaderet neceſſitas vel vtilitas, quæ non fuerit cogitata tẽpore conſtitutionis prohibentis, vt tradunt Ioan. de Ligna. & Pan. ad c. at ſi clerici, de iud. vel niſi in canone dictum ſit, quòd poſſit diſpenſari: quamuis enim de Epiſcopo nihil dictum ſit, tamen eo modo permiſſum illi videtur, ca. nuper, de ſent. excom. Ioan. de Lignar. & Io. Cald. ad c.dilectus, de tempori. ordin. vt verba aliquid operentur, quia fruſtrà alioquin verba illa de ſummo Pontifice intelligerentur, *qui ſemper poteſt diſpenſare*; & ita quoque tenet glo. ad c.poſtulaſti, de cler. excom. miniſtra.

20 Illud, quia notabile, prçtereundum non eſt, Epiſcopos vel Archiepiſcopos, in quibus permittitur illis diſpenſatio, non poſſe ſine cauſa diſpenſare: quòd ſi fecerint de facto & conuincantur accuſari, deponi debent, c.1. & fin. 21. diſt. ſecundùm Fel. in ca conſtitutus, col.8. de reſcr Pan. & Imol ad c. de multa, de præb. Idipſum erit dicendum, ſi ex falſa cauſa diſpenſent, iuxta Oldr. conſi. 256 quod incipit, *Clemens*. quod ego verum ita demum arbitror, ſi ſciens falſam diſpenſet.

21 Diſpenſant aliquãdo Abbates, & alij prçlati in certis caſib. quos notat Clauaſius in ſumma, in verbo, *diſpẽſatio*, n.8. nẽpe inter ſubditos. Primò diſpenſat cũ nouitio, vt promoueatur ad ſacros ordines, c.monachos, 75.d. Secundò, vt apoſtata reuerſus monachus ad maiores ordines aſcendat, ca, fi. 50. diſt. niſi in apoſtaſia fuiſſet ordinatus: quia hic caſus ad ſumm. Pont. pertinet, c.fin. de apoſta. Tertiò, cum illegitimo religionẽ intrante, vt promoueatur c.1. de filiis presbyteror. Quartò, cum monachis, vt non confiteantur, vel Euchariſtiam non ſumant ſemel in menſe, Cle.1. de ſtat monach. Quintò, vt monachus detur in rectorem vel presbyterum parrochialem, ſi Epiſcopi & clerici accedat conſenſus, c.1.58 diſt c.doctos, 16.q.1.cum ſimil. Sextò, vt monachus poſſit haberẽ propriam cellã intra ſepta monaſterij, c.nullus, 18 q.2 c, fi. in fine, 20.q.ſi. Septimò, diſpenſat cum ſuis monachis

F

in silentio, ieiuniis, esu carnium, operibus manuum, ad quę tenetur monachus, c. non mediocriter, ca. carnem, c. nunquam, de consecr. dist. 5. ca. eùm ad monasterium, & ibi gl. Imol. & Panor. de stat. monach. item in aliis quæ ad regulam pertinent, exceptis tribus votis præcipuis, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, c. fi. 20. q. fi. gl. ad ca. carnem, de con ecr. dist. 5. Octauò, dispẽsat & in irregularitate monachi, quam incurrit recipiendo ordines in excommunicatione, non autem dispensat in aliis irregularitatibus, Pan. Host. & alij ad c. cum illorum, de sent. excomm.

22 Non poterit tamen Abbas dispensatiuè permittere monacho licentiã transeundi ad aliam religionem largiorem, sed hoc relinquendum sum. Pont. gl. ad c. cum singula, §. fi. de præb. in sex quia solua sum. Pont. dispensat contra votum, ca. non est de voto.

Minùs etiam licet Abbati dispensare cũ suo monacho, vt possit habitũ ita coopertũ deferre, ne vlla signa monachatus appareant: nã non obstante tali permissione, monachus diceretur apostata & irregularis. glo. ad Cle. 2. ad verbum, *extrinseci*, de vita & honesta. cleric. Proinde monachus hic, qui nullũ insigne defert monachatus, dicitur, incapax beneficij secularis aut regularis. Oldr. consi. 184. sub fi. inci. *pater sancte*, vbi refert iudicium Cle. 5. sum. Pont. quo priuat monachum iure electionis ob eam causã Refert & Reb. in praxi benefi. tit. de dispensatione cum regulari facta, n. 45. vidisse se Lutetiæ à Senatu plures priuatos suis beneficiis, quòd se ornassent alieno à beneficiis habitu non monachali: neque postea reassumentes proprium & priorem habitum, potuisse effugere priuationem, eò quòd non obtinuissent rehabilitationem & absolutionem irregularitatis à sum. Pôt.

## De modo in dispensatione seruando.

### Capvt XIIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Non datur dispensatio per breue.*
2 *Dispensatio stricti iuris, nec extenditur vltra expressa.*
3 *Explicanda dispensationes & priuilegia, secundum ius commune.*
4 *Quomodo temperanda interpretatio dispensationum, ne gratia pereat.*

1 NOtandum, nunquam dispensationem nec rehabilitationem dari solitam per breue, vt in regula Alex. Papæ 6. continetur, in rubrica de signatura gratię.

2 Dehinc notandum stricti iuris esse, dispensationem vt non extendatur nisi ad expressa, iuxta l. quicquid astringendæ, de verb. obl. ff. ita dispensatus ad tonsuram non censetur dispensatus ad beneficium simplex. arg. c. 1 de filiis presbyt. in sex. & sic iudicatum in Senatu Parisiensi 7. Februarij 1519. refert Rebuffus tract. de pacif. poss. n. 193. Neque dispensatus super ętate, vt possit habere beneficium curatum, non poterit ideò habere administrationem bonorum, nisi & dictum sit, vel aliud appareat ex voluntate principis. Anch. in c. 1. de ętate & qualit. in sex. Fel. ad c. edoceri, de rescr. Rot. dec. 136. incip. *voluerunt*, in nouis. facit l. penult. C. de his qui veniam ætat. impetra. lib. 2. tit. 45. vt non fiat etiam extensio ad casum similem, vel maiorem facilitatem concessionis habentem; c. fi. de translat. Episco. Pan ad c. ad aures, de rescr. strictè enim interpretandæ, c. 1. de filiis presbyt. in sex. gl. ad c. ordinarij, ad verb. *Dispẽsationes*, de offi. ordi. in sex.

3 Eadẽ ratione dispensationes & priuilegia debent explicari & intelligi, quantũ cõsequi poterimus, secũdùm iuris cõmunis dispositionẽ si fieri possit, vel si fieri non possit, ita accommodari, saltẽ vt ius cõmune minori læsione perfringatur. Gemi. ad can. eos, §. 1. de test. in sex.

4 Verumtamen, tam angusta non erit restrictio vel interpretatio adhibenda, quæ gratiam extinguat, c. in his, de priuileg. in fine, c. fin. 25. qu. 1. Quocirca vt locum habeat gratia, & ne sit omninò inanis, extensio etiam fiet ad necessariò consequentia, glo. in ca. quia in tantum, de pręb. Fel. abundè ad ca postulasti, de rescr. sic illegitimus dispensatus, vt possit etiam promoueri ad Episcopatum, censetur dispensatus, vt possit etiam promoueri ad minores ordines. Bonif. ad Cle. 1. n. 34 de pręb. ad d. c. postulasti: nam concesso aliquo, omnia pariter concessa censentur, sine quibus quis concesso vti non potest, l. 2. de iurisd. omn. iud. l. fin. de offi. eius cui ma. est iurisd. ff. Atque aliter quoque talis interpretatio adiici potest, quæ etiã aliquid operari faciat, potius quàm extinguat. c. inter dilectos, de fid. instrum. c. Abbate, de verb. sign. l. quoties, 2. de rebus dub. ff. l in contrahenda, de reg. iur. Sed ex coniunctis indissolubilibus etiam dispensatio extenditur, veluti dispensatus ad beneficium simplex poterit habere curatum, si illi sit annexum, Domi. Perus. ad c. 2. de filiis presbyt. quia dum vnum beneficium alteri est vnitum, quod annectitur perdit beneficij proprium nomen, Rot. dec. 370. incip. *Nota quod vbi*, in antiq nec in eo tenetur rector residere, vel ratione eius ad sacerdotium intra annum promoueri, c. extirpandæ, §. qui verè, de pręb. Milius in reperto. in verb. *Ecclesia parrochialis*. Attamen nunquam extensio factæ gratiæ, in præiudicium alterius fiet, nisi expressè de eo agatur, ca. quamuis, 8. in fi. de rescr. in sex. c. 2. eo. ti. apud Greg. c. si gratiosè, eo. in sex.

## De fine, causis & rationibus dispensationum in genere.

### Capvt XV.

### ARGVMENTVM.

1 *Finis dispensationum salus animarum.*
2 *Pendet & dispensatio ex humanitate & misericordia & sapientia dispensantis.*
3 *Dispensare quid sit.*
4 *Dispensatio fieri non debet sine causa iusta, & quid si fiat sine ea.*
5 *Num dispensatus sine causa iusta ad pluralitatem beneficiorum sit tutus coram Deo.*
6 *Iusta dispensationum causa sex, ad tria capita relata, quorum prior necessitatis.*
7 *Ad necessitatem pertinet tolerantia, permissio.*
8 *Cessante necessitate an cesset dispensatio.*
9 *Alia causa dispensationis pietatis est.*
10 *Vtilitas alia causa.*
11 *Dispensatio ex causa ita demum valet, si vere sit.*

1 FInis dispẽsationum generalis, est salus animarum, vt facilius illatum periculis conuenienti, leuiorique medicinæ prouideatur. Quod Cyrillus paucis expressit in epistola ad Gennadium presbyterum & Archimandritã, quæ referuntur in ca. dispensatione, 1. q. 7. *Dispensationes*, inquit, *rerum, nonnunquam quidem cogunt parùm à debito quosdam exire, vt maius aliquid lucri faciant. Sicuti enim hi qui mare nauigant, tempestate vrgẽte, nauique periclitante anxiati quadam exonerant, vt cætera salua permaneant: ita & nos cum non habeamus saluandorum omnium negotiorum certitudinem despicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur dispendia.*

2 Pendet & dispensatio ex humanitate, & misericordia quadam æquitatem habente, dispensantis, si habeat legis potestatem, quam, cum possit exercere, non debet recusare supplicanti, cum quilibet teneatur esse misericors, ca. non satis. 86. dist. ita tamen temperanda, ne in occasionem delinquendi conuertatur: & aliquando denegenda c. nitor, 50. distin. ca. erga, 1. q. 1. aliquando permittenda, ca. si quis presbyter, & c. domino, 50. dist. Si sine iusta occasione vel causa concedatur, non dispensatio sed dissipatio: si causa existente concedendi, denegetur, crudelitas dicetur. Summus Pontifex princeps, aliusque qui potestatem habet, eius conditionis esse

debet, quam

debet, quam proposuit Deus Lucæ c.12. vers. 42. *Fidelis*, inquit, *dispensator & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore, tritici mensuram*, Tria ibi consideranda, quòd sit fidelis quòd prodens & dispenset in tempore: in fide dispensat, si iuxta voluntatem Dei, non contrà sibi cõmissa mpotestatem distribuat, & exerceat. Prudens, si omnia quæ prouidenda, & consideranda sunt, ante dispensationem discutiat & examinet, & temerè non indulgeat.

3 Sicque quidam dixerunt dispensare nihil aliud esse, qoàm diuersa pensare, seu cõsiderare & perpendere. gl. ad can. requiritis, § nisi rigor. 1. q. 7. facit c. necessaria, 6. eadem, 1. q. 7. ibi, *& sic canonũ paternorũ decreta librare, & retrò præsulum pdecessorũmq. nostrorũ præcepta metiri, &c.* Temporũ etiam qualitates, mores diuersus adferunt & remedia noua desiderant, quæ in tempore rectè dispẽsata Reipublicæ Christianæ adferũt incremẽtum & subsidium: omissa verò, eius lapsum minantur & ruinam. Quod Leo 1. Papa scribit epist. 90. ad Rusticum Narbonensem Episcopum, in c. fin. 14. dist. *Sicut*, inqoit, *quædam sunt quæ nulla possunt ratione conuelli: ita multa sunt quæ aut pro necessitate temporis, aut consideratione ætatum oportet temperari: illa consideratione semper seruata, vt in his, quæ aut dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis, nec decretis sanctarum Patrum inueniatur contrarium.* Et in c. quoniam quicquid, 1. q. 7. *Quoniam quicquid ab alterutra parte est iudicatum, omni videmus peruersitate cassum, temporum necessitate perspecta: hac ratione decernimus, ad veniam peruenire quod gestum est*, &c.

4 Causa in summa aliqua rationabilis debet esse dispẽsandi: alloquin si sine causa fiat dispẽsatio nõ dicetur dispensatus tutus apud Deum, vt scribit glossa ad c. non est, de voto. quã ibi sequũtur Doctores, & Panot. ad c. significasti, n 8. de electio. & ad c. cùm adeò, de rescr. maximè si dispẽsatio sit eorũ quæ sũt iuris diuini, vt de voto, iuramento, & similibus, in quibus cõtrà dispẽsatus ex causa tutus est apud Deũ, nec dispẽsatus in voto castitatis, vt ait Innoc. ad c. cùm ad monasterium, de stat. mon. Quamquã in causis quæ sunt iuris positiui, receptũ sit, summũ Pontificẽ posse, quãuis non soleat, sine iusta causa dispensare, vt valeat dispẽsatio, & dispẽsatus sit apud homines & Deũ tutus in cõscientia, eo quod summus Põtifex, aut princeps, neque suis, neque prædecessorum suorum obiiciatur legibus, c. fin. §. his ita respondetur, 25. q. 1. l. digna vox, de legib C. Placuit & in dispẽsationib. casuum iuris positiui sum. Pont. vel principis non exigi causæ cognitionẽ necessariò, vt notat Innoc. ad d. c. cùm ad monasterium, Panorm. ad c. diuersis fallaciis, de cler. coniug. si verò Inferiores dispensent, exigi. gl. ad c. requiritis, §. nisi rigor, 1. q. 7. gl. ad c. 2. de schisma. & ibi interpr.

5 Attamẽ Pano. ad c. nõ est voti, de voto. excipit pluralitatẽ beneficiorũ, vt non possit in ea dispensare sum. Pontifex. vel saltem non debeat, sine legitima causa. Cõsentit Io. Andr. ad c. de multa, de præb. quia omnia bona Ecclesiarũ sunt Dei, c. cũ eo, de elect. in sex. c. expedit, 12. q. 1. c. quoniã quicquid, 16. q. 1. c. causa, de verb. sig. & ideò quoad Deũ, non esset tutus sine causa taliter dispẽsatus, vt puta si ei vnũ beneficiũ sufficeret. Atq. idẽ Pano. ad c. conquerente, de cleri. nõ resid. ait, quòd habẽs beneficiũ quantumcunque simplex, quod per se sufficit ad vitam beneficiati, non possit aliud tenere cum eo sine peccato mortali, secundùm gl. ad c. dudum, in 2. de elect. quod verum dicit ibidem Panot. si propter se beneficium habet: contra si sibi collata essent plura beneficia, non sui ratione, sed propter vtilitatem Ecclesiarum: veluti quia est homo industrius, & bonæ conscientiæ, vt & notat Ioan. Andræas ad c. cum iamdudum, de præb. in quo casu posset esse tutus in dispensatione quoad Deum, non etiam si pro sua vtilitate: vt notat Panot. contra glossam in d. c. dudum. cùm nec Pontifex summus sine graui peccato possit Ecclesiæ bona sine causa alienare, c. non liceat Papæ, 12. q. 2. Et in hoc violaretur non tãtùm ius positiuum, sed etiam diuinũ, secundùm Hostiensem & Io. Andream ad d. c. dudum. Infert proinde Panot. ad d. c. nõ est voti, de voto, quòd religiosus est tutus quoad Deum, cum quo dispensat sum. Pont. vt transeat sine causa ad latiorem regulam, vel vt præficiatur curatæ Ecclesiæ, si non sit aptus exercitio curæ & officio prædicãdi. Et gl. in c. monachi, vagãtes, 16. q. 1. notat religiosum promotũ ad Ecclesiam secularem, non vt prosit sed vt præsit, peccare mortaliter, quia facit contra votum suum. Quibus distinctionẽ adiiciẽdã censeo, glossæ primæ extrau. Ioan. 22. execrabilis, de præb. dum ait, tutum esse à periculo animæ illum cum quo etiã sine aliqua causa rationabili. sum. Põt. dispẽsauit ad plura beneficia, quia, inquit, prohibitio plurium beneficiorum, nõ à Deo, sed à cõditore canonis qui dispẽsare potest, pẽdet, atqui sanior Panormitani distinctio & allorum mihi videtur, consideratis rationib. p quas pluralitas beneficiorũ sãctissimè interdicta est, de quib. (Deo fauente) agemus suo loco posteà.

6 Iustæ dispẽsationũ causæ sex numerãtur in can. requiritis, 1. q. 7 ex intuitu tẽporis, personarũ, pietatis, necessitatis vtilitatis, euẽtus rei, quæ possunt referri ad tria capita, necessitatis, pietatis, & vtilitatis rerũ, vel personarum, vel Ecclesiarum Meminit summariè c. tali cõiugio, 1. q. 7. de his. *Tali coniugio*, inquit. *generati, Ecclesiasticis ordinib. nõ applicentur, nisi fortè eos, aut maxima Ecclesiæ vtilitas, vel necessitas postulet, vel euidens prærogatiua commendet.* adde c si §. si 25. q. 1. De necessitate temporum adhuc in c. quoniam quicquid, c. necessaria, 1. q. 7. Et hãc causam iustam vrgentis necessitatis dispensandi ex pluribus sacræ paginæ locis docet c. fi. §. his ita respõdetur, 25. q. 1. ob illã Deus præter literam prohibitionis discipulos sabbatho terentes spicas, leuãdæ causa famis defendit, D. Matth. c. 12. Dispensatus Dauid propositionis panes ob famem manducare, 1. Reg. c. 21. quos alioquin non licebat nisi solis sacerdotib. manducare, Leui. 12. facit regula iuris, quod non est licitum, de reg. iu. apud Gre. Facit necessitas, vt ex duob. malis incurabilib. propositis, id resoluamus quod minori nexu obliget, ca. duo mala, & c. nerui testiculorum, 13. dist.

7 Ad dispensationem ex necessitate pertinet permissio seu tolerantia aliquorum, quæ si non permitterentur vel tollerentur, generarent scandalum, vt dum dissimulatur vindicta multitudinis peccantis, vt strages multa euitetur: & animaduertitur tantùm in paucos, c. quoties à populis, 1. q. 7. ex Inno. 1. epist. 22. ad Episcopos Macedoniæ: simile exemplum in epist 50. D. Augusti. ad Bonifacium Episcopum, in c. vt constitueretur, 50. dist. & c. considerandum, eadem 50. dist. alia exempla in c. comessationes, 44. dist. c. licet, 45. dist. can. plerumque, 11. q. 3. c. noli, 23. q. 1.

8 Cessante necessitate itaque impulsiua, cessabit dispensandi ratio, c. quod pro remedio, c. si quis Episcopus, 1. q. 7. c. quòd pro necessitate, 1. q. 1. c. de Syracusanæ, 28. distin. can. neophytus, 61. dist. cum similib. facit c. cum cessante, de appellat. l. adigere, §. quamuis, de iure patronat. videlicet, ne posthac, cessante necessitate, aliis ex ea causa quibus dispensatum olim, ampliùs dispensetur. Cæterùm iam dispensatio ex ea causa vrgente facta, etsi ea posteà cessauerit, non erit conuellenda à re vel persona in quibus indulta. vt c. ex tua, de filiis presbyteror. facit quod notatur in c. de his, de accusat. cùm beneficiũ principis perpetuò manere debeat, c. debet, de reg. iu. in sext. c. super gratia, de offi. legat. in sex. & liberum sit beneficium conferre, vel non, concessum autem reuocare non liceat, l. in commodato, §. sicut commod. ff can. vnic. de commod.

9 Ratio & causa pietatis, dissimulationẽ & dispẽsationẽ habet aliquãdo pœnarũ. veluti ob causam senectutis, vel simplicitatis, vt loquamur cũ c. tanta nequitia, 1. q. 7.

& c.tanta nequitia,86.dist.c.hoc fit,c.tempora,26.qu.7. vbi & glossa explicat,interdũ pietatem dici ratione naturæ,vt quia natura nostra fragilis sit,exercẽda sit pietas ea causa dispensationis,in c.antiqui,33. q.2. Eò pertinet quoque innocentia pueritiæ,propter quam dispensatur in c.placuit,1.q.4. Religionis fauor ad pietatem quoque pertinet, ob quem dispensatiuè permittitur monacho nouitio breuiori tẽpore ordinũ susceptionẽ accelerare, item & laico probatæ vitę,ca.monachus,77.d.cùm ex vtilitate sit Ecclesię semper ordinẽ ex personis esse completum,l.generaliter 3.§.spurios,de decurionib. li.50. ff. ti.2. permittitur & Abbatibus monachos se mutuò percutiẽtes absoluere,in c.cũ illorũ,32. de sent.exc.& cũ ordinatis à non Episcopo dispẽsatur,vt possint ministrare in ordine,in c.12.si qui vel temeritate,1.q 7. *Et*,vt Papinianus ait, *sũma & pcipua est ratio q̃ pro religione facit*, l.sunt personę,43.§.fi.de relig.& sumpt.fun.li.11.ff.tit.7.

10 Vtilitas aliquando personarum, necessitati iungitur,& æquè facit legitimã dispẽsationem, c.ipsa pietas, 23.q.4.c.in causis, 19.de re iud.li.2.ti.27. d.c.tali cõiugio, 1. q. 7. eò forsan referenda dispensatio, quę fauore illustriũ & literatarum personarum circa plura obtinenda beneficia conceditur,in c.de multa, 18.de præb. c. execrabilis,eo.ti.in Extrauag.Ioa.22. quia secundùm qualitatem personarum sunt beneficia conferenda,c.non cogantur.41.dist.c.Vulterranę, & sequen.12.q.2. vtilitas est & Ecclesiæ, & rerum eius consideranda, d.c. tali coniugio,can.& si illa nonnunquam, 1. q. 7. multa enim propter vtilitatem Ecclesiæ recepta & statuta sunt, c. sine exceptione,12.q.1.c.cum pro vtilitate,16.qu.1.c.exposuisti,de præb.c.dudũ,de reb.Eccl.non alie. Quẽadmodum & leges ciuiles, pleraque admittunt singulari iure, propter vtilitatem,vt in l.sed an vię,12.de pigno.li.20.ff.ti.1. l.seruitutes in magna,14.de seruit.tit.genera. Nec indignũ obseruatione puto causas prędictas esse veras debere,alioquin præsuppositas & falsas,non habere dispensationem validam,nec eam impetratã,si causa vera non sit,prodesse impetranti.gl ad c.quia circa,de consang.& affi.in fi.c.dudũ,in x.§.insuper,de ele.& obreptio,& subreptio vitiant ipso iure gratiam,c.si dignitatẽ,de prę b.in Cle.c.dudum,de priuil.vt minor impetrans veniam ętatis,non aliter sibi prodest,nisi causæ sint verę,& eas corã suo ordinario veras esse pbauerit,l.2. in prin. de his qui ven.ætat. impet. C. & authoritas perperam interposita, habetur pro non interposita,l.nulla est differẽtia,de author.tut.ff.vide tamen decis.Rotæ, 1. *vtrum vnio facta*, ti.de reb.Ecclesiæ non alie.in antiq.Et hæc de dispensatione in genere dicta sint. de qua plura videnda apud Speculatorẽ titulo de lapsis & dispensationibus,§ 1.& 3.

11 Proponamus nunc singulariter quædam rescripta dispensationum, & causas speciales quibus gratiæ earundem dispensationum illustrabuntur.

---

## De dispensatione ad beneficia quæ iure communi ab aliquo teneri non possunt.

### Capvt XVI.

### ARGVMENTVM.

1 *Iure communi nemo duo beneficia tenere potest.*
2 *Ratio prior,quia plurium officium non potest exequi.*
3 *Secunda,quod pluralitas dat vagandi occasionem.*
4 *Tertia,quia non seruatur hospitalitas.*
5 *Quarta,quia minuitur cultus diuinus.*
6 *Quinta,ad euitandas ruinas Ecclesiarum.*
7 *Sexta quòd officia singula singulis committenda.*
8 *Dispensatio simplex ad plura beneficia, non extenditur ad iam possessa ante dispensationem.*
9 *Dispensationis ad plura beneficia impetratio non eludet maculam ambitionis impetrantis.*
10 *Dispensationes ad plura beneficia exose,& per importunitatem extorte.*
11 *Dispensatio habendi plura beneficia præsupponit plura quæ dispensatione eluduntur.*

1 IVre communi nemo duo beneficia curam animarum habentia,tenere potest,seu duas Ecclesias Parrochiales,an duas dignitates,sicuti scriptum est,1.ad Titũ c.1. *Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum.* Prohibent iura Pontificia habenti beneficium aliud cõferri,c.quia in tantum,5. c.ad hæc, 13. c.cùm non ignores, 15.c.cùm iamdudum,18.c.super,35 de præb.c.quia nonnulli,de cler.non resid.cap.1. §.neque duas,de excessib. prę la.c.fi.§.fi.de relig.domi.c.cum singula, 32.de prę b. in sex.c.sanctorũ,c.fi.§.omninò,70.dist. c.vni. §. sed & hoc, 18.q.3.c.per laicos,§.fi.16 q.7.c.1.c.clericum,c.vnũ,21.q.1. in concilio Lateranensi,habito sub Innoc.3 c.29. relato in c.de multa,28.de præb. vbi mentio fit de alio concilio Lateranensi idem statuente, habito sub Alex.3. sum. Pont.c.13. Idipsum firmatum concilio Tridentino sess.7. de reformatione,c.2.& 4.& sess.24.de reform.c.17. Atq. in prędicto c.2.septimę cessionis statuitur, vt nemo quacumque sit præditus dignitate,gradu aut prę eminentia, plures metropolitanas Ecclesias in titulum aut cõmendam,aut alio quouis nomine recipere, aut simul tenere audeat. Sanctissima Ecclesiæ constitutio, cui plures rationes suffragantur, partim relatæ in c. execrabilis, de præb.in Extrauag Ioa.22 quas non pigebit propter abusum aduersum eas,referre.

2 Prior, quia plerumque vnus, qui vnicum quamuis modicum officium vix implere sufficiens sit, plurimorũ sibi vindicat stipẽdia,quæ multis literatis viris,vitæ puritate pollentibus,qui mendicãt.possent sufficere, idem in c.3.de cle.non resid.c.38.presbyteros,16.q.1.nec aliunde virus hoc serpit quàm ex mera auaritia & ambitione insatiabili & execrabili secularium & religiosorum, cui quantò plus indulgetur,tantò plus est importuna in petitione,& magis nocet causæ spiritali. d. c. execrabilis, cui addenda,l.si quemquam,de Epis.& cler.C.

3 Secunda ratio, quòd per pluralitatem beneficiorũ paratur vagandi occasio,d.c.execrabilis, & c.quia in tãtum, de præb. vagatio verò multum periculosa clericis, quibus iniuncta assiduitas in Ecclesiarum locis, vt horis & officiis canonicis inseruiant,c. Eleutherius,91. dist.& maximè periculosa monachis hæc vagatio,d. c.cùm singula,de præb.in sex.c.vt periculosa,ne clerici vel mona. can.quidam,16.q.1.l generaliter,C.de Epis.& cler.

4 Tertia,quia absentib.præpositis Ecclesiarũ,non seruatur hospitalitas q̃ eis iniũcta est,in c.hospitalẽ 42.di.

5 Quarta,quia subtrahitur & minuitur cultus diuinus, circa diuersas Ecclesias,personis illarũ distractis, c.quia ambitiosam,de rescr.in sex cùm tamen potiùs sit augẽdus,c.ex parte, de constit. & ideò propter necessitatem cultus diuini reuocari possunt personæ ad proprias Ecclesias,quãuis dispensatæ anteà fuerint pro absentia.ca. cum ad hoc,de cler.non resid.quemadmodum ob aliam necessitatem Ecclesiæ propriæ.in c.tuę,eo.tit.

6 Quinta addenda, quòd absentibus prælatis & præpositis Ecclesiarum,illarum commodis,honorib.& priuilegiis detrahitur,vt carentibus defensorum auxilio, & in iuribus suis & libertatib. multipliciter collabuntur, & ruinis patent ædificia nobilia,quæ magnificentia extruxerat prædecessorum: & quod magis dolendum est, animarum cura negligitur,& vitiorum sentib. fomẽtum periculosè præbetur. d. c.execrabilis. neq. aliunde aditum faciliorem hæresis in gregem Dominicum habuit, quam ex præpositorum absentia & incuria,qui suis redditibus multiplicandis potiùs quàm saluti eius indulgebãt. Lupus enim destitutum pastore legitimo gregem inuasit, fugientibus mercenariis vicariis, ad quos non pertinebat cura de ouibus. Misera ingluuies & solicitudo Ecclesiasticarum personarum, quæ numerant diligentius,curántque magis solicitè redditus,quàm oues.

7 Sexta

7 Sexta ratio, quòd singula officia & beneficia sint singulis conferẽda, c. cum singula, 19. dist. c. cum singula, de præb. in sex. c. præterea, eod. tit. apud Greg. non vni duo: quemadmodum nec iure ciuili, vni duo habere vel gerere officia conceditur, potissimùm quorum exercitium sit personale l. hi quidem, qui militare poss. li. 12. C. l. nemo, de assessor. C. l. hac parte de proxim. sacr. scrin. lib. 12. C. l. libertus, § præscriptio, ad municip. ff. aut habere locum in duobus collegiis, l. 1. § fi. de colleg. illici ff. siquidẽ nullum est beneficium tam exiguum, aut tenue, quod non beneficiati exigat assiduitatem, seu residentiam, quam si non præstet, beneficio priuari potest, & alij illud dari, qui residere velit & possit, c. conquerente, & c. inter, 10 e. fin. de cler. non resid. c. peruenit, in 2. de appellat. Impossibile autem est natura humana vnam & eandem personã duobus aut pluribus locis simul & eodem tempore, & modo adesse, l. 4. de in ius voc. ff. Distincta etiam cũ sint Ecclesiarum beneficia & diuersis erunt assignanda, vt in c. 13. dist. Atqui turbari videtur ordo politiæ Ecclesiasticę, & sacrę hierarchię cùm vni duorum munera dantur: non secus quàm si cùm in corpore sint membrorum distincta officia, vni duorum ministeria adiudicentur, quod & obseruauit, c. cum singula, 89. d. Quocirca quamquam plenissimè in beneficiis principum aliàs gratia sit explicanda, c. cum dilecti. de donat. c. olim, de verb. sig. l. beneficium, de constit. prin. tamen literæ super beneficiis impetratæ debent cùm sint ambitiosæ, restringi, c. quamuis, 4. de præb. in sex. Exempla proponentur ex c. 3. de off. ord. in sex lib. 1 tit. 16. vbi singularia deciduntur: primũ, vt qui plura beneficia possidet incompatibilia, teneatur propter periculum animarum quod inde sequitur, docere ordinarium de sua dispensatione intra tempus ab eo cõstitutum, alioquin si non fecerit, contra possidentem perinde possit procedi, ac si nullam haberet dispensationẽ, & aliis conferri. Secundò, quòd si sufficiens sit dispensatio, non turbetur possessor. Et si insufficiens videatur vel dubia, consolatur summus Pontifex, super interpretatione eius. Tertiò, vt non conferatur beneficium aliud plura iam possidentibus, etsi ostendant quòd possit aliud conferri, nisi possint illud cum possessis obtinere: vel si prioribus renuntiauerint, aliter collatio non valeat.

8 Tradit & Pan. ad c. ad aures, & Fel. ad c. postulastis, de rescriptis dispensationem simplicem, non facta mentione beneficiorũ ante impetrationem possessorum, nõ extendi ad beneficia iã obtenta, quę verior videtur sententia ea quæ contrarium patat, Paul. Castr. in l. & militibus de test. mil. C per l. si quis filio, § irritum, de iniust. rup. sic etiam legitimatio sobolis, non firmat electionem electi illegitimè aliàs nati nec purgatur vitium eligentiũ: quia non retrotrahitur, secundùm Baldum in Margarita. q. 15. probat & c. si gratiosè, in verbo, *retinere*, de rescr. in sext. nisi verba dispẽsationis faciant mentionem de beneficiis iam obtentis, & sit dictũ, *Non obstante quòd illa beneficia habeas, tecum dispensatur.* Tunc enim dispensatio prodesset super obtentis, & certè tutius erit inspicere verba dispensationis, videndus Speculator, in tit. de lapsis, §. dicendum. *vers. sed pone.* Rebuff. tract. nom. in q. 15. nu. 34.

9 Dispensatur porrò in pluralitate beneficiorũ, non ideò tamen omninò malam suspicionem quam incurrũt impetrantes elidunt, saltem non omnes, propter ambitionem ob quam huiusmodi dispensationes restringuũtur, in c. si gratiosè, 6. de rescr. in sex. c. 1. 2. de filiis presb. c. quia in tantùm de præb. Et propter suspicionem valdè vrgentem auaritię, c. 3. de cler. non resid. videtur & genus quoddam negationis habere plures Ecclesias, c. clericus ab instanti, 21 q. 1. Est & suspicio adulterij spiritalis potissimùm in prælaturis, in quibus connubium censetur spiritale cum præpositis, c. inter corporalia, de translat. Episc. Sicut enim duas vxores citra infamiam & adulterium habere nemo potest, l. 2. de incest. nup. Cod. sic nec duas Ecclesias, c. sicut alterius, 7. q. 1.

10 Atque in d. ea exsecrabilis, additur eò magis exosas esse dispensationes ad plura beneficia quòd per importunitatem sæpè extorquentur, potiùs quàm concedantur, quare & ibidem reuocantur, quod per importunitatem vt plerumque non concedenda malè concedantur; pro quo & facit, l. 1. de pet. bon. sublat. li. 10 C. c. detestanda. & de concess. præb. in sex. c. cũ in iuuentute, de purg. c. quia per ambitiosam, de rescr. in sex. Et extorsio habet inuitam concessionem, liberalitatem nescit, violentiam redolet l. fideicommissa, §. si rem, de leg. 3. ff.

11 Cæterùm ad elidendam hanc indignam probo viro suspicionem, oportet primùm dispẽsationem fieri in his quæ aliter teneri iure non possunt, dehinc ab eo qui habet potestatem: & postremò, ex iustis verisque causis dispensandi.

12 Vim dispẽsationis ad duo incõpatibilia Gomes esse ait super Reg. Cãcel. de non iudicando iuxta formã supplicationis qu. 15. vt etiam qui ea possidet cum simplici signatura tutus sit, nec ea possint interpretari: quod & seruatur in Gallia. facitque gl. ad Cle. dudùm, in fi. in eo verbo, *de sepult.* Nũ autẽ in foro cõscientiæ quis tutus sit plura possidens cũ dispẽsatione sua, certè causa docebit.

## De beneficiis quæ sine dispensatione teneri possunt aut non possunt.

### Caput XVII.

### Argumentum.

1 *Duo beneficia aut officia sine dispensatione teneri nequeunt.*
2 *Potest quis possidere vnam Ecclesiam in titulum, aliam in commendam.*
3 *Commendæ natura.*
4 *De commenda duplici, perpetua & temporali.*
5 *De commenda data ab Episcopo, & ad quantum tempus debet fieri.*
6 *Per commendam datam à sum. Pont. reseruatio fit.*
7 *Commenda seu præceptoria ordinum alia à superiorib.*
8 *Iure communi beneficia annexa sine dispensatione possidentur.*
9 *Ex penuria clericorum Ecclesiæ duæ vni clerico datæ.*
10 *Ex penuria quoque Ecclesiarum duæ vni clerico datæ.*
11 *Num si vna præbenda per se victui non sufficiat, liceat alia habere, & de consuetudine plures possidendi.*
12 *Damnatio reuelata eius, qui admittebat pluralitatem beneficiorum & de aliis.*
13 *Duæ dignitates vel personatus ab vno teneri nequeũt.*
14 *Incompatibile vnum duabus præesse monasteriis, vel parrochiis & alia duo beneficia, &c.*
15 *Monachus sine dispensatione non potest præesse monasterio & Ecclesiæ parrochiali.*
16 *Quæ annua professio regula fieri debet.*
17 *Casus in quibus monachus possidet cum regulari Ecclesiam secularem.*
18 *Beneficium regulare non possidet non professus regulã.*
19 *Rescripta ad plura beneficia possidenda ad quos beneficia extendantur.*

1 Oportet ergo dispensationem accedere in possidẽdis duobus beneficiis, c. ordinarij, 3. de offi. ordin. in sex. quę alioquin iure communi nõ possunt possideri, cùm sine canonica institutione possideri non possint, c. 1. de reg. iur. in sex. Quemadmodũ sine codicillis principis duo officia vel magistratus nõ possunt teneri, aut sine eius permissione, l. vni. vt omnes iudices tam ciuiles quã militares post administra. depositam, & c. C. lib. 1. tit. 49.

2 Iure cõmuni sine dispẽsatione quis duas potest possidere Ecclesias, vnam in titulũ, aliam in commendam, c. dudũ, 54. §. fi. de elect. c. 2. c. qui plures, & c. fi. 21. q. 1. in ea enim, in qua habet cõmendam, non dicitur prælatus, sed procurator. gl. in d. c. qui plures, c. obitum, ca. Cathinensis, 61. distin. & qui commendauit, potest reuocare, quia

nihil aliud est commendare quàm deponere, l.commẽdare.de verb.sign.l.Lucius,§.1.deposit.in c.ne quis arbitretur,22.q.2 c.1.depos.vide c.nemo deinceps,15.de elect. in sex.& ibi gl.in verbo,*commendare.*

3 Iustissima est ratio,quare cõmendatum nõ impediat quominus quis possit possidere in titulũ beneficiũ aliud si quis vteretur cõmendato eo modo & lege,quibus beneficia ex primæua institutione solebant cõmendari: at cùm quis hodie commendato perinde ac titulari vtatur fruatúrque,omissa lege cõmendationis,valdè periculosa quoad Deum mihi videtur sine dispensatione cõmendati cum titulari possessio.relinquam tamen iudiciũ etiam hac de re in posterum perpendendum summis Pontificibus & collatoribus,& qui agitant casus conscientiæ.

Interim referam naturã commẽdæ. Eam in primis inuenio temporalem & perpetuam. Vtrique commune erat antiquitus,vt qui Ecclesiã in cõmendam accepisset, teneretur Ecclesiam conseruare in eo statu quo ei data fuisset,nec posset quicquam ab eo minuere &acceptum in vtilitatem Ecclesiæ conuerteret,de superfluo suæ vitę & clericorum prouideret,c.de monachis,de præb. c.obitum,c.Cathinensis,61.dist. & ita commendatarius erat non prælatus, sed procurator tantum propriè Ecclesiæ commendatæ, cuius habebat legitimam administrationem,c.relatio,21.q.1.c.cum nobis olim,2.§.fi.de elect.Datur ad tempus beneficij commenda ab Episcopo: ad tẽpus,& ad vitam quoque commendatarij à summo Pontifice,in concilio Lugdunensi in ca.nemo,15. de elect.in Sex. Lex commendis Episcopalibus hęc imposita est. *Nemo,*inquit,*parrochialem Ecclesiam alicui non constituto in ætate legitima & sacerdotio*(obserua qualitatem personæ commendatarij)*commendare præsumat,nec tali etiam* (obserua rem & beneficium commendandum, & causam commendandi)*nisi vnam,& euidenti necessitate & vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente. Huiusmodi autem commendam. vt prætermittitur, rectè factam declaramus vltra semestris temporis spatium non durare*(obserua tẽpus commendæ Episcopalis)*statuentes quicquid secus de commendis parrochialium Ecclesiarum actum fuerit esse irritum ipso iure.*

5 Notat ibi gl.ad verbum,*commendare,*in commenda illa ab Episcopo commissa,vocandos esse quorũ interest bona Ecclesię conseruari,per l.de vnoquoque,de re iud. ff.l.nã ita,de adopt.ff l.in causę,de minorib. ff.c.ad hæc, de offi.Archid.cuiusmodi sunt patroni Ecclesiarum,c.filiis,16.q.7.Sufficit autem semel fuisse vocatos,vt si contumaces sint,non oporteat illos secundo vocare,c.perlatũ, qui filij sint legitimi. Fit commenda ad tempus maius quàm sex mensium à summo Pontifice.vt in d.c.obitum & c.Cathinensis,61.d.fit & ab eodẽ summo Pontifice ad vitam cõmendatarij, & hæc commenda habere videtur titulum beneficij saltem hodie,vt ait Gomes ad regulam de trienn ali possessore:cũ dispẽsatione tamen si regulari seculare beneficium datur in commendam:vel cõtrà,regulare seculari, in quo desiit esse in vsu ius antiquũ, per quod(vt diximus ex ca.obitum,& c.Cathinensis,61.dist.) commendatarij erãt tantũ œconomi &administratores, & erat beneficiũ commendatum sua natura reuocabile, vt notat Rot dec.243.in antiq.incip.*Nota quod vbi beneficium,*& hodie commendatũ ita à summo Pontifice, pro titulo tenetur,&quãdo moritur cõmendatarius,vacat per mortẽ:contra primæuam naturã cõmendæ,quæ mortuo cõmendatario,non censetur vacare beneficium per mortẽ eius,sed tantũ commenda,& vacabat eo modo quo ante commendam vacabat:verùm tamen hodie, cùm cõmendatarius à summo Pontifice factus moritur, beneficium reuertitur ad primam naturã:nẽpe si seculare commendatũ fuerit regulare, vt possit cõferri seculari,non regulari,ab ordinario,vel à summo Pontifice per præuentionem,qui tamen poterit,si velit, eadẽ authoritate iterùm in commendam conferre:ordinarius tamen non posset alteri conferre,quàm personę eius qualitatis cui debebatur ante commendam. Fredericus de Senis tract.permut.q.15.Gomesius ad regulam Cancellariæ de verisimili notitia.q.6.

6 Doctores tamen Vltromontani asserunt,per cõmendam beneficium esse reseruatum summo Pontifici, nec posse conferri ab ordinario vacatione adueniẽte per renuntiationẽ,vel per mortẽ, neque ipsum cõmendatariũ posse renũciare sine authoritate sum.Pont.à quo habuit, Pan.in c.cum olim,de rer.permut.quòd per commendã videatur facta reseruatio,notat & Rebuf.in praxi benefi. & materia commendę,nu.59.Quod,vt ipse ait in Gallia non seruatur,cùm illæ reseruationes,& omnes alię similes Pontificiæ,sint sublatæ,titulo de reseruationib.sublatis,& in principio tituli de collatio.in Concord.& constitutionibus comitiorum Aureliæ habitorum,ann.1561 art.32. Quocirca in Gallia,facta renuntiatione in manibus ordinarij de beneficio cõmendato.potest ordinarius illud conferre alteri clerico seculari,vel regulari,secundũ naturam beneficij quę erat ante commendam, quia cõmenda extinguitur vbi beneficiũ reliquit personã commendatarij,& reuertitur ad ius cõmune,vt ait Frederic. de Senis prędicto loco,& Rufęus tract.de commẽdis, q. 6.sequitur & inde improbatio sententię Vltramontanorum dicentium beneficium commendatũ non posse,nisi coram summo Pontifice,renuntiari,vel ab alio conferri.

7 Non confundemus tamen hic pręceptorias seu commendas ordinis militum hospitaliorum sancti Ioannis Hierosolymitani,vel aliorum ordinum, vt sancti Antonij,cum prædictis commendis.Nam beneficia ordinum hospitalium,& aliorum, quæ commẽdę nomine dicuntur,naturam propriam habent beneficij regularis,&cõferuntur personis ordinis tantùm, vt scribit Staphilæus in 8.forma gratiarum expectatiuarum : meminit harum pręceptoriarum militum D.Ioan.c.dudum,31. de decim. Pan.ad c.causam,de elect.

8 Secundò, iure communi si vna præbenda alteri annexa sit,vel vna ab altera pendeat,sine dispẽsatione,vnus vtramque rectè possidere poterit,d.c.dudũ,in 2.de elect & c.eam te,de ætat.& qualit.extirpandæ,§.quia verò,de pręb.c super eo,6 eo.tit.in sext. annexa ita vnum faciunt beneficium,d.c.cum singula,de pręb.in sex.

9 Tertiò,olim in penuria clericorum,in villis & extra ciuitatem, vnus duabus aliquando pręponebatur Ecclesiis.c.1.21.q.in fine,ob eandem enim penuriam quędam alia permissa fuerunt,quę alioquin non erant licita, c.presciscis 55 dist.

10 Quartò, aliquando propter paupertatem Ecclesiæ, quæ per se proprium non potest alere Curionem,eadem datur & iungitur alterius viciniæ Curioni: vnde & plerumque fit vnio.c.vnio,10.q.3 c.sicut vnire,de exces.prælat.Concilio Lateranensi sub Leon.10.sess 9.de refor.curiæ c.eam te,de ætat.& qualit.vide Concilium Triden. sess.21 de reform.c.5.

11 Quintò,notat Gofredus ad ca.3.de cler.non residen. quod de iure quis potest habere plures prębẽdas, quarũ altera per se non sufficit. Facere videtur pro ea sentẽtia. c.cõquerẽte,7.de rest.spol li.2.tit 13.ibi,*Non debere sine manifesta causa spoliari beneficiis suis.*Melius e.cũ teneamur,6.de pręb.& in c gratia,7.de rescr.in sex.in illis verbis,*Si talia sint beneficia quæ simul nequeant de iure teneri habere non potest vtraque scilicet.*& ibi notat glo.ad verba,*de iure teneri,*ex Speculatore titulo de legato,§.restat,vers.*illud autem,*posse dici, secundùm Innocent.qui hoc tenet ad c.dum,de elect.& ad ca.cùm iam dudum, de pręb. habere plura beneficia non curata, & quæ de consuetudine vel statuto residentiam non requirunt,nõ esse peccatum , nec contra iura : consuetudinem autem probari per summum Pontificẽ ex quo illam tolerat,nisi in vna & eadẽ Ecclesia duas prębendas habere quis vellet,nam hęc cõsuetudo, vt corruptela reprobatur in c.1.

de con-

de consuetud.in Sexto. Excusat consuetudo,quod ad Ecclesiam militantem pertinet, vt quis possit tenere plura beneficia simplicia non requirentia residentiam continuam,ex consuetudine vel statuto Ecclesiæ, & quod ad Deum pertinet, dummodò quis habet, alioquin sit dignus,prouidus,& literalis iuxta qualitatem beneficij,ita quòd illa idoneitas inducere posset ad dispensationem concedendam:tantùm enim operatur consuetudo,quantum dispēsatio. Alioquin si nō sit idoneus talis, consuetudo nō excusaret, quoad Deum in peccato, quia esset contra ius,irrationabilis,reipub.obnoxia,ideò non excusaret,c.mala consuetudo,& tota ferè 8.distinct. can.si de cōsuet.Nō excusaret etiam consuetudo, vbi esset nimia pluralitas beneficiorum aut præbendarum gl. in d.can. dudum,de electio. Inno.in d can.cum iā dudum,& ideo peccat,inquit Inno mortaliter tenens beneficia simplicia plura,quorum vnū per se sufficeret vel vt ibidē notat Panor quando quis lucri faceret sibi fructus ad vtilitatem priuatā & ad augendum patrimoniū. Siquidē & ad hunc effectum nō valeret cōsuetudo & esset irrationabilis,c nulla ratio,eum ibi nota.de præb.can.diaconi, 93 d. Atque iura, quæ innuunt in hoc valere consuetudinem,intelligenda sunt quando ea disponit solū circa potentiam retinendi plura beneficia simplicia, sine nimia multitudine , non etiam , vt quis pro arbitrio plura retinere possit, & disponere de fructibus illorū Panor. in can.cum Ecclesiasticæ,de except Neque etiam in casibus prædictis valeret dispēsatio quoad Deū , & in foro cōscientię : nisi facta fuisset ex iusta & rationabili causa, gl.in c.non est.de vot.hæc fusè prosequitur gl. antiqua, in §.cui rei,ad verb *pluralitatis*,de col.in Pragm.sanct.

52 Legi in libro tamē rescripto de proprietatib.apū, exemplo 17. aliquando Lutetiæ anno Domini 1238 tempore venerabilis Episcopi Parisiensis Guillelmi,ab eodē conuocatam omnium professorum & doctorum sacræ Theologiæ societatem in Ecclesia fratrum Prædicatorum, & ibi propositam quæstionem & maturè disputatam & sufissimè de pluralitate beneficiorum:& tandem conclusum,duo beneficia,si vnum illorum valeret quindecim libras Turonenses,eum salute æterna teneri non posse: & ita determinasse prædictum Episcopum Hugonem,ordinis Prædicatorum,qui posteà fuit Cardinalis, Guerricum, Ganfredum, de Rupella, & alios plures, & omnes magistros Theologiæ,exceptis duobus magistris, Philippo Cancellario Parisiensi.& Arnoldo posteà Episcopo Ambianensi. At accidisse vt sub mortem Philippus Cancellarius admoneretur à prædicto Guillelmo Episcopo , vt cederet singulari opinioni de pluralitate beneficiorum,& omnia beneficia vno excepto in manus Ecclesiæ resignaret , quod ipse tenuit respondēs se velle experiri vtrum esset damnabile beneficia plura tenere. In qua sententia cum fuisset mortuus, apparuisse dicitur prædicto Episcopo,& declarasse se inter cæteras causas, ob singularem sententiam de pluralitate beneficiorum, fuisse morte æterna damnatum. Refert & dicti libelli author, exemplo 18. exemplum alterius simile. qui cum admonitus sub mortem de relinquendis pluribus beneficiis, id non fecisset. post mortem apparuit ob solā præbendarum causam morti æternę se adiudicatum testatus & exemplo 19.refert Petri Comestoris sanctę Mariæ Ecclesiæ Parisiensis cantoris, & aliorum clarissimorum virorum testimonia , dicentium mortale & damnabile esse,dummodò vnū competens sit,plura beneficia possidere. Et interrogatum Gregorium 9. sum. Pontificem,si posset de plenitudine potestatis cum plurimorum beneficiorum detentoribus dispensare, respondisse. Non possum nisi super vexatione tantum possidentium dispensare. Subiungit & exemplo 20. plurium canonicorum & Archidiaconorum historiam , qui morte impia mortui sunt,vt beneficiorum pluralitate conferri.

53 Inter beneficia, quæ ab vno & eodem teneri non possunt per se,quæve dicuntur incompatibilia, sunt dignitates duæ,vel personatus, c.ad hæc,13.c.præterea,14. de præb.Ecclesiæ plures Parrochiales,c.quia nonnulli 3.de cler.non resi.cum dignitate,personatu, & prærogatiua aliqua.c de multa,de præb.suitque imposita pœnā amissionis eius beneficij vbi quis non assidet habēti sine dispensatione duas dignitates, duos personatus,duas Ecclesias parrochiales.d cap.quia nonnulli.& c.cōsequente,6 de cleri.non resid. & priuatio potestatis conferendi pro illa vice ei qui habenti dignitatem vel personatum vel parrochialem Ecclesiam, aliud simile beneficium sciens prudensque contulerit iisdem iuribus. Datā aliquādo electio ei qui beneficiū incōpatibile cum iam possesso superimposuisset,dimittendi quod vellet, c.referente,7.& can.præterea,de præb.can.eam te.de ætate & qual. Quemadmodum & hodie,si quis gratiam beneficij impetrauerit à summo Pōtifice,nō facta mētione beneficij quod ei ignorāti ante impetrationē Episcopus cōtulisset,potest eligere,cùm vtrumq. retinere non possit, quod voluerit,can.gratia quam,7.de rescr.in Sex.verum iure nouo superinducēti beneficiū incōpatibile beneficio possesso,non datur optio vel electio retentionis, sed adepto secundo, ipso iure vacat primum, vt cōferri alij possit. Et si quis contenderet vtrumque retinere, vtroq. priuaretur c.de multa prouidētia,27.de præb. c. dudum Ecclesia Rothomagensis,54.de electio. Intelligitur porrò quis priuatus primo beneficio adeptione secundi , si modò adeptus sit possessionem pacificam secundi , non anteà,d.can de multa, vide Clement. si plures,de præb. vel quando per illum stetit quominus adeptus pacificā fuerit,can.licet can. de electio. in Sext. nisi forsan adeptus secundū beneficiū. nō possit ex priuilegio alicuius percipere interim fructus,quo casu,& primum retinet, nec vacat,ean.si tibi cōcesso, de præb. in Sex.Sed & excipit Panor.n.12.& seq.post gl.Inno.& alios ad c.de multā casus in quib.adeptione secundi beneficij ipso iure non vacat primū: vt adeptione Episco atus, non vacāt possessa beneficia ante cōsecrationem,cap.cùm in cunctis, de elect.si quis calore iracundię secundi possessionem adeptus,posteà eum statim pœniteat:nam retinet primū arg.c.ex literis,de diuort. c. si quē pœnitoerit, §.notandum,2.q 3.Si deinceps quis in primo beneficio expensas de suo patrimonio fecerit,habet ius retentionis,donec fuerit satisfactum.c quicumque,12.q.14. Idemq. ait Panor.in c.si de pecul.cleri est & alij casus.si superior clerici acceptātis secundū beneficium,nō vult ratā habere omissionem primi , sine cuius licentia non potest illud dimittere.vt in c.admonet,c.quod in dubiis, de renunc. Contrariam tamen huic iuri cōsuetudinem seruari tradit Rota decis. 460. *Quæritur quāt tēporu*.n.3.in nouis. Addunt interpretes , ad hoc vt vacet primū beneficiutū per adoptionem possessionis pacificæ secūdi,sufficere si ab initio adeptus quis fuerit pacificè:nec prodesse si nostea mota fuerit de eo lis,vt notat Panor. ad d.c.de multa,n 16.per notata in c. constitutus,de appell. & in c.licet Episcopus,de præb.in Sext.Calde.cons.5.ti.de præb. Sufficit enim de facto habere pacificam,licèt lis de iure moueatur. Archi.ad c.licet,ad verbū,*pacificum*, de præbend.in Sex.l.vim facere,de vi armat.& Panor.eod loco ex ant.ad can.licet,addit,quòd si quis acceptauerit scienter beneficium litigiosum,inducitur vacatio primi,licèt non habeat possessionem pacificam. Amittit & ius primi,qui secundi possessionem nactus etiam est, quamuis illo ideò priuetur.can eum qui,de præbend.in Sext.Rota etiam statuit decis.61.incip *Sufficit impetranti*.in nouis sufficere impetranti beneficium vacans per adeptionem possessionis pacificæ alterius beneficij, probare,quod ille,per cuius assecutionem impetrauit, sit possessionem assecutus de facto,licèt violenter: quia viriosa possessio faciat vacare priora beneficia , per d. can. cum qui , de præbend. in Sext. Innoc. in . in canon: constitutus,

tutus, de appell. & in prædicta decis. Rotæ 61. additur, requiri vt quis amittat primũ, & vacet per adeptionem secundi, vt secundum pacificè possederit per duos menses, iuxta sententiam Lappi ad cap. commissa, de elect. in Sex. super gloss. quę incipit, *aliquandiu* cuius opinionẽ dixit se vidisse bis seruari in Rota. At remanet scrupulus ex iure nouissimo in can. ordinarij, 3. §. fin. de offi. ord. in Sex. vbi collatio facta ei qui legitimè dispensatus nõ est, non facit vacare possessum beneficium, sed nullius momenti ipsa est, cui tamen responderi potest, iam dispensatum esse possessorem ad plura beneficia, sed nõ sufficienter ad possidendum vnà nuperrimè collatum: nos autem in prædictis loquimur, quando vnum possidet, & aliud incompatibile sine dispensatione nititur adipisci. Diuersitatis ratio, quia error eius qui habet dispẽsationem excusare potest, dum putat sufficientem dispensationem. Alterum verò carentem dispensatione non vtique, vel dicerem, nullam collationem secundi beneficij, si aliorum possessionem retineat, nec adipiscatur secundi possessionem, vel si velit vtrumque possidere, vtroque priuari, vel dicemus hoc ius esse nouissimum.

14 Incompatibile censetur iure etiam vnum duobus monasteriis pręesse, can. vnum 21. q. 1. vt duas parrochiales Ecclesias habere, vt diximus d. c. gratia, de rescript. in Sex. Clem. vni. de offi. vica. Clem. gratiæ, de rescr. habere duas vicarias perpetuas, c. 2. de offi. vicar. apud Gregor. Vicariam & personatum, c. 1. eod. tit. Duo etiã simplicia beneficia in vna Ecclesia, vt dicũt, sub vno tecto, vt duos canonicatus, duas præbendas in vna Ecclesia collegiata vel Cathedrali, c. literas, de conces. pręb. c. 1. de consue. in Sex. Neque in illo casu solet summus Põtifex dispẽsare, vt ait Alexander. 6. in Regula de signatura gratię. Quando videlicet beneficia duo illa sunt cõformia, vt duo canonicatus, duæ præbendæ, aliud quippe respondetur, si sit diuersitas inter illa, vt inter canonicatum simplicẽ & dignitatem in eadem Ecclesia, tunc enim non est incõpatibilis duorum possessio, & ab eodem teneri possunt, etiam sine dispensatione, d. canon. 1. de consuet. in Sext. Sunt & incompatibiles duo canonicatus in diuersis Ecclesiis, quia vterque requirit residentiam sine dispensatione, cap. non potest. 21. de præben. Incompatibile quoque, vt vnus habeat monacharum in diuersis monasteriis, & Abbas vnus diuersis præficiatur. can. monachum, 20. quęst. 4. c. vnum Abbatem, 21. qu. 1. ex concilio Agathensi c. 57. Incompatibile item vt Prioratus administrationes & officia vnius Ecclesiæ vel monasterij cõsueta per eiusdem ordinis Monachos regi, committantur absque sum. Pontificis, vel sedis Apostolicę authoritate, alterius monasterij monachis gubernanda, can. cum singula 32. §. prohibemus insuper, de præben. in Sex. cap. in noua, vbi ratio, 16. quæst. 7. Cum causa verò sum. Põtifex solet concedere: vt si in monasterio, vacanti muneri vel beneficio non sit idoneus, aliunde idoneus accedat, c. ne pro defectu, de electio. can. indemnitatibus, eod. tit. in Sext. c. Abbate, in fin. de ver. sig. Atque tunc in dispensatione translationis monachi alterius ordinis clausula supplimenti professionis ordinis cuius est beneficium, hoc modo. *Te de monasterio* (putà Cluniacensi) *cuius monachus existis ad monasterium Casa Dei, authoritate Apostolica transferentes, ac decernentes ex nunc, vt monastery Casa Dei censearis, & recipiaris in monachum.* Neque enim tunc alia professio exigitur quàm prior, si facta, vt oportet, fuerit, d. can. indemnitatibus, & c. nullus, de electio. in Sexto.

15 Non potest sine dispẽsatione etiã monachus præesse monasterio & Ecclesiæ seculari, can. presbyteris, 16. q. 1. atq; cõcilio Lateranensi interdictũ monachis, seculare beneficiũ, vt clericis secularib. regulare habere, regularia regularibus. & secularia secularib. beneficia sũt conferenda, cap. 2. de stat. monac. c. officij, 38. de electi. c. cum de beneficio, 5. de præb. in Sex. c. 1. de capell. monac. §. volumus, de collat. in Concor. & concil. Trid. sess. 24. c. 10. Et ægrè vel nunquam beneficiũ seculare conferri monacho in commendam, priusquam rectè antè cũ eo dispensatum fuerit, & difficilius quàm dispensetur cum seculari clerico de beneficio regulari., quia monachus censetur mortuus Deo, quamuis Deo viuat, can. monachi, & c. placuit. 16. q. 1. Ideò dũ datur ei beneficiũ seculare, maximè quod habeat curam animarũ, videtur miraculosè reuiuiscere, vt ait Ioãnes Staphilæus, in octaua forma expectatiuarum literarum: natura námque difficilis valde regressus à priuatione ad habitum. At quando secularis regulare beneficium adipiscitur, non tam miraculosum est, viuentem mortui subire formã, quãuis certè, vt verum fateamur, vtrumque videatur monstrosum. Quemadmodum enim tale dicitur videre religiosum redire ad seculum, & cũ secularib. cõuersari cõtempto claustro: sic non minus monstrosum est, videre secularem seculariter viuentem inter religiosos, maximè dum Prioratus, Abbatię & prælaturę, & administrationes dantur secularibus, ex quorum introitu omnis disciplina monastica & regula deformatur. & paulatim contempta, & quotidie remissa penè intercidet, dum is præest qui nec regulariter viuere vult, nec vnquã didicit, vel expertus. Quodammodo titulo tenus mortuus partim, vt monachorum caput, in reliquo partim viuẽs seculo: & sæpe certè aliud ingens mõstrum & portẽtum sequitur, vt monachi omnes personati efficiantur: habitu vel vestitu monachi, vita priores quã seculares. Non ausim dicere, quod tamen experientia verum docuit, & tam frequẽter, vt dicere nõ sit iã plus scãdalo, sæpè vbi commendatarij seculares ingressi fuerunt Prioratus & Abbatias, ab initio exemplo prælatorum monachos in seculares transiisse, & dehinc iusto Dei iudicio exhaustis monasteriorum facultatibus, & in suos per commendatarius translatis vel consumptis, desertas remansisse monachorũ cellas, & collapsa tã splendida monasteriorum ædificia, vnà cum iactura & interitu cultus diuini. Initium desolationis huius fuerunt magnates, illustres personæ genere, sed non virtute, in quarum gratiam dispẽsationes à summo Pontifice prætextu generis extorquebantur. Quanto melius esset, & sanctũ abstinere ab huiusmodi commendis, & nobiles, qui beneficia Ecclesiastica venantur prætextu nõbilitatis, profiteri religionẽ, & vitam monasticã, cuius pinguedinẽ consectantur. Tũc certè cæteris præferendi, qui cum nobilitate, & ordinẽ promouerent, non destruerent. Sanctissima est iuris dispositio, vt non nisi professi exprefsè regulam, regulare beneficium eius ordinis consequãtur. Clem. ne in agro Dominico, § sanè, de stat. monac. c. nullus, de electio. in Sext. Et ita etiam fieri placuit Sanctis Patrib. in Synodo Tridentina, sessio. 25. c. 25. nec amplius dari beneficia regularia nisi regulam exprefsè professis: statutúmque amplius non dandas commendas, & seculares, qui tunc haberent commendas, tenerentur successorem eius ordinis eligere intra sex menses, aut religionẽ ordinũ propriam profiteri, aut iis cedere, aut ipso iure vacare censerentur. Lex hæc iustissima, sed nunc etiam recenti eius partu, auaritia, cupiditate & ambitione eorum, qui concilium œcumenicum exequi omnibus viribus deberent, miserè violata, verùm ad rem, quisque onus suum portabit. Professio hæc legitimè facta esse debet secundum tempus constitutum ętatis 14. annorum iure. In Gallia in masculis 25. in fœminis 20 ex constitutione comitiorum Aureliæ habitorum art. 9. nisi summus Pontifex dispenset ex certa scientia, vt scribit Rebuffus in Praxi beneficio. tit. de rescripto *perinde valere*, num. 53.

16 Decimumquartum annum profitẽtis mascul. & fœminæ 12 scilicet discretionis, ante professionẽ exigit ius Pontificium, c. 1. de regular. in Sex. c. cum leimus. cap. significãtibus. can. cum vitum, d. regula. c. illud, 20. q. 1. cap. si in qualibet, 20. q. 2. cum similib. & annum probationis

tionis ante c.Gōsaldus,17.q.2. intra quem receptio prohibebatur & professio, si tamen antè facta fuisset ex consensu Abbatis & monachi, probabatur & obligabat, ex c. Apostolicam, de regul. donec constitutum, ne accelerata obligaret, cap.2. de regul. in Sext. restrictaque c c. ad nostram, cùm virum postulasti, eius tit apud Greg. Et posteà in concilio Tridentino sessione 25.can.15. hic de eo in hęc verba traditur. *In quacumque religione tam virorum quàm mulierum, professio non fiat ante decimumsextū annum expletum: nec qui minore tempore quàm per annum post susceptum habitum in professione steterit, ad professionē admittatur. Professio autē anteà facta sit nulla, nullamq. inducat obligationē ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunque effectus.* Hincque constitutio Leonis Nouella 6. vt decennis puer in monachorum numerum assumatur, antiquata. Quamquam non dubitem, ab infantia posse offerri à parentibus monasterio pueros, vt iugum Domini cōsuescant, vt Samuel paruulus oblatus à matre, 1.Reg.c.1.&2. & facit l. sancimus neminem, grata nunc ordine restituta, 53. de episc & cler. at non censeri verè monachum, antequam consentiat in annis discretionis, vel non repugnet dicimus, vt cautiùs agatur in electione formulæ perpetuæ viuendi. Quare rectè D. Basilius in Epistola ad Amphilochium, c 18. decreuit, vt qui monasticum habitū ambirent, 16. primum aut 17. ætatis anno, illo digni haberentur. Sic intelligenda 6 Synodus in Trullo, in c.40. dum mandat & monet suscipi anno decimo qui vitam huiusmodi capesserent. Verum non ideo religiosos haberi, vel profiteri potuisse anno 10 regulam, est statutum. Nā qui de rebus suis in ea ætate disponere non potest ante 14. annum, l. qua ętate, 7. de testam. in ff. quomodo de seipso poterit iustè disponere, & mancipio seruituris se perpetuo, minor validè consecrare, cùm multò maioris pretij sit persona rebus, l. iustissimè, de ędil. edict. ff. cum etiam nihil officiat ei qui ad pretium participādum se venundari passus sit, si minor hoc egerit. §. fin. de iur. perso. l 3. quibus ad liberta. procla. non lic. ff. cum simil.

17 Cęterum in conclusione, ne religiosus secularē vel Parrochialem Ecclesiam habere possit, excipiendum esset iura, si Ecclesia, quę curam animarum habet, sit ipsius ordinis, cùius est monachus, vel ei ordini vnita per fundationem, vel alio modo. Quo casu ad pręsentationē sui Abbatis, Monachus de ea Ecclesia poterit per Episcopum inuestiri, Cle. vt professores, de regulari. aliter, si nec ordinis, nec ei vnita sit, nō poterit monacho sine dispensatione dari, c. alia, ca. monachus, ca. peruenit, 16.q.1. quā quā Ecclesia parrochialis secularis, sit Abbatię subdita, vel ad eius pręsentationem pertineat, quia & tunc alij quam clerico seculari, ab Episcopo conferri non potest, can.1.& c. in Ecclesiis, 3. de capel. monachorum.

18 Incompatibile totsum est beneficium in persona non professi certum ordinem, si non conferri solet aliàs aliis quàm professis, c. nullus, de electio. in Sex. Quare ad supplendum hunc defectum recurrendum erit ad dispensationem summi Pontificis. Clemen. ne in agro Dominico. §. cæterum, & §. sanè, de stat. monach. éstque inferenda illa clausula in dispensatiune principali, *Perinde ac si professus esses*, &c.

19 Nec longè abest ab incōpatibilitate, in vim dispensationis etiam velle quatuor, vel plura consequi. Nā rescripta, vt quis duo vel plura beneficia similem curam habentia possit recipere, si ei aliàs canonicè conferantur & ea licitè retinere, vt in c.2. de filiis presbyter in Sext. intelliguntur, vt talis dispensatio extendatur tantū ad quatuor beneficia. videlicet duo ratione dictionis appositę, *duo*, & ad alia duo ratione dictionis, *plura*, vt notat glos. post casum positum. & in notabilib. d.c.2. de filiis presb. vide & c. non potest, 21. de præb. in Sext. Sed & obseruandum quod scribitur in eo can. non potest, 21. de præben. in Sex. vbi iisdem verbis sic scriptum est. *Non potest dispensatio super pluralitate beneficiorum concessa, impetranti prodesse. qui aliquod quantumcumque beneficium subiicit in eadem. Illud autem Apostolicæ sedis indultū, vt quis duo beneficia, curam animarum habentia, si aliàs canonicè conferantur eidem, possit recipere ac simul licitè retinere, intelligitur de duobus primis beneficiis, quæ cum cura post dictum indultum obtinere continget eundem. Cum verò tibi (non obstante quod aliud beneficium obtinere noscaris) à sede prædicta de aliquo beneficio prouideri continget. per hoc tecum. vt primum beneficium cum secūdo retinere valeas, non intelligitur dispensatum. Hoc enim solum prædicta operatur expressio, quod facta tibi gratia nequeat obreptitia iudicari.*

## A quo dispensationes incompatibilis beneficij impetrandæ.

### Caput XVIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensationes ad plura beneficia à summo Pontifice impetranda, & in quibus possit Episcopus dispensare.*

1 Dispensationes ad beneficia à summo Pontifice procul dubio concedi possunt, qui potest solus, sub conditione, ad tempus & ex arbitrio beneficia conferre. c. pastoralis, 7.q.1. ca. proposuit, de concess. præben. At is hoc iure absoluto non vtitur, c. quam pio, 1.q.2. c. quamuis, 1.q.7. notat gl. in c. si gratiosè, ad verba *Romano Pontifice*, de rescrip. in Sext. facit can. præcepta, 55. dist. ca. sanctorum, 70. dist. glossa etiam ad cap de multa, ad verba, *per sedem Apostolicam poterit dispensare*, de præb. dispensationem incompatibilium beneficiorum ad solum Romanum Pontificem pertinere. facit c. dudum, 2. de elect. quia illa verba videntur alios excludere: quod enim de vno dicitur, de aliis negatur, & contra, can. qualis, 25. distinct. cap. nónne benedicimus, de præsumpti cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat sine consen. cap. l. cum ita, 1. de cond. & demonst. ff. Videtur tamen Ioannes decretorum interpres, sequi contrariam sententiam in glossa ad can. sanctorum, ad verba, in duabus, 70. quo loci ex professo, tuetur Episcopum posse dispensare in pluralitate omnium beneficiorum: sed illa glossa improbatur & reprehenditur, atque ibidem additio subiungit solum summum Pontificem iuxta capita iam citata, dispensare ad duas curatas Ecclesias, vel ad duas dignitates vel personatus: non videri tamen prohibitum dispensare circa simplicia beneficia. Zenzelinus quoque de Cassanis, in glossa Extrauagantis Ioannis 22. execrabilis, ad verbū, *dispensatiuè*, de præb. notat, ob prærogatiuā meritorum personæ, solum sum. Pont. dispensare in pluralitate beneficiorum, dignitatum, personatuum officiorum prioratuum, aut habentium curam animarum, & sic intelligendum, c de multa, in fi. de præb. verum ob causam vtilem & necessariam posse Episcopum dispensare, arg. c. cum nostris, §. ad hæc, de concess. præb. & c. tuam. de ætate & qualit. & sic notat e Host. ad d.c. multa. licèt Bernardus ibidem aliter sentiat. Tractat de hoc ipso Speculator in tit. de lega. §. videndum, vers. *sed nunquid* Hic tamen non exiguum scrupulum obiicere videtur c.1. de consuet. In Sex cum improbatur consuetudo in Ecclesia etiam ab omni memoria seruata, qua ecclesiæ canonici duos personatus, aut duas dignitates, aut pręposituras, aut administrationes absque sedis Apostolicæ dispensatione poterant obtinere, aut duo officia perpetua, aut duorū alterum cum reliquo in simul & præbendam, & ne in posterum sine eiusdem sedis dispensatione liceat, prohibetur. Quibus episcopo adimitur dispensandi facultas quamquam ibi glo. ad verbum, *Vnum officium*, dicat: ergo videtur de dispensatiune inferioris à Papa, quod eam ecclesiam qui vnicum personatum vel officium habet

cum canonicatu & præbenda possit habere, & sic posset opinio posita per Bernardum quodammodo approbari, relata in can. literar, de concess. præb. io fi. vltimę glossę. *Idem*, inquit, *credo, si hoc esset de statuto & consuetudine Ecclesiæ*, vt in c. eam te, de rescript. vbi idem erat Archidiaconus & caoonicus. Probat idipsum c. quia sæpe, de præb. in Sext. c. postulasti, de concess. præb. cum similib. ibi citatis iuribus, in quibus quis dicitur præbendarius & canonicus. attamen huic sentētiæ glossæ, videtur mihi aduersari textus in c. literas vestras, 9. de concess. præb. vbi reprobatur consuetudo, per quam quis in vna Ecclesia poterat habere præbendas plures, & declaratur, adeptione secundæ vacare primam possessam ipso iure, & proinde glossa vltima eius textus coacta est fateri Episcopum non posse dispensare, vt quis babeat plures Ecclesias vel præbendas intitulatas: contrà si quis recipiat beneficium simplex cum Ecclesia intitulata. Fredericus etiam consilio 115. tradit Episcopum posse dispensare, vt quis possit habere canonicatum & altare seu beneficiū alicuius cappellæ in eadem Ecclesia: & hoc sequitur Panor. in d. ca. literas. Non posse autem dispensare ad duo conformia beneficia, vt ad duos canonicatus in eadē Ecclesia. Neque possunt etiam haberi ex dispensatione Episcopi, in eadem Ecclesia, duo altaria in titulū, secundū Guillel. de Montelauduno: quia altaria quæ dantur in titulum perpetuum, sunt beneficia. glo. in Cle. 2. de decim. Alia est Pan. sententia in d. c. de multa, nu. 19. de præben. quòd tota difficultas potestatis dispensandi reduci potest ad vnam conclusionem, quòd solus summus Pontifex dispensat in plurib. Curatis, in aliis verò potest dispensare Episcopus. Innocentius idem ait, dispensare solum summum Pontificem in duobus curatis. In duob. autē simplicibus, vel simplici & curato Episcopum loci beneficiorum: & si sint in diuersis diœcesibus, vtriusque diœceseos Episcopum interuenire debere in dispensatione. Facit in arg. c. cum illorum, §. si verò Claustralis, de sent. excom. Petrus & alij, vt Host. dicunt dispensationē propter necessitatem vel vtilitatē Ecclesiæ non intelligi prohibitam Episcopis, etiam incuratis, licèt contrarium seruet Curia. Potest addi ratio, quod regulariter omniū Ecclesiarum diœceseos dispēsatio, cura & solicitudo, institutio, destitutio, concessa est Episcopo eius, can. omnes Basilicæ, 16. q. 7. c. omnes Basilicæ, de consect. dist. 1. c. cum & plantare, de priuil. can. 1. de capel. mon. cum similib. Cæterùm videtur tutius & verius, dispensationem ad simplicia duo, non plura, & prębendas duas in diuersis Ecclesiis, aliquando ex causa pertinere ad Episcopum, sed ad plura simplicia, vel ad duo curata, duas dignitates, personatus, relinquendam esse summo Pontifici, cùm istæ dispensationes videantur impetrari ex ambitione, vel cupiditate, seu auaritia impetrantium, & sic concilium Tridentinum nunc prohibet quocunque nomine beneficia incompatibilia retineri, vel conferri vni personę, cuiuscunque sit dignitatis. sess. 7. c. 2. & 4. & sess. 24. c. 17. Est & post concilium hac de re Bulla expressè idipsum ne concedatur prohibens, Pij Papæ 4. super residentia prælatorum, & aliorum beneficiatorum sub data. anni 1564. die 17. Kal. Decemb. anni Pontificatus eius 4.

## De quibusdam personis & causis, quibus dispēsatur in pluralitate beneficiorum.

### CAPVT XIX.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensatio fit propter causam publicam.*
2 *Temere non sunt priuilegia concedenda priuatis contra leges.*
3 *Ob benemerita in Ecclesiam conceduntur dispensationes ad plura beneficia, quid autem disponat concilium Tridentinum.*
4 *Num ob illustres personas sit dispensandum in pluralitate.*
5 *Non fuit finis institutionis beneficiorum, ditare Episcopos ad pompam.*
6 *Olim nobiles sua relinquebant, Ecclesiis mancipati, hodie Ecclesiæ bona ad sua transferunt.*
7 *Explicatio c. de multa. de præb. circa nobiles & literatas personas. & iunge num. 2.*
8 *Explicatio extrauag. execrabilis.*
9 *Argentinensium consuetudo, de nobilibus tantum admittendis, reprobata.*
10 *Nobilitatis fastus ab Ecclesia secedere debet.*
11 *Quæ nobilitas in beneficiis probanda.* (*vtilitate.*
12 *persona literata æquiparata nobilibus, & de scientia*
13 *Dispensatio debet habere veram causam.*

1 PAnorm. ad c. de multa, nu. 8. de præb. in quæstione pro quibus dispensetur in pluralitatē, *Concludo*, inquit, *breuiter, quòd dispēsatio non debet fieri ob causam priuatam, sed publicam, aliàs non diceretur dispensatio, sed dissipatio.* D. Thomas in prima secundę, q. 97. art. 4. tradit dispensationem fieri non debere, propter bonū priuatum, & dispensantem habere debere intuitum rationis boni vniuersi, & causę propter quam dispensat.

2 Singularia iura quidem aliqua Romani prudentes habuerunt, sed eorum iustas, graues, singularésque causas esse voluerunt singulari consilio discussas: idipsum & Gręcorum legislatores pręstiterunt, ne temerè legum generalium, quę omnibus sufficere debent, vires conuellerentur, & vt ait Vlpianus Sophista, in enarratione orationis Demosthenis contra Midiam, οὔτε τὰ ἰδιωτικὰ τῶν δημοσίων ἐλάττονα, cùm priuata publicis sint minora. Fuit lex Atheniensium, μὴ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, *Legem in singulas personas non licere constituere.* vt ait Demosthenes contra Aristocratē: vetant & leges Romanorum sacratę, vetant & 12. tabulę, leges priuatis hominibus irrogari, id est, priuilegium, vt ait Cicero in oratione pro Domo sua ad Pontif. & in oratione pro Sestio, scripto 12 tabulis sancitum esse vt neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite, nisi centuriatis comitiis rogari. Et rursum 3. de Legibus, tradit legem 12. tabularum tollere priuilegia, ne de singulis hominibus ferri possent, nisi fortè centuriatis comitiis, in quibus descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibere videbatur consilij, quàm fusè in tribus conuocatus, leges publicæ ac communes ferri poterant, tributis centuriatisve comitiis, in priuilegiis irrogandis maiorem quandā & curam, & religionem, & deliberationem adhibuerūt Romani. Præclarè sanè & sapienter: Priuilegiis, vt nihil est quod sit legib. magis contrarium, sic nihil erit in Republica perniciosius, si aut temerè aut leuiter indulgeātur. Priuilegia dispensationes sunt, illaq. maxima, in pluralitate beneficiorum, concedenda contra tot rationes, de quibus ante meminimus, quæ prohibent, & proinde causę dispensandi non leues vel faciles esse debent.

3 Consentiunt porro iura, causam vnam dispensandi esse legitimam, dignitatem & bene merita erga Ecclesiā, quibus hoc fauore digni arbitrantur ob officia in vtilitatē Ecclesię exhibita. Ideo Cardinalibus hæc dispēsatio indulta in can. execrabilis, de præb. in extra, Ioan. 22. vbi gl. ad verbum. *sublimitatem eorum*, tradit priuilegia Cardinalium. Quo nomine commendatus fuit CēturioDeo, vt beneficium quod petebat facilius consequeretur, D. Lucæ c. 7. *Dignus est*, inquiūt seniores, *vt hoc illi præstes, diligit enim gentē nostrā & Synagogam ædificauit nobis.* Quod si absolutè dispēsatio ob benemerita fuerit cōcessa, nō erit quærēdū de causis merēdi, satis enim meruisse, & digni putandi sunt, qui nō offenderint, l. cū quidā, 24. de leg. 2. facit cap. fin. de pręsumpt. concilium tamen Tridentinum, dum pluralitatem beneficiorū prohibuit debitam regendis Ecclesiis disciplinā restituere cupiēs, sessio,

sessio.24.c.17.decreoit & mandat, in quibuscunq. personis quocunq. tituio etiā si Cardinalatus honore fulgeant,obseruari,vt in posterum vnum tantū beneficium Ecclesiasticum singulis cōferatur.Quod quidem si ad vitā eius cui confertur,honestè sustentandā non sufficiat, liceat nihilominos aliud simplex sufficiēs, dūmodò personalem residentiām vtrumq. non requirat , conferri. Hæcque non modò ad Cathedrales Ecclesias, sed alia beneficia,tam regularia quàm secularia quæcunq. etiā commendata,pertinere,cuiuscunq tituli ac qualitatis existant,&c. Et ibidem traditur Ecclesiasticum ordinem peruerti,quando vnus officium plurium occupat clericorū.Quę ratio & alię quæ beneficiorum pluralitatem detestātur, habere possunt locum in Cardinalibus & illustribus personis , si quædam alia vtilitas vel necessitas Ecclesiarum aliud non suadeat.

4 Et certè qui illustriores sunt , & in maiori dignitate constituti ipsa dignitate contenti esse debent , nec eius prætextu pauperum clericorum, qui residerēt in Ecclesiis,in modum harpiarum victum rapere , & Ecclesiis ipsis prętextu nobilitatis exhaustis,& pecuniis corrosis, alibi translatis,exanimes , & cultu diuino Ecclesias priuatas,vt viduas relinquere. Huc pertinet pulchrum dictum Symmachi summi Pontif.in Synodo sex.Romana, relatū in c.57.in canonib.16.q.1.Valde(inquit)iniquum & ingens sacrilegium est:vt quæcunq. vel pro remedio peccatorum,vel requie,vel salute animarum suarum, vnusquisq venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit,ab iis à quibus maximè seruari conuenit maximè Christianis & Deum timentibus hominibus,& super omnia à principibus & primis regionum, in aliud trāsferri vel cōuerti.Christus Ecclesiam principib.defendēdam commisit, c.principes,23.q.5.non inuadendam,& eam idcirco tenentur defendere, nō contra alios solùm, sed contra seipsos multò fortius.c.nulli Episcoporum, 16.q.1.can.nulli fas,19.dist.can.vni.de na.ex libero ventre, ar.l.altius,si seruit.vind. Non debent summi Pontifices, neq.vt opinor,solent ad nutriendam amplā illustris viri supellectilem,equitatum,curiam,& alia nescio quæ ad pompam seculi potius quàm ad vtilitatem , splēdorem, & sanctitatem Ecclesiæ pertinentia, Ecclesias tres,quatuor.quinq. nescio an innumeras spoliare , vel exhaurire ,vtq; vnius nobilis crumena tumeat , hoc enim esset prętextu religionis augendę , ipsam religionem suffocare,prętextu vnius,infinitas propemodum animas destitutas pastore proprio, pręcipites in infernū agere, ob vnius nobilis victum,locorum pauperes innumeros fame necare:ob castrum vnius nobilis quantūuis religiosi fouendum, innummera ædificia magnifica templorum, monasteriorū & aliarū Ecclesiarum deiicere,quū destitutę ꝓprio pastore,& absēte deglubente omnia,ędificia ruinā minentur.Fuerūt ex Apostolis Domini aliqui nobiles,fuerunt illustrissimarū familiarum illorū successores,verùm illi tantū abest,vt Ecclesiarum bonis quę sūt patrimoniū Christi,& pauperum,ditari, & splēdidiores apparere voluerint,quin cōtra,sua quib.tales erant, Ecclesiis donarunt,vel secularibus proximis reliquerunt.

5 Sed neque beneficiorum institutio finem habuit vel scopum,vt ditentur prælati.vt cum duobus tribus , quatuordecem,15,20.30.50. vel amplius equitibus stipēt ur. vt magnificam curiam habeant,splēdide viuant,sibi coaceruēt.Sed vt si non habeant in patrimonio vnde viuant, se & necessarios muneri deputatos alant , can. vt presbyter,de vita & hone.cler.c.nemo , de conse.d.1.c.placuit,1.q.2 cætera largiantur & distribuant pauperib.clericis,& aliis indigentibus.Quę pulchrè docet D.Hier ad Nepotia.epist.1.vnde sumptus,ca.71.gloria Episcopi,12.q 2.D.Ambros.lib.2.de Offi.cau 28.vnde sumpt.can.70. aurum,ca.12.qu.2.facit c.quęcunque,10.q.1.ca.1.10.qu.2.can.expedit sequentibus,12.q.1.

6 Quantum mutatus est,si hoc fiat,status rectus Ecclesiæ à prisco!Olim quippe nobiles,qui in clericatū& Ecclesiasticū ministeriū trāsibant,fiebant spōtè tales vt ex diuitib essent pauperes, dicētes *ecce reliquimus omnia*. DD Matth.c.19.v.17 Marci,c 10.v.28.Lucæ 18.v 18 iuxta ꝑceptum Domini.*Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& sequere me.*D Marc.c. 10 & D.Lucę 12.& alibi,*Qui nō renūciat omnib.quæ possidet,nō poterit esse meus discipulus* Hodie autē quātum mutati ab illis qui trāseunt ex seculo ad munus Ecclesiasticū,vt fiant ex diuitib. ditiores,& ex pauperib.diuites? Nonne rubore suffunduntur dū intelligunt bona Ecclesię esse eleemosynas,& in eleemosynas distribuenda esse animarū peccantiū redēptiones,miserabiliū personarū vota?quę laus nobili & ingenuo viro potest esse,cornicem agere Æsopicum,& ornari peccatorum aliorū donis.Quæ securitas conscientię esse potest, nisi obdurnerint,deuorare fame pereuntium cibos?bona Dei sacrilegi more sua facere?Quę est sufficiens cautio dispēsationis,q̄ possit stimulos,imò furias cōscientię tātę impietatis placare. Misera hominū cōditio! Rerumpublicarum Christiani splēdoris deploranda omnib. lachrymis subuersio.dum nobiles,qui Ecclesię debent auxilium&vitā, ipsimet Ecclesiā sub religionis personata facie , expilāt. vix vnus filius illustri vel nobili personę natus est , quin statim eo ad id nō abutatur.& nō curet ei Abbatiā Episcopatum vel aliud pingue beneficium cōferri.& aliud illi postea,nullū finē habēs,addi Quorsum quęris?nō est ꝙ dicamus,res ipsa loquitur:vt splēdidius viuat,&magnificētius,& domus tota ꝓximiorū ditescat redditib. nō vt Ecclesię sāctitas,religio,cultus,disciplina , cleri populi cura,pauperū dispēsatio augeatur , hęc enim statim,vbi manus iniectę sunt in Ecclesias,paulatim concidunt.

7 Quare igitur dices ꝙ d.ca.de multa,de pręb.& extrauagā. Ioa.22.execrabilis.eo.ti.aiunt,circa sublimes psonas&literatas,q̄ maiorib.beneficiis sunt honorādę cùm ratio postulauerit,p sedē Apostol.poterit dispēsari. Respōdebo ibi nō nobilitatis aut literaturę tantùm habitā rationē.sed dictum *cùm ratio postulauerit* , q̄ triplicem dicimus vtilitatem Ecclesię,necessitatem.& ꝑrogatiuam psonę,vbicumq; iactura religionis non fit,& augeri potest diuinus cultus , nobilitati maiora priuilegia solent cōferri,vt in tempore studij triennij,ꝙ minus quinquēnio studentib.nobilib.sufficit , ad gradus & nominationes Academiar.& ad beneficia.§.pręterea,§.cùm verò,de colla.in Conc 6.videlicet,eo.ti.in Prag.sanct. Multa sūt priuilegia nobilitatis,de quibus Andię.Tiraq tractatu proprio de nobilitate.Reb ad d.§.cùm verò,ad verbum, *nobilitatis*.glo.ad d.ca.execrabilis,ad verba, *generis claritatem*. Nobilitas namque generis habet præsumptionem , virtutis quoque edoctæ à maiorum exemplis & institutis , vtraque est illa nobilitas generis cum virtute coniuncta,non ea,quæ solo generi innixa est, quæ si sine virtute est in nato,dedecori est progenitoribus. vide Lucam de Penna, ad l.mulieres , de dignitati lib.12. Cod.& ad leg.militatibus,de decurio.lib.10 Cod.

8 Sed & illud obserua in Extrauagante illa execrabilis,§.nos autem,tantum agi de Cardinalibus & de filiis regum.vt circa illorum beneficiorum pluralitatem dispensare duntaxat liceat,excipiunturq̄ue.ibi duo genera, per verbum *duntaxat*.Cardinalium, propter merita in Ecclesiam & labores,filiorum regum . propter generis sublimitatem.vbi glossa ad verba illa,*Dūtaxat exceptis*, ait,*Hæc verba tollunt dubium,si quod fieret an Cardinale inferior,puta Patriarcha,Primas, Archiepiscopus, Abbas,vel filius inferioris rege,puta ducis comitis, dispensatione obtenta,possit gaudere contra hāc decretalē,& dic quod non,per hunc textum & per ea quæ notant supra in verba cuicumque*,Hęc ibi gl.sic verbum,*duntaxat*,appositū alibi in priuilegiis regibus, reginis & filiis eorū cōcessis duntaxat , alios nobiles quantumuis illustres non comprehendit.vt in c.ne aliqui de indultis,§. de priu.li.

5 Sex

5.Sex tl.7. Atq; si quis pertinaciter velit defendere sublimes personas in c.de multa.& Extrau. execrabilis,accipi pro nobilib. omnibus obiiciã sublimitatem non cõgruere omnib. sed primi gradus nobilibus:gradus enim nobilitatis sũt,& vnus alio illustrior dicitur & nobilior, quia bono melius,l.vbi autem non apparet,de verb.ob. Nobilitas maior in Imperatore rege,quàm in duce,comite,marchione,quare sublimitas hic explicatur ab interpretib.quibusdã inclyta nobilitas,rursumq; nõ sufficit inclytã esse nobilitatẽ,in dicto c de multa , sed oportet alinquin idoneã ministerio Ecclesiastico, & ita literatã,honestè & castè viuentẽ,alioquin fauor ille in perniciem & scandalum esset Ecclesiæ,contra intentionẽ, dispẽsantis,& canonis permittentis dispensationem. Vt certè ambitione vel auaritia,quidã nobiles hodie carere nõ possunt,qui priuilegia cõcessa filiis regũ,&Cardinalib.vsurpare non erubescunt, circa dispẽsationes pluralitatis beneficiorũ incompatibilium , prætextu quòd nobiles sine genere,quasi verò nobilib. omnib datũ esset priuilegium,& cùm aliter res se habeat & certè præsũptio hęc abusu quotidiano Ecclesię maximè nociua, hodies in perniciẽ diuinarũ sanctionum, ruinam cultui diuino,si nõ corrigatur abusus,serpit : vt non immeritò in cõcilio Tridẽtino repetita sit prohibitio pluralitatis in cuiuscũq; dignitatis vel pręrogatiuę persona,etiamsi Cardinalatus de pręstãtia polleret Quare in c multa,in §.fi. permissa dispẽsatio circa sublimes & literatas personas,& pręrogatiua personæ, ad nobiles nõ filios regũ trahenda nõ est, nec ea erat mens concilij Lateranensis, ob nobilitatem generis perniciem irrogare Ecclesiis.

9 Atq; ideò Gregorius 9. in can.fi. de pręb.improbat cõsuetudinem Ecclesiæ Cathedralis Argentinensis,quã dicebat Capitulũ inuiolabiliter obseruatam,iuxta quam nullum nisi nobilem & liberum,& ab vtroq. parente illustrem,honestæ conuersationis & eminentis scientiæ, in suum consortium hactenus admisissent. Additq. rationem,quòd nõ generis,sed virtutum nobilitas gratum Deo faciunt,& idoneum ministrum, ad cuius regimen, non multos secundum carnem nobiles & potentes elegit,sed ignobiles & pauperes : eò quòd nõ est acceptio personarũ apud Deum.& vix ad culmina dignitatũ,nedum ad pręben das, viri eminentis scientiæ valeant inueniri,quare huiusmodi capituli exceptiones reiecit.Facit quòd apud Deum, de cuius cultu in beneficiorũ cura agitur,non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio cõprobatur. c.sicut excellentiam,23.q.4.nec cõsiderandum quis maior sit in ordine,sed quis iustior can. non loca,c.multi,40. dist.non loci,nõ generis nobilitate,sed virtute vnusquisq. sibi gratiam comparat Deinde extra paradisũ factus,hoc est,in inferiore loco,vir melior inuenitur.& illa quę in meliore loco,hoc est,in paradiso facta est,inferior reperitur.vt ait D.Ambrosius li.de paradiso,c.4 & refertur in c.9.Illud autẽ, 40.dist. Vndecũq; nati legitimè,dummodò honestæ fuerint vitæ,admittẽdi sunt ad beneficia , can.nos qui,40.dist.can. vndecũque,& c.nunquam , 56.dist.can.ad decorem,de institut. nec sanguini,sed vitæ meritis sunt conferenda,ca.Moyses,8.q.1 Pulcherrima & docta diductio apud D.Augustin.tracta.11.in diuum Ioannem,vnde sumptus can.2.32. qu.4.qua probatur generis nobilitatem non esse inspiciendam in deferendis muneribus Ecclesiasticis , & ex patre & matre nobili,bonos & pessimos nasci filios.

10 D.Hierony.ad Damasum Papam, cuius verba in c. 25.quoniam vetusto,24.quæ.1.*Facescat inuidia Romani culminis* (scilicet in te Damase ) *recedat ambitio,cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor.* Et ibi gl. ad verbum.*inuidia.Cum duo,inquit,certarent de electione,& vnus allegaret ignobilitatem alterius, alter respondit.Piscatori Petro fabri filio , successorem quærimus,non Augusto.*

*Nobilitas fastum,fastus litem parit,armat.*

*Lis odium capiunt hæc tria mortis iter.*

Cæteris tamẽ paribus, nemo ambigit nobilem ignobili pręferendum,Panor.ad c.venerabilis , de pręb.Bal.ad l. nemini,de aduocatis diuers.iudi.C.Fel.ad c super eo,de testi. contrà si cætera paria non sunt: vt prædicti notant interpretes,& glo.in regula Iulij 2.in vltima parte. Reb. tract.nominationum,q.21.n 9.

11 Quomodo probanda sit nobilitas,& quæ nobilitas cõsideretur in.beneficiis,vide pręd.Reb.ad §.cùm verò, ad verbum,*nobilitatis*,de col.in Conc.& tract.nom.q.12. n.17,&.sequentib. Valebit autem consuetudo,vt quis dicatur nobilis etiam ex sola parte matris nobilis, etsi nõ sit talis pater,Fel.ad d.c super eo,de test. c.nouit,de iud. Dec.ad l.fœminę,de reg iur. Guilliel. Bened.ad ca Reynuntius, in prin.de testa. Et in causis beneficialib. quis illustris & nobilis ex sola parte matris( de patre nullum dubium )debet reputari..gl. in reg Cancell. Iulij Pap.2. par.2.facit d.c.nouit,& ibi Ioan.And.de iud.Sunt & aliquę nationes in quibus venter nobilitat partum , vt ex consuetudine Augustobonę,vulgò,*Troyes*,in Campania seu in Tricassibus,ti.de stat.persona.art.1.ex consue.Caluimotensis,ti.de stat.perso.art 2.consuet. Meldensium, vulgò,*Meaux*,eod.tit.arg.42.vt apud Licios nobilitas ex matribus,non ex viris,vt scribit Polyb. li.12. & in iure in aliquibus casib. filij matris non patris originem sequũtur,vt in l.nati,de decur.li.10.C.l.qui ex filiabus,de murilegulis.li.11.C.l.ne diutius,& l.fi.de agrico.& censit.li. 11.C.l.ex ingenua, de agricol. & mancip. eor.dummodò ex legitimo matrimonio nobiles matres cum plebeio genuerint, alioquin spurij nobilitate non gaudent matris,l.vni.de mulieri.quæ se prop.seruis coniux.c.si gens Anglorum,56.dist.nec illegitimi gaudent priuilegiis legitimorum nobilium,secundũ ea quæ tract. Bened. ad c.Raynuntius.n.32.in pr.de test.Alioquin citra contrariam consuetudinem ex parte patris nobilis,& ex legitimo matrimonio nascitur,quamuis mater sit plebeia, & impropriè nobiles tantum ex parte matris.gl.1. ad §.insuper,ad verbum *vterque*,de collat.in Pragm.sanct.

12 Possumus & explicare ca. de multa, §.fi.dispensari circa sublimes personas,si modò literatę,hoc est sufficiẽtes oneri diuersarum Ecclesiarum cõmissarum sint , sic enim legendum coniunctim, *Circa sublimes tamen & literatas personas*.id est,*circa sublimes literatas*, quæ nõ tantum in dignitate sublimi positæ sint,sed & quæ cum sublimitate habeãt literaturã idoneam. Si quidẽ & causam dispensandi ad plura beneficia vtilitas Ecclesiarum, quæ ex eodem prælato accidit,dare potest , si vtique ad duo vicina beneficia curata, vnus idoneus sit,si duæ sint Ecclesiæ,quæ pauperes sint, & non possint duos curiones alere,vnũ possint : alioquin certè si literatura vnius non possit esse vtilitati pluribus Ecclesiis, putà quia separatæ longo itinere sint : aut si vtrisque inseruire vnus non possit,vel si possit quidem,sed nolit , certè cum cõscientia,talia plura nec eximiæ literaturæ vir poterit secundum canonicas constitutiones,tenere. Admittimus tamen maioribus beneficiis huiusmodi eruditas personas,maioribusq; stipendiis honorãdas,vt dicitur in d.c. de multa, §. fi. sed nõ pluribus, nam maius beneficium sine conscientia possidere quis potest : at plura vel duo non potest.

13 Personę literatę ęquiparãtur nobilib. omnib. nobilib.nobilior est sapiẽtia,Sapiẽtię c.7.nã vera nobilitas ex virtute oritur Qui bene pręsunt presbyteri,duplici honore digni habẽtur,1 ad Tiũ,5.v.17.Scientia inæstimabilis pretio numario,l.1.§ est quidem,de variis & extraord.cogni bona sciẽtia prodest nõ solùm sciẽti, sed vniuersali Ecclesię & omnibi,qui ea illustratur.auth.habita,ne filius pro par.c.cum ex iniuncto,de hære. c.fin.de relig. dom.& Ecclesia ad sui regimen permaximè eget viris literatis. c.cum ex eo,34 de elect.in Sex.

14 Vera rursum cauta , quæ iusta videtur,esse debet: alinquin

alioquin dispensatus, quamuis videatur securus apud homines, vt non interpelletur, tamen non est tutus apud Deum, qui nouit falsitatem: sæpe enim Papa per falsas causas decipitur, can. super literis, de rescr. c. detestanda, de concess. præb. in sext. c. quia per ambitiosam, eod. tit. apud Greg. Extra. Ioan. 22. execrabilis, de præb. facit & l. 1. C. de pet. bon. subla. lib. 10. neque hoc accidit ex defectu potestatis Papæ, sed ex defectu voluntatis, quia fuit per importunitatem, obreptionem, subreptionem ad dispensationem inductus sæpe, sicut Bal. ait d. l. rescripta, C. de precib. Imp. offer.

## De dispensationibus aliis circa beneficia Ecclesiastica.

### Capvt XX.

### ARGVMENTVM.

1 *De dispensatione monachorum mendicantium, transeuntium in alium ordinem, si ibi velint habere beneficia vel officia.*

2 *De monachorum dispensatione, vt transeant in alium ordinem.*

3 *De dispensatione relinquendi habitum. & n. 6. 7. & 8.*

4 *De dispensatione vt monachus vel monacha possint matrimonio coniungi: & ibi explicatur c. cum ad monasterium. & in nu. 2. 5. & 6.*

9 *De dispensatione circa subrogationem regularium electorum.*

RESCRIPTUM aliud in causa beneficiorum exigitur in monachis ordinum mendicantium, qui transierint in non mendicantium religionem vel ordinem, si velint obtinere eius ordinis beneficia, vel habere vocem in Capitulo. Nam alioquin sine dispensatione Clementis V. constitut. 1. de regular. in Clementinis, statuit ad reprimendam religiosorum huiusmodi ambitionem, ne translati etiam cum authoritate seu dispensatione summi Pontificis, possent ad prioratus administrationem, vel quæcunque alia officia assumi, vel principaliter per se, vel tanquam vicarij, vel ministri, vel tanquam aliorum locum tenentes: neve animarum cura ea se possent vel pro aliis exercere quouis priuilegio non obstante. Ad quæ verba postrema, gl. notat, text. loqui de priuilegio iam concesso, & quòd posteà curia cœperit tales priuilegiare contra hanc constitutionem, & quòd Papa ideò noluerit, nec potuerit legem imponere successori, c. innotuit, de elect. cum simil. ibi notat.

2 Sunt interdum, rescripta concessa regularibus, continentia dispensationem transeundi ab vna religione in aliam; aut viuendi religiosè in domo patris vel matris, quæ tamen postrema difficulter concedi solet, iuxta c. periculosè, de stat. regul. & quod not. in c. Deus, qui de vita & honest. cleric. maioris censetur ponderis dispensatio transeundi à mendicantium regula ad ordinem non mendicantium, cuius permissio inhibetur prælatis, quia & iure communi translatio hæc vetatur. cap. viam ambitiosæ cupiditatis. de regularib lib. 3. Extrauagantium communium, c. Ioan. 51. eo. tit. apud Greg. quamuis permittatur monachis ad arctiorem regulam transire, petita tamen, etsi non obtenta licentia à propriis prælatis, c. licet quibusdam, de regularibus.

3 Obtinetur & dispensationis aliquando rescriptum, relinquendi habitum monasticum & redeundi ad seculum ex causa aliqua, quæ vtilis sit reip. Christianæ, cuius rei exempla prostant. Ita Reyminius filius Sanctij, mortuo fratre Alphonso rege Aragoniæ, monachus professus in Gallia & monasterio S. Pontij de Tomeriis, ordinis S. Benedicti, in regem electus, ex dispensatione summi Pontificis, vxorem duxit filiam comitis Pithei. vt scribit Fran. Taraphali de regib Hispaniæ. in Alphonso 8. Scribit Platina in vita Cælestini, Cælestinum ægrè ferentem Tancredum regno Siciliæ potiri, Constantiam rege Rogerio natam occultè monasterio Panormitano eduxisse, eámque, licet Deo dicatam, Henrico 6. Frederici Barbarossæ filio, dispensatione Apostolica in matrimonium collocasse, ea conditione vt regnum Siciliæ cis & vltra Pharum dotis nomine repeteret, reseruato censu, qui Pontifici feudatario iure quotannis solueretur.

4 Quamuis enim dictum sit, non dispensari contra votum castitatis & religionis, in c. cùm ad monasterium, de stat. monach. attamen vt ibi gl. ait, potest sum. Pontif. ex monacho facere non monachum. Ioan. And. ad Regul. actus legitimi, de reg. iur. in sext. tractat an Papa monachum possit mundo restituere. Panor. quoque ad c. ex publico, de conuersion. coniug. Bart. Soc. ad l. Gallus Aquilius, § & quid si tantum, de lib. præt. ff. Io. Andr. proponit item quæstionem nunquid Papa possit dispensare cum vnico filio regis religioso, vt contrahat matrimonium ad tempus, scilicet donec suscipiat filium, & illam quæstionem in vtramque partem disputatam relinquit indecisam, Bald. probat posse, ad l. si tibi filius, in fi. de adoptio. Dubitat autem ad c. naturales, si de feudo fuerit controuersia & c. in vsib. feud. Pan. ad d. c. ex publico, nu. 5. difficilem hanc quæstionem arbitratur circa tria. Primum vt religiosus contrahat matrimonium 2. vt matrimonium contrahatur ad tempus. 3 quòd matrimonium contractum & consummatum dissoluatur. Ibi autem respondet pro tertio, quòd matrimonium sit indissolubile post consummationem. Quod ad primum, videtur tacitè consentire posse summum Pontificem cum monacho ex causa dispensare, vt matrimonium contrahat, & apertiùs idem Panor. asserit ad c. cùm ad monasterium, nu. 21. de stat. monach. datque exemplum & causam in moniali professa, quam infidelis rex vellet ducere in vxorem, puta quia esset filia regis, & si eam duceret, vellet amplecti fidem Christi cum omni populo sibi subdito. *Nam* (inquit) *esset optima dispensatio, & gratia Deo ob bonum publicum.* Hoc autem posse summum Pontificem sic arguit, quòd monachismus & probatio regularis vitæ vel ordinis monastici, est iuris positiui, & à summo Pontifice confirmatio regularum pendet, c. 1. de religios. domib. in sext. proinde poterit dispensare liberè, vt in his quæ sunt iuris positiui, in c. proposuit, de concess. præb. neque monachismus aliud habet de iure diuino, quàm votum tacitum vel expressum: vota autem possunt commutari in melius per summum Pontificem, c. 1. c. magnæ, de vot. sicque ante Panor. concludit cum opinione gl. Ioan. Andr. in Mercurialibus, ad can. semel Deo dicatum, de reg. iur. Marian. Soc. tractatu 11. de oblationib. libello 19. in princip. Id ergo cum causa admittendum est, at sine causa Innocentius ad d. c. cum ad monasterium tenet, Papam non posse dispensare contra substantialia regulæ: dicit tamen notabiliter quòd si dispensatur sine causa, non valet dispensatio circa proprium tenendum, sed si dispensatum, & inde peruentum fuerit ad contractum matrimonij, propter bonam fidem contrahentes cum professa vel professo dispensantis, quia nemo debet decipi sub authoritate principis, l. 1. de his qui ven. ætat. impetra. ne concessione iuris vtentibus, præsertim circa spiritalia, illudatur. c. vni. de rer. permut. in Clem. Cle. vni. de renun. verùm professus vel professa sine causa, matrimonij debitum exigere non poterunt; exactum verò reddere tenentur. Notant & interpretes, quod si sine causa Papa iniungit religioso, non teneatur obedire in quantum repugnat regulæ ab eo professæ. Fel. ad c. si quando, versi. præterea, notat Hostiensis, de rescri. vbi allegat Theologorum opiniones. Id Felinus ad can. inquisitionis, in princip. de sent. excomm. facit ca. ne Dei Ecclesiam, 43. de simo D Thomas in 4. sententiarum distinct. 38. quæst. 1. art. 4. circa medium tenuit aliquando hanc sententiam, vt summ. Pontifex posset dispensare cum religioso professo in voto castitatis, intellige nisi presbyter sit, vel diaconus, vel subdiaconus (vt ego opinor) quæ etiam sententia est magis communis. Aliquando tamen idem D. Thomas contrariam tenuit, vt nond

possit dispensare, in summa 2.2.q.88 motos præcipuè decis. c. cum ad monasterium, § fi. de stat. monach. vbi hæc verba: *Nec æstimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare. Quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eã nec summus Põtifex possit licentiam indulgere.* Iuxta quę verba, gl. fi. eiusdẽ sententiæ esse videtur. Cæterũ Pan. ib. verba illa explicat, vt de facili non possit Papa dare licentiam, sine causa videlicet.

5 Addo, quòd secundũ iuris communis possibilitatem, non potest licentiam concedere sum. Pont. at secundum plenitudinem potestatis. ex causa potest: quia illa constitutio c. cum ad monasterium, ast Clem. 3. & iuris positiui, quæ non potuit successori sum. Pontifici legem imponere. c. innotuit, de elect. & quod vnius solius potestati subiicitur, impossibile de iure existimatur, l. apud Iulianũ, §. fi. de leg. 1. & quod à principe solo impetrandum censetur impossibile, quia valde difficile. I. ad Roman. ad Auth. similiter, C. ad l. Falci. & habita ratione præsentis temporis quo statuebatur, ne licentia daretur contravotum, impossibile illud dicebatur: habita ratione potestatis sum. Pont. possibile, quod rectè probatur ex l. cõtinuus actus, 137. §. cum quis, de verb. oblig. lib 45. ff. tit. 1. vbi Vlpianus in hæc verba respondit. *Cum quis sub hac conditione stipulatus sit, si rem sacram aut religiosam Titius vendiderit, aut forum, aut basilicã, aut huiusmodi res quæ publicis vsibus in perpetuum relictæ sunt, vbi omnino conditio iure impleri non potest, vel id facere ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea cõditio quæ natura impossibilis sit, inserta esset. Nec ad rẽ pertinet, quod ius mutari potest, & id quod nunc impossibile est postea possibile fieri. Non enim secundũ futuri tẽporis ius, sed secundum præsentis æstimari debet stipulatio.* Alia ratio in eadem hypothesi cũ simili resolutione proponitur à Paulo Iurisc. in l. inter stipulantem, § sacram, de ver. oblig. in quibus, & præter tamen iuris ordinem, sacram rem fieri posse profanam & liberari à religione dicitur: nempe per eos qui potestatem habent. vt in l. in tantum, §. sacræ, de rer. diuis. ff. sic Dominus D. Marci c. 10. v. 27. dum dixisset facilius esse camelũ per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. *Apud homines, inquit, impossibile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.* Potestatem autem suam Dominus noster IesusChristus vicario suo Petro, & eius successoribus tribuit in dispensatione Ecclesiastica. c. quanto, 3. de translat. Episc. D. Matthæi c. 19 l. 1. de sum. Trin. C. estque gl. in d. c quanto ad verba, *veri Dei vicem*, singularis, dum ait hac potestate summum Pontificẽ posse, vt & principem, naturam rerum immutare, substantialia vnius rei alteri applicando: sententiam quæ nulla est, aliquam reddere. vt can. hæc quippe, 3. q. 6. de iniustitia iustitiam facere, corrigendo iura, & mutando, vt in c. vt debitus honor, de appell. c. non debet de consan. & affin. quia plenitudinem obtinuit potestatis. c. decreto, 2. q. 6.

6 Possem, ni si hæc sufficerent pro intellectu, §. fin. c. cũ ad monasterium, addere verba illa, *nec summus Pontifex possit licentiam indulgere*: referenda ad Abbatis potestatem, vt ei summus Pontifex non possit licentiam indulgere, generaliter dispensandi in votis castitatis & proprietatis suis monachis: non autem dictum, vt ipse sum. Pontif. cum illis, ex causa iusta non possit dispensare.

7 Non eadem erit difficultas in dispensatione relinquendi habitum monasticum: quando ea transit in rescriptum iustitiæ, veluti si impetrans maior nuper factus dicat se habitum suscepisse vel in minori ætate, cùm nõ haberet annos discretionis, vt in c. significatum, 11. de regularib. c. cum simus, 14. e. ad nostram, 8. eod. ti. vel si per vim etiam maior fuerit regulam professus, c. 2. eo. ti. quia verè hic non fit dispensatio relinquendi monachatum. Quia verè is qui per vim vel alio modo illegitimo professus est, obtinet licentiam relinquendi monasterium & habitum, non verè monachus fuit, professione illegitimè facta, nec postea consensu professi approbata, c. cum virum, 12 c. cum simus, 14. de regular. c. 2. end. in Clem. ca. s. eo. tit. in sext. c. præsens, 20. q. 3. & qui inuitus propositum religionis suscepit, non est cogendus ad inuiti propositi obseruationem. Leo Papa epist. 90. aliàs 92. ad Rusticum Episcopum, c. 12. contrà si sponte susceperit: nam tunc nec habitum relinquere, nec vxorem ducere potest can. 1. & 3. c 50. q. 1. concilio Toletan. 6. c. 6. Quod si fecerit de facto, vt dicitur in d. c. 1. publica satisfactione purgandus, & ad monasterium reuocandus. facit Nouella Leonis 7. & 8. Conceditur in hac causa rescriptum iustitiæ delegationis & commissionis, iuxta d. canonem præsens, 20. qu. 1. quo, ad supplicationem monachi vel monialis volentis exire religionem, tanquam qui coactè, vel minis vrgentibus fuerint professi religionem permittitur, vt liberè possint matrimonio iungi, & filij inde nati, non obstante voto prædicto, sine nota sint, & habiles ad succedendũ, perinde ac si nati fuissent ex aliis religionem professis. Summus Pontifex solet committere cognitionem causę cuipiam prælato, vel alteri, vt cognoscat de violẽtia metúve illatis, à patre, vel matre, vel ab aliis: & de repugnãtia voluntatis vouentis, quæ à tempore professionis coactæ perseuerauerit, vsque ad tempus impetrationis. Maximè si ante voluntatem 25. annorum fuerint in monasterium detrusi vel detrusæ à parentibus, quorum iussus metum habet. Quibus probatis, iudex delegatus firmat rescriptum, & iuxta volũtatem summi Pontificis admittit exitum religionis, & matrimonium sine dubio: ante ætatem à iure constitutam professionis legitimę, de qua antea, in qua quis non perseuerauerit, facilè gratia & dispensatio conceditur in Gallia, & vsque ad 25. annum, propter constitutionem Aureliacensium comitiorum.

8 Quòd si professio nulla fuerit expressè emissa, facilior casus: quia sine ea nemo censetur monachus vel monialis, can. 1. de regular. in sext. ca. 1. de relig. domib. quãuis in pluribus casibus idem se fecerit religiosum, monachum vel monialem nominare: nisi in quibus legitimæ ætatis sciens & spontaneus, quę tacitam professionẽ, habent: agar, c. 1. & 3. de regul. in sext. & Felin. consil. 29. ait: non expressè professos, & repugnantes posse relinquere habitum post 25. annum sine metu apostasiæ, vel notæ, atque iure ita permissum: si tamẽ post vigesimumquintum annum tandem in monasterio aliquis fuerit, vt dici possit tacitè professus, tũc opus esset rescripto summi Pontificis.

9 In regularibus personis, adhuc occurrere potest quæstio, de subrogatione regularium vel aliorum, in locum eiectorum ex monasterio ob viuendi modum insolentẽ. Et dispensat quidem Episcopus, vt si non Inueniantur eius ordinis personæ idoneæ subrogandæ in locum electorum incorrigibilium, vel punitorum, possint alterius ordinis subrogari. c. relatum, 7. ne cler. vel monach. lib. 3. tit. 50. & ibi Ioan. Andr. & glo. argu. ca. de lapsis, 16. q. 6. can. Abbates, 18. q. 2. Cæterùm non poterit ibidem propria authoritate subrogare seculares, eò quòd non possit Episcopus ex Ecclesia regulari facere secularem, quare opus erit authoritate summi Pontificis, qui erit ideò adeundus: vt notat Ioannes Andræas, ad c. inter quatuor, per illum probat tex. de relig. domib. Arbitror quoque tutius & consultius fore, vt quando non inueniuntur eiusdem ordinis digni monachi subrogandi, ad transferendos alterius ordinis monachos sum. Pontif. dispenset, vt ex aliis ordinibus accipiãtur. vt notat gl. ad c. cum singula, 32. §. prohibentibus, ad verb *gubernanda*, de preben. in sext. Meminit & §. prohibemus. quòd sedes Apostolica sit etiam consulenda. si alterius ordinis monachus administrationem vel officium vult consequi. huc tamen priuilegium aliquando alij cõcessum, in c. Abbatem, 25. de verb. sign.

De dis-

## De dispensatione ætatis pro sacris ordinibus suscipiendis, & ad beneficia.

### Capvt XXI.

### ARGVMENTVM.

*Aetas legibus quæ exigitur in ordinibus sacris.*
2 *Aetas quæ legitima in beneficiorum possessione.*
3 *Dispensatio ætatis pendet ex beneficio superioris.*
4 *Dispẽsationes circa ætatẽ pro vna re facta nõ extẽdũtur ad alia: & ibi quæ beneficia dignitatẽ habeãt.*
5 *Prioratus conuentuales inter dignitates sunt.*
6 *Dispensatio ætatis in temporalibus non extenditur ad spiritualia, nec contra.*

ORDINIBVS sacris Ecclesiasticis singulis, ætatis terminus iure definitus est, quo tantũ eos adispici cõcessum, vt clericatui, septẽnniũ, c. si. de tempor. ordinatio. *Nisi*, inquit lex *infãs religioni offeratur, infans minor septẽnio existimatur.* l. si infanti, C. de iure deliber. Acolytatui 21. c. c. in multis, & c. seq. 77 dist. Et fuit aliquando decisum, vt legitima esset in subdiaconatu 28. annorum, in diaconatu 20. in presbyteratu, 25. c. de his, 18. dist. quãuis ea legibus Imperatorum fuerit aliquando presbyterorum triginta quinque, diaconorum & subdiaconorũ 25. lectorum, 18. §. clericos, cum seq. §§. de sanctiss. Episcop. in Authent. & alia fuerit aliquando in his annorũ ætas, c. vel nõ est mentis compos, 14. de tẽmporib. ordinan. li. 1 ti. 11. in Nouella Iustin. 123. c. 13. Subdiaconatum suscipienti 25. annorum desiderat synodus in Trullo 6. viginti c. 16. totidem exegit Leo. Cęsar Nouella constit. 16. & 75. vt monui li. 4. prçlud. optimi Iurisc. c. 12. & li. 16. Syntagmatis iuris, dum de sacris ordinibus egi.

2 Definita & fuit ætas capacitati possessorum beneficiorum Ecclesiasticorum, & determinata quatuordecim annorum ætas: vt quis possit tenere etiam simplicia beneficia, veluti prioratum non cõuentualem, aut canoniã in Ecclesia Metropolitana, vel Cathedrali, c. super inordinata, 35. de præbend. regula Cancella. 17. per rationem c. indecorum, de ætate & quali. Post 14. ann. quis potest simplicem canoniam tenere, verùm ante 17. annum non habebit vocem in capitulo, gloss. ad Cle. vltim. de æt. & qual. Possunt & sine dispensatione Impuberes tonsurati habere beneficia, quæ possunt teneri cum simplici tonsura, quę non habent curam animarum, cuiusmodi sunt Capellaniæ, præbendæ, simplicia præstimonia, si talia ex fundatione sint. Contrà, si prębendę essent diaconiales, aut presbyterales, quæ non possunt nisi ab eius ordinis clericis teneri. In prioratu conuentuali possidẽdo exigit 20. ann. si cura aliorum inhæreat, nisi dispensetur. Clemne in agro, §. cæterùm, de stat. monacho. Olim non poterant possideri à minori 30. ann. Archiepiscopatus, Episcopatus, dignitates, aut beneficia curam animarum aut iurisdictionem habentia. c. cùm in cunctis, in princ. & §. inferiora de election. hodie nisi à maiore 25. ann vt in Abbatia. Panor. ad d. c. cunctis. Proinde si quis ante definitas ætates voluerit vel sacros ordines, vel beneficia Ecclesiastica possidere dispensatione opus erit, quæ aliquando in aliquibus ab Episcopis aliquando à summo Pontifice petenda, c. 2 de æta. & qualita. ord. c. vni. eo. titul. in sext. vbi permittit Bonifac. 8. Episcopo dispensare cum his, qui 20. annum attigerint, vt personatus, dignitates, quibus cura animarum non inest, si aliud non obstet, possint obtinere. Glossa autem ibi notat, Episcopũ expresse in hac causa dispensare debere, neq; tacitè promouendo censeri dispensasse: eóque Ius puniat promouentem, si nõ inquisierit de causa dispẽsationis. can. nihil est. de electio. citat & gl ibidẽ, alia iura, quæ video. Neque etiã tenetur Episcopus si nolit, dispensare, quia verba dicti c. vni. de æta. in sext. sunt, *permittimus libere.*

3 Et proinde illa potestas dispẽsandi nõ est necessitatis, sed voluntatis, iuxta c. miror, 50. distin. argum. l. sæpè audio, 8. de offi. præsid in ff. neque quicquid subiicitur volũtati iudicis, necessitatis, est. l. nõ quicquid, de iud. ff. l. 1. C. quom. & qua. iud. & Nouell 81. c. 3. Pendente porrò minore ętate cum qua dispensatur, datur administrator vel vicarius nomine minoris, qui per se non posset administrare, ex personis Ecclesiasticis, non ex laicis, d. c. 2. de ær. & qual.

4 Singulare est, dispensationẽ impetratã ætatis, ad beneficia simpliciter concessam, non continere beneficiã curam animarum habentia, aut dignitates: nã de his expressè mentio facienda in ea dispensatione est, c. cum in illis, de election. & dispensationes, cùm odiosę sint, debẽt potius restringi quàm ampliari. Inter dignitates numerantur S. Pontificatus, Patriarchatus, Archiepiscoptus, Episcopatus, c pen. de præb. c. de his, de consecr. dist. 5. c In nono, 21. dist. Abbatiæ c. si quis deinceps, 16. q. 7. ca. 2. de iud. c. quanto, de offi. ordin. Archidiaconus, in quib. repræsentantur Episcopi c. 1. c ad hęc. de off. Archid. itẽ Decanatus seu primiceriatus est dignitas, secundùm cõmuniorẽ sentẽtiam, per c. cùm accessissent, de cõstitutio. Areti. cõs. 33. nã & primicerius habet ius iurisdictionis in personas sui collegij, c perlectis, §. ad primiceriũ, 25. dist. quamuis Alexander cons. 77. vol. 2. existimauerit primiceriatum non esse dignitatem, cui ita demũ egò accederem, si consuetudo talis esset capituli, vt nõ esset dignitas. Nam in his obseruanda est Ecclesiarũ cõsuetudo, quę inter dignitates, quæ inter officia, habeantur.

5 Numerantur inter dignitates Prioratus conuentuãles, in quib. vnus loco Abbatis præficitur, c. nisi essent, de præb. gloss. ad Clem 1. de supplen. negl. prælat. dirigunter enim & aliquando ad priores horũ prioratuũ, delegationes seu commissiones summ. Pontificis, vt Clem. si principalis, de electio. quæ non solent dirigi nisi dignitatem habentibus. c. statutum, de rescrip. in sext.

6 Dispensationes ætatis ad beneficia, & in causis spiritalibus à præsulibus Ecclesiasticis conceduntur, nec illæ ad temporalia extenduntur: quemadmodum nec ætatis dispensationes concessæ à principibus in temporalibus, ad beneficia, Ecclesiasticáque negotia non extenduntur. iuxta c. per venerabilem. qui filij sint legit. Et dispensatus, vt non obstante defectu ætatis, possit habere beneficium curatum, non intelligitur dispensatus super administratione bonorum, nisi aliud appareat ex voluntate principis. Anchar in ca. 1 de ęta. & qualita. in sext. Felinus ad c. cdocenti, de rescript. Rota decis. 136. in c. *voluerunt*, in nouis.

## De dispensatione ætatis à principe concessã.

### Capvt XXII.

### ARGVMENTVM.

1 *Dispensatio ætatis conceditur minoribus ad bona administranda, & quid in ea exigatur.*
2 *Baptizati aliquando descripti, & quare vsus desiit, & ibi de ætatis probatione per professionẽ baptismi.*
3 *Alij modi probandi ætatem.*
4 *Potest princeps dispensare cum minore, vt iudicet.*
5 *Ratio dispensationis ætatis concessa.*
6 *A quibus impetrata venia ætatis.*
7 *Dispensatio ætatis non concedit facultatem alienandi bona minoris.*

DIspensatio ætatis, seu permissio administrandi bona tẽporalia, & cõtrahendi, conceditur minorib. 25. annis interdum à principe seculari. perinde ac si is maior esset, idque extra ordinem iuris, l. 3. de minor ff. lib. 4. tit. 4 non temerè tamen, vel facilè cõceditur, eò quòd, qui veniã à principe ætatis impetrauerint, etiã si minùs idoneè rẽ suam administrauerint, in integrũ restitutionem impetrare non possunt, ne ij qui cum illis contraxerint circumscripti authoritate principali videantur, l. 1. de

bis qui ven. ætа. impetra. lib. 2. C. ti. 45. Quamobrē priusquam ętatis veniam concedant principes minoribus, exigunt, ne masculus, qui petit, minor sit 20. annis: fœmina verò 18. annis, vtque eam ætatem seu numerum annorum coram iudicibus competentibus per instrumēta vel testes, probent, & vnà morum suorū instituta, & probitatem animi, l. 2. de his qui veniam ætat. impetrauer. C. Proculdubio enim probari potest ætas, instrumentis, testibus natiuitatis scriptura & aliis legitimis demōstrationibus, l. 2. §. ætas, de excusat. tutor. lib. 27. ff. tit. 1. l. cum ætate, 13. de probatio. lib. 22. ff. tit 3. παιδογραφίαν, Modestinus dixit scripturam, in qua notatur filiorū natalis dies: professionibus patris, vel matris, vel aui. d. l. cum de ætate, & l. etiam matris, 16. de probatio, exprimebatur, & olim ætas in censendo, quia plerisque in rebus ętas à censu vel onere liberabat, l. 3. & l. 4. §. in seruis, de cēlib.

2 Iussit Franciscus eius nominis primus rex Gallorū, edicto anni 1539. diem natiuitatis, vel baptismi quo natus baptizatus esset, à Curionibus Ecclesiarum parrochialium describi: vnde & natiuitas constare poterat. Qui tamen mos in desuetudinem paulò pòst abiit, & in plerisque locis sublatus, ob scandala & mala quæ inde oriebantur, dum pueri spurij sine baptismo relinquerētur, metu ne ob causam edicti professio patris & matris baptizandi facienda esset: sæpè & suffocatos hoc metu partus à matribus comperrum fuit. Simile edictum professionis promulgatum iussu Cæsaris Augusti refert sub aduentum Christi, D. Lucas c. 2. in concilio quoque Tridentino sessio. 24. can. 2. de reformatione, placuit Parochum scribere debere nomen baptizati, & eorum qui offerunt: & inter Ethnicos Seruius rex Romanorū, professionem similem introduxisse videtur, parentib. iubēs natorum nomine Luciuæ certam pecuniā dare: & eos, qui ob adolescentia in iuuentutem migrarent. dare Iuuentæ: morientes verò, Libitinæ: vt scribit Dionys. Halicar. in 4. quæ cura posteà delata Prętoribus, vt notat Cicero pro Archia Poeta. Statuit & deinde M. Antonius Philosophus imperator, apud præfectos ærarij vnumquemque ciuium natos liberos profiteri intra tricesimum diem nomine imposito, & per prouincias eam ob causam quoque tabularios instituit, teste Iulio Capitolino in eius vita.

3 Poterit & iterum ætas probari ab obstetricibus, & his qui natiuitati interfuerunt, ex vicinis, ex aspectu corporis, quamquam hęc postrema probationis species aliquando fallax sit, vt in l. minor vigintiquinque annis, 32. de minor. 25. annor. & ex his poterit adiensi rescripto veniæ ætatis 18. vel 20. annorum per impetrantem probatio, & fulcimentum, ne vtilitas eius pereat.

4 Potest tamē si velit princeps, in aliquibus cum minore 20. annor. in octodecimo anno dispensare, vt fecit in l. quidam consulebat, 57. de re iud. li. 42. tit. 1. idem & constitutum in dispensatione summi Pontificis cū minore 18. anno. iudice delegato. In c. cum vicesimum annum, 41. de offi. & potest. iudic. deleg. lib. 1. tit. 39. Est autē in eo dispensatio: cùm alioquin iure communi minori 25. annis magistratum gerere, vel iudicare non liceat, & lex Iulia vetauerit, l. cum lege Iulia. 42. de recep. arbi. li. 4. ff. tit. 8. Vlp. l. ad rempublicam, 8. de muneri. & hono. lib. 50. ff. tit. 4. vbi ratio. & l. spurij decuriones, 6. § 1. l. non tantùm, 11. de decurio. li. 50. ff. tit. 2.

5 Et hæc iuris cōmunis sunt, cùm ante eā ętatē 25. annorum, si libera daretur negotiorū tractatio, seu publicorum, seu priuatorū, detrimentum & illorum & Reipublicæ, & cum his negotiantium facilè consequeretur: maturiùs tamen posse ante ætatem illā aliquē sapere, nō ambigitur, vel ex singulari Dei beneficio, vt in Salomone liquet ex 3. li. Reg. ca. 3. in Daniele li. Danielis c. 13. vers 45. Iosepho. Gen 39. in Tito, & aliis: vel ex prudētia naturali, seu experiētia malitię c. de filiis, despōs. impub. vel studio, vel alia sapientum consuetudine. Sicq. apud Philostra. 1. de vita Apollonij dictum, adolescentes suæ tutelæ maturiùs fieri solitos. Ideò in supplicatione facta principi narratur quòd insit ratio firma prudentiæ. & ita veniam ętatis impetrari, ne actiones impetrantis relinquantur ambiguę, ne infirmetur iure, quod nō potest vtilitate titubare, vt apparet ex formula veniæ ætatis, quæ est apud Cassiodorum lib. 7. Variar. c. 41.

6 Venia ętatis aliquando impetrata fuit à consulibus & præsidibus, donec eorum decreta quasi ambitiosa, D. Seuerus Imperator sustulit. l. 3. de minorib. 25. an. ff. Athenis adolescentes, teste Iulio Polluce, in Lexiarchico cōmentario positi accensiti, suę tutelæ efficiebantur, túmque ius administrandi patrimonij erat eis. Leo Cæsar in Nouella 28. quo tempore, & à quibus rerum suarum administratio adultis concedi debeat, ad leges C. Iustinianei, de his qui veniam ętatis impetrauerūt, addidit duo, vt & ante 18. annum in mulieribus, & 20. in masculis, si sapetent, concedi venia ætatis, & administratio posset bonorum, remotis curatoribus: alterum, vt hoc ipsum concedi posset non solùm ab Imperatore, sed etiam à quibuscumque locorum magistratibus. Quod certè vltimum non probatur in Gallia, vel alibi, satiúsq. est cum Seuero Cęsare, hanc facultatem adimi minoribus, & nōnisi rarò, vel magna de causa præcoci sapiētię fidem adhiberi: cùm ætas hæc multis captionib. & illecebris sit exposita. l. 1. de minori. 25. ann. sicq. in formulæ veniæ ętatis principio, prudentissimè & sapiēter scribitur. *Gloriosa supplicatio est, qua veniam quærit ætatis, quando se grauitatē de morib. profitetur accipere, qua maturitatē vita adhuc nō cōtigit intulisse. Minor, nascēda, grãdenus cupis esse cāsilia: ita, quod in humanis reb. audacissimū est, ad errantis auxiliū, beneficiū cōtēnis annorū.* Cōminatur & in fine ea formula periculū qđ accidere pōt dispēsato, dū ait, *Cape igitur* (inquit princeps) *nostro beneficio potiorē annis ætatē: & quod petis ab oracula, morib. exhibeto. Nā professio maturitatis acerba* (id quæ nondū cōcocta est) *locum denegat actionis. Quando multò grauior est culpa, quàm sua promissionis impugnat authoritas.*

7 Eadē ferè ratione solet adiici in dispensationibus, vel venia ętatis, clausula alia ita, vt in alienādis rusticis, vel vrbanis prędiis cōstitutionū seruetur authoritas, ne, cùm opinioni pręstare volumus, vtilitatē publicā lędere videamur, sic. n. Cæsares hāc veniā téperarūt, ne ideò daretur impetrātib. facultas, ante legitimā 25 annorū ætatē alienādi, vel obligādi, seu hypothecæ subiiciēdi immobilia, nisi obseruatis solemnitatibus, quæ alioquin in distrahēdis reb. minorū iura statuūt. l. per. & fi. C. de his qui veni æta. impet. & ita hodie in codicillis dispēsationis ætatis illa exceptio solet inseri, *ne possint alienare immobilia.* Vt autē lector integrā habeat formulā, eā ex Cassiodoro prædicto li. 7. c. 41. subiungere libet, vbi eam his verbis describit: *Gloriosa supplicatio est, qua gloriam quæris ætatis: quādo grauitatē de morib. se profitetur accipere, qua maturitatē vita adhuc nō cōtigit intulisse. Minor nascēda: gradaunt cupis esse cāsilia, ita, quod in humanis reb. audacissimū est, ad errantis auxiliū beneficium cātēnis annorū. Quapropter ablata supplicatione depromis, vt cum tibi sit ratio firma prudētia, actiones tua nō relinquatur ambigua, nec infirmetur iure, quod potest vtilitate titubare. Hac nos quib. cordi est bona desideria perficere, libēter accepimus. Quia nullas se captare velle profitetur insidias, quisquis liberas habere cātractus cōstāter affectat. Atq. ideo, si id tēpus cōstat elapsū quoad hac veniam accedi iura voluerūt, nos quoq. probabilib. desideriis licētia no negamus: vt in foro cōpetēts ea, quæ in his causis reuerēda legū dictat antiquitas solenniter allegentur. Ita vt in alienādis rusticis vel vrbanis prædiis, constitutionum seruetur authoritas, ne cum opinioni præstare volumus vtilitatem publicam lædere videamur. Cape igitur nostro beneficio potiorem annis ætatem, & quod petis ab oraculo, moribus exhibeto. Nam professio maturitatis acerba, lo-*

*cum*

*cum denegat actionis : quando multò grauior est culpa, quam sua promissionis impugnat authoritas.*

## De dispensatione de non promouendo.

### CAPVT XXIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Beneficium curatum nactus, debet ad sacerdotium intra annum promoueri.*
2 *Quis potest dispensare de non promouendo studiorum causa.*
3 *Septennium studiorum causa datum à quo tempore incipiat.*
4 *Abbas studiorum causa cum monacho non potest de nō promouendo dispensare.*
5 *De dispensatione de non promouendo à summo Pontifice obtenta.*

1 QVI habet beneficium, cui cura animarum inest, iure communi, intra annum à die adeptæ pacificæ possessionis promoueri debet ad ordinem presbyteratus alioquin eius beneficium ipso iure vacat, & est impetrabile ex concilio Lugdunensi, in c. licet, c. 14. c. commissa, 35. de elect. in sext. & in concil. Trid. sess. 7. ca. 11. de reformatione.

2 Contra hanc regulam concilij dispensat Episcopus loci vbi beneficium situm est, & summ. Pont. sed diuersa ex causa Nam Episcopus potest tantū dispensare, ne promotus nō presbyter promoueatur per septenniū ad presbyteratum studiorū causa, quæ dispensatus tenetur prosequi: interim tamen intra annum tenetur subire ordinē subdiaconatus, à die adeptę pacificæ possessionis, alioquin erit impetrabile beneficium: post septennium verò studij, tenetur intra annum curare se ordinari in diaconum & presbyterum: alioquin vacabit & impetrabile erit beneficium, c. cum ex eo, 14. de elect. in sex. vbi & notat glossa, Episcopum sine Capitulo posse in hac causa dispensare. Et in minori quoque spatio septennij, atque etiam per diuersas vices posse hoc tempus indulgere, vt videat & experiatur si dispensatus proficiat in literis, & dignus sit post concessum tempus modicum, vt ei lōgius indulgeatur. Subiicit ibidem gl. ad verb. *septennium*, neque concessam dispensationem Episcopum reuocare posse, nisi necessitate Ecclesiæ vrgente, vt in c. fi. de cler. non resid. comprobat hanc glossam ib. Io. And. Phil. Frācus, Dominicus, & Oldr. consi. 230. Lud Rom. sing. 517. *an dispensatio*, &c. Et generaliter facta dispensatio reuocanda non est. c. ex tua, & ibi not. gl. ad verbum *irritari*, de filiis presbyter. c. fraternitati, & ibi gl. de schismat. Fauor hic studiorum est, siue quis studeat in Grammatica, siue in iure ciuili, aut Pontificio, aut in Theologia, gl. in d. c. cum ex eo ad verb. *literarum* sine prętudicio tamen Ecclesiæ, cui, pendente hoc tempore studiorum, debet prouideri de idoneo vicario temporali ex fructibus beneficij. d. c. cum ex eo, & in concil. Trid. sess. 6. c. 2. de reform. & sess. 23 c. 1 Pan. ad c. tuæ, n. 5. de cler. non resid.

3 Notant Doct. ad d. c. cum ex eo, & gl. ad verbum, *septennium*, septennium incipere à tempore dispensationis, verum semel personæ concedi, & proinde si quis obtinens vnum beneficium, obtinuerit quoque dispensationem studiorum causa septennij, & postea aliud beneficium impetrauerit, non potest aliud septennium impetrare.

4 Singulare illud ius est dispensandi in causa de non promouendo studiorum causa concessum Episcopo, Abbati non concessum: nam quamuis possit dare licentiam monacho suo, studendi causa. Clem. 1. §. cęterùm, de stat. mona. c. fi. de magistr. tamen non potest istam dispensationem vel licentiam de non promouendo, studiorum causa concedere, gl. ad c. cum ex eo, ad verb. *Episcops.* & ibi Perusinus de elect.

5 Summi Pontificis dispensatio latior esse potest, & ratione ordinum, vt quis etiam non teneatur promoueri ad subdiaconatum, & potest extendi vltra septennium, & dispensat de non promouēdo ad ordines cum aliquo qui non habet legitimam ætatem, quæ in ordinibus sacris requiritur. De qua dispensatione videndus Rebuffus in formula rescriptorum de non promouendo, in Praxi beneficiorum.

## De dispensatione de non residendo.

### CAPVT XXIV.

### ARGVMENTVM.

1 *Residentia in omnibus beneficiis requisita.*
2 *Etiamsi sint exigui redditus.*
3 *Quomodo beneficia possunt adimi ob non residentiam.*
4 *Beneficia simplicia dicta an exigant residentiam.*
5 *Quid contineat dispensatio de non residendo.*
6 *Aliquando sine dispensatione Curia abesse cura potest.*
7 *Imperator aliquando dispensat circa absentiam Episcoporum.*
8 *Causa excusantes absentiam beneficiati.*
9 *Casus in quibus Curio potest inseruire beneficio per substitutum Vicarium, vt si absit pro prosecutione iurium Ecclesiæ suæ.*
10 *Si studeat per tempus concessum.*
11 *Si infirmus.*
12 *Datur aliquando infirmis coadiutor.*
13 *Clericus infirmus habet distributiones quotidianas.*
14 *Quando infirmitas excusat, vel non.*
15 *Vicarius haberi potest, cùm in cura sunt diuersæ linguæ populi.*
16 *Item tempore pestis.*
17 *Dispensatū ad plura sufficit in vno beneficio residere.*
18 *Quemadmodum si annexa.*
19 *Omitti potest residentia, ad prosequendam appellationem contra oppressionem superioris.*

1 REgula generalis beneficiorum omnium fuit, iuxtà illorum introductionem, vt in singulis essent personæ quæ cultui diuino inseruirent, néve prępnneretur, qui absentes, per alium inseruientes, de redditibus ditarentur, & quodammodo negotiarentur, à cura beneficij extranei. Datur enim beneficium propter officium, c. fin. de rescrip. in sext. c. fin. de offi. vicar. c. fi. 1. q. 2. c. cum ex eo, de elect. in sext. ferè toto tit. de cler. non resid. in concilio Tridentino sess. 23 c. 1. de reformatio. Quemadmodum & officia sæcularia non alia ratione constituta, quā vt illis præpositi deseruirent personaliter. l. nullus, 60. de decur. lib. 10. C. l. 3. de domesti. & protector. li. 12. C. l. ne quidam putarent, 17. de testam. mili. ff. In ea Ecclesia, in qua quisque intitulatus est, debet ipsemet inseruire, c. 1. 21. q. 1. c. sanctorū, 70. dist. c. Capitulo, c. clericis, 71. dist. c. Eleutherius, 91. distinct. quamuis Episcopus sit, c. 1. de cleric. non resid aut Cardinalis, nisi velit deponi per non residendi contumaciam, vt in c. 2. de cler. non resid.

2 Et quamquam beneficium ita exile sit, vt vix valeat viginti solidos, cap. conquerente nobis, 6. de cler. non resid. Potuit enim collatum non acceptari ab initio, si videatur non sufficiens victui præpositi tempore collationis, vt in canon. si tibi absenti, de præbend. in sext. non etiam post acceptatam collationem. ca. dilectissimi, 8. quęst. 2. Atque postquam quis consenserit, non poterit, propter paupertatem, dissentire. ca. clericus, 91. distinction. Omnia in summa beneficia de iure habent residentiam seu assiduitatem coniunctam, & beneficia ideo talibus sunt committenda, qui velint & possint

in illis residere, & curam per seipsos illorum valeant exercere, c. extirpandæ, 30 §. qui verò, de præb. c. quia nónnulli, de cleric. non resid.

3 Alioquin, ob non residentiam beneficia adimi possunt possessoribus monitis, & contemnentibus residere, & aliis conferri c. ex tuæ, de cleric. non residen. monitio quippe necessario præcedere debet priuationem, & fieri à superiori, vt redeat absens ad beneficium, ca. ex parte, c. qualiter, 9. c. inter quatuor, 10. c. si de cleri. non resid. Aliter enim absens quamuis vagabundus, priuari beneficio non debet, non vocatus. Et proinde si ignoretur vbi sit, debet in Ecclesia sua tribus edictis publicis citari. d. c. ex tuæ, 11. de cler. non resid. fieri enim potest, vt vocatus reddere possit suæ absentiæ iustam & legitimam causam, & ideo iura quæ inducunt absentium priuationem ob non residentiam, addunt, *dummodo non sint iusto impedimento detenti* d. c. inter, quatuor. aut, *dummodò non habeant rationabilem excusationem*, d. c si. de cler. diuis. non res. Et ideo etiam contra vocatos non venientes aliquando superiores procedunt per sententiam excommunicationis, vel suspensionis, c. ex tuæ deuotionis, §. contra eos, de cler. non resid.

4 Neque ignoramus ex consuetudine receptum esse, quædam esse beneficia, quæ dicuntur simplicia, in quib. se exemerunt ab hac necessitate residentiæ præpositi, vt ait Felin. ad c. dilectus, de rescr. Verùm & hæc consuetudo debet esse ex iusta causa & ratione recepta, vt in ca. extirpandæ, §. qui verò, de præb. alioquin improbanda vt perniciosa Ecclesiæ, & potiùs nomine corruptelæ, quàm consuetudinis appellanda. c. si. de consuetud.

5 Contra hanc iuris communis regulam impetratur dispensatio de nõ residẽdo, & in ea fit expresia cõcessio percipiendi fructus in absentia, & committendi vicariũ loco dispẽsati d. c. cũ ex eo, de elect. in sex. c. ex tuæ, ca relatum, de cler. non resid. Duo requiruntur in dispẽsatione abeundi à beneficio Ecclesiastico; licentia superioris, & iusta causa, quando diu quis affuturus est: licentia saltem de honestate semper petenda. c. licet de regulari.

6 Possct tamen ex consuetudine induci, vt Curio ex causa rationabili se absentet a parrochia paulò post tempore reuersurus. Innoc. ad c. ex tuæ, de cleri. non resid. additque Pan. ad c. relatum, eo. tit. quòd si necessitas vrgeat discessum, quæ non patitur moram adeundi superiorem pro licentia petenda possit sine licentia abire. Facit in arg. l. 1. de exerc. act. ff. l. tutor qui repertorium, de admin. rut. nempe si breui sit reuersurus, vt explicat. Inn. in d c. relatum. per l 3. de diuort. quia non videtur abesse, qui breui reuersurus est. l. diuortium, 3. de diuor. ff. cum simil. In quibusdam casibus dispensat de absentia Episcopus, in beneficiis incompatibilibus, sum. Pontifex, & studiorum causa dispensat Episcopus, d. c. cum ex eo. sed in vsu est, vt sine licentia Episcopi possint beneficiati, studiorũ causa, per tempus studiis necessarium, abesse, ex dispensatione summi Pontificis generali studentium. in c. si de magistris. Pan. ad c. tuæ, num. 5. Imola ad c. ex tuæ, num. 9. de cleric. non resid. Barth. Bologni ad Auth. habita, nu. nu. 382. ne filius pro patr. at non debet abesse clericus à sua Ecclesia sine licentia superioris causa peregrinationis, can non oportet, de consecr. dist. 5. nec pro suis aliis negotiis, ca præsentium. 7. q. 1. multò magis sine causa, si modò diu abesse velit.

7 Videtur & Imperator dispensasse super absentia Episcoporũ, in c. 1. §. & illud, Nouella 6. quom. oporteat Episcopos &c. si eius iussu tractent aliquod negotiũ & moram agant extra Episcopatum. Meminit & Balsamon in Chalcedo. Synodo. c. 4. & per illam dispensationem Episcopus vitabat pœnam quam Imperator statuerat in Episcopos absentes ab Episcopatu per annũ, qua primum vocato non redeunti, subtrahebantur fructus post monitionem, & contumaci deinceps adimebatur Episcopatus, & alij dabatur. d. §. & illud, & can. 3. Nouellæ 67. vt nullus fabricet oratorij domos, &c. & cap. 9. §. interdicimus, Nouellæ 123. de sanctissimis Episcop. Similis est constitutio Iustiniani nuper ex Græco in Codicem Iustinianeum translata, incipiens, *Omnem semper adhibentes prouidentiam*, 43. de Episc. & cler.

8 Causæ excusantes absentiam à beneficio vel Ecclesia ponuntur generaliter in c. relatum, de cler. non resid. tres, licentia superioris, studiorum causa, vel alia causa honesta.

9 Sunt & in iure casus sine dispensatione, in quibus Curio potest inseruire beneficio per substitutum vicarium. Primus, si absens sit pro prosecutione iurium suæ Ecclesiæ, c. ex parte, 13. in 2. c. cùm dilectus, 14. de cler. non resid. quia habetur in eo casu pro præsente, facit Vlp. in l. quæsitum est, 12. idem respondit prædiis instructis, de fundo instructo. ff qua ratione qui familiaris & domesticus est summi Pontif. vel in eius seruitio, vel in seruitio Episcopi, tãquam præsens percipit fructus beneficij sui, vel præbendæ, veluti absens pro negotiis Ecclesiæ suæ, in d. c. cum dilectus, & c. ad audientiam, 15. de cler. non resi. nisi fortè sint victualia, quæ non solent absentibus exhiberi. c. de cætero, 7. cod. tit. qui dicantur familiares. tract. Ludo. Gomesius ad Regul. Cancel. de impetratione beneficiorum quæ vacant per obitum familiaris Cardinalium, q. 13. Obseruanda & glossa in d. ca ad audientiam, ad verb. *duo*, plures quàm duos existentes in seruitio Episcopi canonicos, à residentia non excusari: quod enim in aliquibus permittitur, in cæteris eius generis negatur, can. qualis, 25. dist. ca. nónne benedicimus, de præsumpt. idque fieri debet, ne Ecclesiæ cultus prætextu seruitij Episcopi minuatur. Addit & insuper gl. quod hinc & colligi videtur, quòd Episcopus non possit cogere plures quàm duos ex canonicis esse in suo seruitio, verumtamẽ si Ecclesia defectum ministrorum valde pateretur, neque excusatio absentiæ, neque etiam dispensatio Episcoporum efficere posset, quin absentes reuocentur ad propriam Ecclesiam, etiam non obstantibus indulgentiis Apostolicis, vt in c. pen. de cleric. non residen. vbi & notat Iohannes Andreas dispensationes de non residendo, nõ valere, quando in enorme præiudicium Ecclesiarũ impetrantur: vt in c. ex parte, de constitutio. quando enim priuilegium incipit esse nociuum, reuocandum est, cap. suggestum. de decim.

10 Secundus casus, in causa studiorũ, quo casu, ex iure communi & fundatione Academiarum, priuilegiisq; generalibus, vt diximus, earũ, in debito tẽpore studij dispẽsatus quis censetur satis à residentia beneficij, & fructus percipit, nihilominus eius reseruatis necessariis vicario eius: nam aliunde & studiorũ causa absentes extra patriã, pro præsentibus habentur. d. c. relatum, c. tuæ, de cler. nõ resid. Clem. vni. § cæterum, in fi. de stat. mona. neq. abesse videntur, qui studiorum causa absunt. l. quæsitum est, 78. de leg. 3. l. Seiæ ex parte. 20. §. Pamphilæ, de fund. instructo. lib. 33 ff. tit. 7. & proinde gaudent cõmodis & priuilegiis eorum qui præsentes sunt, c. de quibusdam, 12. & ibi gl. 1. Archid. Domi. 17. d. c. si. de magistr. c. 2. de priuil. in Sext. c. licet de præb. neque officere debet absentia, quæ iusta dicitur studiorum, l si longius, 18. § fi. de iud. ff. l. nec non, ex quib cau. maior ff. can. consultationibus, 10. de off. deleg. lib. 1. tit. 19. Scholastici debent gaudere priuilegiis & prærogatiuis omnib. introductis ob publicam vtilitatẽ: nam & illa in studiosis versatur. Barth. in l. 1. in fi. sol. matrim. Tiraq. in tract. de priuil. piæ causæ in præfationib. ver. *Item relictum causa study:* & nocens Scholastico, nocet iuri publico, vt ait Iacob. Aret. ad d. l. 1. nu. 8. & 9. sol. matr. gl. fi. in l vni. de studiis liberal. lib. 11. C. & ibi Lucas de Penna.

11 Tertius casus in causa infirmitatis, c. ad audientiam 15. de cler. non resid. ne afflicto detur, c. cùm percussio, 7. quæst. 1 ca. indicas 3. q. 9. ca. ad eius, versic. 4. distinct. cap. ex parte, de cleric. ægrotat. & pro ratione facit l. diuus, de offic.

de offic.Præsid.l.tam dementis,de Episcopal.audient C. l.pœna,ad l.Pompeiam, de partic ff. & in corpore afflicto afflictio non debet addi omissionis substantię, l.iure succursum.de iure dot.ff.cum similib. Alia & ratio adfertur in e.1 de cleric.ægrota.lib.3.titul 6. vbi Gregorius scribens li.2. Epistolar.epistol.5.Candido Episcopo Verbatensi:*Fraternitatem*(inquit)*tuam hortamur,quatenus latorem præsentium ad percipienda quæ consueta sunt ab Ecclesia tua,ægritudo sua non debeat impedire:quia si alij essent eius exeplo deterriti, forte non posset qui militaret Ecclesiæ inueniri.* Tertia, quia famuli nostri, vel qui nobis inseruiunt,nobis seruire intelliguntur ęgri,ad hoc vt recipiant mercedem debitam, qui cupientes seruire propter aduersam valetudinem impediuntur. l.4. §.Stichus,si hæredi meo,de stat.liber.li.40.ff.tit.7. ideò & alendi sunt,dum aduersa valetudine laborãt, l. in reb.18. §.possunt,commod.ff.li.13.tit.6.Infirmitas iustum est impedimentum excusans,l.2. §.si quis iudicio, si quis cautio.ff & habetur in ea ratio humanitatis.l.si cui,38. §.fin. ex quib.caus.maior.lib.4.ff.tit.6. l. fin. §. penult. ad leg. Rhod de iact.lib.14 ff.tit.2.

12 Proinde si maxima detineatur infirmitate beneficiatus,quæ superuenerit,& eum cum populo esse prohibeat,putà lepra, non vtique priuabitur beneficio, sed dabitur ei coadiutor:vt in c.3 & 4.de cleri.ægrotan. li.3. tit.6.idem in aliis morbis incurabilibus.c.pen.& fin.eo. tit c.scripsit,c.qualiter,c.quamuis sit triste,7.q.1.

13 Atque hic singulariter notandum, quòd clericus infirmus habet etiam distributiones quotidianas, vt & illi, quos iusta & rationabilis corporis, aut euidens Ecclesiæ necessitas non permittit præsentes esse: alij absentes minimè,& si recipiunt, tenentur ad receptorum restitutionem,c.vni de cleric.non residentib.in sext.

14 Hęcque rursum ita demum vera,si infirmitas præstat causam non residentiæ,hoc est,quando,nisi esset infirmus futurum erat eum residere. Aliter,si non præstaret infirmitas causam non residendi, putà quia nec resideret, etsi infirmus non esset, quia tunc non excusat infirmitas,quæ non residenti superuenit,& casus superueniens inter pręstationem,recipit secundum statum pręcedentem,c.maiores,circa fi.ẽ, de baptismo. notat Angelus Clauasius in summa,in verbo,*clericus*,7.num.7

15 Quartus casus, excusatur beneficiatus, vt seruiat per vicarium ab Episcopo præpositum, si in Parrochia diuersarum linguarum sint populi, & ipse idiomata nõ intelligat omnium,c.quoniam in plerisque.14. de offic. ordin.lib.1.tit.41. idem Episcopo licet seruire per vicarios & Archidiaconos, si ipse negotiis aliis sit occupatus legitimis.c.ad hæc de offic.Archidiac.

16 Quintus casus tempore pestis, & morborum Epidimiticorum seu contagiosorum,vicarium sui loco constituere potest.Riparius tract.de peste,q.5.

17 Sextus casus si quis dispensatus ad plura beneficia fuerit,sufficit si in vno resideat.c.non potest,21.de pręb. in sex.

18 Septimus, si parrochialis Ecclesia annexa sit dignitati,vel præbendæ, qui residet in præbenda, si modò præficiat vicarium perpetuum in parrochiali cũ congrua pensione, excusatur ab eius residentia. c. extirpandæ,38.§.qui verò,de præben. e.exposuisti,eod.tit.

19 Octauos casus ex causa prosequendæ appellationis, siue ad euitandam oppressionem beneficiatus potest omittere residentiam & adire summum Pontificem, vel alium superiorem, Inuito etiam Episcopo suo vel alio superiore ꝯ omnis oppressus,cum trib. sequentib.2.q.6 notat gloss.ad c. vt debitus honor,de appella.

## De rescripto gratiæ percipiendorum fructuum beneficiorum alteri collatorum.

### Capvt XXV.

ARGVMENTVM.

1 *Beneficia sine aliqua diminutione conferenda.*
2 *Dispensatiuè aliquando fructus beneficiorum ad certum tempus non titulatis conceduntur.*
3 *Confert idem beneficia Episcopus, aliquando retentis fructibus,& quid sequatur ex illa collatione.*

1 IVs commune disponit, beneficia Ecclesiastica sine aliqua diminutione conferenda, c. 1. vt Ecclesiasti: benefi.sine aliq. diminu conferan.li.3. tit.12. cùm secundum naturam sit,vt qui sentit onus,percipiat & cõmoda rei.c.qui sentit,de reg.iur.in sex.l.secundùm naturã eo.tit.ff l post perfectam,de petic.& comm rei ven C.l. id quod post,eo tit.ff.l.1.§.pro secundo,de cad.toll.C.l.is qui in potestate,§ fi.de lega.præst. ff. Beneficia duabus partibus componuntur,munere spiritali,& fructibus vt homo corpore & anima.c.si quis obiecerit,1.q.3.

2 Contra hanc regulam generalem, dispensatio concessa gratiam habet. Datur autem indulgentia vel rescriptum Episcopo vel alij, aliquando à summo Pontifice, vt pro soluendis debitis suæ Ecclesię, possit percipere,vsque ad quinquennium vel aliud tẽpus. fructus beneficiorum quæ in sua diœcesi vacabont: cum clausula, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegiis,vel statutis, per quæ impediri posset concessio, sdq; de speciali gratia, per quam tamen concessionem præiudicium non fit, Ecclesiæ fabricæ vel alteri personæ singulari, si illis fructus huiusmodi, speciali priuilegio vel statuto forsitan,debeãtur, nisi ita de illis expressè caueatur.c.si propter debita,10.de rescript. in sext. Meminit de hac gratia c.penul.de verbor.signific atque adiicit, in ea appellationem beneficiorum continere fructũ non tantùm minorum, sed etiam & maiorũ beneficiorum: quemadmodum & in dicto c. si propter glossa ad verb. *Vacabunt*, notat vacantium beneficiorum nomine,in ea gratia contineri,quæ vacauerint morte,renunciatione,depositione,translatione, aut alio quocunquẽ nomine & modo, imò ex causa permutationis, vt fructus debeantur per illam gratiam Episcopo.

3 Potest itaq Episcopꝰ cui gratia hæc facta est, cõferre beneficia vacantia, subductis & retentis fructib.pendente tempore gratiæ,singulare tamẽ est, quod notat c si tibi cõcesso,26.de rescr.in sext ꝙ si pẽdẽte tẽpore,quo percipit Episcopus fructus cõferat beneficiũ vacãs habenti aliud beneficiũ,cui cura animarum sit, nõ videatur vacare illud primum possessione adeptione secundi, cuius fructus nõ potest percipere, quia Episcopus ex indulgentia percipiat: licèt enim in rei veritate primũ vacet ex adeptione pacificę possessionis,secũdis tamẽ aliquũ nõ est priuari fructib primi, qui nõ recipit fructus secũdi,cuiusq ideò nõ videtur adeptus plenã possessionẽ vel dominiũ,neq. plenè in eũ videtur translatũ secũdũ beneficiũ, cuius tradita sit vacua possessio sine fructib.c.si quis iã trãslatus.:1.q.2. facit l. si stipulatus sit,4. de vsur.ff l.4.cõmo. ff vsusfructus in multis casibus pars dominij est,l.4.de vsufruct. ff.ita à Caio vsusfructus pars rei,iusq. fundi dicitur in l.si à reo,70. §.si reo,de fideiuss: li.46.ff tit.1.facit & c.cũ in cũctis, § cùm verò,de elect: Tuetur tamen gl ad d.c.si tibi cõcesso, ad verbũ, *vacare*. quòd, quan ois non teneatur relinquere fructus primi beneficij, & non censeatur vacare secundum beneficium, cuius fructus percipiat Episcopus in vim gratiæ, quòd tamen ex collatione secundi talis beneficij, verè habeat titulum, & proinde teneatur intra annum eius collationis si beneficiũ sit curatum, promoueri ad sacerdotium, nisi velit iure quod habet ex collatione illa, priuari,iuxta c.licet canon,& ca.commissa,de electio. in sext,quamquam fructus non percipiat. Debet quippe sibi clericus imputare, quod tale beneficiũ sine fructibus collatum acceptauerit,c.clericus victum,91.distinct.poterat enim si voluisset reiicere.c.si tibi absenti, de præbend.in sext. Subinde quamquam prorsus non habeat

fructus beneficij, tamen habet liberam sacramentorum administrationem, ratione quorum tenetur promoueri. Sicque quod pertinet ad exercitium curæ animarum, beneficium liberum & pacificum est, proinde iuxta cap. commissa. de election. in sex. à tempore adeptæ pacificæ possessionis promoueri debet, nisi dispensatio de non promouendo etiam accedat, de qua diximus suprà c.23.

## De dispensatione corpore vitiatorum.

### Capvt XXVI.

### ARGVMENTVM.

*Corpore vitiati non ordinantur regulariter, & ordinati deiiciuntur, & quomodo.* 1

2 *Explicatio canonum de sibi amputantibus virilia.*

3 *Quid de vitiatis nō ordinādis lege antiqua cautū sit.*

4 *Sed si vitia acciderint post ordinationem, quid statuendum.*

5 *Maximè si sua culpa in ea inciderit.*

6 *De his qui sibi virilia amputarunt, putantes se obsequium Deo exhibere.*

7 *Vitia sunt quædam corporis, in quibus non solet dispensare summus Pontifex.*

1 IVRE cōmuni, ex enormi corporis læsione & inhonesta, seu impediēte ministeriū Ecclesiasticum, ordinari non possunt ministeriis Ecclesiasticis, & iā promoti deiiciūtur ab illis, veluti si manu priuētur, c. exposuisti, 6. de corpore vitia. non ordin. li. 1. ti. 20. si amiserint digitos quib. frāgēda Eucharistia, c. presbyterū, de cler. ægrota. Glossa ad c. fi. de corpore vitiat. ad verb. *deformitatē*, sic distinguit. *Modica*, inquit, *deformitas nō impedit ordinationē Ecclesiasticā*, vt in c. 1. & fi. eius tituli, *magna contra*: sed notādū, quod quidā sunt corpore vitiati sponte: quidā casu: si sponte, distinguendū, aut nulla causa iusta vrgante spōte corpore vitiati sunt, tūc ordinādus repellitur & iā ordinatus reiicitur: si iusta causa interueniente cōtrà. Ita scribit Innocent. Felici Nuceriano Episcopo li. 1. Epist. 4 & in cōcilio Triburtino c. 33. & cap. 6 qui partem, 55. dist. *Qui partē cuiuslibet digiti sibi ipsi abscidit, hūc ad clerū canones nō admittūt, cui verò casu aliquo cōtigit, dū aut operi rustico curā impēdit, aut aliquid faciēs, se nō spōte percussit, hos canones præcipiūt & clericos fieri, & si in clero fuerint, nō abiici. In illis n. volūtas est iudicata, quæ sibi ausa est ferrū iniicere: in istis verò, casus veniā meretur.* Rursū in Niceno cōcilio c. 1. vnde sūptus, can. 7. si quis à medicis, ead. 55. dist. sic legitur. *Si quis à medicis propter lāguorem disfectus fuerit, aut à barbaris excissus, hic in clero permaneat. Si quis autē sanus seipsū abscidit, hunc & in clero cōstitutū abstinere conuenit, & deinceps nullū debere taliū promoueri.* Vidēdus Balsamō ad dictū cōciliū & in Carthaginēsi Synodo 6 idem in c. Apostolor. 21. in capitulis Synodi Græcæ, c. 21. apud Martinū Bracharēsē Episcopū, in cōcilio Ilerdiēsi, apud Stephanū in Epistola scripta Roberto Episcopo Metensi, in c. 8. Eunuchus. can. 9 si quis per ægritudine, c. 10. si quis in infirmitate, c. 11. lator, 55. dist. Qui sibi manus iniicit vel spōte se vulnerauit, & iure ciuili videtur à militia remouēdus cū ignominia, si impatiētia doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut pudore, aut furore mori maluit. Et si nihil tale prætēdat, capite puniatur, vt scribit Arrius Menāder, li. 3. de re militari, cuius verba in l. omne delictū, 6. §. qui se vulnerauit, de re mili. ll. 49. ti. 15. firmat Paulus li. 5. sētētiarū, cuius verba, in l. si quis aliquid, 38. §. fi. de pœ. li. 48. ff. ti. 19. *Qui sibi sine causa manus infert, merito puniēdus est, qui n. sibi nō pepercit multò minus alij parcet.* vt ait Marcian. Iurisc. in l. fi. § sic autē, de bonis eor. qui ante sent. mortē sibi cōsci. li. 48. ff. ti. 21. Sui homicidas dixerūt leges & iura Pōtificia, homicidæ autē ab ordinib. reiiciūtur & deponūtur. c. 1 & 2. de cler. pugna. in duell. c. cùm nō ab homine, de iudi. cap. 1. de homicid. in sext.

2 Adferemus verba canonū Apostolicorum, in quorū 21. sic legitur ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός. id. *Qui virilia amputauit, non fiat clericus, sui enim ipsius homicida est.* Sic explicat antiqua versio in c. si quis abscidit, 4. tit. in 55. dist. Et c. 22. εἴ τις κληρικὸς ὢν ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω, φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ. *Si quis cùm clericus esset virilia sibi amputauerit, deponitor: homicida enim sui ipsius est* d. c. si quis abscidit. Et firmatur c. 23. λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία, ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. id. *Laicus qui seipsū mutilauit per tres annos à communione separetur, quia insidias vitæ suæ posuit.* Neque potest excusare spontaneam illam abscissionem prætextu religionis vel castitatis. c. 3 & 4. de corpore vitiat. non enim ferro, sed mēte paranda est castitas. facit c. fi. 15. q. 1. sic intelligenda sacra pagina, dū ait, *quosdam seipsos castrasse propter verbum Dei.* D. Matthæi 19. vers. 12. Obseruandū autē in prædictis canonib. verbū, ἀκρωτηριάζω. significare nō tātùm abscissionem virilium, sed etiā aliarum partiū corporis, maximè extremarum, vel generaliter mutilationē. vt c. 2. maritum, 33. distinctio. Castratio autem & excissio virilium potest annumerari inter mutilationes, quia minuitur vel trūcatur naturæ vis. Sicuti & innuit D. Chrysostomus in epistolā ad Romanos c. 1. δι' ὃ δὴ (Inquit) καὶ ἐπειδὴ τοὺς εὐνούχους ποιοῦντας, κολάζουσιν οἱ νομοθέται, ἢ ὅτι τὴν φύσιν ἀκρωτηριάζουσι. Cæterùm non hæc sola abscissio virilium spontanea, sed aliorum membrorū repellit ab ordinatione, vt docetur ex concilio Romano per Hilarium habito, cap. 3. & ex c. 3. pœnitentes, 55. dist. c. fin. & 1. de corpor. vitiat. nisi quis castratus ob morbū repellendum. in cano. ex parte, 5. de corpore vitiat.

3 In lege antiqua de vitiatis, sic cautum est non ordinandis, Leuit. 21. *Loquere ad Aaron*, ait Dominus. *Homo de semine tuo, qui habuerit maculā, non offerat panes Domino Deo suo, nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus: si vel paruo, vel grandi, & torto naso. si fracto pede, vel manu: si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus seu herniosus.* Quæ explicantur & referuntur ad mysticum sensum in libro pastorali, can. 13. & in can. 1. *hinc etenim* 49. distin. Hodie ad literam quoque seruabuntur ordinario iure, vt enormes deformitates si adsint ordinando, eum repellant, vt si erutus ei sit oculus, can. fin. 55. dist. siue casu, siue sponte: si & sit enormis læsio siue natura, vel aliter acciderit.

4 Attamen si hæc vitia contigerint post adeptū gradū sine culpa vitiati, is nō erit priuādus gradib. vel beneficiis quæ obtinuerat antequam esset debilitatus, ca. 12. præcepta canonica, 55. dist. Neque omnia quæ ordinari impediunt ordinatum deiiciunt. c. fin. 15. q. 1. c. sicut, 68. dist. c. Petrus, 89. dist. facit in argumentum matrimonium quod per morbos superuenientes, furorem, seruitutem, & alia similia, quæ impedire possent contrahēdum, cōtractum non dissoluitur, c. hi qui, c. neque, 32. q. 7. c. ad limina, 30. q. 1. c. perlatum, 29. q. 2. Atque ideò casus superueniens læsionis vel vitij tolerat in ministerio vitiatum, nisi tale membrū quis amisisset, quod ministerio ordinis suscepti esset necessarium, vel si deformitas dedecori & scandalo esset ministerio Ecclesiastico, vt si presbyter manum amisisset, cap. 1. de corpore vitiat. ca. pen. eo. cap. presbyter, de cleric. ægro.

5 Quòd si sua culpa in læsionē etiā nō enormē inciderit, nō poterit sine dispēsatione ministrare. d. cap. 1. de corpor. vitia. Dispensatur porrò ibi ab Episcopo misericorditer post peractam pœnitētiam cū eo qui in duello acceptato, digiti partē amisit, quia non perdiderat tantùm de digito, quin sine scandalo posset solēniter celebrare. Dispēsat & in vitiis corporis seu minimis mutilationibus occultis, si sine scandalo tolerari possint. Episcopus. Dispēsat & in deformitate digiti pollicis sufficiētis ad frāgēdā Eucharistiā, vt promoueri possit ad presbyteratū, summ. Pontifex. in c. fi. de corpo. vitia. In deformitatibus

mitatibus magnis,& apparentibus,dispēsat ipse summus Pontifex solus, neque is etiam solet sine causæ cognitione dispensare, quam delegat Episcopo per clausulam. *Mandamus quatenus si, & postquā N. coram te pro se personaliter exhibuerit, oculum vel gibbum &c. vel aliud, diligenter inspicias, & si (super quo conscientiam tuam oneramus) tanta deformitas in eo non appareat, quod ex hoc possit scandalum in populo generari, ac aliud canonicū nō excitat, cum eo, si secum per te dispensare super præmissis contingat, ut quæcumque beneficia, &c. recipere, & quoad vixerit retinere liberè valeat, authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ, dispensamus.* Quę formula sumpta est ex c.2.4.& fi. de corp. vitia.

6 Dispensatur Clem. 3. in c. significauit, 4. de corpor. vitia. cum presbytero qui fecit sibi virilia amputari, credēs se obsequium præstare Deo, ea lege, si is presbyter aliàs esset Deo dignus, & ut ei sacerdotale officium absque altaris ministerio concederetur: nempe ut posset baptizare, pœnitentiam dare, & alia officia, præter celebrationē Missæ, quæ sunt presbyteris cōcessa, exercere, iuxta c. adiicimus, 16.q 1.c. constat, de consecr. dist. 4. Ed referri possent, nempe ad dispensationem, exempla quę referuntur à gl. in can. si quis abscidit, 55. dist. de Origene, & Marco monacho, dum ait Origenem se sponte eunuchasse, ut liberiùs in occulto tempore persecutionum ministraret mulieribus Ecclesiæ, & tamen posteà apud Cæsaream factum fuisse sacerdotem. Item Marcum præcidisse sibi pollicem ut sic fieret indignus sacerdotio, & nihilominus factum esse sacerdotem, ut habetur in historia Ecclesiastica: vide tamen quæ dixi de Origene num se castrauerit, lib. 7. Syntagmatis iuris c. 7. nu. 11.

7 Sunt tamen vitia corporis in quibus nec debet summus Pontifex, nec solet dispensare, imò ex causa morbi prohibente, non posset dare licentiam promouendi, ut promotos non posset ministerio conseruare: cuiusmodi sunt arreptitij, quià dæmonibus corripiuntur & elidūtur, can. 3 communiter, 33. dist. c. clerici, 4. qui aliquandò insanierunt, c. maritum, 2. c. usque adeo, 4. eadem 33. dist.

## De dispensatione possidendi propria, & temporalia, concessa personis regularibus & Ecclesiis.

### CAPUT XXVII.

### ARGUMENTUM.

1 *Proprium non possunt habere regulares.*
2 *Nec ex licentia Abbatis vel summi Pontificis.*
3 *In communi habere possunt exceptis Franciscanis.*
4 *Inter Christianos aliquando bona communia, aliquando non.*
5 *Facultas donandi Ecclesiæ concessa.*
6 *Restricta facultas rursum in aliquibus.*
7 *Maximè ne in præiudicium dominorum directorum id esset.*
8 *De amortisatione bonorum donatorum Ecclesiæ.*
9 *Quibus improbata sit amortisatio.*
10 *Laici de rebus Ecclesiæ non statuunt, sed possunt, antequam Ecclesiæ sint, statuere.*
11 *Ius amortisationis, vel mortiseny solus princeps potest concedere, & num. 17.*
12 *Quid soluendum pro amortisatione.*
13 *De causa amortisationis in præstatione eius quod interest dominorum.* 14 *Ratio adfertur.*
15 *Ecclesia probat constitutiones Imperatorum super rebus positas.*
16 *Rebus suis qui potest legem imponere ne alienentur.*
17 *Princeps donando amortisare videtur.*
18 *De forma perficiendi amortisationem.*
19 *De financia diuersa taxatione pro amortisatione.*
20 *Quæ genera rerum egeant amortisatione.*
21 *Num sufficiat pro amortisatione dare hominem viuentem, morientem, & confiscantem, aut solam indigentiam, an utrumque præstandum sit.*
22 *An pro iuramento fidelitatis ultra indemnitatem quæ teneatur dare hominē morientem & confiscantem.*

1 Regula iuris communis est, ne clerici, maximè regulares seu monachi, proprium habeant, contra votū ex tribus castitatis paupertatis, & obedientiæ: horū nāque dominus solus pars est; c. clericus, c. nolo, 12. q. 1. c. cleros, 21. dist. ideò si religiosi inuenti sint in morte propriū habere, sepultura Ecclesiastica priuari debent, & si iā sepulti, debent à sepultura proiici, si sine scādalo fieri possit, & in sterquilinio infodi. c. sacris, de sepult. c. 2. §. qui verò, & c. super quo dam, 4. de stat. mon. li. 3 ti. 35. in conc. Trid. sess. 25. de reg. c. 2. Permittit tamen Abbas dispēsatiōe monacho peculium habere pro iniuncta administratione, quandiu vixerit, d. c. 2. qui verò, de stat. monach.

2 At nec Abbas, nec summus Pontifex, possunt cum aliquo monacho, ut habeat proprium, dispēsare, quia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis sunt annexa regulæ, c. cum ad monasterium, 6. c. fi. de stat. mona. ubi verba illa de iure communi interpretes & glossa esse intelligenda notant: non autem de plenitudine potestatis suæ Pontificis, per quam, quamuis non possit exsistēte monacho: contra regulam de proprietate dispensare, potest tamen ex monacho non monachum reddere: & ita dispensare quòd princeps possit mutare substantiam rei, ut in l. vni. de rei vxo. act. C.

3 Possunt tamē monasteria in communi habere bona temporalia immobilia exceptis Franciscanis, qui nec in communi possunt possidere. Cle. exiui, de verb. sig. Cuius constitutionis causam M. Mantua, refert libro Enchiridij rerum singularium ca. 8 ex Ioanne Villa authore (ut ille vult) grauissimo, qui lib. 9. c. 155. ait, anno Domini 1322. maximam fuisse exortam dubitationē, an Christus fuisset in totum pauper, vel nunquid proprium habuisset, vel commune. Tempore autem Ioannis 22. sum. Pont. quendam Franciscanum audacter tenuisse negatiuē, nihil eū habuisse in proprio, nec communi, & cum eo cæteros eiusdem ordinis, fuisséque ab ipso summo Pontifice admonitos, congregato capitulo Perusij, esse contra Euangelia & Acta Apostolorum, & ideò constitutionem illā in illos editā, quæ certè si seruetur dura est. Extat & Extrauagans, cum inter nonnullos, 4 de verb. sign. in Extrauag. Ioan. 22 per quam pertinaciter asserere Christū, vel Apostolos non habuisse aliqua in speciali vel communi declaratur erroneum & hereticū, ubi gl. ad verb. *declaramus*, laborat in cōciliatione c. exiit, § porrò, de ver. sign. in sex. quę contrariū videtur dicere. Videndus & de hac re Antoninus par. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. de Turrecremata in summa de Ecclesia. li. 2 c. 3 in solutione ad 10. argumenti. Probat autē quòd discipuli, & Christus habuerint propria & cōmunia gl. ad d. Ex. cū inter, asserit ex pluribus noui testamenti locis. Vide de hoc minorū ordine quā difficilis fuit determinatio modi viuendi in c. 1. 2. 3. de ver. sig. in Extrauag. Ioan. 22. hoc enim habet nouitas instituendę vitę à cōmuni separatę, ut antequā possit quod facilè putabat ex zelo feruente religionis, eligere, nunc huc, nunc illuc fluctuans agatur, ut in salo non tranquillo: donec probatis & improbatis plurib. occurrentibus tandem experientia secuta interdum damnosa, interdū bona necessariò indita lege à superiore, qui sine affectione vel passione iudicat tumultuantis animi, cōquiescat.

4 Postulat hic locus, ut de dispensatione seu amortisatione, quā à principib. secularib. Ecclesiis & personis Ecclesiasticis indulgetur, dicamus pauca. Liquet autē regulam fuisse communem inter Hebræos ab initio, Ecclesiam immobilia non retinuisse, sed in consortium Apostolorum seu discipulorum conuolantes Christianos, vēditis immobilibus, pretia ad pedes Apostolorum diuidenda pro necessitate communi fidelium, obtulisse, Act.

4. quia futurum erat Ecclesiam breui in gentes transferendam.c.15 futuram.12. Vbi autem trãslata fuit,nõ permiserunt statim Ethnici Ecclesias ædificari, vel illis aliquid relinqui,donec Constantinus magnus concessit.d.c. futuram,l.1.de sacr.Eccle. C. quo tempore summi sacerdotes, præpositi Ecclesiarum, Leuitæ & reliqui fideles, videntes plus vtilitatis accessurum Ecclesiis si prædia & immobilia illis relicta retinerentur,quàm si distraherentur:ideò relicta matricibus Ecclesiis inalienabilia iunxerunt, vt posset cultus diuinus, maximè persecutionibus Tyrannorum interturbatus,faciliùs ex illis fieri, c.16.videntes,12.q.1.Et ita cœperunt esse clericis mobilia & immobilia in communi,seu in communem vsum, nullam autem proprietatem sibi retinebant.c.17.habeat,cap.18. certè ego sum,c.non dicatis,11.12.q.1.Sanctionibus & firmatum,vt quia fides est perpetua,patrimoniũ eius esset quoque perpetuum,l.iubemus nulli,C.de sacr. Eccle.tit. de reb.Eccle.non alien.

5 Ex hac dehinc donandi Ecclesiis facultate auctæ opes & redditus,& religio peperit diuitias, quę ab initio, vt fuerunt necessariæ,sic postea potuissent esse nociuæ, & diuitiæ suffocaturæ erant matrem, nisi remedia quædam acquisitionibus rerum Ecclesiasticarum, modique possidendi fuissent appositi.

6 Fiebat enim aliquando,vt bona cum oneribus transirent in Ecclesias,& ita essent Ecclesiæ,vt in feudis,seruitiis,homagiis,obsequiisque laicorũ dominorũ obnoxiæ, res enim transeunt cum onere,c.ea enim,§.sicut autem, 10,q.2.c.si quis laicus,16. q.1.c.cum in tua,de decis. etiã in Ecclesiam.c.conuentor,c.tributum,23.q.8.Hoc autem visum est indignum & à consuetudine Romanæ Ecclesiæ alienum,c.indignum,de reg.Iur.apud Greg.Accidebat etiam,vt occasione religionis,bona feudalia transferrentur in Ecclesiam inconsultis principibus à quibus pendebant,& ratione quorum debebatur militaris opera,quæ non præstatur ab Ecclesia,& Ita Reipublicę causa defensionem militarem amittebat,vel populus vt eandem præstaret pro Ecclesia bonis supra modum onerabatur,quod ne fieret postcà inhibitum, nisi ex consensu principis.c.1.de prohib feud.alien. in vsib.feu.c.de alie. feud.gl.in l fi.de iure emphyt.C.

7 Sequebatur & præiudicium dominorũ directorum in laudimiis,quando dominus vtilis seu emphyteota liberè poterat transferre bona in Ecclesiam:siquidem vbi translatio in eam facta est,non potest directus laudimiorum iura habere, quæ ex frequenti venditione ei accedunt,d.l. fi.de iur emph.C.quia Ecclesiæ patrimonium, inalienabile,d.l.iubemus nulli,de sacr.Eccl. C.nec confiscari potest,c.57.in canonibus.16.qu.1. quare & manus mortua Ecclesia dicitur, quemadmodum collegia, vniuersitates & alia loca, quæ possessa semel communi iure alienare nõ possunt,nõ secus quàm si à mortuo possiderentur,inde manus mortuæ, vt & Orcini liberti dicti iure ciuili qui sunt manumissi ab eo qui inOrco est,seu liberti manus mortuę,eius,inquã,qui mortuus est,apud Vlp.in l.4 §.fi.qui ad libertatem.de fideic libert.lib 40. ff tit.5.§.pen.de sing rebus per fidei.relict. apud Iustin.l. tutela §.plane de legitim.tut.cum simi.Secundum hunc effectum etiam mortua,quod pertinet ad profana onera, Ecclesiarum bona censentur:vt semel Deo consecratum,In vsus profanos non potest conuerti. c.semel Deo, 55.de reg.iur.in sext.l in tantum, § sacræ,de rer. diuis.C. sic monachus quamuis natura viuat,mortuus mundo dicitur,l.Deo nobis,& l sancimus neminem, C.de Epis.& cler.c.2.de testa.in sext cum simil alioquin Ecclesia semper viuere dicitur,nec mori, & ideò non potest dici habere hæredes.c.liberos,12.q.2.ca si gratiosè,de rescrip.in sext.vt & ipsa religionis & fide mater perpetua est,ita& eius debet esse patrimoniũ iugitérque seruari illęsum,l. iubemus nulli,C de sacr. Eccles.sic & collegia, capitula, vniuersitates, perpetuò esse dicuntur per subrogationẽ, l.proponebatur,de iudic.ff.

8 Quare ob has & alias plerasque causas placuit,vt bona quæ hoc iure concederentur Ecclesię,penes quam est possessio immutabilis, vt à morte possessa haberent dispensationem seu consensum principis, qui concederet ius hoc morticinij,& Ideò dixerunt hanc facultatẽ possidendi seu dispensationem,amortisationem. Atque de ea lex lata:Ne Ecclesia immobilia possideat vltra annum sibi data vel relicta,nisi ius morticinij seu amortisationis à principe impetrauerit & ita si nõ impetrauerit,teneatur intra annũ hæc bona à se emancipare , nisi velit illis priuari.Hanc legem receptam esse inGallia,docet Ioan. Faber ad l.quoties,C.de rei vind.Guil.Bened.ad c.Raynũtius,ad verba,*Et vxorem*.num.3. & 4.de testa. Quare in literis regiis tam in possessorio,quàm in petitorio iudicio super rebus immobilibus acquisitis,Ecclesiæ concessis,hæc clausula ferè semper adiicitur,*Prouiso quòd habita possessione pacifica teneatur eas intra annum & diem extra manum suam ponere. & in personam capacem trãsferre,aut consensum regis obtinere.* Obtinet eadem lex in Burgundia per principes lata , & firmauit Carolus V. Imperator,& auxit,in Hispanis quoque recepta.ff.Belluga.in speculo princip. Rubr.14. obtinuit & à multis seculis in Italia,& in Romano Imperio. Conquerebatur ideò de hac lege D.Hieronym. Epistola ad Nepotianũ, *Pudet* (inquit) *dicere sacerdotes idolorum,mimi,auriga, scorta, hæreditates capiunt. solis clericis & monachis hac lege prohibetur , non a persecutoribus , sed à principibus Christianis:nec de lege conqueror : sed doleo cur meruerimus hanc legem.* Item D. Ambros.lib.5 Epist.32. *Non putamus* (inquit) *iniuriam, quia dispendium non dolemus. Scribuntur testamenta templorum ministris,nullus excipitur profanus , nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ,soli ex omnibus clero ius commune clauditur à quo solo pro omnibus votum commune suscipitur,officiũ commune defertur.* Et postcà addere videtur causam, *Sola*,inquit,*sublata sunt prædia.quia non religiosè vtebantur iis quæ religionis iure defenderent.*

9 Extat Alex.4.summ.Pontif.constitutio.in ca.1.de immut.Eccles in sext.publicata,& in corpus Iuris relata à Bonifacio 8.per quam prohibetur ne in Francia cõmunitates,scabini,vel alij domini tẽporales, exigant ab Ecclesiis tallias,collectas,& alia similia,prætextu bonorum quæ acquisiuerint,& statuitur,ne illis liceat ipsas Ecclesias vel personas ad distrahendum vel alienandũ, aut extra manum suam ponendum acquisita iam, vel quę deinceps acquirent,compellere. Videtur idipsum cõfirmare idem Bonifacius 8.in c.clericis,3.& c.fi.eius titulũ,dũ in 3.prohibet,ne quocũnque nomine principes,regésve, vel alij exigant ab Ecclesiis ratione bonorũ tallias,collectas,decimam,vel aliam partem.vel æstimationem,& in finali statuit,vt liberi sint contractus Ecclesiæ.Carolus 2. Siciliæ rex,vt scribit Matthæus de Afflictis,parte 3.col.1. amortisationis etiam legem reuocauit,satis arbitratus si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirẽt, iuxta l.fi.C.de exàct.tribut.Carol 4.& Fridericus 2.confirmarunt constitutiones Bonifacij in confirmatione concilij Constantiensis,tomo tertio concilior.ff.Peckius tract.de amortisatione,c.6.facit Auth cassa,de sacrosan. Eccle ca.nouerit,c.grauem,de sen.exc.Cæterùm in Gallia & alibi amortisationis lex seruatur non obstantibus prædictis constitutionibus Alexandri 4.& Bonifacij: & cùm ea vtamur publicè, nec reclament personæ Ecclesiasticæ,credendum est per desuetudinem à sum Pontifice non reprobatam,abrogatas. per l.de quibus, de legibus ff.

10 Rationem adferre videtur Pan.concil.16. vol.1.nu. 1. quòd quamuis laici non possint statuere super rebus Ecclesiæ,cap.Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutio.cap. bene quidem,67.distin.tamen possunt super rebus propriis nondum in Ecclesiam translatis. Res videntur tempo-

temporales esse principis, & ex dispositione eius, can. connenior,23.q.8.l.bene à Zenone,de quadriennij præscript.c.quo iure,8.dist.& quilibet rei suæ legitimus administrator.l.in re mandata,mandat.C.

11 Princeps in regno suo solus iure proprio,nō vt alij ex priuilegio literas iuris morticinij concedit. in feudis plenis,quæ pendent ab eo directè,& in retrofeudis quæ pendent à plenis feudis: omnia enim feuda à rege pendent,& ad illum redeunt,vt flumina à mari ad mare, vt ait Bald ad c.1. de allodiis. & ita tradit Aegidius Magister tractatu *des amortissements.* Reseruatur tamen indemnitas vassallorum,à quib.retrofeuda mouentur,cū quib. qui ius impetrat morticinij,etiā cōponere vel conuenire debent, pro eo quod illorum intersit in manū mortuam rem non transire, vel dare debent hominem morientem & confiscantem, ex cuius morte & causa, nihil deperit domino, vt ibidē dicitur: generaliter enim rescripta principū cōcessa intelliguntur sine præiudicio tertij.l.2.§.si qd à principe,ne quid in loc.pub.ff cū simil.

12 Cùm amortisatio fit,& dum permittitur manibus mortuis,vt capitulis,Ecclesijs hospitalibus, collegiis, & similibus, possidere immobilia, soluitur certa quantitas pecuniæ, nisi remittat ex speciali gratia, ex cuius præstatione princeps in posterum indemnis reddi possit. onera in se transferens quæ alioquin res amortisata esset præstatura,videbis latiùs apud Peckium in dicto tractatu cap.23.quis possit ius morticinij concedere,& rursum apud Paponem tomo 3.Notario.lib.7.titul. *des lettres d'amortissement*, vbi & forma literarum præscribitur,& apud eundem lib.1.Rhapsod.aresto.titul.14.

13 Obseruandum interim amortisationem esse,veluti perpetuam abalienationem ab eo qui ius morticinij concedit,siquidem princeps ius quod in re habet remittit illo modo vt non mirum sit, si eius consensus requiratur:quemadmodum non potest emphyteota alienare vtile dominium sine consensu domini directi,in l.fi. C. de iure emphyteot. ideò nec Ecclesia hoc ius allenū ab æquitate esse arbitratur vel à iustitia. Non enim ius amortisationis videtur introductū ad constringendā dominorum facultatem donandi Ecclesiis: nam princeps non impedit quonimùs quilibet re sua vtatur, vel sua alienet vel donet, aut vendat, sed id agit, ne quis sua donando Ecclesiis, præiudicet principi sine eius consensu. Præiudicaret enim,si Ecclesiæ,quę non est obnoxia oneribus realibus donando, vel vendendo, vellet prætextu religionis contra religionē,alterius inuiti ius tollere. Absit vt Ecclesia cum augmento recipiat quod de tetrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat. vt ait Gregorius can.4.responsionum ad Augustinum Anglorum Episcopum,& refertur in cap.tt fraternitas,12.qo.2. teddit & Ecclesia sponte, quæ retinere potest oblata in præiudicium alterius,cap.43 quicunque,17.quæ.4.Data quoque sibi vel consecrata etiam aliena laicorum temporalia Ecclesia restituit,vel æstimationem soluit,cap.2. comperimus,14.q.6.c.ex antiquis,54.dist.

14 Adde quòd Ecclesia contra ius naturale, nō debet locupletari cū aliena iactura, c. locupletari, de reg.iur. in sext.l.iure naturę,eo.ti.ff.l.nā hoc natura, de reg.iur. ne fauor Ecclesiæ iniustitiā pariat,c.nuper,6.de don.inter vir.& vx.li.4.ti.20.ex tenore.11. de for.cōp.lib.2 ti.2. Ecclesia cultrix iustitię,c.1.§.1.de aliena.feud.Inter præcepta verò iustitiæ,ius suū cuiq. tribuere, §.iuris præcepta,de iust.& iur.l.iustitia,§.iuris præcepta,eo.tit.ff.Singulare quod scribit D.Ambros.li.3.de Offic.c. 9. relatū in c.10.denique,14. q.5. *Denique si non potest subuenire alteri,nisi alter lædatur,cōmodius est neutrū iuuari,quam grauari alterū.Ideóq. in causis pecuniarijs interuenire nō est sacerdotis,in quib.fieri nō potest quin frequēter lædatur alter q. vincitur,quonia intercessoris beneficio se victū arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem,solius Dei est.* Hæc ibi. Reprobat D. Augustinus eleemosynas factas de bonis etiā diuitia nihil boni agentis,& homilia 7.li.57 homiliar, & e.fortè ea 14.quæst.5.scribit.*Fortè aliquis hoc secū cogitat,& dicit,multi sunt Christiani diuites auari,cupidi, nō habebo peccatū, si suis illis abstulero & dedero pauperibus: vnde enim illi nihil boni agūt,mercedē habere potero,si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat vnusquisque animæ suæ,quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiamsi totū tribuat pauperib. quod abstulerit,addit potius peccata quàm minuat.* Atq. scriptū est, *Honora Dominū de tua substātia,nō de aliena.* Prouerb 3. & D.Augustinus ad Claudiū cōtra Iulianū,c.8.& can.10.sic nō sunt,32.q.4.*Sic nō sūt facienda adulteria, etia volūtate generādi regenerādo: quēadmodū nec furta faciēda sūt,etia volūtate pascēdi pauperes sanctos:* Aliena retinere scelus est.imò & sola cōcupiscentia ex decē tabulis Dei,Exod.20.Hostiæ impiorū abominabiles.quę offerūtur ex scelere.Prou.21.neq. proficit mercedi iode monasteria vel xenodochia cōstruere,vel dotare canon.17.non est putanda,1.quæst.1. Gregorij epistola ad Syagrium & alios Episcopos,lib.7.epist.110.

15 Principibus ergo & dominis rerum Ecclesiis largitatum nō vult Ecclesia ius, prætextu sui fauoris, abrogare, neq. Ecclesia improbat constitutiones Imperatorū & principū, quæ circa dominia rerū appositæ sūt d.e. quo iure,8.dist.c.1.de uper no.nunc.c.quoniā idem,8. & seq 10. dist Leges dictę rebus secularibus ne alienentur in certas personas,etiam inter priuatos valent, qui cum eo nexe accepetunt,l.3.& 4.de condict. ob caus.dat. li. 4 C.ti.6.Nouell.59.can.1.cum similib. In traditionibus, rerum pacta quęcumque apposita,seruanda. l. in traditionibus,48.de pact.ff.

16 Addit insuper Iustin.in l.fi.de pactis inter emptorem,li.4.C.ti.54. tale pactum esse seruendū.si quis paciscatur in venditionis vel alienationis contractu, vt nouo domino nullo modo liceat in loco vendito,vel alio modo sibi concesso monumentum extruere,vel alio modo humano iuri eximere:cū enim vēditor vel alter alienator, non alia lege ius suum transferre passus est, nisi talis fretus cōuentione, quomodo ferendū est,aliquā pactionem ex varia eum pati interpretatione? Sic emēdata Pomponij lex penul.de pact.ff.vel melius (vt opinor) explicata. Alienatio autem cùm fit, cū sua causa dominium rei transferimus,l.alienatio,67. de contrah. empt. lib 18.ff.tit.1.in tabulis,36.de statulibe.lib.40.ff.tit.7.sic qui sub ea lege res habet,vt ius principi vel alteri in his sit,non potest donādo vel vendendo iuri præiudicare eius,titulo sine censu vel reliq.fund.cōpara.nō posse,C.& ius quod vendens vel alienans habet, tantum illud donasse censetur,l.qui tabernas,de cōtrah.empt.ff. quocirca ratio suadet,vt pro eo quod interest principis, vel alterius,is cuius interest adeatur pro iure suo,vel vt legem rei impositam redimat,vel non immeritò rem abalienare intra annum & diem teneatur, eùm non pōssit contra legem dictam rei rem retinere, vide Henric. Bohic. ad c.ex literis,de consuetud.

17 Amortisationē ergo princeps rerum dat immobiliom per alium datarum, vtpote cuius interest ne res extra commercium humanum sine causa eximantur, quod accidit consecratione,l.inter stipulantem,§.sacrā, de verb.oblig.ff.sed Celsus,6.de contrah.empt ff eāque ratione, omissis cæteris, potuit effici quod ait Vlp. in l. sacra,9.§.2. de rerum diuil.ff. publicum tunc locū sacrū factum, cùm princeps eum dedicasset , vel dedicandi dedisset potestatem. consentit l fin. vt in possessionem legator.lib.36 ff.tit.4. Si donatio fiat Ecclesiæ vel translatio rei per ipsum principem , qui solus concedit ius morticinij , non eget res alia dispensatione vel amortisatione , quia facto & dando videtur ius suum omne cessisse Ecclesiæ , nec tenetur emancipare eo prætextu Ecclesia rem intra annum & diem,

vel aliud tempus, vt fert constitutio Gallicana de amortisatione. Solos inquam, princeps sui iuris hoc ius concedit, vel alius ex eius speciali mandato, non tutor eius, si cu damus M linæo ad §.41. consuetud. Parisiensis, n.78. 79. vo. neque maritus dominæ quę habet hoc ius, vt ibidem tradit idem Molinæus: eò quòd maritus non possit alienare dotalia immobilia, etiam consentiente vxore. l. vnic.§.& cum lex Iulia, de rei vxo.action. C.eum simil. neque in feudum dare, §.sed etiam res, per quos fiat inuestitur. in vsib. feud. Multò minùs & amortisatio fructuario rei dominicæ concessa, nisi quod pertinet ad tempus, quo ius vsusfructus eius durabit, l.æquissimum, §.1.de vsufruct.l.ex vectigali, de pign.

17 Forma quæ in amortisatione procedendum, hæc erit, primùm postquam bona immobilia manui mortuæ contigerent, supplicatio porrigatur regi vel principi, vel eius consilio quæ narret & declaret immobilia possessa per terminos & fines proprios, cōditionē seu qualitatem eorum, nū feudalia, allodialia, nobilia, franca, libera vel alterius generis: cum quantitate, lōgitudine, latitudine, mensura, annuis redditibus, priuilegiis, appendicibus, oneribus, & pro quib. pręstāda sūt. Secūdò rescriptum iuxta supplicationem impetrari debet directū iudicibus, vel officiariis locorū, vel aliis, qui super narratis inquirant & audiant probationes titulorum, instrumētorum vel testium. Tertiò ex relatione facta horū omniū principi, sacróque eius priuato cōsilio impetretur gratia seu rescriptū amortisationis, cui sigillo alio iungantur prędicta, nempe supplicatio, & verificatio eius. Dehinc quartò hæc referēda ad Camerā computorum seu rationalem principis, in qua hęc verificentur, describātur, & taxetur financia seu compositio quę debetur regi & successorib.eius, pro iure morticinij & indemnitatis: sicq; res Ecclesiastica facta, eximitur ab omni ꝓfanitate.

19 Finacoia seu redemtio morticinij porrò diuersa est in Camera computorum, vt dixit se vidisse in ea Aegidius Magister, aliquando enim facta exactio eo nomine inuenitur valoris fructuum sex annorum rei amortisatę, aliquando duorum, trium, vel quatuor annorum. Alij dixerunt ius amortisationis esse tertiam partem valoris rei quam quis petit morticinij iure donari, seu amortisari, iuxta edictum Caroli regis publicatum anno 1402. vbi & statutum tertiam illam partem conuerti debere in augmentationem domanij principis, neque cuipiam alij concedi posse, eò quòd à domanio subtrahatur etiam res. Hodie fit compositio vt plurimum eorū, quæ dari debent, quæ nihilominùs non obstante post singulos viginti annos nomine eiusdem financiæ, debetur regi valor fructuum vnius anni rei amortisatę.

20 Tria genera rerum egent ista gratia amortisationis, si perueniant ad manus mortuas Primum genus rerum non nobilium, quæ debent censum, seruitia, & alia iura Dominicalia principibus, vel aliis dominis iuridicis vel non iuridicis, qui habēt bona illa vel iura à principe: in quo indemnis quoque vltra amortisationis ius impetrandum à principe, reddi debet alius cuius interest. Secundum genus consistit in feudis vel aliis rebus nobilibus, quod difficilius ius morticinij impetrat. Tertiū in feudis, in quibus iurisdictio plena est, ciuilis & criminalis, ordinaria & extraordinaria, in quo genere tardò conceditur amortisatio, & nisi ex maxima causa: potissimùm si Ecclesiæ concedatur, quæ non nouit sanguinem, & ideò iurisdictionem temporalem in criminibus non potest per personas Ecclesiasticas exercere, c. in Archiepiscopatu, de raptor. cap. clericis, 5.can. sententiam sanguinis, 9.ne clerie vel mona. secul. neg. se immisc. c. ex literis, de excess. prælat. quamquam si semel habeat Ecclesia iurisdictionem concessam, rectè possit delegare laico potestatem de criminibus iudicandis. canon. fin. ne cleric. vel monach. in sexto.

22 Disputatum porrò & agitatum variis vtrinq. productis indiciis, num sufficiat alterutrum manui mortuæ ad effectum morticinij, nempe dare hominem pro se viuentem & morientem, & confiscantem: aut indemnitatem solam componere, aut debeat vtrumque dare: de qua controuersia vide apud Rhenatum Chopinum in consuetud. Andega. lib.1.can.38.& libr.3.de sacra politia forensi tit.1.0.9 Existimarem autē ego, sufficere alterutrum pręstare, & esse in Electione Ecclesiæ vel manus mortuæ, eò quòd satis indemnis ex ea pręstatione fit dominus, & eius sententiæ video Aegid Magistrum tracta. *des amortissements*.cap.6 & aliquando iudicatum in Senatu Parisiensi. Postquam enim consentiunt, qui contrariam partem sequuntur, exactionem indēnitatis reddere capacem manum mortuā possessionis rei sine dāno domini, frustra, opinor, exigimus dationem hominis viuentis & morientis, ex qua indemnis efficiatur. Persona præfecti Ecclesię poterit dici viuens & moriens, vt in mutatione Abbatis vel pręlati alterius iura feudi pręstentur, nisi consuetudo contraria sit, vt vtrumque præstetur, vt apud Andes, § 110.111.112.& apud Byturiges, artic.53. Homo viuens & moriens datur à manu mortua, qui omnia munera clientelæ possit obire, perinde ac si prædium non esset in manu mortuæ, & ita omnino indemnis efficitur superior dominus: tamen iudicatum est aliquando in Senatu Parisiensi, Ecclesiam dare debere hominem viuentem & morientem, vel indemnitatem: sed non teneri dare confiscantem: & proinde si homo viuens datus ab Ecclesia, delictum admiserit, ex quo confiscatio locum habet in bonis suis, non confiscabitur res Ecclesię: primùm, quia delicta sunt personalia, nec alij nocere debent, l.si pœna, l.crimen, de pœn. ff. l.sancimus, C.eod. dehinc quia inalienabile est Ecclesiæ patrimonium. l iubemus, C.de sacros. Eccles. Ita iudicatum, in Senatu Parisiensi anno 1542. in hominem dicto, *Copus*, dato ab Ecclesia collegiali de Cleri.

22 Res porrò expedita ita non est, num pro dominio & iuramenti fidelitatis effectu, teneatur vltra indemnitatem dare hominem viuentem & morientem: & verius est quod Papus resoluit, tomo 3 Notar.li.7. *des amortissements*, quòd si dictum fit in extinctione iuris, vel compositione indemnitatis, extingui ius hominij, res fit expedita, vt amplius peti non possit: sin minùs, teneri ad præstationem hominis viuentis & morientis, non obstāte indemnitate, propter iura hominij, quæ & fidalitatis, quæ præstari possunt per manum mortuam per procuratorem vel hominem profanum, viuentem & morientem: proinde cùm ex iuramento illo pendeat defensio domini & auxilium, cap. de forma, tit. de forma fidelitatis, & de noua forma fidelitatis in vsib. feud. ideò ad bānum & retrobannum seu ad auxilia militaria tenebantur, non quidem Ecclesiasticæ personæ per seipsas, quia earum arma sunt lacrymæ, c.fin.36.d.c. porrò, 16.q 3. can. conuenior. 23.q.8. sed per alium hominem profanum capacem, vel exemplo aliorum militum ætate defectorum vel ægrotantium, vel mulierum possidentium feuda, contribuent pecunias ad bāna militaria cùm opus erit. Ea porrò contributio fit iuxta æstimationem valoris, feudi vnius anni, pro quarta parte valoris, eò ꝙ seruitiū ordinarium banni, est tantùm trium mensium, qui faciunt quartā partē anni, vt si valeat feudum viginti solidos, contribuat quinque. Sic explicat Papus vbi suprà.

## De dispensationibus natalium ex iure Pontificio obseruatis.

### Capvt XXVIII.

### Argvmentvm.

1 *Species filiorum seu natorum.*
2 *Illegitime nati iure communi arcentur ab omnibus ordinibus & beneficiis Ecclesiasticis, & quare.*
3 *Incontinentia patrum filiis nocet.*

4 *Spurij*

4 *Spurij quidam propria virtute superant maculam natiuitatis.*
5 *Dispensatio natalium fit ipso iure interdum.*
6 *Interdum ab homine a spirituali vel seculari principe, & ibi quando Episcopus dispensare in natalibus possit.*
7 *Num in beneficiis etiam minimis possit Episcopus dispensare in natalibus.*
8 *Natalium dispensatio habet strictam explicationem, nec prorogatur de casu ad casum.*
9 *Etiamsi dispenset summus Pontifex.*
10 *An in dispensatione natalium poni debeat species illegitimationis.*
11 *Seculares principes in quibus dispensent natalibus.*

1 QVidam ex illegitimo matrimonio nati dicuntur, & efficiuntur perinde ac legitimi: quidam legitimè quidem nati, sed in seruitute & ignobilitate, & restituebantur ingenuitati, & fiebant ex ignobilib. apti quibusdam negotiis: quidam ingenui quidem nati sunt, & ex legitimo matrimonio, verum nati alibi quàm in eo loco vbi priuilegiis vti desiderant, eáque de causa dispensatione & gratia egent. Dicemus pauca de singulis rescriptis quæ illis conceduntur.

2 Iure communi arcetur ab Ecclesia ordinib. sacris, officiis & beneficiis eius ex illegitima coniunctione, & extra matrimoniũ nati, Deuter. c. 23. ca. per venerabilẽ, 13. qui filij sint legit. c. cum in cunctis, de elect. c. 1. c. vt filij, c. pen. & fi. de filiis presbyter. Rationes quatuor adferuntur à gl. in c. 2. ad verbum, *defectu*, de filiis presbyter. in sex. Prior esse poterit, quia existimandum est de tali coniunctione meretricia & vetita, degeneres populos & ignobiles & furentes libidine fore procreandos; & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentẽ, & nouissimè, nec bello seculari fortẽ, nec in fide stabilẽ, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam, &c. c. si gens Anglorũ, 56. dist. Et in filiis paterni, hoc est, hereditarij criminis meruimus exemplum, l. quisquis, §. 5. ad leg. Iul. maiest. lib. 9. C. tit. 8. sæpe solet filius similis esse patri, ca. sunt plurimi, §. verum, 6. q. 1. facit Vlp. in l. quod si nolit, 31. §. qui mancipia, de ædil. edict. ff. dum respondit eos esse bonos plerumque seruos, qui sunt nationis non infamatæ, quosdam autem malos videri, quia ex ea natione sunt, quæ magis infamis est. Secundò facit ordinis & loci Ecclesiastici prerogatiua prohibitionis causã, c. 7. & fi. 26. dist. c. inter dilectos, de excess. prel. atq; in dignitatibus legitimè nati, spuriis sũt preferẽdi, l. generaliter, 3. §. spurios, de decu. li. 50. ff. ti. 2.

3 Dehinc remouentur regulariter filij ob incontinentiam parentum, vt discant parentes ex illegitima coniunctione non esse generãdos, quos cognouerint vulgò spernendos, l. fi. C. de naturali. liber. lib. 5. ti. 27. in quorum ignominia magis quàm in propria persona torqueri dicuntur, in l. isti quidẽ, quod met. caus. ff. & ita etiam sæpe puniuntur patres in filiis, vt c. 11. cũ ergo. §. sed quid, 24. qu. 3. vbi & exemplis idipsũ firmatur, facit & l. vnic. C. de mulieri. quæ se propriis seruis immisc. Statuit Solon, spurios nihil debere parentibus, à quib. infamiæ labem accepissent: Athenienses Gymnasium vnum habebant dictum Cynosargen, in quo spurij seorsum ab ingenuis & legitimis exerceri erãt soliti: nam contaminari putabant legitimos spuriorũ consuetudine, donec Themistocles, astuto ingenio, vir ipse spurius, adolescentes ingenuos & nobiles sensim primus ad Cynosargen blanditiis allexit, vt tolleretur ea spuriorum & legitimorum differentia.

4 Sunt tamen interdum spurij, qui propria virtute, Deique gratia notam & maculam paternam repulerunt, & per gradus crescentis meriti, ad præstantissima peruenerunt. Exempla proponuntur in c. Osius & ca. Ismael, 56. distinct. Exempla proborum vel excellentium spuriorum alia in Ethnicis plura legi possunt, qualia in omnibus Ionis filiis. Themistocle, Aenea. Theseo. Romulo, Alexãdro magno, & aliis, vt verissimum sit Platonis oraculũ, *Seruos a Regibus, Reges à seruis oriri*. Neq; etiã nasci de adulterio per se, culpa est eius qui nascitur, sed illius qui generat, quod pulchrè explicatur in c. nasci, 56. dist. & ideirco impedimentum natalium vocatur defectus, nõ culpa, d. c. nasci, & c. accedens, de purg. cano. & Papin. in l. spurij, 6. de decur. ff. *Spurij (inquit) decuriones fiunt: & ideo decurio fieri potest ex incestu quoque natus: nõ enim impedienda dignitas est eius qui nihil admisit. nõ enim suo tales, sed alieno vitio laborãt.* & ideò misericordia digni, l. lege Anastasij, 7. de natur. lib. C. Ceterùm quia rara creditur virtus filiorũ natorũ ex infecta radice, & interest Reipublicæ, vt dictũ est, cõcubitus illicitos omni modo reprimere, non omnib. spuriis, nec semper probis, datur eadẽ prerogatiua, quæ natis ex legitimo matrimonio, nisi deficientib. legitimè natis, vt in l. 3. §. spurios, de decur. ff. & si quando boni, & bene meriti de Ecclesia reperiatur, ius cõmune eis obsistit, quod generaliter loquitur, & nõ singulares respicit personas. nec quæ raro fiũt, sed quæ cõmuniter eueniũt, considerat: l. nã ad ea, 5. l. iura nõ in singulas, de legib. ff. & proinde ad dispensationẽ perueniendũ fuit, vt ex causa virtutis, meriti, literaturæ, vel alia iusta, nõ temerè, sed cũ delectu admissus spurius cognoscatur: quod enim in eo ex dispẽsatione indulgetur, ad cõsequentiã regulæ generalis trahi nõ potest, vt cõstituit Alex. 2. in ca. Apostolicã, & Vrbanus in c. Cenomanensem, 56. dist. vt in aliis singulari iure indultis respõsum, l. quod verò cõtra, 14. l. in his, 15. de legib. l. 1. §. fi. de cõst. pr. ff. §. sed & quod principi, vel. plane, de iur. nat. l. quod cõtra, 141. de reg. iu. ff.

5 Dispensatio natalium, vel fit ipso iure, vel ab homine. Ipso iure, per ingressũ religionis approbatæ tollitur defectus natalium, & censetur dispensatus sufficienter ad suscipiendas ordinum Ecclesiasticorum dignitates, seu ad promotionem ordinum minorum & maiorum, perinde ac si per summum Pontificem esset legitimatus, can. 1. de filiis presbyt. c. 1. 56. dist. vbi tamẽ glossa contrarium videtur asserere.

6 Ab homine dispensatio natalium fit, vel ab spirituali vel seculari, à summo Põtifice & principe, non ab inferiorib. nisi quib. potestatẽ illi dederint, c. per venerabilẽ, qui fil. sint legit. vide decis. Rotæ 20. *inserim*: in nouis. Dispensare potest Episcopus cũ illegitimè nato, vt possit promoueri ad ordines minores, & possit habere simplex beneficium, gl. fi, in c. fi. de filiis presbyt. sed expressè in can. 1. eod. tit. in 6. vbi & additur in fine Episcopum in maiorib. ordinib. natalib. dispensare non posse, neque pro obtinendo beneficio curam animarũ habenti, quæ pendent à dispẽsatione sedis Apostolicæ. facit c. nisi cum pridem, §. personæ verò, de renunc. Facilius autem Episcopus dispensat in crimine, quàm in natalibus, quia irregularitas ex delicto facilius pœnitentia deletur, nempe quia vitium accidentale, quàm defectus natalium, quod vitium est naturale: c. deinde 27. dist. videtur enim naturale hoc vitium immutabile. §. sed naturalia, de iure natur. l. eas, de cap. dimin. ff. Dispẽsat itaque si velit Episcopus in natalibus, ad minora beneficia, simplicia prestimonia, capellas, ad canonicatus & prebendas Ecclesiæ collegiatæ, quæ inter beneficia simplicia numerantur, de quibus resoluitur, quòd non habeant dignitatem, ideò nec huiusmodi canonicis vel præbendatis possunt rescripta dirigi, vel delegationes, iuxta can. statutum, de preb. in 6. nisi excipias primicerium & decanũ, qui propter præpositurain videntur habere dignitatem. Adde ex Gigante in libro de pensionibus, c. 17. quòd Episcopus potest dispensare cum illegitimo, vt possit habere pẽsionem super beneficio, quamuis sine dispẽsatione summi Pontificis non posset beneficiũ obtinere, à quo pẽsionẽ accipit. Et sic in Gallia constitutiones pensionũ super beneficiis pro bono pacis receptæ, vt in ca. nisi essẽt viri prouidi, de renũc. aut ad redimendã vexationem, impetrentur à sum. Pontifice, qui eas moderatur,

approbat vel reprobat ex arbitrio. At nõ dispensat Episcopus ad præbendam vel canonicatũ Ecclesiæ Cathedralis, aut Metropolitanæ, quamuis posſent nomine ſimplicium beneficiorum concludi, vel cũ ſimplici cõſura & ſolo clericatu teneri, vt notat Staphilæus in prima forma gratiarum expectatiuarum, ca. .nu.3.eò quòd per illa beneficia prouiſus efficitur membrum Ecclesiæ & Capituli, cuius caput eſt Episcopus, ca.requiſiſti, de teſtam.ca.nouit, 4.c.quanto, de his quę fiũt à prælat.ſine conſenſ.capituli, li.3.tit.10. Hæc eſt etiam ſententia Rotæ in deciſ.136.incip. *Voluerunt Domini*.in nouis, non extendi diſpenſationis Episcopalis poteſtatem ad præbendas cathedrales, propter pręeminentiã & maioritatem, quã habent canonici Ecclesiæ cathedralis ſuper alios clericos ciuitatis & diœceſeos, quia pars corporis Ecclesiæ Episcopalis. Dicit Innoc.etiam in c.fraternitatem, de ſepultur. quòd eſse canonicum Ecclesiæ cathedralis, eſt magnus honor: idem Archid. ad c.1.de conſue.in fi.lib.6.Oldrad.conſ.215. videtur tamen contraria deciſ.Rotæ 45.inci. *Nota quòd ſecundũ aliquos*:in antiq.nu.3. vbi ait Episcopum poſse diſpẽſare cum illegitimo in canonia cathedralis Ecclesię, dũmodò non ſit dignitas vel perſonatus, puto tamẽ illud intelligi ſecundum propoſitam hypotheſim, in illa deciſ. quãdo alioquin illegitimus eſset diſpẽſatus à ſummo Pontifice, vt poſset tenere beneficia perſonatus, & dignitates, ex qua diſpenſatione ſine alia, non continentur Ecclesiæ cathedralis beneficia, c.quamuis, in 1. de pręb.in 6.c.cui, eo.tit.quia odioſa hæc reſcripta nec admittunt extenſionem. Multò magis prohibitum Episcopis diſpenſare in talibus ad dignitates, curata beneficia, prioratui: nam hæc ſummi Pontificis poteſtatis ſunt, d.c.1.§.fi.de fil.presbyt.in 6.c.pe. & fi.eo. apud Greg.Rota deciſ.136.in nouis.& 408.in antiq.

7 Nullo modo item Episcopus diſpenſatũ cũ illegitimo, etiam in minimis & ſimplicib.beneficiis, in quib. iure aliter diſpenſare poſset, ſi illa beneficia immediatè à patrib.illegitimorũ fuerint poſseſsa, ca.cum decorem, vbi ratio, & c.ad extirpãdas, c.ex trãſmiſsa, c.dilectus, de fil.presb. Et ita ſeruatur in Gallia & in Curia Romana, neq; vicarius perpetuus paterni beneficij filius erit, ca.Michael, de fil.presb.& ſolus ſum.Põt.cum illegitimis ad beneficia maximè curata & dignitates diſpẽſat, c.fi.eo.tit.quamuis filij fuerint legitimati, imò quamuis fuerint nati ex legitimo matrimonio patris poſseſsoris immediatè beneficij, antequã ad Ecclesiaſticũ gradum tranſiret vxore mortua.vt & in prędictis iurib. ſtatuitur. Tractat Staphil.in lib.de literis gratiæ, tit.de qualitate & ſtatu beneficiorũ, ca.4.vbi & refert ſum.Pont.diſpenſantem natalib. adũcere clauſulã ſolitum, *Dummodò pater & filius ſimul non adminiſtrent*. Eadem ratione Senatus Tholoſanus placito ſtatuit in Vigilia Pentecoſtes anni 1534. idipſum locum habere in beneficiis vacantib.per ceſſionem, renunciationem, aut mortem patris, aut aui paterni, vel materni, idque receptum ob conſequẽtiam, & ne beneficia cõtra canonum pręſcripta per obliquum fiant hæreditaria, d.ca.ex tranſmiſsa, ca.pręſentium, c.conquerente, de fil. presb.c.1.de pręb.c.ad decorem, de inſtit.ca.Apoſtolica, 8.q.1.cum ſimil. Quemadmodum & deteſtabilis cẽſetur petitio ſeu impetratio beneficiorum eorum qui dicunt ſibi ideò debere conferri.quòd multo tempore fuerint in domo maiorum, & à ſuis poſseſsa, ſiquidem inde libertas collationis & electionis tolleretur. vt dicitur in ca.venerabile, 34.verſ.pen.inſuper, de elect. lib.1.tit.5.quod & reprobat ca.Moyſes, 8.quæſtio.1. Diſpenſat tamen ſummus Pontifex & Episcopus ex conceſſione data à ſummo Pontifice, vt poſſint filij ſuſtineri in Ecclesiis, quas partes eorum nullo mediante poſsederant, ſi vitæ ſanæ & bonæ conuerſationis ſint, vel longo tempore illas tenuerint, ca.ex tua nobis, 9. de filiis presbyter. Solus autem ſummus Pontifex in hoc diſpenſat.c.dilectus filius, 17.eod. Itaque ſi pater fuerit titularius immediatus beneficij, quod filius deſiderat, repelletur filius, nõ etiã ſi tanquã œconomus tantum pater beneficiũ collatum poſteà filio adminiſtrauerit: idẽ ſi ſine titulo, ca.conſtitutus, 8.de filiis presb.poſt cõciliũ Lateran.ſub Alex.3.par.19.c.9.ſiquidem qui nomine alieno adminiſtrauit, nõ eſt in pari cauſa ac qui ſuo gerit, vt in l.quęſitũ, 16. de in ius voc. li.2.ff.ti.4.Paulus in tutore reſpondit: dehinc nec prohibetur filius beneficium paternum conſequi, ſi poſt poſseſsionem paternam dimiſsum ab eo, & alteri tertio collatũ, ab eo tertio ad filiũ eius, qui antè poſsederat, ſine fraude tamẽ, ex legitima collatione peruenerit, vt liquet ex ſuperioribus, inductione contraria, filius etiã Epi legitimè natus, poteſt ſine diſpenſatione promoueri ad ſacros ordines, & in eadem Ecclesia, in qua præeſt vel p̃fuit pater, beneficiũ obtinere, niſi aliud canonicũ obſtet, can.ad hęc, 12.de fil.presb.quia honeſtè poſsunt eſse in eadem Ecclesia pater & filius legitimè natus: non idẽ in illegitimo & ſpurio. cano. cum decorẽ, 15.eod.tit. Verũ publicata fuit in Senatu Pariſiẽſi an.1533.cõſtitutio Clem.7. per quã declarati ſunt incapaces ſpurij & nepotes Ecclesiaſticarũ perſonarũ ad tenẽda beneficia patrũ & auorum, etiamſi illa tranſiiſsent per mille manus poſt poſseſsionẽ patrũ aut auorum: ſic.n.obuiãitur fraudibus, quib. patres, ſuppoſitis titulis tertiorũ fiduciariorum poſseſſorum, curabãt beneficia deuolui ad filios, vel nepotes, veluti per fideicõmiſsum, in quo & grauius peccatur; dum fiduciarij poſseſsores, qui dicuntur *Cuſtodinos* vulgò fidẽ ſuã obligant & nomẽ tãtum ſupponunt ad impiã nundinationẽ beneficiorum, modica interim penſione pro venali cuſtodia cõtẽti: vt nõ immeritò Pius 4.an.1564. p̃ bullã fiduciarios hos *Cuſtodinos*, perpetuo anathemate ſuppoſuerit, & reſtitutioni acceptorum addixerit, ſimoniacos declarans, & ſoli ſedi Apoſtolicæ expiationem ſeu abſolutionẽ reſeruauerit: eámq; bullam ſucceſsor eius Pius V. renouauit an.Dom.1569.& obligauit reſtitutioni acceptorum in duplum tam cuſtodientes quàm cuſtoditos, h.e.tam eos qui fidẽ dederũt de poſsidẽdo nomine alterius, quàm eos quorum nomine tacito poſſidebant, & fructus accipiebant. Hodie igitur propter dictam Clem.7. conſtitutionem, ſi diſpenſatio impetraretur, vt nepos, vel illegitimus haberent beneficium paternum opus eſset derogatione expreſsa dictæ Clementinæ. Vide in Rhapſ.areſt.li.1.tit.4.areſt.1.& 2.

8 Nataliũ diſpẽſatio, ſtrictam habet explicationẽ, vt alia quoq; gratiarũ reſcripta, quocirca diſpẽſatus in natalib. ad obtinẽdũ ordinẽ presbyteratus, vel ad ſacros ordines, nõ cẽſetur diſpẽſatus ad beneficiũ obtinẽdũ, q̃a diuerſa hæc ſũt, can.1.de elec.in ſext.neque ad obtinẽdam penſionẽ beneficialẽ, ca.extirpandę, in fi.de pręb.ſi prædicta penſio tenet locum beneficij, vt putat tenere Gigas tract.de penſionib.q.16.p̃ c.ad audiẽtiam, in 2.de reſcr. Notauit etiam Reb.in tract.benef.c.de diſpenſatione, ſuper defectu natalium, generalem diſpenſationem ad tenenda beneficia quęcumque, nõ extendi ad penſiones, niſi nominatim ſeu expreſsè de penſionibus in ea fiat mentio, quod & antè ſcripſit Gigas pręadicto loco q.18. Ruſum is, cum quo diſpenſatũ, vt nataliũ nõ obſtãte defectu, poſſit ad beneficiũ, etſi curã animarũ habeat, p̃moueri: nõ poteſt pretextu diſpẽſationis huiuſmodi niſi vnicũ beneficiũ obtinere, c.1.§.fi.de fil.presb.in ſex.& in Rot.deci.339. incip. *Si illegitimus*, in nouis, ſingulariter deciditur q̃ illegitimus, qui obtinuit beneficium curatum in vim diſpẽſationis iuxta formam c.1.de fil.presb.in ſex. permutauerit illud cum alio curato, permutationem eſſe nullam, & collationem nullam ei factam alterius beneficij, iuxta ſententiam Archid. ad dictum ca.1. de fil.presby.in ſex.& ad ca.non poteſt, §.illud autem, de

præban.in

præb.in sext.eò quòd dispensatio se extendat tantùm ad primũ, & ideò collatio secundi non valet,sicq; iudicasse Bonifaciũ tradit: & hæc recepta est sentẽtia ibi in Curia Romana cõtra sententiam repugnantem Ioan.Monachi & Ioan.Andreę, & proinde cum stilo sentiendũ,c.ex literis,de constit.ca.quã graui,de crim. fals. Regredi tamẽ compermutantem cum illegitimo posse ad beneficiũ ex causa permutationis renũciatũ, cũ licentia superioris,præsertim si ignorabat illegitimũ permutantem,& quia concursus opinionũ cõtrariarũ excusatio.arg.c.cũ vniuersorũ,de ter.perm.Si cui etiam cum defectu nataliũ fuerit in beneficio dispẽsatũ, ipsáq; dispẽsatione tacita, alia super pluralitate beneficiorũ fuerit impetrata, non valebit,ca.secunda velut obreptitia,ca.2.de fil.presbyt. in sex.attamen si dispẽsatũ sit cũ illegitimo, quòd possit tenere duo beneficia,si talis dispẽsatus posteà impetret beneficium, non faciens mentionẽ de dispẽsatione,valet impetratio,quia dispẽsatio,quantũ ad tenendum beneficia,operatur in hoc in quo est facta,ac si legitimatus fuisset ab initio,l.imperialis.§.si multò,de nup.C. Vbi autem is,cum quo est dispensatum,indigeret alia dispẽsatione,tunc impetrando secundam dispensationem, oportere fieri mentionẽ de prima,vt in d.ca.2. de filiis presb.in sex.& ibi Ioan.Andr.& iisdem verbis resoluit Rot.decis.279.incip. *Nota q̃ vbi est dispẽsatũ*.in antiq. Verũtamen ad futura beneficia obtinẽda,hæc dispẽsatio pertinet, non ad habita inutiliter antę dispensationem, nam natalium dispensatio seu legitimatio nõ retrotrahitur,id est,nõ facit, vt ea quæ antea ante legitimationẽ cum illegitimè nato inutiliter gesta fuerũt,valeãt: veluti si illegitimus fuerit electus ante dispẽsationẽ.Bal.in Marga.in verbo,*legitimatio*,q.15.nisi forsã & in legitimatione ita cautũ de pręteritis fuerit.

9 Subinde si sum.Pont.ad ordines accipiendos tantum in natalib.dispensat,cẽsetur loqui de minoribus, non de maioribus: nisi dictum fuerit ad omnes ordines dispensatum,can.literas,ibi gl.de fil.presby.apud Greg.gl.ad c.2.ad verba,*ad omnes*,& ibi Ancha.eo.tit. in sext.

10 In dispẽsatione natalium & eius rescripto,debet poni species illegitimę natiuitatis,vt quòd natus quis sit ex soluto,vel soluta à matrimonio,vel ex incestu ex presbytero & concubina,ex adulterio,&c.aliter non valet:omittuntur tamen extrinsecæ qualitates crimẽ aggrauantes.Rot.decis.211.inci.*Nota q̃ vbi est dispẽsatũ*.& 8.45.*Papa mãdauit*.in Antiq.Fel. ad c.postulasti, de rescr.per ca.innotuit, de elect. Sufficit autẽ speciẽ seu modum illegitimę natiuitatis expressisse in dispẽsatione natalium generali obtenta ad impetrandum beneficia:at posteà in impetratione beneficij, sufficit simpliciter se dicere illegitimum & dispensatum,sine alia expressione,per rationẽ,l.si defensor,10.§.qui interrogatus,de interrogat.actioni.ff. nõ tenenda tamẽ ideò opinio Gigantis,dum tract.de pensio. q.20.ait,illegitimum dispensatum ad tenendum beneficium,nõ teneri se dicere illegitimum: contrarium enim verius est,atque nisi id expresserit erit impetratio nulla,siue collatio à Papa , siue ab ordinario facta fuerit, vt notant interpretes ad d.c.2.de fil.presb.in sext. nisi sum. Pontifex id dispensatione natalium, ab hac mentione in posterum facienda releuauerit , seu exemerit , per clausulam quæ hæc esse solet: *Tibi,vt in quibuscunque impetrationibus,priuilegiis,literis & indultis,tã Apostolicis,quàm aliis,gratia vel iustitiã vel mixtã cõtinẽtibus, per te,vel tuo nomine,à sede Apostolica, vel illius legatis, vel locorũ ordinariis, vel aliàs qualitercũq; de cætero impetrãdis, nullã de defectu & dispensatione prædictis mentionẽ facere tenearis,nec ea propter impetrationes,cõcessiones,dispẽsationes,gratia,mãdata,priuilegia,literæ,indulta huiusmodi subreptionis seu nullitatis vitio aut defectu intẽtionis notari,ac propter ea impugnari possint,sed valida & efficaces existant , & tibi suffragentur in omnibus & per omnia , perinde ac si de legitimo thoro natus esses, sea in illis prædictis de defectu non obstante authoritate Apostolica , tenore præsentium de gratia indulgemus.*

11 Principes seculares, qui superiorem non habent dispensant in secularibus cum illegitimis , atque eos possunt,& solent legitimare.c.per venerabilem,qui filij sint legit.Legitimabat olim & Imperator illegitimè natos,l.qui in prouincia,57.§.1.de rit.nup. §. sit igitur, quib.mod.nat.effi.legit.§.si quis verò non habẽs filias, co.in Auth.§.illud,quib.mod.na.effi.in Nou.84.Et hęc fuit vna species legitimationis per rescriptum principis, qua & de tribus aliis, nempe de ea quæ per oblationem curiæ fiebat,per assertionem paternam,& per subsequens matrimonium,diximus li.10. Syntag.iuris, c.10.& li.45.c.7.Legitimos facere nõ possunt rescripto inferiores à Rege in Gallia duces,comites,vel alij quibus superior,vt notat Chass.ti.*des bastards*.§.3.in verb. *ab intestat*.Consentit Pau.Castr.cons.196.in nouis.quia inferior legem superioris, quę illegitimos declarauit, tollere non potest,c.cum inferior,de maio.& obe. nisi ex priuilegio à superiore facultas hęc fuerit.data. Placuit & Senatui Parisiensi aliquando 6.Kal.April.1562. & regia sententia confirmatũ posteà anno 1573.nullatenus sacerdotis filiũ, regiis codicillis iure legitimorũ donari posse. Notandũ hîc postremò,legitimationẽ à principe seculari cõcessam in tẽporalib. prodesse ad successiones,officia,munera ciuilia,magistratus,honores,titulos ciuiles:non ad spiritualia cõsequenda,nec porrigi ad sacerdotia,& alia quę ad spiritali pendent pręlato , à quo iuxta qualitatẽ negotij habẽda quoq; legitimatio vel dispẽsatio pro defectu nataliũ,vt dictũ ex ca.par venerabilẽ.qui fil.sint legit.sed potissimũ legitimationes principis hodie in Gallia ad successiones necessariæ,nã in honorib. etiam Curiarũ supremarũ, & militiæ admittuntur,alioquin digni sine dispẽsatione ius ciuile in l.generaliter, §.spurios,de decur.in ff.

## De restitutionibus natalium ex iure ciuili & moribus,& de legitimatione.

### Capvt XXIX.

### ARGVMENTVM.

1 *Status hominum vnus ante seruitutem.*
2 *Liberti qui restituti natalibus.*
3 *Restitutio natalium differens à iure annulorum.*
4 *Ius aureorum annulorum quibus communicatum.*
5 *Equitum diuersa diuersi temporis appellatio.*
6 *Aureorum annulorum quando forma constituta.*
7 *Equestris ordo seminarium Senatus.*
8 *Et iudicum tertius ordo in populo.*
9 *De nobilitate facta per principem.*
10 *Se inserentes familia aliena puniuntur.*
11 *Mulier plebeia nobilitatur coniuge nobilitato.*
12 *Nobilitantur plebeij nobili officio.*
13 *Ratio nobilitatis ex virtute.*
14 *Nobilitatis gregariorum militum ratio.*
15 *Feuda maiora nobilitant possessores.*
16 *Mores diuersi tamen obseruandi locorum.*
17 *De nobilitatione per assertionem patris nobilis spurij.*
18 *Alioquin spurij non asserti non sequantur patris nobilitatem.*
19 *De noua legitimatione per suxionem lactis vxoris patris naturalis.*
20 *De nobilitatione principis per codicillos.*
21 *Causa eius nobilitationis.*
22 *Quòd in nobilitate debeat reddi princeps indemnis.*

1 NAtales omnium hominũ ante seruitutis inuentionẽ eiusdẽ erãt generis,& vno nomine omnes homines appellabãtur , cùm omnes liberi nascerẽtur;

accedēte posteà peccato,& distinctione virtutis facta, alij nobiles,alij degeneres à natura rationali hominū, ignobiles habiti,vt in c.9.Geneseos,c.sexto die, 39.dist. alij serui,alij ingenui,qui nunquam seruierunt,alij liberi liberti ex iusta seruitute manumissi libertati, sed non cum pleno beneficio restituti.l.manumissiones,4. de iust.& iur. ff.l.& seruorum, 5.per totam, de stat.homi.ff.§.1.de iur.person.§.1.de ingenuis,apud Iustin.

2 Restituti itaque natalibus dicti sunt,primū liberti,qui à principe ingenuitatis ius ad dignitatē acceperunt,&beneficio principis tales efficiuntur, ac si nunquam seruissent,l.3.§.planè,de bon.lib.li.38.ff.ti.2.iura ingennitatis impetrare,natalib. restitui dicit Vlp. in l. etiā fœminæ.§.fi.de iure aureo.annulo.li.40.ff.tit. Restitutio hæc dicitur *παλιγγενεσία* seu regeneratio à Iustiniano Nouella 78.restitutio nataliū quippe ad omnē ingenuitatis statum restituit eum, qui beneficio hoc principis vtitur.Scæuola l.quæris,3.de natalib. resti.li. 40. ff.tit.11.atque Marcian.in l.1.eius tit. *Natalibus*,inquit,*restituntur illi vtique natalibus restituitur,in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cùm seruus natus esset.*Modestinus etiam in l.fin.§.fi.de nata.rest. ff. Libertinus qui natalib. restitutus est,perinde habetur ac si ingenuus factus, medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset.

3 Ediderat itaque omnem notam seruitutis restitutio,quo nomine distinguebatur olim à iure annulorū aureorū, quod impetrabatur à principe, & efficiebat libertū etiā velut ingenuū,sed nō omninò, quia salua adhuc patrono relinquebātur iura successionū,& saluo iure patroni ingenuus fiebat,l.pen.& fi.de iure aureor.lib.ff.cū tamē per restitutionē nataliū, ex cōsensu patronorū impetratā ius patronorū admitteretur,l.fi. de natali.restit.ff.l.sed si hac,§.sed & si ius annulorum, de in vocan.ff.& ius aureorū annulorū impetrās quādiu viuebat pro ingenuo habebatur,moriens ꝓ liberto,l.3.de bon.libert.ff.Diocle.etiam & Maxim.Cæsares in l.1.de iure aureor.annulor.lib.6. C. tit.8. *Aureorū vsus annulorum beneficio principali tributus,libertinitatis, quoad viuūt,imaginem, non statum ingennitatis præstat, Natalibus autem antiquis restitutis liberti,ingenui nostro constituūtur beneficio.* Rursum iidem Cæsares in l.vnic. ad leg.Viselliam lib.9.C.tit.21. eos qui impetrasset ius aureorum annulorū à principe,quoad viuerent, imaginem non statum ingenuitatis obtinuisse dicunt, & impetratum hoc ius ideò fuisse ob legem Viselliā,quæ libertinæ conditionis homines prosequebatur, si ea quæ ingenuorum sunt circa honores &dignitates ausi fuissent attentare, vel decurionatū accipere, nisi iure aureorum annulorū impetrato à principe sustinerentur.idem probat & l.vni.quando ciuil.actio.crim. præiud.li.9.C.tit.31. & in hoc diuersi erāt liberti à suis liberis,qui nati ingenui erant,&dignitatē adipisci clarissimam non prohibebantur,l.libertorum,9. de dign. li.12.C. sicque annulorum ius à principe concessū augebat liberto honorem,non autem mutabat conditionem,vt respondit Marcia.in l.falsa demonstratio, 33.§. sed si cui,de cond.& demonst.li.35.ff.tit.1. Et hæc obtinuerunt aliquandiu, donec manumissorum & libertorum æquata fuit conditio,& constitutum,quia manumittentes seruos suos denunciabant ciues Romanos, vt ex ipsa manumissione aureorum annulorum & regenerationis ius haberent,& essent ingenui & liberi,iure tamen patronatus illęso,§.1.& 2.Nouel.78.vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo, & vt pristinis restituantur natalibus.Auth.sed hodie,de iure aureor.annulor.can.68.cum redemptor,12.q.1.Sicque beneficio legis restitutio natalium & ius aureorū annulorum concessum liquet libertis, cum olim non posset dari nisi à solo Imperatore, l.1. de iure aureor. annulorum,C.l.2.de nata.restit.ff.

4 Hîc annotarē lubenter,ius aureorum annulorum per principis beneficium fuisse cōmunicatum libertis, sed nō solum libertis, verum etiam aliis personis, quib.non dabatur aditus ad ea munera,vel ad dignitates, quæ non nisi Equestris ordinis hominibus patebant. Seruius Tull. Romanorum rex,pędestri exercitu ornato,distributoq́ue, equitum ex primorib.ciuitatis duodecim scripsit centurias:& gradus inter centurias Rom.fecit honoris, in suffragiis,&vt vis omnis esset penes primores ciuitatis,equites in suffragiis vocari voluit primos,vt refert Liuius li.1.Populus aliquādo in Senatores seu patritios & plebem diuisus, qua continebantur & Equites,§.plebis autem,de iur.natu. l.plebs,238.de verb.sig.Gellius ex Capitone lib.10.c.20.

5 Equites Celeres sub Romulo regibúsq; Romanis appellati sunt,deinde Flexumines,posteà Trossuli, cū oppidū in Thuscis contra Volsinios passuum 9.M. sine vllo peditum adiumento cœpissent. Eius vocabuli vsus durauit vltra C.Gracchum,posteà dicti Equites. Plin.li.33.can.2. & Festus. Insigne equitum annulum fuit aliquādo,sed nō semper propriū.Primū.n.annulū gestabant donatum, tantum inter Romanos, vti honoratiores legati ad exteras gentes ituri, neque aliis vti mos fuit, quam qui ex ea causa publicè accepissent,vulgoq́; sic triumphabant, fuitque primò tātum ferreus,posteà aureus: Senatores deinceps cœperunt vti aureo annulo: communicatum & posteà Equitib. Deinceps frequentior vsus annulorum, postquàm à Cneio Flauio Anni filio,fasti euulgati populo fuerūt, libertino patre genito;& ipse scriba Appij Cæci, & ei ędilitas curulis data à populo, in remunerationē beneficij,& factus quoq; tribunus plebis.Quo facto tāta Senatus fuit indignatio,vt annulos abiecerit,&eosdem nobilitas quoq; deposuerit. Fuit & promiscuus posteà vsus annulorum 2.bell.Punico,facit & ꝙ loco arrhæ cōmuniter annulus datetur.Plin.eod.li.33.c.1.

6 Tyberij dehinc principatu 9. anno, in vnitatem venit equester ordo, annulorúmque authoritati forma constituta,C.Asinio Pollione,& C.Antistio Vetere Cos.anno vrbis conditæ 775.hac de causa constitutū, ne cui ius id esset,nisi cui ingenuo ipsi,patri,auoq́. paterno sestertia quadringenta census essent,& lege Iulia Theatrali in quatuordecim ordinibus ius sedendi. Olim Nobiles sub Senatorib. vel ab illis ortis cōtinebantur, verum Senatores illustriores erant, vel lecti, vel qui gessissent maiores magistratus, & ius dicendi in Senatu sententiā haberent, qui Reipublicæ totius negotia cum principe primum, & exactis regibus soli tractarent,vt liquet ex Liuio,Dionysio Halic.& ex Salustio in coniuratione Catilinaria,& aliis.

7 Equester ordo erat veluti seminarium Senatus, & proximus dignitate,sicut Liuius in 2.ait, Brutū ex primorib. Equestria ordinis Senatū suppleuisse meminit & de his li.43.quāuis & census in legendis Senatorib. aliquādo etiā sit cōsideratus, qui maior esse debebat equestri,vt ait Plin.li.4.Liuius prisco rege tantum regnante loca in Circo patrib.equitibúsq. diuisa scribit.

8 Tres ordines ita in populo,Senatorum, Equitum, plebis.Annuli distinxêre alterum ordinem à plebe;vt semel cœperant esse celebres.Sicut tunica, scilicet latus clauus ab annulis Senatum. Medius autem ordo inter patres & plebem, equestris, antiquitus tamen nomen Equitum consistebat in turmis equorum publicorum, ab iísque dicti, Iudices in ferreo annulo erant,posteà & Equitibus munus iudicandi datum, & cautum ne nouis ciuib.in prouinciis hoc ius daretur. Plinius libr.33.cap.1.Separatū aliquando,vt sub Graccho posteà reductum. Ante Augustum in aureo annulo, iudices,equitésque intelligebantur, posteà hic ordo separatus ab ingenuis videlicet,non pręstantib. censum:communicatum seruitiis, & libertis ditiorib. hoc iure donatis, vt suo tempore fuisse testatur Plin. prædicto ca.2. li.33. & nos diximus paulò antè de iure

aureorum

aureorum annulorum, nempè si haberent censum equestrem: id notat Arnobius lib.4. *Pecunia*, inquit, *donat annulos, & prima loca in spectaculis.* Nunquam autē ant rarissimè sub Alexādro Seuero ius aureorum annuorum dabatur, vt ait Lampridius. Tranquillus in Vitellio, ait, Vitellium Asiaticum seruum manumisisse, ac primo imperij die eum anreis donasse multis suprà cœnam, cū manè rogantib. cunctis pro eo, detestatus fuisset seuerissimè talem equestris ordinis maculā.

9 Simile rescriptum videtur hodie impetrationi iuri aureorum annulorum, quod dicitur nobilitatio, quādo ex plebe vir donatur titulo & priuilegio nobilitatis, vocant *lettres d'anoblissement*: hoc siquidem modo etiam quis nobilis dici potest: sunt enim plures causę nobilitatis, quas admonuisse contentus ero, vt rescripto nobilitanti accedat oratio. Prima est hodie magis in ore natiuitatis, seu generis, dum ex parentib. patre saltem nobili, quis nascitur, l.fi.§.fi.de Senator. lib.1.ff. tit.9. diximus de ea suprà quędam c.19.nu.9. & de nobilitate ex sola patre matris num.11. Rationem huius nobilitatis ex genere fulcire videtur Horat. li.4. Ode 4. rationibus maximè duabus sumptis & à natura, & à proborum parentum erga filios solicita institutione.

*Fortes creantur fortibus & bonis:*
*Est in iuuencis, est in equis patrum*
*Virtus: nec imbellem feroces*
*Progenerant aquila columbam.*
*Doctrina sed vim promouet insitam,*
*Rectique cultus pectora roborant, &c.*

Præsumuntur ex natione bona nati, boni, vt contrà, ex mala, mali, l.quod si nolit, 31. §.qui mancipia, de ædil. edict.ff.& notat Aristoteles, 3.Polit.c.10.

10 Hic tamen obseruandum est, ne quis se familiæ nobili adscribat mendaciter, quod vitium frequēs est, & habet vsurpationem illicitam insignium nobilium, & sæpe mutationem nominis, vnde criminis falsi rei sunt, l.falsi, ad l.Corn.de fal.ff. eaque ratione in plures olim animaduersum & meritò: tum quod in fraudem aliorum hoc fit, l.1.de muta.nom. C. nam inde successionum & dignitatum pendet consequentia: tum etiam, quòd generationum confunditur series. Extant exempla quędam apud Valer.Max.li.9.c.15.de his qui per mendacium se alienis familiis inseruerunt. Multò plura hodie, non enim est rusticus, nō mercator diues, qui non velit se nobilem dici mutato nomine; non est lixa aut tyro militiæ, quin velit dici caput seu ductor ordinum, non ductor, qui non dicat se equitē vel torque dignum; non dominus territorij, qui non velit apparere superior. non baro, qui se comiti non preferat: non comes, qui non marchioni: non marchio, qui non contendat eum ducatu: non dux, qui non vsurpet titulos regios: non rex, quin statim se sui regni Imperatorem profiteatur, omnia in summa per humanam superbiam & vanitatem venēre in nimium: & iam illa præclara sententia, *Nosce te ipsum*, passim cōculcatur.

11 Secundò nobilitatur mulier plebeia ex coniugio nobilitate, l.fœminæ, 8.de Senatorib.ff. l.mulieres, 13.de dignit.li.12.C.non contrà: vir etenim plebeius non potest fieri nobilis ex nobilitate vxoris, imò illa nobilitatem amittit nubens plebeio, d.l.fœminæ. Neque etiam filij ex matre nobili & patre plebeio, nascuntur nobiles, sed sequuntur patris originem non matris, vt neq; in contrarium rescriptum impetrari posse cautū fuerit, in l.exemplo, 13.de decur.li.10.C. quamnis apud Cāpanos aliquando concessum fuerit à principe, vt venter nobilitaret partum, vt & receptum apud Xāthios refert Plutarchus de claris mulierib.ca.9.& apud Lycios teste Herodoto in 1.& Polybio li.11.Iliensib. quoque ac Ponticis tributum est, vt matrum sequerentur originem à Pompeio magno, quod tradit ex Celso Vlpia.l.1.ad municip. ff. Dixi quędam de hac nobilitate suprà ca.19.nu.11.

12 Tertiò nobilitantur dignitate nobili plebeij, & ex nouis hominib. incipiūt esse nobiles, & initium dant nobilitatis successoribus filiis. Patricij ita, nati ab illis qui primū delecti fuerūt à Romulo in patres & Senatores apud Dion.Halicar.in 2. Nouus homo li.7. Liuij initio Sextius dicitur, qui primus plebeius ex familia sua, curulem ædilitatem nactus esset; & ibi nouis hominib. nobiles opponuntur, nobiles dicti, qui maiorum suorū habebant imagines. Et quia ædilitas, curulis solis patritiis & nobilib. deferebatur, dū verò delata erat plebeio, fiebat ex nouo nobilis: sic Liuius in primo, Ancus Martius nobilis vna imagine Numæ, & ita transfundunt isti in suam progeniem nobilitatē, quā ex dignitate sua cōpararunt, l.diuo Marco, 11.de quest.li.9. C.tit.41. sic nobiles effici dicuntur Senatores, vnde patritij, qui & maiores equitib. & cincti lingulo militari quoq; equitū auratorum videntur, in l.antiqui, si pars hæredi.petatur. C. multò magis præfecti prætorio, Cācellarij regum, seu Nomophylaces prǽsides Senatus, quive per 20.annos sedulo docēdi labore & laudabiliter functi sunt, l.vn.de professor. qui in vrbe Cōstantinopolitana docētes ex lege meruerūt comitiuā, li.12. C.ti.15. Qui laborarūt pro Republica, & cōsilio, & industria singulari iuuarunt Rempubl. digni sunt certè qui dicātur tales quales reuerā sunt nobiles, & qui eximantur à fæce inutili plebis, & eorū liberi; quemadmodū & alicubi decuriones, & vrbiū moderatores, eo priuilegio meritò donātur aduocati regij seu fisci, in l.aduocati, de aduoc.diuers.iudic.C. de doctorib. verò nō professorib. an inter personas nobiles annumerentur, tractat Guido Papę.q.88.& 138. & seq.vsq; ad qu. 394.cum his & cōsuetudo est inspiciēda locorū: nā alienbi officiarij publici, vel qui ex eius cōsilio sunt, patritij & nobiles habentur, vt Venetiis, alibi nequaquā.

13 Nec est quòd milites antiqua nobilitate nati, inuideant & cōquerantur de tali nobilitate apparēte, quę in illorum parentibus initiū quoq; à virtute habuerit: melius enim est nobilitatis causam habere, quàm solū, ab eo qui habuit eandem causam, originem consequi; ille enim qui habet causam, propria fulget dignitate, alius aliena. Præstantior erit autem is, qui propria & antiqua ornatur: neq; l. nobiliores, de cōmer. & mercatori. C. solos natales in nobilitatis priuilegiis cōsiderat: nā tria requirit, quod quis sit nobilis, natalib. bonorū luce cōspicuus, & diues in patrimonio. Nobilisque quis dici meretur, qui habet qualitatē propter quam quis acceptus est, supra plebeios honestos apud principem. Barth.in l.1.de dignita.li.12. C. Paulus Castrens. ad l.quoties, C.vbi Senatores vel clarissimi. Ioannes ab Imola ad cap.de multa, de præb. Quemadmodum cōtrà is amittit nobilitatem, qui plebeiorum tractat artes, & sordida negotia & commercia, vt d.l.nobiliores, & ibi Bald. Guido Papæ q.89.& 176. vel saltem nobilitas illa generis plebeio exercitio est obscurata, si dicamus iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi posse, l. iura sanguinis, de reg. iu. quæ posset restitui sublato impedimento, non enim in nobilita te codicillari, quę mechanico artificio in perpetuum extingueretur. Adam quia peccando nobilitatem Dei deiecit, à nobilitate loci deiectus est, & addictus culturæ agrorum. c. Adam, 40.dist.Gen.4.c.Adam, c.serpens, ca.sicut primi, de pœnit.dist.1.restitutus beneficio Dei.

14 Ea ratione & digni nobilitatis titulo ęgregarij milites, post strenuam & insignem operam nauatam pro Reipublicæ defensione, militiæ enim labores fuerunt gradus ad Ducales, Imperatorias, & regias dignitates, ad quas plebeij sua virtute & strenuitate aliquando peruenerunt, vt alibi plures eius generis in Syntagm. notaui, sola tamen militia non est dignitas.

15 Nobilitāt possessores & eorū successores feuda maiora regię dignitatis, ducat*, marchionatus, comitatus, baronię. Luc.de Penna ad l.mulieres, de dignitat.li.12.

C. Andræas de Isarnia ad c.1.de capitaneo qui curiam vendidit. Alia verò feuda, quamuis fuerint olim à nobilib. possessa, & ab illis distracta, non nobilitant plebeium ementem quod pertinet ad nobilitatē personæ: arg. l. cum neque, & ibi Lucas de Penna, de incolis & in quo loc. &c. li. 12. C. facit l. in his, quæ de prædiis & omnib. reb. nauicularior. C. personę enim nō accedunt rebus, sed contrà; l. iustissimè, de ædil. edict. ff. nisi feuda per se nobilia sint, q̃a tūc nobilitāt possessorē.

16 Admonendi tamen hîc sumus, regnorū & principatuum diuersas hac de re esse consuetudines, quas in primis, in locis, vbi sūt, sequi oportebit. Et antiquitus Galli plebeij, seu ignobiles perinde fuerunt incapaces feudorum, ac sacerdotes seu Ecclesiæ prædiorum aliorū: quamobrē eodē modo ea feuda, vt Ecclesiastica prædia, tenebantur emancipare ex arbitrio patroni, seu domini superioris feudi, vel indemnē eū præstare. Extat apud Atrebatenses seu Artesios lex similis, & cōsuetudo, per quam comes solet exigere pecuniarium indemnitatis pretium ab ignobili feudorū emptore, quæ annos abhinc quadragenos acquisita sint, vt liquet ex cōsuetudinib. eorum, §. 137. & 138. eadémq; ratione in Gallia nobiles non cogebantur patronum seu dominum superiorē plebeiū agnoscere, nēpe virū ignobilē qui domināś feudū emisset, nec tenebātur ei facere hominiū. vt liquet ex veteri SC. Parisiensi lato anno 1265. in octaua Purificationis beatę virginis, inter Ioannē Frogeriū Burgensem Parisiensem, emptorē dominantis feudi, & Almaricū de Mendonno, militem vassallū in regesto Curiæ veteri, folio 110. Hodie tamen in Gallia contrarium ius dessuetudine seruatur, vide Chopinum li. 1. in consuetudinea Andega. can. 38. sunt enim feuda redacta hodie in formam & modum patrimoniorū communium, ideò nūc ignobiles seu plebeij feudorum domini seu emptores non soluunt principi, vel alteri domino quippiā indēnitatis nomine: quòd status seu cōditio personarū ignobiliū non mutetur acquisitione beneficiarij fūdi, nec iura indictionū seu taliarum plebeiarum sint imminuta, vt notat Aegidius magister tractatu, *des amortissements*, can. 5. exceptis francis feudis, pro quorū possessione, quòd in ea tolerentur plebeij, certos annos dependere tenentur regi possessores, vocāt fināciam, vt & in manibus mortuis sancitum, vt liquet ex constitutione regia, *des frācs fiefs & nouueaux acquests*.

17 Quarta species nobilitandi inter nobiles aliquādo vsurpatur, per assertionē patris nobilis spurij seu nothi, in Gallia quando fuerunt agniti à parentibus nobilibus, vocāt *bastards aduouez*, nā & hi nobiles dicuntur, & ferunt arma seu insignia domus patris naturalis agnoscētis, interposita linea quæ per obliquū à latere sinistro ad dextrū pendeat, vt scribit Bartholomæus Chassan. ad §. 3. ad verba, *le bastard ou bastarde*, n. 21. ti. *des successiōs des bastards*, in cōsue. Burgūdię.

18 Alioquin si nō essent agniti, hoc priuilegio non donarētur nobilitātis patris naturalis, per ration˜, l. vulgò cōcepti, de stat. hom. & vt ait Bal. ad l. cū legitimæ nuptiæ, eod. tit. bastardi non sunt de familia nobiliū, quia sordes non mouentur inter principes, saltē spurij non possūt (vt opinor) inter nobiles nobiliter, vtpote vitiosè & sine nobilitate geniti, nominari: docet in mulierib. illustrib. Iustin. in l. si qua illustris, 5. ad SC. Orficianū. li. 6. C. ti. 56. in mulierib. ingenuis & illustribus, quib. castitatis obseruatio præcipuū debitum est, nominari spurios, satis iniuriosum, satísque acerbum. & nostris temporib. indignum esse iudicamus. Quæ multò magis in viris obtinere debent, tanquam viri sexu existente firmiore ad repellendos impudicitiæ aculeos. nam vt Poeta ait:

*Vt corpus tenerum sic mens infirma puellis.*
*Fortius ingenium suspicor esse viris.*

Et maximè cauendum est ne alienæ sordidæ stirpes, splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari, l. super statu, de quæstionib. C.

19 Meminerūt Græcorum aliqui authores, de quadam specie legitimationis inaudita, & (vt opinor) fictitia, qua nobilitas quoq; data: dū narrant Ionē, natoHercule, quòd is spurius esset, neque in deorū numerum posset admitti, dormienti coniugi suæ Iunoni eum clam supposuisset, & exsucto de mammis ab ea lacte, infantem velut natalib. restitutū, diuinitatis iura acquisiuisse, cuius rei Higinius meminit & Arati interpres, & qui collectanea de re rustica Constantino adscripsit. Cœlius Rhodigin. li. 21. c. 21. Esset hæc legitimatio per participationem lactis vxoris eius qui ex adulterio lactatum genuisset ex alia.

20 Nobilitas rursum datur à principe per rescriptum seu literas, quas dicūt, *lettres d'anoblissemēt*, quēadmodū & olim ius aureorum annulorū equitū communicabatur ex rescripto principis, & aliis nō equitib. Qui itaque principali, rescripto, eoque speciali, ad nobilitatē vocantur, eis liberisque illorum abstergitur omnis natalium plebeiorum sordida conditio, ne vlla deinceps ignobiliū onera subire cogātur. Barth. ad l. 1. de dignitatib. li. 12. C. Bald. ad l. sacrilegij, de diuers. resc t. Iason ad l. omnium, C. de testa. digni enim credūtur quos princeps tales dixerit, & sacrilegij instar est contrariū sentire, d. l. sacrilegij, & l. 2. C. de crim. sacril. supplétque princeps solemnia iuris omnia, sua potestate, dicta l. omnium. C. de testa. Principis hæc nobilitatio, est veluti testimonium virtutis eius qui nobilitatur, quæ principi cognita sub luce, eius auspiciis, veniens priuilegiis donatur: alioquin enim etiam reipsa nobilis nec talem se dicere vel priuilegiis nobilitatis iure ciuili potiri potest. Et nisi talis à principe vel expressè vel tacitè quis declaretur, inter plebeios annumerabitur. Tacitè enim si ei deferat dignitates personales vel reales quæ tales efficiūt. Expressè verò, per codicillos, sine quib. & extra natales nobiles, qui se nobiles mentiuntur, falsi pœna puniuntur, iuxta Modestini responsum in l. eos qui, 27. §. qui se, ad leg. Corn. de falsis, ff. *Qui se*, inquit, *pro milite gessit, vel illicitis insignib. vsus est, vel falso diplomate vias commeauit, pro admissi qualitate grauissimè puniendus est.* Princeps qui solus legem ponit monetæ, vt l. 1. & fin. de veteris numisma. potest. li. 10. C. tit. 11. & qui de dignitatib. & gradibus statuere potest, talis esse debet, qui alterius superioris censuræ non subiiciatur: quique remittere possit iura quæ plebeij nobilitati alioquin soluere tenerentur, facit l. de natali, rest. Pandect.

21 Solet autem princeps nobilitare rescripto benè merentes de Republica, vel per militarē artē, quib. & ordinē equestrē addere si mereātur solet: vel si studio literarū, vel aliquo actu insigni, quidā tale meruerint beneficiū. Sic scribit Bartholus se fuisse nobilitatum, honoréque decoratū à Carolo 4. Imperatore tracta. de insignib. & armis. Sunt & ratione communi dictāte plures nobilitate donati, vel potiùs nobiles declarati, ob virtutē, quæ sola fundamentum est nobilitatis. vt ait Plin. epist. 114. Sūt per literas quidā tantum, nulla administratione vel actu insigni præcedēte nobilitati. Zeno in l. fi. §. viros autē, vbi Senator. vel clarissi. ciuiliter vel criminaliter conueniantur, li. 3. C. tit. 24. meminit de hac imaginaria & codicillari nobilitate, his verbis: *Viros autē* (inquit) *illustres in hac inclyta vrbe degentes, qui sine administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licèt talem prærogatiuam nostræ iussionis meruerint, vt quòd non egerint videantur egisse*, &c. Summus Pontifex etiam hodie solet facere equites codicillares, qui in terris Ecclesiæ tantum non alibi priuilegiis suis vtuntur, & codicillaris nobilitatis.

22 In literis nobilitationis indēnis debet reddi princeps, proinde interdū remittit ius suū ob benemerita vel impēsas quas fecit in Rēp. nobilitatus, vel certam

quantitatem

quantitatem ei soluendam pręfigit. Deinceps & Camera computorum, cui repræsentari debêt huiusmodi literę tegestandę & publicandæ, statuit certã quãtitatem soluẽdam, ob quam populus indemnis sit, ne liberatio rerum plebeij, in onus plebis transferibatur.

## De alia natalium allophylorum restitutione, seu de albanagij dispensatione.

### Capvt XXX.

### Argvmentvm.

1 *Allophyli alicubi regnicolarum iure non gaudent.*
2 *Albini qui in Gallia ut peregrini.*
3 *Peregrini ubi olim separati a ciuibus Athenis.*
4 *Et alibi, & num hoc probatum sit omnibus.*
5 *Qui parcissimè dederint ius ciuitatis.*
6 *De lege Atheniensium & Periclis de ciue faciendo.*
7 *De lege Iunia de Latinis ciuibus faciendis.*
8 *Ius ciuitatis Romanæ quibus communicatum.*
9 *Ius regnicolarum ex dispẽsatione alienigenis collatũ.*
10 *Quo iure utantur in hoc Galli, Hungari, & alij.*
11 *Quæ prohibeat lex Albanagij extraneis.*
12 *Bona Albini deferuntur fisco cum onere debitorum.*
13 *Filij extranei etiam nati in regno non succedũt patri.*
14 *Vxor regnicola non succedit extraneo marito.*
15 *Princeps alienigena succedit.*
16 *Princeps cooptat in ciues & regnicolas extraneos, & dat iura regnicolarum.*

1 IN aliquibus regnis vel prouinciis, ex lege receptũ est, ne allophyli seu nati ali[illegible] c[illegible]tra reg[illegible]um, vel prouinciam, iure regnicolarum vel prouincialium vtantur, nec ibi habeant successores ex testamento, vel ab intestato, nec proprios etiam liberos, multò minus cognatos, vel agnatos, vel ascendentes alienigenas.

2 Isti Allophyli Albini in Gallia dicti, hoc est, alibi q̃ in terris ditioni Gallicanæ subiectis nati, vt sc[illegible]ibit Boerius ad §. fi. de testa. in consuet. Biturig. & decis. 13. & Guillel. Benedict. ad c. Raynuntius, ad verba, *& vxorem nomine*, n. 1042. Et illi propriè tales, qui nati in longinqu[illegible] p[illegible]uincus, non edunt certam fidem natiuitatis suæ, vel loci, aliter dicti Romæ pereg[illegible]ini, qui extra propriam prouinciam habitant. l. 1. C. de hæred. instit. l. sed etsi conditioni, §. solemus, cod. tit. ff. Auth. omnes peregrini, comm. de success. Cod. Peregrini qui in sua ciuitate non sunt, dicuntur. Varro 4. de lingua Latina, peregrinũ à pergẽdo, hoc est, progrediẽdo dici putat. Cicero de Amicitia, opponit ciues peregrinis. *Itaq; ciues (inquit) potiores sunt quàm peregrini, & propinqui quàm alieni.* Et Pomponius in l. 2. §. post deinde aliquot annos, *Non sufficiente eo Pratore (scilicet in locũ absentiũ Consulũ in vrbe creato) quod multa etiã turba peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius Prætor, qui peregrinus appellatus est, ab eo, quòd plerumq; inter peregrinos ius dicebat.* Apud Romanos aliquando peregrinis & allophylis iura distincta fuerũt à ciuib. nec temerè ciuis nomen vel ius ciuitatis cõmunicatũ fuit extraneis: vt docet Cicer. p Archia Poeta, idque aliquando apud illos & Gręcos factum est, ob incertitudinẽ morum externorum, quorum cõ[illegible]uetudo plerumq; noxia & periculosa est, vt ait Arist[illegible]teles li. [illegible]. Politicor. ca. 6. Qua ratione legislator noluit admitti peregrinos in Lacedæmoniorũ ciuitatem, vt ai[illegible] Plutar. in eius vita. Cicer. in li. Offi. & in Lęlio refert, Cra[illegible]sũ & Scęuolã Cõsules legem tu[illegible]sse, ne pro ciue haberetur, qui ciuis nõ esset, sed peregrinus. Sic non [illegible]ierunt nõ ciuib. cõmunicata munera, tanq̃ [illegible] ab [illegible]ll[illegible]s ca[illegible]erentur, imò & lex f[illegible]t lata de peregrini[illegible] [illegible]rbe [illegible]iciẽdis Iunij Penni, q̃ Cicer. 3. Offi. improbat. Fuerunt ob hunc morum corruptionis metum leges, ne cum extraneis coniunctio mat[illegible]i[illegible] iungeretur. Exod. 34. vers. 16. Malach. [illegible]. 3. Regum [illegible] [illegible]ers. 2.

3 Athenis separati erãt peregrini à ciuib. habitatione, tributariiq; erant, atq̃ue peregrini duodecim drachmas in ærarium singulis annis c[illegible]nferebant, mulieres peregrinæ sex: & si conuicti fu[illegible]sent non exsoluisse huiusmodi vectigal, venundabantur. Vectigal. Mætitium dicebatur, quia Mætiti dicuntur qui in alienã migrant ciuitatem. Cælius Rhodig. lib. 17. antiqua. lect. c. 9. Ex ciuib. sæpe quoq; fiebant peregrini, & priuabantur iure ciuitatis, quando caput de ciuitate eximebatur, q fiebat vel exilio voluntario, vt cum aliquis in aliam ciuitatem fuisset receptus ciuis, amitteret Romanam: quia non posset duarum ciuitatum esse ciuis, vt scribit Cicero pro Domo sua, & p Cæcinna. Per sententiam quoq; deportati fiebãt ἀπόλιδες, id est, sine ciuitate, & qui amittebant ius ciuitatis Romanæ, id est, quæ iuris ciuilis sunt, quamuis quæ sunt iuris gentium retinerent, l. 1. §. in quibus, de leg. 3. l. quidam, de pœn. ff. est hæc media capitis minutio, per quam cap[illegible] [illegible]ẽ ciuitate eximitur. l. 2. de pub. iud. l. amissione, 5. & l. fi. de capit. diminut. li. 4. ff. ti. 5. vide titulum similem apud Iustin.

4 Leges superiores & aliæ in odium peregrinorũ latæ à Romanis & aliis, placuerunt posteà plurib. regnis, quæ & vicinis dederunt etiam ansam, vt à suis prouinciis aliarum & vicinarum regionum incolas, quib. hoc ius es[illegible]et, proscriberẽt, & tanquam peregrinos, imò inter barbar[illegible] & hostes haberent. Sic. n. retaliatio iuris gentium esse cœpit, vt qui intra suos fines non paterentur ciuium iure & regnicolarum functionib. si alioquin mererentur, & essent idonei, gaudere, ipsi idẽ eadem in aliorum finib. repulsa reiicerẽtur. Et in hac causa nõ mouebo Camarinam, nec exasperabo quorundam prouincialium inuidiam, qui veriti ne extranea virtute meliores efficerentur, & ne vitia & corruptę cõsuetudines, quib. abutuntur, emendarentur, peregrinorum quotundã vitia prætextentes, bonos peregrinos & vtile Reipublicę prętextu peregrinitatis abhorrẽt, vel metuũt, ne ipsi ab officiis & administrationib. quib. indignè pręfecti sunt, ex meritis & virtute peregrina admissi, meritò à loco, quem indigni occupant, deturbentur, similes viris Sodomitis, qui cum vellent abuti ho[illegible]pitibus receptis à Loth, & Loth illos defenderet rationib. offerendo potius constuprandas proprias filias, quàm sineret vim pati hospites, illi responderunt, recede illuc. Et rursus ingressus est, inquiunt, vt aduena, nũquid vt iudices? Te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Gen. 19. vers. 9. Quamobrẽ Respublicæ, quibus aliquando per alienigenarum odium ius ci[illegible]itatis erat incõmunicabile, nunquam, vel rarò, perspecta virtute hominum peregrinorum, allophylos honorificè in ciues & regnicolas receperunt, summámq; vtilitatem præter inuidorum ciuiũ sententiam accessisse ciuitati animaduerterunt. Et certè laudabile & vtilissimum est prouinciis, ciuitatib. & regnis, nõ credere omni spiritui, non omnib. peregrini[illegible] secreta & mysteria cõmittere, mores nisi probatos cum propriis miscere: sed nihilominus nimiũ crudele & barbarum, prætextu solius externæ natiuitatis, bene meritos de Republica suspectos habere, & vt feras excludere & peregrinitatem exprobare, cũ hominũ cõiunctio nõ ex solo, sed ex sãguine humano oriatur, & ex eo sit necessitudo inter oẽs homines, l. vt vim, de iust. & iur. ff. *Vnũ hominũ genus ex eadem spiramus matre*, vt ait Pind. & docet liber Gen. à c. 1. vsq; ad 10. & 11. nec alienigena verè inter Christianos, Christianus: atq[illegible] in sacra pa[illegible]na scriptum quidem & prohibitũ cũ alieni[illegible] [illegible]en[illegible]s idololatris fœdera cõiugiorum vel societatis inire, vnde Dei cultus immutari possit, vel peruerti, sed non cum his, quibuscum de fide improbanda non agitur, qui non sunt morib. malis, qui nocere non possunt, de quibus sinistra adhuc suspicio legitimè hab[illegible]i non potest. Scitum illud Ecclesiast. ca. 8, *coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quod*

pariat. & quod Prouerb.25.*Extraneo secretum ne reueles,ne fortè insultes tibi cum audierit.* & rursum c.5.*Ne des alienis honorem tuum, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena,& gemas in nouissimis , quando consumpseris corpus tuum,& carnes tuas.* Verum & in eadem sacra pagina scriptum,*Si habitauerit aduena in terra vestra,& moratus fuerit inter vos,non exprobretis ei:sed inter vos quasi indigena,& diligetis eū quasi vosmetipsos,fuistis & vos aduenæ in terra Aegypti,& ego Dominus Deus vester.* Leuit.cap.19.v.33. &rursū Exo.22.v.21. *Aduenā nō cōstristabis , nec affliges eū,aduenæ n. fuistis in terra Aegypti.* Ezech.exprobrat populo Iudęę,c.22.v.29.quòd calūniaretur calūniam, &raperēt violēter,egenū &pauperē affligerēt,aduenā opprimerēt calūnias absq; iudicio. Terra omnib. natura cōis est,terra nō cuiusq; ppria, nō nati homines è terra vt fungi & plantę,quorum distinguimus homines terræ solo.ca.quo iure defendis,8.dist. Vana est iactantia eorum,qui se dicunt semper maiores iu aliquo loco habuisse,quasi verò terra ipsos pduxisset,vt dicitur de obscuræ psapiæ nationib.&quasi γηγενεῖς, essēt,hoc est,ante lucē nati,quo titulo vanissimè&stultissimè gloriabātur Arcades,de quib.Statius 4. Theb.

*Arcades hinc veteres,Astris lunâque priores*
*Agmina fida datis.*

Quòd certè vetū ea ἀρκάδων βλάσημα,&ex mēte Arcadici pecoris. Quid indigenæ amplius habituri sūt ex terra q incolunt, q aduenæ q eò cōmigrarunt Christiani, morib. loci viuentes vel meliorib.imbuti?Omnes nos certè peregrini verè,quis in loco nati. *Dū sumus in corpore,peregrinamur à Domino.*&, *Nostra conuersatio est in cœlis.* ad Phil. 3. c.v.20.*Peregrini sumus à Domino,& aduenæ , sicut oēs patres nostri: dies nostri sicut vmbra,& nulla est mora.*1.Paralı.c.19.v.15. Non miscebātur familię inter Iudæos, nō magis q nō cōiungebātur extraneis,nō ex contēptu,sed ad conseruandā tribū incōmixtam,ex qua oriūdus D.N. Iesus Christus.Istud ad fidem conseruandā ptinere & ad honos mores poterit,at vbi illud nō erat periculū imminēs, fecerūt fœdera amicitię nō improbata Iudęi cū Romanis gentibus,1. Machab.c.15.Sunt autem ipsi iidem qui reprobarunt fœdus cum gentibus ad consentiēdum erroribus & moribus illorum.1. Machab.c.1.

5 Itaq;nihil superbius visum est Corinthus,qui nulli vnq ius ciuitatis vel obtulerant vel donauerant,præterq Herculi &Alexandro magno,verum nec fastum eorum passus Deus,&à L. Mummio Romanorū duce ciuitas incēsa&solo æquata,Romani quoq;olim in summo beneficio ius ciuitatis habebāt,vt aitCicer.2. Philip.& sępe pretio hoc ius redimebatur multo, Actuū 22.Seneca ludo de morteClaudij.Sępe hoc ius Latinis petentib.denegatum, vt liquet ex lege Claudia Claudij Consulis,& Papia,vtque apparet ex his quæ tradit Liuius, Augustus quoque parcissimè ius ciuitatis Romanæ dedit,sed qua mente audi,ne illud vilesceret si multis concederetur,vt scribit in eius vita Suetonius.

6 Demosthenes,seu alius quispiam eius, vt dicūt,nomine,in oratione in Neæram, legem latam à populo Atheniensi scribit,ne quem facere liceret ciuē Atheniensem,nisi qui propter strenuam Atheniensi populo nauatā operam, & fortitudinē, fieri ciuis mereretur, deinde si persuasum esset populo vt daret id munus , ratū nō fiuebat esse cooptationē,nisi cōcione sequenti,viri amplius sex mille Athenięsēs,occultis suffragiis comprobasent. Iussisse eandem legē Senatores proponere capsulas & calculos dare accedenti populo , priusquam hospites ingrederentur , & præmia tollerent , vt vnusquisq; sui iuris adhuc secū ipse deliberaret,quē ciuem esset facturus : anque eo munere esset dignus is , qui acceptūrus esset. Post hæc violatarum legū actionē cuiuis Atheniensiū in eū dedisse,licuisséque ingreso in iudiciū, reuincere nō dignum esse eum munere illo.Ex lege Periclis hi soli ciues Athenienses habebātur,qui ex vtroq; parēte ciue nati essent:nec euā lex Atheniensiū permittebat ciui alienigenā vxorē accipere:vel contra mulierē ciuem extraneum, alioquin seruitutis pœna indicta cū vēditioue,vt refert Demosthenes oratione contra Neærā. Sed tēperatę fuerunt istę&similes leges,nec tā difficile fuit,vt antea ius ciuitatis, quin peregrinis pateret. Quare &largitū ius etiā nō petentib. q tamen posset illustrare ciuitatem,vel patriam cuius erant aduenę: petentib.etiā alter merentibus nō denegatum. Sic Athenienses honoris causa fecerunt ciues Eu agorā regem Cypri,Dionysium Syracusanorum & Siciliæ regem,Demetrium regem Asiæ. Plutarch.in Demetrio.

7 Apud Romanos lege Iunia item cautum fuit,teste Vlpia in fragmentis ti.3. vt si ciuē Romanum vel Latinā vxorē duxisset Latinus testatione interposita, q liberorum quærendorum causa vxorē duxerit,postea filio filiâq; nato natâve,&annículo facto,possit apud Prætorē, vel Præsidem prouinciæ causam probare,& fieri ita ciuē Romanum,tam ipsum quàm filios,filiâsve eius & vxorem,ex qua re nata quæstio de anniculo nato&mortuo,definita à Paulo in l.anniculus amittitur,32. &l.anniculus nō statim,134.de verb.sign.ff. Refert&ibid.Vlpi.quòd manumissus Latinus factus,ius Quiritium cōsequeretur beneficio principali,liberis, iterata manumissione, militia , si inter vigiles Romæ sex annis militasset ex lege Visellia,&si per tres annos iu eadem militia fuisset ex Senatusconsulto:item&nauem , si non minorem quàm decem millia modiorū nauem fabricasset , & Romam sex annis frumentum portasset,ex edicto Claudij Cæsaris.

8 Cōmunicatum&ius ciuitatis posteà certis vrbibus & nationib. ex lege, atq; certis aliis psonis ex priuilegio.A IulioCæsareCōsule lex inde Iulia dicta lata,per q sociis Romanorū vniuersaliter ius ciuitatis datum, vt ait Cicero p Balbo: & Italicis populis ius ciuitatis quoq; datum à Senatu , vt ait Florus in epitome libri 70.Liuij. Alia etiā lege Syluani&CarbonisTribunor. pleb.aliis peregrinis, q Italis,ius hoc datum,si fœderatis populis adscripti fuisset,vt Cicero ait p Archia Poeta,& iu defensione Balbi. Lege Galli,Cisalpini cū Venetis,eodē tempore Romana ciuitate donati, Strabo in 5.Ligures quoq;, Diod.in 5.&coloniæ aliæ,vt liquet ex l.1.pen.&fi.de censib.ff.li.50.ti.15.Et ex hac receptione vel adoptione in ciuem, fiebant participes cooptati munerum &honorum quibus gerendis erāt idonei,vt ciues : indéque municipes dicti, munerum participes,recepti in ciuitatem,vt munera cum ciuibus facerent,& cuiusque ciuitatis ciues. Vlpia.l.1.§.1. ad municip.li.50.ff.tit.1.Potuit &postea hoc ius ciuitatis omnibus qui ditioni Romanæ erant subiecti , l. in orbe,17.de sta.hom.&Nouel.79.Romana causa publicam continet.l.1.§.huius studij,de iust.& iur.ff.

9 Hoc ius videtur etiam regni concessum regnicolis,iure communi,non extraneis,nisi cum dispensatione , & ideò hodie Albini dicentur qui non subiiciuntur, nec confœderati , nec beneficio regnicolarum donati fuerunt.

10 In Gallia peregrinus, quamuis habitatio eius feratur in regno, tamen non vtitur conditione Gallorū originatiorum, neque potest possidere officia vel beneficia in regno vt cauetur constitutione regiaCaroli 7.10.Martij 1431. in ordinationibus post stilum Parlamenti, Rubrica ne alienigenæ vel mendicantes beneficia teneant,titul.32. Atque tum ex patria officiarij maximè creati,vt haberent notionem consuetudinum & vsus patriæ,vt dictum à principe in erectione Schechieri Normandiæ. In Hūgaria beneficia Ecclesiastica tenere nō potest extraneus,vt scribit Innoc.3. in c.honæ memoriæ.4.§.intelleximus,de postula.prælat. in aliis regnis idipsum receptum : & ratio suadet nem-

suadet, népe defectus idiomatis, ob quě nó posśit gregi debitam pstare operá. can. nullis inuitis, 61. dist. can. quoniā in plerisq; de offi. ord. l. in Ecclesiis, 11. de Episc. & cler. C. & reg. Cancell. 19. vbi ad regulam de idiomate fusè Gomesius, Bal. cons. 46. vol. 1. Barbatia. cons. 15. vol. 1. Notant interpretes, quòd si alienigena impetret beneficiū à Papa in aliis regionib. quàm suis, oō facta mētione de loco suę originis & diœcesis, gratia dicatur subreptitia, gl. fi. ad can. si pponente, 41. de rescr. & ibi Pan. p can. hortamur, 71. dist. can. te nobis, de cleri. peregrinant. quia in dubio Papa intendit vnicuiq; puidere in patria sua: nisi expressa natio impetraotis esset apposita, nam tūc expressio facit, vt diuersitas patrię oō remoretur gratiam: quis .n. pponi debeat quā sunt patriæ eius cuius est beneficiū, cęteris parib. tamē nō ideò reprobatur iure cōi collatio facta extraneo alioquin idoneo, & p tali cognito. Singulare c. ad decorē, 5. de instit. li. 3. ti. 7. vbi Innoc. 4. in hęc verba statuit. *Sicut nostris auribus est suggestum, Constantinop. Patriarcha aliarū nationū clericos spernens, Venetos tamē in Constantinop. Ecclesiis satagit collocare, non attendēs quòd in omni genere qui facit iustitiam acceptus est Deo, nec Sanctuarium Dei cōuenit iure hæreditario possidere. Quocirca mandamus quatenus moneatis eundē, vt viros literatos & alias idoneos, vndecunq; originem duxerint, in prædictis Ecclesiis, & maximè in maiori instituere non postponat, alioquin indignū se reddet, vt vos aliarū clericos nationum ad eius obedientiam cōpellatis.* Dūmodò (vt dixi) cogniti sint & probati idonei, alioquin incogniti extranei clerici, & sine cōscientia sui Epi, & pbatione suæ capacitatis & sufficiētiæ & ordinationis non sunt admittendi. can. 1. & fi. de clericis peregrinis. lib. 1. Decret. ti. 11. & can. 1. 1. 3. 4. 98. dist. Item excipe, nisi priuilegium haberet princeps ne alienigena beneficia in sua ditione, sine consensu & pmissione, possideret, qualc regi Gallorum esse refert glo. in procemio Pragmaticę sanctionis, ad verb. *exterorum*, in fine eius notationis seu Scholij, Regi Angliæ, Siciliæ, & aliis. Cum his ego mores, & temporum conditiones existimauerim considerari oportere, tum regnorum, tum populorum, quib. extranei prǽficiēdi: siquidem & placuit aliquando iustissimis rationib. non patriotam, sed extraneum præficiendum populo, atq; etiam inter Romanos aliquando non licuit cuipiam gerere administrationem Reip. in puincia cuius esset prouincialis, vel ciuis, nisi cum principis licentia, alioquin crimen habebatur sacrilegij, l. si cui io prouincia, 38. ex quib. caus. maio. li. 4. ff. ti. 6. Iulius Paul. lib. 5. sententia. tit. 12. §. 5. eò pertinet l. in cōsiliariis, 10. de assessor. li. 10. C. tit. 51. Idipsum aliquando in Gallia sancitum Regiis edictis Philippi Pulchri, ann. Dom. 1301. & Caroli 5. 1366. quorum obseruantia euanuit. Lex erat Aotonia quoque, teste Xiphilino ex Dione ... & aliquando contraria lex, vt Prætores eligerentur ex iis qui in proprium larem in ciuitate haberent, non ex aliis prouinciis, l. fi. de offi. Prætor. lib. 1. C. tit. 35. placuit & alibi, honores geri debere etiam ab inuitis in locis origiois, l. libertus, 17. §. sed eodem tempore, ad municipa. lib. 50. ff. tit. 1.

1 Prohibet itaq; lex Albanagij, ne quis extraneus, vel peregrinus beneficia vel officia Ecclesiastica, vel temporalia sub ditione principis alieni obtineat. Secūdò ne etiam extraneus admittatur ad beneficium cessionis bonorum, ne detur occasio delinquēdi, & frustrādi creditores, translatis pecuniis ab incolis corrosis ad extraneos. Sicque iudicatum Seoatus consulto Parisiensi 12. Maij 1565. Tertiò ne testari possit io Gallia extraneus de bonis suis quæ in Gallia habet vltra quinq; solidos: quamuis inter viuos possit bona quæsita per contractus alienare liberè, vel donare. Guillel. Beoedict. ad can. Raynuncius, ad verba, *Et vxorem nomine*, de testa. Boetius ad §. fi. de consuet. in consuetud. Bytur. Idipsum receptū in iure Romano, ne peregrini testari vel institui hæredes possent, obsidumq; eadem lex, sed ad fiscum hereditates illorum deferrentur. l. 1. C. de hęre. inst. l. diuus Cōmodus, & ibi gl. ad verba, *Obsidū bona*, de iur. fisc. ff. gl. ad l. obsides, de test. Testamēti nāmq; factio iuris ciuilis est, & ciuib. tantū Romanis testari pmissū. l. testamenti factio, de testa. ff. §. non tamen p omnia, quib. mod. test. infir. Extranei verò sex peregrini, iuris ciuilis, & beneficiorum eius nō sunt capaces, dicta l. 1. C. de hæred. instit. l. §. ij quibus, de leg. 3. & hoc ius antiquū seruatur, nec admittitur, Auth. oēs peregrini, com. de succ. Cod. Idem ius obtinuit apud Athenieēses, vt ait Demost. cōtra Eubulidem, Cicero oratio. p Archia Poeta, idémq; ius obtinet in Anglia, Scotia, Sicilia, Neapoli: in Imperio vniuerso Orietis ita viuētes quidem liberi in dispositione bonorum suorum habētur, morietes nequaq, exēplo libertinorum Latinorū & dedititiorum, vt liquet ex titulis de Latina liber. toll. & de dedititia liber. tollen. C. facit & l. viuos libertus, si quid in frau. patro. ff. vel exēplo deportatorū, iuxta l. deportati, de bon. proscript. C. l. neq; §. deportati, de militar. test. ff. l. si deportati, de leg. 3. Poterit & donare vxori alienigenæ & regnicolę sub reciproca vxoris donatione, vt supstes alter succedat in vsufructu etiam quamdiu vixerit: nam hæc donatio perfecta censetur, & inter viuos, non causa mortis (q̄ improbaretur in pręiudicium Albanagij) poteritq; insinuari vt valida inter cōiuges, p l. q. aūt, §. si maritus, §. si vir. de dona. inter vir. & vxo. p l. si pater puellæ, vbi notatur. de offi. test. ff. sicque in Senatu Parisiensi aliquādo 15. Nouemb. 1551. p mutua donatione valida iudicatum, etiamsi contractus fuisset alibi quàm in Gallia factus. Nō etiam valebit, si extraneus in contractu matrimonij det vxori omnia bona sua casu quo ipse decesserit sine liberis, nam habetur illa donatio omniū bonorū p testamēto, vel p donatione causa mortis, oēc hęreditas extraneis pacto dari potest, l. hæreditas. C. de pact. conoent. l. pactū dotali, C. de pact. & est pactū reprobatum, l. pa. l. fi. C. de pact. vel saltē hoc pactū habet vim donationis causa mortis. l. 1. de dona. caus. mor. Nō potest autem extraneus testari vel donare causa mortis, Bened. ad c. Rayountius, ad verba, *Et vxorem nomine*, & ita iudicatum in Senatu Parisiensi. Lex Albanagij prohibet tantū extraneis testari, non autem disponere de rebus suis inter viuos, ideò non est prohibitio odiosa extendenda ad omissa, & censentur reliqua relicta cōseruata sub iuris cōmunis dispositione, l. si verò, 64. §. de viro, sol. matr. lib. 24. ff. tit. 3. facit l. cum prætor, de iudic. ff. Reg. iur. odia, l. cum quidam, 19. de liber. & posthum.

12 Cęterū quis disponere nō possint peregrini, & bona deferantur fisco, tamen hoc fiet cum onere creditorom, quia bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, l. subsignatum, §. bona, de verbo. sign. ff. neque etiam fiscus succedit in bonis, nisi cum onere, & deductis impensis in funus defuncti iuxta eius conditionē, l. non possunt, de iure fiscal. ff. l. vn. pœnis fiscal. creditor. antefer. lib. 10. C. l. com fisco, ad Senatus. Syllan.

13 Quartò, filij ipsi extranei nati extra regnū, nec agnati extra regnum nati, quamuis habitent in regno, non succedunt ab intestato patri, vel cognato in bonis regni Galliæ: nā & ipsi sunt peregrini & alienigenæ, ideò successionis in bonis regni incapaces, vt habetur in libris Cameræ cōputorum vel rationaliū magistratuum. Notat & Molinæus in consuet. Parisien. art. 40. Ea ratione, cū legitima sit quota portio eius quis consequuturus esset ab intestato, l. omnimodo, l. si quis filium, l. si quando, C. de inofficiof. testa. §. tam autem naturales, vers. *nam qui*, de inoffi. test. apud Iustin. filij nati alibi habitant, quamuis & incolæ sint in regno, legitimam petere non possunt debitam iure naturæ in bonis regni Galliæ, peregrini, nāmque nec

ſuccedũt, nec eis ſucceditur in Galliã. Attamẽ ſi peregrini vel alienigenæ ſuſcipiant liberos in regno Galliç habitantes, ſi ibi maneant, ex integro ſuccedũt in bonis regni patrib. peregrinis, etiam non cooptatis vel naturaliſatis: quia filij peregrini non ſunt, facit quod ſcribit Ezechiel: *Aduena*, inquit, *qui acceſſerint ad vos, & genuerint filios in medio veſtrorũ, erũt vobis ſicut indigenæ*. Et ſæpe ita iudicatũ in Camera Theſauri Pariſiis, vide Papum, li. 5. Rapſo. areſt. tit. 2. Neq; hîc immorari oportet in antiquo iure ciuili Romanorũ, quo tãtum inter ciues Romanos legitimum dicebatur coniugiũ, & iuſti, liberi & legitimi, ex matrimonio iuxta ritus Romanos cõtracto, §. 1. de patr. poteſt. & §. 1 de nupt. Et Vlpia. in fragmẽtis ti. 5. de his qui in poteſtate sũt: *Cõnubiũ*, inquit, *habẽt ciues Romani, cũ ciuib. Romanis: cũ Latinis autem & peregrinis ita ſi conceſſum fuerit*. Et paulò pòſt, *Cõnubio interueniẽte liberi ſemper patrem ſequuntur, non interueniente cõnubio, matris cõditioni accedũt, excepto qui ex peregrino & ciue Romana peregrinus naſcitur. Nã lex Mẽſia, ex alterutro peregrino natum, deterioris conditionis parentẽ ſequi iubet*. Nec etiam immorandũ in lege Periclis, quç cauebat, ne aliter quis ciuis Athenięſis eſſet, quàm ſi vtroq; parente ciue Atheniẽſe natus fuiſſet. Melior .n. & ſanior, iuſtiorq; viſa eſt lex Solonis, quç quãuis vetaret paſſim donari ciuitate peregrinos, tamen excepit eos qui perpetuò à patria exularent, & cum penatibus & vniuerſa familia Athenas commigraſſent alicuius artis exercendæ gratia: alioquin & ciues origo facit. l. ciues, de incolis, & vbi quis domic. ff. l. origine, de municip. & orig. lib. 10. C. l. aſſumptio, in princip. & §. 1. ad munici. ff.

14 Quintò, non ſuccedit extraneo marito vxor etiã regnicola, in defectum aliorũ cognatorũ: quia, vt dixi, nec cognati ſeu agnati extranei, quæ iure cõmuni excludunt vxorẽ, vel coniugẽ, ſuccedũt, & fiſcus eis prçponitur, quare & prçferetur vxori, p regulam, ſi vinco vincentẽ te, à fortiori vinco te, l. de acceſſionib. de diuer. & tempo. præſcript. ſicq; tollitur vſus tituli, vnde vir & vxor. vt notat Conna. ad tit. vnde vir & vxor.

15 Sequitur inde, vt quia nec ab inteſtato, nec ex teſtamento extraneus ſeu peregrinus non habet ſucceſſores, fiſcus ſeu princeps in bonis eius, tanquam in vacantibus ſucceſſore deſtitutis, ſuccedat, excluſis ciuitatibus vel aliis. l. 1. de bonis vacant. lib. 10. C.

16 Diſpenſat autem & idem ſolus princeps, & peregrinis ius ciuitatis cõcedit, vt reſtitutionẽ nataliũ indulgebat, qua omnem maculã originis eluebat, vt antè diximus. Diſpenſationes has, literas naturaliſationis vocamus in Gallia, quibus ius Albanagij remittitur. Populus quoque olim ſuffragiis, vt dixi, apud Græcos ius ciuitatis dabat, teſte Demoſthene oratione in Neeram. Ita fiunt ciues vel regnicolæ adoptati, vel cooptati, vel allecti, vt originarij, l. ciues, 7. de inco. & vbi quis domic. habere videt. lib. 10. C. ti. 39. & fruũtur iure ciuium, vt liquet ex Marciano in l. ſed ſi accepto vſu togæ, 32. de iure fiſci, ff. li. 49. tit. 14. *Sed ſi accepto vſu toga Romana, vt ciues Romani ſemper egerint, Diui fratres procuratoribus hæreditatum reſcripſerunt, ſine dubitatione eis eorum ab obſidis conditione ſeparatam eſſe beneficio principali. Ideóque idem ius eis ſeruandum quod haberent, ſi à legitimis ciuibus Romanis initituti fuiſſent*. Meminit & Imperator Alex. in l. 3. de ſent. paſſ. & reſtit. li. 9. C. ti. 51. principem reſtituere ciuitati Romanæ, pœnam ſententiç paſſum, quam bonorum ademptio ſecuta eſſet, tamen non omnia bona ex ea reſtitutione reſtituta cenſeri, niſi quantum indulgentia datum: ciuitatem namque amittebãt vt dixi, & ius eius, deportati, qui ideò *ἀπόλιδες*, quamuis quæ iuris gentiũ ſunt retinerent. l. 1. §. hi quibus, de lega. 1. l. quidã, de pœn. ff.

## De reſcripto manus mortuæ ruſticorum.

### Cap. XXXI.

ARGVMENTVM.

1 *Ruſtici manus mortuæ qui, & de diuerſitate colonorũ.*
2 *Coloni manus mortuæ quibus comparandi.*
3 *Coloni capite cenſi.*
4 *De adſcriptitiis colonis & ſeruilis conditionis.*
5 *De colonis partim ſeruis, partim liberis.*
6 *Homines manus mortuæ quæ alienare, & in quos poſſunt.*
7 *Dominus territorij rebus poteſt ſui dominij leges imponere.* 8 *Non poſſunt manus mortuæ homines de mobilibus teſtari, niſi cum conſenſu domini.*
9 *De varia ſucceſſione hominum manus mortuæ ab inteſtato.* 10 *Quibus modis quis liberatur a ſeruili conditione manus mortuæ, & nu. 11. 12. 13.* 14 *Perſona manus mortuæ, vt eius bona, domino ſubiicitur.*

1 SVnt hodie alicubi homines qui dicuntur manus mortuæ, quib. in aliquib. more libertorum, ius imminutum cenſetur ingenuitatis, à qua conditione eximuntur à principe reſcripto: & propriè p reſtitutionẽ natalium, de quib. pauca admonere non erit alienũ. Manus mortuç homines çquiparat Ioan Faber in §. 1. de iure perſo. adſcriptitiæ cõditionis colonis. Bart. Chaſſan. refert, & cõſentit in §. 3. ad verba finalia tituli *des confiſcations*, in conſuet. Biturig. Colonorum diuerſç ſpecies traduntur & explicantur à glo. Rub. de agri. & cenſ. ti. 11. C. & à Chaſſa. ad Rub. *de mains mortes*, in conſuet. Biturig. Coloni liberi erant qui cenſum domino terræ quam colebant prçſtantes, ſibi poſſidere videbantur, originarij coloni ex adſcriptitiis, qui terræ inſeruiebant, in vtilitatẽ omnino domini, vt & ſerui, fundi cauſa parati; erant & adſcriptitij terræ ſerui quodammodo glebæ ſeu terræ cui deſtinati ſunt, l. 2. 3. 7. & 13. de agric. & cenſ. lib. 11. C. tit. 47. quamuis non ſint ſerui verè coloni adſcriptitiæ cõditionis, & ſeparentur qualitate, l. ne diutius, l. cum ſcimus de agri. & cenſ. quorum peculia dominorum terræ erant, non autem colonorum ſoluentium canonem, vt liquet ex lege Anaſtaſij, l. agricolarum, 8. de agric. & cenſit. lib. 11. C. Locus manus mortuæ facit homines ibi habitãtes eius generis: & adſcriptitij olim coloni fiebant, ſi ſcriptura promittebant expreſſè, quòd nunquam à ſolo ſeu terra recederent, iuxta l. cum ſcimus, §. 1. & l. colonos nunquam, de agricol. & cenſ. lib. 11. C.

2 Colonis glebæ deſtinatis, æquat colonos manus mortuæ Chaſſa. in d. rubrica, *de mains mortes*, n. 10. additq; tales homines manus mortuæ fieri, vel ſi habitantes in loco permittant domino loci manus mortuç tales ſe futuros, vel ſi in eo loco morentur per annum & diem, & ibi larem habeant, & prædium, iuráq; dominicalia ſoluant, vt & expreſſè cautum in §. 5. *l'homme franc*, &c. eiùs titul. idem & ſtatutum conſuetudine Niuernenſi, quo caſu liber, qui in loco ita eſt, efficit eo modo manus mortuæ ſe ipſum, & ex ſe poſtea deſcendentes eiuſdem facit conditionis, §. 6. eius tit. *de mains mortes*, ſicq; ex adſcriptitiis naſcuntur poſteà originarij, vt ex colonis adſcriptitiis etiam oriebantur originarij qui fundi eſſe dicuntur, cui redduntur. in l. originarios, 21. de agricol. & cenſit. lib. 11. C.

3 Erant coloni cenſiti, ſeu capite cenſi, qui capitis cẽſum præſtarẽt ſerui, ſeu vt nũc manus mortuæ quidã dicti ſeruilis conditionis & talliabiles, de quib. in l. cũ antea, 10. de agrico. & cenſit. C. Seruilis conditionis videbantur adſcriptitij, quamuis enim ſerui non eſſent, tamen communicabant in effectu. Sic enim ait Iuſtin. in l. ne diutius, 21. §. 4. de agric. & cenſ. C. *Quæ enim differentia inter ſeruos & adſcriptitios intelligatur, cum vterq; in domini ſui ſit poſitus poteſtate, & poſſit ſeruum cum peculio manumittere, & adſcriptitium cum terra dominio ſuo expellere?* Mancipia ruſtica dici poſſunt etiam. vt in can. nulli, 5. de reb. Eccleſ. non alienan.

4 Et quia coloni illi adſcriptitij, & ſerui ſeu mãcipia ruſtica, glebç addicti erãt, ideò nõ poterãt terrã relinquere,

quęre,& si reliquisset, poterant pquiri, & reuocari ad prædium, exẽplum serui fugitiui, in l. omnes omnino, 6. l. omnes pfugi, 8. l. cum satis 13. de agric. & censi. C. l. 1.2.3. de agric. & mancip. li. 11. C. ti. 67. Eius generis sunt etiam homines manus mortuæ, qui dicuntur, *de seruile cõdition & de poursuite*, quia perpetuò colendos agros ceperunt, vel promiserunt, iuxta l. vni. de colonis Palæstin. li. 11. ti. 50. l. vn. de colon. Thracens. eo. li. 11. 51. l. vn. de colo. Illyrica. eo. lib. 11. C. tit. 52. Manus mortuæ seruos nominat Guido Papæus dec. 312. 314. homines talliabiles: Henricus verò Bohic, ad can. requisisti, 15. de test. dixit Mortalliabiles cõditionatos adscriptinos. Arbitror aũt ego, bona tamen venia eorum qui ante me scripserũt, homines dici *de mains morts*, & non *de mains mortes*, quia huiusmodi homines sunt ratione terrę eis concessæ, addicti cõditioni seruili. Terra .n. mãsus, & vulgò *mains* dicitur, vel *meix* in cõsuet. Burg. *de mains mortes*, §. 4. cuius verba, *vng meix assis en lieu de mains mortes* ( legerem *de meix morts*) *& entre meix main mortable, est reputé de semblable cõdition que les autres mains mortables* lego (*meix mortables*) *audict lieu, s'il n'y a tiltre ou vsance au cõtraire.* Puto .n. legendum *meix mortables*, vel ita vsurpasse qui prius scripserunt cõsuetudines, quia ibi agitur de prædiis morticinij iure oneratis. Prędia aũt nõ habẽt manus, nec vlla similitudine, vt aliqua possent plãtis, manus illis dari possunt: *meix* mãsus est. Mansus verò, tantum terræ quãtũ quis cũ vno pari boum arare potest. Bart. in l. si ita, in fi. de auro & arg. legat. ff. can. 1. de censib. sic in §. si quis de manso, ti. si de inuest. feud. cõtrou. sit. li. 1. feud. ti. 4. de mãso quis inuestiturã accipere dicitur, scilicet de fundo vbi maneat, & ex quo ibid. manẽdo viuere possit cum familia: à manendo mansus, vnde & vetus formula tẽporis eius quo ferè omnia Latinè scribebantur, *de manso mortuo*, in vulgarem corruptã vocẽ transiuit, *de mains mortes*. Eodem modo in cõsuetudinibus Gallicis corruptè legitur, *biens de Poste*, vt in consuet. Burg. §. 6. titul. *de forests*, & in consuetudinibus de Lorri & aliorum: à verbo Græco bona & personæ *δεσπότη*, id est, quæ habent dominum superiorem alium quàm possessor: *δεσπότης*, quippe Græcis propriè herus, dominus respectu serui, & cuius dominio homines aliqui, aut populus, aut regio parent, vnde & bona adespota, quæ nullum dominũ habent.

5 Colonorũ horum partim seruorum, partim liberorũ conditionẽ mihi referre vidẽtur Menestæ vel Thessalęcetę, de quib. sic scribit Athenęus li. 6. Dipnosophistũ can. 7. *Archemachus 3. Euboicarũ, ij, inquit, ex Bæotis qui Arneã coluerũt, qui nõ recesserũt in Bæotiã pter amorem regionis, seipsos Thessalis in seruitutem dederunt ex stipulatione, quòd nec se extra regionem recipient, nec occidẽt, ipsique regionem illis colentes, tributa persoluũt.*

6 Homines manus mortuæ possunt alienare & vẽdere bona q̃ habẽt in loco manus mortuę, hominibus tamẽ in eodẽ loco habitantib. & q subiiciãtur eidem domino, nõ aliis liberę, seu, vt loquũtur cõsuetudines, francę cõditionis, sine cõsensu domini cuius est locus conditionis manus mortuæ, in §. 10. *L'homme de main morte*, titulo *de mains mortes*, in cõsuet. Burg. Eadẽ lex imposita colonis dominicis in l. fi. de agricolis & mãcipiis dominicis, vel fiscalib. rei publicæ vel priuatæ, li. 11. C. ti. 67. *Quoties*, inquiunt Theodos. & Valẽt. *alicui colonorum agrum priuati patrimonij nostri placuerit venundare, non vnus tantum, qui fortè consortibus eius grauis existat, sed alij duo quoque vel plures ex simili origine ac eius viuentes, in supradicta emptione socientur.* melius in l. vni. non licere habitatorib. metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. C. tit. 55.

7 Potuit .n. dominus territorij, qui fundos suos colẽdos cõcessit colonis, legẽ reb. imponere, l. in traditionib. de pact. ff. & ne liceat in aliquos, & nisi in certos transferre, vel alienare, vt l. dudum, de contrah. empt. Cod. l. filiusfam. §. diui, de legat. 1. & ibi Barth. eaq; cõditione recepti coloni, conditionati dicti, & ad culturã admissi pacti nomine, nõ naturã serui, nõ poterũt liberè disponere de reb. acceptis non aliter quàm qui in emphyteosim accipiunt, sine domini directi approbatione, l. fi. C. de iure emphy. quẽadmodum nec vassalli de feudo, titulis de prohib. alien. feud. per Fredericũ, & p Lotharium. in vsib. feud. Quare & in hoc casu etiam coloni censib. dumtaxat adscripti, annuis functionib. & debito cõditionis obnoxij, penè est vt quadam dediti seruitute videantur patronis terrarum: & sæpe cõstitutum, ne quid de peculio suo cuiquam colonorũ ignorante domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret, ne quis eorum audeat domini nomine in iudicio lacessere, & cuius ipsi sunt, eiusdẽ omnia sua esse cognoscãt. Archa. & Hon. in l. 2. in quib. caus. colo. censi. dom. accus. poss. li. 11. C. ti. 49. vna exceptio in l. 1. eius tit. si superindictis oneraret dominus cẽsitum, quo casu iudicem cõtra eũ adire potest.

8 Cæterum homines isti manus mortuæ, nõ possũt de bonis suis mobilibus vel immobilib. disponere testamento, sine licentia, vel permissione domini loci manus mortuæ, ex consuetudine Comitatus Burgundiæ, Niuernensi, & aliorum locorũ, §. 11. *de mains mortes*, in consuet. Burg. Et in hoc dicunt manus mortuæ homines discedere ab hominibus adscriptitiæ conditionis, quia adscriptitiæ conditionis testari possunt. l. si quis presbyter, 10. de Episco. & cleri. C. manus mortuæ verò homines non possunt: vnde seruis æquiparantur qui nullo modo testari possunt. §. seruus, quib. non est permiss. fac. test. l. eius, de testa. nam quòd attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, l. quod attinet, de reg. iur. ff. mihi tamen non placet illa distinctio, nam verè homines mortuæ manus non sunt serui, quamuis quoad manus seu actiones aliquas, putà detentiones seu possessiones quæ manib. & pedibus fiunt, l. 1. & 3. de acquir. poss. habeantur pro personis seruæ conditionis. Quamobrem testamenti facultas illis non prohibetur omnino vt seruis, qui nullo modo testari possunt: sed prohibetur in rebus quæ sunt manus mortuæ, propter legem loco impositam, secũdum quam in loco viuere debent: can. 1. de constitutio. in Sex. at in aliis non prohibentur. Dehinc, vt diximus, & possunt testari cum consensu patroni terræ cuius sunt clientes, quod non posset facere seruus expressione domini, quia ius publicum testandi non potest priuatorum consensu tolli, nec solemnitas eius mutari. l. testãdi, de testa. ff. Quinimò & in aliquib. seruorum iure reguntur, in aliquibus tanquam ingenui sunt ratione terræ cui addicti script, vel in qua nati sunt, pro seruis rerum habentur: in alis, pro ingenuis, qualitasq; rei possessæ seruos facere quodammodo videtur: natura, & personæ qualitate liberi, vt in l. fi. in quib. caus. colon. censiti dominos accusar. poss. lib. 11. C. tit. 49. l. vni. de colo. Thracensi. eo. lib. 11. ti. 51. Adde q de seruis dictum, quòd pro mortuis habentur, & l. q attinet, de reg. iur. at isti non serui absolutè, nec omnino pro mortuis, sed manus tantum mortuæ: sic intelligendæ Rubricę consuetudinum, quæ de seruia loquuntur locorum, maximè inter Christianos: vt illa in consuet. Niuernensi, *de seruitudes corporelles*, scilicet, de seruitio corporali, quæ reb. debetur vel pter res.

9 Successio ab intestato rursum inter huiusmodi homines varia est ex consuetudinibus, alicubi enim non possunt sibi mutuò vel inuicem succedere, nisi habeant communionem inter se bonorum, & vnà habitent, vt in consuetudine Burgundiæ, titul. *de mains mortes*, §. 10. & 17. & in Comitatu Niuernensi. Alibi, vt in Comitatu Campaniæ, genus hominum manus mortuæ, inter quos parentes, & proximi morientibus succedunt, aliud, in quo dominus seu patronus succedit in mobilibus, & immobilibus hæreditariis,

aliud, cui dominus in mobilib. tãtum succedit, aliud, cui dominus in hereditariis tantum succedit. Et proinde incumbit domino succedere volenti, cuius generis sit mortuus, ostendere.

10 Ab hac seruili conditione manus mortuę eximitur quis plurib. modis. Primũ, pręscriptione libertatis, si per quadraginta annos etiã adscriptitius remãserit in libertate nõ soluẽdi iura dominicalia manus mortuæ: nã quãuis cõsuetudines excludant pręscriptionẽ istius libertatis, tamen de triginta annorum, non de quadraginta intelligẽdæ. l. omnes, & ibi gl. Bal. & Ang. de pręscr. trigin. vel quadrag. annor. C. & in l. si quis decurio. de decur. li. 10. C. l. si quis cohortalis, C. vbi decurio. vel cohorta. Ang. & gl. in l. cum satis de agric. & censit. Chassan. ad §. 1. ad verba, *Par quelques laps de tẽps de mains mortes.* in cõsuet. Burg. Si igitur homo taliabilis seu seruæ cõditionis genuerit filium qui ignorauit patrem se adscripsisse taliabilẽ, fuerit per quadraginta annos in libertate in qua non soluerit iura nec taliam, sed pro homine franco & libero & non taliabili se gesserit, nec seruitium præstiterit, fit liber à tali cõditione, l. 2. & ibi gl. ad verba, *Bona fide*, de præscrip. lõgi tẽpor. quę pro libertate. & ibi Azo q. 3. Guido Pap. q. 306. lex tamen, cum scimus, de agric. videtur casum excipere, si pater eo tempore coluisset terram cui cum sua progenie adscriptus fuerat.

11 Secundò, si homo manus mortuæ relinquat locũ & bona, quę faciunt conditionẽ seruilem, liberatur à seruitiis & cõditione: nam non verè serui, sed in quãtum bona tenent, Ioan. Faber ad §. fi. de dona. neq. cõsuetudo taliandi vel exigendi iura dominicalia, extra territorium habitantes complectitur. Rochus de Curtè ad can. fi. de consue. Hippolytus de Marsiliis in l. fi. per illam legem n. 242. de iuris. omnium iudic. at potest redire ad bona relicta homo manus mortuæ qui aliò profectus est, intra annum, & ea recipiet: interim tamen dominus potest bonorum relictorum fructus percipere, & suos facere ex consuet. Burgund. §. fi. *de mains mortes*, vbi Chassan. videndus.

12 Tertiò, si dominus manus mortuæ remittat clienti seruitia & ius quod habet in eius bonis: vnicuiq. enim renunciare licet iurib. in sui fauorem introductis. l. si quis in conscribendo, C. de pactis. Manumissione, qui sub manu & potestate sunt liberi fiunt, & seruitutis iugo liberantur, idq; multis modis conceditur. §. 1. §. multis autem modis, de libertinis, lib. 1. Instit. l. manumissione, de instit. & iur. ff. Dehinc nihil tam naturale, quàm eo modo, aliquid solui quo colligatum fuit: c. 1. de reg. iur. apud Greg. l. nihil tam naturale, eod. tit. ff. l. 1. C. quand. liceat ab emptio. reced. & cõsensu cõtractum cõtrario cõsensu distrahi potest. Cæterum consuetudines, quæ manus mortuę iura tuentur, tradũt posse per conuentionem hominem se subiicere cõditioni manus mortuæ, vt in §. 5. *de mains mortes*, in consuetud. Burg. sicut eodem modo adscriptitius fieri poterat l. cum scimus, 22. de agric. & censit. lib. 11. C. Multò magis itaque contrario cõsensu poterit liberari, cũ fauorabiliores simus ad liberandum, quàm ad obligandum, l. Arrianus, de actio. ff. & fauorabilior ratio sit quæ facit pro libertate. l. quoties dubia, 20. de reg. iur. ff. l. lege Iulia, de manumissio. l. inter pares, de re iud. ff. libertus, eo. cum similib.

13 Quartò, si homo manus mortuæ promoueatur ad sacerdotiũ, liber efficitur à pręstationib. eius cõditionis, si modò domini habuerit consensũ: sin minus eo ignorãte talis factus, liberatur quidem, si peculiũ domino relinquat, hoc est, bona manus mortuæ, aut si non habeat vicariũ qui suo nomine domino det, c. ex antiquis, can. admittuntur. 54. dist. vide gl. fi. ad can. 2. de seruis nõ ord. Chassanę. ad §. 10. n. 54. *de mains mortes.* secundũ quasdã cõsuetudines tamen sacerdotium nõ liberat à cõditione seruili, sequemur itaq; cõstitutiones locales. Hic cõsideranda diligenter cõstitutio c. 20. si seruus sciente & non contradicente, 54. dist.

14 Quintò, quamuis originarij & adscriptitij manus mortuæ homines, non minus corpore & persona, quàm rebus, patronis vel dominis subiiciantur, sicut ait Hostiensis in summa tituli, de natis ex libero vẽtre: tamen hoc genus seruorum manumitti potest à principe, etiã inuito domino, vt Senatusconsulto Parisiẽsi pronunciatum fuit Calend. Iunijs 1571. salua tamen indemnitate dominorum, vt quando Ecclesia, collegia & alia loca manus mortuæ impetrant ius morticinij à principe, vt antea docuimus. Censuerunt autẽ Patres Senatus, dominicam indemnitatem tertia parte bonorum metiendam esse, placuitq; vt tertię partis nummaria æstimatione concessa dominis, manumissi bona integra manus mortuæ retinere possent, si vellent, 10. Kalen. Iunij 1573. iuxta rescriptum Caroli 6. regis, quo in pari quæstione taxata est patrimoniorum indemnitas, æstimatáq; triente nummarij pretij fundorum, qui manui mortuæ liberè permittuntur eo modo possidendi, anno Domini 1402. refert Rhenatus Chopinus in consuet. Andium, lib. 1. c. 37.

## De rescriptis indulgentiarum, absolutionum, & remissionum.

### Capvt XXXII.

### ARGVMENTVM.

1 *De indulgentiis peccatorum remissiuè, & de differẽtia inter indulgentiam, dispensationem & absolutionẽ.*
2 *Indulgentia, an gratia, aut iustitia, & quæ iustitia.*
3 *Episcopus absoluit à minore excommunicatione.*
4 *Casus absolutionis reseruata summo Pontifici, veluti pro iniectione manuum in clericum.*
5 *In contumacia annali non obediendi summi Pontificis delegato.* 6 *Pro falso literarum summi Põtificis.*
7 *Pro incendiariis.*
8 *Pro raptu rei Ecclesiasticæ cum effractione.*
9 *Pro electione Senatoris Romani contra prohibitionem.*
10 *Pro persecutione Cardinalium.*
11 *Pro abusu potestatis data in hæreticos.*
12 *In sex casibus Clem. 1. de priuil.*
13 *Pro casibus bulla cœnæ Domini.*
14 *Pro exinterratione mortui.*
15 *Pro transitu mendicantiũ, nõ in mendicantẽ ordinem.*
16 *Pro simonia commissa in exactione pastus pro ingressu religionis.* 17 *Pro compositis famosis libellis.*
18 *Pro additione principis laici in locum Ecclesiastici.*
19 *Pro restitutione degradati.*
20 *Absolutio petenda ab eo qui excommunicauit, exceptis quibusdam.*
21 *Omnibus rescriptis ad effectum illorum apponitur clausula absolutionis: & de efficacia eius clausula.*
22 *Rescriptum absolutionis delicti sub qua forma conceditur.* 23 *Forma seruanda delegationis dicta.*
24 *Indultum seu rescriptum absolutionis absenti dari potest, sed oportet illud ante effectum suscipi.*

1 Diximus in Institutionib. iuris Pontificij, li. 1. ti. 17. de indulgentiis generalibus à summo Pontifice, vel ab Episcopis concessis, veniam peccatorum largientibus, vt superfluum videatur iterum de illis tractare, proinde de aliis remissionibus & indulgentiis, singularibus personis, & pro certis tantum causis cõcessis agemus. Interest autem inter dispensationem & remissionem. seu absolutionem, quòd dispensatio respicit permissionem eius quod faciendum est, quod alioquin illicitè fieret: absolutio verò & remissio factũ iam illicitè condonat, & à pœna, vel censura, quæ illegitimè facientem obstringit, liberat.

2 Indulgētię & absolutiones, aut sunt de mera gratia, aut de iustitia, aut mixtæ. Ex gratia sunt illa quæ in iubilæis, & fundationib. Ecclesiarū, vel pro suo ineundo & adeundo sunt à principe spirituali, vel temporali, pro delictis quæ suæ potestatis sunt, generales abolitiones, & similia generalia indulta. Ex iustitia, veluti, quando pe[...]tur absolutio iuramenti, dolo malo aduersarij, vel alia de causa, quæ habet intercidictū iurādi, præstiti vel ext[...]ti, in quibus & habet locū causæ cognitio. Mixta ex iustitia & gratia cōponūtur. Rescriptum, seu indultum absolutionis & remissionis delicti, seu peccati fori spiritualis conceditur varijs modis. Nā diuersa delicta d[...]ertæ pœnæ, variè & diuersè: ideò absolutionū vel remissionū formulę & à diuersis, pro modo culpæ vel excōmunicationis vel damnationis petendæ, quęadmodum & excommunicationes seu pœnæ quædam inf[...]runtur à canone seu iure, vel lege, quędam à iudice: & rursus, absolutionum quædam pertinent ad forum pœnitentiale, quędā ad cōtentiosum. Absolutio fori pœnitentialis item aliquando simplici presbytero commissa, aliquando alijs maioribus, Episcopis videlicet, iuxta delictorum exigentiam assignata. Sacerdotibus datæ claues aperiendi & claudendi regnum Dei, potestas ligandi & soluendi, c. canonica, 50. & ibi gl. ad verb. *presbyter*. de sent. excom. Absolutio vel condemnatio delinquentium, non sciētiam tantum, sed potestatem præsidentium desiderat, vt dicitur in princ. 20. dist.

3 Absoluit à minore excōmunicatione à [...]re irrogata, q̄ quis incurrit participando vel loquendo cū excōmunicatis, proprius Episcopus vel Curio, vel qui habet ab illis potestatem, vel à sum. Pont. idipsum de alijs excōmunicationibus à iure latis, nisi cōditor canonis penes se absolutionem reseruauerit, vel alicui alij specialiter dederit, ca. nuper, §. in secunda, & ibi Inno. & Hostiens. de sent. excom. tractant Theologi li. 3. sent. dist. 4 ... singular. Bonauent. & D. Tho.

4 Cāsus porrò aliqui sunt reseruati absolutioni summus sum. Pont. in quib. rescriptum eius exigitur, vt cōcil. Trid. sessio. 14. c. ... quemadmodum primo loco, pro iniectione violentæ manus in cleri[...]um, seu personam Ecclesiasticam, c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. ca. nō dubium, ca. veniens, ca. ad eminentiam, ca. de monialibus, can. cum illorum, de sent. excom. apud Greg. c. religioso, eo. tit. in 6. nisi hoc admissum sit corrigendo, ca. cum voluntati, eo. tit. vel iocando, c. 1. eo. tit. vel se defendendo, gl. ad princ[...]um l. 3. q. ... ad verb. *bacilnus*. Pan. ad c. olim, 1. de rest. spol. vel d[...]fendendo res suas, ca. dilecto, de sent. excom. in 6. aut si quis percusserit personam Ecclesiasticam inuentam fornicantem cum vxore, matre, filia, aut sorore peteuentis, can. si verò, in 1. §. pen. de sent. excom. nam & le[...] ciuilis hunc permittit sit facto deprehensum necare, l. quod ait lex, 23. §. fi. & l. sequen. ad l. Iul. de adult. & quamuis peccet grauiter qui ita in actu deprehensum necauit, tamen non est excommunicatus, d. c. si verò, de sent. excom. nec qui percusserit quem ignorabat clericum, vel in habitu laicali existentem, vel actum facientem quo amitteret priuilegium clericale, vt videbis apud Angelum de Clauasio in summa, in verbo, *excommunicatio* 5. Sunt tamen casus, in quibus alij, quàm summo Pontifici, canon. permisit absolutionem à manuum in clericos iniectione, vt docet idem in prædicto loco, ex iurib. anteà citatis in monialibus & monachis se mutuò percutientibus, qui possunt absolui à propriis Prælatis seu Abbatibus. Posset & in alijs in articulo, vt dicunt. mortis, seu sub mortis tempus, recutri ad Episcopum, d. c. si quis suadente, ca. non dubium, ca. ea noscitur, §. fi. & c. quod de his, de sent. excom. vel si quis legitimo impedimento prohiberetur adire summum Pontificem, vel alium, qui absoluere potest, 4. c. quod de his, &c. de cetero, de sent. excom. c. mulieres, §. 1. & c. relatum, eo. tit. c. eos, eo. tit. in 6.

5 Secūdò, adeundus summus Pontifex pro obtinēda absolutione eius qui perstitit per an[...]um in obedientia in obtemperandi legato summi Pontificis, c. quæ rentis, de offi. deleg.

6 Tertiò, pro remittendo crimine falsi commissi in literis principis seu summi Pontificis, c. ad falsariorum, 7. de c[...]m. fals. lib. 5. tit. 20.

7 Quartò, pro incēdiarijs publicat[...] in Ecclesia excōmunicatis, c. tua nos, 19. de sent. excō. c. pessima, 23. q. fi

8 Quintò, pro absolutione eorum qui cum effractione Ecclesiæ bona rapuerunt, & sacrilegium commiserunt cum violentia, c. conquesti, de sent. excom. c. canonica, 11. q. 3. & ca. omnes Ecclesiæ, 17. q. 4. auget delictum effractio & vis, l. 1. de furib. balnear. lib. 47. ff. ti. 17. l. 1. §. 1. & fi. de effractor. cod. lib. ff. tit. 18. l. nā & salutem, 3. § effractutæ, de offi. præfect. vigil. lib. 1. ff. tit. 15.

9 Sextò, excommunicantur in c. fundamenta, 17. de elec. in 6. qui elegerint in Senatorem vrbis Romę Imperatorē, regē, aut principem, quiue ad imperium vrbis electi tales fuerunt, aut alterius conditionis quoq; ritè el[...], qui vltra anoū potestatem sibi concessam prorogauer[...] & [...]cetur ne ab hac excōmunicatione absolui ab alio quàm à sum. Pont. vel de eius licentia petita & obtēta, præterq; in mortis articulo, possint:

10 Septimò, idipsum dicitur in c. fœlicis, de pœn. in 6. in persequentibus concludentibusque Cardinales, vel de occidentibus vltra pœnas in huiusmodi homines constitutas: idem in concludentibus, verberantibus, occidentibus Episcopo[...], & fautoribus eorum. in Clem. 1. de pœn[...], apud Clem.

11 Octauò, eadē statuta in his qui contra hæreticos potestate accepta [...]butuntur, & vexant innocētes, vel sōtes liberāt & ab[...]tuūt, vltra pœnas p modo admissis quoque imponendas, c. 1. §. verum, de hæret. in Clem.

12 Nonò in Clem. de priuilegiis, apud Clem. ponuntur quoq[...] casus in quib. religiosi excommunicantur, & absolutio Papæ reseruatur, si clericis vel laicis sacramentū extremę Vnctionis vel Eucharistię administrēt; si matrimonia solēnizent, nō habita super his pre. byteri Parochialis licētia, si excommunicatos à canone, præterq; à casib. à iure expressis, vel p priuilegia sedis Apostolicę cōcessis eidē, vel à sententiis per statuta prouincialia, aut synodalia promulgatis, seu (vt vulgò dicitur) quamq; à pœna & culpa absoluere p̄sūpserint:

13 Decimò, addere possumus casus pro quib. imponuntur excommunicationes in bullis publicatis Romæ in cœna Domini.

14 Vndecimò, adire debent sedem Apostolicā ad indulgentiam consequendam, qui mortuos exenterāt; & carnes concoquunt, vt ossa separent, & aliò sepelienda transferunt. in Extrau. Bonifacij 8. c. vni. de sepult. id Extrauag. communi.

15 Duodecimò, monachi mendicātes transeuntes ad religionem aliam non mendicantium, & eorum receptores, sunt excommunicati, à sede Apostolica, à qua tantum, non ab alio, præterquàm in mortis articulo, absolui possunt, cano. 1. de regular. & transeunt. ad religio. in Extrauag. communib.

16 Decimotertiò ex bulla Vrbani 4. in c. 1. de simon. in Extrauag. commun. exigentes pastus vel iocalia, vel dantes pro religionis ingressu, si sunt singulares personæ excommunicationis, si commentus vel capitulū suspensionis, sententias ipso facto incurrunt, cuius vtriusque vinculi absolutio soli Papæ reseruatur.

17 Decimoquartò, qui composuerint famosos libellos, vel rithmos seu versus, vel aliud egerint contra mendicantes minores, vel ordinis Prædicatorij monachos, incurrunt excommunicationis sententiam, à quo non possunt, nisi à sum. Pont. absolui. Citatur Extrauag. Alex. 4. incipiens, *Ex Alto*, de priuilegiis.

18 Decimoquintò, presbytero, diacono, Epō, excom-

municato spes reconciliationis adimitur, si de eo negotio aures principis inquietare ausus fuerit, c.5. si quis Episcopus,11.q.5.c.27.si quis Episcopus,23.q.8.

19 Decimosextò, restitutio seu rehabilitatio exauthorati, seu degradati, si fiat, summam habet gratiã, quia exauthoratio non fit nisi pro atrocioribus & capitalibus criminib. ob quę reus ordinibus, gradu & dignitate depositus, exutus omni priuilegio clericali, curiæ seculari & animaduersioni eius dimittitur, cui omnib. vitæ suæ diebus inseruiat sine vlla spe restitutionis, c. statuimus, 1.q.1. c.veritatis, 8. de dolo, vt depositus in eo statu vili, ad quem deiicitur remanere debeat. ca. Euphemium, 2.q.3. nisi ex rara summi Pontificis gratia restituatur, sicut & in simoniaco, in c.de regularib. 25.c.quoniam, 40. de simo. in homicida, c.ad audientiam, de homic. in incestuoso, & similib. c.veritatis, de dol. & contu.

20 Omittam cæteros casus pro quibus summ. Pont. adeundus est, rescriptáq; gratiæ ab illo sunt impetrãda: occurrunt.n. & à Sũmistis colliguntur, admonẽdo tantũ, petendam esse absolutionem sententiæ excommunicationis latæ ab homine seu iudice, ab eodẽ qui tulit. Regulare námq; illud est, vt qui possit condemnare, possit absoluere, c.si Petrus, 24.qn.1.c.inferior, 21. dist.c.verbum, de pœnit. dist.1.l.qui condemnare, de re iud.l.nemo, de reg.iur. exceptis quibusdam, in quibus pro soluenda excommunicatione à minori iudice lata, adeundus est sum. Pont. vt si excõmunicatus quis fuerit à delegato summi Pont. ob cõtumaciam obtẽperandi, & remanserit per annum in excommunicatione, c.quærenti, de offi.deleg. vel si sententia excommunicationis lata ab inferiore iudice, fuerit cõfirmata à sum. Pont. ex certa scientia, c.ex frequentibus, de institutionib. aut si inferior ex mandato summi Pont. excõmunicauerit aliquẽ sine causę cognitione: tãquã enim nudus minister nõ potest absoluere, arg.c.super quæstionum, & c.fi. de offi.deleg. contrariũ tamen dicendum, si Papa mandasset vnà cũ potestate excõmunicandi causæ cognitionem. d.c.verbũ, de pœnit. dist.1.

21 Solet in summa etiam omnib. rescriptorum impetrationib. clausula absolutionis apponi, ne illorũ effectus vllo modo retardetur, siue sint rescripta ad beneficia vacantia, siue vacatura, vt ad mandata, siue priuilegia, siue alterius generis dispẽsationes & gratię: quia alioquin sine absolutione rescripta, cuiuscunq; sint generis, ab excommunicatis impetrata nulla essent, c.1.de rescr. in 6. c. postulante, de cler. excom. ministrant. Formula porrò huius ordinariæ formulę hæc est: *Téque à quibusuis excommunicationis, suspẽsionis interdictis aliisque Ecclesiasticis censuris & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum dũtaxat consequendum, harum serie, absoluentes & absolutum fore censentes*, &c. Quæ clausula absolutionis generalis ad effectum impetrationis rescriptorum tãtum, quib. inseritur, pertinet, nec aliò trahenda: neq; actus agẽtium operantur vltra illorum intentionem, l.eius qui in prouincia, de reb.creditor.ff. proinde si is qui impetrauit rescriptum, graui aliquo vel execrabili scelere implicitus sit, nõ censetur per illam generalem clausulam habilis factus, vel absolutus: vt si hęreticus, iuxta can.excommunicamus, §.credentes, de hæret. si falsarius, vel aliorum grauiorum criminum reus, neque etiam per eandem clausulam generalem absolutionis interdictus seu excommunicatus liberatur à satisfactione seu damni tertij. Itaque suspensi indigent absolutione Episcopi. cum de satisfactione dubitari possit, nisi suspensio fuerit ad tempus, putà ad mensem, vel duos, vel plures, vt not. Innoc. ad can. cum bonæ, de ætat. & qualit. Glo. porro ad Clem. vnicam, ad verbum *donec*, de decim. *Satis* (inquit) *credere, quòd sufficit iudicis declaratio super satisfactione, sine alia absolutione*: in excommunicatis verò necessaria est absolutio post satisfactionem, vt liquet ex d.Cle.vnic. in fi. de deci. glo. in Clem. fi. ad verb. *donec*, de censib. quamquam de censib. in sex.

22 Rescriptum seu indultum absolutionis & remissionis delicti, conceditur aliquando per literas clausas, & omninò secretas, quæ sine corruptione ipsarum aperiri nequeunt in execrabilib. delictis, sub sigillo pœnitentiariæ ceteæ rubeæ, in quo expressa est imago beatissimæ virginis Mariæ: & in eo continetur supplicatio, narratio criminis abominandi, quod taceri, nõ publicari debeat, veluti homicidij, proditorij, incestus cum matre aut filia vel sorore, Sodomiæ, vel alterius. Hoc tamen rescripto clauso sum. Pont. non absoluit quidem impetrantem, sed delegat absolutionẽ Epo, vel alteri iudici delegato, vt audito supplicãte in confessione pœnitẽtiali in casu exposito, si inueniat eũ contritũ, & pœnitentẽ, pœnitentia digna absolutione absoluat, mandatúrq; insuper delegato, vt postq̃ absoluerit dictũ pœnitentem, laceret & frãgat prędictas literas seu bullam, vt memoria eius delicti pereat, eáq; lege ne illa absolutio ꝓsit ei in foro fori, cui Papa nullum adferri vult præiudiciũ: id est, sine ꝑiudicio pœnæ q̃ delicto iudices laici imponere possunt, si de eo certi facti fuerint. vt in Cle.1. verum, de hære. Additur & clausula, vt si contigerit confessione & absolutione facta, statim non lacerari prędictas literas, aut disrumpi bullam vel rescriptum huiusmodi, absolutio nulla sit, & nullius effectus, & ita remanet oneratus delicto impetrans.

23 Quando enim absolutio delegata est ab homine facienda sub certa forma, non valeat absolutio, nisi forma seruetur. c.fin. cum ibi not. de pręb. c.prudentiam, de offi.deleg.

24 Absolutionis indultum seu rescriptum, absenti dari potest, vt in c.quãto, 1.q.4. cũ clausula, *si de peccato vel inobedientia egerit pœnitentiã*. Et ibid. gl. ad verbũ, *epistolã*, notat, posse aliquẽ absolui p literas & excõmunicari. vt in c accusatũ, de simo c.de manifesta, 2.q.1. Et si is, cuius gratia impetratæ literæ, moreretur anteq̃ literæ ad ipsum peruenissent, absoluendus esset post mortẽ: si ante mortẽ pœnitentiæ signa euidẽtia ostẽderit, & morte præuentus ante absolutionem sit e. à nobis est sæpe quæsitum, 28. de sent. excom. facit c.sanè ꝑfertur, 24.q.2. Tunc autem censetur absolutus vel excommunicatus aliquis per literas, quando ad illum literæ peruenerint, arg. c.super eo, de appell. c.legis, 4.dist.c.quisquis, 4.q.5. quemadmodũ & sententia ab eo tẽpore ligat, cano. biduum, 2.q.6. at sine literis excommunicatus, etiamsi ignoret, quia excommunicatio trahit secum executionem. c.pastoralis, de capell. si modò ea sit pura, non conditionalis, verumtamen non punitur, si anteq̃ sciuerit se ingerat cõmunicationi hominum: c.illud, de clerico excom. ministrãte. error.n. facti nemini nocet, 2.l.error, 8.l.regula, 9.de iuris & facti ignorãt. vide titulum de excom. non vitan. in Concor. Quia igitur excõmunicatus per literas cẽsetur statim atq; literas acceperit, si literæ causæ cognitionẽ nõ habẽt: multò magis per literas absolutus statim cẽsebitur, atq; literas acceperit, quia prõptiores sumus ad liberandũ q̃ ad obligandum, l.Arrianus, de actio. & absens damnari iure ciuili quidem nõ potest, absolui autem potest, l.absentem, de pœn.ff.l.absentem, C.de accus.l.seruum, §.publicè, de procuratorib. ff. imò & absens per procuratorem absolui poterit, iuxta Ioan. And. ad ca. qui ad agendum, de procur. in 6. Archid. in c.eos qui, de sent. excom. in 6. Speculator ti. de procur. maxime quando iusta causa subest, non aliter. c.cum desideres, & ibi Innoc. de sent. excomm.

## De indultis & venialibus codicillis, seu gratiis impetratis à principe.

CAPVT

## Capvt XXXIII.

### Argvmentvm.

1 *Venalia rescripta delicta impetrantur à Principe.*
2 *Sũt delicta quæ mortẽ habẽt pro pœna, vt parricidia.*
3 *Raptus sanctimonialium, & attentatio.*
4 *Diuinationes & similia alia.*
5 *Princeps ex aliqua causa monetur ad remittendam pœnam delicti.*
6 *Pro quibus pœnis rescripta venalia impetrentur.*
7 *De forma expeditionis literarum venalium, vel remissionum.* 8 *Solus princeps reuocat exules.*
9 *Sententiam passis per solum principem datur restitutio, & quantum accedat restitutio indulgentia.*
10 *Irregularitas quibus casibus iure Pontificio incurritur ipso facto.*
11 *In homicidio casuali quis dispensat: ibiq; alij casus in quibus solus sum. Pont. dispensat in irregularitate.*
12 *Infamiã vterq; princeps potest restituere in integrum.*
13 *Actus contra legem exigit dispensationem ab eo qui supra legem est.*
14 *Restituuntur ex causa maiores & minores.*
15 *Minores facilius.*
16 *Sunt casus in quibus restitutio in integrum non potest fieri ab alio quam à sum. Pont. vel principe.*

1 IMpetrantur à principe seculari rescripta, quibus remittuntur vel mitigantur pœnæ, & supplicia, quę à legibus, vel consuetudinibus, vel statutis imponuntur, idque vel ante sententiam condemnationis, vel post, l. diui fratres, 27. de pœn. in ff. l. si quis filio, 6. §. quid tamen, de iniusto rup. lib. 28. ff. tit. 3.

2 Casus sunt delictorum, qui desiderant pœnam mortis iure communi, vt qui percusserit patrem, vel matrem, morte moriatur. Exod. 21. tit. de parricid. ff. & Co. *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Leuit. 2. Prouerbior. 20. Similisque pœna ei imposita, etiam qui emerit venenum vt patri exhibeat, §. alia, de publ. iud. l. 1. ad legem Pompe. de parric.

3 Qui tentauerit rapere sanctimonialem, morte damnatur, l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cler. §. si quis rapuerit, de sanctiss. episc. in auth. in aliarum virginum raptu idem l. vnic. de rapt. virg.

4 Comburuntur Mathematici, & Aruspices, l. 4. l. exceptis, de malefi. & Math. C. mori debent & plagiarij liberorũ hominum, l. fi. C. de plagiat. falsam monetã cudẽtes, l. pen. C. de fals. monet. adde his alios casus mortis & grauiorum pœnarum, in quib. princeps dispensat, vel indulgentia speciali, vel abolitione generali, l. abolitio, 8. cum 1. sequenti. & l. si interueniente, ad Senatusc. Turpil. vt docui li. 36. Syntag. iur. c. 21. vbi multa de his, idq; ex causa, vel absolutè ex mera gratia: ex causa, propter aliquas circunstantias, quib. minuitur ex parte, non in totum crimen, & pœna cõstituta extenuatur, vt si casu quis hominem necauerit, l. si ex plagis, §. 1. & fi. ad legem Aquil. l. eum qui, 5. C. ad leg. Corn. de sicar. si in rixa, iuxta dist. l. qui cum natu maior, 24. §. idem puto, de bonis liberto. si se defendẽdo, l. 1. §. 1. ad legem Corn. de sicar. si per vinum aut lasciuiam quis peccauerit, l. omne delictum, 6. §. per vinum, de re iud. ff. sic de simili.

5 Ex aliqua causa princeps monetur ad remittendã pœnam, vt si homicidia vel alia commissa delicta, excusentur à lege, aliquo interueniente negotio à iure permisso: vt dum permittitur homicidiũ adulteri cõperti, cum vxore vel filia, l. Gracchus, 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. marito, 24. eo. ti. in ff. si magistratui resistens occidatur, l. quemadmodum, 39. ad leg. Aquil. excusat & infantẽ, & furiosum, alium occidentẽ, l. si furiosus. 12. ad leg. Corn. de sicar. si in collatione, vel certamine virtutis causa quispiam occauerit alium, l. qua actione, 7. §. si in colluctatione, ad leg. Aquil. ff. si crimẽ non fuerit accusatũ p viginti annos, l. querela, ad l. Cor. de fals. C. solet & princeps ob artificiũ singulare damnati ad mortem, pœnam remittere, l. ad vestrãs, de pœn. ff.

6 Impetrantur codicilli venales, & rescripta gratiæ à principib. laicis, maximè in Gallia, pro omnib. criminib. in quib. imponẽda, vel imposita est sentẽtia pœnæ vltimi supplicij, vt dictum edicto regio Frãcisci 1. ann. 1539. art. 170. non valere impetratas literas de aliis pœnis, putà exilij temporalis, relegationis, vel honorariæ (vt dicunt) multæ. Interdixit & art. 172. nomotheris seu sacrorum sigillorum custodib. ne pro aliis criminibus indulgentias concessas subscriberent, vel signarent, q̃ merentibus pœnam corporalẽ, atque iudicib. ne alias quàm pro illis admitterent, seu (vt dicunt) interinatẽt.

7 Dantur à principe nomine duplici venię rescripta, aliqua ita dicuntur remissiones quib. & infamia & pœna remittuntur, quæ dantur committentibus delictũ & sigillantur viridi cera, laqueis sericeis, sigillo appẽso, cum data anni & mensis tantum, sine data diei: alia dicuntur indulgentiæ, vocant Galli, *Pardons*, quæ nõ dantur delinquentibus quidem, sed iis qui adfuerunt cum delictum committeretur, vel qui iuuarunt delinquentes, quæ sigillantur tanquam literæ iustitiæ, cera crocea, addito die, mense, & anno datæ.

8 Concedit solus princeps literas reuocationis exulis, restitutionis in integrum contra sententias capitales aduersus præsentes latas, de quibus in l. generalis, C. de sent. passis. & in l. fi. C. de abolit. d. l. ad bestias, 31. de pœ. ff. l. 1. §. fi. de quæst. ff. lib. 48. tit. 18.

9 Et in criminalibus, & in ciuilibus fit restitutio per principem. In sententiam passis datur restitutio interdum plenissima, cum dicitur, *Restituo te in integrum prouincia tua*, per quæ verba honoribus, ordini, & omnibus cæteris, quæ quis habebat ante cõdemnationem, cẽsetur restitutus, vel redditus, l. 1. C. de sent. pass. & resti. lib. 9. tit. 51. tantũmq; ad restitutionẽ indulgentia valet, quantum ad correctionem sententia valuit, l. in quæstione testamenti. 13. eo. ti. de sent. pass. aliter enim non esset integrum restituere, sed ad partem: quare plena est redditio & rerũ & iurium, si absolutè fiat sine vlla definitione ad quid restituatur. & si psonæ specialiter nũ cõcedatur, hæc omnia requirũtur. d. l. 2. & fi. de sent. pass. li. 1. eo. tit. ff. cũ autẽ, versic. sed si ex indulgẽtia, quib. mod. ius pat. potest. sol. l. si in princeps, 23. l. plus est, l. verbum reddendi, & l. restituere, 35. de verb. sign. l. 2. de bon. vacanti. li. 10. C. Alioquin si definita sit specialis gratia, seu indulgentia, vel restitutio, & ad certa relata, nõ omniũ cẽsetur, facta, l. 2. & l. in insulam, 6. C. de sent. pass. & restit. l. 1. eo. ti. in ff. neque etiam generalis indulgentia vel abolitio omnib. criminis certi reis concessa, ad omnia quæ ante damnationem erant, restituit, sed tantum pœnæ gratiam facit, & reditus in patriam, l. tutor, l. si ademptis, l. generalis, C. de sent. pass. lib. 4. de bonor. proscripto.

10 Sunt casus in iure Põtificio, in quibus quis ex facto aliquo incurrit irregularitatem, & ab officio & ministerio Ecclesiastico exuitur, vel suspẽditur, donec restituatur in integrũ à summ. Pont. vel alio potestatem habente, tollatur irregularitas: vocãt rehabilitationẽ, vel dispensationẽ irregularitatis, seu gratiã, veluti is cuius ex illicito facto homicidium fit, irregularis fit, c. suscepimus, 10. de homic. interdum & qui alio modo cum culpa, multò magis qui proditoriè & sponte. Dicunt autem doctores ad ca. sicut dignum, de homic. contra glossam, quòd solus Papa possit cum homicida volũtario dispẽsare, Pan. in ca. ego, de iureiu. nemo quoq; inferior etiã cũ occulto, c. fi. de tempor. ord. niũ omninò esset occultum homicidium, & pœnitentiam egerit, eò quòd Ecclesiæ non sit obnoxius, quia peccatum occultum; ca. Christiana, 32. q. 5. nec etiã obnoxius Deo, cui per pœnitentiam satisfecit, vt tenet Vincentius: & ideò celebrare hic potest, & vti ordinibus sine alia dispensatione, & in hoc concordant cũ Vincentio Ioan. & Lau. si modò habuerit dispensatio-

nem ab Episcopo propter conscientiam, iunge Pan. ad c.ex tenore, de tempor.ordi.

11 In homicidio casuali, dispensat tantum Eps irregularitati pro minorib. ordinib. nō pro maioribus, & sacris, pro quib. adeundus sum.Pont.c.cōtinebatur, & c.ad audientiā, de homic.in irregularitate eius qui acceperit ordines, dum esset in excommunicatione minori, inferior à sum. Pont. non dispensat, c.cum illorum, 31.de sent.excom. quemadmodum remittit solus Pōtifex irregularitatem quā incurrerit aliquis suscipiēdo furtiuè ordines, vel maiores vno die.c.1.in fi.& c.seq.de eo qui furtiuè ordines suscep.& ibi Io.Andr. & Pan. Item irregularis factus, quòd fuerit ordinatus ab Epō excōmunicato scienter, absolui potest à solo sum.Pont.quamuis si ignotanter posset ab Epo, c.2.de ordinatis ab Episcopo qui resignauit Episcopatum. Omittā exempla affinia irregularitatis, quā restituere in integrū potest sum.Pontifex, eò q sit ex pœnis iuris positiui, cōtra q dispēsat, c.proposuit, de concessio. preb. & cū principi cōcessa sit potestas interpretādi inter ius & ęquitatē nō scriptā, l.1. C.de legib. Quoad simoniam Papa quoq; solus rehabilitat, c.de simoniaco, de simo.gl. ad §.simoniace, ad verb. *perpetuò*. de elect.in Pragmat.sanct.neque etiā absolutus à simonia statim erit habilis ad tenēdum beneficia, nisi rehabilitetur §.1.de elec.deroga.in Conc.& ibi gl.Rebuff.ad ver.*rehabilitationibus*, vbi & notat exigi quoque rehabilitationē, priusq̄ etiā, absolutus à crimine, ex quo irregularitatē incurrit, possit habere exercitiū ordinū.

12 Ab infamia quoque vterq; princeps, qui nō recognoscat superiorem, per restitutionem in integrum eximit, & inhabilem habilē facit ad alioquin prohibita.vt Vlpia. tradit in l.1.§. de qua autem restitutione, de postulan.li.3.ff.ti.1.& in Nou.22.de nuptiis, §.si verò ex prioribus, c.22. Statuit Imperator mulierem cōnolantem ad secundas nuptias, intra annum luctus, infamem esse, maximè si habeat liberos: at licere pro infamia principi supplicare. Abolet infamiā clericorū & eis restituit famam, vel etiam laicis, si quando agatur de reb.Ecclesiastici fori, sum.Pont.c.si quem, §.notandū, 1.q.3.c.cū te, 23. de sent.excom.ca.pe.& fi.de secun. nup. Infamiam autem alioquin laici abolere non potest, vel non debet, quia non est sui fori, c.Euphemium, §.hîc colligitur, 2.q.3.nisi subiiceretur potestati temporali Ecclesiæ, cano.per venerabilem, qui filij sint legit.

13 Subinde, quando iure ciuili aliquo actus sustinetur, attamen ex æquitate æquum est subueniri alicui in eo actu, necessaria est eius principis authoritas, qui potest legē tēperare: alius enim huic negotio impar, nisi & ab habēte potestatē restitutionis in integrū habeat ius, l.1.C.de legib. Quòd si iure actus nullus est, nulla restitutione opus est, l.si quidem, 11.de prædiis & aliis reb.minor.lib.5.C.ti.71.restitutio enim, via est, per quā iter fit ad petendum auxilium, quod, nō impetrata in integrū restitutione, denegatur, Paul.l.exceptiones, 7.circa finem, de exceptio.nec datur restitutionis auxilium quod est extraordinarium, nisi deficiēte ordinario & cōmuni, l.& eleganter, 7.l.quòd si minor, 25.§.fi.l.in causę, 1-.de minorib. ff.l. cum sine beneficio Prętoris, 11.de Carbonia. edict.ff. frustrà enim precibus impetratur, quod iure communi conceditur: l.1.de thesaur.lib.10. C.tit.15.l.1.ad municip. ff sic differunt vti beneficio restitutionis, aut iure communi, cap.2.de in integrum restit.in sex.

14 Restituūtur ex causa maiores & minores 25.ann. Maiores circūuenti, decepti, læsi, dolo, metu, toto ti.de his quę vi metúsve causa fiunt. impressione maioris potestatis, l.si p impressionē, 11.eo.ti.C. Extant casus restitutionis maiorum in pluribus titulis, maximè tit.ff. ex quib.caus.maiores in integr.rest.& in Cod.quib.ex caus.maiores, &c.lib.2.ti.54. de rest.militum, eo.li.2.ti. 51.& similes. Sum.Pont.restitutionib. quoq; subuenit Ecclesiis læsis propter negligentiam procuratoris, c.2.& 3.de in integrum rest. li. 1.ti.41. & in causis matrimonij contra sententiam diuortij, restituit mulierem ex causa, c.ex literis, 4.eo.tit.

15 Minorib. quoq; plurib. ex causis & facilius quàm maiorib. conceditur restitutio in integrum, contra ea quæ perperam, vel non ex re sua ex infirmitate cōsilij gesserint, vel contraxerint, vt liquet ex l.1.& seq. tit.de minorib.25.annis.veluti in c.constitutus, 8.de in integ. restit. & si minor reuciatur à petitione euictionis, q litē authori nō denūciauerit, l.3.in quib.caus.in integ. restit. nō est nec.C.si deceptus fuerit fideiubendo vel adeūdo hæreditatem dānosam, l.ait Pretor, 7.§.non solum, & §.sed si hęreditatem, de minor. 25.ann. si minor, vel curator eius filiæ constituerit dotem supra vires hæreditatis, quam reduci & definiri petat, iuxta matrimonij veram quantitatem & facultatem, l.siue generalis curator, 62.de iure dot.ff.si sub pœna compromiserit, l.si minor.3..de minor.ff.si malè litem prosecutus, l.si minor, 37. eo.ti.Sunt & similes alij plures casus, in quibus aliquando iudex potestatem restituēdi habens, subuenire minoribus potest iure communi: quamquam in Gallia princeps sibi & suæ Cancellariæ literas, & rescripta restitutionis reseruauerit, quibus permittit iudicibus, causa cognita, de restitutionis auxilio statuere.

16 Sunt & iure ciuili casus, in quib. restitutio in integrum non à magistratib. sed à principe petenda est, vt si minor se petat restitui aduersus datam libertatē, l.si ex causa, 10.fi.& l.nisi, 11.l.verum, 12.de minorib.25.an.l.2.si aduers.liber.C.si miles, propter simplicitatem armarę militię ex ignorātia, iuris allegationes cōpetētes omiserit, & reuerti ante solutionē ad eas velit, l.1.de iuris & facti igno.C.idem in rustico, l.9.§.3.eo.ti.ff.

## De rescriptis iustitiæ, & primò circa matrimonium.

### Capvt XXIV.

### Argvmentvm.

1 *Rescriptorum iustitia diuisio.*
2 *De rescripto dispensationis Imperatoris contra illegitima matrimonia.*
3 *Pro gradibus prohibitis rescriptum impetratur à summo Pontifice.*
4 *Illud autem vel cum causa, vel sine causa legitima.*
5 *Dispensatio ad matrimonium contrahendum regularibus in forma breui.*
6 *Tolerantia matrimonij illegitimè contracti per dispensationem.*

1 POstquā quędam rescripta in medium producta sunt gratiæ, quæ possint ad similia viam docere, pauca etiam de rescriptis iustitiæ adferre non inutile fuerit; quæ notauimus facilioris explanationis causa diuidi in commissiones seu delegationes, & breuia, & rescripta alia quàm gratiæ.

2 Iustitiæ rescriptum circa matrimonia locū habere potest, quod & aliquando cōcessum ab Imperatorib. qui illicita matrimonia ex legitimis cōstitutionib. permittebāt, & licita faciebāt, & contra prohibitionē dispensarent vt in l.si Senatori indulgentia principis, & l.qui in prouincia, §.1.de rit.nup.l.pe.de inter.matr. inter pupil.& tut.&c.li.5. C.tit.6.Petebātur nuptię ex rescr.in l.1.C.si nuptiæ ex resct. pet.li.5.C.ti.8. permittebātq; princeps exceptis incestuosis, quæ nec rescripto, veluti eo subreptitio existēte, concessæ valebant, quásq; velut sacrilegas dānarunt principes, in l.fi.de incestis & inut.nup.C.li.5.ti.5.l.fi.si nup.ex rescr.pet.C. Porrò quæ ad prohibitionem ciuilem in matrimonio ptinēt, tribuūt potestatē dispensandi in sūma, principi laico, quæ verò ad canonicā, principi Ecclesiastico.

3 Impetratur

3 Impetratur hodie tamẽ necessariò in dispensatione matrimonij intra gradus contrahendi ab Ecclesia prohibitos, rescripta à sum. Pont. nõ à principe laico quia causa matrimonij ad forũ Ecclesiasticũ pertinet, c.1. qui filij sint legitimi. Dispẽsat autẽ is in gradib. cõsanguinitatis ꝓhibitis, post secũdum gradũ, vt disputatur in c. literas, 13. & ibi gl. de restit. spol. c. gaudemus, de diuort. dispensat & in ętate matrimonij contrahẽdi, pro bono pacis, c. 2. de dispẽsa. nupt. Clem. super cathedram, de sepult. Sũt & quędã prohibitiones ciuiles simul & canonicę. quare & in his, vt quis tutus sit contra illas agẽs, eget dispẽsatione ab vtroq; impetrata principe: veluti dum prohibitum est ne quis quã viuẽte marito adulterio polluit, in cõiugẽ ducat. Nam hoc iure canonico statutum, titulo de eo qui duxit in matrimonium quam prius polluit per adulterium: simul & iure ciuili, l. Claudius Seleucus, 13. & l. mulierem quæ stupro cognita, 14. de his qui. vt indig. sic de reliquis, in quibus iura vtraque conueniunt, arg. c. per venerabilem, qui filij sint legit.

3 Cæterũ omnis impetratio rescripti circa dispẽsationẽ matrimonij, vel est cum causa legitima, vel sine causa cõcessa. Si sine causa, vix val nunq̃ cẽsetur concessa, quia nõ debet cõcedi: si cũ causa, iustitiã habet, & negari nõ potest. Cõceditur autẽ dispẽsatio matrimonij inter ꝑsonas interdictas, ꝑ breue Apostolicum, directa commissione, vel delegatione alicui iudici, qui cognoscat de causis expositis sum. Pont. quib. inductus fuit ad illã concedendã: nõ enim cognoscit de illis sum. Pont. neq; datarius, ad quẽ tamen remittũtur supplicationes hac de re factę; non quidẽ vt is cognoscat de ęquitate vel iustitia vel iniustitia earũ, sed vt apud illum cõponatur de financia, seu pretio, aut taxatione pecuniæ q̃ oportuerit dare supplicãtẽ ad optinendã dictam dispensationẽ; quod aliqui detestari videntur tanquam simoniacũ, & ꝙ illis videantur vẽdibiles gratiæ: verũ qui exigunt ipsi viderint quid cõsonũ magis sit Ecclesiasticæ disciplinæ, vnusquisq; onus suum portabit, nec prætextus boni, malum coram Deo, qui nouit abscõdita cordis potest excusarẽ.

5 In forma breuis quoque conceduntur dispensationes religiosis ad matrimonium ineũdum, datis in eisdẽ iudicib. delegatis ad cognoscendũ de causis dispẽsationis: datur & eisdẽ dispensatio in eadem forma, ad matrimonium iam de facto contractum retinendum.

6 Conceditur & aliquãdo rescriptũ absolutionis, cõfirmationis, aut tolerantiæ matrimonij contracti cõtra interdictũ Ecclesię, facilius per rescriptũ cõmissionis, aut per breue directũ iudicib. delegatis, qui cognoscant de causis aut rationib. quę sint vel necessitatis, vel vtilitatis, permissionis, cõfirmationis vel tolerãtię matrimonij, cũ abolitione defectuũ qui interuenerũt: maximè si ex diuortio vel separatione cũsequi possit infamia, vel alia nota, quæ in scandalũ cõiunctorũ, vel familiarũ eorum cõuerti posset, c. quia verò, 6. de consang. & affi. veniet quoq; perpendendũ, si diu coniuges in matrimonio fuerint, qui alioquin diuortio separandi essẽt: si proles nata ex illis, quæ alioquin illegitima, aut incestuosa esset declaranda, atq; aliena ab omni dignitate, honore, & à patris proximorũmq; successione, quę ꝓpẽsa à sum. Pont. efficiunt ne facilè dirimi patiatur matrimoniũ, & vt est in Prouer. *Ne malũ bene conditũ moueatur*. c. 1. 31. q. 8. c. nõ debet, 8. de cons. & affi. facit ratio c. 22. vt cõstitueretur, 50. dist. Accidit etiã sępe ignorãtia excusabilis, prohibitionis matrimonij causę, quę latebat tẽpore contractatum nuptiarũ, vt in c. cũ inhibitio, de clãdest. despõs. & multa facta sustinentur quæ si facienda essent non tenerẽt: l. patre furioso, de his q̃ sunt sui vel alie. iur. ff. ca. dilectus, 24. de sponsa. l. qui furere, de stat. hom. ff. l. furor, de sponsal. ff. vt & per patientiam multa tolerantur, quæ si in iudicium venirent, reprobarentur, ca. cum iamdudum, de præb.

## De rescripto iustitiæ quod dicitur, *Significauit*.

### Capvt XXXV.

### Argvmentvm.

1. *De excõmunicatione in terminis cõmunib. cõtra cõmitẽtes delictũ, vel scientes ad finem reuelationis occulti.*
2. *Coram quo iudice debeant examinare testes in dicta excommunicatione.*
3. *Num debeant permitti ista excommunicationes.*
4. *Forma excommunicationis prædicta sine alicuius nominatione an liget.*

1 SI quando crimen secretò admissum sit, & eius author ignoratur, impetrantur monitoriæ primũ literę ab Epo loci ordinario, vel à sum. Pont. directę curionib. seu prępositis Ecclesiarũ parochialium, quib. legẽtes & audiẽtes monẽtur, vt quæ sciuerint, audierint, vel viderint de tali crimine, referãt, vel deponãt corã iudice delegato; cũ ꝓtestatione, ꝙ si intra tẽpus definitũ, putà 8. dierũ, nõ detexerint ea, excõmunicabuntur. Forma excommunicationis generalis ex iure recepta est, in terminis generalib. pro occultis veluti. *Quisquis furtũ cõmiserit, excõmunicatus sit*, per q̃ clausulã obligãtur tantũ subditi excõmunicantis, nisi forsan plus cõtulerit maior & largior authoritas delegãtis, can. à nobis fuit, 21. de sent. excom. Illa autẽ forma subditi qui furtum cõmiserint, vt not. ibi gl. perinde excõmunicati censentur ac si fuissent nominati. facit §. masculos, de exhæreda. libero. l. nominatim, de liber. & posth. Antiquitus huiusmodi literæ monitoriæ in litibus dubiis ex permissione Curiæ in qua lis pendebat, impetrabãtur: qui non permittebat impetrationẽ vel impetratatũ literarũ publicationem, nisi in illis exciperentur aduersarij litigantes, & consiliũ, & testes in causis eorũ, quos nolebant contineri in monitione de veritate dicenda: posteriorib. tamen tẽporib. obtinuit praxis contrariũ, & placuit à veritate dicenda neminem excipiendum, vt finis litib. facilius, & celerius imponeretur. Cum autẽ monitione facta, sũt aliqui qui aliquid de inquisitis se scire existimant, intercedunt, id est, se opponunt publicationi monitionis, eaq; oppositio fit penes actuarium iudicis, corã quo lis pendet, vel corã iudice delegato à sum. Pont. vel corã actuario Epi: verũtamen examinatio sese opponẽtium nõ fit, nisi ꝑ causis spiritualib. corã iudice Ecclesiastico, sed coram seculari, coram quo lis pendet eius negotij de quo impetratæ literæ. Vide Paponem libro quarto tomi 3. Notarior. titulo de literis, *significauit*.

2 Proinde in literis istis dictis *significaui*, dum datur à sum. Pont. solet apponi clausula, *Cæteris opponẽtes forò nostri corã nobis*, &c. vt excludãtur qui nõ sunt fori Ecclesiastici quare si laici opponentes ꝑ reb. etiã laicis, virtute rescripti, citentur seu vocẽtur corã iudice delegato; vel si monitoriæ ab Epo ꝓcessetint corã Epo, vel si corã illis examinari velint, appellatur ad Curias supremas in Gallia, tanquã ab abusu, eò quòd mittatur falx in messem iurisdictionis temporalis, contra constitutiones canonicas, ca. nouit, 13. de iud. ca. ex tenore, 11. de for. compet. cum simil. Et quemadmodum sententia à non suo iudice lata, non valet, sic nec habetur ratio confessionis vel depositionis coram non suo iudice facta. c. at si clerici, 4. de iud. in primis, vers. de persona, 2. q. 1. ca. ad audientiam, de consuet. l. fi. de iuris. om. iudic. l. 1. & 2. si à non compet. iud. C.

3 Ratò certè permittunt Curiæ huiusmodi monitorias, & excommunicationum publicationes pro eruendis probationib. iudicio necessariis, nisi tam arduæ sint causæ, vt omnimodo & accuratè sit eruenda comprobatio, quia qui in iudicium alium vocat, debet paratus & instructus venire, non probationes ab aduersario petere, vel ab eius cõsilio, vel ab extraor-

Dum aperta sunt, continēt gratiam vt plerumque, vel prouisionem beneficiorum gratiosam, veluti indulgētias, confirmationem priuilegiorum, concessionem officij, vel priuilegij, vel alterius negotij publici. Quando verò clausa sunt, vt plerumque continent delegationes, rescripta iustitiæ, absolutiones, veniam, vt ait Staphil. in tract. literarum, can. de rescriptis Apostolicis, quæ expediuntur in forma breuis.

---

## De quibusdam aliis rescriptis iustitiæ ad lites.

### Cap. XXXVII.

### ARGVMENTVM.

1. *Rescriptorum ad lites species plures.*
2. *De rescripto rescissorio decepti in cõtractu vltra dimidium iusti pretij.*
3. *Adhibetur & iuramenti contractus dispēsatio, quamuis aliqui iudicē non exquirant.*
4. *De rescripto reconuentionis, & quando exigatur.*
5. *Nam pro coniunctis negotiis non exigitur.*
6. *Quid est euocatio causæ, & qui vti ea possunt.*
7. *Rescriptum pro litibus instituendis submotis impedimentis.*
8. *Rescripta Principis in Gallia pro examinatione testium, ad futuram rei memoriam, & de iure scripto ea de re.*
9. *Pro quibus prædicta rescripta impetrata sunt incivilia.*
10. *Rescriptum restitutionis facultatis omissa appellandi*
11. *Rescriptum pro impetranda facultate exequendi sententiam alibi latam.*

1 Latissima est de speciebus rescriptorum, iustitię & ad lites disputatio, cum de omnibus propemodũ fori Ecclesiastici rebus possint iudices delegari, & negotia aliis quàm ordinariis cõmitti, & quædam quinque possint à summo Pontifice eisdem extra ordinem mandari. Quamobrem ne in immensum crescat tractatus, de illis quędam tantum communia exponemus, cum exemplis quibusdā, à quibus reliqua similia rescripta intelligi possunt. In summa ergo rescripta dicentur iustitiæ, quæ debitum & iustè postulatum auxilij petentibus impartiunt, & proinde causæ cognitionem, num expressa ita se habeant, habent. Quandocumq; etiam delegatur iudicibus causa cognoscenda simpliciter, vel sublato remedio appellationis, vt in c. 1. & 3. de rescr. quando dantur certi iudices, ca. ad hęc, eo. ti. quando mandatur iudici delegato, vt si ei cõstet de re aliqua, de ea iudicet, vt can. 2. de rescrip. quando mandat sum. Pont. de aliquo inquiri, ca. cū. eo. tit. & generaliter quæ ad lites pertinent talia sunt.

2 Inter rescripta iustitię meritò quoq. annumeramus gratiam, quam facit princeps vtriusq; fori, agendi aduersus contractum emptionis & venditionis, in quo alter ex contrahentib. deceptus est vltra dimidiā iusti pretij, vocant literas rescisorias cõtractus, iuxta l. 2. C. de rescin. vend. can. cum dilecti filij, 1. & c. cũ causam, 6. de empt. & vend. idipsum, si alia ratione contractus meritò veniat rescindendus: beneficium enim & auxilium principis tunc imploratur, vt non obstantibus renunciationibus & pactionibus in cõtrarium factis, liceat agere, & mandat certo iudici, cui notionem delegat, vt cognoscat de causa & læsione.

3 Solet adhiberi dispēsatio iuramēti interpositi cōtractui de nō rescindendo eo, quod alioquin firmaret cōtractū nō obstāte lęsione, per ca. quāuis, de pact. in 6. ca. licèt mulieres, de iureiu. in 6. ca. cum contingat, eo. tit. apud Greg. Datur autē hęc iuramēti dispēsatio ab authoritate Apostolica ab Episcopo, vel ab ipso sum. Pont. vel eius delegato, ca. 1. & 2. de iureiur. Conceditur autē & dispēsatio facilè ab Episcopo proprio personę litigātis, viso rescripto principis, in quo causa rescisionis prętēditur. Quāquā olim & princeps laicus fecerit gratiā iuramenti & actionis, l. fi. ad munic. ff. & sint hodie quidā iudices, qui nō valde curent de dispensatione in hac causa, eò ꝙ arbitrētur iuramētũ hoc cōtra bonos mores vel leges præstitũ, nō esse obligatoriũ, Reg. iur. non est obligatoriũ. 58. in Sex. l. nō dubiũ, C. de legi. l. si quis inquilinos, §. fi. de lega. 1. cũ similib. tractat & Iason ad §. itē si quis postulante, vers. *aduertite etiam*. Inst. de actio. an per non obseruationē talis iuramenti dicatur periurus, ita vt saltem petenda sit absolutio. tradit & ca. vbi, & can. quia sæpe cōtingit, de electione, huiusmodi iuramentũ nō firmare negotiũ cui adiicitur, vt & in ca. de reb. Eccl. nō alie. quia quæ cōtra leges fiunt inter impossibilia facta habentur, l. filius, l. cōditiones, l. quidam, de condit. instit. & c. fi. de pactis. & impossibiliũ nulla est obligatio. c. nemo potest, de reg. iur. in Sex. l. impossibiliũ, eo. tit. in ff. Quidam tutius faciunt iudices, qui nō admittunt litigantes contra iuramentum nisi dispensatione iuramenti quoque imperrata, & hoc ad maiorem cautelam.

4 Impetrantur etiam rescripta in litib. à principe, vel ab eius Cancellaria in Gallia, vt liceat recōuenire aduersariũ corā eodem iudice, coram quo eum is prius conuenerit, iure tamen communi reconuentio sine rescripto permittitur, l. 1. in fi. quæ senten. sine vlla appella. rescin. ff. & corā iudice delegato in ius vocatus ad petitionem vocantis coram eodem, potest ex rationis ordine imperrantem reconuenire, si vtroque tractu expediendæ sint controuersię mutuę, alioquin reconuentio, omissa ante contestationem, non fit, nisi post iudicatam petitionem aduersarij. can. 1. & 2. de mutuis petitio. li. 2. ti. 4. si modò statim hoc fiat ante litis contestationem, Auth. & consequenter, de sent. & interlo. om. iud. §. sancimus, de exec. in Nou. Per reconuentionem tamen videtur alterari iurisdictionum distinctio aliquando, vt non immeritò in disiũctis maximè litigantium negotiis, remedium postulandum sit à principe, vt cōiunctim coram eodem iudice tractētur: facit. n. recōuētio vt iudex competēs fiat, qui aliàs iurisdictionem non habet in reconuentionē, quantũ ad illam causam reconuentionis, siue sit ordinarius, siue delegatus, cũ causa reconuentionis non est commissa. vt d. can. 1. de mutuis petit. can. prudentiam, in fi. de off. del. Sic iudex laicus ordinarius habet iurisdictionem per reconuentionē, putà cum clericus conuenit laicum coram iudice laico: tunc enim clericus tenetur respondere coram eodem iudice laico nisi sit causa quę coram iudice Ecclesiastico sit tractanda, vt in can. ex tenore, & præced. de for. com. vel si ageretur de criminibus, c. 1. & 2. 11. q. 1. in quib. locum non habet reconuentio. can. neganda. 3. qu. 11. l. 15, qui de pub. iud. notat gl. ad c. 1. ad verba, *super suis quæstionib.* de mutuis petitio. gl. ad c. at si clerici, ad verba, *non tenet*, de iud. probat can. accusatores, §. cuius in agendo. 3. q. 8.

5 Pro coniunctis porrò negotiis & mutuò connexis certè non magnoperè rescriptum principis desiderabũt iudices, sed propria authoritate reconuentionem admittere possunt, ne connexio causæ coram diuersis iudicib. agitata, diuersas habeat sententias. l. 2. l. nulli prorsus, 10. de iud. C. facit l. vbi cœptũ, 30. eo. tit. ff. l. 1. & 2. de quib. reb. ad eundem iudicem eatur. ff. li. 1. titul. 2. Ratio probatur in l. 14. C. de sent. & interl. om. iud. l si idem cum eodem, 11. §. quod si mutuæ, de iuris. om. iud. ca. pastoralis, ca. cum contingat, de rescr.

6 Vtũtur euocatione iudices, et sępe negotiorũ pēdentiũ corā aliis tribunalibus: verũ euocare ad se ex aliena cognitione nō cuiusque, sed superioris est iudicis habētis authoritatē in inferiorem, de parte negotij cognoscētem. Alioquin par in parē nō habet imperiũ, l. nā magistratus, de recep. arbi. ff. l. ille à quo, §. tempestiuum, ad SC. Treb. & in eo casu requiritur author-

tas rescripti superioris principis, vel Cancellariæ eius, ad coniunctim tractãdas lites, & à diuersis iudicib. ad vnũ reuocãdas, quod videtur probare, l.fi. de quib. reb. ad eundẽ iudicem eat. ff. sic cõtingit extra viã appellationis per speciale cõmissionem Papæ, lites pendẽtes in partib. (vt dicũt) ad Curiã Romanã euocari, & committi auditoribus, Rota in deci.267. incip. *si possessor*, in Nouis. Staphil: Cassiod. deci.1. de rescrip. vide Rotam deci.67. *si petatur*, de rescr. in nouis: vide necessariò requisita in euocatione causarũ, & rescripto eius, quæ tradit Octouianus Vestrius li.3. introductionis in aulæ Romanæ actiones, c.9.

7 Impetrantur & à principe literæ pro litib. instituẽdis, quib. submouẽtur impedimẽta quæ possent agentẽ ab ingressu, vel limine iudicij repellere, & mãdatur iudici per principẽ, vt non obstãte exceptione, quæ obiici posset, vtputà minoritatis, pscriptionis, doli, vel alterius rei, causa tamẽ aliqua id suadẽte, cognoscatur de negotio, vt liquet in cessione phibita iuris vel actionis extr. causas, l.p diuer. & l. ab Anast. C. mãd.

8 In Gallia adhuc quædam rescripta ad lites cõceduntur à Cãcellaria principis, q̃ permittũt examinari testes in causa, de qua adhuc nõ est cõtrouersia, & ante litẽ in negotio cõtestatũ, dum dubitatur de morte, vel lõnga absentia testiũ, qui erunt necessarij in mouẽda aliquãdo posteà lite, vocant, examinationem de futuro, quæ absq; regiis codicillis fieri nõ potest à iudice Gallica cõsuetudine, quamuis iure Pontificio & ciuili possit sine illis, ne probationes pereãt. can. quoniam, §. vt lite nõ contestata nõ proced. &c. Cle. significauit, de testi. Paul. in l. in lege Aquilia, ad leg. Aquil. Innoc. tamẽ in d.c. quoniam frequẽter, cõstituit, vt qui huiusmodi examinationẽ fieri desiderauerit, denunciare teneatur aduersario, vel illum vocare intra annũ ad huiusmodi examinationem faciendã, quòd si non conuenerit intra annum, ex quo conueniri poterit, vel saltẽ receptionẽ huiusmodi testiũ ei non denũciauerit, attestationes sic receptæ non valeant, ne fortè quis hoc procuret in fraudẽ, vt processu temporis, exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint: & reiiciuntur quidem istę attestationes tunc, ne prosint ei qui ita fraudulenter extorserit: prodertunt tamen aduersario, si is velit, qui dolum non adhibuit, c. non sanè, 14. q. 5. videntur enim factæ pro vtraque parte.

9 Non est pręterẽudũ, quòd in Gallia literę hę impetratę examinationis testiũ ad futurã rei memoriam, & ne probationes pereant, inciuiles & sine effectu aliquando in aliquib. dicũtur: vt primũ in materia beneficiali, ante momẽtaneam possessionẽ, seu fiduciariam possessionẽ, quam vocant recredẽtiam, quæ expeditur tantũ visis titulis contẽdentiũ de beneficio per constitutionẽ seruatam: Carol.7. art.83. dehinc secundò in materia criminali, in qua constitutio Francisci 1. publicata anno 1539. prohibet accusato, antequam tempus constitutione determinatũ aduenerit, postulare examinari testes absfuturos, vel valetudinarios. Ratio est, quia absurdũ sequeretur, vt quis ante accusationem innocentiam probet, contra ordinẽ iudiciorum.

10 Conceduntur quoq; à principe literę vel rescripta restitutionis ad facultatẽ appellandi, si quis non appellauerit intra tempus concessum ad appellandum, vel illico, & si sine dolo malo, 8. §. item si non prouocauit, de minor. 25. annor. ff.

11 Dat & restitutionem contra elapsam facultatem agendi contra remedium, vel peremptionem instantiæ, si se doceat aliquis ob iustam causam absfuisse. dicta l. & si sine dolo malo, §. fin.

12 Impetrãtur & à principe literę seu rescripta in executione sẽtẽtiæ faciẽda alibi q̃ vbi lata est, nam iubet princeps, vt iudex alteri⁹ puinciæ parere cogat iudicatis in alia iurisdictione, vt l.à diuo Pio, 15. §.1. ibi, *Si hoc iussi fuerint*, de re iudic. lib.42. ff. tit.1. vocant literas has Galli, *Pareatis*: alioquin enim iudex, qui pronũciauit, non potest alibi iubere exequi, quàm in eo loco qui ad curam eius pertinet, l. cum onus, 11. §. penul. de reb. author. iud. possiden. lib.42. ff. ti.5. l. fi. de iurisd. om. iud. ff. par enim parem magistratum cogere non potest exequi suam sententiam, l. ille à quo, §. tempestiuũ, ad Senatusc. Treb. l. nã magistratus, de recept. arb. solẽt tamen magistratus sine dicto rescripto superioris, rogare per literas iudices alios in quorũ territorio exequi oportet suas sententias, vt permittãt exequi, & auxiliũ dent suis executorib. pollicẽtes simile officium, si quando cõtingat eosd. ope illorũ in simili causa egere Vocant has literas iudicũ, *Requisitorias*. Iustin. Nouell. 134. cap. 5. vers. *Si verò cognoscatur*, vocant *Inquisitor Praestio*, eatumque literarum vsus communis in euocandis testibus alterius prouinciæ, l. 3. §. si. de testib. ff. & in eos depositione transmittẽda l. 7. quemadmodum testamẽ aperian. ff. Formula huius requisitionis videtur apud Iuonem Carnotensem, Epistola 141. dum monet Fulconem Decanum Ecclesiæ Parisiensis, vt vitet à se excommunicatos, nec absoluat. *Moneo*, inquit, *itaque, vt de cętero quam à nobis iustitiam ex necessitate vestra vobis fieri velletis, eandem nobis in nostra necessitate faciatis, ne si vos negligentes inuenimus in nostris, & nos similes inueniamur in vestris.*

## De mixtis rescriptis quædam.

### Capvt XXXVIII.

### Argvmentvm.

1 *Rescripta mixta ratione potestatis concedentis.*
2 *Iustitię litera.*
3 *De aliis rescriptis mixtis ex forma iustitiæ & gratiæ.*
4 *De rescripto salui conductus.*
5 *De rescripto donationis officiorum vel magistratuum.*

1 Rescripta mixta, cum dici possint ratione potestatis concedentis, quæ communis esse potest principi spirituali seu Ecclesiastico & laico, varia exempla recipiunt, prout plura sunt quæ communia sunt vtrique potestati: indicasse tamen summariè aliqua sufficiet, quale rescriptum legitimationis, in can. per venerabilem, qui filij sint legitimi restitutionis natalium, vt suprà docuimus, rescripta venialia, rehabilitationis, restitutionum nobilitationis, nundinarum quoq; priuilegium, vt in l.1. de nund. ff.

2 Literæ iustitiæ, vocant Galli *Lettres d'Estat*, ex quibus ob quandam legitimam causam, iudicium suspẽditur, seu lis sistitur ad tempus: potest enim vterque princeps suæ potestatis rebus & personis hanc rescriptionem concedere. De summo Pontifice exemplum in cap. Odoardus, de solutio. dum suspenditur iudiciũ coactionis solutionis inopis clerici, propter inopiam, & in c. olim vobis, de rest. spol. illud ipsum rescriptum moratorium solutionis & actionis, dari à principe laico, cõstat ex l.1. de prec. Imper. offer. C. in l.8. de precib. imper. offer.

3 Occurrunt alia forma rescripta mixta ex gratia & iustitia, & ferè nullum est rescriptum, quod aliquid iustitiæ commixtionis non habeat: cuius generis sunt rescripta si neutri, si nulli, quia in quantum S. Pont. mãdat Episcopo vt conferat, vel in eo in quo ipse summus Pontifex confert, rescriptum gratiæ censetur, in quantum verò necessaria est cognitio, num alter, vel nullus ius habeat in beneficio, rescriptum ad iustitiam pertinet.

4 Rescriptũ cõcessum à laico principe etiam, quòd fides publica, vel saluus cõductus dicitur tale est etiã, quo permittitur quibusdam ex hostib. mercatorib. aut

aliis

aliis alienigenis, legatia hostium, tuto conuersari, & sine læsione inter subditos concedentis, gratia in eo, quod permittatur eis ingressus, & negotiatio, iustitia verò, ex causa aliqua iusta concedēdi pendet, vt si quidam ex hostibus veniant tractaturi de redemptione captiuorum, de pace, vel quia legati iure gentium sint inuiolabiles. l. fi. de leg. li. 50. ff. tit. 7. l. sanctum est, 8. de rer. diuis. ff. l. lege Iulia, de vi publica, 7. ad l. Iul. de vi publ. li. 48. ff. tit. 6. *Sancta sunt* (inquit Varro 3. de lingua Latina) *corpora legatorum*. Cicero . in Verrem. Vide de istis literis Papum 3. tomo Notario. lib. 8.

5 Ex gratia & iustitia insuper & rescriptum compositum donationis officiorum, iustitia qua debentur dignis tantum qui sciant, velint, & possint quę sunt muneris eorum exercere, neque pretio nūmario dari debent, cum sufficientia non possit æstimari, l. 1. §. proinde, de variis & extraordin. cogn. Et inde quibus potestas publica vel iurisdictio cōceditur, ij dicuntur suo beneficio habere, l. more maiorum, de iurisd. omnium iudic. quo fit vt qui ambit honorem qui sibi debetur, eo indignus efficiatur, can. sicuti is qui, 1. q. 6. At gratia in concessione principis versatur, quòd aliquem inter alios dignos elegerit, & cæteris præposuerit, ita desiderare in prouincia officium, vel administrationem Reipublicæ, nisi vltranea voluntate principum, sacrilegium dicitur, l. fi. C. de crim. sacrileg. ita rescriptū & vocatio ad officia, ad principem pertinet, & quia magistratus creare & concedere ad principis quoq; authoritatem refertur, in l. 1. ad l. Iul. de ambi. ff. Sequitur autem ex eo, quod diximus, creationem officiariorū & magistratuum partim quoque consistere in merito vocati, quòd princeps sine causa adimere non potest cōcessum magistratum, vel officium, ne sibi, quòd malè elegerit, vel electo iniuria irrogetur: exceptis tribus casibus, in quibus priuationi locus est, nempe mortis, renunciationis. & delicti eius cui concessum est, extra quos perpetuò delatus semel honor à principe, perseuerare debet. l. iurisperitos, de excusationib. tutor. potissimum hodiè in magistratibus perpetuis, neque obest clausula quę solet apponi in literis officialiū, qua princeps ait, *Vt tandiu prouisus possit officio eo vti, quandiu principi placuerit*. Nam tādiu principi placere debet, & placere intelligitur, quandiu viro bono placere potest, vt ait l. Thais ancilla, 41. §. sorore, ad Senatusconsf. Treb. ff. neque etiam inter principes, maximè in Gallia, principum hę concessiones expirant morte cōcedentium, quamquam post mortem principis, petuntur cōfirmationes officiorum à successore, nisi remittantur initio principatus, propter dubium quod posset oriri ex clausula simili quæ in beneficiorum concessione aliquando ponitur in rescripto gratię à summo Pontifice, iuxta c. si gratiosè, 5. de rescr. in 6.

## De forma rescriptorum Apostolicorū seu summi Pontificis, & primùm de signatura.

### Cap. XXXIX.

### ARGVMENTVM.

1 *Continuatio ad superiora.*
2 *Supplicationis oblata summo Pontifici consideratio habenda.*
3 *Quid signatura seu libellus aut supplicatio.*
4 *Supplicationis quinque partes.*
5 *De corpore signaturæ, & quid contineat, quidve ibi exprimatur.*
6 *De expressione veteris beneficij in impetratione eius.*
7 *Exprimendus status litis super beneficio impetrando.*
8 *Exprimendum & num beneficium impetrandum sit reseruandum.*
9 *Exprimi debent in summa precibus quæ ad negotium pertinere possunt.*

1 Hactenus in superiorib. tractatū fuit de finitione, diuisione, seu specieb. rescriptorū, in quib. & continuo tenore dictum, à quibus, & de quibus, pro natura cuiusq; negotij expediantur: de causis eorumque finib. videamus nūc pauca, quæ generalē ad formam rescriptorum pertinere possunt, vltra ea quæ singularibus rescriptis propria esse annotauimus. Et primum de forma supplicationis quam vocant signaturam, & in Curia principis laici vocatur, *Placet*, postea de rescripto integro post supplicationē completo, quod vocant Bullam.

2 Supplicationis seu libelli oblati sum. Pōtifici causa necessariam habet obseruationē cum gratia summ. Pontif. cum gratia non probetur cōmuniter, nisi per literas, vt tractat Archid. & Io. Andr. in procemio Sexti: quod & in rescriptis aliorum principum videtur habere locum, l. 1. de manda. princi. lib. 1. C. tit. 15. l. 5. de iure fisc. Cod. quanquam aliquando de circumstātiis rescriptorum, per testes fiat probatio, veluti de certa scientia principis, vt fusè tractat Rota decis. 132. incip. *Licet Romana Curia*, in Nouis. Aegid. Bellamera decis. 746. facit textus in l. idem Vlpia. §. fi. de excus. tut. vide Iason. ad l. 3. quod quisque iur. ff.

3 Signatura, est libellus oblatus sum. Pontifici, seu supplicatio cum responsione seu rescripto suo iuxta posito, vocant Galli, *Requeste appointee*, fit in papyro, non in membrana, seu pargameno, vt vocant, vt fit bulla, & innuit c. cum dilectus, §. nos igitur, de cōfir. vti. vel inutil. & est veluti exemplar vnde bulla sumitur, quæ extensionem habet signaturæ, ex qua, veluti ex primis lineis, vt contractus in mundum transcribitur, iuxta l. contractus, de fide instr. C.

4 In supplicatione ponunt Pragmatici quinq; partes, primam dicunt corpus signaturæ, 2. responsionē, seu subscriptionem, 3. clausulas nonobstantiarum, 4. datam, 5. signaturam Notariorū Cameræ Apostolicæ vel Cancellariæ. De singulis annotabimus præcipuā.

5 Et primum de corpore signaturæ. In corpore hoc, seu in eius parte, continetur subiectum vel narratio eius quod petitur, finis vel scopus supplicationis porrectæ summo Pontifici, cum expressione certa nominum, qualitatum, valoris beneficij, si de beneficio agatur, & aliorum necessariorum ad firmitatē gratiæ principalis, vt requisitio derogationum, nonobstantium, dispensationis absolutionis necessariarū. Cū agitur de beneficiis impetrandis, exprimenda ibidem sunt vera nomina impetrantis, supplicantis, & vltimi præcedentis possessoris beneficij, vt in aliis petitionibus, c. cum adeo, de rescr. c. 1. de libel. obla. l. 1. de edend. C. facit lex libellorum, de accusatio. nomē, prænomē, cognomen, agnomen veram constituunt hominis cognitionem. l. 1. de mutatio. nomi. C. Plenior illa fit per qualitatē expressam, si impetrās sit clericus regularis, secularis, can. porrecta, de confir. vti. vel inuti. presbyter, vel alterius dignitatis, quod exprimi debet verè, alioquin gratia corruit, d. c. cū adeo, 17. c. ad aures, 17. de rescr. can. ex literis, de transactio. additur diœcesis impetrātis, & beneficij, eoque sæpe pronior est sum. Pōtifex ad cōferenda beneficia diœcesanis, quàm extraneis, c. neminē, 70. & suprà docuimus in can. de natalium allophylorum restitutione, ca. 30. n. 10. Exprimēda deinceps omnia quæ morari possent gratiæ concessionē, alioquin omissio vitiaret rescriptum, Felin. ad cao. in nostrā, de rescr. tex. can. super literis, 20. de rescrip. l. 1. si contra ius vel vti. pub. C. lib. 1. tit. 22. vt quod beneficium possidet, si aliquod, vel etiam exiguū, iam impetrans aliud possideat, c. si proponente, de rescr. can. cum teneamur, de præb. etiamsi sit vicaria tārum perpetua, can. postulasti, de rescr. quòd beneficiū postulatum non sit amplius dignitas in Ecclesia, can. cum accessissent, de cōstit. si habeat priuilegium, can. cum ordinem, de rescrip. si dispensatio, can. ex tue, de

fil.presb.quòd præbēda nō vacat de facto,can.cū nostris,& ca.literis,de cōcef.præb. si alius ex mādato Papæ antè fuerit receptus,c.mandatū,eum 2.sequentib. de rescr.nomen sancti,sub cuius titulo est beneficiū, vel Ecclesia beneficij ædificata,gl.ad e.quamuis, in 1. de præb.in Sex.modus quoq; vacandi,si vacet per deuolutū,aut per mortē,aut per cessionē, aut per renūciationē,aut per incapacitatē,c.susceptum,6.de rescr. in Sex.additur ita & petitio vt prouideatur, putà *per mortē vltimi eulis N.possessoris,aut alterius cuiusque personæ,siue ꝑdicto,siue alio modo vacet,* idq; fit ad maiorē cautionē.Rota deci.1.de rescr.in Nouis.& 51. de concef.præbend.in Antiq.gl.ad regulam Cancell.62.

6 Exprimitur quoq; beneficij postulati valor, per reg.Cācel.61.& Cle.1.& ibi gl.de præb. & tit.de annatis,in prag. sanct. idq; introductū fuit propter annatas,& contributiones,quæ sumuntur à beneficiis impetratis excedentib.valorem triginta ducatorum. In Gallia tamē nō habetur ratio regulæ illius bursalis, & sufficit in supplicatione beneficij dicere, cuius valor est 24. ducatorum auri, quāuis maioris fuerit valoris,nempe hoc modo,*Cuius*, sc.beneficij, *fructus*,&c. 24.*ducatorum auri de Camera secundū ex.co.an.non excedunt*.neq; alium valorem exprimunt Galli, etiamsi beneficiū valeat mille aureos. Extra Galliā verò istius Curiæ Romanæ inualuit,vt in impetrationib.beneficiorū exprimatur valor,vt dixi:adde Felinū & Barba. ad c.ad aures,de rescr. propter solutionē, vt dixi, annatæ.Hoc verò ordinauit Vrbanus sextus in deci.Rotę,292.*Licèt impetrās*,in Nouis.& in reg.Cācel.61. Notat Reb.in cōmentariis ad Cōcordata,in pręfationib. ad Rubricā de collationib.ferè in postremis verbis. *Ideò*,inquit,*cùm hac Concordata ligēt tam Papam quàm regem,& suos successores,fortius & suos subditos. Quod intellige in his quæ fuerūt recepta, & quæ tangūt cōmodū Ecclesiæ Gallicanæ*,gl.in c.1.*de trenga. & ideo quoad expressionem veri valoris ,non fuerūt per regnicolas recepta, licèt statutū fuerit in his Concordatis,in Rubri.de mand. Apostolicis in fine,quod verus valor exprimatur,alioquin gratiæ sint ipso iure nullæ.si à summo Pontifice emanauerint:quia regnicolæ,vt fulgura cōstitutiones bursales odio persequuntur,& quantum in se est,abiiciunt.* Hæc Reb. Euitant etiam aliundè quàm ex Gallia impetrationes factæ manus officialium Curiæ Romanæ, & exactiones bursales ex summi Pontif.indulto, quando iubet expediri eas per Secretariam Apostolicam , quę alioquin expedirētur per Cameram vel Cancellariam. Solet autem hāc expeditionis viam sum.Pont.concedere pro rebus familiarium suorū, affiniō , & intimorum, pro principibus & eorū intimis familiaribus, vel pro aliis ex beneficio & gratia,vt scribit Octouianus Vuestri⁹,li.1.introductionis in aulę Romanę actiones,c.7.

7 Exprimitur insuper in supplicatione vt valeat, lis, si qua mota sit,de beneficio impetrato,& status eius, c.si hi contra,vt lit.non contest.in Sext.impetrātib. tamen beneficia in Gallia existentia , sufficit dicere, litem esse,& in rescripto quoque respondetur,*Cuius litis statum haberi volumus pro expresso*, si modò pendeat indecisa & nondum finita.

8 Debet & exprimi in impetratione,si beneficiū impetrādū sit reseruatū:alioquin.n.gratia est nulla.Rot. deci.30.in Antiq.& 22.in Antiq.c.cū olim,vbi & id notatur,de re iud.Freder.de Senis in tract.de permu. beneficio.q.4.siue reseruatio sit generalis, siue specialis. Fel.ad ca.in nostra,in 5.correllatio.de rescr. vbi plura quāuis cōfusè cōiicit.Quāquā motu proprio sum.Pōtifex gratiam eius beneficij fecisset, tacita reseruatione in ea quodq; accidit,nō ex defectu potestatis sum. Pōt.posset.n.si vellet,sed ex defectu voluntatis, & intentionis,quam nō supplet,vel nō exprimit illa clausula,Io.Andr.& alij,ad ca.si motu ꝓprio de præb.in Sex. nec credendū est sum.Pont.cōtra reseruationē à se factam, voluisse prouidere, aut cōtra ordinationē suam Clem.cum olim,de re iudica. ponitur itaque clausula in impetrationibus,*Etsi specialiter, vel generaliter fuerint beneficia reseruata*,de cuius effectu agit Geminian. consi.12.Et si plures essent reseruationes, de omnibus facienda esset mentio in impetratione.Cassio.dec.nu. 5.incip.*stante familiaritate*,de pręb. nisi reseruatio esset notoria & generalis,non enim tunc sum. Pontifici facienda esset mentio, vt scribit Rebuffus in praxi, & in forma signaturæ, ver. *specialiter vel generaliter*, nu. 10.& in forma prouisionis, ver.*Quomodo*,n.10.rursum ait reseruationis mentionem non esse faciendam per Papam successorem,conferentem dignitatem maiorē, quæ vacauit sede vacante,quia non nisi in certis casibus regulariter mentio fieri debet.Cassia. 12.inci. *Plures coram*,nu.6.de præb.

9 Deinde precib.exprimi debent, quæ ad negotium pertinere possūt:nam iuxta preces supplicationis rescripta concedentur, quæ & ad supplicationem referuntur, vt & liquet ex formulis rescriptorum Cęsarū Seueri & Antonini in l.2.de insti.& substit.*Cùm ex his*, inquiunt,*precibus quæ libello complexa es,declaretur,&c.* sic & in l.3.C.de duob. reis, *exprimere debueras tuis precibus*.& in l.18.de probat. C.*cum precibus tuis significes.* & l.15.de probat. C.*litem te redemisse contra bonos mores,precibus manifeste professus es.* facit l.precibus, C. de impub.eum similib.

---

## De responsione vel rescriptione, seu (vt dicunt Galli) appuntamento supplicationis, seu de secunda parte eius.

### Capvt XL.

### ARGVMENTVM.

1 *Referendarij partes in signatura vel supplicatione.*
2 *Referendarij qui,& eorum potestas.*
3 *Respondet summus Pontifex supplicationi : & de formulis per fiat,concessum,&c.vt & num.4.*
5 *De quæstione subscribente responsa principis,& ibi de Quæstore seu Cancellario.*
6 *De efficacia verbi fiat,& concessum.*
7 *Ad quæ referatur responsio per fiat,vel concessum.*
8 *De responsione per duplex fiat,fiat.*
9 *De formulis subscribendi fiat , fiat in forma , audiat summariè.*
10 *De responsione per placet.*
11 *De subscriptione placet domino nostro Papæ.*
12 *De more Imperatorum rescribendi ad libellos supplicū.*

1 POstquam supplicatio composita & completa suis & necessariis erit partibus , ad obtinendam petitionem, ea datur seu præsentatur vni ex referendariis summi Pontificis,qui eam legit,& considerat,&capita eius præcipua,& substantialia digna obseruatione,& examinatione,notat linea ducta,deinde nomen suum capiti signaturæ inscribit:summis enim Pont. pro cōmodiore supplicū expeditione, duo constituit auditoria,in quorū vno,ea quæ gratiā,in altero, quę iustitiā concernunt,postulantur : vnde diuerso nomine prodeunt signaturæ gratiæ,& iustitiæ:in vtroque auditorio signaturæ viros quosdā iuris peritos,quos referendarios vocamus gratiæ, vel iustitiæ. Horū munus est, in sua specie supplicū postulata videre.Et si postulata sint de his quę solent petentib.cōcedi, solēt nomē suū in capite apponere,quo solent Pontifici vel Cardinali signatori, rem esse concedendam significare : quòd si supplex postulet quod alteri possit pręiudiciū afferre,non solent aliquid sine partis vocatione cōcedere.

2 Referēdarij à relatione dicti,quorū munus referre desideria supplicantiū ad principē, & inferre iudicib. sacrā iussionē,& nihil vltra in negotio agere,§.fi.Nou. 124.vt litigātes iurēt in exordio lit.& Nouel.113.& l.2.in

Epigraph.

Epigraphe.de officio eius qui vicē alicuius iudicis vel præsidis obtinet.li.1.C.ti.55.Annon.li. 4.c.41.Procop.de bello Persi.Fuerūt isti supplicationū relatores referendariorū nomine dicti aliquo tēpore, & in numerū reducti in Aula Imperatoris,tēpore Iustiniani: vt liquet ex eius Nouel.10.de referendariis sacri palatij.Videndus Iulia.Antecessor in epitome Nouel.constit. 16. In Curia Romana summi Pontificis quoque, hoc nomen retinuerunt & in ordinem redacti per Alexandrū 6.vt tradit Gomes.in cōpendio vtriusq; signaturę,vbi multa notat de referēdariis, & eorū munere, de vtraq; signatura & rescribendi formula: in Curiis principum magistri libellorū supplicū,dicuntur nunc, vt & olim quoq; referendarij principis dicebantur aliquando à libellis,vt in l.rescriptū,de distr.pig.sic Lampty dius in Alexandro , refert Alexandrum promeridianis horis subscriptioni & lectioni semper dedisse operam,ita vt, ab epistolis,à libellis,à memoria,semper assisterent.

3 Postquam referendariis supplicatio data fuerit,responsio vel rescriptio fit,vel à Papa, vel à delegato Cardinale,vel referendario,aut magno Pœnitentiario,respondet summ.Pont.supplicationibus conferendi,cōfirmandi iustitiæ pro obtinēda cōmissione. Porrò quādo agitur de supplicatione cōferendi,si causa est ordinaria,sum.Pont.respondet,per simplex *fiat*,N.vel alia litera appnsita,quæ sit prima nominis sum. Pontif. vt scribit Octouia. Vvestrius li.1.introduct.in aulę Roma.actiones,c.3.aut per *fiat motu proprio* N. aut *fiat vt petitur* N.aut *fiat.fiat* N.Quòd si in supplicatione agatur de causa confirmandi, quę respiciat reformationem,respondet sum.Pont.duob.modis,*videat Camera*, aut,*videat protector*. At si supplicatio versetur circa formā iustitiæ & cōmissionis,solet sum.Pōt.etiā duob. modis respōdere,per *placet* & per *fiat*, atq; istæ responsiones fiunt & signantur per sum. Pont. Quandò verò per delegatū fit supplicationi responsio, putà per Cardinalē,vel Prælatū delegatū,vel referendariū, qui magister libellorū est , ea responsio nō potest fieri per *fiat*, vel *placet*,sed per *concessum N.* idq; quatuor formulis primū per *cōcessum* N.simpliciter.2.per *concessum vt petitur*.3.per *cōcessum in forma*.N.quādo præsens Papa nō est,& ita in cōsistorio decretū,addit his Cardinalis vel delegatus nomē suū hoc modo,*Cōcessum Nicolaus Cardinalis*,& sic in aliis.4.fit per *concessum in præsentia D. N.P.N.Cardinalis*,id est,in præsentia domini nostri Papę , at que signatur responsio per delegatum, vel per Cardinalem,vt ait Vvestrius vbi suprà.Signat & Vicecancellarius prouisiones gratiosas in casib.illis per regulas Cancellariæ concessis, vsque ad certam æstimationem:item reformationes, subrogationes, & alia,de quib. Ludouic. Roma. cons.179.Gomes. in compendio vtriusque signaturæ per simplex concessum.

4 Quòd si responsio signaturę fiat per magnū Pœnitētiarium,ea signatur manu eius,& fit duobus modis. Primū,per verbū *cōcessum* simpliciter:et 2.& per verbū *fiat*,sed nō simpliciter:sed addito alio, vt *fiat in forma*, vel,*fiat de speciali*, vel,*fiat de expresso*,quę explicat Gomes.tract.de offi.sacrę pœnitentiarię,& Octouia. Vvestrius li.1.introduct. in aulę Rom.act.c.2.vbi & not.per expressionē prædictorū,Pœnitētiarium indicare taxatorib.& postulanti criminis grauitatē. Quemadmodū autē per Pœnitentiarium formula rescripti variatur, ita per officiales alterantur solutiones taxæ : ita vbi Pœnitentiarius supplicis libellū signauerit,deinde diplomate sub nomine ipsius super eo facto,sigillo illius expeditur.Et quia plerūq; nō absolutè rescribit, cōstituta de aliqua supplicis assertione , dat suo rescripto iudices,qui causa cognita,actū absoluat, & vices suas in hoc subdelegat. Cardinalis legatus in prouincia sibi delegata,in qua summum Pontificem refert,potest signaturas gratiæ per *fiat* simplex signare, & eas quæ sunt iustitiæ per *placet*.gl.ad c.quæ de causa,3.q.5.Panor.ad c.mandatā,de præsumpt.

5 Subscribere respōsiones etiā rescriptorū principū, solebat facer Quæstor, secundū constit. Nouell.114.vt diuinæ iussiones subscriptionē habeant gloriosissimi Quæstotis.Auth.gloriosissimi,de diuers.rescr. Eius autem subscriptionis hæc erat formula, N. *Quæstor legi*. vt in const.Nouel.Instin.de filiis liberor. Hic Quæstor Caucellarius dicitur in Gallia. Quemadmodum autē in consistoriis summi Pontif.oblatæ supplicationes,& relatæ per referendarios excutiuntur , deliberatione adhibita & consultatione , & idipsum in Cancellaria: sic apud principes,interdū illis præsentib. interdū absentib. in consistorio illorū supplicationes agitātur & perpenduntur,relatę per magistros libellorū,&inCancellariis regni alias per referēdarios,&posteà signātur vel à Cancellario in præsentia principis , vel ab ipso principe,vel ab alio à secretis seu Secretario: & in Cācellaria quoq; magna præsente Cancellario,& in aliis regni Galliarū,præsentib.referēdariis,signātur ab vno ex Secretariis regis,&à referēdario antequā sigillo regio literæ Cācellariæ seu rescripta sigillētur. Istę sunt formulę respōdendi summi Pontif.& aliorū potestatē statuendi in literis habentium, quarū differentiam ex vi & significatione verborū , & stilo Curiæ paucis explicabimus:& primùm emphasim respōsionis per *fiat*.

6 Verbum *fiat*,tātæ virtutis & efficaciæ habetur, vt statim ac pronunciatū,scriptū,& signatum est,producat intentionē,beneplacitū &voluntatē pronunciantis sine alia expeditione bullarū, literarūmve patētiū, aut sigilli,&acquiratur ius supplicanti,qui si ita obtinuerit prouisionem beneficij,ab eo tempore censetur titularius beneficij , aduersus omnes qui obtinuerint de endē prouisionē posteriorē , etsi ante eū nacti fuerint beneficij possessionē.Gomes.in cōpen. vtriusq; signaturæ gratiæ & iustitiæ,q.16.Cald.in Indice,ad verbum,*fiat*.Bald.ad l.cū apud,de cōm.seru.manum.& ad l.humanum,in fi.C de legib.quod pertinet ad explicationē quoq; ca.si à sede,de prēb.in 6.quando cōcurrūt duo impetrantes eiusdē beneficij sub eadem data,nec constat de prioritate, vt preferatur is qui habet *fiat*,ei qui habet *concessum* , vt iudicatum Romæ tefert Cassiod.tit.de prēb.q.14.addit tamē, si quis habet responsionē,*concessum est proprio motu*, quia motus proprius dat ius prius ei qui ita impetrauit , & adeptus prior possessionem,& in eo casu præfertur impetranti per *fiat*. Feli. ad ca.causam,de rescrip.Staphil.tract. de vi & effectu clausulat. *Habet enim*, inquit, *hæc clausula motus proprij,dispensationē tacitā irregularitatis, & illegitimorū natalium,quemadmodū & clausula ex certa scientia*.facit l.quidā consulebāt,57.de re iudic. ff.dummodò illi defectus fuerint expressi,non aliter, ca. non potest, de præb.in 6.gl.ad Clem.si Romani,eo.tit.Pan.ad ca.quia circa,de consanguinita. Explicant tamen interpretes per verbum *fiat*, perfici gratiam,quādo agitur de literis gratiæ,nō etiā in literis iustitiæ,quib.*fiat*,habet suspēsam executionē: ratio, quia imitatur respōsio naturam rescripti cui adiicitur, in qua expectāda est notio causę.Corneus cons.119.2.li.consil.& cōs.48.li.3.Decius cons.31.incip.*Viso pūcto*.Multò magis perficitur gratia per geminationē *fiat,fiat*, vt ait Calder. super ca.quisquis,de elect.in Sex.Felin.in ca.Rodulphus,n.26 de rescrip.per ca.qui bona, §.sicut,17.q.1. quæ & habēt locū in respōsionib.factis ab aliis principib.laicis,sicque permissa alienatio feudi à principe hoc modo,*valet irreuocabiliter*: & ita iudicatum in Senatu Mediolanēsi refert Matth.de Afflict.decis.253.videtur expressè consentire Vlp.in l.2.§.deinde ait Prætor, ne quid in loco pub.li.43.ff.tit.8. attamen ignorandū non etit,effectum verbi *fiat* , metiendum secundū potestatē eius qui pronuntiat:& proinde potentior est respōsio verbi *fiat*, & *concessum*,in sum.Pontifice,quàm in legato eius. Quare qui habet gratiā à sum.Pontifice per *fiat*,prefertur habent

benti per *fiat*, sub eadem data à delegato, vt responsione concessum est, quemadmodum dum concurrũt prouisi sub eadem data, de eodẽ beneficio ab Episcopo, & eius vicario, præfertur prouisus ab Episcopo. teste Cassiodoro tit. de præb. q. 14. n. 2.

7 Cæterum responsio simplex per *fiat*, refertur tãtum ad ea quæ supplicationis sunt, & gratiã ordinariã respiciũt, nõ autẽ si quid extraordinarij insit, veluti si defectus supplẽdi quidã sint, si releuãdus sit impetrãs à vitio litigij, vel si sit habilitatio facienda ad quosdã alios act⁹: q̃ illa, nõ obstãte verb. *fiat*, remanẽt sine respõsione. At per *fiat vt petitur*, omnib. partibus gratiæ ordinariæ & extraordinariæ sufficiẽter respõsum cẽsetur: quãuis prædicti defectus: & alia, quę obstare possent, in genera tãtum exprimãtur: vt habetur in regula Innoc. 4. ordine 59. & Pauli 3. ordine 45. vbi & dicitur simplex *fiat*, vel simplex *cõcessum*, non operari ad generalẽ expressionem. Notat insuper Host. ad c. 1. de trãslat. Epis. & gl. ad prædictas regulas Cancel. per responsionẽ simplicẽ verbi, *fiat*, aut *cõcessum*, contineri quidem supplementũ defectuũ procedentiũ à solemnitate iuris: nõ autẽ procedentiũ à personis, vt irregularitatis, illegitimationis, & similiũ: multò magis nunquã eorum quę procedũt à iure naturali, nec raptus, nec casus matrimonij, vbi defectus consensus inuenitor. Ratus tamen Calderinus ad can. quãuis, de elect. leuari posse bullam super signatura responsa *per fiat* simplex, in qua inseri possint clausulæ sufficiẽtes perinde ac si dictũ fuisset *fiat vt petitur*, atq; ait verbum *petitur*, subintelligi debere. Idẽ asserit gloss. super reg. Cãcel. 60. & pro hac sẽtẽtia facere videtur l. si defensor, 10. §. qui interrogatos, de interro. actio. §. pręterea, de inutilib. stipula. at hoc dubitatũ à pluribus, qui existimarũt plenius respõsum, per *fiat vt petitur*, quàm per simplex *fiat*, vt illa verba, *vt petitur*, referantur ad singula, arg. l. assertio, 77. de hęre. instituen. l. si ita scripsero, 38. de condit. & demonstr. proinde in signaturis gratiæ extraordinariæ ad securitatem, seu maiorem certitudinem ponitur *fiat vt petitur*.

8 Quòd autẽ diximus per duplex *fiat*, *fiat*, expediri responsionem, sic intellige quòd geminatur *fiat*, non in vno loco, sed in duob. Primũ. n. *fiat*, subscribitur supplicationi, inter supplicationẽ & sequẽtes clausulas, & partem concessionis, vt notat gl. ad regul. Cancell. 62. secundum verò *fiat*, ponitur in margine concessionis, & dispositionis clausularum, quãdo generalis reseruatio cõceditur, vt ait eadẽ gl. quod & obseruatur quando duplex *concessum*, apponitur. Hæc geminatio voluntatis, vt geminatio mandati non patitur cõtradictionem: habẽtque vim secũdæ iussionis, ita vis fortior geminato verbo, *fiat*, & *cõcessum*. facit §. & hęc verò, vt nulli iudic. liceat baber. loci seruator. in Nouel. & Bal. in l. nec damnosa, de preci. Imper. offer. C.

9 Subscribit interdũ summus Põt. *fiat in forma*, quando materia, qua desupplicatur, exigit in rescripto certam & definitam formam, vt si hodie expediantur prouisiones beneficiorum ex cõcilij Trid. præscripto in *forma dignum*, vel in forma c. cũ secundũ Apostolũ, de præb. & ca. postulasti, 27. de rescr. In cõmissionibus quoq; interdũ responsio ponitur, *audiat summariè*, & nota deci. Rotę 378. inci. *Nota quòd si petatur*. in Antiq. Quòd si petatur committi causa cũ potestate procedendi summariè, simpliciter, & de plano, facti veritate inspecta, terminis seu dilationib. nõ seruatis & abbreuiatis, si signetur, *audiat summariè*, &c. & nihil sit in cõmissione cancellatum, omnia petita cẽseantur esse cõmissa. per c. olim, de rescr. & in decis. 461. in Antiq. Resoluitur, quòd quando committitur auditoribus, vt sola rei veritate inspecta procedant, auditores possint abbreuiare terminos de stilo Palatij introductos: alioquin verba essent inutilia, cũ & possint in causis beneficialibus, matrimonialib. & similibus, sine clausula illa summariè procedere, Clem. sæpe, de verb. sig. si tamen respondeatur prædictæ petitioni tantũ, *audiat talis, & iustitiam faciat*, nõ censetur data potestas auditori procedendi summariè & de plano, quia non videtur id commissum, imò potius negatum, & neglectum, & si Papa id voluisset, expressisset vtiq;. can. ad audientiã, de decimis, & ita resoluit Rota deci. 379. *Nota quòd si in cõmissione*, in Antiq. facit deci. Bellameræ 394. & 276. si tamen dictũ, *audiat talis & procedat sũmariè*, poterit sũmariè cognoscere, Rota probat decis. 358. *si cõmissione*, in Nouis. Ias. in l. 2. de diuers. rescr. Fel. ad ca. cum nostris, de rescr. Respondet & summus Pontifex ad supplicationes pro reformatione Cameræ Apostolicæ *audiat*, vel *videat Camera* pro religione, *Audiat*, vel *Videat auditor N. talis*. Quæ responsa sunt iustitiæ, iuxta regulam Alex. 6. quib. cõmittitur causa cognoscenda, & ex iure terminanda: & tunc non est opus subscriptione summi Pontif. sed sufficit si fiat in præsentia eius, & subsignetur à Cardinali delegato, vel à Vicecancellario. Sic Cæsares consulti, adeundos iudices statuebant rescriptis, formulis ferè similib. *potes tu competentem iudicẽ adire*, l. 1. C. qui petant. tutor. vel, *aditus competens iudex cognoscet*, l. 2. C. vbi de crim. agi opor. l. 5. § idẽ diuus, de liber. agnos. vel ita, *P. P. vos audiet*. vt l. 5. C. de pig. l. 1. si tutor vel curator fals. alle. &c. vel, *apud præsidem prouinciæ cognosces*. l. 11. C. de liberal. caus.

10 Responsio supplicationis relatæ per referendariũ in consilio & consistorio, pro obtinenda cõmissione, fit, à summo Pontifice. per *placet*, si cõmissarij postulati, sint curiæ apostolicæ: si verò extra Romam, & ad partes, vt dicitur, vel ad loca petentium per *fiat*. vt habetur in dicta regula Cãcellariæ Alex. 6. signat autẽ, vel subscribit propria manu summus Pontif. illud *placet*, vel *fiat*. verbum porrò *placet*, ad iustitiam pertinet, non ad æquitatem, vel arbitrium nudum & absolutum. & placere censetur quod tantum bono viro placere debet, l. Thais, 41. §. Cuius, de fideic. libertatib. Hinc placita curiarum, philosophorum & principum eius generis esse censetur, quæ ex matura consultatione & conclusione placere debent.

11 Octouianus Vvestrius adhuc refert li. 1. introductionis in aulæ Romanæ actiones ca. 3. formulas alias quibus solet Cardinalis qui signaturæ iustitiæ pręest, rescribere: vt si ad iudices Romanæ curiæ rescribat, *Placet domino nostro Papæ* adiecto suo nomine *Bartholomæus Cardinalis Guidiccionus*: si ad iudices in prouinciis *Concessum in præsentia domini nostri Papæ Bartholomæus Cardinalis Guidiccionus*. Non tamen semper sic simpliciter, sed aliquando sic, *Placet prout de iure*. & *concessum prout de iure*. vel, *placet arbitrio iudicis*, vel, *concessum arbitrio iudicis*.

12 Rescribebãt & principes seu Imperatores ad libellos, vt constat ex l. fi. de offic. procu. Cæsar. ff. l. 23. de vsufr. lega. ff. l. 4. de appella. recip. ff. cũ similib. porrectis libellis vel à magistris libellorum, vt in l. 12. de distractio. qui vel ab ipsis supplicantibus. Et in hoc laudat Augustum Sueton. in eius vita, c. 53. quod promiscuis salutationib. admitteret plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. & c. 45. scribit, eundem inter spectandum, epistolis libellisque legendis ac rescribendis, vacasse. Lampridius verò notat in vita Commodi, Cõmodum in subscribendo tardũ & negligentẽ fuisse, ita vt libellis vna forma multis subscriberet.

## De 3. parte signaturæ dicta non obstantiarum.

### Capvt XLI.

### ARGVMENTVM.

1 *De non obstantiis quæ apponuntur in tertia parte signaturæ.*

2 *Clausula non obstante reseruatione, non complectitur reseruationes in corpore iuris clausulas.*
3 *Clausula non obstantibus priuilegiis non tollit statuta vel consuetudines Ecclesiarum.*
4 *De clausulis additis in tertia parte signatura extra petitionem.*

1 IN tertia signaturę parte sum. Pontifex minutatim & distinctè explicat, quod per cõpendiosum verbum *fiat* generaliter cõcesserat. Atq; primum dat absolutionem impetranti, omniũ excõmunicationũ, interdictorũ & suspensionũ, ad effectum gratiæ alioquin incapaci. c. quęrenti, de offi. ord. sub qua tamẽ, vt anteà diximus non continetur absolutio aliorum grauiorũ criminũ. Dehinc nõ obstãtię p impetrantẽ requisitæ, habẽtur pro expressis beneficiis in incõpatibilib. cuius clausulæ extẽsio fit in bullis ad duo, nisi alia expressio facta sit. Atq; si plura possideat, postremi beneficij prouisio non valebit. c. nõ potest, de præb. in 6. c. 2. de præb. p rationẽ, c. quia in tantum, de pręb. neq; clausula derogationis ad pluralitatem beneficiorũ, ad plura quã duo extendetur, neq; clausula generalis derogatoria, dispẽsabit ad inhabilitatem, vt tradit Io. And. ad can. cum adeò de rescr. minúsque dispensare dicitur in defectu natalium, minorisve ętatis, in beneficiorum gratiis: c. 1. de filiis presby. nec derogat extrauagan. Io. 22. vel regulis Cãcellariæ, nisi specialis derogatio adiiciatur, vt not. Gomes. in procemio ad regulas Cãcellarię, q. 5. & 6. Nicol. Milius in suo repertorio, in verbo *priuilegio*, nec generalis clausula, quod *nõ obstãtia habeãtur pro expressis* tollet intrusionem c. cum iãdudũ, de præb. nec facta per censuram expressam excõmunicatio, vel interdictio, nec simonia in beneficio cõmissa

2 Neq; clausula concessionis beneficij *non obstante, etsi sit generaliter vel specialiter reseruatum*, cõplectitur reseruationẽ in corpore iuris cõclusã, vt in c. 2. de pręb. in 6. quia, vt ibi ait Dominicus, stilus curiæ est, vt de ea reseruatione fiat specialis mentio, tanquam quę digna sit speciali nota digna. arg. l. item Labeonem, §. hoc edicto, de iniur. ff. adeò, nec intelligitur de reseruatis & vacantibus in curia Romana, sine speciali mentione, vt scribit Gemin. cons. 12. similiter nõ intelligeretur de reseruationibus specialibus super certo beneficio pro certa persona, quia per huiusmodi clausulas, Papa nunquã ius alteri quæsitum tollit. Io. Mona. c. super Extra. Bonifacij incipiente *dudum* ad ad verbum *redditus*, de præb. in 6. per c. cum olim, de consuetud. explicat Ægid. consi. 33.

3 Sed neq; statutum, priuilegium aut cõsuetudo Ecclesiæ tolluntur per nõ generales literarum Apostolicarum, quib. inseritur clausula generalis *non obstãtibus priuilegiis vel consuetudinibus*, &c. nisi expressa mentio fiat de illis quibus derogatur. Rot. dec. 632. *nota, quod statutum*, & 633. *nota si aliquãdo*, in Antiq. adde nor. ad c. cum nõ deceat, super verbo, *effectus*, de elect. in 6. Lapus in singularib. in verbis *clausula generalis*. Itẽ nec illa clausula generalis non obstantiarum, tollit priuilegia inserta in corpore iuris, Fel. in can. nonnulli, de rescr. Bart. ad reprimendam, ad verba *non obstantibus*, quomodo in crimin. læsæ maiest. proce. sit in Extrauag. iuris ciui. Debet ideo præcedentib. nominatim adiici derogatio: adiicienda & nominatim derogatio iuri patronatus laici, vel Ecclesiasticæ personæ, & eorum pręsentationi, quod dicitur fieri pro illa vice: non exigetur tamen illa derogatio patroni, in prouisione beneficij patronati resignationem simplicem, vel ex causa permutationis, quia sine præsentatione patroni resignatio fieri potest. Et hoc quidẽ receptũ ita sine cõtrouersia est, quãdo resignatio fit corã sũmo Põtifice. Dubitatum autem, si fiat coram Episcopo, eò quòd quidam dixerint, Episcopum non posse admittere resignationem simplicem, vel ex causa renunciationis beneficij patronatus, sine consensu patroni, quia fieri ita posset aliquãdo, vt inimicus patroni, aut Ecclesiæ admitteretur. per c. illud, de iure patr. Alij autem dixerunt, non opus esse consentire patronũ, sed sufficere, eum fuisse vocatum & auditum, quamuis contradixerit, vt not. Panor. ad can. cum accessissent, de constit. At hodie nihilominus obseruatur, vt Episcopus sine aliquo consensu aut sine vocatione patroni, possit admittere omnes renunciationes, vt scribit Bellamera cons. 6.

4 Adduntur & in tertia parte signaturæ seu supplicationis, interdũ clausulæ, quę nõ sunt cõprehensæ petitione, aut corpore signaturæ, ad perfectionem illius, adduntur ita, indulta, derogationes, dispensationes, priuilegia: & clausulæ non obstantiarum valoris, vacationis, litis pendentiæ. Fiunt & modificationes, seu temperamentũ & reformationes petitorũ, sicq; adiicitur, *Vt cõmittatur ordinario in forma dignũ, & attento quòd cedens, vel resignans est absens, dũmodò beneficiũ nõ sit claustrale, aut conuentuale.* & incompatibilibus beneficiis, *Dũmodò alterũ beneficiũ impetrans dimittat intra sex mẽses*, aut, *Dummodò cedẽs in similẽ cõmendã teneat.* & in causam matrimonij, *Dũmodo rapta nõ fuerit.*

## De quarta parte supplicationis, de data.

### CAPVT XLII.

### ARGVMENTVM.

1 *De data apponenda rescripto.*
2 *Data tempus spectandum.*
3 *Subscribuntur rescripta ab Imperatorib. vt plerumque.*

1 POstquã supplicatio fuerit recepta, & notata p referendarium, & per eundem pręsentata, seu relata Papæ & in sua audientia, vt dicunt, vel consistorio, aut Cardinali delegato, aut Vicecancellario, in præsentia vel absentia ipsius S. Pontif. & postquam per vnum ex supradictis responsio fuerit adiecta, & absolutiones, dispensationes, releuamenta (vt dicunt) seu restitutiones, derogationes, concessiones, modificationes, appositæ, defertur signatura datario, vt sua propria manu apponat hãc datam, *Datum Romæ apud sanctum Petrum*, putà 12. Kal. *April. anno Pontif. 4.* tamen propriam signaturam datarius non adiicit, verũ apponit diem tẽporis præsentationis eius factę vni ex referendariis: ab eo enim die data inseritur, non à die relationis, vel pręsentationis datario factę; quamobrẽ quãdo ex Gallia memoriales literę mittũtur bancharijs Romã, die quo cursores Romã venerint, oportet dare banchario memoriale illud. Cũ autem signatura iuxta memoriale expedita est, & delata ad datariũ, ille eam cũ suo memoriali cõfert, & si conformem inueniat, quod pertinet ad subiectum supplicationis, sua manu eius diei quo recepit totam subscribit post corpus signaturæ, seu post signaturam & concessionẽ, hoc modo: *Datum Romæ apud sanctum Petrum* 1. *Kal. Aprilis.* vt in c. fi. de reg. iur. in 6. vbi gl. ad verb. *Pontificatus*, notat plura, quando data sub Pontificatu nõ fiat, putà ante coronationem, & consecrationem.

2 Datæ tempus necessariũ, maximè in rescriptis beneficiorũ, vt in c. pe. c. si eo tempore, de rescr. in 6. ca. eo te, c. constitutus, eo. tit. apud Greg. exceptis quibusdam casibus, quibus, ex alia causa prior tempore est posterior in iure, qui notantur à Rebuffo ad §. fi. de forma mandat. Apostolici, ad verbũ, *datum*, in Concordat. sic si canonicus existens tempore quo datus est executor, quamuis ante executionem desinat esse canonicus, non ideò desinit esse executor, Rota decis. 122. *Nota, quòd vbi*, in Antiq. facit l. si ita, de auro & argen. lega. ff. Archid. ad ca. statutum, super verbo *communicatur*, de rescrip. in sext. nec inspiciemus datæ prælationem, si in secunda posteriori expeditione derogatum fuerit expressè priori cum clausula, *Non obstante quòd pro aliis rescripserimus.* Rota decis. 195. *Nota quòd vbi sunt duo imperantes*, in Antiq. Cõstantinus Cæsar. [illegible]

cieda rescripta vt suspecta de falso sine die & Cōsule sancinit l. 4.de diuer.rescrip.C.facit l.3.de accus.ff. Videtur de substātia eius quod gestū est, diei adiectio,vt accepta & data appareāt.l.1.§.editiones.de edē.C.c.ex tenore,de testib.l.optimā,de cōtr.& com.stip.ita in rescriptis & indictio additur.vt c.inter dilectos, de fide instrum.

3 Subscribūtur vt plerūq;, etiam supplicationū responsiones & rescripta à principib.laicis:alioquin & fidem eis nō adhibendam statuerunt Diocle.& Maxim. in l.3.& Leo in l.sacri affatus,6.de diuers.rescrip. C.facit c.dicenti,25.q.2.multa tamē rescripta in Codice Iustin.sine die & Consule, & diuus Augustinus etiam in collatione contra Donatistas ait,Donatistas Imperiales literas calumniari conatos, quòd sine Cōsule fuissent recitatæ,sed cognitorem interloquutum,euidentissimis legibus definitum esse Imperialia cōstituta, etiamsi Cōsules non legerentur,in dubium non vocari.

---

## De signatura Notariorum Cameræ Apostolicę, seu de quinta parte signaturæ.

### Capvt XLIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Notarij Camera Apostolica quid,& vbi subscribant in supplicatione.*

2 *Camera Apostolica qua dicatur.*

1 SVpplicatione modis prędictis instructa & expedita,si sit de resignatione, defertur ad vnū ex Notariis Cancellariæ,aut Camerę Apostolicę,qui apponet in dorso signaturę vel bullę cōsensus partiū,si pręsentes sunt,aut procuratorū illorū,si absentes:in eodē loco quoq; cōsensum quidē apponūt Notarij Cancellarię,vel Camerę Apostolicę;sed diuerso modo.Nā si Notarius Cācellarię scribat,paucioribus vtitur verbis,hoc modo.*Hodie 10.Decemb. Nicolaus procurator consensit M.*quę litera postrema est nomē,seu signatura Notarij:nō autē additur annus,sed data anni omittitur.At Notarius Camerę perfectius & plenius scribit nomina & cognomina resignantis & resignatarij,diē simul & annū, vtriusq; tamē Notarij notatus cōsensus extēditur latius in bullæ dorso.Est.n.illa Notariorū scriptura cautio resignatarij,vt possit posteà sine consensu alio, aut sine impedimento resignantis leuare bullam. Atq; prædictorū Notariorum cura ad cōsensus tantū exprimendos pertinet,neq; vltra respōsionib.se immiscēt,vt tradit Cassiod.tit.de renunc.deci.1.n.6. consensum resignatarij accipiunt ad translationē iuris,& resignantis ad acceptationē; aliter enim nihil prodesset resignatio in fauorem facta,nisi acceptaretur,c.si tibi absenti,de pręb.in 6.quia inuito beneficiū non datur, reg.iuris inuito,& l.nec emere,C.de iure delib.facit & consensus resignantis, vt non possit posteà resignationem reuocare , tanquam re non existente integra, etiam per procuratorem consensu præstito:c.pastoralis §.fi.de appellat.facit l.hæredes palàm,§.si quid, de testa.l.nam & Seruius,§.si viuo,de neg.gest.

2 Octauianus Vvestrius li.introductio.in aulę Romanæ actio.c.12.scribit in Camera Apostolica, quę ita dicta, quòd eius auditores cōueniant in palatio Apostolico ... in hebdomada , in Camera vna ibi illis destinata, esse decē numero Notarios,quorum munera fuēre, acta causarum Cameralium,seu ipsarum actuarij,summa fide cōscribere,cōsensus contrahentium in beneficialib.dispositionib.recipere, ac supplicationum summarium,& datam.denum omnia in libris publicis Camere Apostolicę per extēsum annotare:& Hi porrò libri omnes in publico loco & archiuo seruari solēt, & ad illos omnes Notarij ex libito accessum habēt,suntque ipsi illorum librorum custodes,insuper illi quoq; Notarij regestant in aliis libris archiui ad hoc designatis,alias literas Apostolicas,quæ per Cameram expediuntur de verbo ad verbum.

---

## De vi & effectu signaturæ.

### Capvt XLIV.

### ARGVMENTVM.

1 *Signatura fidem adhibendam sine bulla docemus.*

2 *Signatura vt litera in forma habent vim tituli.*

3 *Ius beneficij collati non pendet à bulla.*

4 *Beneficium impetratum per signaturam, si moriatur impetrans,vacat per mortem.*

5 *Possidens in vim signatura non est intrusus.*

6 *Signatura per plures manus egressa caret suspicione.*

7 *Subscriptio Principis facit authenticam scripturam.*

8 *Probatio iuris impetrati,non ex bulla,sed ex signatura ducitur.*

9 *Leonis constitutio de adipiscenda possessione cum simplici signatura.*

10 *Num imperfecta sit signatura bulla non expedita.*

11 *Signatura delegatorum quare informis ante expeditionem bulla.*

12 & 13 *Bulla expeditio & exhibitio in duobus casibus exigitur extra signaturam.*

14 *Clausula rarò apponuntur in bulla, qua non sine in signatura.*

15 *Quamuis signatura fidem faciat, tamen bullam eius non esse superfluam docetur.*

1 LIquet ex superiorib.signaturę profectionē plurib. solēnitatib.firmari,verum nō tanta in illis,quanta in bullis postea super ea expeditis est perfectio; vt nō videatur sine dubitatione resoluēda quæstionum, adhibēda sit simplici signaturę fides,& num per eam sine bullarum(vt dicunt,leuatione vel expeditione,seu cōfectione,impetrans possit nancisci possessionem sine vitio intrusionis:quocirca,vt paucis quod verius videtur aperiamus,mihi persuasum est, fidē signaturæ adhibendam,& titulum inde quęri,& possessionē ex ea, nō cōfectis,aut expeditis bullis prehēdi posse.Moueor vt veriorē sententiam hanc dicam;primū quod signatura habeatur pro vero titulo,vel saltē pro colorato; sicq; receptum est in omnib. supremis Galliarum Curiis,& proinde illa sufficit pro adquirenda,cōtinuanda,& defendenda beneficij possessione in iudicio, & extra,cōtra omnes,& ad eam cōsequendam per sententiam & arestum seu placitum, si modò fuerit agnita,vel probata,seu (vt loquuntur Pragmatici) verificata per bancharios seu trapezitas,qui stilum & formulas literarū Pontificalium cognouerint: aut per testes idoneos,& eius rei peritos accitos,& vocatos per iudicem,qui negotij controuersi vel quæstionis habuerit iurisdictionem,si controuersia sit beneficij:alioquin enim si cōtrouersia de beneficio nō sit signatura impetrato, obtinet suas vires signatura sine recognitione,vel verificatione peritorum , vt defendit Gomes. ad regulam Cancellarię de non iudicando iuxta formam supplicationis q.5.quem sequuntur Cismontani, & Galli : si quidem statim vbi verbum *fiat*,appositum est, vt diximus,per Pōtificem,qui plenissimam habet potestatem gratia perfecta est, vt & notat Calderinus ad ca.quisquis,de elect.& Cassiod.tit.de rest.spol.§.fi.dixit signaturam procul dubiò esse titulum,ad quem non pertinet bulla,quę ex signatura colligitur,quę magis conficitur ad faciliorem & diuturniorem iuris probationem,quàm ad rei & negotij substantiam, vt in l. contrahitur de pign.ff.l.4.de fid.instru.

2 Et quia expediuntur signaturæ in forma definita, non erit aliena ab hac sententia conclusio interpretum, quòd in beneficialib. literæ expeditæ habentur loco tituli , vt per Compostellanum ad cap. constitutus,ad fi.de rescr.Fel.ad ca.in nostra,in vers.*sit*.eod.tit. Staph.in ti.de gratiis expecta.in prin.n.17.Et Greg.lib. 7.Epist.Epist.17.vnde c.7.institutionis,25.q.1.statuit decreta æquē seruanda sum.Pōt. quę literis consignata sunt,& quę in præsentia eius fuerunt ordinata : sen-

tentia

tentia sic principis ius facit, etsi nõ redigatur in scri pturam, c.1.de transact.l.omnium, Cod.de testa.cum simil, & sine scripto, princeps & dare priuilegium potest, & delegare causam, §.omnem, de litig.in Nouell. non enim principum iussa ex scriptura, sed ex voluntate pendent, §.sed quod principi placuit, de iure natur.l.1.de constit.princip.ff.cum similib.

3 Admonet & alia ratio ius nõ pẽdere à bulla, quia si ab eo tantum esset, moriente sum.Pont.qui concessit signaturã ante expeditionem bullarum, nihil prodesset impetrãti signatura; & petenda iterũ esset prouisio eiusdem rei à successore eius in Põtificatu. à quo tamẽ solum petitur bulla in forma, *rationi congruit*, in qua (vt dictũ in principio rescriptorũ) mentio fit, sortiri tantum effectũ & expeditionem signaturã, nõ autẽ de nouo beneficium cõferri, & ita bullæ ex tenore signaturæ præmortui Pontificis expediuntur, vt notat quoq; Pan.ad c.in nostra circa finem, de rescr.regula Cancell.8.vide Baldum ad l.humanum, C.de legib.

4 Item beneficio impetrato per signaturã, si impetrãs moriatur, bullis nõ cõfectis, beneficium p mortẽ eius vacare dicitur, & eo modo impetrabile, per regulam Cancellariæ 13. Gomes.ad reg.de non iudicando, iuxta formam simplicis signaturæ q.5.non obstante alia regula 51.qua cautum erat impetrantem, super simplici signatura, bullis non expeditis iuuari non posse dispensationib.concessis à sum Pont. colligitur itaq; verum esse titulum signaturæ, iuxta quam impetrãs moriens, ex sua persona facit vacare beneficium.

5 Quamobrem sequitur ex eo vero titulo possidentem, iudicandum non esse intrusum, quia intrusus dicitur, qui aliunde quàm per ostium ingreditur, id est, qui illegitimè possidet, aut sine titulo vero, aut colorato, & propria authoritate.c.relatum, de iure patro. c.ad aures, de excess. prælat. c. eum qui de præbend. glos.ad c.nisi cum pridem, §.1.de renunciat.

6 Deinde postquam signatura per tot manus publicarum personarum pertransierit, Papæ, Legati Cardinalis, Vicecancellarij, Datarij, Notarij, qua fronte huius scripturam priuatam dicere audebimus? vt considerat Nicol.Millius, in repertorio, ad verba, *Gratia Apostolica*, q.3. sic enim ab aliis, quàm à manibus sum. Pont.vel prædictorum, quibus id munus commissum, nemo literas sedis Apostolicæ accipit, pœnis alioquin aliter faciẽtibus grauioribus impositis, ca.dura sæpè, 4.de crim.fals.vt metuendum non sit ex arbitrio aliorum quàm potestatem habentium, procedere.

7 Sed neque incognitum est subscriptionem principis facere authenticam scripturam, l.sancimus, 3.de diuers.rescr. vt & eius præsentia omnes solemnitates suppl.in l.omnium, C.de testa.

8 Adde quòd & probatio iuris impetrati, nõ ex bulla, sed ex signatura accipitur, quare si altera cõtendẽtium de beneficio pars, de eo dubitet, probat exemplari, quod sumptum dicũt, quod accipitur vel sumitur ex regesto seu libro signaturarum, quod in Camera (vt dixi) seruatur Romæ, illúdq; inde ex fide transcriptum sine additione vel diminutione, plenam fidẽ facit, & tantæ est authoritatis in iudicio contentioso ad iura seruanda litigantium, ac ipsa bulla desuper expedita, vt dicitur in prooemio Decretalium, & explicatur p Butriga.cõs.2.& cõs.49. Et si cõtentio sit de bulla, recurrit ad regestum dictũ signaturarũ, à quo sumitur exemplar seu sumptum, quod tamen fieri debet aduersario collitigante vocato, iuxta pscripta Edicto Henrici 2.regis Galliarum, publicato die 23.Iulij an. 1550.artic.8.iuxtaque l.1.de eden.ff.l.1.de vnoquoq; de re ind.ff.l.nam ita diuus, 39.de adopt.neq; minoris authoritatis regestum signaturarum publicum, quàm protocolla Notariorum aliorum publicorũ, ex quorum notis & protocollis, non suspectis de falso, carẽtibus omni vitio visibili, aut alio defectu quàm formæ ingrossationis, sumptũ exẽplar vim habet sufficiẽtem & plenam fidem. Vide glos.1.ad authenti. si quis in aliquo documento, de eden.

9 Accessit Leonis S.Pont.constitutio, de annatis, in Concor.qua prohibetur impetrantib. beneficia à sum. Pontif. cum simplici signatura adipisci possessionem sine expressione valoris beneficij, Henricus tamen 2. Rex.Gal.declarauit Paulo Pap. 3. p modũ cuiusdã cõuẽtionis, quod in prouincia Prouinciæ & Britanniæ nõ acciperetur possessio in vim signaturæ; vnde in locis, quæ reguntur Cõcordatis, potest capi possessio cum signatura: illamque declarationem edidit prædictus Rex, ann.Dom.1549.die 14. Iunij. sine titulo verò non potest in beneficiis quæri possessio, nec prehensa retineri.c.in literis, de restit.spol.c.1. toto titul. de eo qui mittit in posses.caus.rei ser.c.r.de reg.iur.in sex.

10 Sed vt certiora fiãt q̃ sentimus, superesse videtur vt dissoluamus nodos iniectos huic cõprobationi ab iis qui nimium addicti bullæ, rati sunt ante eius expeditionem signaturam inter priuatas scripturas annumerandum: esséq; gratiam informem, nec titulum vel coloratum facere, atq; cum ea sola nactum possessionem, intrusum, violẽtum possessorem, & prædonẽ habendum, suoque iure, si quod haberet aliunde, priuandum, vt ait Fel.ad c.veniens, de accusation. per c.eum qui, de præb.in 6.per cõstitutionem vnicam Bonifacij, de elec.in Extrau. Discutiamus eorũ rationes: Primũ quod aiunt, ante bullæ expeditionem imperfectã videri signaturã, quod posset fulciri expressè ex l.1.vt lit.pend.C. vbi inter supplicationem & rescriptum super ea expeditum, gestum validè, nõ reuocatur rescripto, cum tamen si post rescriptũ factum esset, inutile esset, facit & in argumentum quod Greg.9.c.1.de fide instr.si scripturã authenticam nõ videmus, ad exemplaria nihil facere possumus, facit & l.cõtractus, de fide instr. C. ideoq; executor delegatus censeatur impeditus vel interdictus, in executione cõmissionis, donec fuerit bullam cõsecutus. Rot.dec.458.in Nouis. Addere possunt authenticam scripturam in rescriptis, non exempla esse exhib.l.3.de diuers.rescr.C.vt in aliis.l.1.fam.ercisc.ff.l. fi.quemad.testa.aperiãtur. l.2.de fide instr.l.procur.7. C.de eden. sed certè hæc ratio falsis innititur fundamentis, nã docuimus antè, nõ esse priuatã, sed publicã scripturã, signaturã principis, & aliarũ publicarũ personarũ monumẽtis subnixam: nec l.cõtracti, de fide instr.similem habet causam, nã placuerat ibi contractum nõ perfici nisi scriptura accessisset, & fuisset confecta, & proinde scriptura in mundum reducta exigebatur, propter placitum, nõ aliter; quia emtionis substantia extra pactionẽ, nõ cõsistit in scriptura, sed in cõsensu.re vendita, & pretio.l.1.& 2.de contra.emp. §.1.eo. ti. apud Iusti.at in signatura non ita, quia gratia perfecta fuit per verbum *fiat*, vt dictum, nec scriptura in volũtate est de substãtia, sed de certitudine.

11 Quòd autem pertinet ad decis. Rot.458. admittimus quidẽ in rescripto delegatorum executorum, informẽ quidẽ esse illam gratiã ante bullarum expeditionem, quia delegati non possunt aliquid expedire vel exequi ex signatura, nisi habeant cõmissionem præ manib. q̃ in bulla est definita; ideò sine ea nihil possunt, c.pastoralis, §.fi.de rescr.quãuis enim à tempore etiã datæ sortiantur iurisdictionẽ delegatam, nõ possunt tamẽ exequi antequã acceperint literas, vel bullam in forma, c.super eo, in 2.de appell. quia opus est primũ acceptari commissionem à delegato, & de hoc rescripto quoque loquitur l.1.vt lite pen. C.at in beneficiorũ gratiis, acceptatione prouisi gratia sortitur effectum, & adipiscendo possessionem, facto ipso & voluntate acceptasse videtur, vt amplius variare nõ possit, c.si tibi absenti, de præb. in sext. & ita transfertur dominium in acceptantem sine instrumento solẽni, non minus quàm dominium donatæ rei per acce-

ptationem voluntatis donãtis transfertur sine instrumẽto, l.si quis etg.§. pe.C.de don. Sequitur itaq; quia pfectio gratiæ per *fiat*, habetur, vt voluntatem suam accommodans, & quòd cum titulo possessionem nãciscatur, alio nõ possidẽte nec intercedẽte, nõ dicatur intrusus diuersum obseruare, licèt in delegationibus, sed literis iustitię, in quibus non perficitur gratia per *fiat*: quia gratia suspenditur & differtur in tempus cognitionis delegatæ negotij, secundum narrata in signatura, ad quæ refertur clausula, *fiat*, iuxta ca.intelligentia, de verb. sign.

12 Proinde annotantur duo casus, in quibus bullæ expeditio & exhibitio requiritur vltra signaturã, etiam in puisione beneficiorũ: primus, si cõtrouersia de beneficio sit, & lis mota, inter duos contendẽtes de titulo beneficij, concurrentes in impetratione p actionẽ petitorij, quo casu non sufficit signatura, nisi pducatur & bulla, & in hoc casu intelligẽda regula Cãcellariæ, de nõ iudicãdo iuxta formã supplicationis: clausulæ quippe signaturę extendi possunt in bulla, per modificationes, & restrictiones, ex quib. controuersia tituli facilius sopiri potest. Et ita intellexerunt perpetuò prædictam regulam auditores Rot. vt scribit Gomes. in eam regulam, de non iudicando, & c.q.5. expedit quippe in iudicijs ante sententiam plenius veritatem negotij disquirere, & plena disquisitione eam perpendere, l. iudices, C. de iudic. c. iudicantem, 30.q.5

13 Alius casus quo exigitur vltra signaturam bullarum expeditio, est apud Bonifacium in ca.1. de elec. in Extrau. in prælaturis, nempe Episcopatib. Archiepiscopatib. Abbatiis, Prioratibus, & cæteris monasteriorum regimina exercentibus, facit & c. si iudex, de sent. in sex. & hæc ad primam contrariæ sententiæ rationem pertinent.

14 Secunda porrò aduersaria ratio, q possit accidere, vt ppter clausulas quasdam extra cõmunem modũ appositas signature, bulla rationabiliter impediãtur, vel ibi corrigantur: vt ait Bellamera. dec. 609. Gomes. super reg. de non iud. iuxta formul. supplic. quod parum officit, nam hoc de rarò contingentibus est, nec de eo statui debet regula, l. nam ad ea, de legib. & quamdiu nihil aduersum signaturam proponitur, tandiu pro ea iudicandum. l. sancimus, C. de testa.

15 Minus etiã remoratur vim signaturæ tertia ratio, q bulla frustrà exigeretur, & pperam essent cõstituti tot officiarij in Camera Rom. quib. demãdata fuit cura expediẽdi bullas ex forma eis pstituta, si signaturæ vim & robur sine bullis haberẽt: superflua .n. q nihil operantur resecanda: l. fi. C. de don. & quemadmodum verba, sic neq; res debẽt esse sine effectu aliquo, l. vni. de nud. iure Quiri. toll. C. l. si quando, de leg. nam ideò supflua nõ dicetur bullarũ expeditio, quia signatura vim habet, eò q extensio signaturę in bullis habet faciliorẽ pbationem si de signatura cõtẽdatur, omitto q aliqui dixerũt magis bullarũ expeditionem ad sũptus, quàm ad necessitatẽ ptinere: facit & bullarum scriptura, vt res & pbabilior, & magis nota omnib. fit, c. 1. §. postq̃, de censib. li. 3. Sexti, ti. 10. vbi gl. ad verba, *in rescriptis*, not. 30. casus, in quib. scriptura actui accedere debet, nõ tamen necessariò in omnib. cum pbatio fieri possit, non tantũ instrumẽtis, sed etiã testi. c. cũ Io. de fide instr. sed quia acta ita publica solemnia ad futuram rei memoriã magis cõueniũt, vide l. apud acta, & ibi notata de transl. 4. de fid. instr. l. contrahitur, de pig. ff. quanq̃ ex his trãsũpta & pbationem habeant bene collata, & solẽt aliquando principes siue Ecclesiastici, siue seculares, quando rescripta plurib. psonis sunt communicanda, illis inserere clausulam hanc. *Et quia difficile foret, psentẽ scedulam ad quaecunq; loca deferri volumus, & Apostolica authoritate decernimus, eius transsũptu vel exẽplu plenam & eandẽ prorsus fidẽ, vbiq; etiam in iudicio, haberi, qua præsentis originali haberetur si foret exhibitũ vel ostensum, quódq; sola præsens sufficiat signatura, & vbique, etiam in iudicio, fidem facit, regula cõtraria nõ obstãte.* Solẽt & Gall. principes adiicere rescriptis, *Et pourautaut qu'en plusieurs lieux l'on aura affaire des presentes, Nous voulons, qu'aux vidimus d'icelles, faits soubs seaux Royaux, foy soit adioustée tout ainsi qu'à l'original.*

---

## De Bulla.

### Capvt xlv.

### ARGVMENTVM.

1 *Bulla quid, & quæ contineat.*
2 *De insigni bullæ antiquorum.*
3 *De symbolo bullæ.* 4 *De bulla aurea.*
5 *De solemnibus & formulis expediendi bullas.*
6 *De plumbatione bullæ.*
7 *De appensatione diuersa bullæ pro diuersitate literarum gratiæ & iustitiæ.*
8 *De forma expeditionis bullarum, quæ fit per Cameram, & aliarum literarum.*
9 *De modis scribendi nomen summi Pontificis in bullis, ex diuersitate literarum.*
10 *De extensione signaturæ in bullis.*
11 *De prohibita descriptione bullarum per notas.*
12 *De modo scribendi vltimã & penultimã lineã bullæ.*
13 *Non appone diphthongos bullarum scripturæ.*
14 *De modo scribendi diem bissexti.*

1 TOtum rescriptum sum. Pont. vel puisio, vel gratia in forma authent. bulla dicitur, quæ cõtinet in membrana scripturã, cum sigillo plumbeo, & aliis requisitis; dicta autẽ bulla à parte illa sigilli in cuius latere impressa sunt duo capita duorum Apostolorũ, Petri & Paul. c. licet, 5. c. quàm graui, 6. de crimi. fals. Diffinit itaq; gl. ad Cle. 1. de iureiur. Bulla dicitur plumbũ pẽdens, seu sigillũ aureũ vel argenteum: sic literæ nõ cẽsentur expeditę nisi plumbatę, vt not. gl. sup regulæ Cancel. 14. & 60. cuius opinio pbatur ab Alex. cõs. 115. vol. 2. Bulla porrò, sigillũ illud dicitur, q habeat speciẽ vel formã bullæ, q̃ Græcis ἡ πομφόλυξ, nẽpe tumor quidã exiguus, in modum ampluarum quæ excitãtur in aqua vel bulliente, vel cadente ex stillicidio, eleuatione facta ab spiritu ventoso; nihil enim ibi solidum præter ventum intus. Quod innuit Persius, dum ait,

*Non equidem hoc studeo bullatis, vt mihi nugis*
*Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.*

Bullã eadem ratione dixerunt hominem antiqui; quia humana vita nihil est fragilius: nihil fugacius, aut inanius, quẽadmodũ & bulla tumor ille inanis qui visitur in aquis momẽto tẽporis enascẽs, simul ppemodũ & enascẽs, Et Lucian. in Charontis Dialogo, vitas hominũ bullis huiusmodi similes facit, quarũ aliæ simulatque natæ sunt euanescunt, alię paulò diutius durant, omnes breuissimis quibusdam interuallis aliæ succedunt aliis. Adde Sophoclem in Aiace, ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον, *Nihil aliud est homo, quã flatus & vmbra.*

2 Constituerunt antiqui insigne quoddam virtutis tumore bullæ compactum, vt ex verbis Plinij li. 33. c. 1. constat, *Sed à Prisco Tarquinio omnium primo*, inquit, *filium cùm in prætexta annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat*: vnde mos bullæ durauit, vt eorũ qui ęquo meruissent filij, insigne hoc haberent, cęteri locorũ. Certè si liceat ex significatione nominis causã huius insignis coniicere, arbitrarer bullã hãc auream significare, symbolúmq; dare, homines quosdam aliis pstare virtute aurea, tamen esse semper homines omnes mortales & ad modicũ hîc victuros. Et mihi hoc Etymõ magis cõuenire videtur menti antiquorũ, quã illud q tradit Sextus Põpeius Festus, dũ ait, *Bulla aurea insigne erat puerorũ prætextatorum, quæ pendebat eis à pectore, vt significaretur eam ætatem alterius regẽdam cõsilio: dicta autẽ est à Græco sermone βουλὴ, q consiliũ dicitur Latinè, vel quia eam partẽ corporis bulla cõtingat:* id est,

*id est, pectus, in quo naturale mouet cōsiliū.* Exprimit bullę formā Cicero in Verrem. Bulla in toga pretexta erat ornamentum pueritiæ, in cordis figuram formatum.

3 Sed hactenus disputatio fit de nomine, cum cōstet omne q tumet in morē bullarū m aquæ, bullam dici, vt & trāslatum ideò nomē ad capita clauorum, q̄ infixis cuspidib. extra tumātia remanēt apud eundē Ciceron. in Verrem, *Verres,* inquit, *bullas omnes aureas: ex valuis non dubitauit auferre.* Quare & sigilla rescriptorū, nō omnino, vt quidā arbitrātur barbarè, bullæ dicūtur, quia forsā & bullata cōsultò apponuntur p sigillo, vt intelligant gratia Pontificali donati, se insigni donari. & rursū in eo insigni esse symbolum breuitatis vitę hominis, ob q̄ à terrenis abstinere debeāt, vt ęterna consequātur. Scribit Polyd. Virg. li. 8. de inuēt. rer. c. 2. Adr. primū Roman. Pontificē, qui adeptus est sedem ann. Dom. 772. instituisse, diplomata seu literas Apostolicas plumbo sigillari, vt diuturnius esset sigillum, cum antea vterētur cera. Alij referunt inuentum ad Stephan. 3. sum. Pont. fiunt aliquādo & bullæ aureę rescriptis & priuilegiis maiorib. Bulla pro ipso rescripto, pars pro toto, quòd sigillum authēticum sit pars præcipua, qua probatio rescripti fiat, c. 2. de fide instr. lib. 2. ti. 22. c. 3. de proba. c. cum dilectus, de fide instru. creditur enim ei, donec de contrario doceatur. c. post cessionem, de probat. can. curæ, 11. q. 3.

4 Solebant etiam Imperatores & reges priuilegiorū p̄stantiorum cōcessa rescripta sigillo bullæ aureę ad prestantiorē rei memoriam exornare: sic inter constitutiones iuris Orientalis libro primo in constitutionibus Heraclij, *διάταξιν περὶ δικαστηρίου τῶν ἐπισκόπων*. de foro compet. Episcoporū, dum statuitur eos vocari debere corā p̄priis iudicib. Ecclesiasticis, mentio fit de bulla aurea, dū dicitur *τὰ αὐτὰ διορίζεται, καὶ τὸ χρυσοβούλλον τὸ μέγα ... [illegible]* id est, eadem etiam statuit aurea bulla celeberrimi Imperatoris domini Alexij Comneni vulgata mense Iulio, indictione 4. anno (sub orbe condito scilicet) 589. Sub bulla aurea quoque statutum ab Emanuele Comneno Imperatore Orientis, ne prædia Ecclesiastica, vel monasteriorum inquietarentur à fisco, siue ea cum titulo, siue sine titulo, siue alio modo possiderentur, vt ex eius constitutione 9. liquet lib. 1. Iuris Orientalis.

5 Formula & solemnitas bullas expediendi, diuersa habet & plura capita: postq̄ enim supplicis libellus signatus est: is defertur ad abbreuiatores maioris (vt dicunt parci, qui literas seu diplomata dictant, quorū dictaturam minutam vocāt, postquā dictata minuta, ea defertur ad scriptores vt cōscribatur in forma literarum, posteà scripta in forma, in Cancellaria & in sede, seu (vt vocant) in banco scriptorum, taxatur per eum quē rescribendarium vocant, vbi taxata est, alius quem dicunt computatorem, suam apponit manum, & ibidem soluitur scriptorib. taxa, & exinde alia similis apud abbreuiatores minoris parci, apud quos solet aliquid de taxa, vtpote Iulij quinque, iuxta subiectā materiā sollicitari (id est, ei qui curat negotiū) remitti. & alter ipsorū nomē literis adscribit: īdē abbreuiatores minoris parci: receptis eorū pecuniis, bullam ad abbreuiatores maioris parci remittūr, apud quorū blancū (sic loquūtur) duo ipsorum ad hoc deputati nomē suū paulò inferius subscriptione abbreuiatoris minoris parci adscribere solent: hinc literæ ad officium sollicitatorum ipsarum literarum Apostolicarum, quos Iannizeros vocant, portātur, quib. soluitur taxa, certa ratione. Quia si taxa sit triginta ducatorū, duo ducati ac totidem Carolini de Cācellaria: si verò infrà, vnus rātum ducatus, & duo Carolini similes solui solēt, subinde ad alias sedes abbreuiatorum de minori parco, quas de prima visione vocant; adferūtur, vbi sollicitator soluit vnū Carolinū alteri ex dictis abbreuiatorib. qui postmodū literis manū apponit, paulò inferius subscriptione scriptoris Apostolici. Quib. solutionib. factis, bulla vnà cum supplicatione in eius ventre, sic loquuntur, reposita, ad abbreuiatorem de parco maiori, qui minutā dictauit, reportatur. Is collationem facit, an bulla cum supplicatione concordet, qui si concordantem inueniat, talem, indicat, & p to signo iudicij, bullæ nomē suum adscribit & exinde illa cum supplicatione in ventre de scāno suo, vocāt bācum, proiicit in terrā: de terra colligit custos Cācellariæ, vel eius famulus: dehinc is custos, eā bullam in omni eius parte respicit & aduertit num omnes officialium, subscriptiones quas subiecta materia desiderat, adsint & eius data cum data supplicationis cōcordet; demum illā ad regentē Cācellariæ trāsmittit: is verò respicit à quo sit collationata, seu iudicata; & si sibi videbitur etiam alteri ex abbreuiatorib. iterum collationandam & iudicandam dare poterit ex arbitrio. Deinde à supplicatione bullā seu literas separat, eámque seorsum ponit: atque si bulla sit gratiosa, manu sua in margine eius apponit vnum A maiusculū à latere dextro, à sinistro verò vnum I lōgum; & exinde certis lineis circuit scriptorum ac abbreuiatorum taxas in bulla descriptas.

6 Eoq; peracto, ponit bullas sup certo scāno vel bāco. & finita Cancellaria venit plumbator, qui illas de manu regentis recipit, & defert ad officiū plumbi, vbi cordulis vel laqueis ligātur & plumbātur: sunt & in istis alia officia sollicitatorum publicorum, qui Iānizerij dicuntur, quando bullæ annatā debent: de quib. & superiorib p̄scriptis tractat Octauianus Vvestrius li. 1. introductionis in aulæ Romanæ actiones, c. 4.

7 Distinctio literarum gratię & iustitiæ addit etiam diuersā formam expediendi bullas, vtręq; enim plūbantur, sed habet Cācellaria alios expeditores pro literis iustitiæ propositos, quorum munus dicitur officium cōtradictarum, quia si impetrantes de loco iudicij, de persona iudicis, aliáve re impetrationem cōcernente, esset controuersia, is qui se expeditioni opponit, solet in hac audientia audiri: & ideò hoc officium habet auditorem, qui contradictiones has audire & definire solet, Vvestrio teste, eod. lib. 1. c. 5.

8 Tractat & c. 6. de forma expeditionum bullarum, quæ fiunt per Cameram Apostolicā, & c. 7. de literarū ac breuium expeditione per Secretariam Apostolicā, & de Cardinali breuium signaturæ præposito.

9 Scriptores bullarum ad instructionem bullatoris, distinguūt scripturā literarū gratiæ & iustitiæ, vt appensionē quoq; sigilli plūbator, qui est analphabetus, distinguere possit, itaq; in literis gratiæ nomen Papæ in prima linea capitalibus seu magnis literis scribitur solum, vt XISTVS: plumbum autem ibi annectitur filo serico. In literis iustitiæ, nomē sūmi Pōtificis scribitur in prima linea. prima litera magna, cæteris aliis simil. vt XISTVS, & plūbū appēditur ibi filo canabino.

10 In bullis fit extensio signaturæ, in clausulis & substantialibus non principalibus, sed accessoriis: quòd pertinet autem ad substantialia principalia actus, ea nec extendi, nec minui à signatura possunt in bullis; nam bullæ debent referri ad signaturam & si contentio sit de bullis, debet recurri ad signaturam; & sequuntur iudices potius signaturam quàm bullam in substantialib. vt refert Papus iudicatum in Rapsodia arestorum lib. 2. ti. 9. aresto 1. Et plerumque etiam de omnib. contentis in signatura non leuātur, sed de certis tantum eius capitulis, aliis omissis; quib. non eget qui bullam leuat, & secundum requisitionem eius qui eā petit expediri, vt explicat Reb. in 2. parte practicæ beneficior. in princip. n. 25. & plura de his idem in tractatu de noua prouisione, n. 39. 40. 41. 42.

11 Consideratur in bullis scribendis quoq; alia extēsio, vt nō fiat scriptura p notas: potissimū, si mādatorē

ſint, per regulã Cãcellariæ 14. niſi in nomine Pontificum, hoc modo, vt tẽpore Eugenij Papæ V. Innocẽtij Papæ 3, vt notatur in libro prouinciali. pag. 14. verſ. *hodie*. nec per abbreuiationes literarũ ſcribenda bulla, vt ait Archid. in sũma 25. q. 1. Speculator titulo de reſcriptis pręſentandis, §. primo igitur, concluſio. 3. Iuſtin. in l. 1. §. fi. C. de veter. iur. enucl. de ea re ſic ſimile ſtatuit & rationẽ cõmunem omnib. reſcriptis addit. *Ne autem*, inquit, *per ſcripturam aliqua fiat in poſterum dubitatio, iubemus, non per ſiglorum captiones & cõpendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & per ſuum vitiũ antinomias induxerunt, eiuſdem Codicis textum conſcribi, etiamſi numerus librorũ ſignificatur, aut aliud quicquã. Nec enim per ſpecialia ſigla numerorum manifeſtari, ſed per literarũ cõſeqnẽtiã explanari cõcedimus.* Idipsũ ſtatuit in prooemio ff. §. illud autẽ quod iã, & rursũ, in l. 2. §. eandẽ autẽ pœnã falſitatis de veter. iur. enucl. C. vbi & pœna falſi ita libros ſcribẽtib. imponitur, ſi leges per ſiglorum obſcuritates auſi fuiſsent ſcribere, & decernitur vt nomina prudentium, tituli, & librorũ numeri, per literarum conſequentias, non per ſigla manifeſtentur, ita vt qui in cõtratium ſcriptum librum ſibi paruerit, in quo ſigla poſita ſunt, inutilis ei eſset, nec liceret ex eo libro in iudiciũ aliquid recitare, &c.

12 Notãt & Pragmatici bullarũ ſub finẽ bullæ mandati lineam, in qua ſcribitur Pontificatus dictio, totã compleri debere ea dictione *Pontificatus*. vltimã verò lineam debere finiri & cõpleri cũ aliis lineis æqualẽ, nec partẽ eius primam aut vltimam vacuã remanere debere, & poſse cõtinere datam hoc modo. *Datũ Romæ tertio Calend. Ianuar. Pontificatus noſtri anno ſecundo*, nec abbreuiari debere ſic, *anno* 2. per notam numeralem, vt vitetur falſitas: nec debere hanc dati inſcriptionem duas lineas facere integras, imò neceſse eſse ad minus duas dictiones præcedentis clauſulæ cõtineri, vt ait Archid. in ſumma 25. q. 2. Reb. tamẽ in titulo de forma mandati Apoſtolici, in gl. fin. & prima eius tituli ſcribit, ſe vidiſse contrarium obſeruari. Et ideò ſic ſolere ſcribi in penultima linea mãdati, ſi patiatur chartæ amplitudo, *Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo trigeſimo quinto:* & poſteà in linea vltima ſcribi ſequẽtia, *tertio Nonas Iunij, Põtificatus noſtri an. ſecũdo.*

13 Addit & Felinus in dicta gl. fi. in literis Apoſtolicis, hodie non ſcribi vel opponi diphthongos, quamuis in quibuſdam antiquis videantur appoſitæ, & ita etiam Pius 2. aliquando voluit reſtituere, vt habetur in libro prouinciali, pag. 14.

14 Vbi & quoque dicitur, quòd in expeditionibus factis anno biſsextili ſi inciderit circa diem vbi immorantur per duos dies, ſcribi debere primũ diẽ biſſexti, hoc modo, *primo ſexto Calend. Februarij:* ſecundũ verò, *ſecundo Calend. Februarij:* facit l. cum biſsextus, de ver. ſig. Et hęc de bulla hactenus; reliqua videre licebit apud Speculatorẽ, tit. de reſcrip. §. 1. vbi & Ioan. Andræas, dum agitur qualis debeat eſse bulla Papæ, quid cõtinere debeat, & qualiter fiat collatio bullarũ, & Hoſt. in ſumma de crimine falſi, quoque videndus.

## De forma breuis, & reſcripti pœnitentiariæ.

### Capvt XLVI.

### ARGVMENTVM.

1 *De literis in forma breui ſub annulo piſcatoris.*
2 *Breuium triplex reſcribendi modus.*
3 *Diſpenſationes ex ſacra pœnitentiaria.*

1 Expeditio literarum reſcriptorum eſt interdũ in forma breuis, ſub cera & nõ ſub plũbo: quarum adeò fuit à certiſſimis annis frequentiſſimus vſus, vt ſummi Pontifices cõſueuerint aliquẽ ex Cardinalibus Iuriſperitũ, & in reb. Romanæ Curiæ expertiſſimum deputare, qui plurib. ex obſeruatione Romanę Curię concedi ſolita, concedat, abſque alia Pontificis ſummi ſignatura, habito tamen eiuſdem Pontificis viuæ vocis oraculo, per ſeipſum vel per alium, neque in expeditionib. huiuſmodi ſupplicationes porrigũtur, ſed ſolæ breuium minutæ ab abbreuiatoribus, vel alio eius artis experto dictatæ, quas idem reuerendiſſimus huic ſignaturæ præfectus, quod pertinet ad formam reuidet, additque vel minuit ex arbitrio. Et reuiſam minutam ab ſe ſubſcriptam ſupplicibus, vel eorũ ſollicitatorib. tradit, quæ poſtmodum apud expeditores fidem facit. Poſteà literæ in eadem forma breuia in tenuiori pargameno, ſeu membrana ſcribuntur, & ſcriptæ ſub annulo piſcatoris nuncupato, ferè ſemper noſtris temporibus ſub cera expediuntur.

2 Breuium triplex conſueuit eſse reſcribendi modus: primus, ſupplicatione introcluſa, & eius generis breuia ſemper clauſa ſollicitatorib. dantur. Secundus ſupplicatione, non quidem intercluſa, ſed extenſa, cuius generis breuia interdum aperta dantur, vt quę nõ ad certam perſonam nec ad certũ vniuerſitatis corpus, ſed ad vniuerſas & ſingulas perſonas pertinet: vel pertinent quidem ad ſingularem quandam perſonam, vel certum vniuerſitatis corpus, ad futuram tamen rei memoriam, vel ſi ad Hebręum, vel Hebręorum Vniuerſitatem Pontifex ſcribat. His enim caſib. ſolet ſecretaria per breue apertum, alioquin autẽ per clauſum, reſcribere. Tertius modus reſcribẽdi per ſecretariã eſt in forma bullæ, nec latius apud Octouia. Vveſtriũ li. 1. introduction. in aulę Roma. actiones, c. 7.

3 Prodeũt ex ſacra pœnitẽtiaria alia reſcripta quæ iuſtitiam concernunt, vt diſpenſationes matrimoniorum, in gradib. humana lege ꝓhibitis, legitimationes prolis, diſpenſationes ob ætatis, vel alicuius membri defectum ad ordines, & ad beneficia, abſolutiones ob incompatibilitatem plurium beneficiorum, ab homicidio in ſoro conſcientiæ, à ſimonia, ab exilio, à iuramento ad effectum agendi, à periurio, cõmutationes votorum, diſpẽſationes regularium ab aliquo regulæ capite, indulgentiæ locorum & perſonarũ, cõmiſſiones ſuper declaratione nullitatis matrimonij, vel validitatis, literæ ceſſionis bonorum pro pauperibus clericis, & laicis in terris Eccleſię. Octouia. Vveſt. dict. lib. 1. introduct. c. 2. Quæ pertineant ad pœnitentiarij munus tradit & Cardin. & alij interpre. ad Cle. ne Romani, de election. Gomeſ. libello de poteſtate, & ſtilo officij ſacræ Cancellariæ. Sigillum in pœnitentiaria fit cum cera rubea in abſolutionibus, & reſcriptis indulgentiarum criminum clauſis ſigillo impreſſo beatiſſimæ virginis Mariæ.

## Admonitio quædam de forma Imperialium reſcriptorum.

### Cap. XLVII.

### ARGVMENTVM.

1 *Principibus & regibus ſua cuique eſt literarum formula quæ obſeruanda.*

1 Principes, Reges, Imperatores, habẽt ſuas formulas reſcriptorũ, quas obſeruari iubẽt, habẽt propria ſigilla, & certorũ amanuẽſiũ, ſeu certorum & diſtinctorũ Secretariorũ adhibent manus, vt nimiũ oneroſum fuerit, imò verò ſuperfluũ de illis ſeparatim loqui, ſufficit indicaſse qđ de Imperatorũ reſcriptis tradit cõſtitutio Leonis Cęſaris, l. ſacri affatus, de diuerſis reſc. C. ea ſubſcribi ſolita ab Imperat. encanſto rubeo, cõpoſito ex cocto murice, & triti cõchilij ardore: hoc non ſeruant nũc alij principes, adiiciũt tamẽ ſubſcriptionẽ & aliquãdo ſigillũ, vel magnũ, vel paruum, cõmune expeditionib. literarũ, vel priuatũ ſeu ſecretũ, & hoc ſigillũ dicitur authoritatis, ſũmi Pont. Imperatorũ, Regum, Principũ, Epiſcoporum. c. nobiliſsimus, 96. diſt.

96.dist.Clem.vn.in fi.de inreiur. notandum tamen sigillum principis non esse necessariũ in approbatione legum,vt notat Bal.ad Extrau.Imperiabs,de pace cõstantiæ post feudorum libros, nisi consuetudo esset, quòd literis principis non crederetur, nisi sigillatis,c. cum dilectus de consuet.Doct.in c.2.de fide instr. Specul.tit.de probat.§.videndum.

## De modis quibus rescripta improbantur vt nulla,primúmque de falsitate eorum.

### Capvt XLVIII.

### ARGVMENTVM.

1. *Rescripta multis modis corruũt & sunt inutilia,si sunt falsa primùm,& contra stilum consuetum.*
2. *Summi Pontifices & Principes quos dicant fratres, filios,charissimos.*
3. *Falsum præsumitur ex dicto falso vel tacito.*
4. *Si in constructione peccatum vel errorem rescriptum habeat.*
5. *Si contra prohibita impetratum.*
6. *Si impetrans aliàs falsum commiserit.*
7. *Si rasum vel vitiatum.*
8. *Ponuntur nouem modi falsandi literas.*
9. *Præsumptio tamen pro scriptura non vitiata.*
10. *Qui falsis vtitur sciens in discrimen falsi incidit.*

1 RESCRIPTA non semper vim &effectum accipiunt, aut prosunt impetrantib. vel quia falsa, vel obreptitia,subreptitia,inciuilia,ideò de his,& quomodo id accidat.breuiter explicabimus,& primum de falsis agemus.Obseruandum itaque in probandis bullis, & principũ rescriptis,vt sint ex stilo cõsueto Curię composita,vt monet Inno.3.in c.quàm graui,6.de cri. fals. lib.3.tit.2.nam quædam ex stilo immutabiliter in veris bullis seruautur,vt diximus in forma bullarum.

2 Sic ex more summus Pontifex in illis,Patriarchas, Archiepiscopos,Episcopos,fratres vocare solet : cæteros,vt Reges,Principes, vel alios cuiuscunque ordinis filios,d.c.quàm graui.vide quæ dixi ad c.22. cum dilecta,de rescr.Solebant Imperatores Romani salutationem præponere rescriptis directam illis quibus scribebant,quos & amicos vocabant,hoc modo: *Aue charissime nobis*.vt in l.2.de off.rector.prouin.& l.5.de priuil.eo.qui in sacro palat.milit.in C.Theod.& in l.4.de operi.pub.co.C.Theo.& alibi.Salutant &initio rescriptorum sum. Pontifices eos quibus ea dirigunt, vt liquet ex proœ.Decret.& c.si aliquando, 41.de sent. excom.vide & Rebuff. ad procemium Concordatorũ. ad verbum,*filios*, quomodo honoris causa dicantur principes filij à summo Pont.c.conuenior,23.q.8.c.si Imperator,96.distin. & quæ tradit idem Rebuffus in forma mandati Apostolici,ad verba,*dilectis filiis*, in Concordatis. Princeps Gallorum in literis officiariis directis amicos & fideles vocat,*A nos amez & feaux*. Mos priscorum Imperatorum similis,vt Theod.&Valent.in edicto sic loquuti, *Volusius Mesianus amicus noster*, ap. Vlp.in l.diui fratres,17. de iure patro.in Epistolis quoque Traiani ad Plinium secũdum, nominatur Plinius ab eo Charissimus Iustinia. in Epist.114. vt diuinæ iussion.&c.§.1.ibi, *Theodore parens amantissime atque charissime*.Amicos etiam vocatos à Cæsaribus in rescripto magistratus quibus dirigebãtur, docet l.1. §.si quis,de appel.ff.l.1.si mancip.&c.C.l.4.de inutili stipu.C.l.fi.de offi.pręfe.vig.ff.l.4.de iur.& fact.igno.C.

3 Si igitur primo loco, ea quę exponenda sunt, non sunt exposita,videtur nullum rescriptum,c.cum adeò 17.de rescr.atque tunc falsum presumitur commissum ex dicto vel tacito,c.super literis, de rescrip.c.quanto, de his quæ fiunt à præla. sine consens. cap. vbi pœnæ mendacij vt & aliæ,in c.tam literis,de testib.

4 Item si in constructione error vel peccatum, cap. ad audientiam 11.cod.ti. & nos ibi quædam annotauimus,& singulare illud in rescriptis : in aliis enim authenticis scripturis,non ita,si falsa Latinitas procedat à Notario,& constet aliunde de his quæ gesta sunt,vt scribit Masuer.in praxi,tit.de notis & notat.§.45.item falsa Latinitas probat l.errore,7.de test. C.l.ambiguitates,24.eo.tit.C.vide l.1.C.de eunuchis, ad falsi suspicionem ex parte erroris Latini sermonis suspicionem pertinet,si vni directum rescriptum cum eo loquatur in plurali sermone,c.quàm graui,de crim. fals. cęterũ defectus alicuius literæ non inducit suspicionem malam,nec vitiat rescriptum,c.ex parte, 11. de fid.instr.C. Quod etiam caret debita solemnitate speciem habet falsitatis,vt dicitur in l.iubemus,29.C.de testa.

5 Dehinc 3. præsumitur falsum quod contra prohibita impetratum inuenitur, quamobrem si tale inueniatur,iubent ImperatoresArcha.& Honor.vt chartę abreptæ de manibus impetrantium ad scientiam Imperatoris referantur.l.3.de paga.& sacrific.eor.C.

6 4. Addit suspicionem falsitatis,persona impetrantis:si aliàs falsitatem admiserit, quia qui semel est malus,pręsumitur semper malus, in eodem genere mali, l.si cui,-.§.si tamen.de accus.lib.48. ff. tit.2.l.omne delictum,§.à barbaris,de re milit.

7 5.Suspectum est de falsa,si rasum,vel vitiatum in aliqua sui parte; vt contra à suspicione alienum,si in scriptura nihil appareat abolitum,aut ex quacumque sua parte vitiatum,l.fi.de edict.diui Arian.tollen.libr. 6.C.titul.33.c.inter dilectos,de fide instrum.c.cum [illegible]nerabilis,de religios.dom.c.cum olim,de priuile[illegible] na radentis malitiosè rescriptum vel literas i[illegible] est beneficij priuatio in c.olim, de rescript.ali[illegible] scriptis Apostolicis capitalis,c.ad falsariorum, de [illegible] quare num aliunde quàm ex malitia procedat ra[illegible], inquirendum erit,& obseruanda,l.si vnus,12.§.1.de testa.C.Videndus & Panorm.ad c.ex literis,de fide instr. vbi docet quæ requirantur, ad hoc vt rasura non sit suspecta;& de materia rasuræ,textus autem tradit.rasuram in loco non suspecto, non vitiare rescriptum, quando verò dicatur esse rasura in loco suspecto, docet ad c.inter dilectos,de fide instr.& num rasura quæ fit in loco suspecto presumatur facta, vel ab officiali, vel parte,docebit idẽ Pan.ad c.fi.de crim.fals.suspectũ de falso rescriptum sine die &consule existens,l.si qua beneficia,C.de diuer.rescr.c.dicenti,§.si quas 25.q.2.

8 Nouem modi falsandi literas Apostolicas seu bullas traduntur in c.licet ad regimen 5.& c.quàm graui, 6.de crim.falsi quibus quis punitur falsariorum supplicio capitali,in c.ad falsariorũ.eo.tit.Primus,si falsa bulla,id est,sigillum,falsis literis apponatur. Secũdus, si filum extrahatur à vera bulla, & aliis literis inseratur.Tertius si filũ in parte qua charta plicatur sit incisũ cũ vera bulla, & falsis literis immittatur sub eadem plicatura cum filo similis cannabis restauratum. Quartus,cum à superiore parte bullæ,altera pars fili sub plũbo rescinditur,& per idẽ filum falsis literis inserta reducitur infra plumbũ. Quintus cũ per rasurã tenuem aliquid immutatur. Sextus,cũ scriptura literarũ,quib. apposita fuerat vera bulla, cũ aqua vel vino vniuersaliter abolito.seu deleta, eadẽ charta [illegible] calce.aliisq; similib.artib.dealbata,de nouo scri[illegible] Septimus,cum chartæ tolerabiliter abolitę, vel [illegible] sæ,alia subtilissima charta eiusdẽ magnitudi[illegible] pta,cũ tenuissimo glutine iũgitur. Octauus,[illegible] aliũde quàm à manu summi Pontificis vel eius pl[illegible] atoris accipiũtur,quod probat c.dura,eo.de crim.falsi, li.5.ti.20. Nonus,quando accedentes ad bullã seu plũbatoris officinã,falsas literas cautè pãciunt in numerũ plumbandarũ,vt vera bulla cũ aliisveris sigilletur, quę falsitas cũ pręcedẽte, nõ facilè deprehẽdi potest, nisivel ex modo dictaminis,vel ex forma scripturę,vel qualitate chartę : Reliqui tamẽ falsandi modi detegi

poſsunt,vel ſubtili intuitione filiorum iunctorum,vel collatione illius bullę,cum alia,vel obtuſione,vel motione, præſertim ſi bulla non ſit æqualis, ſed alicubi magis depreſsa,alicubi magis tumida.

9 Pręſumitur ſemper tamen pro ſcriptura quæ formam habet authenticam, quãdiu illa nõ docetur falſa, & proinde donec quæſtio falſi propoſita, vel obiecta,probationem ſubierit, ſecundum ſcripturam non raſam vel vitiatam fit executio eius, l.2. de edict. diui Adr.toll.C.l.1.C.ad l.Cor.de falſ.c.4.de fid.inſtr.quando videlicet malitioſæ & morandæ executionis gratia proponitur,& in promptu vel ſtatim non docetur de cauſis falſitatis,& niſi executio reſcripti,falſo probato haberet reſtitutionis impoſſibilitatem,in quib.caſibus propoſitio falſi ſuſpendit,executionem irreuocabilem,vt tractatur in c.ſuſcitata,6.& ibi gl.ad verbum *ſententia*,de in integr.reſtitut.c.literas,13.de reſtit.ſpol. lib.2.tit.13.l.fi.ſi ex falſis inſtrum.lib.7.C.tit.58.l.1.C.de vſur.cum ſimilib.

10 Addi poteſt ratio,quod is cui falſi crimen obiicitur,ſi vtatur falſo reſcripto, ſeipſum in periculũ cõiicit reatus falſi falſo probato,ſicq; interrogat iudex falſo obiecto,num qui producit ſcripturam ea velit vti. Quare Alexander Cæſar in l.maiorẽ,4. C.ad l.Cor. de falſ. lib.9.tit.22. ſic & reſcripſit, *Maiorẽ ſeueritatẽ exigit,vt merita eorum,qui falſis reſcriptionib. vtuntur, digna coerceantur pœna,ſed qui deceptus eſt per aliũ,ſic ſuam innocentia probat,& eũ à quo accepit exhibet,ſe liberat.* Adde Paul.lib.5.recept.ſent.ti.25.§.9. falſarius literarũ Apoſtolicarum beneficia,ſi quæ habet,amittit, d.c.ad falſariorum,de crim.falſ.& ad obtinenda redditur inhabilis,c.quemadmodũ, de iureiur. nec cenſetur habere titulum qui falſum habet, ſicut falſus tutor,tutor nõ eſt,l.Paulus 221.de verb.ſig.nec falſa iuſtitia,iuſtitia.c. vera iuncta gl.45.d. & actus geſtus à falſo procuratore,nõ eſt validus.l.falſus,C.de fur.Et in Gallia ex ſtilo Curiarum Senatus, & aliorũ iudicũ ſecularium regiorum,falſarij quarumcunque literarum ſolent priuari iure,ſi quod ex illis alioquin habituri eſsent, & poſſeſſione beneficiorum , cuius notionem habent,Boer. deciſ.291.*Quod ſecundũ*.Sic apud Vlp.in l.qui nomine, 25.ad l.Corn.de falſ.ff.*Qui nomine Prætoris literas falſas reddidiſſe,edictũmve falſum propoſuiſſe dicetur,ex cauſa actione in factum pœnali tenetur: quamquam lege Cornelia reus ſit*.Et Modeſtin.l.pen.eo.ti. *Qui edicta propoſita dolo malo corrũpũt,falſi pœna plectuntur dolo malo*,additur,Nam(vt aiunt Diocle. & Maxim.in l.nec exemplũ editionis,20.ad l.Cor.de falſ.) *Nec exemplum editionis precũ,aliter per errorẽ ſcriptũ,cũ nõ niſi dolo malo falſum cõmittentes criminis ſubiugetur, cognitionẽ iudicis moratur.* Neque etiam ſufficit dicere quippiam falſum,ſed oportet probare,& ſolẽnis inſcriptio,nõ temeraria accuſatio pręcedere debet ſcripturæ improbationem, l. antep.pe.& fi.ad l.Cor.de falſ. C. quia imminet etiam falſarij pœna ei,qui calumniatur ſcripturam de falſo, & non probat,l.iubemus omnes,pen.C.de probat.

## De obreptione reſcriptorum.

### Cap. XLIX.

### ARGVMENTVM.

1 *Quis dicatur obrepere.*
2 *Obreptio eſt omiſſio eorum quæ exprimi debebant,ibi exempla.*
3 *Clauſula motu proprio,num obreptionem tollat.*
4 *Quando literæ per obreptionem valeant obtentæ.*

1 OBrepit principi,vel iudici,qui precibus ei porrectis veritatẽ negotij,non exponit, l.ſi quis obrepſerit,§.fi.ad Cornel.de falſ. qui doloſè tacet principi ea,quę ſi expreſsa libello fuiſsent,remorarentur principis conceſſionẽ,qui in precib.ſilet conditionẽ ſuam, l.ſed ſi hac lege,10.§.patronum : de in ius voc.lib.2.ff. tit.4.l.liberto,49.de bon.liber.lib.38.tit.2.Qui circumuenit ignorantiam alicuius, obrepere etiam dicitur,l. ſi fideiuſsor conuentus,39.§.ſi cum debitor,mandat.ff. quique ita malitioſè celat verum occaſione mentiendi,vt velit videri ſe verum dixiſse, obrepere & ſubrepere dicitur,l.fi.ſi nupt.ex reſcri.petan. C.c.cum olim, de ſent.& re iudic.Obrepere propriè eſt,latenter taciteq; venire,antequam ſentiatur vel præuideatur quò quis perventurus eſt,vnde & translatitiè obrepere,incautum vel non cogitantem aggredi.

2 Reſcriptorũ obreptitiorum itaq; conſideratio erit generalis,vt quoties nõ expreſsum eſt vel diſſimulatũ eſt quod poſset impedire conceſſionẽ, tunc per obreptionẽ impetrata dicãtur,& inutilia ſint.Proponamus exempla,veluti primò,ſi ſecundæ literę de eodẽ negotio cõtrouerſo impetrẽtur,nõ facta mentione priorũ, per obreptionem enim reiiciuntur,c.3.de reſcr. c.cum olim, 2.de ſent.& re iud.li.2.tit.27. c.cum dilecti, de elect.c.ſententiam, 5.q.9.c.ſin autem, c. plerumque,de reſcr.c.ſanè,c.ex literis,de off.deleg. ca.ſignificauit,de appel.quando,vt ibidem dicitur,ad diuerſos iudices, diuerſa de vna re diriguntur reſcripta,contrà ſi ad vnum iudicem.Item ſecundò,ſi non narretur ſtatus litis rei,ſuper qua conceditur reſcriptum.c.inter monaſterium,de ſent.& re iudi.c. 1.de confirm. vtil.c.ex literis, de dolo & contum.c.1.vt lite pend.ca.dudum,de priuil.l.tutor,de excuſ.tut. Tertiò,ſi pro clerico non tonſurato beneficij fiat impetratio,c.ex literis,de tranſac. Quartò ſi excommunicatus ſuper pluribus articulis, generales literas impetrauerit abſolutionis,quæ alioquin non valent, niſi expreſsè de ſingulis articulis faciant mentionem,c.ex parte,de off. ordin. Quintò,ſi impetrans beneficium,nomen ſuæ dignitatis taceat,c. ad aures,de reſcriptis:vel modicum etiam aliud poſſeſsum beneficium.c.ſi proponente,de reſcr. c.cum adeo,c.poſtulaſti,eo.tit. Sextò, ſi in mandato ad beneficium, de mandato in fauorem alterius conceſſo. non fiat mentio,c.mandatum, c.literis,ca.Abbatem,de reſcrip. Septimò,ſi non fiat mentio in impetratione beneficij, de penſione in titulum beneficij poſsesſa per impetrantẽ,c.propoſuiſti,de reſcr.c.ſi pauper,de pręb. in 6.Rota deciſ.210.*Nota quod pauper*,in Antiq. Octauò, ſi non fiat mentio de qualitate beneficij impetrati,c.cum in illis,de præb.in 6.c.ei cui,eo.in 6.Rota deciſ.297.*Nota quod vbi Papa*,in Antiq. Nonò,eodẽ modo non valebit reſcriptum ſuper re ſententia definita impetratum,niſi de illa fiat mentio, vel intra decẽnium fuerit prouocatum.ca.inter monaſterium,de re iudica.ca.fin.vt lite pendent.& eo.titul.C.l.pen.& fin. §.ſi verò dum cauſas,Nou.113. in medio litis non fieri ſacras formas,&c. l.fin.C.de ſent.reſcind.non poſſ.dipſum,ſi tranſactione deciſæ lites. l.cauſas, l.ſub prætextu.C.de tranſact.Omittam alia exempla,quæ propter omiſſionem eorum quæ expreſsa mutare poſsent voluntatem.vel formam concedentis,inducunt obreptionem,occurrent enim facilè.

3 Obſeruabimus interim motu proprio factam gratiam , non habere obreptionem in omiſſione exprimendi beneficij antè poſseſſi , oportebit tamen conſtare de motu ꝓprio,aut de certa ſciẽtia cõcedẽtis,c.ſi motu ꝓprio,de pręb.in 6.ſed & ſi per obreptionẽ impetrẽtur aliquando reſcripta in pręiudiciũ Reipubl. cõceſsa,quę dicantur ex motu ꝓprio principis ẽt.emanaſse,iudex quidẽ,vel executor magiſtrat⁹, ad quẽ dirigũtur,nõ debet ſtatim ea publicare vel exequi,donec ad principẽ retulerit,vt emẽdẽtur,vel donec certiorẽ de obreptione eũ faciat,Nou.152.atq; interim ſuperſedebit exequi,& expectabit ſecũdã iuſſionẽ ſeu volũtatẽ principis,§.fi.de iudic. in Nou.§.& hoc verò iubemus. vt nulli iudi.liceat habere loci ſeruator.in Auth.quoniã ſcripturę veritas,ſi res popoſcerit,per ipſum debet probari authorẽ,l.ſi quis decurio,21.ad l.Cor. de falſ.

C.ca.

G.ca.1.de cooſit.vtil.vel ioutil.facit l.1. C.de legib. neque iniuſtum mandatum principis ſtatim eſt exequẽdom, donec admonitus fuerit princeps de ratione iniquitatis,& intelligatur nom illi obreptũ ſit, vel donec ira eius deferbuerit,c.ſi qnando,de reſcr.c.ſi aliqnando,41.de ſent.exc.l.ſi vindicari,C.de pœnis.

4 Aliquando tamẽ literę impetratæ per obreptionem,valent,ſi tacitum expreſsum non remorarentur reſcriptum,vt tradit Inno.in c.in ooſtra,de reſcr.l.1.C. de preci. Imper. offeren. ſed & literæ & reſcripta per ſubreptionem obtenta, ſi non excipiatur de ſubreptione,valent, atque proceſsus in vim illarum factus probatur.c.ad audientiam, de reſcr. Innoc. ad c.dilectus,eo.ti.Rota dec.387. *Nota vtrùm ſi fuerit.* in Antiq. Notat & ſingulare Rota deci.468.*Extra Rotam.* n.5.io Nouis.quòd licet falſæ omnes expreſſiones, quæ mouere potuerunt principem veriſimiliter ad facilius concedendum,vitient gratias, quia literæ habent tacitam cooditionẽ *Si preces veritate nitãtur*, tamẽ nõ omnia tacita; quorum expreſſio mooere potuiſset ad denegandum,gratiam vitiare: ſed ea ſolum, de quib. reperitur expreſsum,vel de quib. in iure eſt cautum, quòd eis expreſſis,nullatenus eã gratiã cõceſſiſset. Videdus Fel.ad c.ſuper literis,& ad c.poſtulaſti,de reſcr.

---

## De ſubreptione reſcriptorum.

### Capvt L.

### ARGVMENTVM.

1 *Subreptio quid.*
2 *Expoſitio falſi in ſubreptione debet procedere ex dolo.*
3 *Mendax impetrator debet carere impetratis, explicatúrque illa regula.*

1 Svbreptio in literis vel ſupplicationibus earum,eſt expoſitio falſi;quæ pernicioſior eſt obreptione,vt mendacium grauius eſt taciturnitate veritatis,Panor. ad c.quia circa,de cõſang.& affin.veluti ſi quis ſe dixerit clericum,cum non eſset,c.ex literis,de trãſactio. ſi dixerit impetrans executorias anteà ſe habuiſse literas monitorias,c.ex inſinuatione,de reſcrip.ſi exprimatur falſus modus vacandi,c.ſuſceptum,de reſc. De ſubreptione regula cõſtituitur, vt reſcripta eo modo impetrata, & ex eis ſubſequuta, ſint ipſo iure nulla: Oldra.conſ.257.*Factum tale.*Feli.Inno.ad c.ad audientiam,in 2.de reſcr.vitiat & ſubreptio gratiam, c. conſtitutum,ibi,*Irritum decernatis.*de reſcr.c.ſi motu proprio,ibi,*Vires nolumus obtinere.*de prębẽ.in ſex. Cardi. conſ.69.Roma.conſ.306.tradit etiam Hoſt.io ſumma, tit.de reſcript. num.10. vnum & centom modos, quibus contra reſcripta de ſubreptione & obreptione obiici poſſit.

2 Hęc falſitas mẽdacij eſt, quę ex dolo procedere prę́ſumitur,vel ex errore. Mẽdaciũ eſt falſę vocis vel orationis ſignificatio; quę ſi com voluntate fallendi malum valde, aliter non ita malum, cũ octo ſint genera mendaciorom.c.beatus.§.ille,c.primum, c.quod autem ait,c.ne qois,cum ſimil.22.q.2.quando circumueniendi alicuius cauſa, putà principis, aliud fit vel dicitur, aliud ſimulatur, dolus punitione dignus ex machinatione fraudulenta ſequitur, l. 1. cum ſuis,ff. de dol.ff. falſitas tamen hęc in expreſſione narratorũ, alia eſt,oec tã grauis, quàm ſuppoſitio reſcripti falſi, vel veri reſcripti falſificatio,de quibus anteà.Et ratio eſt, quia quãdo reſcripta ad preces alicuius cõcedũtur, potius ſeipſum quàm principẽ circumueniſse dicitur.Siquidẽ io omnib.reſcriptis clauſula vel apponi tur,vel appoſita cẽſetur, *ſi preces veritate nitãtur.* c.2. de reſc.l.fi.de diuerſ.reſc.C.cũ ſimilib. vel claoſula ſimilis,*vt ſita eſt.*c.ex parte,12.& c.cum olim,25.vbi nos explicamus de reſc. Quare qui falſa expreſsit,& obtinuit ſuper his reſcriptũ,nihil iode lucratur, qa ſẽper de veritate precũ inquirẽdũ eſt,l.2.ſi cõtra ius vel vtilit.publ.iubentúrq; puniri iudices qui precũ falſitatẽ argui vetuerint,decẽ librarũ auri mulcta.in l.3.ſi contra ius vel vtil.pub.C.Sunt & quędam etiam aliquando in precib.inſerta,quę,etſi expreſsa ſint,oõ inducũt ſummum Põtificẽ,vel principẽ ad gratiam, vel reſcriptionẽ cõcedendam:& ideò non vitiant reſcriptũ. Inoo.ad c.in noſtra,de reſcr.&ad c.cũ noſtris,§.literę,de conceſ.prę́b.vide & Ioan.Monach. ad c.2.de fil.presb. explicantem qualiter literę per ſubreptionẽ impetratæ valeant. Obſeruamus etiam, ꝙ ſi in ſupplicatione cuiuſpiam apponantur verba,*Vt aſſeris*,ſi nõ iouenia tur veritas talis,qoalẽ expreſsa verba referũt,erit obreptitia gratia;aliter ſi dictũ imperſonaliter,*Vt aſſeritur.* Rota dec.727. *Nota ꝙ ſi ponatur.* Sed etſi plura capita narrẽtur in reſcripto, quorũ aliqua vera, alıqna falſa ſint;ſi ex veris poſſit ſequi effectus & cõcluſio,&, ſi falſa verè expreſsa nõ potuiſsent remorari reſcripti cõceſſionẽ,valet cõmiſſio,iuxta not. ad c.ex parte cõuentrienſis,& c.inter cæteras,c.olim,de reſcr.ca.licet, de prob.c.exhibita,de iud.in vlt.gl.Rota deci.68.*Licet plura.*in Nouis.Hic itaq; obſeruandum,num falſa à veris diuidi poſſint,iuxta l.ſi ex falſis,pen.C.de tranſact. vt reſcriptum in parte corruat falſa, io alia ſuſtineatur:ſi indiuidua,non vtiqoe. l.etiam,19.§.1.de mino.25. annis.ſic io l.2.ſi cõtra ius vel vtil.pub.C.Diocl.& Maxim.*Præſcriptione*,inquiunt,*mendaciorũ appoſita,ſiue in ſuris narratione mendaciũ reperiatur,ſiue in facto,ſiue in tacẽdi fraude:pro tenore veritatis nõ deprecantis affirmatione,datũ iudicẽ cognoſcere debere,& ſecũdũ hoc,de cauſa cõnenit ferre ſententia.*Dignum etiam annotatione eſt quod tradit deciſ. Rotæ 468. *Extra rotam* nu.5. in Nouis. quòd falſæ omnes expreſſiones, quæ mouere potuerunt principem veriſimiliter ad facilius concedendum,vitient gratiam:quia literę habent tacitam conditionem,*Si preces veritate nitantur.*

3 Quare & regula generalis erit de obreptione, *Vt mẽdax impetrator debeat carere impetratis*,vtroque iure & ciuili & Pontificio.l.etſi legib.5. ſi cõtra ius vel vtil. pub.l.fi.C.de diuer.reſcr.c.dicẽti,§.etſi legib.25.q.2.ca. ſedes,c.ſuper literis,de reſcr.Et hanc regulam,procul dubio veram eſse in gratiis ad beneficia receptum eſt, vt falſa expreſſio,etiam à nõ falſę expreſſionis commodo impetrantẽ priuet,& plectatur falſum in aliqua parte exprimẽs,cõmodo omni literarũ,etiamſi expreſſio falſa nõ eſset talis,quę omiſsa non eſset impeditora gratiam,c.ſuſceptum,de reſcr.in 6.gl.io c.ſi motu, ad verbum,*taceatur*, de prę́b.in 6. In literis verò iuſtitiæ adhibẽda diſtinctio erit,c.ſuper literis,20.de reſcrip.vbi ſum.Põt.inter eos qui per fraudẽ vel malitiam,& illos qui per ſimplicitatẽ vel ignorantiam literas ab eo impetrant,huiuſmodi credidit adhibendam diſcretionẽ, vt hi,qui priori modo falſitatẽ exprimunt,vel ſupprimunt veritatẽ,in ſuæ peruerſitatis pœnam,nullum ex literis cõmodum conſequantur,ita ꝙ delegatus,poſtquam ſuper hoc illi facta fuerit fides, nullatenus de cauſa cognoſcat; inter alios autẽ qui poſteriori modo literas impetrant,videlicet per ſimplicitatẽ & ignorantiam,exiſtimat diſtinguendum · quæ falſitas ſuggeſta fuerit,vel quę veritas ſit ſuppreſsa: Nã ſi talis expreſsa ſit falſitas,vel veritas occultata; quę quamuis fuiſset tacita vel expreſsa;ſum.Põtif.literas,ſaltẽ in forma cõmuni,dediſset nihilominus, delegatus non ſequens formam in illis appoſitam ſecundum ordinem iuris poſſit procedere:ſi verò per huiuſmodi falſi expreſſionẽ vel veri ſuppreſſionem,literæ fuerint impetratæ,qua tacita vel expreſsa ſummus Pont. literas non dediſset, non ſit aliquatenus à delegato proeedendum,niſi forſan eatenus,vt partibus ad ſuam præſentiam cõuocatis,de precum qualitate cognoſcat:vt ſic in vtroq; caſu eadẽ ratio,quæ delegantem mooeret,moueat delegatum;& vbi delegans ſuas literas denegaret,delegatus etiã ſuę cognitionis officiũ nullatenus interponat.

Er ita perpendenda verba docent illius c. super literis, in delegationũ rescriptis tantũ, non in gratiis aliis. Cæterum Rota in deci.582. *Quidã obtinuit gratiã.* n.7. & 8. in Antiq. explicat illud d.ca. super literis, habere locum etiam in gratiis beneficiorum, cũ distinctione c.susceptum, de rescr. in sex. & ait c.susceptũ, quo cautum expressionum falsitatis, etiãsi non esset talis quæ mouisset ad concedendum, vitiare literas, intelligi debere quando falsitas exprimitur causa taxationis vel limitationis gratiæ, rei, vel modi ipsius, quia tunc aliud extra taxationem vel diffinitioné venire nõ potest, & sic loqui, d.c.susceptum, & c.cui de nõ sacerdotali, §.1. & fi. de præb. in sex. & idipsum verum intelligit in literis ipsis iustitiæ, vbi adiiceretur falsitas gratia taxationis vel limitationis: quia tũc aliud nõ continebitur, licèt illud si fuisset expressum, etiã fuisset concessum, gl. ad d.c. super literis ad verba, *Communis forma.* secus autem, vbi exprimitur falsitas causa demonstrationis: quia tunc inquit decisio dicta, credo, quòd distinctio can. super literis, locum habet in literis gratiosis & beneficialibus, vt distinguatur, an expressio falsitatis illius mouere potuerit seu debuerit principem vel non: & vtrum per simplicem ignorantiã sit facta expressio, an dolosè: vt si non fuisset motus princeps, vel moueri non debuisset ad non concedendũ propter expressioné falsitatis factam potius per simplicitatem vel ignorantiã. Dolus porrò facilè non præsumitur nisi doceatur, l.quoties, §.qui dolo, de probatio. quãquã notetur p Inn. ad c.dilectus, de resc. super verbo, *Iuribus*, per verba eius capitis *p̃sumitur n. dolosè, &c.* quòd in impetrationib. beneficiorũ, expressio vel omissio tacendæ vel exprimẽdæ qualitatis vel circumstantiæ, præsumitur in dubio fieri dolosè. Addẽda superiorib. dec. Rot. 562 *Papæ supplicat*, in Antiq.

## De rescriptis, quæ inciuilia dicuntur.

### Capvt LI.

### ARGVMENTVM.

1 *Inciuile quid.* 2 *Exempla rescriptorum inciuilium.*
3 *Iudices debent reiicere obtecta rescripta inciuilia, dum præsentantur.* (*executione.*
4 *Prouocatio non fit a rescriptorum concessione, sed ab*
5 *Summus Pontifex, aut princeps, possunt per rescripta expressè iuri communi derogare.*
6 *Sed derogatio debet legis expressò apponi.*
7 *Consulere debent interdum principes iudices super rescriptis inciuilibus.*
8 *Iura rescripta data a principe, statim executioni non sũt dmãdãda.* 9 *Maximè si agatur de vita hominis.*
10 *Minus recipiẽda rescripta in nimia letitia principis.*
11 *Quomodo his prospicere possint qui sint a consiliis eius.*

1 INciuile dicitur, quod modestiæ, æquitati, vel morib. probis, vel factis, vel dictis honestis & iure receptis, non cõuenit, vt Gellius li.10.c.6. petulãtiora & immodesta verba, improba & inciuilia dixit. Inciuile, quod habet suspicionem criminis vel vitij, l.inciuilem rem, 2. de fur. Inciuile rescriptũ referunt Diocl. & Max. in l.inciuile, 12. de rei vind. li.3. ti.32. *Inciuile & inusitatũ est quod postulas, vt mancipium quod tradidisti, & eo modo dominiũ transtulisti, inuito eo ex nostro rescripto tibi assignetur.* Aliud in l. 1. de bon. autho. iud. possid. li.7. C. ti.72. *Inciuile est, quod postulas, vt vnus ex Chirographariis creditorib. debitoris bona cogatur suscipere, satis eius creditorib. facturus.* Sic generaliter inciuile quod aduersum præscripta iuris est, vt in l.quamuis, C. de inof. test. l.3. de variis & extranr. cognit. lib.50. ti.13. inciuiles pœnæ. l.moris, 5. §. & sunt quidem, de pœn. ff.

2 Adferã autẽ ex vtroq; iure exempla rescriptorum improbatorum quòd contra ius sint, primũ si expressè contra decisionem iuris sine derogatoria sufficiẽti, vel cõtra vtilitatẽ publicã, vel cõtra æquitatẽ fuerint impetrata: l.fi. si cont. ius vel vtil. pub. l.monemus aullam nauem, 10. de sacr. Eccl. C. l.1. de peti. bon. sublat. li. 10. C. ti.12. can. dicenti, 25. q.2. Sed & falsæ præsumũtur literæ principis & suppositæ, quæ manifestam continent iniquitatem, & sine effectu idcirco, etsi in præiudicium alteriu aimpetrentur. l.quoties, 2. l.vniuersa. 4. de precib. Imper. offer. C. atque qui tales se impetrasse dicunt, debent mitti ad principem puniendi, iuxta c.in memoriam, 19. dist. c.ad falsariorum, de crim. fal. non enim credit princeps se ita rescripsisse, vt in præiudicium esset alterius, c.2. de rescr. & ideò talia rescripta reiiciũtur. l.ex facto, 43. de vulg. ff. l.2. de his qui sunt sui vel alien. iur. §.sed dominorum, eod. tit. apud Iustin. l.1. §.merito, ne quid in loco pub. ff. l.sed cũ ab hærede, 12. §.pen. ad Senatusc. Trebel. l.nec auus, C. de emancip. libero. Quare & in publicatione horum rescriptorum vocandi quorum interest, & qui contradicere possint, vt in l.nam ita diuus, de adop. ff. l.in causæ cognitione, 13. l.etiam si patre, 29. §.fi. de minor. 25. an. li.4. ff. tit.4. In iure Pontificio idipsum placuit sum. Pontific. suo rescripto non velle derogare iuri alicuius, c.quòd verò dicitis, 25. q.2. c.nunc verò, 9. q.3. c.super eo, 15. de off. deleg. quin nec motu proprio rescriptum concessum, quamuis tollat vitium obreptionis, tamen non supplet gratiam ampliorem in præiudicium alterius, vt in decis. Rotæ 445. *Nota licet proprius motu.* in Antiq. Aegid. Bellam. decis. 192. Fel. ad c.ad aures, de resc. & Iust. in §.si quis igitur. cum rubr. Nouel. 152. monet ne sacræ formæ, quæ de causis procedunt publicis, aliter robur accipiãt, [illegible] ãm si gloriosissimis præfectorum Prætoriis insinuatæ sint, illicque habeantur ratæ, si ibi appareant in detrimentum Reip. non esse factas. *Si* (inquit) *in detrimentum Reip. per obreptionem emerserint, corrigantur.* facit l.humanum, C. de leg. neque princeps ægrè fert interim suspendi rescripta, donec de iniquitate admoneatur. vt in c.si quãdo, 6. de rescr. Sum. Pont. delegata scribit, *Aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas, quia patienter sustinemus, si non feceris quod praua nobis fueris insinuatione suggestum.* Consentiunt verba c.si aliquando. 41. de sent. excom. *Si aliquando fortè cõtigerit* (inquit summ. Pontifex) *quod eis qui sunt authoritate Apostolica excommunicationi subiecti, nostra litera cum salutationis colloquio destinentur, non propter hoc credatur sententia excommunicationis relaxata; cum per ignorantiam, aut negligentiam, aut occupationẽ nimiam, vel etiam per subreptionem contingat huiusmodi literas impetrari.* Iusti. rursum in l.nemo, 13. de senten. & interlocut. omnium iudi. li.7. ti.45. non vult iudices sequi consultationes principum, si eas existiment non iustè iudicatas: eadem cauerunt suis constitutionib. Reges Galliarum Philippus Pulcher, Carol.7. & Frãcis.1. in constit. ann. 1539. art. 112. nemo etiã tenetur adimplere mandatum prælati, si causa reddatur, c. cum teneamur, de præb. c.quoniam quidam, 75. dist. nec iniuriarum à principis mandatis debet oriri occasio, à quo iura nasci solent, l.meminerint, C. vnde vi.

3 Itaq; reiiciẽt iudices præsẽtata rescripta impetrata cõtra trãsactioné, l.causas vel lites, 16. C. de trãsa. l. fin. C. vt lit. pend. cõtra priuilegia, nisi de illis nominatim fiat mẽtio, & specialis derogatio, c.cũ ordiné, de rescr. arg. c.porrecta, in fi. & c.ad nostrã, de cõfir. vt. vel inut. minus et admittẽt cõtra rẽ iudicatã, aut cõtra sẽtẽtiã, à qua nõ fuerit appellatũ, l.fi. sẽt. rescin. nõ pos. C. l.1. de error. Aduoc. C. attamẽ si quis tãquã cõtumax fuerit dãnatus, potest appellare, & cũ appellatione rescriptũ impetrare à principis Cãcellaria, vt audiatur perinde ac si cõtumax nõ fuisset, refusis sũptib. cõtumaciæ, & dãnis ob eã rẽ aduersario, facit l.fi. §.ins9, de appel. ff. Pari modo si cõtra ius positiuũ, fiscũ, aut causã publicã cõced. d. ti. si cõtra ius vel vti. pub. C. l.fi. de ppos. sacri cubiculi. li.12. C. c.pastoral. de fid. inst. multò magis

reiicietur

reiicitur rescriptum contra ius diuinũ impetratũ, c. sunt quidam,& c.contra statuta,25.q.1.quorũ omniũ & similium ratio potest accipi ex l. digna vox, de legib. C. Principes viuere velle secundum leges, digna est vox in maiestate regnantis,cum de authoritate iuris principalis pendeat authoritas:dehinc & fortiores sunt constitutiones generales,vt consultè latæ,particularibus rescriptis.

4 Et proinde quando contra ius sunt rescripta elicita,vel alio modo inciuilia, prouocatio interiicitur, non quidem à rescripti concessione, sed ab eius executione, vel fit oppositio seu intercessio ab eo cuius interest,in executione.l.1.§.quæsitum,de appell.ff. vbi & plura notauimus de ea quæst.

5 Cæterũ iure cõmuni hæc obtinẽt. Poterit autem singulari beneficio expressè sum.Põtifex, cõcedendo rescripta,quæ iuris communis cõstitutionis causa repugnãte,dicerẽtur inciuilia,iuri communi derogare, ex causa quæ ciuilẽ reddet impetrationem rescripti: dummodò meminerit nominatim sed contraria constitutione,vel iure cui derogatum esse velit,nõ aliter. can.nonnulli,28.§.nisi,de rescr.arg.can.eã te,de ętа. & qual.ord.& derogando priuilegio,debet eius specialẽ mentionem facere.c.cũ ordinẽ,de rescr. Potest & ex certa sciẽtia rescriptũ indulgere alicui ob causam vel bonũ publicũ,cõtra priuilegiũ alterius priuati, quod non consideratur cõcurrente fauore publico & pluriũ, cuius & singularis persona per cõsequentiã cum cæteris particeps est,vt liquet ex l.Lucius, de euictio. ff.l.item si verberatum,15.§.item si rem,de rei vindica. multò facilius indulget cõtra ius,ex clausula quæ facultatem Prætori restituendi dabat, si qua iusta causa ei videatur,l.1.ex quib. caus. maior.ff.argum. l.Barbatius,circa finem,de off.Prætor. ff. si rescriptum vel gratia singulari personæ concessa ei prosit, nemini autem noceat,l.rescripta,7.de precib.Imperat.offer.

6 Notabile hîc quod obseruarunt Ia.Pet.Cyn.ad l. omnes,si contra ius vel vtil.publ.C. quòd licet rescriptum nõ valeat cõtra legem,si expressè ei derogatum nõ sit, tamẽ talis narratio facta fuerit in rescripto, p quã princeps cognoscere potuit,rescriptum esse contra legem, illud valere, licèt in eo nihil de ea lege dicatur expressè,& licèt adiectum nõ fuerit, *Nõ obstãte tali lege cõtraria.* Annotat quoq. Io. And.de rescriptis, in Nouellis, priuilegium seu rescriptũ cõcessum per principẽ valere, & ius cõmune tollere in suo casu, licèt de eo iure cõmuni non fecerit nominatim mentionẽ,quia censeatur nihil ex eo ignorare, qui omnia habet iura in pectoris scrinio.l.omniũ,C.de testa. Refert Rota deci.468.inci.*Extra rotã*,n.2.in Nonis.Quod quidẽ verũ esset(vt opinor)si tãta esset expressio narrationis & priuilegij,vt ęquipolleret derogationi,alioquin.n.dicerẽ tutius esse,adhęrere cõmuni sententię, vt derogatione expressa opus sit vel iussione secũda.

7 Hîc ideò admonere iudices expedit, ad quos rescripta dirigũtur,etiã cũ derogationib.ne ea admittãt saltẽ ex prima oblatione aut inconsultis iterum principib.à quib.emanarũt,& quorũ in sede tueri debent dignitatẽ,maiestatẽ,& probitatẽ, si quando apertè ea esse iniqua,vel nõ digna principe animaduerterint:sępe.n.principes nimia importunitate petentiũ interci-piuntur,& flectuntur ad concedẽda iniqua,vel cõtra iura quę iudex debet respuere.c.fi.de rescr.in sex. c.cũ in iuuentute,de purga.can.c.1.de relig. dom. in sex.c. detestãda,de cõc.pręb.in sext.l.1.de pet.bon.subl.li.10. C.l.1.de fundis limitr.li.10.C.solẽt & aliquando iniusta artib. aliis, & malitiosè à principe aliqui non concedenda extorquere, qui tantũ abest vt impetratis gaudere debeant,quin contrà ex eo puniendi sint,vt scribit Guido Pap.consl.195.inci.*in causa*.li.3.consilior.Bal. ad Rubr.de rescr.vers.*Quæro nunquid debeas.*

7 Si moueatur interdũ princeps ira percitus contra iustũ,nec statim obtemperandũ, donec sedata fuerit, *Ira enim furor breuis est:&,Impedit ira animũ ne possit cernere verũ.* Expectandũ ira iudici donec deferueat, l.si vindicari,C.de pœn.Capella cautela 2.Iason ad l. 1.2. lectura, de sum. Trin. tractatur in l.puniri si contra ius vel vtil.pub.C.& idem Ias.ad l.debitorib.col. fi. de re iudic.vbi enumerat 7.casus.in quib.iudex debet differre executionem sententiæ.Principes aliquando, vel ira commoti.vel temere iusserunt quosdam occidi,quos posteà facti pœnitentes,inter viuentes requisierunt & desiderarunt:vt exemplum in Theodosiano in c.ad Thessalonicam,11.q.3.& in aliis,de quib. apud Iouianum Pontanum,tracta.de obedientia,li.4.tit. an parendum sit principi.

8 Et quãuis aliquando tolleretur iniquũ principis mandatũ ex causa nunquã tamen, vbi agitur de vita hominis perdenda, facit c.qui resistit,11.q.3. & debet Officiarius, cui talis executio iniuncta est, si velit tutus esse in consciẽtia,potius renunciare officio quàm obtemperare.Fel.ad c.consanguinei.de re iud. & in c. veniẽs,e.ti.melius.n. est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium,c.nemo petitorum, 11.q.3.& satius mala omnia pati, quàm impietati consentire & iniquo.Malum nec faciẽdum,nec facientib. consentiendum.c.ita planè,6.cum 2.sequenti.22.qu.4.

9 Idipsum intelligo dicẽdum, si princeps nimia lætitia,veluti ebrius inconsideratè non concedẽda rescribat,tunc enim tanquam non mẽtis compos,perperã concessisse videtur,arg. c. vnusquisq; iuncta gl.22. q.4.ideò notat Io.de Selua,in tract.benef.parte 1.q.1. & gl.in procemio Regul.Cãcellarię,signaturas,factas à Papa recens electo antequàm exeat à conclaui,esse nullas, propter nimiam eius lætitiam, quẽadmodum & donationes factæ per regem,in principio adeptionis regni,non secus quàm tempore belli non valerẽt, vt ait Ioan.Lup.in Rubr.de donat.inter vir.& vxor.ff.

10 Optimi principis est habere & eligere à consiliis viros probos & in veritate dicenda fidos, & intrepidos; eorum etiam qui à consiliis sunt eius, mens & præcipua cura, conseruare sui principis bonum nomen,iustitiæ & æquitatis existimationem,& repellere ab eo omnem iniquitatis, iniustitiæ & tyrannidis suspicionem,inculcãdo non bene sentiẽti principi,plenitudinem potestatis non extendi ad iniquum, vt ait Curtius consl.73.Barbat.li.2.consl.24. nec oportere illã exerceri,nisi præmissa claue discretionis, vt ait Innocentius in c.quanto,de iureiur. Dehinc quod dictum à Domino D.Matth.c.21. *Auferetur à vobis regnum,& dabitur genti facienti iustitiam*, relatum de iniquis in c.2.si de rebus,23.q.7.& *Quod regnũ de gente in gentem transfertur,propter iniustitias iniurias,& contumelias & diuersos dolos.* Ecclesl.c.10.vers.8. Vide quæ diximus inesse debere bonis principum magistratibus, li.2. Præiudiorum optimi Iurisconsulti,cc.35.36.37.& seq.

## A quibus impetrari rescripta possint.

### Caput LII.

### ARGUMENTUM.

1 *Qui possint supplicare principi.*
2 *Etiam licet seruis supplicare.*
3 *Quando nomine alterius possit supplicari principi.*
4 *Rescriptum pro vno vel vna re, non porrigendum ad alium vel aliam rem.*
5 *Lite pendente,quando liceat vel non supplicare.*
6 *Iudicij dies interdũ ex iusta causa rescripto suspẽditur, vel extẽditur.* 7 *Veluti impedimẽto belli vel officij.*
8 *Excipiuntur causæ quædam quæ iudicij dilationem non patiuntur.*
9 *Quando euocatione ab vno iudice causa ad alium transfertur.*
10 *Post rem iudicatam non supplicatur, nisi certis quibusdam casibus.*

1 QVanquam hoc caput fuerit ferè expeditum in his quæ de diuersis rescriptis, & natura singulorum diximus, tamen quędam adhuc de eodē adiiciemus,& generaliter dicemus ab omnibus rescripta obtineri posse quibus supplicandi principi datur vel per se, vel per aliū facultas: is enim princeps tanquā sacra anchora, refugium subditorum miserabiliúmve personarum est,legitimus,communisque omnium iudex:l.1.quando Imperator inter pupil.& viduas. C. quod de summo Pontifice in spiritalibus quoque dictum,in c.16.cuncta per mundum,c.aliorum,9.q.3.

2 Antiquitus seruis prohibitū supplicare vel adire principē,nisi ex atrocissimis causis,vt in specie l. 2. de his qui sunt sui vel alien.iur.& in lib.1.de diuers.rescr. C.permissum deinceps l.vniuersis simul, 6.eo.ti.de diuers.rescr.C.certi tamen casus sunt quibus certis non licet supplicare,& rescriptum impetratum ab illis nō est efficax.Primum literæ impetratæ ab excommunicato non valent,si super alio articulo,quàm excōmunicationis,vel appellationis impetrantur,c.ipso iure, de rescr.in Sex. sicque impetrans beneficium existens in excommunicatione incapax eius fit.c.postulasti,de cleri.excom.minist.c.bonę,in fi.de ętat.& qualit.ord.

3 Secūdò nomine alterius sine eius consensu & speciali mandato,rescriptū impetrari nō potest,c.ex parte decani,33.de resc.ex Conc.Later.sub Inno.3.c.37.relato in c.nōnulli,28.§.sūt & alij,e.tit.vbi &idē de falso procuratore cōstitutū,quod in rescriptis ad lites verū tantū putat.gl.pe.in d. ca.nōnulli.nō in rescriptis ad beneficia, quæ impetrari posse nomine alterius etiā sine mandato existimat gl.ad c.ad aures,de rescr.Obseruandū tamen est,neminem posse,etiam coniunctā personam, nomine alterius acceptare beneficium sine speciali mādato.Rota deci.321.Nota ff.no.in Antiq. gl.ad Clem.vn.de conc.pręb.Diuersitatis ratio, quòd collatio valet postquam facta est, quod pertinet ad conferentem etiam ignorāti,at nō datur ius prouiso, priusquā ipse acceptet. c.si tibi absēti,de pręb.in Sex.

4 Tertiò,rescriptū impetratum pro vno,vel ab vno, vel pro certa re,nō porrigitur ad aliam personamvel rē,c.significante,34.c.Rodulphus,35.de rescrip.nisi in causa communi ab vno ex sociis impetratum, quamquam ad vnū tantū dirigatur rescriptū.l.1.C.de diuer. rescr.& illud operatur cōmunio, ob quam quis socij beneficio participat.titulo si vnus ex plurib.appel.C. l.si cōmunem,quē ad.seruit.amitt.l.locus,§.si fūdus, si serui.vendice.cū similib. Dehinc libelli propositio ad quē rescriptū est in cōmunitate expressa, alias personas exprimit quàm impetrantis, & proinde in rescripto illę censentur quoq; repetitæ & cōprehēsæ, quia quæ in pręfationib.dicuntur,censentur repetita. l.Titia,§.idem respondit,de verb.obl.li.45.ff.tit.1.

5 Quartò, lite pendente principis rescriptū impetrare,vel ei de ea supplicare non licet, §. omnis autē iudex,de iudici.& vt nullate.cum iureiur.eligan. Nouell.82.& Nou.113. in medio litis non fieri sacras formas,l.2.vt lite pendēte, vel post prouocationē vel diffinitiuam sententiam,&c.Cod.' & ratio esse potest,ne principali authoritate circumscriptus litigator videatur, dum aduersarius litem institutam à cursu suo teuocare obiectione rescripti satagit,iuxta l.1.de iis qui veniam ętat.impetr.li.2.C.ti.45. Alia,quia nō debet illudi litigator prętextu volūtatis principis,qui iure cōcesso vtitur,c.vn.de renun.in Sex.Cle.vn.de rer.perm. nec ad extraordinarium remedium perueniendum, enim ordinarium datur. l.in causę,in 1. de minoribus cum similib. Quare Cōstantinus Cæsar ad vitandam improbam pauperum vexationē, singulari iure in l.1. quando Imper.inter pup.& vid.li.3.tit.45. C.cauit,ne etiam per rescriptum principis cogantur pupilli viduę,diuturno morbo fatigati,ad iudicium comitatus principis venire:multo magis & prohibitum erit,post litē institutam aliò per rescriptum vacari,vel iudiciū interturbare,vel suspēdere.Nō erit tamē difficile impetrare rescriptū, quod nō remoretur, sed accelerari iubeat causæ iudicium , & veluti instantia principis hortetur,& excitet iudicē segnē vel differentē, cotiqnē,ad munus suum implēdum, §.super hoc autē,vers. *eā autē iussionē*,in medio litis nō fier. sacras iussion. in Auth. vel si actorum cōmunium vel pronunciationis editio denegetur.l.2.vt lit.pēd.C. impetrātur & hodie literę ex Cancellariis principum, directæ iudicib. coram quib.lites pēdent,quę pertinēt ad negotij cōtrouersi tractationem,vt de illis ratio habeatur non obstante statu processus vel stilo,quib.derogat princeps & iubet,ea nihilominus simul tractari,quæ alioquin sine principis rescripto & gratia à iudicio reiicerentur:sic lite pendente nouum ius impetrari potest per litigantes, vtputà gratia si neutri,si nulli , aut noua prouisio, dummodo litis in eo mentio fiat, vt ait Staphil.tractat.de gratiis expectat.§.in primis,n.50.tradit & Ias.ad rub.& l.1.& 2.vt lite pend.C.quando lit.pēd. liceat rescriptum impetrare Ioan.Fert.de appell.c.4.

6 Interdum enim causa iusta suadet,vel suspēdi seu diffindi diem iudicij, vel etiam ad iudicem alium litē transferri,præter iuris communis ordinem,&ita opus est principis rescripto : sic moratoria iudicij rescripta conceduntur plerumq;, quę nō totius negotij cognitionem tollunt, neq; vires principalis negotij exhauriunt,cum graui alterius partis dispendio, l.2.de precib.Imper.offeren. C. Inter moratoria rescripta,illud est quod annale, vel quinquennale debitorib. indulget tempus ad soluendum, propter cladem vel iacturam fortunarum ex casu , vel alio modo ad dilationē dandò legitimo,superuenientē.l.si.qui bon.ceder.poss. facit c.Odoardus,de solutio.c.olim,de restit.spoliat.

7 Susp~ditur & aliquando lis rescripto, si legitimo impedimēto,vel morbi,vel officij,vel belli interesse qa iudicio nō possit: vocant has literas status, *lettres d'Estat*,sc status causę suspēsiuę.Iure antiquo iustitiū dabatur ob impedimenta legitima morbi sontici,seu nocentis,l.2.§.si quis,si quis cautionib. li.2.ff.ti.11.l.si cui, in fi.quib.ex caus.maio.in integ.resti. li.4.ti.6.l.non solū,§.vlt.de excus.tut.ff.vide l.morbus,de ver.sig.l.quęsitum,de re iud.ff.cum similib.Et lex duodecim tabularum , si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediretur, iubebat diem iudicij esse diffusum.vt refert Vlpia. in d.l.2.§.si quis in iudicio,si quis caution.ff.Gellius lib.20.c.1. Angel.Polit.c.41.Miscell. Idipsum si ex aliqua iusta re Reipublicæ causa absens iudicio non possit interesse , si milites in expeditione sint,l.milites, 7. & l. penultim. & fin. ex quibus caus. maiores. Sunt & aliæ causæ in dicti tituli legibus, & toto titul.de restitutionibus militum,& eorum qui Reipubl.caus.absunt.libro 2.C.titul.51.& tit.54. quib. ex causis maiores in integrum restituantur. Indicabat porrò iudex de illis causis nū iustæ essent dū ꝓponebātur,& causę cognitione adhibita diffindebat vel differebat iudiciū,l.qui ꝓ tribunali,2.de re iud.ff.l.nōnunquā,de iud.ff.In Gallia ex causis certis nō suspēditur litis iudiciū,nisi ex rescripto principis,quanquā & iudices ex iisdē causis possint aliquādo dilationes dare:possunt & vicarij principis in exercitu,quos vocant locū tenētes generales,dare militib.suis huiusmodi literas status.absente principe,& causa iudiciali nō patiēte morā,vt adiri possit princeps,vt habetur in cōstitutionib.Philippi Pulchri art.8.solēt & absente quoq; rege,eadē de causa,à Cācellaria tales literę impetrari.

8 Verum sunt casus litium quæ moram non patiuntur,vel dilationem,in quibus literæ status vel iustitiæ non operantur suspensionem iudicij , veluti si agatur de sequestratione facienda, si actiones tempore perituræ sunt,vt in leg.si longius,18. §. final. de iudic. ff. vel alio modo egeant necessaria acceleratione.

Exempla

Exempla proponuntur in l.c.§.fi.& l.2.& 3 de feriis,lib.2.ff. tit.12.ca.1.§.fi.vt lit.non contest.Sed neque in criminalibus habebitur ratio horum rescriptorum, nisi nominatim earũ causarum iustitiam indicatur, vt constitutione Caroli 7.cauetur art.56.&67.facit l.fi.de libertis&eor.liberis.ibi,*etiam simulitantes docebuntur rogati*,&c. neque etiam rescripta huiusmodi impediũt quominùs subhastationibus venales res expositæ iudicis sententia,subiciantur,vsque ad decretum adiudicationis rerum venialium, neque etiam ad res politicas pertinebunt,quę exigunt acceleratam prouisionem,neque ad lites instructas,quæ dispositæ sunt ad subeundũ iudicium:in his enim præsentia litigantis necessaria non est, vt propter eius absentiam differẽdum sit iudicium.Sed neque per rescripta differentia iudicium princeps censetur de litibus suis rescribere, quia semper loquentis in dubio censetur persona excepta,l.qui insulam,31.§.fi.loca.ff.l.inquisitio.18.C.de solut.

9 Rescripto aliquando etiam causa ab vno iudice,coram quo cœpta,ad alium deuoluitur,&,vt dicũt, fit euocatio ad superiorem,vel ad ipsum principem,vt putà,si litigantes alicuius potentiam perhorrescunt,vt dixit Constanti.in l.vni.§.si quando Imperat.inter pupil.&c.lib.3.tit.4.vel si litigãs non possit iustitiam coram suo ordinario consequi.can.ex tenore.11.de foro compet. Et in hoc rescripto fit narratio status litis, & sæpe in eodem statu causa alij committitur. Rota dec.214 *Si causa committatur,in statu*.in Nouis. additur tamen frequentior clausula in commissione causæ cœptæ coram aliquo iudice,*Dummodò causa non sit instructa*. Tunc autem est instructa, quando pro altera parte pronũciari potest:& pro illa essent probationes factæ,cano.pastoralis,de causa possess. & proprieta. tunc & meliùs instructa causa, quando probationis vtrinque factis, conclusum & renunciatum alus est probationibus,ca.cùm dilectus,de fide instru c.2.de restit.in integ.in sex.Cle.sæpe.de re iud. Vide de hoc rescripto aduocationis multa apud Octo. Vvestrinm.li.3. introduct.in aulæ Roma.actio. c.9.&in eum Nicolaum Antonius Granatium.

10 Quinto loco post sententiam rescripta à iudicatis impetrat. non possunt ad subuersionẽ sententiæ.l.fi. C.sent. rescin non poss.l.2.§.qui autem,&l.3.C.vt lite pend.l.3.si à nõ compet.iud.C. cum simil.eò quòd,vt ibidem dicitur,reformari possint sententiæ,l.1.de appell.ff. cum simil.vt recurrendum non sit ad extraordinarium, l.in causæ,2.de minorib. ff. Quamobrem in rebus iudicatis,vel in sententiis eorum, à quibus prouocatio non est concessa, supplicatio permittitur facienda principi ad retractanda iudicata, l. si quis aduersus,5.de precib.Imperat.offer,l.1.de sent.præfect. prætor.li.7.C.ti.42.Dicimus itaque supplicationem retractationem.ex l.fi.de fide instr.ex l.fi.de apellatio.recipien. ἀναψηλαφήσεως auxilium,seu retractationis remediũ dicit& explicat Iusti.§.nostros tamen iudices,c.12.Nouel.82.de iudicibus,&vt nullaten.cum iureiur. elig vt in Nouella119.vt sponsalitia largitas proprius sit contractus , §.aliud ad hoc capitulum,ca.5.vocat [illegible].Galli porrò dicũt supplicationem, seu,*requeste ciuile en retractement d'arrest ou iugemẽt presidial:aut , proposition d'erreur*:de quibus agit Rebuffus in prima parte ordinationum regiarum,titulo proprio.Semel ita permissum supplicare contra sententiam præfectorum prætorio,non bis:emendatáque lex si quis aduersus,de precib. Impet.off.quæ permittebat per d.§.aliud,vnde sumpta Auth.quæ supplicatio,eiusd.tit.de precib.Imperat.offeren. subinde explicata latiùs praxis supplicationis,vt si intra decem dies condemnatus supplicauerit seu obtinuerit rescriptum,non possit sententia contra quam supplicatum est mandari excutioni, in fauorem victoris , nisi priùs fideiussionem præbuerit tãtumdem restituendi cum legitimis incrementis & accessionibus quantum fuerit in condemnationis executione, si legitima retractatione sententia resoluatur. Quòd si intra decem dies non fuerit impetratum rescriptum,executio sententiæ sine fideiussione fit , retractationis iure seruando ei, qui se grauatum putauerit, vt intra bieonium supplicare possit Imperatori,in Gallia intra annũ, secundum Rebuffum in prooemio constitutionum regiarum,glo.5.nu.41. videndus Ioannes Lucius lib.5.placitorum Curiæ,tit.6.

---

## Quibus dirigantur rescripta exequenda.

### Capvt LIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Cuius dignitatis debeant esse illi ad quos rescripta exequenda diriguntur.*

2 *Ad quos dirigantur in Gallia exequenda literæ principis.*

1 Execvtio rescriptorũ, non omnibus promiscuè committitur,sed certi generis personis: eaque de re extat constitutio ca.statutum,11.de rescript.in Sex.*Sancimus* inquit, *vt nullis nisi dignitate præditis,aut personatum obtinentibus,seu Ecclesiarũ Canonicis,causæ authoritate sedis Apostolicæ,vel legatorum eiusdem,de cætero cõmittantur.nec audiantur vbi quàm in ciuitatibus , vel locis insignibus.vbi possit commodè copia peritorum haberi.* Inferiorem illis delegari non posse,glossa refert ad vtilitatem impetrantium , vt peritos &dignos habeant executores,&ad honorem sedis Apostolicæ,ne vili pendatur in ministro inferiori,ex ca.io sacerdotibus.61. dist.cum simil. De canonicis quòd possint delegari,tradit Dom.in ca. dudum,de rescrip.li.6. Felin.in ca.pastoralis,de offi.deleg. dummodò alioquin sint habiles,& idonei,iuxta l.vt gradatim,de munerib. expressè per gl.ad dictum ca.statutum,ad verbum, *canonicis*. Attamen canonici Ecclesiæ Cathedralis conseruatores delegari non possunt,nec alij quàm Episcopi aut eorum superiores,aut Abbates,seu dignitates vel personatus vel dignitates in Cathedralibus vel collegiatis Ecclesiis obtinentes,reges,reginæ.ca.fi.de offi.&potesta.iud.deleg.in sex. Fuit quæsitum aliquando num subdelagari possit alius quàm in dignitate constitutus,vel canonicus,pro executione sententiæ , in qua fructus beneficiorum sunt restituendi,& tandem placuit non posse, vt refert Rota decis. 403.*fuit dubitatum*,in Nouis.Consentiunt quoque interpretes dictum ca.statutum,locum habere in executoribus gratiarum,datis cum clausula,*vocatis vocandis.* quod ad personas,loca,ciuitates , & diœceses: quia tunc executores meri executores non sunt,sed iudices veri;&cum causæ cognitione,quive ordine iudiciario seruato partibus vocatis debeant procedere,ca.exhibita,de iud. ita resolutum in Rota decis.303.*Nota ex hoc*,in Antiquis.&307.*Ex hoc&propter primum*,in Nouis,sicque delegatus nõ potest alij subdelegare, nisi sit quoque is eius qualitatis quam postulat, c.statutum, vt & resolutum in Rotæ decis.98.*Nota quòd executor*,in Antiquis. quemadmodum si purificatio gratię in forma pauperum delegata sit Episcopo, alius quàm Episcopus delegato mortuo, non potest gratiam exequi,quamuis in aliis, sede vacãte,quę iurisdictionis Episcopalis sunt:Capitulum subeat vices mortui Episcopi,vt decisum decis.Rotæ 665.*si purificatio gratia*, in Antiquis. Cæterùm si articulus continens nudum factum delegetur,vt missio in possessionem,poterit committi & dirigi etiam non habentibus dignitatem:gl.ad Clem.vni.de offic.deleg.sed&iuxta aliquorum sententiam quando sola purificatio gratiæ committitur,potest executor dari & rescriptum dirigi non habenti dignitatem,&talis posset dari in literis gratiosis,vt notat Felin.ad ca.postulasti,de rescr.Cardina.ad Cle.1.q.15.eo.tit. Oldra.cõsil.295. incip.*Orta materia.* Ioan Andræ.ad d.c.statutum Collectaoeus ad ca.proposuit,de concess. præb. dummodò tantùm sint executores dati ad prouidendum;aliter autem si dati ad compellẽdum tantùm collatores,vt prouideatur,quia tũc tantùm sunt nudi ministri,vt notat Gomes.in tract.mandatorũ in 8.forma: eóque modo ait intelligi debere decisiones Rotæ

nes Rotæ 369. *si in forma communi*, &c. & sequentes in Nouis decis. 365. *verum Capitulum*, in antiq. Aufret. in decis. Capellæ Tholosā. 203. Rebuffus tamen existimauit & idipsum locum habere in executoribus ad compellendum, in gloss. 2. tituli de forma literarum executorialium mandati, in Concord. Nam, vt consentiunt Doctores ad c. si soli, de concess. præb. in sex. talis executor non potest compellere nisi per excommunicationem & alia remedia iuris ordinaria, ideò non est merus executor. Sed & de stilo Curiæ Romanæ est, vt constitutus tantùm in dignitate delegetur, & ei executio committatur.

x In Gallia literæ iustitiæ principis, ordinario iure diriguntur iudicibus regiis, si habeant notionem causæ: si sine cognitione verò sint, diriguntur cuicunque hostiario seu apparitori: eò pertinēt constitutio Francisci 1. anni 1539. art. 170.

---

## De causis rescriptorum.

### Capvt LIIII.

### ARGVMENVM.

1 *Scriptura rescriptorum plenius voluntatem principis refert.*
2 *Arguit & maturitatem responsi.*
3 *Faciliorem in futurū habet gestorum probationem scriptura, & ibi de materia varia in qua fuerunt olim leges scriptæ.*
4 *Leges scriptæ, contraria scriptura rescriptorum solemnitate tolluntur.*
5 *Circunstantia volūtatis & petitionis, melius scriptura desinita.*
6 *Scriptura rursum diffinita sua forma, ad vitandas falsitates.*
7 *Et ne variationi locus concessus sit.*
8 *Rescripta inter species iuris scripti.*

1 Possemvs plures quàm proferemus rationes rescriptorum introducendorum adferre, & quæ ad formam, & solemnitates requisitas pertinere possent: verùm quibusdam tantùm expositis, ad periodum & extinctionem rescriptorum transeundum censui. Erit prior, quòd per scripturam rescriptorum, plenius & certius de voluntate principis seu summi Pontificis, vel alterius rescribentis, constare possit, quamuis enim iudicis vel alterius scriptura non faciat fidem sine testimonio aliorum, tamen literæ Papæ sine alia subscriptione probationē habent, & authoritatem, ca. cum à nobis, 28. iuncta glo. fi. de testib. & attesta. expressit ita & Greg. Montanæ & Thomæ scribens, lib. episto. 5. Epist. 12. seu can. 112. relatus in ca. 68. cum redemptor, 12. q. 2. *Hanc*, inquit, *manumissionis paginam*, Paterio Notario *scribendam dictauimus, & propria manu, vnà cum tribus presbyteris prioribus, & tribus diaconis, pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus.* Et ibi glo. fi. *Videtur hic*, inquit, *quòd sigillum Papæ non facit chartam authenticam, nisi adsit subscriptio.* Simile est quod ait Hilarius Episcopus in synodo præsidēs, vt in ca. 3. 35. q. 9. de decreto agens: *Quod vt possit tenacius custodiri, si placet sententias, causas & subscriptiones proprias omnes commendare, vt synodali iudicio aditus claudatur illis.*

2 Deinde scripturam rescripti tot solemnitatibus compactam & formatam, liquet maturitatem responsi repræsentare, quæ veluti per manus plures explorata & decocta est, ca. Apostolicæ sedis, 4. & ibi gl. 35. quæst. 9. Valens, Valenti. & Gratia. in l. 2. de sent. ex Peri. recit. lib. 7. C. tit. 44. scripturam sententiæ habere deliberationem ostendit, *Ordinamus*, inquiunt, *quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum sequuta fidelitate cōferant, scriptasque ex libello partibus legant.* Facit l. fi. de modo multa. lib. 1. C. tit. 54.

3 Fiunt & de quibusdam scripturæ, vt quod actum est per eas facilius probari possit, l. contrahitur, 4. de pigno. ff. l. in re hypothecæ. 4. de fide instrumen. ff. li. 22. t. 3. memoria hominum labilis: & sæpe obliuiscitur, quamuis rem in summa teneat, tot circunstantias & causas, l. peregrè, de acquir. possess. ff. proinde subuenit scriptura & diutius homine ipso perseuerat, & omnium meminisse potius diuinitatis quam humanitatis, l. 2. §. si quid autē, de veteri iure enuclea. Cod. Athalaricus Rex Gothorum, iussit Senatusconsulta marmoreis tabulis scribi, ad diuturnitatem, vt scribit Cassiodor. lib. 9. variar. episto. 16. Talus Rex Cretæ, vt refert Plato in Minoë Cretæ, pagos singulis ann. s lustrans, lege tabulis æreis cēlatas circumferebat: vnde & Talus æreus dictus. Et leges decemuirales scriptæ in tabulis æreis, vt scribunt Liuius in 3. Diony. Halic. in 10. Pomponius in l. 2. § postea ne diutius, de orig. iur. Leges Solonis axibus ligneis incisæ erant, vt scribit Gellius lib. 2. c. 12. Plutarc. in Solone. Dedit & Dominus Moysi duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito suo. Exodi c. 31. vers. fi. & ca. 32. vers. 15. & 16. Deutero. ca. 9. vers. 9. & seq. atque lib. 1. Machabæor. c. 8. vers. 22. Dictum Romanos rescriptum fœderis cum Iudæis misisse Ierusalem scriptum in tabulis æneis, vt esset apud eos memoriale pacis & societatis. Iussit Plato 11. de legi. leges rerum venalium, medio in foro columnæ affigi. Meminit & Demosthenes de ea multa figendi, Ph. l. 1. χάμματα ... [illegible]

4 Solent & per rescripta potissimum iij, qui & de principes de his quæ ex principali potestate & absoluta pendent, de quibus magistratus, nec statuere secundùm petita possunt, & cùm petita recedunt à legibus: quamobrem cùm leges vt plerumque & ferè semper perscriptæ sint, oportet solemnitate aliqua solui imperātem legibus, & constare scripto de solutione, vel dispensatione, cano. 1. de reg. iur. apud Grego. l. nihil tam naturale, eo. ff. alioquin non est exiguum crimen priuatis, sine voluntate principis tabulis obsignata, leges velle perfringere. Nam, vt ait Demosthenes aduersus Timocratem [Greek illegible] id est, Quod enim maius scelus admittere priuatus homo posset, quàm leges, quæ ciuitatem continent violando.

5 Constat rursum generaliter voluntatem principis scriptura rescripti magis omnibus elucere, vt in negotiis extra rescripta & confessio vel assertio scriptura & subscriptione firmata certior habetur, vt & pro substantia in grauioribus negotiis videatur requiri literarum accessio: sicut apparet exemplo, ca. ego Berengarius, de consecra. dist. 2. in abiuratione hæreseos, & in sententia iudiciali de scripto pronuncianda. l. statutis, de sent. ex peric. recita. C. ca. statutis, 8 & c. legum, 9. 2. q. 1. in professione religionis, c. omnes fœminæ, 36. 17. q. 1. c. vidua, 20. q. 1.

6 Longum esset, si omnes scripturæ vtilitates per singula prosequi vellem, illud tantum adiiciam, beneficiorum Ecclesiasticorum & aliorum priuilegiorum, tam esse concupitam gratiam & pinguedinem, vt facilè quilibet malus sibi falsitatis viam comminisceretur, nisi scripturæ adminiculis & solemnitatibus obuiam iretur. Quamobrem & solent inter scribendum, vel in concessionibus literarum à principe seculari datis apponi testimonia præsentium, more prisco Senatusconsultis adhibito, in quorum vel primis versibus poni solebant nomina eorum, qui ad ea conscribenda adhibiti erant, quia in re vsu recepta erant illa verba in Latinis, *Scribendo affuêre*, vt liquet ex Senatusconsultis Cælianis epistolis annexis, ex loco Cicer. 12. lib. epist. fami. epist. 28. & lib. 7. ad Atticum, epist. 1. & epist. fi. lib. 4. In Senatusconsultis & Græce scriptis erant illa verba γραφομένῳ παρῆσαν. vt apud Iosephum lib. 14. Antiquit. Iudaic. ca. 16.

7 Prætereundum non est, & rescripta principum expedita, ne variationi, additioni, vel diminutioni locus esset, solere describi in sanctuario seu regesto principis, & conseruari in eius scriniis commentarios huiusmodi, ad quos, si quid dicatur impetratum vel cōcessum, recurritur, vt Modestinus tonuit in l. Labelle, §. 2. in fi. ex quib. caus. maiores lib. 4. ff. tit. 6. sic de falsitate literarum dubium sit, fit collatio illarum cum regesto, vt in ca. cum ex literis, 5. de in integ. rest. lib. 1. tit. 41. Morem etiam esse hunc antiquum asseruari rescripta in scriniis

stinijs principis, docet epist. 65. Plinij ad Traianum, lib. 10. Cum etiam Plinius petijsset à Traiano pro quibusdam ius Quiritium, vel ciuitatis: respōdit Traianus: *Cum honestissimè libellos qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depositi sunt, consultum illis, maturè per me iis interim, quibus nunc petisti, vt scias dedisse me ius Quiritium, referri in cōmentarios meos iussi.* Rursumque cum Suetonio Tranquillo ius trium liberorum Plinius à Traiano petijsset, respondit Traianus: *Tuo desiderio subscripsi: & vt scias dedisse me ius trium liberorum Tranquillo, ea conditione, qua consueui, referri in commentarios meos iussi.* Firmat Agennus lib. de limitib. agro. *Libros, inquit, aeris & typum totius perticæ, linteis descriptum, secundùm suas terminationes adscriptis affinibus tabulario Cæsaris inferemus: & si qua beneficio concessa, aut assignata colonis fuerint, siue in proximo, siue inter alias ciuitates, in libro beneficiorum adscribemus.* Diximus quædam & nos de regestis ad c. 2. de constit.

8 Sed ignorandum quoque non est rescripta dici ius scriptum, & ius vel legem facere non tantùm inter eos, pro quibus emanarunt, sed etiam respectu aliorum, quando per talia rescripta de iure aliquid deciditur, secundùm Archidia. & Gemin. in c. ignorantia, 38 dist. glo. Ioan. And. & Panor. in ca. quia G. de iud. Felin. ad Rub. de resc. per ca. in causis, & ibi idem Felin. de sent. & re iud. facit §. sed quod principi, & ibi gl. de iure natu. Faciunt autē ius generale si quid generaliter de iure in illis definitur: si verò rescriptum contineat commissionem, vel delegationem tātùm, tunc faciet ius inter partes ibidem comprehensas, c. P. & G. de offi deleg. idipsum dicendum si contineat gratiam, vel priuilegium, quæ ad alias quàm ad personas contentas in eo non porrigitur, l. r. de constit. princ. ff. sanè, & ca. porrò, de priuileg. §. planè, de iure natur. apud Iustin.

## De reuocatione & extinctione rescriptorum.

### Capvt LV.

### Argvmentvm

1 *Reuocatio rescriptorum expressè vel tacitè fit.*
2 *Tacitè pluribus modis.*
3 *Quædam rescripta reuocantur lapsu temporis, quædam non.*
4 *Rescripta iustitiæ ad lites amittuntur per negligentiā. adde 10.*
5 *Quædā rescripta quæ ex propria natura habent definitū tēpus.*
6 *Si ad beneplacitū concedentis gratia concessa, moriatur concedens. Et quid operetur illa concessio in datione officiorum.*
7 *Tollitur rescriptum priuilegij, vt priuilegium etiam.*
8 *Item abusu, & ibi de modis abutendi rescripto.*
9 *Ambitiosa rescripta restringenda.*

1 Svperest, vt addamus superioribus de reuocatione & extinctione rescriptorum. Illa itaque vel expressè vel tacitè fit. Expressè, quando specialiter sum. Pont. concessas gratias reuocat: vt in c. fi. de resc. in sex. in ca. fi. de cōcess. præb. in sex. eum simul. itē expressè iure reuocantur per importunitatem elicita: sic enim statutum, ca. sent. 35. q. 9. c. cùm olim, de re iud. l. 1. de pet. bon. subla. lib. 10. C.

2 Tacitè pluribus modis cōtingere poterit reuocatio. Primò, per speciale rescriptum, reuocatur generale. ca. 1. ca. pastoralis, de resc. facit l. quoties, fam. ercis. Secundò, scripturæ diuersæ sibi inuicem derogantes, ab vna eadémque parte prolatæ, nihil firmitatis habere poterunt. l. scriptæ, 14. de fide instru. lib. 4. C. tit. 21. Tertiò, tacitè reuocatur cōmissio facta cuipiam auditori, si eadem committatur alteri, atque per rescriptionem, *audiat talis*, aduocata censetur causa à primo, & ab eius potestate, quamuis non fuerit de illo facta specialis mentio, c. cæterùm, de rescr. c. audita, de rest. spolia. sicque resoluit Rota decis. 513. & 514. in antiq. & 67. in Nouis. Staphilæus lib. de literis gratiæ. Quartò, si mentio fiat in rescripto secundo contraria de primo, illud censetur multò magis reuocatum. ca. cæterùm de rescr. in d. decis. 514.

3 Quintò, sunt quædam rescripta quæ lapsu tēporis certi itis ne ar, & quædam quæ perennia seu perpetua sunt. Generaliter gratiæ & priuilegia personis sine definitione temporis concessa, perpetua censentur, & durare quamdiu personæ vixerint. c. capitulo, de capel. monach. l. 1. de iure dotium ff. beneficia quoque sine determinatione rebus cōcessa perpetua censentur. Quamobrem Claudius Cæsar in l. 2. de diuers. resc. C. *Falsò (inquit) asseueratur authoritatē rescriptorum, (quæ ius cōcedunt alicui) deuoluto spatio anni, obtinere firmitatem non oportere, cum ea quæ ad ius rescribuntur, perennia esse debeant, si modò tempus, in quo allegari vel audiri debeant, non sit comprehēsum:* concessio quippe sine tēpore in perpetuum intelligitur, l. seruus, 10. de pœn. ff. atque gl. ad d. l. 2. ad ver. *perennia*, ait rescriptum ad agendum vsque ad 30. annos durare, per l. sicut, de præsc. 30. vel 40. ann. C. ad excipiendum verò, perpetuò durare, per l. purè, §. fi. de dol. except. ff. secùs si rescriptum esset ad faciendum, quo casu duraret tantùm per decennium, per l. 1. de nundi. in ff. si in præiudicium vniuersorum sit impetratum, non etiam si in præiudicium singularium, quia tunc esset perpetuum.

4 Sextò, in causis quæ lites respiciunt, rescripta iustitiæ obtenta, per negligentiam non vtendi amittuntur infrà annum, ca. si autem aliquis, 9. & c. ex parte, 12. de rescr. quidam dixerunt hoc quidem obtinere iure Pontificio, & Gallico, at non iure ciuili, per l. 2. de diuer. rescr. C. sed certe vtroque iure obtinere puto, neq; l. 2. ad rescripta iustitiæ sed delegationis, sed ad gratias & beneficia principum pertinere arbitror, vide Guido. Papæum dec. 135. literæ tamen prehensionis, vocant, *de prinse de corps*, etiam in Gallia non tolluntur anno, vt scribit Rebuff. in procem. constit. regiarum, gl. 5. num. 44. notat & Rota decis. 69. incip. *Actore non veniente*, in Nou. Quòd si actor non veniat coram iudice delegato, possit absolui reus: & licet fiat peremptio instantiæ, in hoc casu, tamē nō extingui iurisdictionem delegati, quominùs si actor veniat intra annum, in vim primæ commissionis, iudex possit procedere, quia licèt pereat instantia, tamen literæ, seu iurisdictio iudicis non perit, quod iurisdictio & rescriptum sint perpetua. c. consuluit, de offi. deleg. Archidiac. in ca. venerabilis, de iud. per d. l. falsò, 2. de diuers. C. Pan. ad c. examinata, de iud. facit Auth. qui semel, quomod. & quand. iud. C.

5 Sunt tamen obseruanda rescripta quæ ex propria natura seu forma, habent iure definitum tēpus pro diuersitate negotiorum, intra quod non vltra impetrari possunt, vt generaliter minoribus data est facultas petēdi restitutionis in integrum beneficium, intra quadriennium à tempore quo 26. an. attigerint, l. fi. de tempo. in inte. rest. lib. 2. C. tit. 53. simile tempus quadriennij, maioribus indultum læsis à tempore læsionis, & subducto iusto impedimēto, sublatúmque ius antiquum, quo dabatur tātùm annus vtilis, vt l. 1. de restit. milit. C. Subducenda porrò tempora iusti impedimenti docent propemodū infinitæ leges, l. 1. 2. & seq. de tempo. in integ. rest. C. l. non possunt, 3. de dol. Co. 1. §. annus, quando actio de pecu. anna, est. Cum simili quemadmodum & subducitur minor ætas, l. minorib. de in integ. restit. minor. l. 1. si tutor vel curator interue. C. In dotis causa & rescisione biennium tantùm datum, l. fi. C. de dol. aliud tempus concessum minori pro restitutione petendæ ob dotē cautam, non numeratam, 12. nempe an. à die nuptiarū tantùm. Auth. si minor 25. de tempot. resti. & Nouel. 10. de tempore non solutæ pecuniæ super dote, §. generaliter, iunge l. 3. & 13. Authen. quod locū, de non nume. pec. C. In Gallia certius est tēpus restitutionis petendæ aduersus quamcumque causam, datáque minoribus potestas vsque ad 35. annū, maioribus intra decennium à die læsionis iuxta cōstit. Ludouici 12. publicatam anno 1512. art. 6. Francisci 1. anni 1539. cuius tēporis præscriptio, labitur, & currit, non obstante ignorantia iuris, vel rusticitatis; non prohibetur tamen quin ex arbitrio iudicis subduci possint iuxta impedimenta, quibus aliunde prohibitus fuerit restitutionē postulare, vt dicunt cōstitutiones, dummodò à tempore cessationis iusti impedimenti prosequatur restitutionem, secundum l. si ab hostibus. 15. §. sed quod simpliciter, & l. seq. ex quib. cau. maior. l. 1. §. ne autem imperfecta, dē animali except.

6 Septimò, posset extingui gratia beneficij, si in ea ponatur clausula, quod illud concedatur vsque ad beneplacitum sum. Pont. nam eius obitu extinguitur, nō ita si concedatur ad beneplacitum sedis Apostolicæ, quæ non moritur, can. si gratiosè de rescr. in sex. c. vni. in fi. ne sede vacante in sexto. quemadmodum locatio aut precarium cōcessum, quamdiu volet concedens, eius morte reuocatum, l. 4. loca. ff. cùm alter dicendum sit, si non adijciatur illa cōditio, l. cùm precarium. §. 1. de prec. ff. ca. fi. de preca. Diuersitatis ratio, cur aliter statuatur dū apponitur clausula, ad sedis Apostolicæ beneplacitum, quòd ibi dignitas proponitur, quæ nō moritur cum persona concedentis, c. quoniā, de offic. deleg. ca. fi. de rescr. in sex. ca. ne aliqui, de priuil. in sex. facit c. liberti, 12. q. 2. c. pudēda. §. fi. 24. q. 1. Adijcitur etiam codicillis seu rescriptis concessionis officiorum à principibus laicis clausula, *Pour en iouyr tant qu'il nous plaira*, quæ tamen clausula aliter, quàm in proxima annotatione explicatur, vt nihilominus sit concessio magistratus vel officij perpetua, nec ei possit adimi per concedentem, nisi del. quem possessor aut si iusto non esset, aut mortuus fuerit, quod si extra has causas quispiam collatione officij facta à principe priuetur, potest contra ipsum principem, vti remedio possessorij. ca. ex teno re, de restit. spolia. constit. Ludo. 12. art. 47. Sic beneficio honorésque delati à principe nec finem loci vel temporis habent, l. iurisperitos, & ibi Bar. de excusat. tutor. atque verba illa, *quamdiu placuerit*. intelligi dēbet, quamdiu viro bono placere poterit, l. Thais ancilla, 41. §. tutoriis, de fideic. libert. non quod Tyrāno vel auaro principi placeret, ne sine causa quispiā iure quæsito priuetur cōtra ca. 2. de consti. nisi iurata magistratus esset aut extraordi [illegible] apud Athenié. [Greek, illegible] Qui genitorum Se[illegible] quotan[illegible] ba[illegible] licet Athenis: Areopagitis successores non dabantur. Nisi quis enim grauiter deliquisset, non eijciebant vt testis Demosthe. oratione aduers. Androtionem. Romæ etiam erant & magistratus temporales, vt Consules, Dictatores, & alij & perpetui, vt Senatores & alij alij officiarij, l. prædiis pro uinciæ, 31. de reb. cred. ff. cum simil. sicut & in Gallia sunt decutiones ciuitatum quidam temporales, alij magistratus regij & dominici perpetui.

7 8 Poterit rescriptum priuilegij ijsdem modis tolli, quibus priuilegium, vt si incipiat tempore alterum nimium nocere, c. quid. per nouale, de verb. sign. c. suggestum, 9. de decimis, vbi gl. ad verbū, *priuilegia*, notat casus disticho, ex quibus priuatur quis priuilegio.

*Indultum tollit contemptus, crimen, abusus,*
*Oppositum factum, damnum, tempus variatum,*

8 9. Abusu intererit rescriptum, quia priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, c. priuilegium, 11. q. 3. c. vbi ista, 74. dist. ca. licet quibusdam, & de regula, 11. 31. l. 3. & l. Iudæos, C. de Iudæis. Abusus literarum Apostolicarum quidam, quibus extinguuntur, ponuntur in c. quia nonnulli, 43. de rescr. vbi quædam annotauimus, nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet, l. Imperatorem, 91. de hære. instit. l. 28. ff. tit. 5. ne hi, qui cum habentibus rescriptum negotiantur, authoritate principali circumscripti videantur l. 1. de his qui ven. ætat. impetra. lib. 2. C. tit. 23. Poterit esse abusus talis, si dignior personā, quàm fuerit rescripto comprehēsa delegationis, trahatur in iudicium ob eius causam vt ca. sedes, de rescr. si impetratum fuerit rescriptum ad quoscumque iudices directum, nullo nominato, vel super omnibus causis, nulla expressa: c. ad hoc si vnus, de rescr. si rescriptum iustitiæ, seu delegationis pro aliquo sine eius mandato fuerit impetratū ab ijs personis quæ sine mādato nequeunt. ca. nonnulli, ca. ex parte Decani, de rescr. Sūt verò personæ quædam quæ pro proximis sine eorum mandato negotia eorum gerunt quatuor, de quibus in l. sed hæ, de procu. ff. Abuti dicetur & rescripto qui ad alia quàm quæ rescripto cōtinentur voluerit vti, sunt enim stricti iuris, vt non admittantur extra contēta prorogationē, Rota decis. 396. incip. *Si committatur auditori*, n. 3. in Nouis. probat ca. P. & G. de offic. deleg. ca. causam quæ, ca. significauit, ca. fi. de rescr. facit exemplum ca. cui de nōn sacerdotali, de præb. in sex. vt neque sub expressa qualitate maioris rei venit minor, ca. cùm in illis, & d. c. cui de non sacerdotali, §. 1. & si. de præb in sex vel sub vno modo vacandi concessio facta, alium continet, ca. susceptum, de resc. in sex. neque clausula rescripti prouisionis, vel *aliàs quouis modo vacet*, quamuis contineat omnem modum vacandi per eandem personam, tamen non continet, si per diuers. Lapus ad d. c. susceptum. Rota decis. 483. *Nota quod clausula*. in Antiq. & fusè in decis. Rot. 28. incip. *Si mādetur*, in Nouis. qua ratione hodie in impetrationis beneficiorum apponitur clausula, in supplicatione & literis, *Aut aliàs quouis modo vacet, ex eius vel alterius cuiuscunque persona*. Notat & decisio. Rotæ 71. in Nouis. Quod si clerici impetrent rescriptum contra clericos nominatim expressos, sine clausula, *Et quosdam alios*, &c. licèt clerici nominet, aut authores laudent aliquos religiosos, à quibus causam habeant, vel ius, coram iudice delegato tamen non possit iudex delegatus contra illos statuere, maximè si nominatim excipiāt de hoc, facit ca. pastoralis, & ca. sedes, de resc. possunt tamen etiam clausula, *& quosdam alios*, comprehender vniuersitatem. Archidia. ad c. 2. de rescr. in sext. & ibidē Ioan. And. & Dom. Felin. plura ad ca. causam, de rescr. Item & commissio impetrata super causis motis & mouendis per impetrantem, extenditur tantùm ad tunc, & non postea exortas, c. eam te, ca. significauit, ca. fi. de rescr. Rota decis. 148. incip. *Commissio*, & decis. 413. *Fuit dubitatum*, in Nouis. nisi ex certa sciētia sum. Pont. ita dictum fuisse appareat, ca. audita, de restit. spolia. Quemadmodum si quædam scriberētur in rescripto, ad quæ extēditur iurisdictio, non dubitamus quin ad eorum accessoria fiat extēsio, dummodò maiora nō sint, ca. sedes, de resc. Felin. Panor. Innoc. ad ca. cùm olim, in primo, de resc. Quare licèt rescriptum non extendatur regulariter ad alias personas, quàm nominatas, tamen extenditur ad successores rei, & vitij eius contra quem impetratū fuerit, Andræas Butrigar. ad c. quia, de iud. personalia tamē priuilegia personas non egrediuntur, l. 1. §. fi. de constit. princ. §. planè, apud Iust. de iur. natur. l. quod verò, 14. l. in his, 15. l. ius singulare, 16. de legib. l. quia tale, solut. matrim. ff.

9 Multò magis restringentur ad suos terminos rescripta, quæ ambitionem redolent, ut ca. quamuis, 4. de præb. in sext. & in detrimentum alterius sint, c. rua nobis, 31. de verbo. sign. odiosa. can. odia, de regul. iur. in sex. rescripta iustitiæ, quæ rigorem iuris continent. Iason consil. 127. vol. 4. nu. ad lites. ca. cùm dilecta in Christo, 2. de rescr. Beneficia autem principum ex eorum motu proprio, & certa scientia, & propria voluntate sine detrimento alterius cōcessa, quàm plenissimè interpretenda non abnuimus, l. penult. de consti. princ. ff. l. 2. de bonis vacantib. C. c. si motu proprio, de præbend. in sex.

10 Decimò, amittitur rescriptum delegationis per negligentiam impetrantis anno elapso, quo eo vti potuit, sed noluit, si secundum impetretur contra primum. c. si autem, de rescrip.

*Finis tractatus seu libri 1. Rescriptorum.*

VERITAS DOMINI MANET IN ÆTERNVM

SECVNDVS

# SECVNDVS LIBER DE RESCRIPTIS, VBI AD SINGVLA CAPITA SVNT SEORSVM FACTÆ ANNOTATIONES.

*Authore Petro Gregorio Tholosano, Iuris vtriusque Doctore & Professore publico.*

## Ad ca. 1. Sicut Romana.

### ARGVMENTVM.

1 *De rubrica vbi tractetur.* 2 *Alexandri 3. vita breuis.*
3 *Senones qui.* 4. *Vnde sumptum sit hoc caput.*
5 *Appellatione solus princeps remouet. Et de clausula appellatione remota.*
6 *Appellare commune remedium exceptis quibusdam casibus.*
7 *Speciale mandatum generali derogat.*

### SVMMA.

*Rescriptum generale, quòd liceat appellare liberè reuocatur per speciale, quo committitur causa cognoscenda appellatione remota.*

Alexander III.[a] Senonensi Archiepiscopo.[b]

SICVT Romana: & infra. ¶Quæsitum est à nobis ex parte tua, si alicuius causa delegatis iudicibus, sublato remedio appellationis[c] committitur: & literis Apostolicis altera pars munita (quibus ei generaliter est indultum, vt liberè[d] sibi liceat appellare) in vocem appellationis prorupuerit: an eius in eadem causa debeat appellationi deferri? ¶Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod eius in hac parte appellatio non debet admitti: postquàm est causa iudicibus appellatione remota commissa, quia speciale mandatum derogat generali.[e]

1 IAM (vt opinor) satis supérque à nobis dictum est de rescriptis in genere, reliquum est vt ad singularia capita tituli obseruationes quasdam edamus. Admonebimus autem in primis similes esse titulos lib. 1 Sexti Decretalium, tit. 3. & 1. lib. Clementin. tit. 2. li. 1. C. Iustinianæi tit. 23. & ti. 20. 21. 22. Nouella 114. & in Codice Theodos. lib. 1. tit. 2. Tractat & de hac materia Rebuf. tomo 2. Regiarum constitutionum, tit. de rescriptis seu literis regiis.

2 a *Alexander* 3. Alexandri nomine fuerunt sex summi Pontifices, hic omnium tertius, author huius ca. fuit Senensis Tuscus, dictus anteà Rollandus Bādinellus, Raynutij filius, ex canonico Pisano factus Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani, posteà presbyter tituli Sancti Marci, & Cancellarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab Eugenio 3. creatus Imperante Cæsare Frederico Ænobarbo, Augusto dehinc in schismate, vt refert Onuphrius Panuinus in Chronico Pontificum. Tertius electus circa annum Domini 1159. rexit Ecclesiam summo labore annis 21. vt ait Abbas Vrspergensis in Chroni. patrem habuit dictum Raynutium, mortuo Adriano 4. Pontif. duorum & viginti Cardinalium suffragiis creatus, teste Platina, contra quem Antipapa electus à tribus Cardinalibus Octouianus Romanus presbyter Cardinalis, tituli Sancti Clementis, qui Alexandro 3. se opposuit, & post eius mortem Paschalis quidam eius successor, eóque etiam mortuo Calixtus, & post eum Innocētius, ex quorum schismate magni tumultus in Ecclesia excitati: superfuit tamen omnibus Alexander 3. Platina. Krantius li. 6. Rhāderic. lib. 4. 72. Huius plures extant constitutiones, quarum hæc vna ca. 1. & sequentium capitum.

3 b *Senonensi Archiepiscopo.* Senones Tricassibus & Parisiis cōfines, Senones, *Sens*, Tricasses, *Champagne*. De Senonibus sic scribit Sextus Pompeius Festus. Seoonas Gallos Verrius ait, existimari appellari, quia noui venerint ex Transalpina regione, ac primùm appellatos Ξένοι, alij legunt, καινοί, posteà Senonas.

4 Editum hoc cap. 1. sub Alexand. 3. post concilium Lateranense, parte 10. cap. 11. & extat in prima Decretalium compilatione, c. 1. tit. de rescrip.

5 c *Appellationis.* Sublato remedio appellationis, vel appellatione remota, committere decisionem litis potest tantùm is, qui non habet superiorem princeps, vt hîc tractant interpretes, & probat l. 1. §. si à quib. appella. non licet. ff. & ibi Barthol. c. super quæstionum, §. si verò, de offic. delegat. ca. pastoralis, de appellat. Doctores ad ca. vt debitus honor, de appellat. Quid porrò contineat hæc clausula, *appellatione remota*, docebit ca. pastoralis, 53. de appell. li. 28. & de hac clausula nos plura dicemus infrà in ca. causam quæ, 18.

6 d *Liberè.* Hinc colligi volunt impetrantem rescripti vt liceat apellare ante aliqua iusta ex causa fuisse priuatum ea potestate, & denuò communi facultati fuisse restitutum: generaliter tamen, non facta mentione causæ delegatæ, cum illa clausula, *appellatione remota*, commune omnium remedium est, liberè posse prouocare pro quacumque causa, & in quacumque parte litis, maximè ex iore Pontificio, c. de appellationibus, 11. & sequent. de appellatio. vide l. 1. eius titul. in ff. nisi expressè iure prohibeatur. Enumerātor verò 57. casus per Speculator. in §. 2. de appellation. in quibus prouocatio interdicta est, sed de his alibi. interim vide quæ annotauimus lib. 50. Syntagm. iur. vniuer. c. 2.

7 e *Generali.* Axioma hoc probatur etiam ex ca. dudum, ca. quamuis tibi, de præbend. in Sext. l. cùm de lanionis, 18. §. cui fundum, de fund. instruct. lib. 33. tit. 7. l. seruis vrbanis, §. si alij, de lega. 3. explicat gloss. final. huius cap. Quomodo

 speciale

speciale mandatum derogat generali, vide: adde rationem, quòd in toto iure generi per speciem derogatur. ca. generi, 34. regul. iur. in Sext. l. in toto, 80. eod. titul. in ff. l. sanctio legum, de pœn. ff. Quod ibidem Decius & dynus explicant habere locum in legatis, substitutionibus, contractibus, legum promulgatione, & rescriptis, & iuribus id comprobant: minimè verò in priuilegiis: quodque notat gloss. in dicto ca. generi, & gloss. & Panor. in nostro ca. 1. Ancharan. consil. 160. & alij.

## Ad caput 2. Ex parte.

### ARGVMENTVM.

1 *Archiepiscopatus duo Angliæ, Cantuariensis & Eborensis.*
2 *Vnde sumptũ sit hoc caput* 3 *Periurus quãdo beneficio priuãdus.*
4 *Renunciatio beneficij quando priuet iure possessorem.*
5 *Sed quid si admissa non sit?*
6 *De clausula, si preces veritate nitantur, effectus.* 9.
7 *Similes illi clausulæ.*
8 *Probatio narratorum ex rescripto iustitia exigitur.*

### SVMMA.

*Semper in rescriptis inest clausula, vel subintelligenda, si preces veritate nitantur.*

Idem Cantuariensi [a] Archiepiscopo.

EX parte Conuentren. Episcopi nostris est auribus intimatum, quòd cùm de causa, quæ inter G. & F. clericos vertitur super præbenda de noualis, cognoscens legitimè eidem F. secundum tenorem literarum continentium quòd si constaret ipsum F. de periurio [b] esse conuictum, & perpetuò illi renunciasse [c] præbendæ, amoueretur ab ea, eo cognito & probato præbendam adiudicasset eandem: ipse in vocem appellationis prorupit, & ad te, quòd ei præbendam præcisè & absque causæ cognitiõe restitueres, literas nostras reportauit: & infrà. ¶ Verùm quoniam non credimus ita præcisè scripsisse, & in huiusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiamsi non apponatur: Si preces veritate nitantur. [d] Mandamus quatenus inspectis literis, quas Episcopo prædicto direximus, si inueneris: quòd secundum prædictum modum ei scripserimus, & in literis, quas præfatus F. reportauit, non fuerit habita mentio priorum literarum: sententiã præfati Episcopo confirmes, & sæpe dictũ F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram venire compellas.

1 a IN Britanniæ vel Angliæ regno, duo Archiepiscopatus sunt, quorum vnus dictus Cantuariensis, qui in contrarta ciuitate sedem habet, dicta incolis *Cantarburi*, à promontorio Cantio, quod illis kent, de quo Ptolome. libr. 2. canon. 3. Habet hic Archiepiscopatus suffraganeos 14. Episcopos, vt habetur in libro prouinciali, qui suffragium adferunt Archiepiscopo, iuxta ca. suffraganeis, de elect. Institutus Cantuariensis Archiepiscopatus à Gregorio, circa annum Domini 605. qui primum eò misit Augustinum, Mel[illegible]um, Ioannem, viros doctos, vt Angliam Christo coniungerent, fidem eius predicando. vt idem Gregorius scribit 5. Epistola. capit. 3. & libr. 9. cap. 58. & libr. 12. ca. 15. Volaterranus, Polydor. Virgil. libr. 4. Histor. Angliæ. Alter Britanniæ Archiepiscopus, Eboralensis est habens sub se tantùm duos Episcopos suffraganeos, Barleobensem, & Dunensem.

2 Ediderunt hoc capit. post concilium Lateranensẽ, parte 7. can. 18 & can. 2. de rescript. in prima compilatione, glossæ sunt in hoc c. vtiles & copiosæ, quas per te ipse videto.

3 b *Periurio*. Qui non necessitate, sed voluntariè peierauerit, priuandus est beneficio obtento, ca. querelam, 10. de iureiurando, libro 2. titul. 24. ca. cùm non ab homine, 8. de iudic. libr. 2. titul. 1. ca. 2. de fideiussor. lib. 3. titul. 32. can. accedens, de accusa. vide decis. Capel. Tholosa. 17. in fine. Felinum, ad nostrum ca. 2. Rebuff. tracta de pacif. possessionum. 218. & 221. vbi & hoc ita demum verum esse explicat, si de periurio sit per sententiam condemnatus, & periurus declaratus, sui nec posteà possit validè fieri beneficij Ecclesiastici collatio, atque numer. 223. defendit, periurum ipso iure priuari beneficio. De periurio, déque sceleris eius atrocitate & pœnis, vide quæ tractauimus lib. 30. Syntag. c. 20.

4 c *Renunciasse*. Renunciatio spontanea absolutè, & purè in perpetuum facta beneficij, est modus amittendi beneficium, ca. quàm periculosum, 7. quæstion. 1. ca. 3. & 4. de restitu. spol. lib. 2. titul. 13. regulare quippe renunciantibus iuri suo non dari regressum, ca. si illic, 23. quæstion. 4. l. 1. §. qui semel, de success. edi. ff. l. postquam liti, de pact. C. l. quæritur, §. si venditor, de ædil. edict. ff. si metu tamen extorserit quis beneficium, non efficit repetenti, can. Abbas, ca. ad aures, & sequen. de eis quæ vi met. ca. fiunt. Ratio ex l. 1. quod met. ca. ff. & ita resignatio nulla. Rota decision. 374. *Fuit dubitatum*. in Nou. vel saltem annullanda, vt ait Calder. consil. 1. de renuo. per ca. super hoc, de renunciat. Vide quæ tractat Rebuffus de pacif. possessio. limita. 4. nume. 230, si sub conditione renunciatio facta, vt ex causa permutationis & non aliàs, non priuatur omnino regressu renuncians, nisi ea admissa, vt in ca. vni rer. permutat. in Clement. & Clement. vnt. de renunciat.

5 Licèt renunciatio spontanea pura non admissa, obest vel præiudicet agẽti petitorio, vel possessorio iudicio, c. accepta, de resti. spoliat. & cap. super hoc de renunciat. illud tamen intelligẽdum est, quando spontaneè fact est in manibus superioris renunciãtis, nam tunc nocet etiam non admissa renuncianti: sic existimo intelligendam decisio. Rotæ 353. *Si opponatur spoliatio*, in Nouis. aliter autem dicendum, si heret in manibus non superioris, tunc enim non amitteret dominium, vel proprietatem beneficij, donec superior admisisset, ca. fi. & ca. quod in dubiis, & ibi Innocent. & DD. de renunciat. Ioannes Andræ. ad ca. ex ore, de his quæ fiunt à maior. par. capi. & ad regul. is qui tacet, glossa antiq. ac tit. de sublatione Clementinæ literis, ad verbum, *renunciasse*, Pragmatic. sanctio.

6 d *Nitantur*. Clausula, *Si preces veritate nitantur*, intelligitur apposita rescriptis, vel apponitur. Idipsum in ca. sedes, 15. hoc tit. locum & habet in rescriptis Imperatoris seu principis, l. fin. de diuers. resc. C. li. 1. t. 23. Quare si narratio rescripti in dubium reuocatur ab impetrantis aduersario, vel alio cuius intersit, debet ab impetrante vera probari, estque causæ habenda cognitio, cui non censetur via præclusa per diploma, seu rescriptum summi Pontificis: non secus quàm testator non censetur per verba quod velit tutorem esse alogistam, remisisse tutori dolum, si quem in tractanda tutela admiserit. l. quidã decedens alias, l. ita, 5. §. Iulianus, de admin. tut. lib. 26. ff. t. 7. Probat & Constantin. in l. 2. de precib. Impetat. offerẽ. C. *Quod* (inquit) *totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit rescriptum, sine graui alterius partis dispendio concedi non potest neque peti potest à principe*. adde l. 2. l. 3. & l. fi. si contra ius vel vtilita public. lib. 1. C. t. 22. neque æquum est credi etiam literis summi Pontificis assertentis in rescripto in præiudicium tertij, nisi & de assertis fiat probatio per testes, vt dictũ est in cõcilio Basiliensi, atque reformata decisio Clemen. literis. de probatio. vt habetur in Pragma. sanctio. sub tit. de su[illegible]one Clementinæ literis, vbi vide glossam antiquam.

7 Solent itaque summi Pontificis vti illa clausula, *Si preces veritate nitantur*, cui alia simili, *Si ita est*, quæ refertur ad omnia ea quæ antea narrata fuerint, vt in cap. olim, 25. hoc titul. vbi & quædam adducemus. Solent Gallorum reges addere,

addere clausulam eam, *S'il vous appert de ce dessus.* Cæsares vsi & similibus clausulis, vt Diocletianus, *Si vera sunt quæ precibus complexus es.* l. interpositas, 13. C. de transact. lib. 2. tit. 4. & item, *Si apud Præsidem prouinciæ constiterit.* l. 2. de reuoca. dona. C. vel, *Si apparuerit*, lib. 3. C. de transactio. l. 1. de seruo pign. dat. C. Vsi & clausula, *Si hoc ita est*, l. 5. C. ad leg. Cornel. de sicar. vel latius, *Intelligere debetis probari debere fidem vestris precibus adesse.* l. 5. de fide instrum. C. & alibi, *Adito Præsidem prouinciæ, proba.* l. 2. res inter alios acta, C. l. 2. C. de commo. l. 10. de fals. l. 4. de iur. & fact. ignoran.

8 Sunt porrò maximè rescripta iustitiæ, quæ expressorum in supplicatione probationem desiderant, quia & rescripta hæc ad narrata referuntur, & proinde eius generis rescriptiones vt plerumque, ita exordium habuerunt, *Cùm proponas.* in l. 19. §. cùm quidem loca, ff. l. 1. C. de interdict. l. 1. de liber. exhibend. l. fin. C. de fideiuss. l. 3. C. de impuber. l. 4. C. de fideicom. cum similib. vel hoc modo, *Si vt proponis*, l. 1. de dignita. lib. 12. C. l. 6. de nego. gest. l. 3. de adoptio. l. de reuoca. don. vel ita, *Cum adseueras*, l. 9. C. de his quib. vt indig. l. 2. si in fraud. patro. C. vel, *Cùm adfirmes*, l. 7. §. si maritus, de donat. inter vir. & vxor. ff. l. 1. si aduers. venditio. pign. C.

9 Hinc sequitur, quòd hæc tacita conditio, *Si preces veritate nitantur*, suspendit omnes censuras in rescripto contentas, quæ non obedientibus iisdem imponuntur. Pet. Anchara. consi. 140. incip. *Per prædicta simpliciter*, & Philippus Decius consilio 33. col. fin.

## Ad ca. 3. Cæterùm.

### ARGVMENTVM.

1 *Vintoniensis Ecclesia in quo loco.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Iudex certus, ad postulationem partis à solo principe datur.*
4 *Rescriptum non reuocatum stat.*
5 *Reuocatur verò expressè vel tacitè.*
6 *Negligentia impetrantis.* 7 *Præuentione citationis.*
8 *Si duo rescripta ac vna causa diuersorum iudicum impetrentur.*
9 *Quando intereat morte delegantis rescriptum.*
10 *Quando per excommunicationem.*
11 *Si recusetur iudex in rescripto delegatus.*
12 *Si alteruter ex partibus moriatur ante cœptum iudicium.*
13 *Si partes consentiant.*
14 *Consensu duorum facta, eorundem exigunt in dissoluendo consensum.*
15 *Dolus, mutare iudicem in quem consensum.*
16 *Temerarius litigator ad sumptus damnatur.*

### SVMMA.

*Delegatio iudicis primi rescripti non tollitur per secundum, nisi de eo primo fiat mentio.*

### Idem Vintoniensi Episcopo.[a]

CÆTERVM[b] si aliquis super causa ab Apostolica[c] sede impetrauerit litteras, & aduersarius eius eandem causam postmodum obtinuerit committi aliis, de commissione priori non habita mentione:[d] priores iudices ad decisionem causæ possunt procedere, nec secundæ literæ obtinent alicuius roboris firmitatem. ¶ Si verò[e] in secundis literis habeatur mentio de commissione priori, prædicta causa à priorum est empta[f] iudicio: cùm eædem literæ non veritate tacita impetratæ. ¶ Verùm si de assensu[g] partium causa committitur, & processu temporis, vel etiam cõtinuo, alterutra pars, altera nesciente[h] causam ipsam, tacito de commissione priori, alij iudici obtinuerit delegari: nõ immeritò is qui tali dolo,[i] vel fraude aduersarium suum laborare coegit, in expensis condemnari[k] debet eidem.

1 a DE Ecclesia Vintoniensi quoque meminit can. cùm Vintoniẽsis, 25. de electio. Finhestanus Vintoniensis fuit primus Episcopus in Anglia, circa annum Domi. 625. Polidoro Virgil. teste lib. 6. Histor. Anglic.

2 b *Cæterùm.* Hoc cap. editum est post concilium Lateranense, parte 7. ca. 9. est & in prima compilatione Decretalium, sub hoc titulo ca. 3.

3 c *Ab Apostolica sede.* Significatur illis verbis iudicem certum nisi à principe ad postulationem partis litigãtis dari non solere vtroque litigante præsente. l. obseruandum, 47. de iud. ff. Vide hic Panor. n. 11. Paulum Castrensem cons. 51. Cardinal. consil. 27.

4 d *Mentione.* Et proinde nulla fuit expressa reuocatio prioris, quocirca nec stare prohibetur, ca. si autem, 9. hoc tit. 1. arg. l. sancimus, C. de test. si tamẽ in eadem causa à diuersis partibus ad eosdem iudices directæ literæ in diuersa forma impetrentur, consulendus erit summus Pontifex, vt quã velit sequi formam distinguat. ca. 2. de offic. & potesta. iud. deleg. l. 1. tit. 29. facit expressè ca. 2. de dol & cõtumac. l. 2. ti. 4.

5 e *Si verò.* Hîc exceptio regulæ superioris si de prioribus literis fiat in secundis mentio.

6 f *Empta.* Quia voluntas expressa summi Pontificis, & posteriores leges derogant prioribus, suntque potiores. l. a ἀμφοτέρων ... & l. fin. de constitutio. princip. lib. 1. ff. titul. 4. l. non est nouum, 26. de legib. ff. l. 1. ad leg. Aquil. lib. 9. ff. l. 1. ad leg. Falcid. l. 1. § si serui, de quæstio. ff. Principis voluntas pro lege. §. sed & quod principi, de iure natura. l. 1. de constitu. princip. cum similib. Hinc colligitur primus modus quo eliditur, vel tollitur rescriptum delegationis iudicis, etiam legitimè impetratum, nempe reuocatione expressa, vel tacita principis, cui alij adduntur hîc à glossa, & Ioanne Andræa. Erit itaque & 2. vt tollatur negligentià impetrantis, si eo vsus non fuerit intra annum. ca. si autẽ, 9. ca. plerumque, 23. hoc ti. Et in Gallica rescripta seu literæ regiæ anno tantùm viuunt, & pereunt posteà, si executioni non demandẽtur intra illud tempus, Guido Papæus decision. 135. exceptis literis prehensionis corporalis, quæ de post annum possunt demãdari executioni, vt notat Rebuffus in cõstitutiones regias, glossa 5. n. 44. iure ciuili qui quæ ad ius absolutè rescribuntur, tempore non pereunt nisi dictum. l. 2. de diuers. rescrip. lib. 1. C. tit. 23.

7 g Redduntur inefficacia rescripta legitima, si impetrãs antequam vocatione in iu[...]citatione vocauerit aduersarium cõram delegato suo [...] aduersario præueniatur, & vocatus fuerit coram alio iudice. cap. capitulum sanctæ Crucis, hoc tit. c. vt debitus honor, 59. de appella. lib. 2. tit. 28. c. penult. de for. compet. lib. 2. tit. 2. nisi rescriptũ de ea præuentione meminerit & ei deroget, vt notatur à glossa dicti c. vt debitus honor. quia alioquin præuentione citationis perpetuatur iurisdictio. l. si posteaquam, & l. vbi cœptum, de iudic. ff. lib. 5. tit. 1. l. cùm quædã, de iurisdict. om. iud. ff. siue ea iurisdictio sit ordinarij, siue delegatum. ca. gratum, 20. de offi. delega. lib. 1. tit. 29. ca. fin. de offic. lega. lib. 1. tit. 30.

8 4. Expirabit rescriptum, & primum, & secundum, si fraudulenter diuersas de diuersis iudicibus obtinuerit literas, & vtrisque vtatur: ca. ex tenore, 16. hoc titulo.

9 5. Morte delegantis mortui re integra, rescripto nondum citatione insinuato extinguetur. ca. relatum, 19. de ca. gratum, 20. ca. licet. 31 de offic. delega.

10 6 Rescripti vis interit ad tẽpus excõmunicatione, sed absolutione firmatur; c. prudẽtiã. 21. § sexta, de off. iu. deleg. c. pia, de exce. in Sex: verũ tamẽ si tempore impetrationis, impetrans fuerit excõmunicatus, in perpetuũ inefficax erit rescriptũ. ca. 1. de rescr. in Sex. & quod ab initio non valuit, tract. tẽporis cõualescere nõ potuit. l. quod initio, 29. de reg. iur. ff. l. quæ ab initio, pe: eo. ti. ca. nõ firmatur, eo. ti. in Sext.

11 7. Delegatus etiam ex causa potest reiici & remoueri,

& ita inefficax fit rescriptum delegationis eius, ca. insinuante, 15. offic. delegat. ca. index, eo. tit. in Sext. non enim debent esse iudices immisci vel suspecti. ca. 15. quod suspecti, 3. q. 5.

12 g Si impetrans delegationem iudicum rescripto, vel eius aduersarius moriatur ante cœptū coram eo iudicium. ca. significauit, 36. hoc tit. 9. Relatione. c. licet, de offic. leg.

13 g *Consensu partium.* Vide l. t. & 2. de iudic. li. 5. tit. 1. l. 3. C. de iurisd. omnium iudi. iurisdictio ex cōsensu partium datur.

14 h *Altera nesciente.* Quia consensu duorum factum, non potest ab altero ex conuenientibus solo tolli, l. sicut, C. de actio. l. nihil tam naturale, de reg. iur. ca. 1. eo titul. hoc volum. l. iuris gentium. §. pactum ne pertineret, de pact. com similib. Videtur hic reprehendenda variatio recedentis à proprio cōsensu, non enim reprobare licet liberè approbatum. l. Pomponius. de negot. gest. ff.

15 i *Dolo.* Dolum hic potat summus Pontifex litigantem post consensum in vnum iudicem eo tacito, alium iudicem impetrare, vt aduersarium sumptibus & labore diuexet, quod ex malitia & circumueniendi animo pendet, vt meritò ad dolum & fraudem reijciatur, per l. 1. cum suis §§. de dol. ff. duplicique ratione fraus collig itur, & quòd tacuent ante iudicem delegatum, & quòd non dixerit delegatum ex suo consensu: vtrumque enim exponendum erat in supplicatione. ca. coram, de offic. delegat. ca. inter monasteriū, de re iudica. ff.

16 k *Condemnari.* Temerarius hic litigator sumptibus & damno litis puniendus tractatur & in c. fin. huius titu. & in l. eum quem temere, 79. de iudic. in ff. l. 4. de fruct. & lit. expens.

## Ad ca. 4. Inter cæteras.

1 *Eboratum vbi.* 2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *De disiunctis & coniunctis, & seq. 4.* 4 *Di alternatiuis.*
5 *De filiis presbyterorum ordinandis.*
6 *Quibus modis illicitè Ecclesiam quis dicitur occupare.*
7 *Textus emendatio.* 8 *Argumentum à similibus receptum.*

### SVMMA.

*Mandatum rescripti alternatiuam continens, alterutrius veritate sustinetur.*

### Idem Eboracensi[a] Archiepiscopo.

INTER cæteras[b] consolationes tuas fuit propositum coram nobis, quid tenere debeas, cùm aliqua sub disiunctione[c] mandantur: quorum vnum verum est, alterum falsum, vt putà si proponatur, quòd si talis sit sacerdotis filius,[d] & in sacerdotio genitus, qui proximo in tali Ecclesia ministrauit, vel quòd illicitè Ecclesiam occupauit[e] eandem. ¶ Huic ergo quæstioni taliter respondemus, (iudici quodcumque istorum constiterit) illi prælibatam Ecclesiam adiudicari debere, & idē in similibus[f] obseruandum est.

1 a *EBoracensi* Eboracum Ptolomæo dicitur Britanniæ ciuitas, quam ipsi dicunt *Iortz*, Paulinus primus Archiepiscopus Eboracēsis, ab Eduino rege Angliæ factus, anno Domini 627. vt scribit Polydor. Virgil. lib. 4. Histor. Anglicæ.

2 b *Inter cæteras.* Hoc cap. editum post concilium Lateranense, parte 41. ca. 1 extat & in prima compilatione Decretalium, ca. 4. sub titulo de rescript.

3 c *Sub disiunctione.* In orationibus disiunctiuis, & coniunctiuis, Iurisconsulti tres docent regulas. Prior oratio, quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet, ex mente pronunciantis vel disiunctè vel coniunctè accipitur. Paul. l. alienationis, 28 §. fio. de verb. signific. alia in l. coniunctionem, 29. eod. tit. *Coniunctionem* (inquit idem Paulus) *pro disiunctione accipi, Labeo ait, vt in illa stipulatione, mihi hæredique meo te hæredemque tuum.* Et repetit in l. sæpe. 53. eo. ti. ibi, *Sæpe ita cōparatum est, vt coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta, pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. Nam quod dicitur apud veteres, Agnatorū gentiliūmque, pro separatione accipitur, at cum dicitur, Super pecunia tutelave sua, tutor sine pecunia dari non potest, cùm dicimus quod dedi aut donaui, vtraque continemus, cùm verò dicimus, quod eum dare, facere oportet, quoduis eorum sufficit probare. Cùm verò dicit Prætor, si donum munus operas redemerit, si omnia imposita sint, certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo coniunctis habentur, si quædam imposita sunt, cætera non desiderantur.* Ex quibus verbis, triplex orationis colligitur forma, & oratio ita, coniuncta, disiuncta, & soluta. Coniuncta habet συμπλοκὴν, implicationem dictorum: disiuncta διάζευξιν, seu distinctionem & separationem. Soluta est vtriusque particeps, habita ratione rei, de qua agitur, ex sententia seu mente proferentis, & modò ex mente pro alternatiua seu disiuncta, & modò pro coniunctione accipitur. In copulatiua vtrumque quod dicitur, in disiuncta alterutrum requiritur. l. io eo. §. vbi verba, de reg. iur. Lucem huic loco non exiguam adfert Aulus Gellius lib. 16. ca. 8. l. §. de conditio. institutio. ff. Disiuncta alternatiua nuncupant interpretes.

4 Ad veritatem copulatæ orationis, singulas partes desiderari veras & concurrere, docet & l. quod vulgo, 45. de manumis. testa. ff. l. à reo, 70. de fideiussor. §. penul. de hæred. instituen. l. cùm pupillus, 78. §. 2. de cond. & dem. lib. 35. ff. tit. 1. in alternatiua, quęcū illud aut illud, iuxta l. Prætor, 7. de iniu. l. si in emptione, 34. §. si emptio, de contrah. emp. ff. sufficit alterum inhærere & subsistere. l. plerumque, 11. de iur. dot. ff. l. cùm quærebatur, 13. iudica. sol. ff. ca. io alternatiuis, 70. de reg. iur. in Sext. quare disiunctim conditionibus pluribus adscriptis, alteram defecisse non obest, si altera impleatur, l. cùm pupillus, 78. de conditio. & demonstra. ff. Distinguit Budæus inter particulam disiunctiuam, quam Græci dicunt διαζευκτικὸν μόριον, & particulam separatiuam, quam Græci dicunt μόριον ἀποχωριστικόν, atque in illa oratione agnatorum, gentiliumque, non disiunctionem, sed separationem esse. sed & Paul. in l. triplici, 142. de verb. signific. ff. triplici modo desiunctionem & coniunctionem fieri docet, re tantùm, verbis tantùm, re & verbis simul, quorum modorum diuersi sunt effectus, Eò & pertinet l. re coiuncti, 89. de lega. 3. Disiūctiuæ dictiones aut, vel, ve, seu, siue, quæ (vt dixi) disiungunt ne opus sit omnibus illis comprehensis parere, contrà in coniunctis. d. l. si hæredi plures, 5. de conditio. instit. lib. 28. ff. ti. 7. quæ tamen nō seruantur, si alterum disiunctorum esse non possit per se sine alio per consequentiam, vt quando lege 12. tabularum iubetur, super tutela pecuniáque pupilli tutorem dari, nam nō datur pupillo tutor, quin consequenter detur & bonis §. certæ autem rei. qui testa. tut. dari pos. lib. 1. Insti. tit. 14. l. certarum, 12. cum sequentib. de testa. tutel. lib. 26. ff. tit. 2. l. cùm plures, 12. §. cùm tutor, de admi. tut. li. 26. ff. tit. 7 Quemadmodum & disiuncta in coniunctiuam transit, vt in specie, l. Quintus Mutius, de auro & argent. lega. ff. & cùm ponitur inter coniuncta, vt in l. Lucius Titius, 85 de hæred. institu. lib. 28. ff. tit. 5. l. fin. de verbor. signifi. lib. 6. C. l. cùm pater, 77. §. penult. de legat. 2. lib. 31. tit. 1. Sicut & coniuncta inter incompatibilia posita, resoluitur in disiunctiuam. in l. si Titio fundus, 10. de vsu & vsufruct. & c. relict. li. 33. ff ti. 2. Vide & de his omnibus glos. ad ca. 2. ad verbum, *perpetuo*, suprà hoc tit. Dyn. ad regulam alternatiuis.

5 q *Sacerdotis filius.* Filius sacerdotis in beneficiis bifariam consideratur. Primùm si sit quidem sacerdotis filius, at non tempore sacerdotij paterni genitus, sed ex vxore legitima, qua mortua, posteà fuerit pater factus sacerdos, vt in c. debitum

debitum, §. in fine, de bigam. non ord. lib. 1. tit. 21. & ita filius presbyteri potest ordinari, & beneficia consequi, dummodo nõ ordinetur, vel succedat in beneficio, quod immediatè pater eius tenuerit. ca. l extirpandas, 11. c. Michael. 13. de filiis presbytero. li. 1. ti. 18 Poterit autem summus Pontifex, non alius dispensare, vt etiam talis beneficio paterno succedat. ca. penul. co. tit. de filiis presby. Secundo modo filius sacerdotis dicetur, qui pendente sacerdotio patris genitus est, qui illegitimus, vel ex vxore tetera in sacerdotio, vel ex meretrice, vel concubina genitus, ad nulla beneficia promoueri potest. c. literas, 14. de filius presby. c. innotuit, 20. de elect. ca. per venerabilem, 13. qui filij sint legit. lib. 4. tit. 17 cau. nisi cum pridem, §. personę, de renun. c. cùm in cunctis, de electio. Deutero. 23. prætterquam si eum talibus, propter morũ aut vitæ probitatem, & literarum scientiam fuerit dispensatum à summo Pontifice, & si natalibus restituti sint. dict. ca. innotuit, & ca. Cænomanensem, 56 dist. c. cùm decoiem. 15. & can. fin. de fil. presbyt. Notabile tamen quod statuit Clemẽs 7. in constitutione anni 1533. ne post hac spurij recipiantur in beneficio paterno, neque cum legitimatione, dispensatione, vel alio modo Vide Papum lib. 2. Rhapso. aresto tit. 4. a est. 1 cum tamen illis, antiquitùs liceret nõ quidem immediatè, sed mediate in beneficio paterno succedere. c. 2. 3. can. ex transmissa, 7. c. quoniam est sacris, 10. de filiis presby. cum simil. E si quando h ... pro beneficio paterno a legitimato impe... dispẽsatio, apponi debet expressio cum de ... tionis Clementis 7 Sed & Sixtus placito ... pronunciatum, anno Domi. 1554. prohibitionem, quæ est de spurio In beneficio paterno non consequendo, locum habere in nepote nato ex legitimo matrimonio spurij, vt videlicet eadem ratione is ab auitino excludatur beneficio, vt refert Papus titulo & libro proxime citatis, aresto 2. Fuit & edita Constitutio à Sixto Papa 5. anno 1586. de electione Cardinalium, qua prohibetur ne illegitime nati, etsi sint legitimati per subsequẽs matrimoniũ, vel alio modo, Cardinales creentur, etiam ante legitimè in natalibus ad beneficia dispẽsati, idque propter eminentiam Cardinalatus.

6 e *Illicitè Ecclesiam occupaunt.* Illicitæ occupationis species plures, veluti si intrusus, id est, si alio de facto possidente, ipse nactus sit propria authoritate beneficij possessionẽ. cap. cum qui, de præbend. in Sext. l. extat, quod met. caus. ff. cum simil. sib. si manu seu cum potestate laicali, vel vt consequatur possessionem, cap. quisquis. de electio. ca. per lucos, 16. qu. 7 Cæterum quando quis propria authoritate & quo pacto quis habens iustum titulum, possit nancisci possessionem beneficij absque periculo amissionis iuris, vide declaratum per Rebuffum tractatu de pacifi. possesso. à n. 237. vsque ad numerum 252. Item illicitè occupat Ecclesiam, qui contra iuris constitutiones beneficium adeptus est, veluti per simoniam, vel à non habente potestatem, per vim vel metum, vel per aliam non canonicum institutionem, sine qua beneficium non potest teneri. can. beneficium, de reg. iur. in Sext.

7 f *Adiudicari.* Sic in excussis libris Lugduni nuper, & in excussis apud Hugonem à Porta, & Vincentium Lugduni, in Antuerpianis verò *abiudicari*: abiudicare Cicero prima Verrina dixit, pro iudicio auferre. *Nulla res tam patria* inquit, *tanquam auita fuit, quæ non ab eo iudicio illius abiudicarentur.* Et de Oratore, 2. *Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio*, & de lege Agraria, *abiudicabit.* Et Liuius lib. 4. in principio, *Late ergo audiuere patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati, defecisse* Firmat Budæus in l. posteriore de orig. iur. ea forma qua dicimus abnurare mulierem, id est, inficiando repudiare, & abiurare pecuniam, negare. l. temperent, de vestib. holober. li. 11. C. Contrarium est, *adiudicare*, quod est alicui petẽti iudicio dare ex ... iudicij, vt in l si idem, in fin de iurisd. omnium iud ... locum habet adiudicatio in iudiciis diuisoriis ... non potest diuisio commodè fieri. l. 2. finium regund. ff. ... quod putatis, si quis fundum, & §. officio, commun. diui. Probatem autem ... Antuerpianam lectionem, vt legendum sit, *abiudicari*, non *adiudicari*, quod mens constat cum verbo, *abiudicari.* *Respondemus* inquit textus *iudici quod cumque istorum constiterit* (illorum videlicet, quod proponebatur possessorem esse sacerdotis filium, & in sacerdotio genitum, vel quod illicitè Ecclesiam occupasset) *illi prælibatam Ecclesiam abiudicari debere*, id est, eum, priuari debere Ecclesia ex illis, vel altero illorum.

8 g *Similibus.* De similibus ad similia valet iudicium, ca. inter corporalia, §. sicut ergo, de translatio. Episc. ca. dudum, in 2. de electio. l. nõ possunt, 12. nam vt ait Pædius, 13. de leg. ff. l. leges. in 1. C. eo. tit. l. 7. §. 2. de iurisdi. omn. iud.

## Ad cap. 5. Si quando.

### ARGVMENTVM.

1 *Decivitate & Archiepiscopatu Rauennate.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Iudices non debent admittere rescripta incivilia. & n. 4.*
5 *Principes ex ratione & legibus admoneri se patiuntur.*
6 *Obediendum eius mandatis.*

### SVMMA.

*Rescripto principis aut optemperandum, aut ratio danda cur non sit obtemperandum.*

Idem Rauennati [a] Archiepiscopo.

Si quando [b] aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari [c] non deb s: & intrà. ¶ Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas ¶ Quia patienter sustinebimus, [d] si non feceris quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum.

1 a *Rauennati.* Rauenna, sedes Archiepiscopalis Veteris patet, vbi & regia Ostrogothorum fuit aliquando, est octoua in Italiæ regione colonia Sabinorum. Plinius lib. 3. ca. 15. ab Augusto muris cincta, à Valentin. ano ampliata, qui & Archiepiscopo eius duodecim ciuitatum Episcopos subiecit, Arimini, Cæsennæ, Fori Liuij, Fori Cornelij, Fauentiæ, Brintij, Bononiæ, Mutinæ, Regij, Parmæ, & Placentiæ. Fuit tempore Pelagij 2. summi Pontif. Ioannes quidam Rauennæ Antistes, qui magnitudine dignitatis se Romano Pontifici prætulerit, vt narrat Sabellicus & Gregorius, epistola 95. Theodorus postea Archiepiscopus Rauennensis, tempore Agathonis summi Pontif. circa annum Domini 680. se cum suis eis subiecit iterum, vt ait Blond. lib. 9. Forsan in nostro c. Archiepiscopus Rauennas occasionem arguendi summum Pontificem ex præstantia suæ sedis sumebat, quam honestè Alexander summus Pontif reprimit, dum ait, vel sedi Apostolicæ esse parendum, vel rationem esse reddendam quare non optemperetur.

2 b *Si quando.* Hoc ca. est 5. in ordine, sub eodem titulo de rescriptis in compilatione prima.

3 c *Turbari.* Singulare hic admonetur, neque iudices turbari, vel iustitia vllo modo dimoueri debere metu oblati rescripti principalis, cùm generaliter hoc habeant in mãdatis iuratum, nec damnosa fisco, nec iuri contraria rescripta impetrata vel exorta, admittenda esse, sed reiicienda. c. nec damnosa, cap. rescripta, 25. qu. 2. l. præscripta, 7. de precib. Imperat. offer. lib. 1. C. ti. 19. l. si cõtra ius vel vtil. publ. eo. lib. 1. tit. 2. Princeps etenim, aut summus Pontifex, quorum proprium est liberalem esse, in c. 1. de dõn. plura concedunt vel rescribunt per importunitatem petentium interpellationes, quæ si in concilium reiiciantur & discutiantur, digna sunt quæ denegentur. l. de pent. bonor. sublat. lib. 10. C. tit. 12

tit.12.cùm in iuuentute,12.§.cæterùm,de purgatio.ca.lib.5.tit.34.ca.importuna,de pœniten.dist.1.can.si aliquando,de senten.excomm.Quare Constantinus Cæsar.in l.4.si contra ius vel vtilitat.pub.C.quamuis rescripto nun cognitio, sed executio mandetur, nihilominus de veritate inquiri oportere per iudicem,voluit,vt si fraus interuenerit,de omni negotio cognoscatur. Ad capitis nostri responsum pertinere potest l.si viri d.cari,20.C.de pœn.lib.9.ti.47.l.2.§.merito, quid in loco publ.ff.lib 43.tit.8.

4 Neque omnia etiam,quæ principi placent, pro lege habenda sunt, nisi ita placeant, vt pro lege sint,quemadmodum neque omnis iudicis interlocutio sententiam facit,nisi ea mente pronuncietur,l.ex stipulatione,7.de senten.& interlocut.omnium iud.lib.7.C.tit.45.l.interlocut.4.&l.programma,C.comminatio.vel epistolas,&c.authoritatem rei iudicatæ non habet.lib 7.tit.57.Baldus tradit etiam consil. 44.incipien.*Dominus Baillardus*, vol.1.literas principis non semper esse executioni demandandas,sed esse principi rescribendum,si iustæ non videantur,& expectandam secundam principi iussionem,quod & sequitur hic Panor.veluti si quid côtra honestatem mâdare videatur princeps,si executio scandalum moueat,si contra Dei mandata præcipiat, c.si Dominus,ca.Iulianus,c.qui resistit,11.qo.3.si peccatum contineât,ca.literas,de restitutio.spolia. Vide quæ dixi lib. 6.Syntagma.ca.20.nu.11.consentit cû hoc capite l.1.§.quæsitû,de appella ff.lib.49 tit.1.l.1.quando appellari.sit.eo.li. 49.ff.tit.4.c.eam te,4.de ætat.& qualitate.li.1.ti.14.

5 d *Sustinebimus*. Idem dicitur in ca. cùm teneamur,6.de præbend.lib.3.tit.5.Digna vox in maiestate regnâtis legibus alligatum se principem profiteri, quia de authoritate iuris principum pendet authoritas,& maius reuera imperio est, submittere legibus principatum.l.digna vox,4.de legib.C. l.3.C.de test.l.23.de legat.3.Antoninus Pius Imperator omnium quæ gessit,in Senatu,&per edicta rationem reddidit, vt ait Iulius Capitolinus in eius vita, voluerunt&Porphyrius lib.3. de anim*a*, c.1.Plutarc.in Gryllo,aliíque recentiores, nos cum brutis rationem & sermonem habere cômunia,verùm,quod&Plato ait in Phædro,vt ratione superiores essêt homines brutis,Deum duas alas rationi addidisse, vnam,cuius virtute assiduè mens ad virtutem anhelaret,alteram,per quam voluntas boni desiderio caperetur. Illam Peripatetici θεωρητικὴν, artium omnium Theoricarû,vt Mathematicæ& Physicæ efformatricem hâc,πρακτικὴν,actiuarum omnium,vt Ethicæ, Politicæ,& Oeconomicæ , parentem videntur appellare.

6 Cæterùm quemadmodum principis est vti ratione in suis constitutionibus & rescriptis , sic etiam subditorum multò magis est recta iubenti parere: sacrilegij enim instar est principis mandatis obsistere,l.2.de crimi.sacrileg.lib.9. C.ti.29.l.1.vt ordo digni.seruet.li.12.C.t.8 criménque maiestatis,ca.si quis suadente diabolo.17.q.4 Principibus obediendum tanquam à Deo missis,&habentibus ab illo potestatem.ad Rom.ca.13.ad Timo ca.2.ver.1.ad Titum c.3.ver. 1.&1.Petr.c.2.vers.13 Porrò multum interest pro pœna non obedientibus imponenda distinguere, an negligantur,vel contemnantur rescripta,vt nos docuimus lib.33.Syntagma. iur.c.18.quare secunda iussione côsulens principem,admonitus iudex iterum de exequendo mandato,si sine offensione Dei,vel scandalo, vel peccato, exequi possit,parendum est, veluti si dari beneficium vel officium velit imperito, post rationem auditam contradictionis , tanquam ex dispensatione,vt hîc notat ff.num.3.

---

## Ad ca. Cùm ordinem.

## ARGVMENTVM.

1 *Ordo Cisterciensis quando ortus.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Priuilegium super decimis Cisterciensium.*
4 *Priuilegio per rescriptum non derogatur.*
5 *Vocatus priuilegiatus quando teneatur respondere.*

## SVMMA.

*Cistercienses Monachi non possunt,propter eis indultum priuilegium,conueniri ex rescripto S.Pontificis,nisi in eo fiat mentio de eorum ordine.*

### Idem fratribus Cisterciensibus,[a]

CVM ordinem[b] Cisterciensibus professi: & infrà.¶ Si contra vos super decimis,[c]vel aliis, quæ ordini vestro specialiter sedes Apostolica indulsit,non facta mentione[d] Cisterciensis ordinis, literæ fuerint sede Apostolica impetratæ:per eas minimè teneamini respondere.[e]

1 a FRatribus Cisterciensibus. Ardingus Anglus & Robertus Molismensis anno Domini 1098.in Burgundia Cistercienses monachos à Benedictinis ortundos excogitarunt,tempore Vrbani 2.sum.Pontif.vt scribunt Volaterranus & Sigebet.confirmauit Vrbanus 2.Paschalis 2. Innocentius 2.teste Platina in eorum vitis.

2 b *Cùm ordinem*.Hoc ca.6.est in 2.compilatione Decretalium ordine 1.& videtur esse pars can.eam te,de ætat.& qualitat.infrà.

3 c *Decimis*. In decimis datum priuilegium Cisterciensibus.vide c.nuper,34.suprà de decim.lib.3.tit.30.

4 d *Mentione*.Priuilegiis non censetur generalis concessio derogare, quamuis ea sit posterior , nisi specialiter id dicatur,ca.1.de constitutio.in Sext.Vbi ratio.Adde aliam quòd rescripta censentur concessa sine cuiusquam damno & læsione, l.2.§.merito,& §.si quis à principe,ne quid in loco pub.ff.quin neque speciale secûdum priuilegium, derogat primo generali,vel speciali.glos.in regula generi,in Sext.de reg.iur.per ca.veniens,hoc tit.

5 e *Respondere*.Cle.1.de rescrip.vocati tamen (vt opinor) tenerêtur venire,allegaturi priuilegia ob quæ non teneantur respondere,l. si quis ex aliena,5.& ibi ratio,de iudic.ff. lib.5.tit.1.2.si quis in ius vocatus non ierit.ff.lib.2.lib.2.5.ca. si duobus,de appellat.idipsum in aliis priuilegiatis vocatis intelligi debere tradit Panorm.nisi notoriè essent à iurisdictione vocantis exempti:exemplum dat in mendicantibus vocatis ab Episcopo, à cuius iurisdictione manifestè censentur exempti,ideò non tenentur comparere. Panormit. hîc num. 6.

---

## Ad cap. 7. Eam te.

## ARGVMENTVM.

1 *Tornacensis Archiepiscopatus.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.* 3 *Memoriabilis.*
4 *Decanus quis.* 5 *Mandatum quis inuenerit.*
6 *Quando obliget singulos de capitulo.*
7 *Donatio collatio dictà.*
8 *Data literarum inspicienda.* 9 *Exceptiones.*
10 *Num Iudæi sint à beneficiis repellendi.*

## SVMMA.

*Rescriptum directum sede vacante Decano & capitulo,ligat & eum qui posteà factus ex capitulo Episcopus.*

### Idem Tornacensi[a] Episcopo.

EAM te:[b] & infrà,¶Dudum[c] si quidem ante tuam promotionem literæ à nobis ( si bene meminimus)[d]emanarunt,quibus Decano[e]& Ecclesiæ tibi cômissæ(te adhuc in eodem Capitulo existente)mandatum[f]dedimus& præceptum,vt P.(qui de gente Iudæorum originem duxit, & diuina gratia fidem Christi suscepit)in Canonicum te reciperent,[g]&præbendam sibi conferre debere-

bererent

berent: infrà. ¶ Ipsi verò (quia donatio [h] præbendarum ad te spectabat) præceptum nostrum executioni non potuerunt mandare. ¶ Cùm itaque præscriptus [i] P. te super hoc ex parte nostra requireret, respondisti quòd nullum inde mãdatum receperas, & sic eum à te infecto negotio remisisti. ¶ Quod nullatenus fecisse deberes, si datam [k] literarum diligentiùs attendisses: cùm tempore quo literæ ipsæ datæ fuerint, de capitulo ipso esses, sicut qui eras Archidiaconus & Canonicus eiusdẽ Ecclesiæ, nec esses adhuc in Episcopum cõsecratus: & infrà. ¶ Pro eo verò quòd Iudæus extiterit, [l] ipsum dedignari non debes.

1 a Tornacensi Episcopo. Eugenius 3. sum. Pontifex, qui nactus sedem Romanam anno Dom. 1145 instituit Tornacensem Episcopatum, in Gallia cùm per annos circiter sexcentos à tempore sancti Medardi fuisset sub Nouiodunensi, seu Nouiomagensi Episcopatu, & elegit in Episcopum Anselmum Laudunensem Abbatem. vt scri. Gul. Nang. & continuatio Sigeberti Iaco. Meier. Neruij dicti olim Tornacenses nunc. & est ciuitas Episcopalis in prouincia Remensi & limitibus Francorum sita. Describuntur à Cæsare Neruij lib. 2. commentariorum belli Gallici inter Belgas maximè feri, Atrebatibus, *Artois*, Ambianis, *Amians en Picardie*. Aduaticis, *Brabantins*, Morinis, *de Terouane*. Velocasibus, *le Vuessin Normand*, Veromanduis, *Vermandois*, Treuiris, *Trier*, finitimi.

2 b *Eam te.* Hoc ca. est 3. in 2. compilatione Decretal. sub eodem titulo, & videtur quoque esse pars can. eam te, de ætat. & qualit. ff.

c *Dudum.* Id est, sede vocante.

3 q *Meminimus.* Eadem protestatione vtitur Nicolaus Papa, nisi nos fallat memoria, in c. 12. præterea, 23. dist. memoria labilis, l. peregrè. 44 de acquiren. poss. lib 41. tit. 2. & omnium meminisci, & in nullo penitus errare, potius diuinitatis, quàm humanum, l. 2 § si quid autem, de veter. iure enuclean. C. neque quia princeps dicatur omnia iura habere in scrinio pectoris, vt dicitur in l. omnium, C. de testam. ideò putandum eum habere omnia iura vel leges suas aut prædecessorũm numerato, vel in certa memoria, quia iura omnia scire quidem præsumitur, quod pertinet ad rationem & æquitatem: at non dicitur obliuisci certarum legum eum non posse, imò, vt plerumque solet, contigit aliquando id Vrbano 2. dum scripsit in c. si. 30. qu. 4. non inueniri prohibitum quòd simul vir & vxor possint de sacro lauacro suscipere puerum, cum tamen fuisset à Leone prædecessore prohibitum, c. non plures, de consecra. dist. 6. ita & Alex. 3. in ca. ex parte tua, 13. de offic. & potestate iudi. deleg. ibi, *Nisi exprimatur in literis nostris, quòd nulla debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec antecessores nostros credimus vnquam expressisse.* Quod tamen aliter se habere probatur in ca. lator, 2. q. 7. ca. placuit, 21. q. 2. c. si homo esses, 27. q. 1. neque etiam qui principatum suscipiunt exuunt hominem, sed cum reliquis hominibus, vt est apud Terentium, fateri coguntur, *Homo sum, neque humani aliquid à me alienum puto.*

4 e *Decano.* De Decano vide quæ dixi lib. 15. Syntagma. ca. 2. n. 13. & paulo pòst ca. 8.

5 f *Mandatum.* Hîc de mandatis Apostolicis ad futura beneficia conferenda, fuit enim Alexand. 3. author capituli huius, qui dicitur primus inuenisse mandata Apostolica ad vacatura beneficia conferenda, per hoc ca. cam te, vt Ioannes Andreas, in additionibus ad Rubri. de concessio. præbend. & ad ca. duobus de rescriptis. in Sext. Petr. Anchara. ad Clem. vnic. de præb. alij postea Põtifices persecuti eadem sunt, & explicarũt, vt docuimus in tractatione generali, dũ de rescriptis ad mandata docuimus.

6 g *Reciperent.* Hoc verbũ & alia postea adiecta, *Præbendam sibi conferre deberent*, factum continent, & ideò ligant, vel obligant singulos de capitulo, quãdo seorsum quisque potest exequi contra, si verba aliquid iuris implendi continerent, veluti si iuberetur, quod eligeretur: nam ea, quæ implementum iuris habent, in mandatis opposita, non obligant singulos seorsum, sed vt vniuersos: cùm illud mandatum separatim singuli non possint exequi, vt notat hîc Panorm. num. 11. & 12.

7 h *Donatio.* Id est, collatio, vt suprà explicaui, ad c. cum accessissent, ad verbum, *donatio*, de constitutio.

i *Præscriptus.* Id est, antè scriptus.

8 k *Datam literarum.* Sic in decisione Rotæ 122. *Nota quòd vbi aliquis*, in Antiq. si canonicus datus executor, desinat ante executionem esse canonicus, nõ ideò minùs remanet executor, quia tempus datæ inspicitur, & tempus præsens quo quid agitur, vt ait Paulus Iurisconsul. in l. si ita esset legatum, 7. de auro & argent. lega. lib. 34. ff. tit. 2. Archidia. ad ca. statutum, ad verb. *communicatum*, de rescrip. in Sext. Et generaliter, data in rescriptis inspicienda (datam vocant diei appositi rescripto tempus) ca. cõstitutus, hoc tit. c. si eo tempore, eo. tit. in Sext. ca. si aliquando, de senten. excom. vt qui prior si tempore, sit prior iure, cæteris paribus, ca. qui prior, de regul. iur. in Sext. ca. si capitulo, de concess. præbend. in Sexto. ca. si à sede, 31. de præben. in Sext. quamuis qui secundus impetrauerit, seu posterior in data, prior rescriptum præsentauerit, can. eum qui, de præbend. in Sext. can. tibi qui de præbend. in Sext. & quamquam mandatum primum sit generale, veluti vt conferatur mandatario beneficium quod primò vocauerit in diœcesi Tholosana, & secundum sit speciale de beneficio vocaturo, putà in Ecclesia sancti Saturnini, vt docet ca. ex parte, in 1. de offic. deleg. Rota decis. 106. in Nouis. & 323. in Antiq. sicque primus in tempore seu data in forma communi, præfertur impetranti in forma speciali habenti mandatum, vt nota. in Clem. 1. de concess. præben. Rota decis. 127. si tamen gratiæ vel mandata concurrant cum æquali tempore seu data, præfertur diligentior, qui notificationem gratiæ seu (vt dicunt) processum suum super præsentatione fecerit. cap. duobus, & ibi interpretes de rescrip. in Sext. Rota decis. 403. Ideò qui tempore sedis vocantis fuit de capitulo, & præsul. factus postea est, tenetur conferre beneficium mandatario, & qui cum aliis facere debebat, si facultas se obtulerit, solus facere tenetur, vt notat hîc glos. ad verbum, *deberes*, per ca. sicut nostris, de iureiur. maximè quia mandatum directum erat Decano & Ecclesiæ, appellatio verò Ecclesiæ pertineat ad capitulum, quia congregatio Ecclesia est, & ita capitulum Ecclesia, Panor. hîc nu. 13 & 14.

9 Glossa hîc ad verbum, *datam*, quædam contraria notat, quæ per exceptiones à regula, expedit Rebuffus in commentariis ad verbum finale *datum*, tituli de forma mandati Apostolici, in Concordat. Prima exceptio si in secundo posteriore ponatur clausula, *Anteferri cæteris impetrantem*, glos. in ca. si soli, & textus in ca. penul. de concessione præbend. in Sext. quæ tamen clausula in Gallia non cõsideratur, nec apponitur in mandatorum rescriptis, ne sit contra formam mandati cõstitutam Concordatis principalibus. 2. si primus fuit negligens. c. tibi qui, de rescript. in Sext. c. si clericus, de præbend. in Sext. Felinus ad c. capitulum, hoc tit. 3. si primus mandatarius non fuerit idoneus, vel capax possessionis beneficij vacantis, si autem secundus vel posterior, veluti si prior minor, & vacet beneficium sacerdotale, can. si eo, de rescript. 4. si secundus expresserit in mandato dignitatem quæ vacet, prior minimè. can. quia sæpe, de præb. in Sext. 5. si opposita fuerit clausula, *Quod duxerit acceptandum*, vt in ca. de concessio. præbend. nam si primus non acceptauerit, secũdus præfertur decis. Rotæ 37. *Nota quòd* in Antiq. Quod etiam in Gallia non consideratur propter formam mandatis conuentionibus ad vtrisque Principibus definitam. 6. si primum mandatũ sit conditionale, quod erit secundũ purum, ante aduentum cõditionis prioris, erit potius. c. si pro te, de rescri. in Sexto. 7. si primus mandatarius factus fuerit incapax

incapax beneficiorum, vt ducendo vxorem. vel si mortuus fuerit, vel renunciauerit mandato, secundus locum sibi vindicabit glos. & Doctores ad can. gratiæ, ad rescript. & can. cùm inter de renuncia. Rota decis. 123. *Nota quòd vbi*, in Annq. 8. si primus habuisset mandatum ante coronationem Papæ, alter post, secundum distinctionem glo. in fine Sexti Decretalium. 9. si primum mandatum fuerit subreptitium. can. si eo tempore, de rescript. in Sexto.

10 l *Iudæus extiterit.* Id est, de gente Iudæorum, vt dixit antè. Non enim qualis quisque fuerit, sed qualis quis nunc est, inspici debet, can. serrù, 50. distinct. ex malis bona nasci possunt, & contrà. can. Olius, 2. can. vndecumque. 3. c. nunquam, 4. can. nasci, 5. 56 distinct. Ex Iudæis Christiani facti sunt, can. recurrat, 32. q. 4. c. in nouo, 21. distinct. salus ex Iudæis, *Et in veritate compertum est*. vt ait diuus Petrus Actorum 10. vers. 34. *quia non est exceptor personarum Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Repetit diuus Paulus ad Roma. can. 2. vers. 11. Neque etiam Iudæorum malitia officere debet filiis qui eorum vitia non sequuntur, can. Iudæi, 1. quæst. 4. filius non portabit iniquitatem patris. Ezechiel. can. 18. rubr. ne filius pro patre, Co. nec arceri ideò debent ob infidelitatem patrum Iudæi Christiani facti ab Ecclesiasticis ministeriis & honoribus: obseruandum tamen vt plenè instituti sint in fide, propter dubium ne facilè redeant ad vomitum. Quamobrem olim ex concilio Agathensi can. 34. & can. Iudæi, de consecratio. distinct. 4. placuit priusquam baptizarentur, inter Cathecumenos remanere debere per octo menses, etsi ad tempus quadraginta dierum illi redacti fuerint, per Gregorium lib 7. Epist. 24. can. ne quod absit, de consecra. distinct. 4. sed etsi ageretur de beneficio, cui inesset animarum cura dubium esset num neophytus Iudæus, vel alius nuper baptizatus, nec plenè probatus, an firmus esset in fide, præponédus ei esset, ne in superbiam elatus forsan, incidat in iudicium & laqueum diaboli, vt scribit D. Paulus 1. ad Timotheum cap. 3. vers. 6. Prohibitum & in concilio Niceno can. 2. ea ratione, ne continuò baptizati, ad presbyteratũ vel episcopatum promouerentur, relatumque in can. 1. 48. distinct. Adfert autem D. Gregorius eandem prohibitionem lib. 7. Epistolar. episto. 100. & rursum lib. 5. episto. 25. Vigilio Episcopo Arelatensi, vbi & similitudinem pulcherrimam coniungit, *Scimus* (inquit) *quòd ædificati parietes non priùs tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis sua humore siccentur: ne si ante pondera quàm solidentur accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.* Idipsum relatum apud Gratianum in ca. final.

---

## Ad cap. 8. Ad aures.

### ARGVMENTVM.

1 *Lucij 3. vita breuiter.* 2 *Linconensis Episcopus.*
3 *Vnde sumptum hoc caput.* 4 *Decani qui dicantur.*
5 *Archidiaconi qui.* 6 *Pracentores qui.*
7 *Minora & maiora beneficia.* 8 *Suppressio beneficiorum.*
8 *Qua beneficia possessa in noua impetratione exprimere debeat impetrans.*
10 *Personatus dignitas, & de eius appellatione.*
11 *Pluralitas beneficiorum exosa.*

### SVMMA.

*Suppressio dignitatis impetrantis in impetratione beneficij vitiat rescriptum. Ratio in §. fin.*

Lucius 3.[a] Lineonensi[b] Episcopo.

AD aures[c] nostras peruenit quòd plerumque Decani, [d] Archidiaconi, [e] Præcentores, [f] vel alij Ecclesiasticis prædicti dignitatibus, super minoribus beneficiis[g] literas impetrantes nomen supprimunt[h] dignitatis suæ, [i] & simpliciter nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatum, [k] & infrà. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm non sit intentionis nostræ, vt personæ pluribus redditibus abundantes per literas nostras pauperes clericos super minoribus beneficiis inquiętent, literas, in quibus actor suæ nomen dignitatis supprimit, vires nolumus obtinere.

1 a LVcius 3. Lucius 3. Lucensis Tuscus antè Vbaldus Allucingolus, Bonaguintæ filius, ex Canonico Lucensi factus Cardinalis tituli sanctæ Praxedis ab Innocentio 2. & Episcopus Ostiensis, & Veliternus, ab Adriano 4. factus, electus Romæ à 25. Cardinalibus 4. Kalendas Septembris anni 1185. ordine Pontifex 173. secundùm Onuphrium, secundum Platinam 178. secundùm Genebrardum 176. Nicolaus Maniacutius, qui heroicum carmen de Romanis Pontificibus edidit, facit 178. secutus (vt opinor) Platinam. Fuit vir literatus, vt ait Tyrius lib. 22. Historiæ sacræ, cap. 7. fertúrque primus creatus summus Pontifex, iuxta formam præstitutam à concilio Lateranensi 2. Vixit in Cardinalatu fermè 50. annis, teste Onuphrio, posteà creatus Pōtifex. Tertio anno sui Pontificatus in ciuili seditione vrbe expellitur, dum fauentibus quibusdam ciuibus Romanis, abolere nomen Consulum, secundùm Platinam, vel Senatorum, secundùm Onuphrium, vellet, cuius & fautoribus in vrbe deprehensis oculis effosi sunt, ipse autem profugit Veronam, vbi per cōcilium Veronense egit, vt Christiani Occidentis principes, Asianis laborantibus contra Turcas & Saladinum crudelissimum hostem ferrent suppetias, posteà & Veronæ mortuus 7. Kal. Decemb. anno Domi. 1185. postquam rexit Ecclesiam 4. annos, menses 2. dies 18. sepultus in Ecclesia Cathedrali Veronæ cum hoc Epitaphio.

*Luci, Luca tibi dedit ortum, Pontificatum.*
*Ostia, Papatum, Roma, Verona: mori*
*Imò Verona dedit tibi lucis gaudia, Roma,*
*Exilium, curas, ostia, Luca mori.*

2 b *Lingonensi Episcopo.* Lingones inter Celtas finitimi Aeduis, Sequanis Tullensibus, *Langres* vulgò, ciuitas Episcopalis in Gallia & prouincia Lugdunensi.

3 c *Ad aures.* Hoc ca. editum post concilium Lateranense sub Alex. 3. parte 42. ca. 8. extat & in ca. 6. einsd. tit. in prima editione Decretalium.

4 d *Decani.* Qui sint Decani, explico lib. 5. Syntagma iur. c. 13. num. 12. de Decano presbyterorum, in ca. innouamus, 60. distinct. Dici verò alicubi Archipresbyteros Decanos tradit c. ad hęc, 7. de offic. Archidia. li. 1. tit. 23. Multa de Diaconis & Subdiaconis Onuphrius ad Platinam, in explicatione vocum Ecclesiasticarum. Decanus seu antiquior, seu primus vel moderator capituli, honoratior pars capituli dicitur, in ca. cùm inter vniuersas, 18. & ibi Panorm. de electio. Beneficia quædam cum dignitate, quædam sine dignitate sunt, alia cum personatu, alia cum officio, alia cum administratione: dixi lib. 17. Syntag. iur. c. 3. n. 16.

5. e *Archidiaconi.* De Archidiaconis qui sint, & de eorum officio dixi lib. 15. Syntag. iur. ca. 20. tractatur & in titulo 23. libri primi Decretalium.

6 f *Pracentores.* Quis dicatur Cantor, Præcentor, Succentor, docui li. 15. Syntagm. iur. c. 22. & lib. 16. c. 4. can. cleros, §. cantor, 21. distinct. nota interim hîc Præcentores habere dignitatem, vt Succentoriatum, can. inter dilectos, 11. de excessib. prælat. verùm obiter obserua, personatus, dignitates & officia beneficiorum Ecclesiasticorum seu præbédarum, ex consuetudine & more cuiusque Ecclesiæ determinationem accipere. c. cùm olim, 6. suprà de consuetud.

7 g *Minoribus beneficiis.* Beneficia maiora & minora. can. maioribus, 8. de præbend. lib. 3. tit. 5. ca. penul. de verb. sign.

Maiora

Maiora dicemus relatione & collatione ad minora, vel ratione prçlaturç, vt Episcopatus, Abbatias, & similia: vel inter ea, quæ prælaturam non habent, quæ maiores habent prouentus. Dixit & Geminianus consil.85.super primo dubio,&c.arbitrarium esse iudiciũ, quæ dicantur maiora aut minora beneficia, consentit Riparius in c.nostrum.

8 h *Supprimunt.* Suppressio eorũ quç expressa impedire possent concessionem rescripti, illud vitiant, non etiam, si nõ impedirent. Vide quæ dixi in tract. generali seu lib.1.rescriptorum, c.49.&50.de subreptione & obreptione,& iunge c.postulasti,27.infrà hoc tit.

9 i *Dignitatis sua.* Maximè quam habent ratione beneficij possessi: non enim hîc agit de alia dignitate, ratione alterius qualitatis, vt notat hîc Ioan.And.& Panorm.num.2. contra Hostiensem & Innocentiũ, quod & probare textus noster videtur, ibi, *Simplici nomine se appellant tanquam non habeant personatum.* In impetratione itaq; beneficij, eius qualitas impetrantis exprimenda,& pariter beneficij possessi, aliter improbaretur impetratio non expressa qualitate ea, etiamsi motu proprio summ.Pont.concederet, ca.si motu proprio, de prçb.in 6.proinde & exprimendum beneficiũ possessum, quantumuis fuerit minimum, c.cum adeo, 17.& c.postulasti,27.c.pen.hoc tit.& beneficium quod nondum acceptatum sit, videlicet si sciat delatum, sic intelligo, Ioan.And.in gl.c.gratia, de rescr.in 6.per c.in nostra, eo.tit.sed & impetrans secundum beneficium, debet exprimere illud quod nulliter antè renũciauit. Pan.in c.quod in dubiis, de renun.quod & in collatione facta à legato sedis Apostolicæ locum habet, quæ nisi habeat factam mentionem beneficij iam ab impetrante possessi, non valet; in aliis tamen collatoribus quibuslibet beneficiorum collationem habẽtibus, hoc non seruabitur, Clem.si.de off.iud.ordin.lib.1.tit.9.siue iure proprio, siue iure deuoluto conferant. Vide Cald. ad c.in nostra, hoc tit.& Rotæ decis. 5. & 282. in Antiq. inquiritur nihilominus post collationem ordinariorum, num duo beneficia possit quis tenere, num sit dispensatus,& num legitima sit dispensatio. vt in gl.fi. Clem.si.de prçb.lib.3.tit.2.

10 k *Personatũ.* Personatus in Ecclesiâ capitulari, generali appellatione dignitas dici potest, vt hic,& in gl. 1.c.quia nonnulli, hoc tit.& c.de multa, de præben.in specie tamen beneficia distinguuntur, vt quædam dignitatem, quædam personatum, quædam officiũ, quædam administrationem, quædam præpositnram habere dicantur, c.de multa,& ibi Pan.explicat de prçb.in c.execrabilis, eo.tit.in Extrauag.commun.ita & distinguit c.a.1.de consuet.in sext.vbi & glossa.

11 l *Inquietent.* Id est, ne diuites, quibus sufficiũt beneficia, ea quæ pauperibus clericis necessaria sunt, etiam impetrẽt,& hîc voracitas, ambitio, & αἰσχροκέρδεια impetrantium arguitur: qui & dicuntur piscatores beneficiorum, & plura beneficia aucupantur, contra prohibitionem c.quia nonnulli, de cler. non resid.d.c. de multa, de præb, c.execrabilis, eo.tit.in Extrauag.ca. vnio, 10.q.3.c.eam te, de ætat. & qualit. Fuit similis prohibitio in 7.synodo c.15.in Chalcedo.c.10.in Aquisgranensi, c.50.& alibi.

## Ad cap.9. Si autem.

### ARGVMENTVM.

1 *Noruegia quæ,& de Noruegiensi Episcopatu.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *De dolo malo & bono.*
4 *Negligentia magna dolo æquiparata.*
5 *Rescriptum quandiu perpetuum.*
6 *Et quando impedimentum subducatur.*

### SVMMA.

*Valet rescriptum secundum impetratum ab aduersario, licèt non faciat mentionem de primo, si primùs impetrans vel dolo, vel negligentia non fuerit illo vsus.*

### Idem Norwiensi *a* Episcopo.

SI autem *b* aliquis authoritate posteriorũ literarum per aduersariũ in iudicium tractus, obiecerit literas se priores habere, de quibus in posterioribus mentio non habetur, si eis dolo, *c* vel negligentia *d* vti postposuerit, excusari *e* non debet. § Si autem quia delegati iudicis copiam nequiuerit *f* habere: per posteriores literas non poterit conueniri.

1 a NOrwiensi. Putò quòd *Noruegiensi* legendũ sit. In Geographia à posteriorib. descripta post insulam Thylę, additur Vergion insula ad Orientẽ, Germanicis atq; Sarmaticis littorib. contraria, immensæ magnitudinis, ex qua in Thylem nauigatur, cuius Xenophon mentionem fecisse videtur,& eá à latere Scytharũ tridui nauigatione esse dixit, Baltheam vocat, similiter & Diodorus, Ptolomeus verò hanc Scandiam putauit, Binominis nunc insula, duoq; regna in se habens: pars enim, quç ad Occasum spectat, Noruegia: quç ad Ortum, Suetia dicitur, vt notat Dominicus Marius Niger lib.2.Comment.Geographię. Hanc Noruegiam sub Gelido axe sua prçdicatione ad fidem Christi perduxit Adrianus 4.eius nominis sum. Pont. antequam in Pontificem electus esset, electus autem ann. Domini 1154.natione Anglus, vt scribit Platina in eius vita. Scribit eo tempore Saxo Grammaticus li.6.in Dania & Suetia passim Episcopatus fundatos.

2 b *Si autem.* Hoc ca.est 7. in prima compilatione,& post concilium Lateranense, sub Alex.3.parte 41.c.9.

3 c *Dolo.* Scilicet malo, duplex enim, bonus, qui solertia;& malus dũ circumueniendi alterius causa, aliud fit, aliud simulatur. l.1.cum suis §§.de dol. ff. Iul. Paul. lib.1.sententia.ti.8.§.1.l.7.§.pactorum, de pact. ff. dolus vel fraus nemini debet patrocinari.c.sedes de rescrip. ff.l.in fundo, de rei vendicatio. ff. l.non debet, de dol. mal.ff.

4 d *Negligentia.* Magna negligentia, culpa est; magna culpa dolo hic æquiparatur, vt in specie propemodũ simili, l.si fideiussor, 29. mãdat.li.17.ff.tit.1. l.magna negligentia, 226.de verb.signi.c.8.dictũ est nobis, 81.dist.vbi glo.explicat. Donatus in Adelphis Ter Actu 3.sce.4.dictione, *sedulo,* interpretatur. *sine dolo,* instanter: *quia negligentes,* inquit. *dolosi dicuntur. Negligentia nimia, est ignorare quod omnes intelligũt.* l.cedere diem, 213. §.fi.de verb.& ter.sig. vel non agere tẽpore suo, quç in eo fieri debent, vnde prçscriptiones post tẽpus elapsum negligentes à iure quod alioquin habebant deiiciunt. l.1. de vsuc.c.vigilanti, de præscr. Annus portò vtilis tantũ ad rescriptũ executioni demandãdũ cõcessũ iure Põtificio.c.plerumq;,2.c.ex parte, 12.quem vide hoc tit.

5 e *Excusari.* Vide quç diximus ad c.3.ad verb.*exempta.* suprà, vbi Pan.& hîc etiam nu.3.notat rescriptũ ad lites perpetuum quidẽ esse, & tamdiu durare, quamdiu viuit actio, super qua impetratur, si aliud secundũ non fuerit impetratum, per l.falso, de diuer.rescr. verũ impetrato secundo contrario primum reddi annuum & amitti ex negligentia. Notat insuper, secundum rescriptum ad lites non dici subreptiuum, etiamsi in eo non fiat mentio prioris, ad lites. ideoque ex illa taciturnitate, non dici nullum; quia si nullum esset, non posset ex negligentia sola primi impetrantis annalescere, imò per exceptionem primi fieret inefficax regula iuris, quod ab initio.

6 f *Nequiuerit.* Hîc exceptio prçcedẽtis regulç, idem in l.annus, 6.de calumnia.li.3.tit.6.impedimentũ enim agendi subducendũ à prçscriptione tẽporis vtilis, impedimentũ ex parte actoris rei,& iudicis, quç adeundi nõ est potestas. l.1.de diuer.& temp.præscr.lib.44.ff.ti.

3.l.1.§. fi.Iuncta anth.nisi tricennale,C.lib.6.tit.59. Nouel.22.c.23.l.1.§.fi.de annali excep.lib.7. C.tit. 40. iudex autem delegatus tamdiu expectandus, quoad declarauerit se non posse cognoscere, vel non posse interesse iudicio.c.prudentiam tuam,21.de off.deleg.

---

## Ad c.10. Ad hæc.

### ARGVMENTVM.

1 *Vnde sumptum hoc caput.*
2 *De Cancellario & Cancellaria & Vicecancellario.&3.*
3 *De Cancellario Galliæ.*
4 *Delegatio generalis incerta non valet.*
5 *Electi iudices ab vno tantum ex litigantibus, suspecti.*
6 *Suspecti recusari possunt.*
7 *Remedia malis cito adhibenda.*
8 *Delegatus non ordinaria, sed Apostolica in exemptos vtitur potestate.*

### SVMMA.

*Rescripta non valent, per quæ incerti iudices dantur, vel futura negotia committuntur.*

AD hæc *a* sumus:& infrà ¶ Significatum est nobis quosdam in prouinciæ tuæ partibus tales(vt asserunt)de Cancellaria *b* nostras literas recepisse,per quas eorum omnia negotia *c* onus iudicis,vel plurium(quos sibi elegerint *d*)arbitrio committuntur: sicque fit,vt si aliquem pulsare voluerint, examen ordinarii iudicis non requirant,sed ad vnum iudicem.vel plures delegatos sibi propitios,& parti aduersæ suspectos, *e* super examinanda quæstione recurrant:& infrà ¶ Nos igitur huic morbo celeri *f* volentes obuiare remedio,mãdamus,quatenus si literas tales in prouincia tua inueneris: eas carere viribus nostra authoritate *g* decernas.

1 a AD *hæc* Hoc c.est 4.in 1.compilatione,sub eodem titulo de rescriptis.

2 b *Cancellaria.* Cancellarius,aliàs Bibliothecarius, dicebatur is, qui Romanum Põtificem in chartis Ecclesiasticis iuuabat, & Orientis Occidentisq; synodicis consultationibus respondebat,vt tradit D. Hieronym.in Epistola ad Agerachiam, de monogamia. Antiqui dicebant scribam, à libellis, ab epistolis, qui hoc tempore Secretarius dicitur, Cancellarius dicebatur,quemadmodum & apud Flauium Vopiscum in Carini vita,& apud Cassiodorum.Omnium itaq; Scribarum.Notariorum Scrinianorum,S.R.E.princeps Cãcellarius absolutè dictus,& quia bibliothecam etiam curabat, Bibliothecarius vocatus, vt scribit Onuphrius Panuinus post Platinæ Põtifices,in interpretatione vocum obscurarum Ecclesiasticarum.In Cancellario edidit & libellũ de officio Vicecancellarij.Vbi officia prædictorum exercebantur,Cancellaria;nẽpe locus vbi expediuntur literæ,seu rescripta de reb. Ecclesiasticis vel ad sedem pertinentibus,vniuersi orbis, cui hoc tempore præest sublato nomine Cancellarij,Cardinalis,qui Vicecancellarius appellatur,nũc quoque prioris dignitatis post summum Pontificem; quamuis non ita olim,quando & à priuato exercebatur hoc munus,vt liquet ex actis Cõcilij Lugdunensis sub Nicolao 3.celebrati, vsque ad Bonifacij 8. tempora, & ex proœmio libri sexti Decretalium colligitur, cum Bonifacius Vicecancellarium ad Cardinalatus dignitatem vocauit,& ibi notat Ioannes Andreas.Solus summus Pontifex hodie in Ecclesia Dei Cancellarius est,quare eius Subpręfectus non amplius Cãcellarius,sed Vicecancellarius nominatur. Vide quæ diximus lib. 15.Syntag.iur.c.41.num.1.

3 Nõ ita in Gallia,vbi primus Cancellariæ,Cancellarius absolutè,non Vicecancellarius est,quia Rex non dicitur Cancellarius, isque primarius in iustitiæ negotiis est, secundus post Regem. Lucas de Penna ad Rubric.de præfect.Prætorio:lib.11.C.ti.4.Chass.in catalogo glor.mundi,7.parte,consider.7. Budæus in annot.priorib.ad Pand. Cancellarius hic magnus habet officinas æquitatis(vocant Cancellarias)iuxta Parlamenta,quę ei subiiciũtur,ipse autem in magna Cancellaria in loco principia seu regiæ eius moratur.Nos de huius munere & dignitate, & Cancellariis tractauimus li.47.Syntag.iuris,c.19.In Ecclesia Dei seu Romana vna Cancellaria tantũ, iuxta summum Pontificem, & vnus Cancellarius, cui subest expeditorũ literarũ Apostolicarũ maxima turba;è quorũ numero sũt abbreuiatores maioris parci: quorũ munus est ex supplicis libello signato, diplomata seu literas dictare,quorũ dictaturã vocãt minutã:sũt & scriptores & abbreuiatores minoris parci, sollicitatores, Ianizarij dicti,plũbatores,regestatores, quorũ opera aliqua in expeditione literarũ exigitur,& proinde de annatarũ solutione & taxa literarũ,certũ lucrũ capiunt, vt alij quidã.Vide quæ de Cãcellaria,& eius officiariis,& opera tractat Octouia.Vvestr.in introductione in Romanę aulę actiones,li.1.c.4.& ibidẽ Nicolaũ Antoniũ Grauatiũ. Submouẽdæ quoq; æquiuocationis causa, quæ cõtingere tyronib. posset, de officio Cãcellariatus,quod est in Ecclesia aliquando cathedrali, & de eius munere,vide quę dixi li.15.Synt.iuris,c.19.

4 c *Omnia negotia.* Sine vlla determinatione, vnde dolus pręsumitur impetrantis,c.2.de dolo &contum. quemadmodum nõ valet petitio pluriũ rerum generaliter cõcepta,c.significantib. 49. de appellatio.li.2. ti.28.c.conquerente,de off.ord.cum simulib.neque admittitur etiam appellatio generalis super omni causa,quæ aduersus aliquẽ tẽpore futuro posset moueri, c.2.de appel.facit qualitas diuersa negotiorum, ne vni vel plurib.iudicib.delegari in genere negotia possint.c.si sedes,15.hoc tit.Dehinc generalis cõmissio nõ facilè indulgetur, quòd ex illa subuertatur vel minuatur ordinaria iurisdictio,videturq; quodammodo iudici ordinario irrogari iniuria,si eo relicto sine causa,alius adeatur, vt omnino graue est, reiicere iudicẽ temere, atque idipsum multis ad damnationẽ plurimum adiumẽto fuit, quòd Catonẽ Vticẽsem dictum iudicẽ in causa sua reiecissẽt:etenim illi innocẽtes videri nõ potuerunt,imò satis de se cõfessi,q adeò recti religiosiq; iudicis,virique optimi ac integerrimi iudicium recusassẽt,vt scribit Plut.in Catone.Neq; etiam iure Põtificio admittuntur causę recusationis iudicis ordinarij,qui prius distinctim sint propositę & ꝓbatę,c.secundò requiris,41.§.fi.de appel.& is est vsus cõmunis,etsi quibusdam, quorum ex numero Bartho.in l.apertissimi,C.de iudic.visum fuerit aliter iure ciuili caueri,arg.l.quia poterat, 4.ad Senatusc.Trebell.

5 d *Sibi elegerint.* Nempe,vt ait posteà,qui sibi ꝓpitios iudices, aliis autem suspectos, elegerint, suspecti namq. vidẽtur iudices, qui ad supplicationẽ tantum aduersarij dati sunt,ab eo nominati & petiti,quod & exẽplo ꝑniciosum,vt respõdit Callistratus, in l.obseruandum,47.de iud.ff.alioquin nec esset rescriptum inutile, si sine electione nominatim ab vno ex litigantib.facta,alicuius cõmunitatis vel collegij,causę pręsẽtes & futurę delegentes alicui iudici,vt cõseruatori priuilegiorum,c.1.de off.& potest.deleg.in sext.

6 e *Suspectos.* Possunt suspecti recusari,cap.iudex ab Apostolica,de off.dele.in sext.c.suspicionis,eo.ti.apud Greg.c.cum speciali,de appel.ca.quia suspecti,3.q.5.l. apertissimi,C.de iudic.Vide quæ diximus lib.49.Synt. cap.3.

7 f *Celeri.*c.mala consuetudo,8.dist.c.resecanda, 24. q.3. Hîc nota morbo celeri obuiandum remedio. Ouid.1.de remed.amor.

Vidi

*Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus*
*Dilatum longæ damna tulisse moræ.*

8 g *Nostra authoritate.* Authoritate sum. Pót. tāquā in ea parte delegatus: hic ordinarius iudicat de literis Apostolicis: Alioquin incapax esset eius iudicij, sed remittere deberet nonnunquam harum literarum sum. Pontifici, c. si quando 5. sup. hoc ti. c. 1. & 2. de confir. vtil. vel inut. li. 2. ti. 10. sic in c. vnic. §. fi. de stat. regula. in sex. li. 3. ti. 16. Iubet Bonif. 8. Episcopis ordinarius locorū vt procurent monasteriorum, monachorū & monacharum clausurā, inuocato, si opus sit, brachio seculari: & id faciant, si monasteria illis sint subdita propria authoritate, si exempta autem sint, & immediatè Romanæ sedi subiecta, Apostolica in hoc illis cōcessa potestate, ea & committitur rectorib. & officialib. ciuitatum, vbi electio summi Pontif. facienda erit, potestas authoritate sedis Apostolicæ & cōcilij generalis, custodia & executio eorum quæ de electione summi Pontificis statuta sunt, in c. vbi periculum, 3. §. præterea, de elec. in sext. sic & in cognitione hæreticos, datur potestas ordinarijs Episcopis in exemptos, vt tanquā à sede Apostolica delegati, de illis iudicēt, c. ad abolendā, 9. §. fi. de hære. simile in c. irrefragabili, §. cæterū, de off. ord. cum similib. in quibus generaliter qui mandatam iurisdictionē habet, nihil habet proprij, sed & eius iurisdictione qui mandauit, vtitur. l. 1. §. qui mandatā, & l. 3. de off. eius cui mand. eft iurisd. ff. tit. 21. l. solet Prætor, 16. de iurisd. om. iud. li. 2. ff. ti. 1. Improbat ergo, non sua authoritate, sed cōcessa per hoc caput, ordinarius rescripta generalia & aliis damnosa, vt & principis authoritate temporalis, iudex reprobare potest similia ab eo impetrata rescripta, in l. fi. si contra ius vel vti. pub. li. 1. C. ti. 22. alioquin, nisi quatenus princeps permittit, iudici nec alias de rescriptis principis sine crimine sacrilegij nō est concessū. l. sacrilegij, 5. de diuer. resc. C. l. 2. de crimine sacril. cum simili.

### Ad cap. 11. Ad audientiam.

### ARGVMENTVM.



### SVMMA.

*Rescriptum quod continet manifestum in constructione peccatum, caret fide.*

AD audientiam *a* nostram (te significante) peruenit, quòd H. de sancto Stephano super absolutione *b* sua, literas tibi (vt prima facie videbatur) Apostolicas præsentauit. *c* Quibus (quoniam manifestum continent in constructione peccatum *d*) fidem te nolumus adhibere.

a 1 AD *audientiam.* Hoc c. est 5. in secunda compilatione sub eo. tit. de rescript.

2 b *Absolutione.* Quamquā misericordia magnoperè cōmēdetur, & melius sit errare in misericordia remittendi, quàm in austeritate vlciscendi, vt scribit D. Chrysost. in homil. 43. oper. imperfecti, ad c. 23. D. Matt. & in c. 12. alligant, 26. q. 7. c. ponderet, 50. dist. Et quamquam proniores esse debeamus ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vel obligandum, l. Arrianus, 47. de actio. li. 44. ff. ti. 7. l. inter pares, 38. de re iudic. li. 42. ff. ti. 1. quicquid obstringendæ, 99. de verb. obl. li. 45. ti. 1. l. absentē, 5. de pœ. li. 48. ff. ti. 19. l. fauorabiliores, 125. de regul. iur. tamen nō temere, sed cum discretione fieri debet absolutio, c. 28. si is qui, 23. q. 4. Potest enim esse in iusta misericordia pluribus modis, vt docet D. Ambr. sermo. 8. in Psal. 118. c. 33. est iniusta, 23. q. 4. Et dolo proximus dicitur, qui intempestiuè misericordiam exercuit, soluendo vinctum in custodiam datū. l. si hominē, 7. depos. li. 16. ff. ti. 3. l. & eleganter, 7. §. idē Labeo, de dol. mal. li. 4. ff. ti. 5. §. fi. de lege Aquil. li. 4. Instit. ti. 3. neque ita alicuius misereri oportet, vt iniustitia alteri fiat, c. nuper de donat. inter vir. & vxor. c. ex tenore, de for. comp. cautè & agendum iudici in maioribus, & vbi periculum maius est, c. vbi periculum, de elect. in sext. magna causa esse debebat in c. nostro, ex qua excommunicatus adire debebat summū Pontificem pro absolutione obtinenda, vel pro impetrādo iudice ad absoluendum, proinde rectè, in dubio literarum, num à sede Apostolica emanauissent, summus Pontifex consultus fuit.

3 c *Præsentauit.* Mancus hic locus, & truncatim ex antiqua compilatione transcriptus, per Raymundum Capellanum: nam ibi verba sunt alia apposita, quæ non solùm incongruitatem sermonis, sed alia mouisse ipsum delegatum ad reiciendum rescriptum ostendunt, & maximè propter subreptionem, sic enim in illa compilatione antiqua, post verbum, *præsentauit*, legitur, *Quas quoniam habuisti suspectas, nec de Cancellaria Ecclesiæ Romanæ emanasse putasti, ad nos remittere curasti: consulens Apostolatū nostrū (vnde deuotionē tuā in Domino commendamus) vtrum occasione ipsarum, præfatum virum habere debeas absolutum. Nos ergo, literis ipsis diligenter inspectis, taliter tibi diximus respondendum, quod eas non credamus, de prædecessoris nostri conscientia emanasse, nullam eis fidem volumus adhibere: cùm etiam contineat manifestum in cōstructione peccatum.* Sicque obseruat Martinus Gilbertus hîc.

4 d *Peccatum.* Manifestum in constructione peccatum ponitur inter 12. causas falsitatis enumeratas cū pœnis legitimis à glo. in can. in memoriam, 3. ad verbū, *falsam*, 19. distin. ita tamen manifestum esse debet hoc peccatum, vt nulla figura locutionis, vel dubitatione, aut exiguo defectu alicuius literæ, vel tituli, excusari possit, hæc enim non excusant. c. ex parte, 11. de fide instru. li. 2. tit. 22. & ibi gl. 1. facit l. quæ habebat, de manum. testa. Panor. hîc. l. nd. Rom. cons. 377. adde l. nec exemplum, 10. ad leg. Cornel. de fals. si ergo salua ratione recti sermonis non possit sustineri, corrnet vt & lex. l. Plautius, 8. de aur. & argen. lega. li. 34. ff. ti. 2. quod maximè in rescriptis Pontificalib. locum habere debet, cùm verisimile non sit Pōtificis officiarios, qui plures sunt in Cancellaria & Camera, errorem illum incorrectum reliquisse, vt hîc notat gl. per quorum manus rescripti transit, legitur, emendatur & relegitur, antequam formā cōpletam habeat: c. 4. Apostolicæ, 35. q. 9. vide gl. i. c. cum adeo, 17. hoc ti. Quamobrē arbitror, antequā omnino rescriptum reiciatur, satius esse, si cōferatur locus ille, in quo est Latinitatis violatio, cū stilo Curiæ, vel Cameræ Apostolicæ, num ad illum aliquo modo dicta & scripta accedant, cū (vt dixi) neque ex sola causa falsæ Latinitatis, sed ob subreptionem censeatur rescriptum reiciēdum, vel ob falsitatem, sic & in aliis instrumentis Latinitas vitiosa non officit illis, vel conuentis, si de volūtate cōstet & intētinne pronūciantis, quæ in scripturā rēducta est. l. errore, l. ambiguitates, de testa. C. Obserua euā textum nostrū, dum ait, *Manifestū peccatū in constructione requiri*, vt in eo tantū casu rescriptum infirmetur, non autē si in eloquentia sermonis vel in cōcinnitate ora-

tionis peccatum fuerit:nam tunc verũ est ꝙ scribitur à Gregorio ad Leandrũ Episcopũ Hispalensem, in prefatione Moraliũ; indignũ esse vt verba cœlestis oraculi sub regulis donati restringãtur, c.4.indignũ, 38.dist. neque ideò minus veneramur diui Iohan.& aliorum sacrorũ amanuensiũ Euãgelia Greca & Hebrea. ꝙ quidã scioli, qui suo pede omnia metiũtur, dicãt in illis esse quędã inculta & horrida. Sermonẽ suũ diuus Paul.1.ad Corinth.2.dixit esse, *Nõ in persuasibilib.humanæ sapiẽtiæ verbis,sed in ostẽsione spiritus,& virtutis.* D.Hier.dixit sermonẽ purũ, id est, habita ratione eorum qui studẽt verbis, aures tantũ ferire: simplicẽ verò cor penetrare. Verba ex numero ꝑlata humana sũt & humanè cõcinnata, variat.n.hominis & ętatũ incõstãtia, & formã loquendi & scribendi, verba cõminiscitur, mutat, tollit, vt ait Varro de lingua Latina, aliter prisci Romani, aliter nostri loquuti sunt, vsus loquendi magister, vsus variatur, & quędã in honore fuerũt olim vocabula, quę nunc vt sordida, barbara, & spinosa reiiciũtur. Sufficit sum.Pont.& principib. si loquãtur vel scribant quę intelligi valeant, neq; illorũ intentio iactare vana illa sesquipedalia verba & verborũ ampullas, fucos orationum, reliquáq;, quę tantum vanũ ornatum, & potius circumlocutionẽ cõtinent, quàm veritatis, quę ornari nõ curat verbis, imaginẽ, & dicebat verè Æschylus ἁπλᾶ γὰρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη, sunt veritatis verba simplicissima, &, vt Soph. καὶ γὰρ δικαία γλῶσσ᾽ ἔχει κράτος μέγα Nã iusta lingua maximam vim possidet. D. N. Iesus Christus verus Deus & verus homo, in quo sunt oẽs scientię & sapientię thesauri, verbis vsus est nõ phaleratis, sed vulgarib. Et D. Paulus dicebat alicubi malle se quinq; verba suo sensu loqui: & priore ad Tim.c.2.v.3. *Si quis aliter docet, & nõ acquiescit sermonib.Domini nostri Iesu Christi,& ei quæ secundum pietatẽ est doctrinæ, superb.est, nihil sciens, sed lãguẽs circa quæstiones & pugnas verborũ ex quib.oriũtur inuidia, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, &c.* huc refer.c.omnẽ vim, & c.legimus, de beato Hier.37. dist.

5 Singulare addam quod scripsit Bonifacio Episcopo Zacharias 5.Pontifex.in c.retulerunt, 86.de consecratione, dist.4.in hęc verba, *Retulerũt nuncij tui, quod fuerit in eadem prouincia sacerdos, qui Latinã linguam penitus ignorabat, & dum baptizabat, nesciens Latini eloquij, infringens linguam diceret, baptizo te in nomine patria & filia, & Spiritu sancta, ac per hoc tua reuerenda fraternitas considerauit eos rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizauit non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis, infringendo linguam, vt suprà fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire vt denuò baptizentur.*

6 Et hęc certè vera, & quando in simplicibus sacerdotibus adsunt cum simplicitate Ecclesiastica, non adeò contemnenda, vt ministerium improbetur: cæterum aliunde, in his quę pręsunt & pręlucere debent cęteris, nõ erunt tolerãda, quib.intelligẽtia sacrarum scripturarũ exigitur, & ꝑinde & Grãmat. saltẽ, & Dialectica; vt rationẽ rectè loquẽdi habeãt, & vt inter vera & falsa diiudicent, erunt necessaria, c.si quis artem Grammaticam, 10.sub 37.dist. nec illis ignorantia Grãmaticę toleranda. Quare & ob eã ignorantiam, quidã Episcopus Collimensis Episcopatu deturbatus & deiectus dicitur, quòd nec Grammaticam sciret nec Donatum vidisset, ab Honorio 3.in c.fi.de ętat.& qualita. ord. infrà hoc li.1.ti.14. Hinc demo pios & sãctos viros, qui Sp.S.gratia ita illuminati sunt, vt meruerint etiam sine literis ob sanctitatem vitæ & miraculorum diuina opera, in Episcopatum promoueri, quamuis ferè analphabeti essent, quorum exempla non debent in consequentiam trahi.l.nam ad ea, de leg.ff.

7 Fuit quidem S.Petrus piscator & sum.Pont. fuerũt & analphabeti alij ferè omnes Apostoli, verum Sp.S. doctrina & lumine edocti: elegit enim Deus ex professo infima huius mundi, vt fortia quæq; cõfunderet, 1.ad Cor.c.1.v.27. & 28. & vt gentes intelligerent, non in eloquentiæ humanę sermone, non in potentia vel brachio hominum, legem diuinam fundamẽtum habere, sed in solius Dei omnipotẽtia & virtute, vt docet Theodoretus libris de curatione Grecarum affection. contra gẽtes. Dictabat horum sanctissimorum pręsulum scripta Sp.S. loquebatúrq; ꝑ ora illorum, vt & olim per ora Prophetarum, *Sp Domini repleuit orbem terrarum,* & id ꝙ cõtinet omnia, scientiã habet vocis. *Perge* (inquit Dominus ad Mosen Exo.4.v.12.) *& ego ero in ore tuo, docebo te quod loquaris.* Et alibi, *Multifariam multisq; modis loquutus est olim Deus in Prophetis,* &c. Ad Hebr.c.1.vers.1. Pędixitq; Dominus Discipulis, *Nõ estis vos qui loquimini, sed Sp.patris vestri, qui loquitur in vobis.* DD.Matt.c.10.v.20.Mar.13.v.20. Luc. 12. v. 11. & in Euãg.D.Ioa.c.14.v.6.& 26.Dom.ad Discipulos ait, *Paracletus autem sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.* Et idem c.15.v.26.& c.16.vers.13.& 1. epist.diui Ioan.2.vers.27. Mirabile quod dicit D.Paul. 2.ad Cor.c.1.vers.22. *Deus* (inquit) *signauit vos, & dedit pignus Spiritum, in cordib.nostris.* Repetit & de hoc pignore c.5.v.5.eiusdem episto. Receperunt & Sp.S. Apostoli, & Discipuli in die Pentecostes visibiliter, Act. 2.v.1. *Et cœperunt loqui varijs linguis, prout Sp.sanctus dabat eloqui illis.* Ex quib. & similib. non possum non detestari superbiam Satanicam Grammaticulorum, qui postquam in Demost. vel Isocrate, vel alio Græcorum authorũ, aliquantulum versati sunt, non erubescunt impudenter censuram nostris sacris Euangeliis inurere, & epistolis sanctorum Apostolorũ: rideo (inquam) & detestor, eò quòd pręponant fecem sermonis humani sermoni diuino; tantũ .n. ego existimo à pfectione sermonis & vera eloquentia Paganorũ scripta deficere, quantũ mores corrupti illorum & infidelitas recedebant à lumine veritatis. Quis .n. ignorat initio ante superbiã terram fuisse labij vnius, aduenięte autem superbia ædificandi turrim & pręsidiũ cõtra Dei potestatem, diuisas fuisse linguas, & (vt ita loquar) vitiatum esse verum sermonis modum? Gen.ca. 11. Quis dixerit aquam turbatam & cadaueribus fœtidam, meliorem esse, clara & à fonte promanante, nisi sus lutosa vel coruus? Quemadmodum, *nec animalis homo percipit eã quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi,* & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur, 1.ad Cor.c.2.vers.14. ignorans quod scriptum, *Si quis indiget sapientia postulet à Domino,* &c. Iaco.c. 1. & quòd ista sapientia est, quæ aperuit os mutorum, & linguas infantiũ fecit disertas. Sapien. 10.v.21.

8 Fatebor tamen hodie Spiritum sanctum tantam vim in Christianos vel Ecclesiasticos nõ exercere: id enim vel duplici de causa contingere puto, tum quod homines non petunt, vel si petunt, non ita petunt, vt debent, & ita non accipiunt, vt ait diuus Iacob.c.1. vers.6.& c.4.vers.3. & quia plus adhęrent terrestribus quàm cœlestibus, plus sibi quàm Deo; & dixerunt cũ impiis, *Linguam nostram magnificabimus, & labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus?* Sunt magna ex parte homines vel contemptui habentes scientiam cœlestẽ: vel protinus à via pura recedentes, *Et in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Tum etiam, quòd nunc firmata & radicata sit fides, & iam monumenta Sp.sancti & fidei tam apertè inter Christianos apparent, vt via ordinaria cognosci sine extraordinario miraculo possint. Sũt & hodie, vt in viam redeã, scholæ Christianis publicę, ex quib. clerici haurire necessaria possint: sunt delectus ex clericis peritorum, in Curia maximè sum.Pont. vt non relinquatur dubitandi locus, rescripta, quæ manifestum errorem, seu peccatum in constructione continent, esse verisimiliter falsa, cum

talia

talia non soleant incorrecta inde emanare.

9 Quod non tantum in rescriptis verbis Latinis cōceptis obseruādū puto, verū ēt in aliis, si Græcè vel Hebraicè inueniātur cōscripta, in quib. tamē aliqua posset excusatio apponi, si à Latino Pōtifice vel Cancellaria eius, vbi soleot vt pleruq; expediri, Græca & Hebraica aliquod haberent peccatū; nec tam familiaris nūc lingua Græca, quēadmodū tēpore Imperatorū, qui & in Oriēte & Occidēte sedē habebāt, & soleant potissimum expediri Latinè nunc: quāuis nihil prohibeat vtraque lingua fieri, erat. n. titulus Domini nostri IESV CHRISTI in cruce scriptus Hebraicè, Grecè, & Latinè: IESVS NAZARENVS, REX IVDAEORVM, vt scribit D. Ioan. c. 19. vers. 19. vbi mysteriū cōtinetur, vt primū Hebreis, postea Grecis postremo loco fides lumen habere deberet inter Latinos, apud quos, vltimam ętatē fidei, vt sermonis crucis, poni & agi nemo forsā ambiget, si cōsideret q̄ Dominus noster natus in Iudæa & inter Iudæos, voluit describi in libro cēsuali Aug. Cęsaris Romanorū, temporéque eius edicti, quare transtulit potestatis sedē in Romanos, inter quos eodē tempore ipse Augustus vetuit se amplius appellari Dominum, vt omnia tradit Paulus Orosius li. 6. Hist. c. 20. videtúrq; tūc adscripto Domino vero totius orbis, is qui ab hominib. Dominus dicebatur & Imperator, imperium & dominatū, quod habebat à Deo, ipsi Deo cessisse nato. Ita primū Dei Vicarius D. Petrus primus Ecclesiæ Pontifex, sedit Hierosolymis annis quinque: Antiochię annis 7. Romę verò annis 24. menses 5. dies 12. Recordor & quod scriptum est 1. Machab. ca. 8. vers. 22. ictū fuisse fœdus pacis & societatis inter Iudæos & Romanos, cū pro fide Dei infestarentur Iudæi, & illud fœdus scriptum in ęreis tabulis ad perpetuam rei memoriā, nec alienū quod ipsi Iudęi dixerunt, *Nō habemus regē nisi Cæsarē.* Dehinc & Paulus ait c. 1. vers. 7. ad Rom. quòd illorum fides annuncietur in vniuerso orbe. Accedit quòd Constantinus magnus Imper. qui fertur primus ex principib. Romanis fidē palàm professus & baptizatus, dono dedit Syluestro sum. Pontifici & eius successoribus, Romam, & omnia imperatoria indumēta & ornamēta, vt manifestè probat Eugubinus duob. libris, & testatur Photius Patriarcha ti. 8. Nomocam. c. 1. nec sine Dei numine id factum putandum est, Constant. magnum tunc Imperij terreni seu Romani sedē Cōstātinopolim trāstulisse, vt regnū Ecclesię à Daniele p̄dictū, Romæ haberet sedē: quòd mox Occidentis Cęsares Constās, & cęteri, q per aliquot secula sūt cōsequuti, Roma sęp cesserint, & Imperij Rom. sedē alibi locauerint, vt Mediolani Rauēnę, vel alibi. Zozimus cōsentit, Cōstātinum cessisse Roma, & maiestatē Imperij transtulisse Cōstantinop. quòd se Romanis sciret inuisum ob mutatā religionē. Scribit & S. Damasus, qui Constantinum vidit, Isid. in historia, quē & citat Naucl. gener. 2. Chro. Quod vix est vt omnino impletum non videamus, nam inter Iudęos & nationib. illorum fides defecit, defecit in Asia, in Oriēte, in Gręcia tota, nunc residet in Latio, & rogandus summis precib. Deus, ne patiatur extingui illam fidē in ea parte, periculū. n. imminet ne finis sequatur postrà seculi: non. n. titulus hic Hebraicè, Græcè, & Latinè scriptus, ad alias linguas extēsum est, quamuis nolim scrutari incōprehēsibilē Dei prouidētiam, & certi aliquid inde humanis innolutus tenebris homúcio promere, verū hęc annotasse non erit à pietate (vt opinor) alienum.

10 Annotabo & antequam ad caput sequēs diuertam Imperatorum Romanorum rescripta quædam extare, non tantum Latinè, sed etiam Græcè scripta in Pandectis iuris ciuilis; veluti in l. 37. & 48. diuorum fratrum, & Pertinacis in l. 5. §. demonstratur, & §. licet, de iure immun. ff. Pij in l. 1. §. 1. de appellat. ff. Refert & Iosephus lib. 14. Antiquit. Iudaicar. c. 18. rescriptū Iulij Cæsaris Græcè conceptū, vt & Iustinus Martyr. lib. 2. Apolog. pro Christianis abud Adriani & Antonini pij. atque Iustiniana Nouel. 21. apud Iulianum antecessorem de offi. rector. prouin. refert se composuisse librum mandatorum vtraq; lingua, Latina & Gręca, vt omnes magistratus, quæ muneris sui essent, intelligerent, hócque tum vel maximè factum, cū sedem in Græcia Constantinop. Cæsar sibi delegisset: at aliquando Romæ placuit, sententias seu decreta à Pętorib. Latinè tantum proponi debere, vt respondit Triphonius in l. decreta, 48. de re iud. ff. libr. 42. tit. 1. & vt ait Valer. Max. lib. 2. ca. 2. exemplo 2. Magistratus Romani, vt suam populique Romani maiestatem retinerent, inter cætera retinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna perseuerantia custodiebant, ne Gręcia vnquam nisi Latinè respōsa darēt, quò scil. Latinæ vocis honos per omnes gētes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerāt studia doctrinæ, sed nulla non in re pallium togæ subiici debare arbitrabantur: indignū esse existimantes, illecebris & suauitate literarum, imperij pondus, & authoritatem domari. Et exem. 3. refert Caium Mariū, qui gemina lauro coronatam senectutē habebat, Numidicis & Germanicis illustrem trophæis, noluisse victorem victæ gentis facundia politiorem fieri, ne alienigena ingenij exercitatione, patrij ritus seruus trāsfuga existeret. Postcà sede Constantinopoli etiam posita, Latinè & Grecè concipi potuerunt, l. iudices, 12. de sent. & interl. om. iud. lib. 7. C. tit. 45. l. si duo patroni, 3. in fi. de iureiu. lib. 12. ff. tit. facit l. fustibus, 6. & l. verbum precibus 17. ex quib. cau. infam. irrog. lib. 2. C. & fideicommissum olim Græcè scriptum valebat, licèt legatum Græcè scriptū non valeret, vt ait Vlp. in fragmentis, tit. 25. §. 9. recepta tandem tamen verba in omnib. Græca, vt in stipulationibus, l. 1. § fi. de verb. oblig. lib. 45. ff. tit. 1. §. eo. tit. apud Iusti. in acceptilationibus, l. an inutilis, §. fi. de acceptil. lib. 4. ff. tit. 4. in tutoris datione, l. fi. de testa. tutel. ff. in testamentis, l. 2. C. de testam. in manumissione, l. 14. de testa. manumis. C. & in simlib.

---

## Ad cap. 12. Ex parte.

### ARGVMENTVM.

1 *Clemētis 3. vita summa.* 2 *Vnde sumptū sit hoc caput.*
3 *Tarentum ciuitas qua.* 4 *Ecclesia alia aliis subiecta.*
5 *Capella quid, & Capellani.*
6 *De attentatis reparandis, & quomodo.* 10 *&* 14.
7 *De spoliationis restitutione facienda.*
8 *Appellās debet prosequi intra tempora definita appellationem.*
9 *Supplicare principi non licet lite pendente.*
11 *Lites prorogans in dolo esse videtur.*
12 *De desertione appellationis.* 13 *De clausula, si ita est.*
15 *Ad expensas temerè litigans condemnandus.*

### SVMMA.

*Rescriptum impetrante ab appellante, tacita appellatione, & suppressum, non officit secundo impetrato ab aduersario, ex quo conueniens primus impetrans tacuit suum vsque in tertiam citationem.*

### Clemens tertius. *a*

EX parte *b* S personæ Ecclesiæ de Tarento *c* nobis innotuit, quòd cùm Capella *d* de Empton. ad prædictam Ecclesiam de iure pertineat, O. Diaconus (qui iam dictam capellam detinet) Capellanum ipsius Ecclesiæ nomine ipsius S. in ea ministrantem post appellationem à se factam amouit. *e* § Quam cùm esset S. prosecutus, *f* & ad iudices literas impetrasset, ipse O. appellationem suam prosequi non curauit.

**Cúmque authoritate prædictorum iudicũ in ius esset vocatus, dixit se literas priores habere, de quibus nulla mentio in posteriorib. habebatur: quas vsque ad tertiam citationem suppressit, *g* eisque dolo, vel negligentia vti postposuit, quod ex diuturnitate temporis videbatur, in quibus nulla mẽtio de appellatione ab ipso facta fiebat, cùm biennium *h* à tempore appellationis iam fuisset elapsum. ¶ Ideóque mandamus, quatenus si ita esse *i* constiterit (reuocatis in statum pristinum omnibus quæ post appellationem ipsius O. inueneritis attentata *k*) præscriptam Capellam matrici Ecclesiæ restituere procuretis, prædictũ O, (si eum appellationem suam non fuisse prosecutum constiterit) memorato S. in expensis necessariis condemnantes.** *l*

1 a *Clemens 3.* Clemens 3. Romanus anteà dictus Paulus Scholaris, Ioannis filius, de regione Pineæ, Episcop. Cardinalis Prænestinus ab Alexãdro 3. factus, creatus Pisis 5. Pontif. à 19. Cardinalib. 8. idus Ian. anno Do. 1188. aliquib. Rom. Pontif. 176. vt Onuphrio. Platinę 181. Genebrardo 180. mortuus est, Pontificatus sui anno 3. mense 5. in Basilica Lateranensi sepultus. Hic quartæ expeditionis in Turcas impulsor Friderico Imperator. dicto Aenobardo, Philippo 2. dicto Theodato rege Frãcorum, Guillelmo rege Siciliæ, Roberto rege Angliæ, & alius. Sub hoc quieuit discordia ciuilis, quę anteà fuerat per quinquaginta annos vel amplius, inter Pótifices Romanos & populum Romanum, à tépore Innocentij 2. ob regimen vrbis, à quo submoto pręfecto à Pontifice posito, populus pręfecit Senatores & Patritium quendam, vt scribit Otho Frigingensis Episc. lib. 7. & lib. 1. de gestis Friderici Imp. & Abbas Vspergẽsis, ex cuius rei accusatione Innoc. 2. & Cælestinus 2. animi dolore defecerunt, Lucius 2. penè est interfectus, Eugenius 3. Alexander 3. & Lucius 3. vrbe pulsi, Vrbanus 3. & Gregorius 8. exules fuêre, donec nouissimè tanti dissidij vtraque parte pertæsa, populus Rom. cũ Pótifice populari suo Clem. 3. pacem æquis conditionibus fecit Senatoribus confirmatis. Patritij verò loco, Præfecto. quem magistratum aboleuerant refecto. Onuphrius ad vitam Clemen. 3. post Platinam.

2 b *Ex parte.* Extat hoc c. 8. numero, sub tit. de rescr. in 2. compilatione.

3 c *Tarento.* Ciuitas est Tarentum in magna Græcia in sinu intimo, ab ea dicto Tarentino; de ea Iustinus li. 3. Plin. eam constituit in 2. Europæ sinu lib. 3. c. 11. constituitur in Iapigum regione Tarentum & Brundusiũ apud Strabonem. Ecclesiæ de Tarento suberat capella Emptonensis tanquam præcipuæ & matrici, ideò eius defensionem & præpositi Capellani susceperat.

4 Hîc nota posse vnam Ecclesiam ab alia pendere, vt non immeritò pro vna habeatur, vt & in c. eam te, de ætat. & qualit. lib. 1. tit. 4. sicut & in ca. 2. de religios. domi. lib. 3. tit. 36. quod accidit vel vnione duarum Ecclesiarum, cum vna alteri adnectitur, vt in d. c. 2. de reli. do. & c. sicut vnire, de exces. prçla. vel vnam diuidendo commodioris seruitij diuini audiendi causa. vt in c. 1. de Eccles. ædif. lib. 3. tit. 38.

5 d *Capella.* Capella aliquib. dicta quasi capiens λαοὺς, seu populos, Rebuff. tract. de pacif. posses. num. 89. vel capiẽs laudẽ, Archid. in c. 30. cõcedimus, de cõsecr. dist. 1. vel à cappa inquiũt sancti Martini, quam olim reges Francię in bellũ deferebant, quę custodiebatur, vt ait Pręposítus in c. presbyter, 23. dist. in tentoriis, isq; locus dicebatur Capella, & clerici illius loci custodes Capellani. Paulus aurẽ de Citadinis in tract. de iur. patro. in 3. parte, q. 42. in prima causa, dicit Capellas olim non fuisse appellatas Ecclesias, sed tuguria caprarũ pellib. tecta, vt & notat gl. ad d. c. concedimus, in verbo, *celebrari:* cõsentit Archid. in ca. plures, 16. q. 1. dum scribit nobiles habuisse in itinerib. Ecclesias pellib. caprarũ tectas. Quod si verũ fuit, imitabantur (vt opinor) Mosem, qui iussu Dei, tectorũ tabernaculi operuit pellib. arietinis rubricatis, quib. aliud superimposuit operimentũ de pellib. iacynthinis, Exo. 26. ver. 14. vt iniuriis tempestatũ facilius obsisterent: fieri & potuit in ædiculis publicis incustoditis, ea ratione pelles adiectas, vbi non publica, sed priuata fierent sacra, vt etiã dictũ in l. sacrilegij, 9. ad leg. Iuliam pecula. ff. li. 48. ti. 13. Putarẽ & ego Capellam à capacitate exigua diminutiuè locũ Oratorij in via positi, dici: vel quòd ille locus capite seu summa parte tegeretur, aliũde patẽtib. ex vtraq; parte, sine parietib. lateribus, vnde & Galli à capite galerũ vocant, *Chapeau,* & architecti coronas colũnarũ vel striges summas, capita vel capitella. In biuiis & triuiis ponuntur cruces, & Sanctorum imagines desuper tantum tectæ, patulis & apertis vndecumq; aditibus, ne pro latibulo essent conclusa loca latronib. Quare nec consectabantur olim, nec in illis erat permissum sacram liturgiã celebrare, d. c. decernimus, donec cœperunt altaria ibi fieri, & consecrari, & cingi parietibus. Hinc cœperunt illæ Capellæ dici Ecclesiæ, pręposítis ad cultũ diuinum deputatis, vt in specie nostri capitis, & in ca. quæsitũ, ca. pen. 1. q. 3. c. 1. de capell. Monach. ca. conquerente, 15. de off. ord. lib. 1. tit. 31. Vide quæ de Capella, Capellania, & de earum differentiis diximus li. 15. Syntag. iur. vniuers. c. 29.

6 e *Amouit.* Hic appellans, amouens aduersarium à possessa capella, & post appellationem impetrans rescriptum ad obtinendos iudices, non facta mẽtione suæ appellationis, quadrifariam iniustè peccasse videtur: primum, in eo quòd attentauit: sic enim loquũtur Pragmatici, quia appellatione pendente indecisa, nihil noui in præiudicium eius fieri debet. ca. non solum, de appel. in sex. Paul. li. 5. recepta. sententiar. ti. 36. l. 1. nihil noua. appel. interpos. vbi & ratio li. 49. ff. tit. 7. l. 3. quando prouocare non est necess. li. 7. C. ti. 64. Nouel. 134. ca. 3. in fi. l. 3. de appel. li. 7. C. ti. 62. & quę ita facta sunt, remedio attentatorum emendandorum reuocantur, d. c. non solum, tractat Rota decis. 185. incip. *Si pars,* in Nouis. Ea reuocatio quæ agitatur corã iudice, ad quem prouocatum, vt aiunt Butrig. Imol. Philippus Francus, ca. fi. de appel. ea & fit cum multa attentant indicta; vt scribit Rota decis. 1. in Nouis, maximè cum appellans attentat: *Magis enim* (inquit) *& peius attentat appellans, quam appellatus.*

7 Secundò peccauit, quòd spoliauerit aduersariũ, vt indignus habeatur post appellationem spoliãs, qui aliquo beneficio iudicis iuuetur, c. an sit, 42. de appel. li. 2. ti. 18. vt indignus beneficio legis, qui contra legem facit. l. auxilium, de minorib. ff. ca. quia frustra, de vsur. Et qui propria authoritate rem etiam suam ab alio detentam repetit eo inuito, cõmittit vim, & iure suo, si quod in ea habeat, priuari meretur. l. extat, quod met. caus. ff. l. 1. C. de suffra. l. pen. ad l. Iul. de vi priua. ff. ca. eũ qui, de pręb. in sex. multò magis indignus est audiri in iudicio, etiamsi secundum iuris ordinem iudices obtinuerit, antequam restituat ablata: spoliatus enim, quamquam prędo, ante omnia est restituendus. c. in literis, 5. de resti. spol. li. 2. tit. 3. c. redintegranda, 3. & seq. 3. q. 1. l. 1. §. qui à me, de vi & vi armat. cum similib.

8 Tertiò peccauit, quòd appellationem intra tempus à iure concessum non est prosecutus, à cuius iure biennio cecidit, vt mox dicemus.

9 Dehinc quartò, quòd pendente lite supplicauerit principi, quod non licet. l. 1. 2. & 3. vt lite pendente, vel post prouocationem vel diffinitiuam sententiam nulli liceat principi supplica. lib. 1. C. tit. 21.

10 f *Prosequutus.* Attentatorũ reparationẽ quis potest duplici via ꝓsequi; ꝑ inuocationẽ seu implorationem

nem officij iudicis, vel per prosequutionem appellationis. Cardin. ad c.dilectus, 7. de appella. Matthæus de Afflictis, decis.13. ita Bartho. & Alex. ad l. naturaliter, §. nihil commune, de acq. posse. ff. tradunt iudiciũ attentatorum non suspendere causam principalem. & ita de vtroque posse tractari: quod probari posset ex nostro textu, & l. si constiterit, finium regundo, C. atque sic statutum in Camera Imperiali, 3. parte, tit. 31. testator Mynsiger. li. 3. centuria. obserua. sing. 33. quamq̃ in cõtraria fuerint sententia Aret. & Ias. in d. §. nihil cõmune. si tamen in principali causa iam fuerit conclusũ, & causa attentatorum nondũ fuerit absoluta, poterit in attentatorũ causa separatim procedi, quia vtraque causa separatim tractari possit, Mynsing. ita obtinuisse in Camera Imperiali tradit dict. li. 3. obs. 34.

11 g *Suppressit*. Quod dolum arguit puniendum, cum inde maneant lites diutius indecisæ, quæ alioquin facilè poterant decidi, ca. sæpe, 44. de appel. properandum autem est ne lites fiant immortales, vtque finis citissimè imponatur. l. properandum, de iud. C. ca. finem litibus, de dolo & contumac. cum similib.

12 h *Bienniũ*. Textus maximis inuoluitur difficultatib. circa desertionẽ appellationis, quas accuratè hîc Panor. Innoc. & alij prosequuntur, & triplici modo legi posse hunc textũ admonẽt. Ego verò nõ esse tãtoperè laborandum arbitror, si consideremus verba quæ de Curione S. dicuntur. *Quã* (scilicet appellationẽ factã ab aduersario) *cum esset S. prosecutus, & ad iudices literas impetrasset*, &c. Ex quib. verbis liquet quidẽ Sillũ cœpisse prosequi appellationẽ pro appellato spoliato suo Capellano, verũ vltra, & ad iudices directas literas impetrasse, pro restitutione obtinẽda spoliationis, atq; in vim earundẽ literarũ, trib. citationib. vocasse eundem appellantẽ ad eosdẽ iudices. Quare in hoc ca. duo ponuntur separata, primum, quod appellãs nõ fuerit prosequutus suã appellationẽ prosequi cœptã, sed post appellationem spoliauerit Capellanũ. Alterum, quòd præfectus Ecclesiæ de Tarẽto, causam suscipiens pro suo Capellano spoliato, litẽ instituerit, proque restitutione spoliationis iudices ideò obtinuerit, & trib. citationibus vocauerit coram illis appellantem spoliantem, qui in tertia citatione veniens, declarauit se impetrasse literas ante vocationẽ, quas tamẽ suppresserat. Ex quib. duob. articulis fit duplex decisio, & in prima statuitur restitutio in integrũ. In altera pro desertione appellationis, condemnatur appellans, qui non est prosequutus in expensas legitimas ab aduersario factas. Bienniũ ergo respicit peremptionẽ seu desertionẽ appellationis in præiudiciũ appellantis, qui nõ est prosecutus eandẽ. Iure cõi datur annus appellãti ad prosequendã, & finiendã causam appellationis, & ex causa bienniũ. Auth. ei qui appell. C. de tempor. appel. c. cum sit Romana, de appell. Cle. 3. eo. ti. Cęterum ex vsu Curiæ Rom. tẽpora appellationum sunt perpetua, non fatalia, in causis introductis & deuolutis ad Curiã Romanã, neq; eremodiciũ ob non prosecutionẽ locũ habet, si causę alienigenarũ sunt, qui propter longinquitatẽ locorum nõ possunt cõmodè aut nisi tardè testes adducere: & propter multitudinẽ negotiorum Curię, nequeũt nisi cum magno tẽporis lapsu causas instruere, sicq; ex necessitate derogatur. l. properandum, C. de iud. §. si. vt cleri. apud propr. Episco. conueniãt. in Nou. vt scribit Octouia. Vvestrius li. 3. introductio. in aulę Roma. actio. c. 6. in alijs, aliorũmq; etiam causis, in eadẽ Curia pendẽtib. in quib. bienniũ extinguit vel facit desertam appellationẽ absq; aliqua iudicis interlocutione, si aliqua diligentia prosecutionis inueniatur intra primũ vel secundum annũ. tẽpus ad triẽnium, vel vltra, bis vel ter, vel quoties arbitrio auditoris vel iudicis videbitur, fatalia tempora poterũt prorogari, etiam sine aduersæ partis citatione, ex beneficio Innocentij 6. qui sua bulla ita fieri concessit.

Vide Cassio decis. 7. de appell. n. 2. & 3. quod, vt æquũ, maximè iure Pontificio, defendi potest, secundum quod aliter quàm iure ciuili omnis instantia dicitur perpetua can. anteriorum, §. ad hæc, 2. q. 6. c. penult. inf. de iud hancq; communem esse opinionem tradunt Pan. In c. venerabilis, de iudic. Andræas Barbat. & Felin ad ca. de causis, de offic. deleg. Rot. decis. 411. in Nouis. receptũmq;, non tantum in foro Ecclesiastico, sed & in seculari in terris Ecclesiæ, tam in ciuilib. quàm criminalib. causis, Corneus consil. 210. li. 4. Fel. in dicto ca. venerabilis, exceptis quibusdam negotiis, de quibus Vvestrius lib. 8. introduction. in aulæ Roman. act. c. 4.

13 i *Si ita esse*. De hac clausula infrà dicetur c. olim, 25

14 k *Attentata*. Attentata post appellationem dicũtur, quæ quis voluit nõ expectata appellationis definitione agere. Tentata, quamuis reipsa facta dicũtur, eò quòd iure facta non sunt, & quę iure prohibente fiunt pro nõ factis habẽtur, l. filius qui, de conditio. institut. l. quoties, qui satis. cog. l. nõ dubium, C. de legib. ita attentare dicitur, qui experitur num facere rectè possit. l. si quis non dicam rapere, de episco. & cleri. l. attentari, de iniur. ff. Quamobrem, quia facta in præiudicium appellationis non subsistunt, facta re ipsa, in pristinum statum reuocãtur: siue facta sint à iudice à quo, siue ab appellante, siue ab appellato: nullus enim quippiã noui appellatione pendente agere potest. ca. non solum, de appell. in Sex. toto tit. nihil noua appellation. pendent. l. appellãtione, Cod. de appella. Rot. dec. 185. *si pars*, in Nouis. maximè si appellatio valida esset, aliter si inualida declaretur, quia tũc attẽta nequaq̃ reuocãtur. Rot. dec. 357. *Nota quod attentata*, in Antiquis. Ægid. conclu. 239. incip. *In causa domini Guillelmi*. quẽadmodum nec reuocarẽtur attentata per iudicem vel appellatũ cõmissa, si deserta esset appellatio, Rot. dec. 1. in Nouis. & Ægi. cõclus. 420. exceptis 14. casibus, Catell. Cota in memorabilibus, in verbo, *appellatione*. Ludouic. Roma. sing. 161. Socin. in suis Fallentiis, reg. 21. Octouia. Vvestrius li. 8. introductio. in aulæ Rom. actio. c. 4. Marantha in praxi 6. parte. in verbo, *appellatio*. Hîc ergo quia deserta erat appellatio spoliantis per biennium, non poterat procedi ad reparationem attentatorum per viam attentatorum, itaque ad ordinariam viam nullitatis fuit recurrendum, & per illam reuocabuntur, vt docet Philippus Francus, ad ca. consuluit, & ca. sępe, de appell. Gomes. ad regulam Cancellarię de triennali possess. q. 54. possunt & reuocari officio iudicis. Rot. dec. 14. in Nouis. Ægid. Bellamer. concl. 623.

15 l *Condemnantes*. Vt in ca. Nicolao, 64. ea. reprehẽsibilis, 26. de appell. l. properandum, 13. §. & siquidem, C. de indic. cum similib. ibi notatis.

---

### Ad cap. 13. Sciscitatus.

### ARGVMENTVM.

1 *Clementis tertij breuis vita.*
2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Pytiacium, pettacium quid.*
4 *De triplici impotentia iuris, facti, naturæ.*
5 *Difficilia haberi pro impossibilibus.*
6 *Quando possint aliqui ex delegatis sine aliis exequi mandatum.*
7 *Casus ex quibus iudicare non potest iudex. iunge n. 10.*
8 *Si seruus* 9. *Si infamis.*
11 *Morte delegati finitur mandatum.*
12 *Citati non venientis excusationes. & 13.*
14 *Quãdo aliqui ex delegatis sine aliis possint cognoscere*

### S V M M A.

*De clausula si duo vel plures interesse nequiuerint, vnus aut plures, quibus scribitur, nihilominus exequantur.*

Cælestinus tertius. a

SCiscitatus *b* es à nobis petitorio *c* destinato, de qua impotentia *d* illud intelligatur (quod in literis nostris sæpe consueuit apponi ) vt si duo, vel tres, quibus literæ dirigantur, ipsis exsequendis simul interesse nequiuerint, vnus aut plures, quib. scribitur, nihilominus exequãtur. *e* ¶ Nos verò ita sentimus, quòd tã *f* de iure quàm de facto, illa impotentia censeatur, de iure, si aliquẽ illorum seruum, *g* vel infamem, aut alio legitimo impedimento *i* detentum esse constiterit: de facto, si constiterit eum casu mortis occũbere, k aut ineuitabili necessitatis *l* articulo impediri, quominus valeat interesse. ¶ Dummodò is, qui pro necessitate præsens esse non potest, collegis suis canonicè excusationem suam curet ( si poterit ) destinare : *m* vt alij coniudices vel executores nihilominus ad consummationem iniuncti mandati procedant. *n* ¶ Nec enim ille qui tantummodò non vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valet aliquatenus excusari, *o* nisi fortè sic in rescripto habeatur expressum: si nõ omnes interfuerint, vel simul nequiuerint, aut noluerint interesse. *p*

1 a Cælestinus 3. Hic dictus antè Hiacynthus Bobo. Romanus Petri filius de regione Harenulæ, fuit S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis à Cœlestino 2. factus, mortuo Cle. 3. electus sum. Pont. anno Dom. 1191. Romæ à 27. Cardin. Rexit sedem annos 6. menses 7. dies 11. Onuphrius, Platina: sedit temporib. Henrici 6. Imperat. & Philippi 2. cognomento Augusti regis Galliar. ꝓpter quem, quia vxorem Ingerbergam vel Gelbergã repudiasset, toti Franciæ sacris interdixit, vt scribit Guillel. Naugia. Platina tamen de eo nõ meminit. Vvespergẽsis etiã Abbas, in Chronico, Inno. 3. qui Cælestino 3. successit, tribuit, eúmq; dixisse ait, aut Põtifex Philippo diadema regium, aut Philippus insigne Apostolorum Põtifici adimat. Ioa. Titius cõsentit quodãmodo Naugiaco, & scribit in Diuionensi synodo quod peregit legati Pontifex, Philippo regi Gallorum ob secundum matrimonium sacris interdictum.

2 b *Sciscitatus.* Hoc c. sumptum ex c. 1. tituli de rescriptis, quod est .compilationis.

3 c *Petitorio.* Petitorium hic vel nuncium petentem significat, vel epistolam seu libellum, vbi continebatur petitio, τὸ πυκτάκιον, dixit Zacharias in ca. pyctaciũ, 30. q. 5. quo nomine & vsus Lamprydius, scribi autem debet pyctacium, nõ pittacium nam pittacium apud Celsum frontale significat, lib. 3. c. 10. pyctacium verò significat pugillares, breue quoddam scriptum.

4 d *Impotentia.* Impossibile seu impotentia est, vel iuris, vel facti, vel naturæ, in l. si stipuler, de verb. obl. can. fi. de pact. Iuris est, quãdo sua prohibitione ne fiat ius facto obsistit, vel si ꝙ fit irritum, facit l. non dubium, 5. de legib. C. l. si vnus, §. illud nulla pactione, de pact. ff. li. 2. ti. 14. l. generaliter, l. veluti, de verb. obl. c. 15. faciat homo, 22. q. 2. ca. Agathosa, 27. q. 2. nã in summa, quæ facta, lædunt pietatem, existimationem, verecũdiam nostram, & generaliter cõtra bonos mores fiũt, nec facere nos posse credendum est, vt ait Papin. in l. filius qui fuit, 15. de conditio instit. lib. 28. ff. tit. 7. Impotentia facti est, quando re ipsa quippiam fieri nõ potest, vt dare hominem mortuum, quia homo non est: cœlum digito tangere, §. , & 6. ii impossibilis, de inutili stipula l. impossibilis, de verb. obl. l. fi. quæ sentent. sine vlla appell. resc. impotentia naturæ quando aliquid fieri vel esse naturæ repugnat, vt si hypocentaurum petas, dicto §. 1. de inutili stip. si factum pro infecto esse velis, quod est impossibile. l. in bello, §. factæ quoque res, de captiuis. ff. l. verba, C. de testa. l. verum, de reg. iur. & Pindar. ode 2. Olympior. Epo. 2.

*ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν*
*ἀποίητον οὐδ' ἂν*
*χρόνος ὁ πάντων πατὴρ*
*δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.* Id est,
*Et cum iure & præter ius,*
*Infectum nec ipsum quidem*
*Tempus omnium pater*
*Posset reddere.*

Et Sophocles in Aiace flagellifero, eam sententiã firmat, atque Plato lib. 11. de Legi. Demosth. episto. 2. ad Senatum, Plautus in Aulularia, Terentius in Phormione, & alij. Sic quæ natura negantur humanè loquendo impossibilia dicuntur, & extra potestatem hominum sunt, quemadmodum innuit Dionysius Tyrannus, dum à matre rogaretur iam defectæ ætatis, vt iuberet cuidam ex ciuibus eam sibi in matrimonio coniungere, & respondit, ciuitatis quidem leges abrogari à Tyranno, naturæ verò leges cogi nullo modo posse, si se præter ætatem connubij esse animaduertisset, vt refert Plutarch. in vita Solon. constituit ita impotentiam naturæ generandi ante annos pubertatis. cap. puberes, de desponsat. impuber.

5 Inter impossibilia valde quoq; difficilia annumerantur, l. 4. §. puto, de hær. instit. ponunt & aliqui seorsum impotentiã dignitatis, quæ tamen sub impotẽtia iuris contineri potest, vt si dicamus iudicem non habere potestatem extra territorium, l. fi. de iurisd. omniũ iud. ff. Constituunt hic Pan. Inno. & gl. quinq; species potentiæ, iuris, naturæ, potestatis, seu officij, vel meriti diuinæ voluntatis quę ad possibile iuris & facti reduci possunt, & tamen non est in omnibus impotentia, nempe in diuina voluntate Dei omnipotentis : proinde hic etiam Clem. 3. impotentiam contraxit ad duo capita iuris & facti.

6 e *Exequantur.* Obserua interdum committi executionem vel cognitionem causæ duobus, vel pluribus simpliciter, quo casu, vno deficiente alter, vel alij exequi non possunt munus iniũctum, idem si aliquis ex illis moriatur, can. vno delegatorum, 41. de offi. & potest. iud. deleg. li. 1. ti. 29. vel efficiatur infamis. ca. sciscitatus, 20. ti. vel alio modo remoueatur vt suspectus, c. licet. eo. tit. quia omnes, qui iudicare iussi sunt, vnius loco sunt, omnésq; iudicare iussi sunt, l. duo ex tribus, de re iud. li. 42. ff. ti. 1. l. item si vnus, 17. §. item si plures, & l. sicuti tribus, 18. de recept. arbitr. lib. 4. ff. tit. 8. l. 4. quando prouoca. non est neces. C. li. 7. tit. 64. Interdum clausula adiicitur plenior, vt si duo vel tres, quib. per literas scribitur, executioni simul interesse non possint, vnus aut plures ex illis literas exequantur, vt in nostro c. & c. prudentiam, 21. de offic. deleg. Quo casu si aliqui interesse non possint, ita tamen vt per nuncium, vel apertè constet, vel de facto, vel de iure impediantur, alij poterunt exequi, cognoscere, vel iudicare. d. ca. prudentiam, l. non distinguemus, 32. §. cum in plures, de recept. arbitr. ff. Adiicitur & aliquando hæc clausula, *Quòd si simul nequiuerint, aut noluerint interesse,* &c. In quã sufficit pro potestate executionis aliorum, alios collegas vel coexecutores vel coniudices datos declarare non velle interesse, quanquam si vellent, possent, nec impediantur. c. nostro, in fine.

7 f *Quòd tam.* Enumerantur quidam casus, quibus iure & facto inhibetur alicui iudicare. Prohibetur nãmque vel ex propria persona, vel ratione dignitatis assumptæ, seu ratione contingentis aliunde iurisdictionis, vel habita ratione litigantium, & conditionis, seu qualitatis illorum, quæ omnia nos per singula prosequimur lib. 47. Syntag. cc 9. 10. n. 12. explicat l. cum Prætor, de iudic. in ff. prohibitionum causas ad tria reduci, ad prohibitionem legis, naturę, & mo-

& morum, quæ exemplis illustrat.

8 g *Seruum*. Seruus iudicare nequit, d. l. cum Prætor, de iudi. ff. l. non distinguemus, 32. §. si seruus, & l. sed etsi in seruum, 9. de recep. arb. ff. Et hoc impedimentum ad ius ciuile & mores quosque iúsque gentium pertinet, nam iure gentium seruitus introducta fertur, in l. manumissiones, l. ex hoc iure, de iust. & iur. tit. de iure perso. cũ sim. Arist. tit. 1. Polit. c. 4. & quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habētur, l. quod attinet, de reg. iur. & pro mortuis sunt, in l. intercidit, de cõd. & demõ. ff. nisi pro liberis & tanquam liberi aliquid gesserint, l. Barbarius Philippus, de off. Prætor. ff. l. .C. de test. vide c. 1. §. verumtamen, 2. q. 7. Addit rationem Athenæus li. 6. Deipnosop. c. 7. nihil esse syncerum aut bonum animi seruilis, neque viro prudenti bonũ quippiam bis credere conuenit, vnde sapientissimus inquit Poetarum,

*Dimidium rapuit virtutis Iuppiter almum*
*Mortali, cui seruilem mox destinat esse.*

Si quidem si boni serui sint pendent ex mente aliena, dominorum scilicet, & proinde iudicia illorũ nõ sunt libera, vt rectissimè etiam statuerint Athenienses, de libero homine ex solo iudicio serui, & nisi euidentissimis probationibus iudicium probaretur, nihil statuẽdum, vt scribit Thucydides in 1. & Aemilius Probus in Themistocle & Pausania.

9 h *Infamẽ*. Infamis nõ iudicat. d. l. cum Prætor, de iudi. ff. l. 1. ad l. Iul. de vi priuat. l. 48. ff. tit. 7. c. 1. 3. q. 7. Cicero pro Cluentio ait, *Leges esse hominibus turpi iudicio damnatis in perpetuum, neque vlũ ad honorẽ, neque in Curiam aditus esto*. Atq; Theod. & Valent. in l. sancimus, 6. ad l. Iul. repet. li. 9. C. tit. 27. statuerũt, ad prouincias regendas, eos tantũ accedere debere, qui ad honoris insignia, non ambitione, non pretio veniunt, sed probatæ vitæ habeant testimonium; infamibus quippe portæ dignitatum non patent, nec eis quos scelus vitæq; turpido cõtaminat, l. 2. de dignit. li. 12. C. ti. 1. l. 1. de infamib. li. 10. C. ti. 57. l. milites, 3. de re milit. lib. 12. C. idq; receptũ iure Pontificio, c. inter dilectos, 11. in fi. de exces. prælat. li. 5. tit. 31. c. querelam, de iureiur. quare nec reus criminis postulatus, nisi se purgauerit, nouos honores adipisci potest. l. .de reis postul. li. 10. C. tit. 58. infra annum scil. postea contrà si in eo iudicium peractũ non fuerit, l. reus de muneribus. ff. vide hic l. 3. §. Imperator de decu. li. 50. ff. ti. 2. & l. 1. & 2. de his qui in exiliũ dati vel ab ordine moti sunt. li. 10. C. ti. 59. l. ordine, 15. ad municip. Ex eadẽ infamia iudici dato superueniẽte, posset eius cognitio reiici. c. præterea, de test. cog. c. insinuaste, de off. deleg. Porrò gl. & interpre. ad ca. 15. q. 7. intelligũt, infamẽ prohiberi à cognitione, si per sententiã talis fuerit declaratus, vel ipso facto infamis iuris euidenter incurrerit: nõ etiam si tolleretur in ipso facto infami, & pro nõ infami haberetur: argumẽto serui qui pro libero habetur, d. l. Barbarius, de off. Præto. ff. Multũ enim potest cõmunis opinio, eiq; fides adhibetur, donec de cõtrario liquido cõstiterit, c. cõsultationib. de iur. pat. c. cũ inter, qui filij sint legi. li. .C. de testa. Sed & infamis restitutus in integrũ, potest vt prius iudicare, l. 3. §. Imperator, de decur. li. 50. ff. tit. 2. & de excõmunicato ita rescriptum. c. prudentiam, §. sexta die, de off. deleg.

10 i *Impedimento*. Plura autem sunt iudicandi impedimenta huiusmodi, vt in d. l. cũ Prætor, si surdus fiat omnino, si perpetuò furiosus, si mutus omnino, l. sed etsi in seruum, 9. de recep. arb. si impubes, l. cum lege, 46. de recep. arb. l. 2. §. fi. de iur. immun. neq; enim impubes habet vocem in capitulo, c. cum ex eo, de elect. in 6. nisi expressè ei delegatio fiat à principe, l. quidam consulebant, de re iud. lib. 42. ff. tit. 1. c. cum vicesimum annum, de offic. delega. item impedimentum, si iudex impetrãs fit sine experientia & imperitus, c. 1. de consang. & affin. & ibi gl. lib. 4. tit. 4. §. 1. de iudicib. in Auth. Nouella 82. §. nos autem, Nouel. 161. facit c. 2. de pœnit. dist. 6. l. certi iuris, C. de iudic. delegari quoque debere literatis & doctis Canonicis dicitur in decis. Rotæ 777. in Antiq. nisi princeps certam personã ex certa scientia potissimum nominauerit, eámque sciens prudẽnsq; in iudicem dederit, excepto tamen magnõ defectu. ca. eam te, 4. & ca. fin. de æta. & qualit. lib. 1. tit. 14. sacrilegij eorum instar esset, dubitare, an is dignus sit quem princeps probauerit. l. sacrilegij de crim. sacrileg. li. 9. ti. 29. l. sacrilegij, 5. de diuer. rescr. C. lib. 1. ti. 23. Causæ insuper suspicionis reiiciunt iudicem, quæ ad capita quatuor contrahuntur in c. quatuor modis, & seq. 11. q. 3. sũtq; totidem, & plures quàm quę reuciant à testimonij dictione testes paucis exceptis, de quibus gl. in c. cum R. Canonicus, & c. causam quę, de off. deleg. in c. accedẽs, ad verbum, *subesse*, vt lite nõ contest. non procedã. ad testium examina. Iasoo in l. apertissimi, C. de iudi. Lãfr. de Orcan. in praxi, & repetit. ca. contra falsum, ad verbum, *recusationes*, de probat. Robert. Maranta, part. 6. de ordine iudicio. à num. 24. vsque ad 74. vbi & adfert causas quadraginta, vide & Hostiens. in summa de off. deleg. & quæ nos diximus lib. 49. Syntag. iur. c. 3. vide & c. insinuante, 25. de offic. deleg.

11 k *Occumbere*. Morte delegati finitur mandatum. §. rectè, de mand. apud Iustin. l. si verò, §. si mandauero, eo. tit. apud Iustin. l. inter causas, mandat. ff. c. vno delegatorum, iuncto c. quoniam Abbas, de off. deleg.

12 l *Necessitatis*. vt c. 3. in fi. de off. deleg. vide & impedimenta facti multa, ex quibus quis non potest alicubi venire, & excusatur. in l. 2. §. 1. & seq. si quis cautio. iudi. sisten. caus. factã non obtem. l. 2. ff. tit. 11. cum simil. ibi notatis.

13 m *Desesnare*. c. prudentiam, 21. infrà, de off. dele. ca. 2. ordinationes, & can. pen. 64. di. excusatio non veniendi, ab impedito ita mittenda, per nuncium: vocatur hæc excusatio in praxi in criminibus ad differendum vadimonium, in Gallia *Exosnne*, de qua abondè diximus lib. 32. Syntag. c. 14. n. 23. & lib. 48. c. 3. n. 16. & 17.

14 n *Procedant*. Propter illam clausulam, *Quod si nõ omnes*, & c. aliter nõ possent. ca. causam matrimonij, de off. deleg. c. vno delegatorum, c. prudentiam, eod. tit. l. item si vnus, §. pen. & l. seq. de recep. arb. ff. Cæterum si impeditus sit de facto, delegatus à principe velit subdelegare, pôt. c. quãuis, 6. c. quoniã, c. pastoralis, 28. in princ. & §. fi. c. super quæstionũ, §. si verò, de off. deleg. c. eom causa, de appal. l. à iudice, de iudi. C. cõtrariũ dicemus si sit impeditus de iure, nõ de facto, putà quia excómunicatus, c. ad probãdũ, infrà, de re iud. vel si seruus, vt hîc, vel si suspectus recusatus, c. cũ super, & ca. licer, de off. deleg. sicq; tradit gl. notabilis, ad caput cor̃ dilecto, 34. ad verba, *quod non intelligitur*, eo. tit. de off. deleg.

o *Excusari*. Si verò cõstet potuisse & noluisse interesse, punitur. d. c. prudentiam, §. adiicimus, de off. deleg.

p *Noluerint interesse*. Hodie etiã sine illis verbis, possũt alij cõdelegati iudicare, quãuis arguẽd° sit qui noluerit interesse, vt not. hîc gl. & facit d. §. adiicimus. Ex iure etiã nouissimo clausula, *Vt omnes, aut duo, aut vnus etiã eorũ inũctũ mandatũ Apostolicũ exequãtur*, facit vt quilibet illorũ possit liberè mandatũ iniunctũ adimplere, & vno eorũ inchoante cõmissum, alij non poterunt vlterius se de illo intromittere, vt videbis in c. cũ plures, 8. de offi. & potest. iud. deleg. li. 1. Sex. Decr. tit. 14.

## Ad caput 14. Pastoralis.

### ARGVMENTVM.

1 *Innocentij 3. vita breuis.* 2 *Vnde sumptũ sit hoc caput.*
3 *Inter diuersa rescripta diuersorum iudicum, quæ præualeant.*
4 *Plures delegati quando vnius vices gerant.*
5 *Arbitros quando eligere quis cogatur, & qui arbitri iuris.*
6 *Relatio ad principem si diuersa sint rescripta.*
7 *Quando speciale rescriptum deroget generali. & nu. 8*

10 i *Exercere.* Et si quis habeat potestatem iudicandi, tamen eius iurisdictionem non exercet absque personis & rebus. Personæ iudiciorum saltem iudex, actor, reus, l. inter litigantes, 62. l. Iulian. ait, 17. de iud. ff. §. 3. de interdict. & personæ istæ certæ esse debent. l. libellorum, de accus. Rei certæ petitio in libellum certum contrah. c. conquerente, de offi. ordi. l. si in rem, C. de rei vind. ff. l. 1. 2. 3. de sentent. quæ sine certa quant. profer. C. tractatur hoc caput in c. penult. de libelli obla. c. cum ad sedem, de restit. spoliat. §. curare, de actio. tit. de plus petitioni. in C. & Decret.

---

## Ad cap. 15. Sedes Apostolica.

### ARGVMENTVM.

1 *Archiepiscopus Senonensis.* 2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *De sede & cathedra Episcopali. &* 5.
4 *Apostolicus summus Pontifex.*
6 *Liberalitas propria magnatum.*
7 *Abusu tollitur priuilegium.*
8 *Malitiis hominum obuiandum,*
9 *Viles & humiles personæ quæ.* 10 *Maiores personæ quæ.*
11 *De clausula,* Et quidam alij.
12 *A paribus ad pares facilis extensio.*
13 *Fraus quid & dolus.*
14 *Patrocinari, & patroni quid.*
15 *Dolus nemini prodesse debet, & quid à fallacia distet.*
16 *Mendax impetrator carere debet beneficio literarum.*

### SVMMA.

*De clausula,* quidam alij, & res aliæ, *quæ contineat.*

### Idem Senonensi *a* Archiepiscopo.

SEdes *b* Apostolica *c* consueuit exhibere se petentibus liberalem, *d* sed quidam eius gratia nequiter abutuntur: *e* & infrà. ¶ Nos igitur volentes eorum malitiis obuiare, *f* decernimus, vt cum in commissionib. nostris minores & viliores *g* personæ solummodò designantur, maiores & digniores *h* sub generali clausula non intelligantur includi. ¶ Sed nec liceat occasione generalitatis huiusmodi multitudinē effrænatā *i* in iudiciū euocare. ¶ Nec super maiorib. negotiis audiantur, qui de minorib. & leuioribus tātùm faciunt mentionem. ¶ Si quis verò aliquas personas expresserit, non vt velit cum eis in iudicio experiri: sed vt ad pares transire valeat, *k* vel minores (quia fraus *l* & dolus ei patrocinari *m* non debent *n*) tanquam mendax precator careat penitus impetratis. *o*

1 a DE Archiepiscopo Senonensi diximus supr. in c. 1.

2 b *Sedes.* Hoc ca. est 4. num. in 3. compilatione, sub eod. titulo de rescript.

3 c *Apostolica.* Sedes pro ipsa dignitate Episcopali accipitur, vt titulo ne sede vacante aliquid innouet. in Decretalib. & in 6. ideò sedes vacare dicitur, quādo non est Episcopus, & repleri, quando Episcopus in ea est, Cathedra ita pro sede & potestate Episcopali, vt D. Matthæi ca. 23. vers. 2. ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι, &c. *Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi.* Iustin. in §. sic igitur à nobis, vt iudices sine quoquo suffra. &c. Nou. 8. præfecti prætorio dignitatem, sedem vocat, ibi, *Coram tua celsitudine, & qui tuā rexerit sedem.* in Græco, cathedrā. Cathedras & dignitates simul dixit prelatorū Nicol. 1. epist. Mediolanēsib. scripta, & in c. 1. 7. qu. 1. Cathedram pro sede vsurpauit Optat. Mileuita. *Igitur,* inquit, *negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primùm cathedrā Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput, Petrus,* &c. Cathedra dicta Episcoporū potestas, quia munus sit Episcopi docere per se, vel per alios commissum sibi populum, c. inter cætera, 15. de offi. ord. li. 1. ti. 31. docebāt etiā olim Episcopi in solio vel cathedra, vt ait Euseb. li. 7. Historiæ Ecclesiast. c. 15. & 26. & in Tripartita Historia, lib. 5. c. 29. Not. ad Clem. dudum, ad verb. *Cathedram,* de sepulturis hos vers.

*Rex solium, Doctor cathedram, Iudéxque tribunal.*
*Possidet, ac sedem Præsul, Prætórque curulē.*

Vnde & Episcopales sedes cathedrales dictæ, q̄ & matrices vt matres, à quib. aliæ diœceseos generatæ & gubernatæ sint. c. venerabili, 22. de verb. sign. lib. 5. tit. 40. Cathedra sedes sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Cathedraticum, & p censu qui datur Episcopis, pro honore potestatis, & cathedræ. c. conquerente, 16. de offi. ordin. li. 1. infrà tit. 31. c. placuit, 10. q. 3. Sum. Pont. dicuntur super cathedram præeminentiæ pastoralis constituti, diuina disponente clementia, Clem. 2. in princ. de sepultur. apud Cle. Diuus Chrysost. in primatu & in cathedra constitui ait c. fi. 40. dist. summiq; Pōtificis ideò dignitas sedes Apostolica hîc dicitur, vbi eius prælati sedent, & in c. si à sede, 31. de preb. in Sex. li. 3. tit. 4. cau. 15. rogamus, 14. qu. 3. ca. 34. mutationes, & c. 44. temporis, 7. q. 1. & alibi sæpe & Cassio. ep. 2. lib. 11. Ioanni Papæ. *Sedes* inquit, *illa toto orbe mirabilis propreas regat affectiones, quæ licèt generalis mundo sit præstita, vobis etiam cognoscitur & localiter attributa.* Dicitur & Græcis sedes hæc Episcopalis θρόνος, vt in synodo Græca Constantino. in tēplo Sapiētiæ habita sub Photio Patriarcha, Βασίλειος καὶ Ἡλίας, dicuntur, τοποτηρηταὶ ἀνατολικῶν θρόνων. *Basilius & Elias locū tenētes Orientaliū sedi ūseu thronorū.* Apostolica aūt sedes, quæ Romæ est, dicitur, quòd inter Apostolos Dominus primū illā dignitatem posuit, Diui Ioā. c. fi. & D. Matthæi c. 16. atq; Apostolica authoritate ab Antiochia Romam translata. c. 1. & 2. & c. mutationes, 7. q. 1.

4 Dictus & sum. Pont. aliquando Apostolicus, vt in princ. 79. dist. *Apostolicus* inquit, *non nisi à Cardinalib. & religiosis clericis est inthronizādus.* Dicitur & in precib. Ecclesiasticis, *Vt domū Apostolicū, & omnes Ecclesiasticos ordines in tua sancta religione cōseruare digneris.*

5 Aliud portò sedes, aliud persona quæ sedet in ea. Nā psona sedentis moritur: sedes autē Apostolica, nequaquam. ca. si gratiosè, 5. de rescr. in 6. c. liberti, in 2. sic incip. 12. q. 2. Vnde aliud est aliquid concedi ad beneplacitum cōcedentis, quia eo mortuo gratia extinguitur cū volūtate eius, aliud cōcedi vsq; ad beneplacitum sedis, quo casu mortuo cōcedente, cōcessū non reuocatur. d. c. si gratiosè. Et aliud scribere personæ, cuius morte delegatio extinguitur, aliud dignitati. q̄ perseuerat post mortem præpositi, & non extinguitur dignitati facta delegatio. c. quoniam, de offi. deleg. c. ne aliqui, de priuileg. c. fi. de rescr. in 6.

6 d *Liberalem.* Proprium est nobilium & præstantiorum, liberalem esse, cap. 1. de donatio. lib. 3. tit. 24. liberalitas autem secundum proprias facultates cuiusque est exercenda maior aut min. ca. cum plures, §. cum tutor, de admin. tutor. ff. c. etsi quæstiones, de simon. Huc pertinet quod Theod. Rex Fausto præposito apud Cassiod. li. 2. Variar. epi. 9. scribit, *Libenter,* inquit, *omnibus modis præbemus assensum, quotiès vox est iusta poscentium: quia non decet esse difficile beneficium, quod largitate non patitur detrimentum.* Et lib. 2. epistol. 9. *Magnum est nobis commodū quando nonnulla pauperibus in qualibet conuersatione largimur.* Et paulo antè, *Benigni principis est ad clementia cōmoda transilire terminos æquitatis: quādo sola est misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant.* Et iterū idē li. 1. epi. 13. *Dignitas, Patres conscripti, dum ad incognitum venit, donū est: dum ad expertum, compensatio meritorum, quorū alter debitor est iudicij, alter obnoxius est fauoris: hos enim æstimatione subuehimus: alios gratia promouemus, & ad omnes indulgentia vias nostra se laxat humanitas.* Ioann. Andr. ad nostrum c. sedes, tradit

liberalitatem esse summi Pontificis, vt det plumbum pro auro, verius tamen erit liberalitatem esse concessionem gratię, plūbo certificatā, quam non teneatur, si nolit, facere, ca. nonnulli, in princ. infrà hoc tit. & gratia quoque in quantum quid vni potius quàm alteri confertur. gl. in c. relatum, de præbend.

7 c *Abutuntur.* Abusus priuilegium tollit. c. 63. priuilegium, 11. q. 3. c. vbi, vers. *nam priuilegiū*, 74. dist. D. Augusti. sermo. de tempore. 2. 4. 7. Beneficium iuris nō est trahendum ad compendium iniquum, l. fi. de vsucap. pro emptor. lib. 7. C. tit. 26. neque iudicium iniuriis aditum dare debet. can. nonnulli, 28. infrà hoc tit. de pœna abutentium rescripto. in c. fin. hoc. tit.

8 f *Malitiis obuiare.* Ius enim vt obuiam eatur fallaciis & malitiis, sæpe statuit c. plerumque, 23. infrà hoc tit. c. significante, qui matrimo. accu. possunt. l. in fundo, 38. de rei vindic. li. 6. ff. tit. 1. Viden. Hipp. de Marsil. sing. 125. 177. & 388. Decius consi. 301. n. 7. Theodori. Rex Gotthorum secūdum hęc apud Cassio. 2. variar. ep. 27. Iudęis rescripsit, *Sicut exorati iustū cupimus præbere cōsēsū: ita per nostra beneficia fraudes fieri legib. non amamus.*

9 g *Minores & viliores.* Quę sint viliores & minores personæ, docet & eas refert Alciat. ad l. mercis appellatione, 207. de verb. sign. abiectiores humiles dictæ in l. 1. C. de natural. lib. 5. tit. 27. viles, contemptæ, minimæ æstimationis, plebeię, vt in l. Pędius, 4. de incendio rui. & nauf. li. 47. ff. tit. 9. humiles tamen personas Valent. & Mart. CC. à pauperibus ingenuis distinxerunt in l. humilem, 7. de incest. nup. lib. 5. C. tit. 5. atque inter humiles & abiectas tantum ponunt, ancillam, ancillæ filiam, libertam, libertæ filiam, scenicam, scenicæ filiam, tabernariam, tabernarij, vel lenonis, vel arenarij filiam, aut eam quæ mercimoniis publicè præfuit.

10 h *Maiores & digniores.* Qui sint maiores aut minores, digniores & viliores aut pares, non potest satis apertè definiri nisi ad positionem eorum qui expressi fuerint in literis: habent enim hæc relationem & cōparationem ad aliquos, erit itaque hîc adhibenda iudicis æstimatio, iuxta l. 3. §. 1. de testib. ff. in genere tamen quo quis præest melioribus & præstantioribus, eo melior ipse & honestior habendus. Nouella 15. §. 1. de defensor. ciuita. vide & hîc gl. ad verb. *maiores.* Notat hic textus rescriptū de minorib. personis ad maiores nō extēdi: ratio generalis esse posset à rescriptorū natura, quę est stricti iuris, vt nō porrigatur extra expressa.

11 i *Multitudinem effrenatam.* Ita clausula, *Et quidā alij*, ad tres vel quatuor post personam expressam extendi tantum potest. iuxta c. 2. de rescr. in Sex. vbi glo. notat casus in quibus iure reprobatur infinitas.

12 k *Ad pares transire valeat.* Nam in symbolū habentibus, seu de similibus ad similia, facilis est transitus, c. 4. ad eius vers. *si igitur*, 5. dist. l. ex facto, 30. de negot. gest. vt iudex, qui iurisdictioni præest, de expressis ad similia procedere potest. l. nō possunt, 12. & l. nā vt ait Pædius, 13. de legib. in ff. l. si quis id quod, 7. §. fin. de iurisd. om. iud. li. 2. ff. ti. 1. l. quia actionum, 11. §. 1. de pręscrip. verb. li. 19. ff. ti. 5. l. sed etsi per Prætorem, 26. §. fin. ex quib. caus. maio. in integr. restitu an. li. 4. ff. tit. 6.

13 l *Fraus.* Quid sit fraudem committere, explicant ll. 1. 2. 3. 4. 5. 6. quæ in frau. cred. ff. li. 42. tit. 9. Dolū genus esse, & ei inesse fraudem, vt speciem generi, tradit gl. in l. iurisgentium, 1. §. sed etsi fraudādi, de pact. ff. fraudem alij dicunt deceptionem sine consilio, vt dolum malum, dum quis re & consilio decipitur, facit Papin. in l. fraudis, 80. de reg. iur. eò pertinent l. non alienat. l. nihil dolo, l. non fraudantur, l. in condemnatione, §. 1. eius tit. vide Alciat. ad l. aliud est fraus, de verb. sign. Nos autem docemus lib. 21. Synt. c. 13. quid dolus, eius diuisionem, quomodóve fraudem habeat: inest interdū dolo fraus. l. iurisgentium, §. si fraudādi, de pact. ff.

14 m *Patrocinari.* Id est. suffragium, vel auxiliū afferre, vel tutelā aut defensionē, vt ti. 14. li. 2. C. ne liceat potentiorib. patrocinium litigantib. pręstare, &c. & in l. 1. eius tituli, potentiorū patrociniū aduocare, & li. 11. C. ti. 5. vt nemo ad suum patrociniū suscipiat rusticanos, vel vicos eorum, & l. 2. eius tit. Inde patroni causarum, aduocati, qui causas defendunt, inde & patroni clientum, qui se in fidem & patrocinium eorū dedissent. Aulus Gellius, lib. 5. c. 13. Huius significationis defensio à patribus orta, siquidem cum Romulus patritios separans à plebe extulisset, & plebeios depressisset, ne aut illis inuidia horum obesset, aut hi illorū potētia circūuenirētur, vinculo necessitudinis cōstrinxit, quo & patritij plebeiis, & plebeij patritiis fuerūt cōmēdati: patritios. n. patronos plebis, plebeios patrū cliētes esse cōstituit, officiáq; defensionis & obsequij diligentissimè pręscripsit, vt scribit Dion. Halic. quare à patribus patroni alij dicti quoque, qui in suam clientelam vel defensionem alios suscepissent.

15 n *Non debent.* Dolus malus, aut crimen, nemini delinquenti lucrum adferre debent, vt hîc & in c. seq. c. ex literis, infrà de dol. cau. dictum est, 30. q. 1. c. cū dilectus filius, 18. de religios. domi. li. 3. tit. 36. l. 1. & l. ne ex dolo, de dol. ma. li. 4. ff. ti. 3. l. non fraudantur, 177. §. 1. de reg. iu. contrà, si bonus dolus sit, l. at qui natura, §. cū me, de nego. gest. ff. Dolus malus fit, calliditate & fallacia: dum circumueniendi vel decipiendi alterius animo, aliud fit, aliud dicitur vel simulatur. l. iurisgentium, 7. §. dolo malo, de pact. ff. vbi gl. notat calliditatē esse in tacendo, vt in l. 1. de actio. empt. ff. fallaciam in mentiendo. vt l. falsus, §. si quis de fur.

16 o *Impetratis.* Hinc collige mendacem carere debere impetratis. De hoc dictum suprà c. 2. c. super literis, 20. infrà hoc ti. c. 14. nec damnosa, c. 15. rescripta, c. 16. dicenti, 15. q. 2. vide & de subreptione in c. cum dilecti, 22. infrà hoc ti. facit l. pen. & fin. si con. ius vel vtil. pub. C. l. fin. de diuer. rescr. C. l. 1. de natali. restituen. li. 40. ff. tit. 1. Mēdacis hîc pœna, vt careat impetratis, sic fideiussor mēdax, qui inficiatur se fide iussisse, amittit beneficium diuisionis, l. si dubitet, 10. §. ita demum, de fideiussor. li. 46. ff. ti. 1. & creditor prior, qui negauerit rem esse eius à quo causam habet, cōtrario probato, amittit ius prioritatis temporis, §. illud quoque in iudicis, de triē. & semis. in Nouel. Auth. itē possessor, qui potio. in pign. habean. li. 8. C. ti. 18. Eodē modo punitur mendaciū in l. fi. de rei vend. ff. l. cū qui, de iureiur. Authen. contrà qui propriam, C. de nō num. pecun. Atq; solet Prætor causa cognita in integrum restitutionis permittere, nēpe vt iustitiā earū examinet, num veræ sint, vt ait Modestin. in l. 3. de in integ. rest. lib. 4. ff. tit. 1.

---

## Ad caput 16. Ex tenore.

### ARGVMENTVM.

1 *Cantor quis.* 2 *Prior quis.*
3 *Vnde sumptum hoc caput.*
4 *Tenor quid.* 5 *Explicatur mens capitis.*

### SVMMA.

*Qui super eodē negotio, cōtra easdē personas rescripta ad diuersos iudices impetrat, eorū omniū vtilitate priuatur.*

### Idem, R. Cantori, *a* & R. Priori *b* de Monte Leprosorum.

EX *c* tenore *d* literarū, quas nobis destinastis, intelleximus R. sacerdotem de Collouilla ad alios iudices super quęstione (quę inter ipsum & Abbatē de Becco vertitur) literas Apostolicas impetrasse, qui cùm partē citassent aduersam, dictus presbyter coram eis noluit litigare: & infrà. ¶ Cúmq. vos in causę cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis proposuit, quòd nō tenebatur per directas ad vos literas presbytero respondere

respondere, cùm per alias ab illis iudicib. fuisset citatus, quę auctoritate illarum non fuerant reuocatæ. ¶ Nos igitur attendentes fraudē presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negotio impetrantis, quarum altera nō faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus *e* alicui patrocinari non debent, decernimus, vt ipse commodo careat vtriusque *f*.

1 a *Cantori*. Quis dicatur cantor, vide quę diximus li.16. Synt.iur.ca.4.n.2.& li.15.ca.22.n.1.

2 b *Priori*. De Priorib. & Prioratibus secularibus, & regularibus vide quæ diximus li.15.Synt.ca.18.& 24.

3 c *Ex tenore*. Hoc caput sumptum ex capite 5. eiusdem tituli, in tertia compilatione.

4 d *Tenore*. Tenor literarum, pro contēto in literis. Tenorem rei progressum vocat. Quidam tenorem id quod attēditur, dicūt, quòd tenēdū est, vt Fel. explicat ad c.a. cum venisset, 25. §. quæstiones, de testib. quomodocūq; explices, semper à tenendo dicitur, siue continuatio, siue suspēsio, siue cōprēsio, vel aliud quod teneatur, accipiatur: vt tenor, accētus qui retinet vocē, quē tamen tenorē à τόνῳ Greco deducit Quintilia li.1. c.5. insti.Orato.& tenorē seriē dixit c.cū adeò 17. infrà hoc ti. e *Dolus*. Dictum de hoc superiori c.15.

5 f *Vtriusque*. Qui contra vnum super eodē negotio diuersos iudices per literas impetrauerit, vtrarumq; priuatur commodo, distingue tamen cum gl. in verbo, *negotio*, num plures seu diuersę literę impetrentur, ab eodem aut à diuersis. Si à diuersis, consideratur quis prior impetrauerit, ca. plerumque, hoc tit. & num sibi derogent, vt dictum suprà ca. si autem, 9. & in ca. ex parte, 12. vel num quædam ex literis sint speciales, quę derogent generalib. c. pastoralis, 14. §. quoniam supra. Quòd si & id dubium sit, nec alij alijs iudices velint cedere vel deferre; procedent singuli, donec per arbitros vel per superiorem S. Pontificem quibusdam ex illi detur solis iurisdictio, d.ca. pastoralis, in pr. vel remittetur inuolutum negotium ad summum Pontificē determinandum. ca. sanè, de off. deleg. Quòd si plures diuersæ literæ fuerint ab eodē impetratę iterū distinguitur, num ad eosdem iudices, vel ad diuersos dirigātur: si ad eosdē, nū pro eodem vel pro diuerso negotio. Si pro eodem, nihil ferè interest, si modò mentionē secundę faciāt de primis, aut nihil addāt noui, quod possit præiudicium adferre aduersario, vt notat hîc Io. Andr. Videntur quippe istæ literę tantū impetratę ad maiorem cautelam, idcircò non nocent non magis quàm habere eiusdem testamēti exemplaria plura eiusdem tenoris. l. vnum testamentum, de test. in ff l. fi. de his quæ in testamentum delent. l. 1. §. si quis in duobus, de bono. posses. secun. tabu. ff. Si verò literæ sint sibi contrariæ, neque de prioritate vel derogatione aliquarum constat, neutræ valent. c. imputari, infrà, de fid. instr. l. scripturæ, C. eo. tit. Nihil autem prohibet de alijs iudicib. priorib. coniungendis, vel de alijs in locū recusatorum subrogandis, legitimè impetrari, secundum dist. c. coram dilecto, 34. de off. deleg. infrà, li. 1. tit. 29. Atque si literæ ad eosdem iudices de alio negotio dirigantur, valebunt, si aliud non impediat, quia nouæ delegationes vt priores validæ. Porrò si ad diuersos iudices diuersæ literę dirigantur, si sint de diuersis actionibus, illisque personalibus, non valēt nouę per actorem impetratæ, cum sint coram priorib. iudicib. conueniendo & reconueniendo pertractandę, ca. dispendia, 3. de rescr. in Sex. si verò agatur de diuersis alijs actionibus, possunt sustineri diuersi iudices, de separatis negotijs, realib. maximè: at si de eodem negotio ad diuersos iudices idem impetrans commissiones diuersas obtinuerit, quia ad fatigandum aduersariū impetratæ censentur, neutræ illarum valebunt, vt in nostro c. ex tenore, & infrà c. nonnulli. vel illæ potiores erunt quæ prius præsentatæ fuerunt, & vi quarū aduersarius fuerit in iua prius vocatus, coram delegato. c. vt debitus honor, infrà, de appel. nisi posteriùs impetratæ de prioribus & de processu per eas facto expressè facerent mentionem, & reuocarent iam acta, vel retentis actis, & processu iam facto, in alios transferrent iudices potestatem, ca. inter monasteriū, de sent. & re iud. ca. coram, de off. deleg. alioquin, vbi cœptum est iudicium, finem & accipere debet. l. vbi cœptū, 30. de iud. in ff. & nulli audientia prorsus prębenda, qui causæ continentiam diuidere velit, & id quod in vno eodémque iudicio poterat terminari, ex beneficij prerogatiua, apud diuersos iudices voluerit ventilare; pœna ex officio iudicis imminente ei qui cōtra hanc supplicare præsumpserit sanctionem, vt statuit Constantinus, in l. nulli prorsus, 10. & l. 2. C. de iud. li. 3. ti. 1. Idem & ferè Papin. respōdit in l. 2. de quib. reb. ad eundem iudicat. li. 11. ff. ti. 2. idq; ne de eadem re diuersę & contrariæ sæpè à diuersis iudicibus ferantur sententiæ: diuersæ sunt enim hominum voluntates, & iudicia, l. quia poterat, ad Trebel. ff. naturalis hominū ad dissentiendum facilitas. l. item si vnus 17. §. principaliter, de recep. arb. li. 4. ff. ti. 18. l. 1. de libertis vniuersita. in ff. quia ad diuersitatem corporum diuersitas sequitur animarū. can. quia diuersitatem, de conc. pręb.

---

## Ad caput 17. Cùm adeò.

### ARGVMENTVM.

1 *Mediolanum vbi.* 2 *Vnde sumptum hoc caput.*
3 *Clericus quis dicatur.*
4 *Sufficiens beneficium quod dicatur.* 5 *Series quid.*
6 *Impetranti beneficium, possessum iam exprimendum etiam modicum. præbenda. 7. dignitas. 8.*
9 *Beneficia non conferuntur nisi clericis.*
10 *De clausula,* Si impetrans idoneus sit. *Et quis dicatur idoneus. 10. & 11.*

### SVMMA.

*Impetratio beneficij, in qua impetrans beneficium quod habet tacuit, non subsistit.*

### Idem Mediolanensi *a* Archiepiscopo.

CVm adeò *b* scripta sedis Apostolicæ moderemur: *c* & infrà. Scripsisti nobis quòd cùm ff. clericus *d* in Ecclesia Modecensi sufficientem *e* sibi sit prębendam adeptus, miraberis quòd pro receptione ipsius in Ecclesia de Grouzola, Præposito & fratrib. eiusdē Ecclesię literas miserimus: cùm si literarum nostrarum seriem *f* attendisses, nihil inuenisses in eis quod debuisset tuum animum offendisse. ¶ Cùm enim in literis, nec de præbenda *g* ipsius mentio haberetur *h*, nec Modecensis Canonicus, *i* nummo nec clericus diceretur *k* in eis: & in literis ipsis hæc esset adiecta conditio, si dignus existeret *l* ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum, intelligere potuisses, qualiter literæ ipsæ fuerāt impetratę.

1 a *Mediolanensi*. Mediolanū, apud Insubres, quos vocant Lombardos, non procul à Ticino fluuio, à Gallis ædificatum, vt scribit Liuius lib. 5. deca. 1. Cisalpinæ Galliæ Metropolis, Ptolom. in Gallia Lugdunensi cōstituit, inter Ligerim & Sequanam fluuios.

2 b *Cùm adeò*. Est sumptum hoc c. ex c. 7. eiusdem ti. in 3. compilatione.

c *Moderemur*. Consilij maturitate. c. 4. Apostolicę, 35. quæst. 9.

3 d *Clericus*. Quis dicatur clericus, ca. cleros, 21. di. clericū simpliciter facit initiatio verticis, seu prima tōsure

ra.can.clericus si tonsuram, 6.de vi.& honest.cler.possunt clerici esse sine cõiuge & cõiugati, titulo de alericis coniugatis: coniugari possũt, si non fuerint promoti subdiaconatum ordinem, vel maiores, & sint intra alios minores gradus, nisi aliud prohibeat. c.1.ca.3.de cler.coniu.c.si quis eorũ.32.dis.Potiũtur & hi priuilegio clericali, si velint deferre tonsuram & togam talaré, ca.sed quod verò, 31.dis.ca.pen.23.di.ca.1.§.pen.de elec.cõiu.in sex.Vide quę diximus li.16.Synt.ca.1.de laicis & clericis: obserua tamen non omnium priuilegiorũ esse capaces clericos coniugatos deferétes tõsuram, c.ex parte, de cler.coniug.sed tantum in causis criminalibus, ne conueniantur coram seculari iudice, ca.vn.de biga.in sex.c.at si clerici, de iud.& vt gaudeant beneficio, c.si quis suadente diabolo, 17.q.4.dũmodò bigami non sint. d. c.vnic. de bigam. in sext.

4 e *Sufficiente.* Sufficiens beneficium dicetur, nisi expressè aliter adiiciatur, & quod quis acceptauerit, c. conquerente, 6.de cler.non resi.si quis auté putet non esse sufficiés, debet exprimere sum.Pontifici, vel ei qui habet dispensandi ad plura potestatem, vel vniendi: qui quidem sufficientiam expendet, ex dignitate & scientia impetrantis & aliis quib.ad dispensandũ moueri poterit, c.de multa, de præb.c.sicut.de suppl.negli.prel.habenda quoque ratio nobilitatis. ca.nó cogantur, 41.dist.facit l.1.§.in honorariis, de variis & extraor.cogni.l.sed etsi quid, §.1.de vsufr.Item habita ratione onerum præstandorum à beneficio, vt hospitalitatis, munerisve alendi plures clericos. c. de monachis, de præb.c.sicut, de excess.prælat.

5 f *Seriem.* Tenorem, vt suprà ca.ex tenore, 16. vel ordinem & integrum rescripti contextũ, qui debet cõsiderari, alioquin inciuile est, & c.l.inciuile, 24.de leg.ff.

6 g *Mentio haberetur.* Cum in impetratione beneficij aliud beneficium possessum ab impetrante quantumuis modicum exprimendum est, ca.postulasti, 27. & ca.pen.hoc ti.ca.cũ teneamur. 6. de prę̨b.vide quæ dixi suprà ad c ad aures, 8.ad verbũ, *dignitatis*, nó tenebitur tamen impetrans in supplicatione facere necessatiò de beneficio annexo impetrato, & sufficiet si exprimat principale. Ioh.Andr.ad ca.super eo, de pręben.in Sex.quia accessorium sequitur principale, Rota decis.318.*Nota quòd vbi beneficia*, in Antiq.

7 h *Præbenda.* Quid sit, vide quæ diximus & de Canonicatu li.1 .Syntag.c.23.

8 i *Canonicus.* Dignitas quoque exprimenda impetrantis.d.c.ad aures, 8.suprà hoc tit.

9 k *Clericus diceretur.* Stilus Curiæ Romanæ vt impetrans se dicat clericum, qui & dicitur tonsuratus, sine prima illa tonsura, nemo beneficiũ Ecclesiasticũ habere poterit, ca.ex literis, 6.de trãsact.infrà tit.15.ita laicis beneficia conferri non possunt, capitulo 2. de insti.li.3.tit. .Cle.quia contingit, §.vt autem, de relig. dom.nisi speciale constituas sũmi Pont.beneficiũ, quo casu ex certa sciétia & causa dispésatione posset laicis concedere possessione beneficiorum, vt notant Inno. Panor.& alij in ca.quanto, de consuetu.gl.in ca.bene quidem.96.dist.ad verba, *Præter Romanum Pontificem.*

10 l *Si dignus existeret.* Hoc est, idoneus. Idoneis.n. & capacib. tãtum suor beneficia concedéda propter rationé, ca.nihil est, 44. de elect.in Sex. l. vt gradatim, de mune.& hono.ca.graue, 29.de pręb.ca.causã quæ, de elect.c.3.de concess.præb. & proinde mandatum de conferendo beneficium, semper subintellectum continere videtur hanc clausulã, *si impetras dignus inuenitur*, quare ferè semper & solet exprimi. ca. accepimus, 3.de ęt.& qual.ca.fi.de pręsũp.li.2 ti.2.maximè si rescripta concipiantur, *in forma dignũ*, ca.cum secundum Apostolum.16.de pręb.ibi, *examinationem ipsius duximus cõmittẽda.* Solebat ideò & Theodoricus rex, quando aut comitiuam aut administrationem alicui committebat, eundem ad Senatum cum literis mittere, vt tanquam candidatus à se nominatus, ab illo probaretur adhuc, vt liquet ex Cassio.epi.4. & 25.li.4. variarũ.& li.1.epi.1.& li.2.c.16.vbi & in principio videtur addere rationem. *Nostri enim studij*, inquit, *est, remunerationem recto conferre proposito.* Quid porrò in alijs gratiis quàm beneficiorum contineat illa clausula, *si idonei fuerint*, explicat Rota decis.382. in Nouis. Hinc mos sumptus in Gallia examinandi & probandi magistratus à principe codicillis donatos, pręsumitur tamen quilibet clericus idoneus beneficio, nisi de contrario doceatur, ca.fi.de præsump.li.2.tit.23. & ita licet de aliis omnib. iudicare, nec qui ita iudicat, argui poterit.ca.1.de scrutinio in ordine facié.infrà hoc li.tit.12. Cæterum si velis facilius dignoscere capaces, & idoneos ad beneficia, beneficiorum ipsorũ, & qualitatis eorum, habenda erit ratio, c.cum in illis, 16. de præb.in Sext.& aliorum, de quibus nos diximus li.17. Synt.iur.vniu.ca. inter cætera, nostrum c.tradit eum non idoneum beneficio impetrando, qui iam aliud adhuc habet. vt & in ca. super, de præb.ca.conquerente, de cleri.non resid.

11 Sed & dignus & idoneus scientia is præsumitur certius, qui gradus.vel nominationis habet Academię priuilegiatæ literas, l.nemini licere, 11.de aduo.diuers. iudi.li.2. C. tit.7. & quando actus habet debitam formam, facit præsumptionem habilitatis personæ, ca.in præsentia, & ibi Dec.n.10.de ,pbat.l.ab ea parte, eo.ti. ff.Quare ita graduatus vel nominatus ab Academiis, non debet examinari ab Episcopo.cui insinuat literas graduum & nominationis legitimo tépore: quia iniuria fieret Academiæ examinanti. gl.in §.ité quod vniuersitates, ad verbũ, *gradus*, de collat.in Prag.Sanct.Similisq; est praxis Romanę sedis, vt si quando S. Pontifex scribat pro graduatis, nunquam mandet inquiri de idoneitate impetrantis.vt examinetur cum iam sit probatus, in aliis cõtrà.Fel.ad c.fi. de pręsump Staph. de literis gratiæ, forma 10.expectatiuarum. Reb.ad §. præterea, ad verbum, *quinquennium*, de collat.si tamẽ ex aliqua causa manifesta semel approbatus desinat esse idoneus, & Doctor vel Licétiatus reperiatur factus insufficiens poterit reprobari, & insignib.Doctoratus, vel aliorum graduum, priuari, vt notat gl. ad §.ité vt de cætero.de colla.in Prag. Sanct. facit l.medicos, de professor.& medic.li.10.C.l vt gradatim, §.reprobari, de mune.& hon.ff.& ibi Barthol.l.sed & reprobari, de excus.tut.ff. idq; receptum propter publicam vtilitatem; cum ex graduatis vocentur ad magistratus, & ideò solent etiam in Gallia qui codicillos obtinuerint officiorum, rursum examinari à Curiis antequam prouisi admittantur ad administrationem officij. Notat & Panor.ad ca.cum secundum, de prębend.vbi est longa téporis distantiã inter gradum Licentiæ & Doctoratus, posse Licẽtiatum iterum examinari & reprobari.cum ex multis potuerit se inutilẽ reddere: etenim studia diu intermissa, amittũtur, vel aliis admissis curis suffocãtur, & memoria, nisi quotidie excolatur, labilis.

---

## Ad caput 18. Causam quæ.

### ARGVMENTVM.

1 *Decani.* 2 *Canonici.* 3 *Cameracum.*
4 *Vnde sumptum sit hoc caput.* 5 *De citatione.*
6 *Contumacia quid.* 7 *De eius effectu.*
8 *Possumus quod ius permittit.*
9 *De ordine turbato scriptura.*
10 *Beneficia principũ si nociua esse incipiunt reuocãtur.*
11 *Rescripta in quibus subiiciantur iuri communi.*
12 *De clausula, appellatione remota.*

### SVMMA.

*Ordo comprehensorum in rescripto, recipit à iure communi interpretatione.*

Idem

Idem Electo Decano, a & Nicolao Canonico b Cameracensi. c

CAusam quæ d inter Præmõstrateñ. & Præmoñ Ecclesias super possessionib. de Anapia vertitur: & infrà. ¶ Quia in literis animaduertimus fuisse incertum, quod si alterutra partium citata e legitimè, & præsentiam vestram adire, vel iudicio vestro parere cõtẽneret, f vos præsentis partis probationes recipere, g & quantum de iure poteritis, h in causæ cognitione ac decisione procedere minimè tardaretis. ¶ Nos volentes vt clausula illa, quantũ de iure poteritis, quæ antequàm de probationum receptione mentio fiat, fuerat inserenda: i clausulam illã de receptione probationum præcedat. Mãdamus, quatenus ipsam intelligẽtes ibidẽ, in causa iuxta tenorem literarum procedere non tardetis, prouisuri, vt si literarum auctoritate priorũ, in eodem negotio legitimè est processum, firmum & stabile perseueret: alioquin si occasione clausulæ memoratæ aliquid constiterit in alterius partis præiudicium attentatum, id virib decernimus cariturum: k mandantes, vt in decisione ipsius negotij (sicut præmissum est) tam super principali, quàm super incidẽtib. quæstionibus, appellatione remota l, canonicè m procedatis.

1 a *DEcano.* De Decanis nos multa, &c. qui sint, li. 15. Syntag. c. 21.

2 b *Canonico.* De Canonicis diximus dicto li. 15, Syntagm. ca. 25.

3 c *Cameracensi.* Cameracum oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardiæ, vulgò *Cambray.*

4 d *Causam quæ.* Sumptum hoc c. ex c. 8. eiusdem tituli, in 3. compilatione.

5 e *Citata.* Citare, in ius vocare est, tritum hoc nomẽ hodie inter forenses [illegible] pra[illegible]cos, in ea significatione: neq; etiam illud abh[illegible]ret à puritate recti sermonis, cùm & in hac vocandi ius significatione vsurpetur à Cicerone, vt pro Flacco: *Citat preco maxima voce legatos Acmonenses*, & in Verrem, *Citat reum, nõ respõdet: citat accusatorem*, &c. & pro Milone, *Tota denique rea citaretur Hetruria.* sicq; Nonius Marcel. de varia significatione sermonũ, citare, pro vocare à Cicerone accipi testatur. Apud Vlp. l. & post edictũ, 73. de iud. ff. *Post edictũ peremptoriũ impetratũ, cùm dies eius superuenerit, tũc absens citari debet, & siue responderit, siue nõ respõderit agetur causa*, &c. Et Diocl. & Max. in l. c[illegible]ntaneu[illegible], 8. ibi, *ter citatus*, & c. quomo. & quan. iudex. li. 7. C. ti. 43. Citatu[illegible] [illegible] contumacia arguenda, dicitur, si citatio tert[illegible] facta e[illegible], l. ad peremptorium, 68. cum trib. seq. de iud. d. l. consentaneũ, ca. ex tuæ, de cleri. nõ residenti. de citatione & citãdi formulis nos lib. 48. Synt. ca. 2. & quando vna sufficit, vel plures requirantur, eo. li. 48. c. 4. Omniũ instituendarũ actionum principiũ ab ea parte edicti procedit, quæ est de in ius vocando, §. omnium, de actio. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, 20. de con[illegible] o. ca. inter quatuor, de maio. & obed. ca. quoniam contra de probatio. l. 1. de præscriptio. lõgi tempo. C. l. vir bonus, iudicia solui. ff. cũ simil. In ius vocare, est iuris experiũdi causa vocare. l. 1. de in ius voc. li. 2. ff. tit. 2. Legitimè porrò dicetur facta vocatio, si fiat debito modo, secũdùm diuersas formulas citandi, iuxta naturam negotiorum & Curiarũ, vel cum apparitore, vel sine eo, viua voce, per edictũ, per literas, ad faciem, ad domũ & aliis modis, de quib. nos dicto li. 48. Synt. ca. 2. Interdũ & iura tradunt nõ esse necessariam citationem, vel vocationem eius qui præsens est, vel absentis, cui nulla vocato competeret defensio, vel dolosè latitantis, vel absentis, qui actum præsens impedire non posset; si suspectus de fuga, si moneatur, si periculum esset negotij in mora citationis, si actus expeditur per nudam conscientiam iudicis, si pactum sit de capiendo debitore, si pro absente in causa communi pronuncietur, si de iuramẽto agatur expediendo super liquidatione rerum vi raptarum, si de interrogandis testib. absfuturis cõtra absentem agatur, si actus absentẽ tantum respiciat per nudam consequentiam, si de dando curatore prodigo, si de tributis collectisue fiscalib. agitur, de quib. nos prędictis locis, & interpretes quos citat Nicolaus Antonius Grauatius, ad cap. 2. libro 6. Octouiani Vrestij, introductionis in aulæ Romanæ actiones, num. 30.

6 f *Contemneret.* Cõtumaces fiũt nõ veniẽdo, & nõ parẽdo, l. si quis ex aliena, de iud. ff. quãdo obedire deberẽt, nec tamẽ obsequũtur legitimè interpellari. l. cõtumacia, 53. de re iud. li. 42. ff. ti. 1. d. l. cõsẽtaneũ, C. quomodo & quan. iudex. d. l. ad peremptorium, 48. de iud. ff. De vera & ficta contumacia, & de iudicio contumacis actoris & rei, vide quæ dixi li. 48. Syntag. ca. 3.

7 g *Recipere.* Contumacia vera alterutrius partis interueniente, iudex præsentis partis probationes recipere, & si negotiũ instructũ sit, contra absentẽ legitimè vocatum & contumacẽ, iudicare poterit, vt hîc & c. 3. de dolo & contum. ff. li. 2. ti. 14. d. l. & post edictum, 73. de iud. non vtiq; semper secundum præsentem, sed secundum eũ, qui iure præstabit etiam absentem, d. l. & post edictum, dicta l. consentaneum, 8. & Auth. qui semel. quom. & quan. iudex. li. 7. C. ti. 43. Nouel. 112. ca. 3. §. omnem verò causam, de litigios. vide totum ca. quoniam frequenter, cum suis §§. vt lite non contesta. non proced. ad testium examina. expressè & in l. properandum, 13. §. & siquidem, cum sequentib. de iud. C.

8 h *De iure poteritis.* Hoc possumus, quod de iure possumus, quod ius, non impugnat. ca. fi. infrà de trãsact. li. 1. ti. 36. l. filius qui in potestate, 15. de condition. instit. li. 28. ff. ti. 7. l. non dubium, C. de legibus.

9 i *Inserenda.* Ordo scripturæ turbatus non officit, quando in vna & eadẽ scriptura, quæ supposita sunt, simul ponuntur etiam inordinatè, quia ordo non impedit causam iuris aut voluntatis. l. nec ordo. 6. de solutio. li. 46. ff. ti. 3. l. cum pater, 79. §. fidei tuæ, de legat. 2. l. quo gradu, & l. 1. §. prius, de vulga.

10 k *Cariturum.* Sic enim beneficia principum interpretanda sunt, vt non incipiant esse nociua aut iniqua. l. ex facto, de vulga. ff. l. Paulus, de prætor. stipulatio. l. sciendum, ex quib. caus. maio. ff. c. licet, de offic. ord. ca. ex tuarum, de authori. & vsu pallij.

l *Appellatione remota.* Vide ca. 1. suprà hoc tit.

11 m *Canonicè.* Secundum iuris canonici leges & regulas, ca. 1. sup. de constitutio. sic priuilegiorum & rescriptorum interpretationes in his, de quibus nihil apertè statutum vel dispositum est, iuris communis regulis subiici debent, l. si quando, 35. C. de inoff. test. li. 3. t. 28. & ca. Ecclesia vestra, 57. vers. *neque enim*, de elect. infrà, ti. 6. ca. audita, de restit. spol. quin & hoc interest inter rescripta & priuilegia, quòd rescripta secũdum ius commune, & non contrà, censentur concessa, nisi specialiter iuri communi derogent, cũ clausula *nõ obstante tali lege.* Cynus ad l. rescripta, de preci. Imperat. offer. C. tex. in l. fi. si contra ius vel vtil. rub. C. Host. ad ca. pastoralis, S. de fid. instr. Aliter quãdo rescriptũ est contra ius, statim est reiiciendum, ca. rescripta, 25. q. 2. c. 4. de ęta. & qual. ibi. *Vel literarum nostrarum obtentu.* l. 3. C. de pagan. & sacrifi. eo. Et si quando rescriptũ vel mandatũ principis non quidẽ contra ius expressè, sed præter iuris ordinẽ concessum, pręsentetur iudici cui iniquũ quodámodo videtur, monere debet principẽ antequã exequatur, & secũdum mãdatũ expectare. c.

si quando, de off. iud. del. §. hoc verò iubemus, vt nulli iudici liceat habere loci seruator. Non. 134. vt si quãdo aliqua Decretalis allegatur, quę videtur iuri cōmuni dissona, nō debet secũdùm eã iudicare, donec principẽ cōsuluerit, c. pastoralis, 8. de fid. instr. li. 2. ti. 22. priuilegia verò derogant in concessis iuri communi. ca. 1. & ibi gl. in verb. *noscatur*, de constitutio. in Sexto.

12 *Appellatione remota.* Similis clausula, *Submoto appellationis obstaculo*, proximo ca. 19. & suprà ca. 1. vbi quædam notaui. ca. secũdò requiris, 41. & c. vt debitus honor, 71. de appella. li. 2. ti. 28. vtitur hac clausula dũ delegat solus princeps, non alius iudex: l. 1. §. si à quib. appell. non licet. li. 49. ff. ti. 2. sicut.n. solus princeps potest magistratibus iurisdictionẽ vt placuerat definire, sic & potestatẽ. l. 1. ad leg. Iul. de ambi. ff. l. quidã cōsulebãt, 57. de re iud. ff. definiunt & eadẽ potestate principes, ne liceat à certorũ magistratuũ sentẽtiis prouocare, neà principe, ne à Senatu, l. 1. à quib. appel. nō lic. d. li. 49. ff. ti. 2. l. 1. §. de qua. de postul. l. quominus, de fluminib. ff. l. nō ambigitur, de legi. nec ab aliis quibusdã, de quib. nos li. 50. Synt. iur. ca. 2. n. 24. Alex. ab Alex. li. 6. Genial. c. 20. Contra quorũ tamen sententias datur aliquando, & intra certa tẽpora facultas supplicandi principi, & remedium retractationis, vel reuisionis iudicati, l. si quis aduersus, 6. & Auth. quæ supplicatio, de precib. Imper. offer. vide Iohan. Luciũ li. 5. placito. ti. 6. Papũ li. 19. Rhapsodiæ arest. tit. 8. & to. 3. Notar. c. 10. *des moyens cōtre les arrests.* Et hæc remedia etiam à principe solo vel eius Cancellaria, vel eius permissione conceduntur, non ab aliis, qui nec his, nec aliis modis possunt restituere remediũ naturalis defensionis iam ademptum, cum tamen iudices, si appellatio permittatur, de ea statuere possint, & si non sit prohibita, eam admittere teneantur. l. & in maioribus, C. de appella. ca. decreto, 2. q. 6. vide l. à procōsulib. C. de appella. c. de priore, & ibi gl. & Doctores de appel. l. quoniam iudices, C. eo. tit. agũt de pœnis & multa iudicis non admittentis appellationem interpositã. Effectum porrò clausulæ, *appellatione remota*, tradit Host. in sũma. ti. de appel. §. fi. Specul. ti. de appellationi. §. in quibus, Barth. ad l. 1. quis & à quo app. ff. Bal. ad l. nouum, de appel. C. & ad ca. super eo, de off. dele. Distinguitur autem inter principes apponentes prędictam clausulam: nam si summus Pont. illam apposuerit, illa intelligenda est de appellatione tantum friuola, non de alia, quæ iustam appellandi causam videatur habere. c. vt debitus honor, de appel. Alioquin.n. si nō fuisset illa clausula apposita, omnis appellatio, siue iusta, siue iniusta iudici videatur, iure Pontificio admittitur, & post & ante definitiuam sentẽtiam. ca. super eo quòd solicitudo, 10. c de appellationibus, 11. ca. super eo & infrà, 12. de appel. quod non fit cum clausula, *appellatione remota*, adiicitur, per quam remouentur friuolæ appellationes, postquã virtute rescripti quis fuit vocatus coram iudice delegato cũ hac clausula, *nō autẽ ante citationem*, ca. meminimus, 9. de appel. at si princeps laicus, putà Rex, Imperator, vel alius, qui superiorem non habet, rescriptis cōmissionis apposuerit illã clausulam, *appellatione remota*, vel, *vt nō liceat prouocare*, omnis prouocatio cuiusq; generis cẽsetur interdicta iure ciuili, verba enim debent aliquid operari, l. si quando, de legatis. 1. nihil autẽ operaretur prohibitio appellandi, si ad friuolas tantum prouocationes referretur, quia iure ciuili illæ aliunde sine rescripto sunt prohibitæ, & aliæ ante sententiam definitiuam, nisi in certis casib. d. c. super eo, 12. de appel. & sic notat gl. ad l. 1. §. fi. ad verbũ, *prouocare*, quando appellan. sit. ff. Cæterum notant interpretes, quòd licet clausula, *appellatione remota*, tollat effectũ appellationis in eo, vt quamuis appelletur, non suspẽdatur ideò iurisdictio cognoscentis vel delegati, quominus possit suam sententiam exequi appellatione non obstante, & antequam à superiore recipiatur, iuxta c. pastoralis, & ibi Panor. de off. del. non tamen tollatur appellatio ratione superioris, ad quẽ appellatur, qui vel considerato grauamine, vel iniustitia iudicis, à quo prouocatũ fuit, potest appellationem recipere, & sententiam retractare, Bal. in additionib. ad Specu. ad verba clausulæ, *appellatione remota*. probat & d. §. propterea, notat Panor. ad ca. inter cæteras, de re iud. Atque recepta appellatione superior, ad quem est prouocatũ, potest inhibere cognoscẽtẽ à quo appellatũ, ne vltra procedat vel exequatur; quare à tẽpore factarũ inhibitionũ harũ per apparitorem, nō poterit inhibitus iustè ad vlteriora procedere vel cognoscere, cum teneatur superiori deferre. ca. non solum, de appel. in Sex. Inno. in ca. pastoralis, de off. del. Censetur & seipsum inhibuisse, & ita sibi impedimento erit, ne cognoscat iudex, cui causa cognoscenda cōmissa est appellatione remota, si admiserit interiectã appellationẽ. Barth. ad l. eius qui, de appel. recip. l. intra vtile, de minori. quãtũ autẽ operetur admissio appellationis friuolę & inutilis, legitur & notatur in ca. cum appellationib. & ca. cordi, de appel. in Sex. ca. ex literis, de matrim. contract. contra interdictum Eccl. ca. ad Romanam, 2. q. 6.

---

## Ad caput 19. Constitutus.

### ARGVMENTVM.

1 *De Senonensi Archiepiscopo.*
2 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
3 *Fratres quomodo dicantur Canonici, & alij.*
4. § *Cognati principum.*
6 *De literis pceptoriis & monitoriis ad beneficia. & n. 8.*
7 *Veritas tacita vitiat rescriptum.*

### SVMMA.

*Mandatũ ad obtinendam præbendam, in Ecclesia, in qua numerus certus præbendatorum est, debet continere mentionem eius numeri, si per rescriptum frangitur præbendatorum numerus.*

Idem Senonensi Archiepiscopo *a*.

CONstitutus *b* apud sedem Apostolicam P. clericus, proposuit quòd cùm C. P. M. Decano, & capitulo Bituricensi dederit in mandatis, vt ipsũ reciperẽt in Canonicũ & in fratrẽ *c*: & præbendã ei conferrent, si qua tunc in eorũ vacaret Ecclesia, vel proximò vacaturã, & ipsi cùm mandatum *d* eius admittere nō curassent, eis præcipiẽdo mãdauit, vt quod mãdauerat adimplerent, sibi super hoc executorib. deputatis: & infrà. § Verùm pars aduersa respondit: quòd cùm in Bituricensi Ecclesia certus esset numerus Canonicorũ institutus: firmatus iureiurãdo, & per Rom. Pont. confirmatus: & cùm de hoc memoratus P. nō fecisset suis literis mentionẽ: intelligendũ erat circumuenisse prædecessorẽ nostrum, & dictas literas veritate tacita, *e* impetrasse: & infrà. § Discretioni vestræ mandamus, quatenus si legitimè vobis constiterit, numerũ Canonicorum (qui nunc est in eadem Ecclesia) per Decanum & capitulum eiusdem Ecclesiæ iuramento firmatum antequam *f* prædictus clericus literas executorias impetrasset: quicquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis, alioquin ei faciatis in eadem Ecclesia præbendam (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellationis obstaculo assignari.

1 a *Seno-*

1 a SEnonēsi. Dictū de hoc Archiepiscopo suprà ca. 1. & 15. In antiquis libris autē & legitur, *Idē Senonensi Archiepiscopo, & P. S. Maria in via lata Decano.*

2 b *Constituimus.* Hoc ca. sumptum ex c. 9. de rescr. in tertia compilatione.

3 c *Fratrem.* Canonici dicuntur inter se fratres, vt hîc, & in c. literis, 39. & c. Capitolum, 30. hoc tit. infrà. c a. dilectus, 27. de preb. soli idcirco non alij osculo se salutāt, dū pax Domini, in sacra Missa datur. ca. dilecto filio, 25. de preb. fratris nomē amicitię signum Symmacho li. 2. epist. 21. 45. 67. 71. Frater propriè ab iisdem parentibus genitus, quasi ferè alter, & ferè eiusdem substantię. Nigidius & Gellius li. 13. c. 10. Quidam existimarunt fratres quasi à patre dici, inde φρατρίας, eiusdem cœtus, veluti eiusdem originis homines, curias, sodalitia. Patet Gręcis πατὴρ, inde πατρία cœtus seu familia eorum qui habent eundē patrēfamilias. Existimant & φρατρίαν primū dictā, πατρίαν & per epēthesim literæ ρ, φρατρίαν. Et vt ait Oro. apud Etymologū, φατρία dicitur ἀντὶ φρατρία. ὅπως δὲ ἰσὸς ἐξ ἀγωνὸς ἀνδρὸς ὡς ἀνδρὸς κατὰ διαδοχὰς ἐπίκτησιν λάβῃ τὸ γένος, τί, τὸ ἐπὶ πρὸ ἀναοἰσάσθαι, vt Heraclidę inquit, & Arehemenidę apud Persas φράτηρ pet η, & φράτωρ pet ω, qui erat ex eadē fratria, i. coria. φράτορες contribules, eiusdem curiæ. Et quia nulla maior est amicitia ea quæ semper in eadē viuēdi consuetudine creuit, talis autē sit fratrum, qui plerūque nati ab vna matre, vel eodē semine geniti, & paruuli & adulti in domo vna aliti, iisdē præceptorib. instituti fuerūt, maior amicitia quàm fraterna non dicitur. Sic Sociō Alexandrinus, οἱ ἀδελφὸς παρέντες, καὶ ἄλλους φίλους ζητοῦντες, παραπλήσιοι τοῖς τὴν ἑαυτῶν γῆν ἐῶσι, τὴν δ᾽ ἀλλοτρίαν γεωργοῦσι. *Qui relictis fratrib. alios amicos quærunt, similes illis sunt, qui suam rus incultū sinūt, & alienū excolūt.* In reb. periculosis vix vnquā frater solet fratri deesse, vnde sumptū prouerbiū, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, id est, *frater viro adsit*, de quo Plato 2. de Repub. Eras. Adagior. Chiliade 1. centuria 7. adagio 92. Quēadmodū si discordia vel simultas aliquādo inciderit inter frates, solet esse atrocissima, χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν, καὶ οἱ πέρα στέρξαντες οἱ δὲ καὶ πέρα μισοῦσιν, vt ait Aristoteles li. 7. Polit. *Acerba bella fratrū, & qui supra modū amant, iidem & valde & supra modū oderūt.* Ita societas inita speciē fraternitatis habere dicitur, vt ait Vlp. in l. verū est, 63. pro socio. ff. lib. 17. ti. 2. & Quintil. decla. 16. *A primis,* inquit, *statim ætatibus, in eandē coire vitam, habet aliquē fraternitatis affectū.* Et Ariston. ἡ τοῦ βίου κοινωνία, μακροτέραν τὴν φιλίαν ποιεῖ: id est, *diuturna vita cōmunio stabiliorem amicitiam reddit.* Et qui frater etiam natura non est, si fraterna charitate diligitur, rectè cum nomine suo, sub appellatione fratris hæres instituitur. vt ait Paul. Iurisc. in l. nemo, 53. §. fi. de hered. instituen. li. 28. ff. ti. 1. Iudæi inter se fratres dicebantur, nati ab vna stirpe Iudæ Patriarchæ, item & maiori proximitate coniuncti dicebantur fratres. Ratione generationis, quòd omnes ab vno patre, & vna matre generati fuerimus, ab Adamo, & Eua, omnes fratres sumus orti. Ratione creationis, quia pater vnus nostrū omnium Deus, & fratres, Malac. 2. c. vers. 10. quia & regenerati omnes in Christo, qui carnē humanam dignatus accipere, qui faciat voluntatem Dei patris eius, frater Christi est, D. Matt. c. 12. vers. 49. D. Marc. c. 3. vers. 24. D. Lucę c. 8. vers. 20. ita omnes Christiani, in Christo fratres, c. 24. ad mēsam, 12. q. 2. secūdum fidem, vt fratres Christi, vt secundum carnē more appellationis Iudæorum proximi eius, & ex eadem tribu dicti, vt docet D. Augusti. in ca. 7. Euangelij secundum Ioan. copiosè D. Hiero. aduersus Heluidium. Ratione arctioris sodalitij Christianę normæ viuendi, & qui eiusdem ordinis sunt, fratres dicuntur eius ordinis, vt in inscriptione ca. 6. cùm ordinem, suprà h. ti. sic & hic Canonici eiusdem Ecclesiæ, fratres dicuntur inter se, non aliorum clericorum diuersi ordinis vel Ecclesiæ.

4 Et quia etiam cōmunio est dignitatis, & solicitudinis gregis Dei participatio, inter omnes Episcopos Ecclesiarum & summum Pontif. quia Episcopi sunt in partem solicitudinis vocati, ipse autem in plenitudinem potestatis, ca. ad honorem, de authori. & vsu pallij; ita dum sum. Pontifex scribit, vocat fratres Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas: cæteros autem filios, quamuis sint Imperatores vel reges. c. quàm graui, de crimine falsi, quia & coadiutores summi Pontif. officij & oneris eius sunt Episcopi, c. per venerabilem, §. sunt autem, qui fil. sint legit. dummodò fuerint cōsecrati: nam electos tantum & nō cōsecratos licèt Cardinales, nō Episcopos, nō vocat fratres, sed filios. c. 1. de suppl. negligen. prælat. glos. in ca. 1. de offi. leg. in Sext.

5 Principes seu reges eos qui sunt in dignitate à se cōstituti, vocant cognatos, quamuis extraneos, vt Esdrę 3. c. 4. v. 42. ibi, *Proximus mihi sedebis, & cognat⁹ vocaberis.*

6 d *Mandatū eius admittere, &c.* Verba illa, *Cùm mandatū eius admittere nō curassent, eis præcipiendo mandauit, vt quod mandauerat adimplerent, sibi super hoc executorib. deputatis,* indicant, olim ex stilo Curiæ fieri, vel dari solitas in mandatis ad beneficia conferenda, tres literas, nēpè monitorias primò, dehinc præceptorias, & postremò executorias, de quib. in c. Capitulum, 30. & c. ex insinuatione, 37. infrà h. ti. & nos diximus in tract. rescriptorum seu suprà li. 1. in forma mandatorum, c. 5.

7 e *Veritate tacita.* Qui veritate tacita impetrat, circumuenisse dicitur concedentem. De hoc porrò vitio rescripti agitur infrà proximo 20. ca. super literis.

8 f *Antequam.* Contrà si posteà, vt hic & ca. cum te, suprà hoc tit. ante literas executorias per monitorias nō afficiebatur beneficium, ca. dilectus, in 2. de preb. nec per præceptorias, c. si soli, de concess. præb. c. eam te, de præbend. sed per executorias. can. si Capitulo, de concess. præb. in Sext.

9 g *Sublato appellationis obstaculo.* Dictum de ea clausula, suprà ca. 18. reliqua quæ pertinent ad explicationem istius c. ex glossa pete.

---

## Ad cap. 20. Super literis.

### ARGVMENTVM.

1 *Diuersa lectio inscriptionū.* 2 *Pictauium vbi.*
3 *Vnde sumptum caput, & quæ rescripta contineat.*
4 *Peccata ex malitia.* 5 *Ex ignorantia.*
6 *Mendax caret impetratis.*
7 *Simplex & simplicitas quid.*
8 *De rescripto in parte verum, & in parte falsum continente.*
9 *Quando non expressa in rescriptis ea non vitiant.*
10 *De dictione,* forsan.
11 *Vocatio ad precum qualitatem cognoscendam, non dat iurisdictionem.*
12 *Delegatus sequi debet mentem delegantis.*

### SVMMA.

*Hic agitur de rescripto, in quo expressum falsum vel tacitum, verum.*

### Idem, Canonico a Pictauiensi b.

SVper literis c quæ ab aliquib. ex malitia d & à nonnullis ex ignorantia e (tacita veritate, vel suggesta falsitate) impetrātur à nobis: diuersos intelleximus diuersa sentire, aliis asserentib. eos debere prorsus carere omni cōmodo literarū, cùm mēdax precator carere debeat penitus impetratis, f aliis verò dicētib. quòd etsi forma carere debeāt in literis nostris expressa, nihilominus iuxta rigorē iuris sit à delegato iudice in negotio procedēdū. ¶ Nos igitur inter eos qui per fraudē vel malitiā, & illos qui per simplicitatē g vel ignorantiam literas à nobis impetrāt,

huiusmodi credimus discretionem adhibendã, vt hi, qui priori modo falsitatem exprimũt, vel supprimũt veritatẽ, in suæ peruersitatis pœnã, nullũ ex illis literis cõmodũ cõsequantur: ita videlicet quòd delegatus (postquã sibi super hoc facta fuerit fides) nullaten' de causa cognoscat: inter alios autẽ, qui posteriori modo literas impetrant, diximus distinguẽdum, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa: nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occulta, quæ quamuis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus (saltẽ in forma communi) literas dedissemus, delegatus non seqnẽs formã in literis ipsis appositam, secũdùm ordinẽ iuris in causa procedat. *h* Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiã veritatis literæ fuerint impetratæ, quia tacita vel expressa nos nullas prorsus literas dedissemus, *i* à delegato nõ est aliquatenus procedẽdũ, nisi forsitã *k* eatenus, vt partib. ad suam præsentiã cõuocatis, de precum qualitate *l* cognoscat, vt sic in vtroque casu, eadem ratio, quę denegãtem moueret, moueat etiam delegatum: & vbi delegans suas literas denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat. *m*

1 a CAnonico. In antiquis libris scriptum, *Aimerico S. Hilarij Canonico.*

2 b *Pictauiensi.* Pictanium, ciuitas præcipua Pictonum. Sunt verò Pictones Gallię Aquitanicę populi, vt & scribit Ptolomæus li. 2. Geograph. c. 7. Plin. li. 4. c. 19. vicini Petragoris & Sanctionibus. Ciuitas hęc Episcopalis est, in prouincia Burdegalensi, regnóque Francorum sita.

3 c *Super literis.* Hoc ca. sumptum ex ca. 10. in tertia compilatione, eiusdem tituli de rescr. Porrò Decretalis hęc habet locum, non tantùm in rescriptis ad lites, sed etiam in gratiosis ad beneficia, vt notatur in deci. Rotæ 581. *Quidam obtinuit gratiam*, in Antiq.

4 d *Ex malitia.* Explicamus varias causas delinquẽdi, vt ex proposito, casu, impetu, in li. 30. Synt. ca. 2. vide ibi. & in l. respiciendum, 11. §. delinquitur, de pœn. Peccata ex malitia maiora, vt præmeditata, & spontanea, ideò maior pœna imposita, ca. 1. de homic. Leuit. c. 6. eo modo dolus malus errorem in rescripti scriptura admissum, subiicit criminis falsi accusationi. l. nec exemplum, 20. ad leg. Cornel. de fals. C.

5 e *Ignorantia.* Delicta ex ignorantia, etiã aliqua expiatione indigere demonstratur in c. 4. Leuit. excusat tamen si non in totũ, tamen ex parte à peccato l. quęcumque, de seruis fugit. C. l. in omni parte, de reg. iu. l. si quis in tantum, C. vnde vi. & parcitur ignoranti seu nescienti, l. fideiussor, mandat. ff. l. si fundũ, C. de euict.

6 f *Impetratis.* Suprà c. sedes Apostolica, 15. & ca. 2. vbi de hoc. & ca. 10. dicenti, 25. q. 2. quæ iura & similia hîc distinguuntur num per ignorantiam.

7 g *Simplicitatem.* Simplicitas est, quæ fraudem & malitiam non habet, ea potest describi, dum quis aliquid agit aliter quàm oporteat, ita tamen sine dolo malo agit, vt se bene agere arbitretur, isq; dici potest vt simplex, sic apertus, credulus, vniformis, non callidus, non versutus, aut multiformis; ita Cicero in Academicis, *O simplicem hominem, qui nos nihil celat. ἄπλαστε ἀνὴρ*, vt simplex vir dictus Iacob, Gen. c. 25. & simplices in malo, ad Romanos c. 16. & in simplicitate se fuisse conuersatum dixit D. Paul. 2. ad Corinth. 1. & qui sine malitia ita delinquunt, aliquatenus est indulgẽdum, sicut Cassiod. scribit lib. 12. Varia. epist. 3. *Feroces districtione premendi sunt: mansueti ciuiliter admonẽdi: dolosi cautè: simplices sub lenitate tractandi sunt. Simpliciter & ignoranter delinquentibus, potest de indulgentia domini venia cõcedi*, cau. 3. scriptura dicit, de cõsec. dist. 2. ex D. Cypriano lib. 2. Epistolar. epist. 2. Eo modo excusatur corruptio albi prætorij facta per imperitiã vel rusticitatem, non etiam si per dolũ malũ, l. si quis id quod, 7. §. doli mali, de iurisdict. omn. iud. ff. & in Nouel. Iustin. 73. de instrumento. fide & cautela, §. hæc autem omnia. remittitur rusticis aliquid de solẽnitate iuris ciuilis, in agris, vbi multa simplicitas est, neque scribentium, vel testium copia est.

8 h *Procedat.* l. 1. si contra ius vel vtil. pub. C. notat & Rot. dec. 515. incip. *Nota q̀ licèt*, in Antiq. quòd licèt plura capitula in commissione impetrata narrentur, quorũ aliqua sint falsa, aliqua sint vera, si ex veris possit sequi conclusio, valeat cõmissio, iuxta c. ex parte, c. inter cæteros, ca. olim, de rescrip. facit ca. licèt, de probatio. Notat & Fel. hîc, & Ægid. dec. 4. & Rot. dec. 350. *Nota quòd illa falsitas*, in Antiq. falsitatem expressam, quæ non induceret ad citius concedendum rescriptũ, non vitiare gratiam. Consentit Inno. ad ca. in nostram, hoc ti. & ad c. cum nostris, de conces. præb. in gl. *litera tamen.* Qualiter autem literę per subreptionem impetratę valeant, vide Ioan. Monach. ad ca. 2. de fil. presb. in Sex. & quę diximus in tract. seu li. 1. rescriptorum de falsitate, obreptione & subreptione rescriptorum, c. 49. & c. 50.

9 i *Dedissemus.* Plura possunt esse, quæ expressa remota tenentur gratiam rescripti, quæ hîc recenset glossa, ad verbum, *dedissemus*: alioquin quis non præsumitur fraudem commisisse pro literis quæ solent facilè concedi. ca. accedens, 8. de crim. falsi, lib. 5. ti. 20. vt non pręsumitur dolus committi pro re modica. l. si oleum, §. si. cum leg. seq. de dol. ff.

10 k *Forsan.* Vox, *forsan*, dicitur temperamentũ Philosophicum à gl. ad l. mutus, 43. ad verbum, *forsitan*, de procura. li. 3. ff. ti. 3. vbi de hoc; atq; hanc dictionem affirmatiuam non negatiuam facere sentẽtiam, ex plurib. notat hîc gl. vide & glos. in c. nisi cum pridem, ad verbum, *forsan*, de renun. Rebuff. ad titulum de forma mandati, ad verbum, *dispensationem*, vers. *vidi dubitari*, in Concorda.

11 l *Qualitate.* De falsitate aut veritate l. 2. 4. 5. si cõtra ius vel vtil. pub. C. l. vniuersa, 7. de diuer. rescrip. C. non enim præiudicium faciat rescriptis hæc præmissa cognitio, quæ ad iudicium præparatoria est, vt in l. si quis ex aliena, 5. de iud. ff. quãdo dubitatur de iudicis iurisdictione: aliter verò si appareret euidenter, nullam esse delegati potestatem, quia nõ posset tunc vocare coram se contendentes, vt notat hîc Panorm. n. 10. facit c. si duobus, infrà de appellatio. l. 2. si quis in ius vocat. non ierit. ff. per rationem l. fi. de iurisd. omn. iudic.

12 m *Interponat.* Quia delegatus sequi habet mentem delegantis in resc. c. cum adeò, 17. sup. hoc tit. aut si dubitet de ea, debet explicationem ab eo petere. c. 2. de off. deleg. Eadem ratio quæ delegantem moueret, debet mouere & delegatũ, inquit hic textus: nihil enim proprium habet delegatus, nec pro suo imperio agit, sed eius cuius mandato ius dicit, l. 1. §. qui mandatam, & l. etsi Prætor, 3. de officio eius cui mand. est iur. in ff. ita vt si sum. Pontifex temperatè procederet, ipse quoque procedet, c. sanè quia, 11. de off. deleg. & in summa, iuxta ea quæ sum. Pontifex intelligit, delegato agendum est, c. audita, de restitut. spol. c. cum causam, & c. fin. de præbend. capit. super eo, de offic. deleg. Vide quæ dixi infrà ad capit. 38. mandatum, ad verbum, *intentio.*

---

## Ad caput 21. Edocети.

ARGVMENTVM.

1 *Abbas quid.*
2 *Conuentus quid.*
3 *Præmonstratensis ordo.*
4 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
5 *Querelantes & querela quid.*
6 *Abbas quando negotia monasterij debeat procurare.*
7 *Monasterij & Abbatis bona communia & diuisa.*

SVMMA.

*Abbas pro negotiis sui conuentus conuenitur, nisi Abbatis & conuentus bona sint separata.*

Idem, Abbati [a] & conuentui [b] Præmonstratensi. [c]

EDoceri [d] postulastis à nobis, vtrùm per literas aduersus Abbates (nulla mentione habita de suis cõuentibus) impetratas, teneantur Abbates ipsi super causis (quæ ad conuentus pertinent & eosdem) de ipsis querelantibus [e] respondere: ac licèt inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint (ne respõdeant) se tueri. ¶Super quo diximus respondendum, quòd (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quominus debeant auctoritate literarum huiusmodi legitimè respondere. ¶Cùm ex officio suo teneantur [f] congregationum suarũ negotia procurare: nisi fortè Abbatis & conuentus negotia essent omnino discreta. [g]

1 a ABbati. Abbas, est præpositus monachorum ab eremo in formam viuendi & societatem trãslatorum, ab אבא *Aba*, voce, quæ significat patrẽ, vt fusè nos explicamus lib. 15. Syntag. iur. cap. 13. *Abba pater.* D. Marc. 14. ad Rom. 8. ad Gal. 4. De Episcopi & Abbatis differentiis, non prædicto c. 13. li. 15. nu. 14. primus inter monachos, & qui etiam optimus, eligi debet, §. fi. de monachis, Nouel. 5.

2 b *Conuentus.* Conuentus, est congregatio personarum communem vitam agentium, vel in vnum cõuenientium, vt paulò pòst in hoc c. dicitur & cœnobium. Pan. ait hîc conuentũ dici vt plerumq; de religiosis, capitulum de secularibus clericis.

3 c *Præmonstratensi.* Circa ann. 1135. Nobertus Lotharingus Augustinianus, ordinem Præmonstratensium Canonicorum inchoauit, sub Innoc. II. S. Pont. vt scribit Polyd. Verg. li. 7. de inuent. rer. c. 1. Narrat Sigeberti continuatio, hunc Nobertum Episcopum, authorem Præmonstratensis ordinis, suis prædicationibus adeò profecisse, vt Antuerpiæ Adamitarum hæresim per Tademum publicatam penè sustulerit; per Innoc. II. quidam aiunt ordinem confirmatum.

4 d *Edoceri.* Hoc c. sumptum ex c. 11. eiusdem tituli. in 3. compilatione.

5 e *Querelantibus.* Sine diphthongo, à queror, seu lamentor, vel quæstionẽ seu cõtrouersiã moueo: querula vox doloris, nec se continent immuniti, & læsus animus vociferatione pascitur. Cas. in edicto Theodorici regis li. 2. Variar. c. 25. Vsurpata vox sæpe in iure Pontificio, querela, ꝓ negotio apud iudicẽ deducto, vt c. querelam, 24. de elect. inf. ti. 6. c. querelam, 15. de simo. lib. 5. tit. 3. c. querelam, 10. de iureiu. lib. 2. tit. 24. c. fi. de prælati vices suas, lib. 5. ti. 4. dicitur & querimonia, c. querimoniam, de iure pat. lib. 3. titul. 38. Vtroque nomine vtitur Cic. vt ad Quintum Fratrem. *Epistola plena stomachi & querelarum.* Et ad Atticum, *Querela de damnatis,* Rursum in Verrem, *In populi Romani quotidiana querimonia.* Et ad Q. Fratrem lib. 2. *Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus.* & alibi. Horatius in arte. *Versibus impariter iunctis, querimonia primũ.* Hæc duo promiscuè, querela & querimonia, in eodem sensu communiter vsurpantur à Latinè loquentibus, Cornelius tamen Fronto sic distinguit, vt querimonia certæ rei sit, & grauitatis cuiusdam: querela verò superuacua, & cum leuitate quadam cõiuncta. Legimus ergo vtrumque, & querelam, & querimoniã apud bonos authores, at nõ memini me legisse, *querelare,* ꝓ quæstionem, vel controuersiam mouere, apud eosdẽ. Causam pro querela materiave iudicij dixit c. totus, 10. de verb. sig. Pragmatici Galli retinent nominis significationem, & vocant petitionem quæ cõqueruntur de aliquo, *la plainte.* In iure Ciuili querela vt plerumq; accusationem habet, vt apud Diocl. & Maxim. in l. si quis se iniuriam, 8. de accus. lib. 9. C. tit. 2. sic querela dicitur inofficiosi testamenti, in l. 1. & l. nam etsi parentib. 15. & aliis legib. de inoff. test. ff. li. 5. & lib. 3. C. tit. 28. pro accusatione testamenti de inofficioso. Græcis etiam dicitur μέμψις, ipsa conquerendi & incusandi actio. Propriè τῆς ἀνεκλειπτοῦ κατηγορίας, vt Ammo. tradit, & ideò Burchardus li. 2. c. 194. verba Cõcilij Carthaginensis c. 8. vbi ita scriptũ, σκοπουμένου μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχει δικαίαν, id est, *considerato nunquid aduersus Episcopum iustã habeat expostulationem,* sic vertit, *At si querimonia iustam habeat aduersus Episcopum, inquirendum est.* Quod & relatum in c. si quis presbyter, 11. q. 3. est & μομφή, querela aut querimonia, apud Æschyl. in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Euripidem, Platonem, & alios.

6 f *Teneantur.* Nota curã Abbatũ, negotia monasteriorum suorum procurare, nisi negotia sint omnino, quod pertinet ad administrationem inter monasteriũ & Abbatem, disiuncta expressè: alioquin enim cõmunia censentur, vt & Episcopi & capituli, vt c. 4. & ca. ea noscitur, 6. de his quæ fiunt à præla. sine consen. c. imò maior est communio inter Abbatem & conuentũ, quã inter Episcopum & capitulum, secundum Inno. in c. cum dilectus, in prin. de consuet. Atque Abbati obediendum à monachis, eiúsque dispositioni committi regimen personarum & bonorum docet ca. cũ ad monasterium, 16. de stat. regul. vt neque monachi sine authoritate Abbatis, in ius vocari, agere, vel defendere possint. c. 2. de postul. inf. hoc lib. tit. 37.

7 g *Discreta.* Regulari iure bona monasterij cõmunia esse debent Abbati & monachis, c. cũ ad monasterium, de statu regul. sunt tamen alicubi ex aliqua causa discreta inter Abbatẽ & monachos, vt in fundatione per patronum, aut posteà per Episcopum vel Abbatẽ vsus eorum diuisus, etsi proprietatis ratio communis sit toti monasterio. Vide hîc Pan. Sunt eodem modo, vel ratione fundationis, vel statuti vsus, diuisa aliquãdo negotia, vt docet c. ea noscitur, de his quæ fiunt à præla. sine consen. capituli. Vide glossas huius ca. & proinde etiam lites possunt oriri inter conuentum seu monachos, & Abbatem, vt in c. causam, 18. de iudic.

Ad cap. 22. Cùm dilecta.

ARGVMENTVM.

1 *Archiepiscopi.* 2 *Magister quis dicatur.*
3 *Magdeburgum.* 4 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
5 *Moniales in rescripto dicit sum. Pontif. filias.*
6 *Custos quis.*
7 *De Monialibus, & earum Abbatissis.*
8 *De subreptione, obreptione & inciuilitate rescriptorũ.*
9 *Resignare quid, pro aperire.*
10 *De scholasticis seu scholaribus.*
11 *Litera secundæ de primis mentionem facere debent.*
12 *Personaliter quid.*
13 *Ordo substantialis rescripti sequendus sine prætermissione alicuius.* 14 15 *Seruanda forma rescripti.*
16 *Et iuris ordo.* 17 *Ratione & discretione præuia.*

SVMMA.

*Forma rescripti sequenda est.*

**Idem Archiepiscopo** *a* **& magistro** *b* **Vuil. Canonico Magdeburgensi.** *c*

CVm dilecta *d* in Christo filia *e* R. custos *f* Hesien. Ecclesiæ ac procurator C. monialis, *g* super electionibus in eadem Ecclesia celebratis, litigauerint aliquandiu coram nobis: & infrà. ¶ Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech. & suos cõiudices impetratas, fuisse per subreptionem *h* obtentas, cùm in eis illius articuli, videlicet de subtractorum resignatione, *i* fuerit præter conscientiam nostrã cognitio demãdata, qui in prioribus literis ad scholasticũ *k* Hildesen. & coniudices suos obtentis, insertus fuerat: de quibus in secundis literis mentio non fiebat, *l* & ideò quòd ipsarum literarum occasione dignoscitur attentarum, diximus irritandum. ¶ Dictum insuper scholasticum & cõiudices suos inuenimus minùs proinde processisse. Cũ enim in literis nostris eisdem principaliter mandaretur, vt ad prædictam Ecclesiam personaliter *m* accedentes, personæ idoneæ administrationem cõmitterẽt Abbatię, cuj ad opus eius fieret hinc inde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati Apostolici transponentes, *n* illo capitulo *o* prętermisso: *p* de aliis articulis inordinatè plurimum cognouerant: propter quod processum ipsorum, contra nostri formam rescripti, *q* ac iuris ordinem *r* attentatum, irritum decernimus, & inanem. Ideóque mandamus, quatenus G. & quibusdam aliis sororibus Ecclesiæ (sicut iustũ fuerit) restitutis, & forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione præuia *s* procedatis.

a 1 ARchiepiscopo. De Archiepiscopis, vide quæ diximus lib. 15. Syntagm. c. 11.

2 b *Magistro.* Cui pręcipua cura rerum incumbit, & qui magis diligẽtiam & solicitudinẽ reb. quib. pręsunt debent, hi magistri appellantur. Paul. in l. quib. præcipua, 57. de verb. sig. sic à magis, magister; vt à minus, minister. Sic magister epistolarũ, magistri societatum, vicorum, pagorum, collegiorum, equitum, apud Sextum Pompeium. Et magister scrinij Lamprydio in Alexandro, id est, à cõsilus primus, & in tit. de magistris sacrorum scriniorum. li. 11. C. tit. 9. Inueniemus eo modo in postremis libris Codicis Iustinianæi, eius significationis titulos de magistro equitũ, magistro peditũ, magistro militum pro tempore, de magistro priuatæ & linteariæ vestis, de magistro vtriusq; militiæ, &c. de magistro officiorum, id est, Palatinorũ ordinũ, tit. de off. magist. offic. C. Et apud Sosimum, lib. 2. ἡγέμονα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα, μάγιστρον τῶν ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Id est, *Principe ordinũ existentiũ in aula, dixerũt Romani magistrũ officiorũ.* Dicuntur & cuiuslibet disciplinę præceptores, magistri, à monẽdo, vel mõstrando, d. l. quib. præcipua, l. qualem, 19. §. fi. de recep. arb. ff. & magister, pro pręceptore artiũ mechanicarũ, l. 5. §. 3. ad l. Aqui. ff. lib. 9. ti. 2. & magistri literarij, & magistrationes, pro docẽdi potestate. l. vni. de studiis liberalib. vrbis Romę. li. 11. C. tit. 18. c. 12. de quibusdã, 37. dist. magistri & literarũ, pro necessariis artib. & liberalib. disciplinis, in l. archiatros, 8. de metatis & epidemeticis. li. 12. C. ti. 41. magistri studiorũ, doctorésq;, l. magistros, 7. de professor. & medicis. li. 10. C. tit. 52. sic in c. 1. & tit. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi, li. 5. ti. 5. D. Hieron. scribit super epist. ad Ephes. lib. 2. eum solum mereri dici magistrũ, qui, à quo, & in quo quicquid dubitatur possit inueniri. Scribit & Lucas de Penna ad l. medicos, de profes. & medi. li. 10. C. eaq; differentia inter discipulũ & magistrum, vt in magistrum eligi nõ debeat, qui nũquã fuit bonus discipulus. c. miserũ est, 16. q. 1. c. cum in magistrum, 49. de elect. c. ordinatos, 59. distin. Magister noster propriè & absolutè Doctor in Theologia dicitur, quia & imitari debeat Deum, qui dixit, *Vocatis me magister & domine. & bene dicitis, sum vtique.* Magistri quoque Doctores in Medicina vocãtur in l. magistros de profes. & Med. & ita ex cõsuetudine vocari ab scholasticis Doctores regẽtes in Medicina, magistros reuerendos, scribit Rebuff. ad §. 1. de collat. in Concord. ad verbum, *magistro.* Qui gradũ etiam in artib. acceperũt magistri dicũtur, sed cũ adiuncto, magistri in artibus, vocantur & legum Doctores, legum magistri, in §. pen. proœmij Pandectarũ, & ita de Doctore in iure Pontificio, dici etiam notat Host in summa. tit. de magist. gl. in Clem. 2. de magistris. tamen glos. ad Auth. habita, ne fil. pro pat. lib. 4. C. tit. 3. ad verba, *domino, & magistro,* existimat Doctores legum dominos dici, reliquarũ verò facultatum, magistros. Et Rebuff. ad d. §. 1. & ad verbum, *magistro.* vers. *ex consuetudine,* ait ita obseruari ex cõsuetudine. *Et puto,* inquit, *eos recusasse nomẽ magistri, ne facerent cõtra dictũ Christi.* D. Matth. c. 23. *Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.* Notat & posteà, aliquando etiam artifices vocari magistros in arte, & differenter magisterium eorum & literatorum ordinari: quia quando artifex vocatur magister, hoc nomẽ post proprium eius ponitur vt, Petrus magister faber vel latomus: quando verò Doctor Theologiæ, vel alterius disciplinę dicitur magister, illud, magister, anteit; vt, magister noster Petrus. Idem notat Hostiens. in summa, de magist. atque pronunciandi ordo ponit differentiam, vt inter honorum possessionem. & possessionem bonorum, in l. 3. de bon. poss. ff. & apud Gallos *mort bois,* &, *bois mort,* in constitutione Regia.

3 c *Magdeburgensi.* Magdeburgum, vrbs præclara Germaniæ, vulgò *Meidenburg.* Circa annũ 941. Magdeburgum fuit Archiepiscopatus, translato eo Episcopatu ex Valersleue, & huic Otho magnus Imperat. sex Episcopatus subiecit: nempe Merspurgensem, Misnensem, Gizensem, Brandeburgensem, Hamburgensem, & Borcnensem, Krantz. li. 3. c. 24. Irenic. lib. 3. c. 38. videlicet totam Vandaliam vsque ad Palim fluuium, idq; tempore Stephani 9. S. Pontificis.

4 d *Cum dilecta.* Hoc c. sumptum est ex 12. c. tit. similis de rescr. in 3. compilatione.

5 e *In Christo filia.* Quãdo scribitur monialib. vel Abbatissis à summo Pont. vocantur dilectæ in Christo filiæ, vt hic & c. dilectæ, de except. c. cum dilectã, de cõfirm. vtil. vel inuti. dũ scribitur etiam tantum familiarĩ Papæ non alij, dicitur, dilecto nostro: cũ antẽ scribuntur regib. vel Episcopis nõ cõsecratis, dicũtur filij, c. quàm graui, de crim. falsi. vel Charissimi, vt Clem. vnic. de cõuers. coniug. c. pastoralis, de iureiu. cum verò summus Pontif. scribit Episcopis, Archiepiscopis, vel Patriarchis consecratis, vocat eos fratres. d. c. quàm graui. Dixi de his, & quomodo nominẽt Imperat. eos ad quos scribunt. sup. lib. 1. in tract. de rescrip. dum de falsitate agimus eorum, c. 48.

6 f *Custos.* De officio custodis vide ca. 1. & 2. de offi. custod. inf. tit. 27.

7 g *Monialibus.* De sanctimonialibus, & earũ diuersis ordinib. diximus li. 15. Syntag. iur. c. 17. & quòd triennales eligi debeant Abbatissæ, vel Priorissę, eo. li. 15. ca. 36. n. 3. de electionis Abbatissę forma, & tractatur. in c. indemnitatibus, de elect. in 6.

8 h *Subreptionẽ.* Tres sunt modi generales pręcipui, quib. improbãtur rescripta, per subreptionẽ, & inciuilitatẽ. Per subreptionẽ impetrãtur, quãdo falsũ petitioni inseritur, vt in l. fi. si nup. ex rescr. petã. C. & in nostro c. 22. Eius generis literæ nullius momẽti sunt, seruata

tamen

tamen distinctione c.super literis,20.suprà. vbi vide l. vniuersa,7.de diuersis rescr.furtiuas deprecationes & inutiles dixerunt Cęsares in l.fi.de fund.limitrop. li.12. C.tit.59.Per obreptioně censentur impetrata, in quib. veritas tacetur,nec exprimitur,ratione cuius,si celata sint,quę expressa remorarentur concessioně rescripti, non vtitur impetrans vtilitate rescrip.d.c.super literis, l.si quis obrepserit,19.ad l.Corn.de fal.li.48.ff.ti.10.obrepere fallere est,nõ cauentě decipere,apud Vlp.in l.5.§.puberi quáuis,de Carb.edi. ff. Budæus in annotat. posterior.in Pandectas,ad d.l.si quis obrepserit,&Bal. ad c.1.in fi.de lite petid.l.pręscriptione,si cõtra ius vel vtil.publ.Et vterq; censetur reus falsi,qui veritatě occultat,& qui mendaciũ dicit.c.1.de crim.fals.Inciuilia rescripta sunt,quæ vel per importunitatě,vel exorato principe,vel cõtra cõstituta à iure vel principe,vel in præiudiciũ alterius,nulla facta de his expressio.extorquentur.l.2.§.si quis,& §.nemo,ne quid in loc.pub. ff.l. prædia,5.de locat.præd.ciuil.li.11.C.ti.70.l.fi.de diuer. rescr.C.l.fi.de diuer.pręd.vrb.& rustic.li. 1.C.ti.69.l.fi. de fundis & saltib.rei dominicæ.eo.li.11.C.Plerumque etiam nonnullis in causis,inuerecunda petentium inhiatio.constringuntur principes, vt etiam non concedenda tribuant,l.1.de pet.bon.subla.li.10.C.tit.12.Prohibent & eas petitiones Cæsares, Valens & Gratia.in l.fi.de fund.limitro.li.11.C.ti.59.inspicient tamen iudices,num derogarint his expressè principes,iuxta d.l.1. de pet.bon.subla.Videnda quæ diximus suprà lib.1.in tract.rescript.de falsitate,subreptione, obreptione, & inciuilitate rescriptorum.c. 19.& 50.

9 i *Resignatione.*Id est,detectione,seu ostensione, seu manifestatione subtractorũ,siquidě resignare aperire est & detegere,vt l.2.ad l.Corn.de fals.li.48. ff.titu.10.à signis sublatis,quibus ees clausa erat vel celata,metaphora sumpta:vt & reserare fores dicimus,à sera,qua remota,valuæ patent,vt scribit Nonius Marcellus: est & resignare,vt hîc reddere.Et apud Horat.li.3.Carm. Ode 13.de fortuna loquentem:

*Si celeres quatit pennas,resigno quæ dedit.*

Et lib.1.epist.7.

*Hac ego si compellar imagine,cuncta resigno.*

10 k *Scholasticum.*De scholasticis diximus in procemio huius voluminis,ad verbum,*scholaribus.*Hîc scholasticus videtur dictus magister in epigraphe capituli qui scholarũ curam habet, & videtur eo nomine habere dignitatě in aliquib.capitulis,in aliquib.tantũ officiũ, in aliquib.tantũ præbendã sine canonicatu, alibi pẽsionem: iuxta enim Conciliũ Lateranense sub Alex.3. ca.18.& sub Innoc.III.ca.11.statutum, vt Ecclesia Cathedralis teneatur prouidere vni magistro de præbenda,qui clericos eiusdě Ecclesiæ,&alios gratis doceat, idq; vltra Theologalem pręb.c.1.& c.quia nõnullis,4. de magistris,li.5.ti.5 Accessit cõfirmatio Concilij Trid. ses.5.de reform.c.1.& ses.23.c.18.& ita ab scholis &cura earum,scholasticus dicitur,scholam frequentans,& si frequentat docendi causa,magister aliquando,vt pręfectus scholarum;si discendi,scholasticus etiam.Scholaris Hildesensis Ecclesiæ, erat magister scholarũ, qui corruptè in aliquib. Ecclesiis dicitur *l'Acolatre*, pro scholastico Ecclesiæ , cui postquam scholæ priuatæ transierunt in Academias seu scholas priuilegiatas, iunctum est munus Cancellarij Academiæ , vt docuimus lib.15.Syntag.c.17.Hildemensis seu Hildesensis Ecclesia,de qua hîc,facta est à Ludouico Imperatore,circa annum Dom.830.Episcopatus, & ei præfectus primus Gunterus vir doctus.Irenicus lib.5.c.43.

11 l *Non fiebat.*Ideò,quia de primis literis in secũdis non fiebat mentio,secundæ non valent, ca.cæterum, suprà hoc tit.neque quæ ratione earum facta sunt:vt infrà hoc c.notat.coniunge exceptionem ex cap.23.sequente huius tit.

12 m *Personaliter.*Hæc dictio personam in indiuiduo respicit,l.quia tale,sol. matr.l.inter artifices, de solut ff.vide quę de personis diximus lib.7.Syntag.c.2.

13 n *Transponentes.* Ordo substantialis in rescriptis sequẽdus, c.5.in grauibus,3.q.7.c.in primis,2.q.1. l.quoties, 34.de vsuf.li.7.ff.tit.1.l.2.§.prius,de vulg.lib.28.ff.ti. 6.Ordo procedẽdi iuris seruari debet, vt sententia valeat,l.prolatá,de sent.& interlo.omn.iud.lib.7.C.ti.45.

o *Illo capitulo.* Nempe quod de resignatione loquebatur subtractorum.

14 p *Prætermisso.* Nihil debet prætermitti eorũ quæ rescripto mandantur,l.cum hi,8.§.17.si Pętor,de trãsact.li.2.ff.ti.15. fines mandati diligenter sunt seruandi, c.cũ in veteri,de accus.c.bonæ memoriæ,in 2.de elect. l.diligenter 5.mand.li.19 ti.1.l.si procurator,C.de procur.vide Gellium,li.1.c.13. Quare irritos fit processus in c. venerabili,37.de off.deleg.quòd delegatus pręterniserat restitutionem in rescripto mandatam.

15 *Formam rescripti.*Factum cõtra formam rescripti, irritum est,d.c.venerabili,de off.deleg.mandati autem fines excedere videtur,qui citra formã rescripti præsumpserit iudicare.ca.prudentiam tuam,21.de off.deleg.In aliis etiam omissio formæ substantialis,vitiat actum:d.l.cum hi,§.si Prætor,de transact.l.1. de libe.& posth.quando verò aliquid dicatur esse de forma hac docet Rebuffus,ad Rubricam de forma mand.in Cõcord.& nos in 1.Syntag.c.11.

16 r *Iuris ordinem.*Qui est,vt primũ violentię crimen excutiatur, l.1.C.de appel.li.7.ti.62.l.si de vi, 6.de iudi. ff.l. .C.ad l.Iul.de vi.vt prius exhibeantur res subtractæ,quàm de his iudicetur. l.ordinarij, C.de rei vendi. prius de spoliatione quàm de iure litigantiũ.c.ex conquestione,C.de rest.spol.ca.fi.de ord.cogn.inst.lib.2.tit. 10.ca.1.2.3.4 5.q.1.l.incerti iuris,C.de interd.

17 s *Ratione praua.* Alibi,*discretione praua*,c.pastoralis,28.§.1.de off.ord.lib.1.tit.29 Discretio mater omniũ virtutum,c.1.de off.custo.li.5.tit.27.in summa æquitatem ante oculos habere debet iudex,iure videlicet informatam,quæ ex iure colligi possit,ex moribus,&cõstitutionibus,§.1.de off.iud.nõ ex cerebro proprio, vel propria conscientia,c.si sacerdos, de off.iud.ord. vide Gellium lib.14.c.2.Discretio & ratio in iudicio est probati & non probati,l.3.§.1.de test.ff.num possit ipse cognoscere vel alium debeat iudicem dare, l.sæpe audiui,8.l.generaliter, 9.de off Pręsid. num aliqoid quod possit,si velit agere expediat,rationiq; propositi negotij cõueniat,l.nõ quicquid,10.de iud.ff.in discutiendo quoque negotio,l.vbi falsi,C.ad l.Corn.de fals.&in aliis quæ relinquũtur arbitrio iudicis:& in summa delegatum ea mouere debent, quæ ipsum delegantem mouerent,vt dictum sup.in c.super literis,20.hoc tit.

18 Ratio in his omnib.dux esse debet, & rectè cõueniet definitio rationis,quam adfert D.Aug.2. de ordine, dum definit, *Esse motionem mentis,ad ea quæ discutiuntur connectenda aut distinguenda.* Singulare quod scribit Cic.1.Offi. *Duplex est*(inquit)*vis animorũ atque naturæ: vna pars in appetitu posita est,quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc & illuc rapit:altera, in ratione quæ docet & explanat,quid faciendum,fugiendúmque.* Ita fit vt ratio præsit,appetitus verò obtemperet.Ratio nõ minus mouere iudicem debet quàm lex;siquidem vbi lex scripta non est,quæ est partus rationis,quæ eius anima.c.consuetudo.1.d.dist.ratio naturalis tacita quædã lex est,l.cum ratio, de bon.damna. ff.l.scire oportet,§. consequens,de excus.tut.ff.ca.frustra,8.dist.& ratio legis,idem quod mens legis.l.cum mulier, & ibi Barth, sol.matr.ff.

## Ad cap.23.Plerumque.

### ARGVMENTVM.

1 *Vnde sumptum sit hoc caput.*

2 *Annus vtilis à quo tempore currat.*

SVMMA.

*Valet rescriptum secundum, quamuis de primo, quo uti noluit intra annum impetrans, non faciat mentionem.*

Idem.

Plerumque contingit, a quòd aliqui (nostris literis impetratis) illis vti multo tẽpore postponentes, tunc demum eas exhibent, cùm aliarum auctoritate, ab eis, contra quos primitus literas impetrarunt, cœperint conueniri, dicentes posteriores literas non valere: vtpote nõ facientes de prioribus mentionem. ¶ Cùm igitur non sit malitiis hominum indulgendum, b statuimus, vt si quis nostras literas impetrans, infra annum c postquam copiam iudicum habuerit, d ex malitia vel negligentia postposuerit vti eis, authoritate posteriorum literarum valeat conueniri, licèt in ipsis nulla de priorib. mentio habeatur.

1 a *Plerumque contingit.* Est sumptum hoc caput ex ca.15. de rescript. in 3. compilatione.

b *Indulgendum.* c. sedes, suprà vbi dixi.

c *Annum.* Vide quę dixi suprà ad ca.9. & glos. hîc ad verbum, *annum.*

a d *Iudicum habuerit.* Currit hic annus vtilis, à potestate experiundi, Explicat l.1. de diuers. & tempora. prescrip. lib.4 1. ff. tit. 3. l. miles, 1. §. quidam accusare, & §. sexaginta, de adul. ff. lib.48. tit. .l.3. de accus. l.6. C. ad l. Iul. de adul. l. annus, 6. de calumn. lib.3. tit.6.

---

Ad cap. 24. Cùm contingat.

ARGVMENTVM.

1 *Rothomagum.*
2 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
3 *Executor non habet causæ cognitionem, excipitur in num.5.*
4 *Quando possit executor petere delegati mandantis delegationem.*
5 *Delegatus in causa delegata maior ordinario.*

SVMMA.

*Quomodo ordinarius debeat obedire & exequi sententias delegati à summo Pontifice.*

Idem Rothomagensi a Archiepiscopo.

Cvm contingat: b & infrà. Prætereà cũ quidã super aliquo litigantes, ad diuersos iudices literas impetrant, quorum quidã obtenti à parte altera tibi mandant, vt partem diuersam annuncies excommunicationis sententiæ subiacere, aliis iudiciis postmodum tibi iniungentib. vt eandem denuncies absolutam: quæris an vtrisque, an neutris, vel alterius saltẽ obedire debeas in hac parte. ¶ Super quo tuæ prudentiæ respondentes, credimus distinguendum, an cùm primum mandatũ recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super iurisdictione discordiam suscitatã, c an super hoc nihil omnino sciuisti. Et quidam si super contentione huiusmodi nihil tibi penitus innotescat, cùm primum mandatum recipere te contingat: illud debes humiliter executioni mandare. d Sed si postea tibi cõtrarium ab aliis demandatur: tunc literarum ad vtroique à sede Apostolica obtentarum copia postulata (quas tibi auctoritate præsentium districtè pręcipimus exhiberi e) si ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter (ita quòd non sit aliquatenus hæsitãdum) quòd literæ, quæ ad alios, à quibus secundum mandatum receperis, impetratæ noscuntur, expreſsè reuocent literas aliorum: tu illud intrepidus exequaris, quod tibi secundo loco mandatur. Si verò ex literarum inspectione manifestę tibi constet, quòd literæ obtentæ ad alios, qui primum dedêre mandatum, per alias minimè reuocantur: secundum mandatum nullatenus exequaris. Quòd si hoc meritò tibi fuerit dubitandum: ad exequendum secundũ mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiusdam nostræ constitutionis tenorem inter eos huiusmodi concertatio sopiatur. Et idipsum facere debes, si primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, tibi forsan innotuerit quod inter se super iurisdictione demandata cœperunt disceptare. ¶ Cæterùm in his omnibus puram & prouidam te conuenit intentionem habere: ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas, vbi dubitandum non est: vel etiam ad assequẽdum te asseras esse certum, vbi certus esse non debes. Licet autẽ ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere, nulla tamen tibi attribuitur potestas, vt inter delegatos, aut partes de iurisdictione debeas iudicare f.

1 a *Rothomagensi.* Rothomagus vel Rothomagum, nunc *Roan*, vrbs Velicaßiorum in Gallia Lugdunensi, ad Sequanam fluuium, teste Ptolomęo li.3. c.8.

2 b *Cum contingat.* Hoc caput sumptum ex ca.1. sub eod. tit. in 1. compilatione.

c *Suscitatam.* Vt in c. pastoralis, 14. suprà.

3 d *Mandare.* Quia iudex ordinarius dum agit vices executoris, nõ habet causæ cognitionem, & exequi tenetur. c. si quando clerici, infrà. de off. deleg. l. executorem, de execut. rei iudic. lib.7. C. tit.52.

4 e *Exhiberi.* Delegatis plurib. diuersas sententias ab ordinario exequi postulantibus, ordinarius potest petere sibi exhiberi rescripta delegationis illorum, vt videat cui potius obtemperandum illi sit. facit c. cum in iure, 11. de off. deleg. l.1. de mand. princ. li.1. C. tit.15. l.5. in fi. de iur. fisc. ff. l. sancimus, 3. de diuers. rescrip. C.

5 f *Iudicare.* Quia delegatus in causa delegata summi Pontificis authoritate fungitur, c. significasti, ca. sanè, de off. deleg. & ideo, vt summo Pontifici, obtemperandum, & in delegata causa maior est ordinario, ca. pastoralis, 11. §. fi. de off. ord. & d. c. sanè, de off. ord. Item executor non potest sibi partes iudicis vindicare, l. si vt proponis, 6. de execut. rei iud. lib.7. C. tit.52. neque sententiam delegati principis, quam exequi debet, interpretari, nisi sit præses prouinciæ, aut Procurator Cæsaris, l. ab executore, 4. de appel. lib.49. ff. tit.1. vel nisi in executionis delegatione, & illud sit comprehensum: nam delegatus principis vel summi Pontificis, potest subdelegare, ca. si pro debilitate, 3. can. quoniam Apostolica, de off. deleg. l. à iudice, C. de iudic. ca. cum causam, de appel. vide decis. Rotæ 368. *Si Episcopus committat*, in Nouis. Quare ordinarius iudex non debet iudicis delegati mandato resistere violenter, sed apud eũ instare, vt differat exequi, si iusta causa ei videantur, donec summo Pontifici, vel principi veritas contraria indicio innotescat, dict. ca. si quando, de off. deleg. & si preces non admittat delegatus ordinarij instantis, poterit appellare ordinarius, & tenebit appellatio, & ibi notat glossa, ad verbum, *resistere*, per c. super eo, eius ti. de off. deleg. & argum. c. cum super controuersia, de re iudic.

Ad cap. 25. Olim.

ARGVMENTVM.

1 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
2 *Collatio alicui potest fieri beneficij per interpositam personam absenti.*
3 *De excommunicationis remedio contra contumacem.*
4 *De sequestrationis remedio, & pœnis contumacis.*
5 *De cautione de obtemperando.*
6 *De rasura in rescripto.*
7 *Explicatio clausulæ,* Si est ita.
8 *Falsarij literarum pœna.*

SVMMA.

*Clausula,* Si ita sit, *in rescriptis posita, ad quæ pertineat.*

Idem, G. & P. de Frimisea *aliàs in antiquis.*

Idem S. de Vallibus, & Magistro G. & P. de Frimiseano.

OLim *a* ex literis Sancti Nicasii Rhemen. Sargien. & Vallis regiæ Abbatum, fuit nostris auribus intimatum, quòd cùm ad eos semel & iterum à nobis literæ processissent, super eo quòd P. clericus Sancti Rhemigii, Parochiam de Salice (quam R. de Cliuo per interpositam personam *b* sibi collatam fuisse proposuit) detinebat: ipsi partes semel, secundò & tertiò citauerunt: & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit, per se vel per responsalem aliquem corã eis, excommunicationis vinculo *c* innodantes, fecerunt fructus ipsius Parochiæ sequestrari. *d* Cúmque post modum idem P. accedens ad eos se iuri promiserit pariturum, *e* ac obtinuerit se absolui, ipsi absolutionis literas cõcedentes, diẽ ei assignauerunt, & locum quibus corã eis quod promiserat adimpleret: qui diem & locum illis extiterit illis radẽs, *f* in loco rasuræ scripsit quòd ipsi ei sequestrato, fructus assignari mandabant: quod coram duobus eorum randem *f* tertio sui absentiam excusante per literas *g* est confessus. § Nos igitur cùm tantæ temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret: vobis dedimus in mandatis, vt si esset ita, *g* ipsi præsumptori super dicta Parochia perpetuum silentium imponentes, præfato R. de Cliuo assignaretis eandẽ cum fructib. sequestratis. *g* Verùm sic vos per vestras nobis literas intimastis: cùm dictus R. rasuram præfatam coram vobis per testes idoneos probauisset, & ob hoc postulasset sibi dictam Ecclesiam assignari, vos vtrùm clausula illa (si esset ita, de omnibus superioribus, an de articulo tantū rasuræ deberet intelligi dubitastis. Nos igitur respondemus quòd clausula illa ad omnia debet superiora referri, ad hoc vt ipsi R. præfata Ecclesia conferatur: quia licet vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super Ecclesia ipsa sufficiat, *h* qui falsitatem huiusmodi perpetrauit, non tamen propter hoc eadem Ecclesia est aduersario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides.

M*Agistro.* De magistro nos suprà cap. 12.

1 a *Olim.* Hoc c. sumptum ex cap. 2. eiusdem tituli de rescriptis, in 4. compilatione.

2 b *Per interpositam personam.* Id est, per aliam suo nomine, quod licet per c. accedens, 14. de præb. quemadmodum enim beneficium Ecclesiasticum potest absenti conferri, ca. si tibi absenti, de præb. in 6. ita & per aliam de eo quis inuestiri potest. facit l. si procurator, de acqui. rer. dom. l. qui mihi donatum, de donatio. Videnda quæ dixi in generali tractatu rescriptorum, seu suprà lib. 1. ca. 52. à quibus impetrari possint rescripta, num. 3.

3 c *Excommunicationis vinculo.* Excõmunicatio remedium iudicis contra contumacem. c. obstit, 14. & ca. 12. si autem vobis, 11. q. 3. c. quod super, de maio. & obed.

4 d *Sequestrari.* Aliud remedium ad cogendū contumacem venire mitius agendo, sequestratione rerū facta, ca. 2. de dol. & contu. li. 2. ti. 14. alioquin enim poterat index mittere comparẽtem in possessionem rei absentis, rei seruandæ causa, vt per annum possideret, & lapso anno, & perseuerante absente in cõtumacia, verus constitueretur possessor: c. contingit interdū, 9. eo. tit. de dol. ca. pastoralis, 11. §. præterea, de off. iud. ord. c. 1. de eo qui mit. in pos. caus. rei seruan. li. 2. tit. 15. vide l. si finita, 65. §. Iulianus, de dam. infec. ff. l. 3. §. fi. de acq. pos. ff. ordinatio tamen iure sequestratio contra absentem non statuitur, sed missio in possessionem causa rei seruandæ fit. Si tamen missus in possessionem fructibus abutatur, sequestratio statuitur. c. 2. inf. de sequest. poss. lib. 2. tit. 17. Quis dicatur sequester, vide l. sequester, 109. de verb. sig. Aulum Gellium lib. 20. c. 10. & quæ nos diximus lib. 13. Syntag. c. 3 nu. 5. & de praxi sequestri, n. 11. de rebus quæ sequestrari possunt, nu. 14. & de aliis quæ ad sequestrum pertinent, nu. 12. & seq. Contumacis itaque odio ita introductum & in pœnam, siquidem & pro præsente habetur, in sui odium & præiudicium. Bald. ad l. com fratrem, in fi. de his quib. vt indig. Accurs. in l. de vnoquoque, de re iud. ff. Sunt & aliæ 24. pœnæ quibus contumax innodatur, quas tradit Marantha in praxi 6. parte vers. *contumacia*, n. 9. & seq. Iason ad l. sancimus, nu. 1. & 17. C. de iudic. quibus & duæ aliæ adduntur, vt priuilegium fori contumax allegare non possit, vt ait Matth. de Affl. decis. 123. item quod aduersum contumacem iuramento partis de expẽsis credatur, vt notat Hippoly. de Marsi. sing. 219. *Contumax*, &c. & Riparius in l. 1. n. 8. de re iud. ff. vide multa quæ de contumacia diximus li. 38. Syntag. c. 2. Nec alienum ab hoc tractatu erit annotasse, cogi interdum beneficiatas personas obtemperare iussis, per substractionẽ pronentuum, vel ipsorum beneficiorum. vt in c. fi. inf. de offi. Vica. c. quetis, de ætat. & qual. ordin. c. qnia diuersitatem, de concess. præb.

5 e *Pariturum.* Ob cautionẽ hãc cõtumacis de obtemperando, sequestratio facta ob cõtumaciã reuocatur, c. 1. de sequest. pos. li. 2. tit. 17. c. 1. de dolo & contu. li. 2. ti. 14. d. c. pastoralis, 11. §. fi. de offi. iud. ordin. quia cessante causa, debet cessare effectus, ca. cū cessante, de appel.

6 f *Radens.* Inter species falsitatis, hęc quinta est, quãdo quis per rasuram amonendo, in locum eius aliud scribit c. licet, 5. §. quinta, de crim. fals. li. 5. ti. 20. si rasura fiat per impetrantem, vel alium quàm per concedentem: nam per concedentem facta, etiamsi ea fit in loco suspecto, non officit impetranti, vt in ca. venerabilis, 7. de relig. dom. li. 3. ti. 36. c. cum olim, de priuil. li. 5. ti. 33. ca. inter dilectos, 6. de fid. instr. li. 2. ti. 22. Et ideò scriba, qui rasit, vel addidit, solet aliquando in calce scripturæ adücere se fecisse rasuram vel additionem manu propria, aliàquin rescriptum & alia scriptura, ex qua aliquid efficiendum est, debet apparere sine additione non vitiata, aut in aliqua sui parte cancellata, l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. non officiet tamen, nisi aliud addatur, si scriptura sit vitiata in loco non suspecto, vt c. ex literis, 3. de fide instr. & ibi viden. Felin. & Alex. cons. 59. incip. *Viso processu*, vol. 2. Consil.

7 g *Si esset ita.* Hęc est clausula q̃ opponi solet rescriptis, vel omissa subintelligitur, de qua claus. notaui sup.

ad c.2.& ad c.15.Ea clausula apponitur in rescripto.c. significantib.3.de oper.no.nunc.li.5.t.32.in c.graue,19. de off.iud.ord.inf.tit.31.alibi, *Si ita vobis cōstiterit*. vt c. dilectus,26.& c.dilectus,29.inf.hoc tit.c.ex parte,12.suprà h.ti.& alibi, *Si præmissa inueneritis veritate subnixa*. vt in c.cōstitutus,8.de in integ.rest.li.1.ti.41. Sic in Gallorum principū rescriptis posita illa, *S'il vous appert de ce dessus*.& apud CC. *Si preces veritate nitantur*.vt dictū ad d.c.2.& 15.suprà.Quæ clausulæ ad ea,quę in rescriptis narrata fuerint,cōiunctim,referuntur:siue in medio,siue in fine apponantur.vt hic noster tex.ca.olim, scribit.& Alex.cons.63.nu.9.& 226.nu.7.li.6.& cōs.110. nu.10.li.3.& cons.6.nu.4.li.7.si clausulæ nulla speciali ratione non pertineant magis ad vnū quàm ad aliud, non aliter,l.1.de lib.pręte.6.C.ti.28.l.talis scriptura,in fi.de leg.1.c.inquisitionis,71.de appel.li.2.tit.28.ita non sufficeret impetrātem probare vnū vel alterū articulum,nisi omnia narrata probaret,si mandetur devtroque expressè,vel si impetrans vtrumq; se probaturum obtulerit,c.licet,inf.de probat.& hic Io.And.contrà si vnum ex articulis narratis,probasse sufficiat ad finem vel effectum rescripti, vel si alternatiuè narrentur, & iniungantur,vt in c.inter cæteras,sup.hoc ti.ca.cū accessissent,§.quocirca,de constit.vide gl.ad c.nostrum, 25.ad verba, *ad omnia*.Et si quis plura narrans, protestetur non se adstringere nisi ad necessaria probanda, non censetur se ad non necessaria probanda adstrinxisse.Barth.ad l.diuus,de re iud.& ad l.circa,de prob. Bald.ad l.per vtilem,§. .per illum text.de excusat.tut. vide Alex.lib.3.Consil.cons.42.num.15.

8 h *Sufficiat*.Hinc notandum,falsarium literarum,aliorum etiam quàm summi Pontificis,beneficij Ecclesiastici,quod persequitur,esse incapacem,hæcque pœna ciuilis,vt iure suo, si quod habet ex rescripto vel literis,priuetur,propter falsum,vt dixi sup.ca.15.& ca.2. criminalis quippe est etiam depositio ab officij honore,& detrusio pœnitentię causa in monasteriū,ex concilio Agathensi c.50.si Episcopus,50.dist.De falsariis literarum Papę,& priuari ipso iure beneficiis possessis Ecclesiasticis docet c.ad falsariorum,de cri.fals.quare multò magis à beneficiis obtinendis erunt repellendi, c.quemadmodum,de iurein.siue in modico,siue in magno falsum commiserint.Host.in summa,de cri.falsi,§. qualiter,vers. *sed hodie*. De pœna etiam eorum qui falsificant literas Regis Gallorum,in c.3.de crim.fals.statuitur,vt Ecclesiasticæ personæ,de gradu deiecti, & à caractere impresso,exulare iubeantur.Et in eadē Gallia falsarij quarumcunque literarū solent à iudicibus secularib.iure quod habēt in possessione beneficiorū priuari,cum nō possint priuare illos, quia sint iudices laici,beneficio quod pertinet ad petitorium.Boer.decis.291.Rebuff.tract.de pacif.posses.nu. 205. alia pœna ponitur ciuilis in l.si. quis id quod,de iurisd.om.iud.

## Ad cap. 26. Dilectus.

### ARGVMENTVM.

1 *De vrbe Imolensi.*
2 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
3 *Filij & fratres qui nominentur à summo Pontifice.*
4 *Qui visitare possint & debeant Ecclesias.*
5 *De potestate visitatoris.*
6 *Causa amissionis in petitione restitutionis adiicienda.*
7 *Mendax carere debet impetratis.*

### SVMMA.

*Impetratio restitutionis debet cōtinere causam amissionis.*

Idem, Episcopo Imolensi.[a]

Dilectus [b] filius [c] Abbas sancti Stephani Bonon. nobis per suas literas intimauit, quòd (cùm ipse, cui visitationis [d] officium in ciuitate, ac dioecesi Bonon.commisimus)B.& A.presbyteros ab Ecclesiis suis ( propter eorum graues & manifestos excessus)duxerit amouendos,[e] iidem super restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrarūt,de amotionis suę causa,[f] & excommunicationis,quia tenentur adstricti,nullam facientes penitus mentionem. ¶ Nos igitur fraternitati tuæ mandamus, quatenus (si est ita [g])literas ipsas tanquam peruerti suppressionem obtentas viribus carere [h] decernas.

1 a *Imolensi*.Imola vrbs est Italiæ in via Aemilia,quæ forum Cornelium vocatur à Ptolomæo libro 3. Geog.c.primo.

2 b *Dilectus*.Hoc c.sumptum est ex c.4.eiusdem tit.de rescr.in 4.compilatione.

3 c *Filius*.Mos S.Pontificis appellare Patriarchas,Archiepiscopos,Episcopos,fratres;cæteros autem,Abbates,Reges,Imperatores,& alios cuiuscumque ordinis, filios,c.quàm graui,6.de crim.fals.lib.5.tit.20.vide quę dixi sup.ad c.22.ad verba, *in Christo filia*.

4 d *Visitationis*. Visitandi munus Episcopo propriū est in sua dioecesi,quam per se,si possit, visitare debet, & si impediatur aliquo iusto ægritudinis, vel alterius causæ impedimento,per idoneas personas, c.inter cætera,15.inf.de offi.ord.& c.si Episcopum,eo.tit.de offic. ord.in 6.li.1.tit.16.c.11.Episcopum,10.q.1.Visitant & alij sibi subditos,vt Archiepiscopus totam prouinciam:de cuius visitationis forma tractat totum caput 1.& 2. & fi.de censib.lib.3.Sex.tit.20.& c.cum Apostolus,6.de censib.inf.lib.3.tit.39. Visitant & ordinario iure Archidiaconi & Decani,suæ iurisdictioni suppositos,c.mandamus,de offi.Archi.item & prælati,Abbates & alij,religiosos sibi subditos sui ordinis, iuxta suarum regularum statuta.c.pen.& fi.de stat.monac. Extraordinariè visitant, quibus hoc munus à summo Pontifice visitādi specialiter demandatum est, vt in nostro c. dilectus Abbati S.Stephani Bononiensis commissum fuit in Bononiensi dioecesi vitandi officium:& in Clem.2.de stat. monac.cum sim. quid verò visitantes exquirere à suis clericis debeant,tractatur in d. cap. Episcopum,11.& seq.placuit,10.q.1.

5 e *Amouendos*. Visitator,cui corrigendi potestas data est,potest amouere & priuare beneficiis eos qui manifestos commiserint excessus, vt hic tenet Pan.quamquam alij visitatores, quibus correctio non fuerit demandata non possint:sed Episcopus vel alius delegās, potestatēmque habens seu iurisdictionem, ad quē visitatores referunt quæ inuenerint, poterūt digna correctione,vt in c.fin.inf.de statut.regul.lib.3.tit.35. & c. 1.de offi.Vica.in Sexto.

6 f *Causa*.In restitutione,causa amotionis est ponēda; nam pœnæ ex diuersis causis solent alię aliis grauiores imponi.l.aut facta,16.de pœ.ff.l.verum,de furt.ff.c. cum dilectus,de accus.c.1.15.q.1.c.1.de homi. Et quædā causę amotionis, vel excommunicationis, facilius restitutionem impetrant,quàm alię. Quare qui se petit ab excommunicatione absolui, causam debet adferre excommunicationis,c.ex parte,de off.ord.eamque veram.c.quod super his,de fid.instr. not.à glo.in ca.cum pro causa,de sent.excom.

g *Si est ita*.De hac clausula paulò antè dictū ad c.25.

7 h *Carere*.Dictum suprà ad ca.cum dilecta,22.& ad c.sedes,15. vel maximè hic excommunicatus priuatur rescripti vtilitate, quia excommunicatus impetrauerit.c.1.de rescr.in 6.

## Ad cap.27. Postulasti.

### ARGVMENTVM.

1 *Veratisamensis Episcopatus.*

a *Vnde*

2 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
3 *Vicarius perpetuus quis dicatur.*
4 *Beneficiatus an faciat iure fructus suos beneficij.*

SVMMA.

*De literis mititia in forma, cùm secundùm Apostolum.*

Idem Episcopo Veratisamensi *a*.

POstulasti *b* per sedem Apostolicam edoceri, vtrùm alicuius Ecclesiæ perpetuo Vicario *c* de prouentibus vicariæ, bonísque paternis *d* habenti vnde valeât commodè sustentari, reneaaris per istam formam communem (cùm secundū Apostolum) in Ecclesiastico beneficio prouidere. ¶ Ad quod sic diximus respondendum, quòd cùm per formam prædictam necessitatibus pauperum clericorū (qui nullum sunt Ecclesiasticū beneficium assecuti) sedes Apostolica duxerit succurrendum, perpetuus Vicarius (nisi de Vicaria fecerit mentionem, commodum reportare non debet de huiusmodi literis, vtpote veritate tacita, impetratis. ¶ Non enim beneficio carere debet dici, cui competenter de perpetuæ Vicariæ prouentibus est prouisum. Et pro habente beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio, ex leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem.

a 1 V*Eratisamensi*. Episcopatus Veratisamensis.

2 b *Postulasti*. Hoc caput non notatur fuisse in aliqua aliarum compilationum Decretalium, sed fuisse appositum in hac, per Raymundum Capellanum, ex regesto rescriptorum, credendum est.

3 c *Perpetuo Vicario*. Perpetuus Vicarius, est rector actu Ecclesiæ, sub Priore qui habitu rector dicitur, & cuius Vicarius in exercitio, dicitur Vicarius perpetuus. Cle. de off. Vicar. Perpetuus autem dicitur, quia reuocari non potest vel destitui à Priore, vel Episcopo absq; iudiciali sententia, & causa, quę priuat beneficii possessorē, c. ad hæc. de off. Vica. infrà tit. 28. quo nomine differt à Vicario tēporali amobili. c. 1. eo. tit. de off. Vica. Hic videda sunt quę dixi de Vicario vtroq;, & de origine eorū, li. 4. Syntag. c. 24. notabis antē interim in nostro capite perpetuū Vicariū, beneficiū habere, & curatum, & ideò legibus curionis obstringi. in c. fi. de off. Vicar.

4 d *Bonisque paternis*. Notamus hinc eum, qui beneficiū aut patrimonium sufficiēs habet, vnde possit sine beneficio alio se honestè alere, fructus beneficij non debere in suā vtilitatē trāsducere iure stricto, sed pauperibus & vsui Ecclesię reseruare debere. Nā iudiciū sibi māducat & bibit, qui sufficiens habēs patrimoniū, vel bona paterna, ex quib. possit se nutrire, ex Ecclesiæ bonis alitur, c. fi. §. fi. 16. q. 1. c. 6. clericos, cū 2. sequētib. 1. q. 2. laudabiliter tamē diues beneficiū percipit Ecclesiasticum, si sua relinquat vel addat Ecclesiæ, vel si ideò suscipit, vt prosit Ecclesię, & distribuat seu dispēset Ecclesiæ suæ bona pauperib. & in opera pia, non etiā vt sibi thesaurizet, in c. 9. Sacerdo 1. q. 2. vide Prosperū de vita contemplatiua li. 2. c. 9. 1 . 11. D. Thomam 2. 2. q. 185. art. 7. Pan. ad c. Episc. infrà de preb. scio tamen hodie ex consuetudine, vt dicūt, recepta, iuxta glo. ad c. præsenti, ad verbū, *reseruare*. de off. ord. in 6 beneficiarios, fructus beneficiorū suos facere, verū illa opinio absolutè de fructib. cuiusq; beneficij nunquā mihi probata, cùm & gl. etiam ibi nō loquatur de omnibus, sed de quibusdā fructib. qui pro labore dantur deseruienti, aliter cōtraria esset, c. 1. & fi. de pecul. cleri. vt & latius nos explicauimus in quæstione nū beneficiarij sint vsuarij simpliciter, vel vsufructuarij beneficiorū. in lib. 4. Syntag. c. 3. nu. 8. Sed & Pan. in d. c. fi. de pecul. cler. aliter sensit, & textus noster, proinde hic etiam Pano. distinguit nu. 4. & ait in primitiuâ Ecclesia Christianos omnia bona communia habuisse, nihilq; proprij, postea permissum fuisse habere propria, fuisse dehinc ex propriis præpositis Ecclesiarū bona oblata, vt ea pauperib. distribuerent, c. aurum, 12. q. 2. c. videntes, 12. q. 1. quo tempore clerici qui habuissent propria, nō debebant data distribuēda sibi percipere, vel retinere. Subinde fuisse Ecclesias cum dotib. seu reddítib. ædificatas, quib. clerici deseruientes nutrirētur, & cultus diuinus fieret commodius, c. nemo, de consecr. dist. 1. c. 1. certè, 12. q. 1. eaq; ratione deseruientiū clericorū redditus esse, vt c. pastoralis, de his quæ fiunt à præl sine cōsens. c. túneq; obtinet quod dicitur, de fructib. beneficiatum viuere posse, & nihilominus de aliis suis ppriis testari posse, postquam permissum & illis fuit propria habere, tota 12. q. 5. quod & ego probarē, sed addēdum censeo, vt ita demum possint de fructibus viuere irreprehensibiliter si deseruiant, & honestè viuant, & superfluè bonis non abutantur nec sumptus inanes faciant, cætera pauperibus, vel in vsus fabricæ, vel in alia Ecclesiæ necessaria impendant, vt ait c. pen. 1. q. 1.

---

Ad Caput 28. Nonnulli.

ARGVMENTVM.

1 *Vnde sumptum sit hoc caput.*
2 *Abusus restringit liberalitatem principis.*
3 *Iniuriarum occasio non debet oriri à iure vel iudicio.*
4 *De dieta.*
5 *De expeditis cursoribus.*
6 *De mensurarum nominibus. & in 7. & 8.*
9 *Dieta dua ad conueniendum à quo loco computanda.*
10 *Iniuria non fit volenti nec dolus.*

SVMMA.

*Per literas sedis Apostolica, ad remotos iudices extra suā diœcesim, extra duas dietas in iudicium trahi non potest, nisi tales litera de consensu partium impetrentur, aut si derogetur huic constitutioni.*

Idem in concilio generali. *a*

NOnnulli *b* gratia sedis Apostolicæ abutentes, *c* literas eius ad remotos iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. ¶ Cum autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat *d* (quas iuris obseruantia interdicit) statuimus, ne quis vltra duas dietas, *e* extra suam diœcesim per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit. ¶ Nisi de assensu *f* partium fuerint impetratæ, vel expressè de hac constitutione fecerint mentionem. *g*

1 a G*Enerali*. Cōcilium generale hîc intelligitur Lateranense, sub Innocentio 3. c. 37. de literis non impetrandis.

b *Nonnulli*. Est & hoc caput in ordine 5. in 4. compilatione, tit. de rescript.

2 c *Abutentes*. Ex abusu est restrictio liberalitatis sedis Apostolicæ. vt c. sedes, 5. suprà, & c. fi. infrà hoc tit.

3 d *Non debeat*. Iniuriis iudicium & ius non debet dare occasionem, l. meminerint, 6. C. vnde vi. lib. 8. ti. 4. l. 2. de indict. vidui. tollen. libr. 6. C. tit. 40. l. 1. de his qui ven. ætat. impetr. ca. qualiter & quando, de accusa. libro 5 tit. 1. Clem. vnic. de rer. permut. Clem. vnic. de renuncia.

4 e *Duas dietas*. Dietę porrò cōputādę à loco domicilij rei, vocati, c. dilectus, 29. hoc ti. Bonif. 8. cōtraxit ad vnam dietam in c. 1. statutum, 11. §. cùm verò, & §. cùm

autem,de rescr.in sex.lib.1.ti.3.vbi vide glossā ad vtrū-que,ad verbum,*dietam*.Dieta hîc eum e simplici, non cum diphthongo æ,scribitur,à die:nam est Dieta, iter vnius diei,at dietia,Græcis,*διετία*, & Latinis dieteris, aliud est: nempe duorum annorum tēpus, sicut trieteris,*τριετηρίς*, quod tertio quoq; anno recurrit, apud Censorinum, de die natali. *τὸ ἔτος*, annus est, & *ὁ καὶ ἡ διετής,-ὁ*,bimus,duorum annorum. Aristoteles de Histo.animal.lib.3. *ἀποβάλλει δὲ τὰ κέρατα μόνον ἔλαφος κατ᾽ ἔτος, ἀρξάμενος ἀπὸ διετοῦς*.Inde,*ἡ διετία*,bienniū, ita hæc significatio nostro capiti non cōgruit, quemadmodū nec significatio diætæ cum per diphthongum scribitur, quia *δίαιτα* est Græcis modus seu forma viuendi, Latini victus rationem reddunt, frequens apud Medicos vox,pro regulato victu, vt in scholæ Salernę regimine sanitatis,c.55. *Omnibus adsuetam iubeo seruare dietā*. Et *διαιτητική*, pars Medicinæ illa est, quæ ex moderato victu sanitatē tuetur,apud Celsum in procem. Medicin.Hinc diæta dicitur cubiculum,vbi conuiuia fiunt, vel vbi editur, refectoriū dicerent claustrales, de qua diæta Vlp.in l.Seiatus,43. §.Marcellus,de leg. 1.Dieta ergo,quę iter vnius est diei,separabitur hic ab aliis significationibus, dicemus Gallicè, *vne iournee*. Cæterū dietæ itinerum distinguendæ sunt,vt alię sint locales,seu consuetudinariæ,aliæ legales. Consuetudinariæ distinguendæ rursum secundum locorum, dierum,& personarū consideratione,arbitrioq; interdum iudicis. Longiores aliquando dies & breuiores, ita & itinera die fiunt longiora & breuiora: loca etiā quædam aspera,quædam plana,quædam sabulosa,alia palustria,sicca,lutulēta,& proinde citius alia aliis itinere percurruntur, habetur & ratio personarū diuersa,senū,iuuenū, mulierum,virorum, & in summa, humanitatis,l.si cui in prouincia,38.ex quib. caus.maior.li.4.tit.6.q & relinquitur æstimanda ex iisdem circunstantiis.in l.cōtinuus actus,137.§.cum ita.de verb. obli.li.45.ff.tit.1.Dieta legalis habet vicena seu viginti millia passuū,l.1.si quis cautio.li.2.ff.ti.11.l.scire oportet,13.§.aliud,de excus.tut.l.2. §.si præses, quis ordo in bon.poss.seruet.li.38.ff.ti.15.l.3.de verb.sig. li.50. P.Vegetius li.1.de re militari,ca.fi.decem tantum milliaria homini armato in singulos dies constituit, & rursum li.1.c.8.*Militari gradu viginti millia passuū horis quinque dūtaxat æstiuis conficienda sunt:pleno autem gradu, qui citatior est,totidem horis viginti quatuor millia peragēda sunt quidquid addideris,cursus est*.Electa est autē ordinaria eūdi dieta viginti millia passuū, quòd vno die omni tpe,nō grauatè viator possit illud iter expedire, quāuis citius possit & illud iter perfici currēdo;quod.n.cōmuniter fieri solet inspicimus,nō quę aliquando aut rarò accidunt.l.nam ad ea,de legib.ff.

5 Neq; etiā hîc de cursorū itinere agim⁹, in cursu.n. ꝑualēt plures,sed dos illa,quia non omnib. cōmunis, legē nō facit,vt pauci sūt similes Indaco.qui sub Marciano principe volanti similis quàm currēti videbatur, nec oēs tā præstantes in cursu ac olim Euchides, Asopus,Chrysomaxus,Echio; de quib. agit Suidas in Indaco,qui & scribit in Philippide, Philippidē cursorē,nocte vna stadia 1500.confecisse. Inuenit & Theodosius quendam virum animo habituq; corporis fortissimū,qui tāta velocitate verrhedos agebat, vt trib. dieb. peruenerit ad terminos Romanorū & Persarū, & totidē remearet in Cōstantinopolim,teste Cassiodoro lib.14.sacræ Historiæ. Sunt & cursores & verrhedi publici, qui celerius plura milliaria quàm viginti peragerent,*postas*,dicunt Galli. attribuit Xenoph.li.8. Cyripediæ, Cyro, cursus publici inuentionem, & ad celerius iter perficiendum equorum mutationem.

6 Possent milliaria pauciora dietæ, quàm viginti, tribui in regionib.vbi milliaria habēt maiores passus, quàm apud Romanos, quod vt intelligamus paucis notandū,Romanorum mēsura seu Italica,passum habere quinq; pedes,pedē,sexdecim digitos,&c,vt à minimis ad maiora perueniamus, granū est minima omniū mēsura lōgitudinis & naturalis ꝓgressus:digitus, granorū quatuor est,quatuor digiti,faciunt palmum minorē;quinq; digiti faciūt palmū maiorē. Est & palmus maximus,quē Græci *δῶρον* dicūt,qui dichas: palmus duplicatus,8.digitorū;pes quatuor palmis minorib.conficitur; ita pes habet sexdecim digitos; gradus habet spatiū duorū pedum,gressus habet duos pedes cum semisse,& est dimidiū passus;passus nāmq; habet quinq; pedū lōgitudinem.Plethrum est spatiū lōgitudinis centū pedum;stadium centum viginti quinque; milliariū seu milliare, habet mille passus, ita milliare Italicum octo stadia passuum Italicorum.

7 Milliarij terminus itineris, lapis appellatur,vt apud Martianū in l.propter litē,21.§.licèt,de excus.tut. li.27.ff.ti.1.Cētesimus lapis pro centesimo milliario,apud Vlp.in l.1.§.initio,de off.præf.vrbi. li.1.ff.ti.12.& apud Iust.in §.qui autem,de excus.tut.li.1.Instit.tit.25.

8 Passuum mēsura superior,ad Italicos pertinet,at Germanici vel Gallici dissimiles illis sunt, Germanica idcirco milliaria lōgiora Italicis & Gallicis,Germanici nāmq; passus sunt maiores, ita Italicū milliare, vt dixi,habet tātū octo stadia, Germanicū autē cōmune milliare (nā duplex est Germanicū milliare, cōmune & magnū)quatuor mille passus cōtinet Italicos, & triginta duo stadia. Magnum verò,quinquies mille passus,stadia quinquaginta. Galli numerant dietas per leucas,maiores & minores.Maior leuca,duo milliaria Italica cōtinet:i.sexdecim stadia.Minor mille quingētos passus. Iordanis in Gothica Historia ad Castaliū, quod ex Antonini Itinerario constare poterit: sic viginti milliaria, vnius dietæ legalis, plus quàm tredecim leucas conficient. Cæterum cum iura meminerint de dietis,de localibus ex consuetudine,non de legalib.intelligenda sunt,nisi nominatim de legalib.dicatur.c.præsenti,34.§.loca,de præb.in sext.

9 Cōputātur porrò dietę à fine diœcesis domicilij,vt tenet Rota,auditorū sacri palatij,iuxta sētētiā Io. Andræę ad c.statutum,ad verba,*vnā dietā*,de resc.in sex. licèt in hoc variæ fuerint doctorum sentētiæ,dec.Rotæ 634.in Anti.at gl.in c.dilectus,29.ad verbum,*domicilium*,hoc tit.ait,duas istas dietas cōputandas esse, habita rōne diœcesis, vbi est res,rōne cuius conuenitur, sita,per ca.ex parte,de for.cōp.licèt intra eas reus habeat beneficium, vel intra eas aliquando fuerit inuētus,vt dicitur in dicto c.29. infrà, quando videlicet agitur de actione reali,in personali contrà, quia tunc poterit conueniri vbicunque habuerit domicilium.

10 ¶ *De assensu*. Volenti non fit iniuria vel dolus, l. cùm donationis,34.C. de transact.l.venditor, C.de rescin.vend.l.nemo videtur,de reg.iur.cum similib.

11 ¶ *Mētionē*.Cum clausula,*nō obstāte cōstitutione*,de duab.dietis edita in cōcilio generali, vt notat hîc Io. And.etenim quādo lex habet derogatoriā clausulam, tunc in rescriptis in cōtrarium impetratis, nō sufficit illa impetrari vel cōcedi ex certa sciētia sum.Pōt. vel principis,sed vltrà exigitur clausula illa,*nō obstāte tali lege*,expressè apposita,Bal.in §.1.p quos fiat inuestit. in feud.Oldr.cōs.326.Iason & Alciat.ad l.causas, C.de trāsact.hęcq; sanior videtur distinctio,secundum quā intelligi debet Alex.cōs.134.n.7.vol.1.dum ait, quòd si princeps cōtra legē, vel priuilegium disponat ex certa sciētia,tunc nō requiritur clausula, *nō obstāte*,&c. secus si nō ex certa scientia,per textum inquit l.sicut certi,C.de test.milit.l.idem Vlp.§.fi.de admin.tuto. vt hoc ita demum verum sit,quando in lege,contra quā ex certa scientia rescribit princeps, non fuit apposita clausula derogatoria actus in contrarium facti, aliter atque si apposita esset: nā tunc clausula derogatoria apponēda esset,non in primo casu.per l.si quis in principio,de legat.1.l.2.in fi.de petit.bonor. sublat.

h.10.C.tit.12.tractat & idem Alex.consil.111.vol.6.latius hanc quæstionem, & resoluit summum Pontificem vel principem,dum condit legem generalem, non teneri ex necessitate imponere clausulam derogatoriam iurium contrariorum antea constitutorum, eò quòd censeatur habere in scrinio pectoris omnia iura, l. omnium,C.de testam.& ita ex certa scientia videatur contrariis legibus derogasse, vt leges posteriores sua natura derogant prioribus,l.sed & posteriores,de legib. in Pandectis. Contrarium autem dicendum,si princeps aliquem particularem actum facit,vel pro eo rescribit, vt vt tunc eis debeat nominatim contrariis derogare. l. damnosa,l.quoties,de precib.Imper.offer.C.l.si. si côtra ius vel vtil.public.C.addit tamē n.9.clausulā,*ex certa scientia*,solā appositam in literis gratiæ,vbi nō agitur de præiudicio tertij,habere vim clausulæ, *non obstante,&c.*ex l.quidā consulebant,de re iud.ex l.idem Vlp. & ibi Bal.de excusa.tut.ff.facit Batth.consil.incip. *Constat Camerinum*,in .dubio. Subiungit insuper prædicto loco Alex.n.3.quòd clausula rescriptorū,quę hoc modo apponitur,*Supplentes omnes defectus,si qui forsan in prædictis interuenissent, quib.omnib. Apostolica authoritate,ex certa scientia,de plenitudine potestatis fuit derogatum,&c.* tollit propter illa verba, *de plenitudine potestatis*,omnes effectus qui essent inducti de iure positiuo, licèt non submoueat inductos de iure naturali. c.illa quotidiana,de elect.c.i.de transact. & ibi interpretes,& in Clem.pastoralis §.cæterum,de re iud. Itē, vt idem tradit n.8.si in literis sint expressi aliqui defectus, nam tunc proculdubio ait, clausulam generalē subsequentem,comprehendere alios etiam non specificatos: quod firmat ex Hostiense & Ioanne Andræa ad c.ex parte,in 2.de off.deleg.

## Ad §.Sunt & alij.

### ARGVMENTVM.

1 *Mercimoniam de alterius inscij causa disponere.*
2 *Lites sopita nec rescripto suscitari debent.*
3 *Litium dispendia.*
4 *Lites restringenda.* 5 *Vt odia restringenda.*
6 *Quadam qua sine speciali mandato procurator gerere nequit.*

### SVMMA.

*Litera ad lites impetrata nomine Domini,sine eius consēsu nulla sunt,& impetrans,vt falsarius puniendus.*

Sunt & alij qui se ad nouum genus mercimonij; *a* conuertētes, velut sopitas velint suscitare *b* querelas, *c* vel nouas immittere quæstiones,fingunt causas,super quib à sede Apostolica literas impetrant, absque dominorum mandato: quas vel teo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio *d* molestetur) aut actori (vt per ipsas aduersariū indebita molestatione fatiget)venales exponunt. ¶ Cùm autem lites *e* restringendæ sint potiùs quàm laxandæ, *f* hac generali constitutione sancimus, vt si aliquis super aliqua qu æstione de cætero sine speciali mandato *g* Domini, literas Apostolicas impetrare præsumpserit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur. ¶ Nisi fortè de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi *h* de iure mandatum.

1 a *Mercimonij.* Nouū modū mercimonij,i.negotiationis vel mercaturæ,de alterius causa sine eius cōsēsu negotiari,& fingere causas ad alterius præiudiciū nomine supposito, quod iniquū & prohibitum est,etiā iure ciuili,quo petunet tit.eū suis legibus, ne liceat potentiorib.patroci.litigantib.præsta.li.2.C.tit. 14.de his qui potentior.nom.ti.pręd.affig. & c.tit.15.& tit.sequēti.vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis impon.permittit tamē lex aliquando subiectionē personæ,in sui vtilitatē, & sine præiudicio alterius,vt est pulchra hypothesis apud Paul.Iurisc.in l.at qui natura,19.§.cū me absente,de negotiis gest.li.3.ff.tit.5.cuius verba rē significātius explicabūt, *Cùm me absēte,negotia mea gereres,imprudēs rē mea emisti,& ignorans vsucepisti,mihi negotiorū gestorū vt restitutas obligatus nō es, sed si antequam vsucapias,cognoscas rē meam esse. Imbi sincere debes aliquem qui à te petat meo nomine, vt & mihi rem,& tibi stipulationem euictionis cōmittat:nec videtis dolum malum facere in hac subiectione,adeo enim facere debes,ne actione negotiorum gestorum tenearis.*

2 b *Suscitare.* Semel sopitæ lites non sunt suscitandæ etiā rescripto,vt hîc,& l.causas,C.de transa. l.fratris, l.sub prętextu,l.trāsactione finita,C.eo.tit.l.fi. C.sent. rescin. non poss. Atque vt ait Euripides, παλαιὰ χαιεῖν δακρύοις ὀὐκ χρή νέοις,*Casus veteres malis lacrymis non sunt deplorandi.* Et,vt Stephanus & Suidas dicūt,μὴ κίνει καμάριναν ἀκίνητον γὰρ ἀμείνων, *Moueda nō est Camarina,etenim eam non tangere præstat.* Peruersi suscitant lites, Prou.16.& maximè iure & praxi,tedeptores litiū valde exosi,& castigari,vt docuimus li.49. Synt.c.4.n.20. & ca.6.n.33.& ca.8.n.10. Respōdit & Vlp.in l.nec quicquam,9.§.circa aduocatos,de off.Proconsl. li.1.ff.tit.16. Prætorem impunitos sinere non debere aduocatos concinnatores vel redemptores causarum.

c *Querelas.* De querela dictum suprà capite 21.

3 d *Dispendio.* Notanda hîc duo maxima litium incommoda,laborē & expensas, vigiles namque litigātes non secus quàm in bello milites esse conuenit;nihil etiam Pragmatici agunt sine sportulis,salario, vel sumptu,& vt ait Martialis,li.2.ad Sextum.

*Et petit iudex,petit & patronus,*
*Solus censeo Sexte creditori.*

Facit titulus C.de suffragio.ti.de sportulis. Vide q̄ diximus li.47.Synt.iuris,c.1. & q̄ sint ingētes miseriæ litigantiū,apud Budęū ad l.2.de legib.ff.in annotationib. priorib. Et hinc à dispēdio,quod sequitur ex rescripto impetrato nomine alterius, & à præiudicio alterius, oritur ratio improbationis,l.authoritate,C.vnde vi.l. 2.§.merito,& §.si quis à principe, ne quid in loc. pub. ff.l.quoties,l.nec dānosa,& l.rescripta,de precib. Imp. offer.C.l.nec auus,C.de eman.liberorum.c.nunc,8. q. 1.cum simil.

4 e *Lites restringenda.* Finis hic est iuris vtrinsq; lites tollere,& imponere eis catastrophe. can.finem,litibus,de dol.P.c.i.P.G.de off.deleg.l.properandum,C. de iud.l.fratris,C.de transact.

5 f *Quàm laxanda.* Odia restringi,fauores ampliari conuenit.c.odia,de reg.iu.in sext. l.cum quidam,de liber.& posthum.ff.

6 g *Speciali mandato.* Hîc glossa notat casus plures, quos nō potest procurator sine speciali mādato exequi.Et Reb.ad §.1.de electionis derogatione,adverbū, *speciale*,in Côcor notat casus 49.notat & alios gl.mag. ad c.qui ad agēdū,de procur.in sext. inter illos & hic est,vt rescriptū ad lites pro alio, sine eius speciali mādato,impetrari nō possit.quia odiosæ sint lites.Côtra riū in rescripto ad beneficia, qd̄ pro alio impetrari pôt nomine eius,sine speciali mādato,vt notat hîc gl.pen. in fi.& gl.ad c.ad aures,suprà h.t. quas glossas Panor. ad nostrū §.sūt & alij,n.1.mēti tenēdas ait. Obseruādū tamē est,nō posse etiā côiūctā personā pro alio acceptare beneficiū,vt notat decis.Rotæ 325.ti.de rescr.ratio diuersitatis, quia collatio valet antequā acceptetur à prouiso, acceptatio verò personalis est, & fieri debet ab ipso prouiso,c.si tibi absenti,de preb.in sext.

7 h *Exigi.* Personę q̄ pro aliis possint agere in iudicio, & per cōsequēs impetrare pro illis rescripta sine

speciali mandato,sunt positæ in l.sed & hæ personæ, 35.de procu.li.ff.tit.3.l.exigẽdi,12.C.eo.ti.de procu.li.2. tit.13.atq; in causis profanis receptũ est,vt cõiũcti pro coniũctis audiantur in iudicio,sine mãdato hominis, & cũ sola cautione de rato, d. l.sed & hæ personæ,& in l.ita tamẽ, iudic.sol.ff.nota.in c.1. de procu.per Innocentiũ in c.querelam,de elect.in causis tamẽ beneficialibus, nemo auditur sine mandato tanquã cõiũcta persona,Rot.dcci.4.inci.*Sed vtrũ*.in Nouis.neq; etiam volenti hoc modo pro alio agendo , cauere de rato, daretur decretum citationis ad partes. Aegid. concl.682.incip. *In causis*.ti.de procu. quia coniuncta persona agit vel defendit, ex generali mandato legis, quod tamẽ mandatũ nõ sufficit , vbi speciale requiritur,vt ait Rot.d.decis.41.docet & Ias.in l.nõ exigendi, in 5.Fallent.C.de procu.Rot.decis.420.incip. *In causa*. Nouis.Cæterũ seruatur in Curia Romana, vt absque speciali mandato,& sine metu pœnæ cuiusquã, possit quis nomine alieno impetrare rescripta ad lites,contra textũ nostri c.nõnulli, vt notat Cassiod. conclus.1. de procu.n.4.Rationẽ affert Octauia.Vvestr.lib.3. introductionis in aulæ Romanæ actiones,c.4.n.3. quòd procurator in Curia Romana, pro principali absẽte, ad soluẽdas expẽsas regesti obligatur,secũdumCassiodo.in d.cõclu.1.n.2.de procu.& secundum Rotę decis. 23.de procu.in Nou.& propter labores,dispẽdia ac obligationẽ prędictã; quæ quis impetrãdo subit & facit , non presumitur impetrasse sine cõsensu & sciẽtia domini.Millius etiam consentit,in verbo,*procurator,*§. procurator cõstitutus ad causã, & Reb.ad §.1.ad verbum,*speciale*,in 26.casu in quo requiritur speciale mãdarum,de elect.deroga.in Concor. scribit, nũquam se vidisse ob hanc causam pœnam capitis nonnulli, imponi impetranti literas nomine alieno , imò ita de consuetudine impetrari sine mandato in Curia , nec soluere Curiam admittere illam exceptionem defectus mandati , tradit & idipsum in Ordinationibus Regus tractatu de Rescriptis.

## Ad cap.29. Dilectus.

### ARGVMENTVM.

1 *Honorius tertius.*
2 *Cantuariensis Archiepiscopus.*
3 *Domicilium beneficiatus vbi habeat.*
4 *Delegatus ad causam appellationis, potior iudice delegato principali.*

### SVMMA.

*Appellationis causa pertinet ad delegatum super appellatione,non ad delegatum super principali.*

Honorius tertius *a* Cantuariensi *b* Archiepiscopo & coniudicibus suis.

Dilectus filius I. Sarracenus clericus exposuit corã nobis , quòd cùm Iordanus clericus Dumeliẽ. ipsum super Ecclesia S. Nicolai Dumeliẽs.corã vobis auctoritate literarum nostrarũ traxisset in causã : ex parte ipsius I. fuit excipiendo propositum, quòd auctoritate ipsarũ literarũ nõ poterat conueniri, eò quòd vltra duas dietas *c* à diœcesi (vbi prædicta Ecclesia erat)contra statuta concilij generalis (de quo in eisdẽ literis non fiebat mẽtio)distabatis.Et quia huiusmodi exceptionẽ admittere denegantes, procedebatis in causa , pro eo quòd idem I. in Rophen. & Eliensi diœcesib. beneficia obtinet ( quasi ex hoc ibi domiciliũ *d* intelligeretur habere ipse ad nostram audientiam appellauit: & infrà § Cùmque idem I.appellationem interpositam prosequutus, ad Eboracen. Archiepiscopum & eius collegas,super præmissis,literas impetrasset , vos in causa ipsa nihilominus procedẽtes,eisdem iudicibus ne in commisso sibi procedant , negotio , inhibetis. § Quocirca mandamus, quatenus (si ita est) causæ supersedeatis eidem , cùm non vos , sed dicti iudices cognoscere habeant , ad quos iurisdictio debeat pertinere. *e*

1 a Honorius tertius. Romanus Census Sabellus antè Americi filius, vt scribit Onuphrius in Põtificibus,& Platina:ex Canonico sanctæ Ecclesię maioris Diaconus Cardinalis , sanctæ Luciæ in Orthea, & Camerarius S. Roman. Ecclesiæ, à Cælestino 3. factus, posteà presbyter titulorum Sanctorum Ioannis & Pauli ab Innoc.3.ordinatus, sub Imperatore Cæsare Aug. Friderico 2.creatus S.Pontifex Perusi à 19.Cardinalib.15.Kalend.Augusti,ibidem 9. Kalend.coronatus,postquàm sedit 10.annos 8. menses obut Romæ 15. Kal.April.an.Domini,1227.sepultus ante aram præsepis, in Basilica Sanctæ Mariæ maioris:successit in Põtificatu Innoc. 3. habuit autẽ successorẽ in eodẽ Gregorium 9. Hic Fridericum 2.Imperatorem coronauit Occidentis & Roberti Petri Altisiodorẽsi Oriẽtis.Platina,Blõd.li.7.deca.2.Albertus Krantius li.7.ca.38.fuit iuris Põtificij studiosus,& plures edidit cõstitutiones.

2 b *Cantuariẽsis*.Dictum de hoc suprà in c.2.huius ti.

c *Duas dietas*. De hoc suprà in proximo superiori cap.28

3 d *Domicilium*.Ratione beneficij quod exigit residentiam beneficiatus dicitur habere in Ecclesia eius domicilium principale,c.postulasti,14.de for.compet. li.2.ti.2.quotque quis talia beneficia habet,tot dicitur habere domicilia, & ibi conueniri ac iudicari potest, vt notat Archid.ad can.clericis, 11.q.1. & in sum.3.q.6. non ita si beneficia non habeant residentiam coniunctam,vt notat Panor.ad c.1.de foro compet.

4 e *Pertinere*. Iudex ad quem appellatur , potior in causa appellationis est:quare quib. est delegata causa appellationis, cognitionẽ eius habent, & inhibere possunt iudicib. à quibus appellatũ fuit, ne de causa cognoscant,ca.non solũ,7.& c.cũ appellationibus, da appellatio.in sex. atq; appellatione regulariter suspẽditur officiũ iudicis à quo prouocatur actor,25.tit.nihil nouari appella.penden. & si quid pendẽte appellatione egerit per viam attentari reuocatur.c.1.de appella.d.ca.non solum,& ca.si à iudice,10.eo.tit.in sext. Quando verò facta post appellationem reuocentur per modum attentati,aut per modum nullitatis,vide Rotam decis.1.& 2.in Nouis, additione 2.vbi & ratio redditur,cur facta per iudicem reuocantur:quòd per appellationem legitimam iudicis à quo suspensa sit iurisdictio.Quare quę posteà facta fuerint,tanquam à nõ iudice facta habẽtur,& deci.11.in Nouis illa quęstio agitatur, num auditor datus in Curia cum negotio principali, in causa appellationis interpositæ , in partibus,siue ante sententiam, siue post,fuerit appellatũ,statim possit inhibitiones facere iudici à quo fuit appellatũ:& fuisse cõelusum respõdetur, posse,dummodò auditori constet fuisse appellatũ, & per appellationem fuisse causam ad Curiam deuolutam, vel si cognoscere incipiat ex certa causa de negotio principali:qd & ꝓbatur expressè per c.Romana,3.§.quod si obiiciatur,de appel.in sex.non autem aliter, l.non solum , §. illa quoque ratio , eodem tit. sic nullus censetur processus qui factus fuerit post appellationem , etiamsi is qui appellauerit , renunciet appellationi posteà , expressè vel tacitè, quia quod ab initio non valuit , tractu temporis conualescere non potest. l. quod ab initio, de regul. iur. ff. atque in

que in hac hypothesi sic decisum, in Rota decis.130.in Nouis, facit c.dilectæ, c.significauerunt, de excep.c.dilecto, c.ex parte, ca. significantibus, de appella. Notandum insuper in hoc c.29. agi de causa beneficiali, népe de Ecclesia sancti Nicolai, in qua si propter suspicionem iudicis, vel ob aliam exceptionem probabilē non admissam, ad sedem Apostolicam appelletur, & intimetur appellatio iuxta formam clem. causam electionis, 3. de elect. totum negotium principale censetur ad Curiam deuolutum, decis.139. Rotę, incip. *Si in causa*, in Nouis. quamobrem hîc iudices delegati pro appellatione censentur habere negotij cognitionem, ex illa deuolutione, & non iudices delegati, à quibus appellatum est.

---

## Ad cap. 30. capitulum sanctæ Crucis.

### ARGVMENTVM.

1 *Legionensis Episcopus.*
2 *Collegiales Ecclesia quando dicatur.*
3 *Quæ conuentualis.*
4 *Capitulum quid.*
5 *Cameratum vbi.*
6 *Literarum ad beneficia vacatura tres species olim, & ibi fusè de his.*
7 *Mandatarius prior in data potior.*
8 *Exceptiones ponuntur.*
9 *Alia, ex negligentia acceptandi prioris mandatarij, & quando negligens dicendus.*
10 *Si clericus non sit, & si aliis modis explicatus sit incapax beneficij impetrans.*
11 *Item si secundus habeat clausulam,* Anteferri.
12 *Collega quis.*
13 *De excommunicatione & suspensione, & remissione.*
14 *Appellatio suspendit officium iudicis.*
15 *Excommunicatus ab vno, ab alio excommunicari potest, & ab vtroque debet absolui.*
16 *Mandatario primo prouiso collator à secundo & aliis liberatur.*

### SVMMA.

*Pluribus impetrantibus literas ad beneficia obtinenda in eadem Ecclesia præfertur primus impetrans.*

Episcopo & Archidiacono Legionensi. a

CApitulum b sanctæ Crucis Cameracensis c exhibita nobis petitione monstrauit, quòd Callimacho clerico, super præbendali beneficio in eorum Ecclesia obtinendo, literas d nostras ad eos priùs monitorias, e & demum præceptorias impetrante, B. clericus contra eos super cōsimili beneficio in eadem sibi Ecclesia conferendo, ad I. Archiepiscopum Tornac. & eius collegas, f de prædictis literis non habita mentione, executorias à nobis literas impetrauit: qui post appellationē ad nos interpositam, in eos suspensionis & excommunicationis g sentētias protulerunt: h ac dictus C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspensionis & excōmunicationis sententias in eosdem. i ¶ Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in Canonicū & in fratrem, assignatóque sibi beneficio præbendali, qui ad eos priùs mandatum Apostolicum reportauit, præfatas sententias iuxta formam Ecclesiæ relaxetis, alteri super præbendali beneficio in eadem Ecclesia silentium imponentes. k

1 a LEgionensis. Dubito an *Lingonensi* legendum.
2 b *Capitulum.* Hîc annoto, Ecclesiā collegialē dici, quando plures clerici, aut ex clericis Canonici, in vnū colliguntur, & cōficiunt vnum corpus ciuile, & habēt vnum & cōmune sigillum c. significauit, de appell. arcam communem, l. 1. quod cuiusque vniuers. nomin. ff. tractatum communem, c. tertio loco, de probat. Collegiatæ Ecclesię sodalitia plura, nā cathedralis Ecclesia etiam dici potest collegiata, quamquam non contrà omnis collegiata dici possit Cathedralis. ca. nouit. ca. quanto, de his quæ fiunt à præla. sine cōsens. capituli.

3 Religiosorum collegialis quoque est, sed ex vsu aliter conuentualis dicitur, quando ex regularibus, seu ex religiosis personis constat. Pan. ad c. nostrum, & ad c. edoceri, & ad c. cum Ecclesia Sutrina, de causa propter. & pos. c. nobis, de iure patron.

4 In his omnib. Ecclesiis potest dici esse capitulū, & cōuentus interdū pro capitulo, vt in c. annot. it, de prę ben. & pro toto collegio capitulū, c. inter alia, c. quod in dubiis, de sent. excom. capitulum quoque locus ad quem conueniunt collegiati, sodales vel fratres cū capite sibi dato: habent enim omnes cōgregationes istæ, quendā qui inter illos pręsit, & primus sit, velut paruum caput; vnde diminutiuè quod cum eius authoritate per illos fit, per capitulum fieri dicitur, & illa cōgregatio à digniori parte, quę est Decanus, qui honoratior pars congregationis, capitulū dicitur: sic & Capitoliū Romę à capite in illo loco reperto, vt ait Florus lib. 1. rerum Rom. Liuius lib. 1. Plutarc. in Camillo. Dicemus & locum, vbi consident huiusmodi congregationes, capitulum, vt continens pro contento, vel quòd locus ille sit præcipuus, vel Capitoliū quasi capitalem, θόλος, Græcis concamerata aula, cuius mediū erat velut scutum breue, in quo trabes coibant, vt Seruius notat in 9. Aeneidōn & indicare videtur Ouidius Fastorum lib. 6. de templo Vestæ scribens,

*Par facies templi, nullus procurrit in illo*
*Angulus, à pluuio vindicat imbre tholus.*

Et imitantur hodie aliquæ ciuitates nomē loci, atque domus cōmunes ciuitatum earū dicuntur habere Capitolia, vt Tholosa, Narbo, Martius, & ita de earū Capitoliis meminit Sidonius Appollinaris, & Gregorius. Habuit & Carthago, vt scribit D. Cyprianus de lapsis. Capua, vt ait Suetonius in Tyberio: Babylonij, Hiero. in 13. in Esaiam: Xanthones, vt habetur in antiquis Pipini Annalib. Qui pręsunt Capitolio, Pręfecti Capitolini dicuntur. meminit & Cassiod. li. 10. Var. c. 18. de capitularib. horreatiorū, & Tabernariorū, putóq; eos fuisse pręcipuas inter horreatios & tabernatios, & quasi capita, qui & primates dicūtur. vt in §. sciāt autē, de non alie. reb. Eccl. in Auth. & in l. vn. de monopoliis, lib. 4. C.

5 c *Cameracensis.* Cameracum oppidum Galliæ Belgicæ, vulgò, *Cambray.*

6 d *Literas.* Hîc Alexand. 3. meminit de trib. speciebus literarum Apostolicarum, quæ olim erant in vsu summis Pont. in mandatis de conferendis beneficiis vacaturis. Vtebantur quippe initio literis monitoriis, veluti primariis precibus, quib. monebant ordinarios collatores, vt beneficia conferrent impetrantibus has literas; & quia ordinarij non facilè exequebantur per illas literas monitorias voluntatem summi Pontificis, inuentæ sunt aliæ literę dictę pręceptoriæ, quib. præcipiebant ordinariis conferre mādatariis beneficia, si qua tunc vacarēt, vel primò vacatura. Quia autē nec pręcisè per illas tenebātur implere mandatū ordinarij, & aliis cōferebant beneficia quā mādatariis, & collatio valebat, c. dilectus filius, 17, de pręb. Idcirco aliæ literę posteà inuentæ sunt, quę dictæ executoriæ, per quas dabantur executores qui cogerēt ordinarios cōferre mādatariis beneficia. Et de speciebus harū triū literarum loquuntur c. nostrū, c. eam te, c. cōstitutus, c. literis, c. ex insinuatione, hoc tit. vetum & nō obstantib. pręedictis formulis, poterat adhuc ordinarius beneficiū cōferre alteri quā mādatario, & quāuis ita fa-

ciens delinqueret, tamen teneb at collatio, c. si soli ordinario, 6. de concess. preb. in 6. vbi explicatur & excipitur nisi clausula irritans, illis mandatis fuisset adiecta; vt & in c. 1. de conces. preben. in 6. vel nisi executor datus ante collationem alij factam, inhibuisset ei ne alteri conferret quàm mādatario, & nisi in vim rescripti sibi retinuisset potestatē conferendi, de quo etiá in c. tibi qui, de rescr. in 6. vel nisi impetrans iá fuisset ante vocationē præbendæ in Canonicū receptus, de qua etiam exceptione agię ca. si postquam, de prẹb. in 6. ca. duobus, de rescri. in 6. Clausula porrò exceptionis primæ irritans quod contra literas factum esset, ita validè operatur, vt censeatur mandatario cū hac clausula beneficium quod vacat, vel vacabit, affectū, etiá ante præsentationē mandati, & præferatur aliis mādatariis, posteà impetrantib. mandatū, præsentátib. & receptis; si modò dolus vel notabilis negligentia cur non citius præsentauerit, non possit imputari: c. tibi qui gratiam, 12. de rescr. in 6. alioquin enim per solam prẹsentationem mandati. in quo non sit illa clausula, non esset ei affectum seu debitum beneficium, etsi executor datus fuisset ad cōpellendum ordinariū priusquá executor insinuauerit suam potestatem, & inhibuerit ordinario collationē alij facere, d. c. si soli. aliter tamen si executor datus fuisset non tantū ad cōpellendum, sed etiá ad conferendum, cap. si capitulo alicuius, 5. de conces. prẹb. in 6. sub qua formula & mandata expediuntur omissis priorū literarū formulis, vt obuiam iretur malitiis ordinariorum. d. c. si capitulo, & ca. si Apostolicę, de prẹb. in 6. Solebant olim dari literæ ordine seruato, primū monitoriæ, dehinc prẹceptorię, & postremo loco executoriæ: nec prius executoriæ quá præceptoriæ, aut prẹceptorię ante monitorias validè concedebantur, c. ex insinuatione Episcopi, 37. infrà hoc tit. vbi & gl. fi. notat in hoc c. capitulū S. Crucis, de gratia speciali executorias primas sine monitoriis concessas B. Clerico: hodie tamen, vt ait Io. And. ad d. c. ex insinuatione, ordo literarū illarū non seruatur in mandatis, nisi quandoq; in literis quæ scribūtur super receptione monialiū. Idipsum tradit ibid. Pan. dirigebatur & eo iure anteà mandatū soli collatori, in forma q̃ prouideret de primo beneficio vacaturo mandatario, quod ipse mandatarius impetrans duxerit acceptandū, quo casu nō dicemus esse beneficium vacans affectum impetrāti, priusquā illud acceptauerit. c. 1. de cōces. prẹb. in 6. Aliquando & mandatū cum decreto fiebat, & tūc alteri interim ante acceptationē mandatarij conferri nō poterat. Cle. 1. de cōces. præb. Aliquando quoq; p̄uideri de vacatura præbenda mandabatur, quo casu, si Papa interim canonicatum ad effectū contulisset, statim prẹbenda, quę tunc vacabat, vel quę posteà vacasset, debebatur ei, & nulli alij cōferri poterat. ca. si postquam, c. dudum de præb. in 6. Quòd si Papa canonicatum nō cōtulisset, sed mandasset prouideri, tunc per præsentationē solam mandati afficiebatur prẹbēda, nisi esset in gratia, vt dixi, decretum irritans c. dilectus, in 2. & 3. de prẹb. c. si soli, de cōces. prẹb. Non prætereo quod notat gl. ad §. volens itaque, ad verbū, *nominationes*, de collat. in Prag. sanct. gratias expectatiuas sibi dici nominationes ad beneficia vacatura, in vim quarum expectans receptus in canonicū sub expectatione prẹbendę habet ad eam ius ad rē nō in re. c. pen. de prẹb. in 6. c. fi. de conces. prẹb. in 6. si verò non sit receptus in canonicum, sed tantum habeat gratiá super beneficio sibi conferendo, tunc solum habet beneficium implorādi officium executoris, vt prouideat vel sibi faciat prouideri, gl. in c. veniens, de renunc. gl. & Inno. in c. literis, de rescr. Inno. ad c. constitutus, eod. tit. Hostiensis tamen in d. c. literis, dicit acquiri ius ad rem per literas executorias, vt potestate data petendi beneficium cum vacauerit. arg. d. c. constitutus, & ca. accepimus, de ætat. & qualit. sed hæc omnia pendent ex diuersis formis mandati, de quibus diximus in tract. rescriptorum seu lib. 1. in mandatis, c. 7. & dicemus quædam ad ca. mandatum, 38. infrà hoc tit. vide & Rebuff. ad §. 1. ad verba, *in forma mandati*, de mand. Apost. in Concordia.

7 c *Prius monitorias.* Hinc resoluit, glo. vt, dum duob. vel plurib. dantur mandata ad beneficiū simile in vna Ecclesia obtinendū, p̄refferatur is cui primo loco concessum est mandatum, & qui aliū prẹuenit, scil. in impetrando; vt & notat hîc Io. Andr. & faciūt pro eo postrema verba capitis nostri, ibi, *Assignatóque sibi beneficio prebendali qui ad eos prius mandatū reportauit.* Docetúrq; cum exceptione in c. pen. de rescr. in 6. & ibi gl. ad verb. *impetrauerit*, scribit, in rescriptis ad beneficia, saltē in mādatis, inspici tēpus datę, accedit ca. mandatum, infra. ibi, *Si pro alio non scripserimus*. Qui prius impetrauerit, ergo regulariter prẹferetur, etiamsi secundus prius quàm primus prẹsentauerit mandatū collatorib. si tamen eodē die vtrisq; fuerit concessum mandatum, is cui mandatur prouideri de canonicatu & prẹbēda, prẹfertur ei cui mādatur tantum p̄uideri de præbēda, & si vtrinsq; gratia sit similis, & sint in eo æquales, qui prior præsentauerit mādatum potior erit.

8 Etsi forsan ambo in præsentatione etiam concurrant, electio erit collatoris quē voluerit præferre; & ita vno prouiso, alter carebit impetratis, nisi ex tenore literarum appareat sum. Pont. voluisse vtriq; ipsorum etiam prouideri: facit c. duobus, vbi glo. & d. c. tibi qui, de rescr. in 6. sed & aliunde primus in data, in mandato sub forma cōmuni, prẹfertur alteri secundo in forma speciali obtinēti mandatum, Clem. 1. de conc. prẹb. Rota deci. 127. attamen si secundus in data posset primum alio modo à iure excludere, prioritas datæ illi non obesset, vt notat gl. nostri, ad verbum, *prius*, veluti si prius impetrans nō fuerit prosecutus ius suum dolo vel negligentia; vel si renunciauerit eidem expressè c. querela; 4 de rest. spol. li. 2. Decr. ti. 13. ca. ad audientiá, 31. hoc tit. vel tacitè; veluti si sentētia cōtra illum lata, ab ea nō prouocauerit, acquieuisse enim videtur, glo. ad c. 1. ad verbum, *repellendi*, de cōces. prẹb. vel si ducat vxorē, vel cōtrahat spōsalia per verba de prẹsenti, ná ex his fit incapax beneficiorum, c. 1. & 2. de cler. coniug. gl. & Doct. in c. vni. eo. ti. in 6. vel si interim expectando in vim mandati collationē beneficij, cōseqnatur beneficium incōpatibile, vt dicunt, seu quod teneri non potest cum cōferēdo ex vi mandati, & ante executionē eius. Clem. gratiæ, de rescr. vel aliis modis fiat incapax, videnda tamen gl. ad §. quod si quis ex dictis, in verbo *tempore*, in fi. de collat. in Prag. sanct.

9 Ex negligentia quoque priuabitur primus effectu mandati, si prẹbendam sibi debitam, quando vacauerit, petere negligenter omittat: nam posteà non poterit aliam in eadem Ecclesia vacantem, prẹtextu prædicti mandati petere, nec collator cōferre; cum facta ei gratia per eius negligētiam sit extincta, nisi in vim mandati Canonicus creatus & receptus fuerit: quo casu in secunda vacatura alteri poterit præferri, ca. tibi qui, de resc. in 6. c. si clericus, 11. de præb. in 6. Relinquitur autem arbitrio iudicis, quādo dicatur quis negligens, vt notat gl. ad d. c. si clericus, ad verb. *negligēter*. Existimant autem interpretes mandatarium intra sex menses saltem petere vacantem Ecclesiam ab ordinario debere, quia amplius vacare nō possit coram ordinario, c. 2, de conces. præb. gl. in §. item quod omnia, ad verb. *scilicet*, de collat. in Pragm. Sanct. Fel. ad nostrum c. capitulum, Ioan. de Selua in tract. beneficio. 3. parte, quæst. 12. & q. 15. & 34. excusabitur autem negligentia, infirmitate magna, captiuitate, necessaria absentia, & aliis legitimis modis, quos d. gl. not. ad c. si clericus, vide Pan. ad nostrum c. capitulum, n. 7. latius distinguētē. Placuit etiam in Cle. vn. de cōc. præb. vt si is, qui habet gratiam, nō postulauerit sibi conferri beneficium

intra

intra mésem à vacatione ipsius, possit posteà Epus vel ordinarius collator, alij liberè conferre, sicq; iure illo scripto, mádatarij habent tátum mésem vnũ ad acceptandũ. Disputat idipsum plurib. Io. Andr. in additionib. ad Speculatorem, in rubr. de conces. pręb. & ad c. si pluribus, de conces. præb. in Sex. Rot. decis. 313. incip. *Nota Paulus*, in Antiq. in Gallia tamen ex Concordatis dantur sex menses.

10 Posset & reiici mandatum prius impetratũ per secundum, si clericus non esset impetrans, can. ex literis, 6. de transá. cũ simil. si in Gallia nõ esset seruata forma mádatis ex Cõcordatis præscripta, ti. de forma manda. & de mandatis Apost. in Concor. facit l. cũ hi, §. si Prætor, de transac. ff. si vacaret beneficiũ, qđ prius impetrans nõ posset tenere, putà quia paternũ, c. 2. & c. ex transmissa, de fil. presb. si ex collatione ei facta sequeretur scandalum, c. cũ teneamur, de præb. Fel. in c. nihil, de præscr. si primus mádatarius iá habeat in eadẽ Ecclesia prębẽdá. Reb. ad §. 1. ad verba, *ita tamẽ*, de mand. Apost. in Cõcor. si mandatarius prior non esset idoneæ qualitatis, vel capax beneficij quod vacaret, & secũdus esset, si nõ sit sacerdos, graduatus, nominatus, in beneficio quod tales exigit. c. quia sępe, & ca. ei cui, de præb. in Sext. c. si eo tempore, de rescr. in Sexto.

11 Item & excluderet secundus primum, si in eius secũdi mandato esset apposita clausula, *Anteferri aliis prioritb. impetrãtibus*, de quo in c. pen. de pręb. in Sex. & Rota decis. 640. incip. *Si aliquis*, in Antiq. Fel. ad nostrũ c. capitulũ. Quòd si vterq; haberet clausulá, *Anteferri*, iure cómuni vtendũ erit, vt prior tépore sit potior iure, l. potior, 11. qui potior. in pig. habeát. ff. l. 1. 2. 3. 4. 8. C. eo. ti. l. 2. de priuil. fisc. C. l. 7. C. vt in posses. lega. & quòd priuilegiatus in priuilegiatum non vtatur priuilegio, Auth. quas actiones, de sacros. Eccl. C. notat & glo. ad §. item voluit dicta congregatio, ad verbum, *retroactiua*, de colla. in Prag. Sanct. vim clausulę, *anteferri*, habere, si summus Pontif. fecit gratiam puram primo, in forma, *laudabilis*, & secundo cõditionalem, in forma, *dignum arbitramur*, sub eadem data, *Decernens ita, vt postquam dictus secundus repertus fuerit idoneus, irritũ & inane à data præsentium quicquid super hoc contigerit attentari à quocũque, perinde ac si Canonicatũ eidem secundo contulisset.* Nam secuta gratiæ secundæ porificatione ante vacationem præbendæ, alij debet præferri in assecutione eiusdem præbendæ, Rot. deci. 386. decretum tamẽ non ligat ante purificationem cõditionis, Clem. 1. de conces. pręb. Oldr. cõsil. 175. hodie tamen hæc clausula in Gallia locum non habet, cũ ex Concordatis fuerint sublatæ reseruationes, notanda & insuper species c. authoritate Martini, 7. de conces. præb. in Sext. quòd quando tres sunt habẽtes singuli gratiam expectatiuam in eadem Ecclesia, quorũ vnus habuerit, putà à Martino som. Pont. mortuo, secundus à Bonifacio eius successore, tertius ab eodem Bonifacio cum clausula, *Vt præferatur omnib. non receptis authoritate Bonifacij*, quòd hi præbendas consequantur hoc ordine, nempe secundus impetrans habeat primam vacãtem, tertius secundam, primus verò tertiá.

12 f *Collegas*. Collegæ dicuntur, qui lecti simul, vel electi ad subeundum idem munus, officium, vel potestatem similem, ὁμότιμοι, eiusdem honoris, Vlp. in l. collegarum, 73. de verbor. signific. l. 1. §. inter, de magistratib. conuen. sic contutores & concuratores alicuius personæ, collegæ dicti, l. 4. & 5 de suspectis tutor. C. collegæ & præsides prouinciarum, l. 7. de custo. reor. ff.

13 g *Excommunicationis & suspensionis*. De excommunicatione, suspensione, & interdictis Ecclesiasticis, nos tractamus li. 31. Syntag. c. 8. & c. 9.

14 h *Protulerunt*. Et malè, quia post appellationẽ legitimè interpositá quiescit officiũ iudicis, ne in causa possit aliquid agere, c. Romana, §. si autẽ, & nõ solũ de appell. in Sex. c. 1. de off. ord. in Sext. l. 1. nihil nouar. appell. penden. quare nec excommunicatio, nec suspẽsio fieri post appellationem potest. c. licet, 14. de sent. excommun.

15 i *Sententias in eosdem*. Hinc notandum, excõmunicatum vel suspensum ab vno authoritatem habente, ab alio quoque posse excommunicari, & suspendi posse, vt in c. ita quorundam, 6. infrà de Iudæis. li. 5. ti. 6. & ibi glossa, ad verb. *excõmunicatio*, plurib. explicat, ita excõmunicati ipso iure mercatores, qui arma, ferrũ, aliáve prohibita deferunt Sarracenis, iubetur iterum excommunicari ab Ecclesiis maritimis: vt qui extra Ecclesiam per excõmunicationem positus est, extra eandẽ fortiori vinculo religetur, ne ingredi possit, neq; plenè quis iuuatur si soluatur ab vna excõmunicatione, nisi quoque ab aliis soluatur. c. ex parte, 5. & ibi latè gl. ad verbũ, *redire*, de off. ord. li. 1. ti. 31. c. cũ pro causa, 27. de sent. exc. li. 5. tit. 39. Eò pertinẽt verba capitis nostri, capitulum, *Præfatas sententias iuxta formam Ecclesiæ relaxetis*. Sic & in exilium missus seu bannitus pro aliquo crimine, pro alio potest iterum banniri, vt ait Specul. in ti. de accus. in fi. Io. Andr. ad ean. ita quorundam, infrà de Iudæ.

16 k *Silentium imponentes*. Liquet ex his duob. mandatariis super eadẽ Ecclesia concurrẽtib. vno admisso, gratiam alterius extingui, nec ei aliud beneficium deberi, idcirco & solet apponi mandatis clausula, vel omissa intelligitur, *Si pro alio ibidem non scripserimus*. c. mandatum, 38. infrà hoc tit. & in c. literis, 39. infrà eo. ti. ibi, *Nisi pro alio fuisset Ecclesia grauata*. nisi forsan in Gallia ordinarius, vel capitulũ haberet 50. vel amplius beneficia suę collationis, quo casu grauari posset à sum. Põtifice in duob. mádatis, & primo euacuato, alteri quoq; prouidendũ esset, vt liquet ex Concord. de mandatis Apost. & ex Prag. Sanct. Rebuf. ad §. pręfatique ordinarij, ad verb. *tertiam*, de colla. in Concord.

---

## Ad caput 31. Ad audientiam.

### ARGVMENTVM.

1 *De Bituricensi Archiepiscopatu.*
2 *Legatorum summi Pont. tres species, missi, à latere nati.*
3 *De pensionibus super beneficia.*
4 *Num renunciando literis quis iuri illarum renunciasse censeatur.*
5 *Quis videatur vendere, & an accipere pro renunciatione literarum sit simonia.*
6 *Impetrans beneficium debet mentionem facere de literis mediante pensione emeatis.*
7 *Num factũ virtute literarũ subreptitiarum sit nullum.*

### SVMMA.

*Qui literis expectatiuis renunciauerit, accepta annua pensione, vel beneficio, non potest validè alias ad beneficia, eo tacito, impetrare.*

Idem, Bituricensi *a* Archiepiscopo, Apostolicę sedis Legato. *b*

AD audientiam nostram peruenit, quòd quidam clerici obtentis à sede Apostolica literis super prouisione sua in aliquib. Ecclesiis tibi subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones, *c* seu alia beneficia, ab eorum impetitione desistunt, renunciantes *d* beneficio literarũ: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eos qui post literas, taliter venditas, *e* alia (de illis mẽtione nõ habita) *f* impetrabũt de cætero, vel hactenus impetrarũt, carere decernas cõmodo earundẽ, & Ecclesias nõ permittas earũ occasione vexari, reuocando in irritum, *g* si quid earum prætextu inueneris esse factum.

1 a **B**ituricensi. Bituricēses, populi inter Celtas, vulgò, *Berri*, eius nominis ciuitas metropolis Bituriх, vel Auaricum, *Bourges*, constituitur in Gallia Aquitanica, per Pliniū li.4.c.10. Francorum Regi subest prouincia. Comitatus namq; Bituricensis emptus fuit per Philippum 1. Regem ab Harpino Comite, cum proficisci vellet ad expeditionem Hierosolymorum, 40000. li. vel, vt alij dicunt, 60000. lib. vt scribūt Guil. Nang. & mater historia. Bituricensis sedes Archiepiscopalis est, & glossa ad c. cleros, ad verbum, *Archiepiscopis*, 21. dist. ait esse Patriarchalē in Gallia, vt nos docuimus Lugdunensem, & Grādensem esse in li.15. Syntag. c.10. vbi agimus de primatia, de qua & in c.1. 99. dist. Voluit contendere de primatia Archiepiscopus Bituricensis cum Archiepiscopo Burdegalensi, & in eū dixit se habere primatiam, vt meminit Gregorius 9. in cap. fi. de dolo & contumac. li.2. Decretal. tit.14.

2 b *Legato.* Hic Archiepiscopus erat Legatus missus, non legatus à latere, qui debet esse Cardinalis, nec etiam legatus natus, quales quidam dicuntur, ex eo quòd nacti sint dignitatem Archiepiscopalem, cui legatio iūcta est, vnde & legati dicti nati, tales sūt Archiepi Eboracēsis & Cātuariēsis in Anglia. De tribus his speciebus legatorum in c. .& :.de off. legat. in Sex.

3 c *Pēsiones.* De pensionū materia vide Hier. Gygantem tractat. de pēsioni. Reb. tract. de pacif. poss. n.92. & seq. Pau. de Rom. tract. de pēsion. Tolerātur aliquādo pēsiones annuæ super beneficiis pro bono pacis, si lis est mota, vt in ca. nisi essent viri prouidi, 21. infrà de præb. at ex causa libera, vel ob renūciationē literarū ad beneficia, censetur pensio habere venalitatē & simoniā, vt hîc, prohibitúmque est regulariter onerare beneficia pensionib. Cle. vn. de suppl. negl. prǽl. c. auaritiæ, 10. & c. extirpandę, 30. §. fi. de pręb. cum sectio beneficiorū reprobetur ex cōcil. Turon. c. maiorib. 8. & c. vacāte, 16. de præb. & beneficia sine diminutione cōferenda sunt, c. vn. vt Eccl. beneficia sine dimin. cōfer. Resoluitur porrò in dec. Rotę 210. in Antiq. inci. *Nota ꝙ pauper clericus.* & c. pauperē clericum impetrantem, expectatiuas in forma communi, habentem pensionē à laico, posito ꝙ ei pēsio esset assignata in titulum, de tali pensione nō teneri facere mentionem, etiāsi fuerit de authoritate Episcopi instituta, quia ex quo nō est beneficium, sed extinguitur cū persona, de ea clericū pauperem in huiusmodi impetratione, meminisse non exigitur, aliter autem si esset constituta pensio perpetua, quæ à persona in personam transferatur, quo casu amissio expressionis eius impediret & annullarat gratiam pauperis, etiam posito, quòd nō esset beneficiū, nec constitueretur ab Ecclesia: & ita notatur in c. si pauper, de præb. in Sex. c. postulasti, de rescri. per Inno. & Hostiēsem. Aufi. dec. Capel. Thol. 4.2. de militibus, in verbo, *gratia*, q.17. Pensio porrò canonicè instituta à sum. Pontifice, & in titulum data beneficij appellatione cōtinebitur, vt notant Pano. Barba. & Fel. in nostro c. ad audientiam. Hoc modo Vicarius ppetuus habet portionē ex beneficio, quæ pēsio dicitur, in c. extirpandę, 30. §. fin. de præb. & in c. nostro. Et hodie cū quælibet pensio teneat loci beneficij, quia datur in perpetuū, i. ad vitā recipientis, ideò impetrās beneficiū in Curia Romana, debet de ea pēsione possessa facere mentionem, glos. antiqua in reg. Cancell. 61. in fin. quod & tutius est, ne impetrans cum beneficio impetret quoque lites, nisi sit in literis clausula illa, *Pro expressis habentes*, &c. vt notat Rebuff. in Concord. Franc. & in tractatu de pacif. possess. num. 111.

4 d *Renunciantes.* Beneficio literarū renunciando, videtur renunciatum & remissum ius gratiæ quod in illis habebat renuncians vt hic & c. sanè dilecto, 4. de renun. infrà ti.9. multò magis si quid pro illis recipiat, nā posset aliquando aliter se excusare, dando literas, veluti si dando illas se submiserit misericordiæ Capituli, vel collatorum, ex quo nō cēsetur renūciasse iuri suo vel literis. c. veniens, 13. de renun. Dehinc & per hāc renunciationem literarum, accepta pensione videtur gratia impleta, & per eam beneficium renuncians obtinuisse, quia subrogatum recipit naturam ei⁹ cui subrogatur, l. si eius, §. qui iniuriarum, si quis caut. ff. l. parabolani, C. de Epis. & cler. §. fuerat, de act. eū simil. & qui habet pretium alicuius rei, rē habere aliquando videtur. l. si & rē, 22. de petitio. hæred. li.5. ff. ti.1. cum similib. ibi nota. à gl. ad verba, *ga pōt.* Quare & impleta gratia dici poterit per æquipollēs, sed & receptum, eum qui donat literas seu instrumenta acquisitionis, videri donasse & remisisse rem contentam in illis. l.1. C. de don. li.8. C. tit.54. l. seruum filij, 44. §. eum qui, de lega.1. l. Mæuia, 49. sol. mat. li.24. ti.3. Neq; prohibita est cessio nominis seu debiti, quæ transfert ius cedentis in acceptantem, l.2. C. de don. vt qui cautionem debitori suo reddidit, videtur tacitè cōuenisse se nō petiturum, l.2. §. fi. de pact. ff. li.2. ti.14. l. creditricem patrui tui, 7. de remissio. pig. li.8. C. ti.16. l. qui chirographum, de lega.3. c. cum pridem, de transact.

5 e *Vēditas.* Vendere videtur, qui pretio interueniente ius suū rei dat, l.1. de cōtrah. emp. ff. quomodo verò vēditionis nomē ēt ad alia quàm ad cōtractū specialē emptionis, transferri possit, docemus li.25. Synt. ca.1. Disputat hîc glossa, num sit simonia pro renūciatione literarum gratiæ vel mandati ad beneficia, beneficiū accipere, & in vtrāq; partē possunt argumēta deduci: verū paucis, humanior videtur sententia, nō esse, maximè si non facta fuerit pactio. Notat & Panor. singulare hîc nō esse simoniā pro literis ad beneficia futura, aliquid etiam tēporale accipere pro renūciatione.

6 f *Mētione non habita.* Taciturnitas eius renunciationis cum pensione aut beneficio, gratiam secūdam nullam reddit, eò quòd illa expressio potuisset remorari summum Pontificem, ne concederet secundas literas, & ita fraus præsumitur, c. in nostra, 32. infrà hoc tit. neq; rescriptū impetrationis beneficij valet tacito beneficio iā possesso. c. cum adeò, 17. suprà hoc tit. Dehinc & qui renūciauit spōte electioni de se factæ super ipsa electione, rursus regulari iure nō auditur, c. in pręsentia, 6. de renunc. ex noua tamen causa, & expressa renunciatione vel cognita, posset iterum ad ipsum beneficiū ex prouisione summi Pont. redire, vt in c.2. de renun. facit c. post trāslationē, 11. eo. ti. & postremò qui iam beneficium primum habuit, non potest aliud obtinere secundum, nisi dispensatiuè, can. dudū, de elec. can. de multa, de pręb. cū simil. proinde sciētia primi beneficij necessaria fuit summi Pontif. in collatione legitima secundi. c. in nostra 31. infrà hoc tit.

7 g *In irritum.* Glossa hîc videnda, quæ hoc fusè disputat. & Panorm. & alij, num omne quod factum est virtute literarum subreptitiarū, dici debeat nullum, & debeat reuocari. Dicemus tamen in summa, quòd in literis subreptitiis ad lites, in quib. nō agitur de beneficiorum collatione, quod factum erit per illas subreptitias valebit, si nō fuerit oppositum de subreptione, quia hoc casu per illas, veluti ex consensu nō opponentium, datur statim iudici delegato iurisdictio. ca. ex parte, in 2. de off. deleg. facit c. nonnulli, 28. suprà hoc ti. Possunt litigātes cōsentire in iudicē nō suum, l.2. de iud. ff. l. est receptū, 14. de iurisd. om. iud. ff. atq; hęc omissa ab initio exceptio, non poterit postea repeti, c. cū inter, & c. suborta, de sent. & re iud. Pręscriptiones seu declinatorię fori, in principio litis à litigatorib. opponendas esse legū decreuit authoritas. l. fi. de except. li.8. C. ti.36. l. nemo, de iuris. om. iu. C. l. sed & si susceperit, de iud. ff. vide tamen dist. l. fi. si à nō cōp. iud. C. Cōtrariū dicendum literis ad beneficia: nā quicquid factū erit in vim subreptitiarū, etsi beneficium per illas datum fuerit, irritū fit, eò ꝙ beneficiū Ecclesiasticum sine canonica institutione non possit obtineri licitè,

cap. ex

c.ex frequentibus,de instit.c.beneficium, de reg.iur.in 6.neque ex potestate iudicis,ex consensu etiam partiū electi,pendet dare titulum ei qui non habet,siquidem per sententiam non constituitur ius in re,sed declaratur,vt ait Vlp.in l.sicut autem resectio,8.§.& si quidē, si seru.vendic.lib.8.ff.ti.5.Et quamuis, quod attinet ad partem, contra quam dicta sententia est, pro eo qui non habet titulum, transeat sententia in rem iudicatam, tamen, quod pertinet ad eum qui non habet titulum legitimū, qui iustè & sine canonico titulo possidere non potest,non transit in rem iudicatam.vt notat hîc Panor.num.12.

## Ad caput 32. In nostra.

### ARGVMENTVM.

1 *Mediolanum.*
2 *Vtilitas plurium gratiarum & mandatorum.*

### SVMMA.

*Impetrantes plures literas ad beneficia in diuersis Ecclesiis obtinenda, quarum alia de aliis non faciunt mentionem, debent esse contenti Ecclesiis, in quibus ex prioribus recepti sunt.*

Gregorius 9.*a* Mediolanensi *b* Archiepiscopo.

IN nostra proposuisti præsentia,quòd nonnulli clerici à sede Apostolica plures literas *c*(nō tamen alias de aliis mentionem facientes) impetrant frauduleter, vt in pluribus Ecclesiis admittantur:sicque aliquando in aliis recepti,licèt nondum in eis Ecclesiasticum beneficium sunt assecuti, alias Ecclesias super receptione sua nihilominus impetunt & molestant:& infrà. § Mādamus,quatenus eos clericos Ecclesiis,in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, non permittas alias ab eis, occasione literarum huiusmodi,molestari, nisi de receptione fotte sua expressam fecerint mentionem.

a *Gregorius. 9.* De eius vita in procemio Dectetalium dixi.

1 b *Mediolanensi.* Mediolanum vulgò,*Milan*,vrbs est Cisalpinæ Galliæ Metropolis. A Gallis ædificatam scribit Liuius lib.5.dec.1.fuit tamen posteà vi cum maiori parte Italiæ capta,diruta & sale coospersa,anno Domini 1162.ab Imperatore Frederico Barbarossa seu Oenobarbo,vt scribunt Sabellicus, Fripf.in gestis Frederici.lib.2.3.& 4.Prodidisse vrbem Frederico Iudæos ait Bergo. li.12. Cisalpinæ verò Galliæ ciuitates statum restituerūt,vt author Platina in Alex.3.ibi sedes Archiepiscopalis,cui misit pallium Vrban.·. Pontifex,vt scribit Platin.in Vrbano 2.

2 c *Plures literas.* Plures literas vel gratias ad beneficia impetrare,non dānabit, si accedat volūtas ex causa summi Pontificis, qui plenam habet maximè potestatem in beneficiis,ca.proposuit,4. de concess.præbē. cum simil. & ideò accedente ea voluntate impetrans fruitur concessis,& acceptando beneficium ex alterutris,non videtur aliis renunciare,etiamsi sub eadē data de aliis beneficiis sint impetratæ,Rota dec.180. *Nota quòd vbi aliquis impetrat.* in Antiq.facit in arg.l.Aurelius,de liber.legat. Inconsulto autem & inscio summo Pontifice contrarium respondendum,nam si duas gratias quis habeat, quæ alterutrius nō faciant mentionem, illud sequetur vtilitatis, vt si vna vtens ab ea excludatur,non ideò tamen cadat ab alia,Rota deci. 50.*Nota quòd vbi quis pro beneficio*, in Antiq. quia istæ gratiæ,licèt sint diuersę,tamen nō sunt cōtrarię,& tēdunt seu cōspirant ad eundē effectum,& ideò vna exclusa,alia remanet,d.l.Aurelius,§.fi.de lib.lega.liberorum,de his,qui not.infa.l.habebat, de instit.act. l.cum qui,de inoff.test.C.& hoc modo obseruat etiam in nostro c.gl.ad verbum,*mentionem*,& addit rationē,quòd dum plures impetrātur gratiæ, quarū alia alterius nō meminerit prioris,videntur ad cautelam seu cautionē impetratæ, & ante præsentationem sint in suspēso quę illarum valeant, vt si non possit consequi beneficium per primas,possit consequi per alias,exemplo aliarum literarum,seu rescriptorum ad lites,c.ex tenore,suprà hoc tit. valent enim literæ ex pluribus quæ priùs fuerint præsentatæ,quibus impletis & admissis,aliæ euanescunt,ca.capitulum,suprà hoc tit.nisi summus Pontifex in secundis mentionem faceret de primis,quia ex eo non vnum solum,sed plura beneficia conferri voluit,vide c.si proponente,infrà hoc tit.c.cū tenēamur, de præb. Vnde quia recepta esse dicitur in Rota (vt monui) hæc sententia, reiicienda erit Compostellani, dum ait ad c.nostrum,ad verbum,*mentionem*,& cū eo Hostiensis, quòd si primæ literæ annullatæ sunt per exceptionem,& secūdæ impetratæ fuerint,non habita mentione priorum,non valeant,eò quòd,inquiunt,textus noster dicat, secundas tacitis primis impetrari fraudulenter, quando vnus impetrans vtrasque impetrauerit simul, seu si diuerso tempore, nam tunc secundum eosdem, valeret quidem receptio facta secundum primas, non secundum secundas, cassatis primis. Opinor autem ego, sententiam Hostiensis veram, si eadem exceptio contra secundas quæ contra primas proponi posset:non etiam,si ex sola illa exceptione secundę impugnetur,quòd mentionem non fecerint primarum inutilium,id est,quę sine effectu sunt. Neque arbitror repugnare textum nostrum,dum ait,*fraudulenter impetrari secūdas*,nam hoc vetum,quando qui secūdas impetrauit,tacet primas, ex quibus iam receptus erat in Canonicum,& ita iam sortitæ ex parte erant effectum.

## Ad caput 33. Ex parte.

### ARGVMENTVM.

1 *Syluanecensis Episcopus.* 2 *Caroliloci Abbas.*
3 *Excommunicandi potestas ad quem pertinet.*
4 *Nobilitas quibus modis amittitur.*
5 *Quando & quibus ex causis reuocari aut mutari possit procurator.*
6 *Gesta à nō procuratore vel à reuocato nō nocēt domino.*
7 *Procuratoris reuocatio quare debeat insinuari iudici, vt valeat.*
8 *Falsus procurator quis dicatur, & quantum noceat.*

### SVMMA.

*Procurator reuocatus, & certus de reuocatione, non potest pro vtilitate domini impetrare rescriptum: at reuocatio procuratoris dati ad lites, non efficit aduersario reuocatus, nisi prius hæc reuocatio fuerit cognita iudici & aduersario: quare quæ gesta erunt cum eo procuratore, ea tequam reuocatio prædicta fuerit cognita, perinde valent ac facta cum non reuocato.*

Idem, Episcopo Syluanectensi, *a* & Abbati Caroliloci *b*(aliàs Compendiensi.)

EX parte Decani & Capituli Laudunensis fuit propositum,quòd cùm ipsi auctoritate Apostolicæ indulgentiæ,*c* in nobilem virum *d* I.excōmunicationis sententiā protulissent:procuratoribus partium propter hoc ad sedem Apostolicā accedētibus,& lite super diuersis articulis cōtestata,*e* nos causam vobis cōmisimus terminādā: hoc adiecto, vt nō obstarēt literæ præter assensum partium impetratæ. Dictus autē nobilis citatus proposuit,quòd per illas literas procedendum non erat, ex eo quòd V. qui easdem literas impetrauerat,falsus extiterat procurator, *f* cum

ipse ante interpretationem literarũ ipsarũ, propter suspicionẽ, quam contra eundem conceperat, mandatũ sibi traditum reuocasset. Eis igitur proponentibus ex aduerso, quòd ad nos vel ad ipsos huiusmodi reuocatio nõ peruenit, vosquòd deberetis per literas procedere, per quandam interlocutoriam protulistis, & infrà. Petẽte itaque procuratore ipsorum, vt inspiceretis prædictam indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex aduerso respondit, quòd non erat per iam dictas literas procedendum, exhibẽs alias quasdam posteriùs impetratas, inter alia cõtinentes, vt si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eandem: alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis Apostolicæ examen, cum indulgentia memorata. Quas literas ipsi ex eo non valere dicebant, quia per eundem V. & post reuocationem mandati, fuerat impetratæ. ¶ Quia verò iuxta generalis statuta concilij Apostolicæ literæ (quas sine speciali mandato domini quis impetrat) valere non debent, nisi fit de illis personis à quibus non est exigendum de iure mandatum: mandamus, quatenus si reuocatio mandati ad procuratorem peruenit (cùm minus valere debeant literæ, quæ impetrantur ab illo, quo mandatum dominus reuocauit) in negotio iuxta priorum continentiam literarum, non obstantibus posterioribus, procedatis.

1 a S *Yluanectensi.*
2 b S *Caroliloci.*

3 c *Indulgentia.* Id est, permissionis vel priuilegij concessi alicui, vt possit excommunicare, vt in c. ex parte, 23. de verb. sig. hic enim est casus in quo licet alij quàm Episcopo vti excommunicatione, videlicet si ea potestas concedatur, vel si ex cõsuetudine præscripta, quẽadmodum licet iudici ordinario, & habẽti iurisdictionem Ecclesiasticam, excommunicare, can. cũ ab Ecclesiarum prælatis de offic. ordin. propriè tamen mucro Episcopi & gladius spiritalis eius dicitur, excommunicatio, ca. visis, 16. q. 2. & ad officium Episcopi pertinere, ca. corripiantur, 24. q. 3. maximè si agatur de excommunicatione solemni, aut de anathemate, quod tantũ ab Episcopo fit præsentibus 12. sacerdotibus, accensis totidem prius candelis, & dehinc in detestationem, extinguendis. c. 116. debent, 11. q. 3.

4 d *Nobilem virum.* Nota nobilitatem vsurpari pro titulo dignitatis, quã quis amittit delicto, ca. 1. de purga. can. lib. 5. tit. 44. monachismo seu ingressu religionis, ca. 26. scripsit nobis. 27. q. 2. si qui commercia exerceant, & actus plebeiorum, l. nobiliores, de commerc. & mercatori. C. l. fi. C. de loca. Et apud Aegyptios, Græcos, Scythas, Persas, Lydos, omnes qui artificiis incumberent, inter ignobiles habebantur, vt ait Alex. ab Alex. lib. 3. Genialium dier. ca. 18. amittitur & aliis modis, de quibus nunc non est institutus sermo, & videndus Tiraq. & alij, qui ex professo de nobilitate tractarunt. Hic tamen ad nobilitatẽ quæstio propria esset, nũ excõmunicari posset nobilis, quia nobiles pœnæ mitiori quàm plebeij subiiciuntur. Barth. & ad illũ Alex. ad l. Pædius, per illum tex. de incend. ruin. & naufra. sed breuiter dicendũ, posse excõmunicari ob cõtumaciam, & ob alia, imò puniri posse vt plebeiũ nobilẽ, si proditor, si hæreticus, si in excessiua cõtumacia, si delinquat in officio. vt not. Fel. ad c. pastoralis, de off. deleg. De exemplis quærendũ nõ est, nam passim nobis occurrũt Imperatorũ, regum, principum, & aliorũ nobilium excõmunicatorum, & c. quicunq;, de sent. excom. in 6. c. duo sunt quippe, 96. dist. ca. Valentinianus, 63. dist. ratio tamen ab aliquib. desiderabitur, eam autem accipiant, omnem iniuriam Ecclesiasticã, quæ admonitione non corrigitur, anathemate plectendam esse: vt scribit Yuo Carnotensis Episcopus Fulconi Parisiensis Ecclesiæ Decano, Epist. 141. & sine distinctione personarum non audientẽ Ecclesiam excommunicandũ docet ca. 18. D. Matt. Medicina egent & nobiles, vt plebeij, excõmunicatio est medicinalis potius quàm mortalis. c. multi, 12. q. 1. c. audi, 11. q. 3. can. certũ, ca. corripiantur, 24. q. 3. item quãdo excommunicatio fit, Deus nõ homo ligat, ideò nec contemnenda, ca. nemo cõtemnat, 11. q. 3. & maior Deus omnib. nobilibus: & inferioris nõ est cõtemnere legem superioris ca. cum inferior, de maior. & obed.

5 e *Lite contestata.* Cum procuratore, quare post litis contestationẽ cum procuratore facilè procurator reuocari non potest, sine causa. Pau. l. ante litem, 16. & Vlp. in l. post litem, 17. de procur. li. 3. ff. ti. 2. ca. 1. §. 1. & c. 2. de procur. in 6. Causæ mutandi vel reuocandi procuratorem plures, inter quas absentia eius reipublicæ causa, l. filiusfamilias, 8. §. fi. eo. ti. de procu. ff. peregrinatio eiusdẽ necessaria, valetudo, l. aut si valetudine, 9. l. vel iudicio, 20. l. aut longa peregrinatione, 23. eo. vel si longinquo, 44. eo. ti. ætas, d. l. post litem, §. fi. eo. religionis causa, l. nõ distinguemus, 32. §. sacerdotio, de recep. arb. ff. l. aut religionis, 18. de procur. ff. si suspectus procurator, si in vinculis, si in hostiũ prædonúmve sit potestate, l. si suspectus, 19 l. quæ omnia, 25. §. 1. eo. tit. de procur. si exulet, si latitet, si inimicus posteà fiat domini, l. vel exilio, 21. eo. tit. si affinitate aduersario coniũgatur, vel ei hæres fiat, l. aut affinitate, 22. eo. tit. vel si alia iusta videatur causa, d. l. vel si hæreditas, & l. vel si lõginquo, e. ti. neq; tamẽ temere, vel passim istæ admittũtur causæ, neq; omnino denegãdæ, sed à Prætore seu iudice temperamentũ cũ causæ cognitione suscipiũt. l. sed hæc neque, 13. & d. l. post litem, de procurator. ff. Cur autẽ libera sit ante litem contestatam reuocatio procuratoris, post cõtestationem nõ nisi cum causa, ratio datur, quia ante cõtestationem, res integra est; l. 3. manda. li. 4. C. ti. 35. post minimè: dãnúmq; inferretur aduersario litiganti, propter mutationẽ litigantis procuratoris, quare & mutationis causa discuti debet, l. iã tamen, §. si tamen, iudi. sol. ff. l. nec in plures, de exercito. actio. atque litis contestatione efficitur procurator dominus litis, quamuis nõ efficiatur dominus rei. l. procuratorib. 22. & l. nulla dubitatio est, 23. de procur. Multum autem interest posse vel nõ posse reuocari procuratorem, quòd gesta post reuocationẽ cũ procuratore reuocato, veluti cũ falso procuratore, nullius sint momẽti. c. ex insinuatione, 3. & c. in nostra, 4. de procura. li. 1. ti. 38. l. licet, 24. eo. ti. in ff. l. 1. quib. res iudica. non nocet. C. lib. 7. tit. 55.

6 Mandatũ procuratoris tãdiu durat, quamdiu mandãtis volũtas, l. si verò nõ remunerãdi, §. si mandauero, mãd. ff. l. si procurator, §. fi. de procur. ff. l. vni. §. 1. de satisdãdo. lib. 2. C. tit. 57. ita falsus procurator, id est, qui non est procurator, vel qui fuit, sed reuocatus est, depositum accipiendo, vel æs alienum exigẽdo, circa domini volũtatem furtum facit, ac præter rei restitutionem, duplici, & furti non manifesti actione tenetur. l. falsus procurator, 19. de furt. lib. 6. C. tit. 2. l. 43. §. 1. & l. 80. §. 6. eo. ti. ff. l. 18. in fi. de solut. ff. nisi dominus à falso procuratore gestum posteà ratum habuerit, quod potest, l. si procuratori falso 14. de condictio. caus. dat. lib. 12. ff. ti. 4. l. si pupilli tui negotia, 6. §. item quæritur, & seq. de neg. gest. lib. 3. ff. ti. 5. facit decis. Rotæ 455. incip. *per prædictam conclusionem*, in Nouis. quia ratihabitionem cõparari mandato placet, can. ratihabitionem, 10. de reg. iur. in 6. l. hoc iure vtimur, 152. §. deiecit, & l. semper qui, 61. de reg. iur. in ff. l. 1. §. cum autem, vnde vi, ff. Quòd si minus legitimè post litis cõtestationem fuerit reuocatus procurator, iudicium cum illo factum nihilominus ra-

nus tatum erit, id eſt, noo infirmabitur ex eo capite ꝙ procurator fuerit reuocatus.d. l.vnic.de ſatiſdãdo. C. l.ſi procuratorem,65. de procurator. Fiet porrò & legitima reuocatio ex legitima cauſa, ita demum ſi procurator de reuocatione certus fiat, l.ſi mandaſsē, mãdat.& iudex quoque, coram quo lis pendet, vel aduerſarius collitigans, c.mandato,13.de procuratorib. tunc enim poſteà ſi fiat quippiam cũ tali procuratore, ratũ non eſt, ſed nullum, & ſine præiudicio reuocantis.

7 Ceterũ quia in noſtro c.ex parte, reuocatio procuratoris non fuit inſinuata iudici, vel aduerſario, ideò reſcriptum impetratum ex eius cõſenſu etiam poſt reuocationem incognitam, valet, quod nõ valeret ſi poſt cognitam reuocationem fuiſset impetratum, ex d.c.in noſtra, de procur. ratio, quia quemadmodum geſtum cum procuratore etiam veto, nõ valet, niſi prius fecerit procurator fidem iudici, & aduerſario de mãdato: l.1.C.de procur.l.ſi procuratorē,65.eo.ti.ff.gl.notabilis in Cle.1.in verbo recept.de procur.& vide plura apud Octouianum Vveſtriũ lib.4. introductio. in aulæ Roma.actio.c.5.& ad eum Nicolaus Antonius Grauatius nu.23.24.25.26. ſic & reuocatio mandati multò magis, vel ſaltem eadem ratione, debet apparere vtriſq;: per c.1.de reg.iur.apud Greg.l.nihil tam naturale, eo.ti.ii. ff.ſublata enim perſona procuratoris iudicium claudicaret, quod tribus ad minus conſtate debet, actore, reo, iudice.l.inter litigantes, de iudic.ff. l.Iulianus, eod. tit. Item alioquin etiam fieret iudicium illuſorium, nõ exiſtente legitimo actore vel defenſore, contra l.fi.ne quid in loc.pub.ff dehinc donec de contrario conſter, qui procuratorem dedit vt cauſam agat, videtur ei permiſiſse, vt cauſam perageret, l. qui procuratorem dat,57.de procur.in ff.atque qui ſemel actionem propoſuit, ſiue conuẽtione iudiciaria, ſiue precibus principi oblatis, iudicióq; inſinuatis, & per eum neceſsariò cognitis, neceſse habet vſq; ad finē litē exercere. Auth. qui ſemel, quom.& quan.iud.lib.7.C. tit.41.§.omnē, de litig. Non.112.c.1. Quare in noſtro textu, poſtquam nobilis ſe reuocaſse procuratorem ſuum dixiſset iudicib. ab eo tempore reuocatio cognita fuit, idcirco poſt eã reuocationem impetratio literarum per illum facta reuocatum, non valet, eaque fuit prior ratio: nam non apparuit de nouo mandato poſt reuocationem. Et ex illa alia ſequitur, quare impetratio illarum literarum poſtremarum non officiat iudicibus: nempe quòd ſine mandato ſpeciali impetratæ fuerint: & ideò non valet impetratio, vt diximus anteà, ex can.nonnulli,28. §.fin. hoc ti. quod tamen non ſeruari tradit hîc gl. ad verba, *ſine ſpeciali*, & nos ad d.§.fi.annotauimus.

8 f *Falſus.* Procurator falſus dicitur, qui non habet mandatũ, vel habet, ſed non ab idonea perſona, vel ab idonea perſona habet quidem, ſed reuocatũ fuit. Bald. ad l.licet,24.de procur.C. Explicat autem & diſtinguit hîc gl.in verbo, *procurator*, quomodo & quantũ noceant vel nocere non poſſint iſti falſi procuratores.

---

### Ad cap.34. Significante.

#### ARGVMENTVM.

1 *Magiſter.* 2 *Leodium Ducatus.*
3 *Rhemi.* 4 *De clauſula, Si eſt ita.*
5 *Reſcriptum de perſonis alicuius diœceſeos non trahitur ad alterius diœceſis homines.*
6 *Error quando vitiet reſcriptum.*
7 *Delegato non datur iure communi iuriſdictio, niſi in diœceſi nominata aut diœceſi rei, vel actoris.*

#### SVMMA.

*Litera ad litem decidendam cum aliquo certa diœceſeos expreſſa, obtenta non comprehendunt eum qui ſe alterius diœceſeos docet.*

Idem, Decano & magiſtro a G. Canonico Leodienſi b

SIgnificante V. vos noueritis accepiſſe, quòd cùm R. contra V. Rhemenſis diœceſis c ſuper quibuſdam pannis & aliis ad iudices literas impetraſſet, idem V excipiendo propoſuit, quòd cùm idem non de Rhemenſi, ſed de Leodien. diœceſi exiſteret, per huiuſmodi literas (cũ diœceſi Leodien. non facerent aliquam mentionē) conueniri de iure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionem huiuſmodi admittere denegarunt, noſtram audientiam appellauit. ¶ Ideóque mandamus, quatenus ſi eſt ita, d reuocatio in irritum, & cætera.

1 a M*Agiſtro.* De magiſtro diximus ſuprà ad cap.21.
2 b *Leodienſi.* Leodium Ducatus Iuliacenſis vrbs Epiſcopalis, ibi vulgò, *Luttic.*

3 c *Rhemenſis diœceſis.* Rhemi inter Belgas proximi Celtis, & Sueſſionibus, cum quibus eodem iure & iiſdē legibus vtebantur, vnum imperium, vnúmque magiſtratũ cũ eis habentes: finitimi quoque Veromanduis, Treuiris, Metenſibus, Catalaunenſi & Laudunẽſi diœceſibus, ac ſyluæ Arduennæ, ibi ciuitas metropolis, cuius omnes ſuffraganei ſunt in Belgica, nomen retinēs, *Reims*, in regno Francorum ſita, in qua & Rex Francorũ vngitur & conſecratur. Meminit Iul.Cæſar lib.2.de bel.Gal. Plin.li.4.c.17. Yuo Carnotenſis epiſt.116. Vrbano ſummo Pontifici ſcribens, dúmque in fine ait, eandē ſedē diadema regni habere, & omnib. penè Gallicanis Eccleſiis exemplũ ruinæ vel reſurrectionis exiſtere.

4 d *Si eſt ita.* De hac clauſula ſuprà dictum ad c. olim,25.hoc ti.extat & in c.ſignificauit,36. infrà hoc eodem tit.

5 e *In irritum.* Exceptionem legitimam exiſtimat S. Põtifex, ſi in vim literarũ, quę meminerũt de perſona certæ diœceſeos, alterius diœceſeos vocetur in ius corã delegato, & irritũ iubet fieri quicquid factũ fuerit nõ admiſsa exceptione. Quod intelligendũ eſt, quãdo poſset eſse dubiũ circa incertitudinem perſonæ, putà quia ſunt aliqui duo vel plures eiuſdē nominis in expreſsa diœceſis, ſed is qui cõuenitur alterius eſt diœceſeos, ita incertitudo perſonę vitiat reſcriptum, vt in l. duo ſunt Titij,30.de teſta.tute.li.26.ti.2.cũ ſim.ibi à gl. cita.in l.ſi fuerit legatũ.10.de reb.dub.li.34.ff.tit.5. Expreſſio deinde certæ diœceſis, aliã diœceſim excluſiſse videtur, vt incluſio vnius ſit excluſio alterius, l.ſi verò, 64.§.de viro, ſol.matr.l.cũ ita, de cond.& dem.ff.l.Pomponius, §.ſed etſi is, de procur. & quę ſpeciali nota digna ſunt, niſi exprimantur, videntur neglecta, l.item apud Labeonē, §.hoc edictũ, de iniuriis.ff. c.quamuis, de prǫb.in 6. Dehinc extenſio ab vna diœceſi ad aliã fieri non poteſt, eò ꝙ reſcripta ſunt ſtricti iuris, vt mãdata, in l.diligenter, mand.ff.nec patiuntur extra pręſcripta extenſionem, vt hîc, & c.quamuis,4.de prǫb.in 6 c.ſtatutum,9.§.in nullo, de reſcrip.in 6.atque in actib. ſtricti iuris, omiſsa pro omiſſis cenſentur, nec ſupplētur. l.quicquid adſtringendæ, de verb.oblig.ff. Eſt & ſingularis textus in c.ff.& G.40.de off.delega.lib.1.tit.29.in quo delegata iuriſdictio nõ poteſt prorogari ad perſonas in literis nõ cõprehenſas, etiam ex cõſenſu illarũ, quamquã alioquin in iudice ordinario, prorogatio iuriſdictionis eius poſſit fieri ad alterius iuriſdictionis homines, ex cõſenſu illorũ, l.1 C.de iuriſd.omnium iudicum.l.ſi per errorem.eo.tit.ff.l.1.& 2.de iudi.ff.atque in c.Rodulphus,35.proximo huius tituli, tam restricta eſt reſcripti interpretatio, vt non poſſit extendi, vt per verba illa quib. datur iudices cõtra Epiſcopũ Sagienſem, & quoſdam alios Sagienſis diœceſeos, nõ poſſint

cótineri vel vocari q̃ sũt de ciuitate Sagiẽsi,& in eam. significauit,36. infrà hoc tit.clausula, *Et quidã alij*,nó cótinet heredes et eius qui potuisset vocari corã iudice dato,neq; vni⁹ modus in impetratione beneficij expressus,ad alios extẽditur.c.susceptũ,6.de resc. in Sex.

9 Cæterum notat Panor.Butrigar.Imola; Innoc.& Felin.hic,q̃ si fuerit in rescripto error diœceseos personæ nominatę in rescripto, & cõstet quòd de persona illã intellexerit summus Pont. q̃ ideò quia erratũ sit in diœcesi,nominatus non poterit euitate vocatione & iudicium, veluti si mandetur Præfectũ talis vrbis, qui est diœceseos Parisiensis verè; tãquam diœceseos Tholosanę vocari coram iudice delegato in ciuitate Parisiẽsi: nam certè cum alius non sit præpositus præter illum nominatũ,is nominatus , etsi alterius sit diœceseos,quàm expressa dicatur in rescripto, nõ poterit recusare iudiciũ eo nomine. Consentit Host. in summa,de rescripti pręsentatione.§.qui possunt,vers. *idẽ si erretur*.Spec.tit.de rescr.§.fi.vers.*q̃d si indubitatè*. p̃bat textus l.his verbis,48.§.fi.de hęre.instituen.li.28. ff.ti.5.vbi Martianus ait,*Si in patre, vel patria, vel alia simili assũptione falsũ scriptũ sit, dũ de eo qui demõstratus sit constet,institutio valet*.Sic in decis.Rotę 13:. incipien.*Error nominis*,tradidit,errorem nominis,seu cognominis illis,contra quem impetratur cõmissio, dũmodò per aliquas circunstantias possit constare de persona,q̃ sit illa quę in cõmissione est expressa, non vitiare processum contra personam eandem, maximè si fiat executio citationis,in vim dictę cõmissionis decretæ,sub vero nomine vel cognomine, & citatus expresso vero nomine & cognomine procuratorem ad causã cõstituat,cui sentẽtię possũt suffragari l. si quis in fũdi vocabulo,de lega.1.§.si quis in nomine,de lega. apud Iust.l.si quis in nomine,C.de testam.l.fi.C.de hęred.instit.facit ca.licet ex quadã necessitate, 4 :. infrà de testib.li.2.ti.20.c.tua,de cõsang.& affin.cũ similib. docet & deci.Rotæ 839.aliàs 40.incipiẽs,*Papa concessit Cluniacẽsi*,& c.in Antiq.ti.de rescr. demõstrationẽ falsam,vel errorẽ qualitatis expressæ, nó vitiare literas, quãdo constat de corpore.Sic conciliantur, & conueniunt hoc temperamento,quę glossa hîc adfert, non debere errorem,de quo constet,obesse,per l.error facti,de iur.& fact.ignor.C. & quòd falsa causa vel demonstratio non perimat legatum,l.1.C.de falsa causa adiecta leg. C. quia quando constat de corpore , extrinseca errore confusa nó obstant.c.tua nos,de consang.& affin.l.si in rem,de rei vindica.cum similib.

7 Dubium præcipuũ istius decisionis erat , cur non conueniatur nisi is qui ex diœcesi est nominata in literis,quòd intentio videtur esse sum.Pontificis, quòd noluerit dare iurisdictionẽ delegato,nisi in hominem eius diœceseos nominatæ:ordinarij iuris enim est, literas impetrari debere ad lites,vel iudices delegatos, vel in diœcesi rei,vel in proxima intra vnam dietam, non vltra,c.statutum,11.§.cum autem actor,de resc.in Sex.dicitur & in §.cum verò,eiusdem ciuitatis, eiusdẽ c.statutum,actore & reo existentibus eiusdem diœceseos, non debere causam committi extra eam , nisi in sex casib.ibi enumeratis,in quibus tamen nemo vltra vnam dietam trahetur extra suam diœcesim.

## Ad caput 15. Rodulphus.

### ARGVMENTVM.

1 *Prior in beneficiis quis dicatur.*
2 *Succentor quis.* 3 *Rothomagensis Succentor.*
4 *Diœceseos appellatione quando non continetur eius præcipua ciuitas.*

### SVMMA.

*Per clausulam positam in rescripto delegationis,vt vocẽtur aliqui alicuius diœceseos,& quidam alij, non possunt vocari ciues ciuitatis principalis eius diœceseos.*

Idem,Priori a sancti Laudi,& Succentori b Rothomagensi. c

RODulphus clericus rector Ecclesiæ Sancti Christophori de ciuitate Sagiensi , sua nobis insinuatione monstrauit , quòd cùm magister R.eum per quasdam literas contra Episcopum Sagiensem,& quosdã alios Sagiensis diœcesis,super redditibus, & rebus aliis impetratas à nobis , coram iudicibus super eadẽ Ecclesia, per generalem clausulam(Quidam alij)conuenisset,idem rector proposuit excipiendo, quòd cùm esset de ciuitate Sagiensi , & sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa d Intelligitur inclusus , conueniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere,nostram audientiam appellauit. ¶ Ideóque mandamus, quatenus si est ita, reuocetis in irritum, & cætera.

1 a PRiori.Quis dicatur Prior in beneficiis,explico li.15.Syntag.c.24.n.16.& 18.& diuersitatẽ Prioratuum secularium & regularium,eod.li.15.c.18.

2 b *Succentors.*De Succentore & Succentoriatu diximus eod.lib.15.Syntagm.c.22.nu.14. & ibidem n.1.de Cantore & Primiceriatu,vide & c.cleros,21.dist.

3 c *Rothomagensi.*Vide suprà ad c.23.

4 d *Nullus de ciuitate ipsa.* Vt dicã liberè quod sentio, hoc caput mihi videtur mirabilẽ & penè inauditam p[illegible]are exceptionem,vt ab appellatione diœceseos excludatur ciuitas principalis eius , cũ alioquin qui diœcesim dicit,totũ quid pronunciet,& qui totũ dicit,nihil excepisse videatur,l.Balista, ad Senatuscõs. Trebell.l.Iulianus,de leg.1.c.solitæ,de maior. & obed. & in toto pars,l.in toto,de reg.iu.l.si quis cum totum, de excep.rei iud.ff. Diœcesis nihil aliud est,quàm alicuius territorij definiti administratio,vel locus administratus seu rectus,vt doceo fusè li.15.Synt. ca.12.nec dubitat quisquam eius administrationis esse ciuitates ibidem existentes,multò magis & eam in qua sedes Episcopalis, cuius reliquæ partes esse censentur, vt ait Vlp.in l.qui ex vico,30.ad municip.li.50. ff.ti.1.l.insulę Italiæ,9.de iud.li.5.ff.ti.1.l.forma censuali, 4. §.is verò qui agrũ,de cẽsib.li.50.ff.tit.15.Celebris ciuitas illa est, quæ caput est prouinciæ,l.si in aliquã,7.de off.Procõsul.li.1.ff.ti.16.ibi sedes Episcopalis diœceseos,e an.1. de off.ord.li.1. ti.31.Notat & gl.in c.vnic.ad verbũ,*diœcesi*, de rer.perm.in Sex.li.3.ti.10.in mandatis, appellatione beneficiorũ vacaturorũ in diœcesi,cõtineri & beneficia ciuitatis & Ecclesiæ maioris.Quare explorandum nobis, num aliqua alia via possit adiri & cõprehendi mens huius capitis , quàm hactenus fuerit explicatũ, itaq; puto in hoc ca.nõ venire sub appellationa diœceseos ciuitatem principalẽ, nõ quòd diœcesis appellatione non contineantur ciues principalis ciuitatis, vt hactenus persuasũ fuit interpretibus, sed quia ante illam clausulã,*Et quidã alij*,dictũ fuerat de diœcesanis quibusdã aliis,nõ ciuib.ciuitatis præcipuę;ideò illa clausula ad similis conditionis homines, ex vi relationis tantũ refertur,sic.n.erãt cõceptę literę,*Quod cùm magister R. impetrauit literas contra Episcopũ Sagiẽsem,& quosdã alios Sagiẽsis diœcesis*. Et quod in illis literis,virtute clausulę,*Et quidã alij*, sc.post expressos qui nõ erãt de ciuitate,citari fecit,corã iudicib. delegatis,Rodulphũ clericum rectorẽ Ecclesię S.Christophori de Sagiẽsi ciuitate, qui dicebat se non contineri appellatione, *Quidã alij*. Inducor autem,vt ita explicem,præsumptione primum,quia verisimile videatur summum Pontificem , illos quosdam alios dixisse

ciues

ciues, si tales fuissent. Item 2. dictio, *alij*, refertur ad similes antè expressos, & non ad dissimiles. l. Labeo ait, 25. §. fin. de recept. arbitr. lib. 4. tit. 8. Tertiò in clausula mandatorum, vt conferantur beneficia alicui curata, & quæcumque alia, hæc verba, *quæcumque alia*, non includunt dignitates, sed similia alia, glos. in Authen. sed nouo iure, de seruis fugitiuis. C. docet Socinus consil. 260. incip. *In causa.* 2. volu. dehinc & per clausulam, *Et quidam alij*, non possunt etiam similis conditionis plures quàm tres vocari, vt resoluitur in cap. 2. de rescrip. in Sext. dicuntur alia de clausula, *Et quidam alij*, in proximo capite.

---

## Ad caput 36. Significauit nobis.

### ARGVMENTVM.

1 *Namutensis Comitatus.* 2 *Tullum vbi.*
3 *Hæredes vocandi coram iudice delegato vocari non possunt.*

### SVMMA.

*Mortuo ante vocationem in ius eo qui virtute rescripti ex clausula,* Et quidam alij, *conueniri poterat, rescriptum quod pertinet ad vocationem hæredum eius, inefficax est.*

### Idem, Abbati Sancti Iacobi.

SIGNIFICAVIT nobis Comitissa Namutensis, quòd cum mortuo Comite fratre suo, ipsa in eius successerit Comitatu, [a] G. & B. per quasdam literas Apostolicas contra Tullensem [b] Episcopum, & quosdam alios clericos, & laicos impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtētę fuerant) super quadam summa pecuniæ, quā eidem fratri suo se mutasse dicebāt, per illam generalē clausulam (Quidā alij [c]) (quia in prædicto Comitatu successerat) conuenerunt: excipiēte itaque procuratore suo, quòd cùm adhuc frater eiusdē mulieris viueret, quando eædem literę impetratę fuerūt, nec per ipsas dum viueret, fuerat ad iudiciū euocatus, earum authoritate non poterat cōueniri. Et quia iudices exceptionē non admittebant ipsius, nostram audientiam appellauit: & infrà. ¶ Ideóque mandamus, quatenus si ita est, [d] reuocatio in irritum, [e] & cætera.

1 a *Comitatu.* Nota in Comitatu Namutensi posse succedere fœminas; quamuis iure consuetudinis feudorum in Comitatu non possint succedere fœminæ: quando autem & vbi succedant, docemus ex professo libro 6. Syntagm. c. 12.

2 b *Tullensem.* Tullum est Leucorum oppidum inter Belgas, ciuitas hodie, *Toul*, inter Santmihelem, Nancium & Pontimussum sita: ibi Episcopatus. Meminit de ea ciuitate Ptolom. lib. 2. Geograph. ca. 9.

c *Quidam alij.* De illa clausula, déque angustis eius finibus dixi superiori c. 34. & 35.

d *Si ita est.* De hac clausula anteà dictum.

3 e *In irritum.* Notat hîc Panor. communem & veriorem opinionem esse, per clausulam illam, *Et quidam alij*; non posse vocari hæredes ob vocati antequàm moreretur, quamuis ipse si mortuus non fuisset, potuisset vocari, aliter autem, si in ipso rescripto qui mortuus est, nominatus fuisset, & superstes fuisset tempore impetrationis rescripti, & dummodò agatur de causa ad hæredes transmissibili, can. dilecti, 17. de foro compet. infrà lib. 2. titul. 2. propter illam regulam generalem, Actiones hæredibus & contra hæredes dari, Rubr. vt actiones ab hæredibus & contra hæredes incipiant. li. 4. tit. 11. plora etiam à Panormita. & à glossa hîc notantur, quæ recidunt in eandem resolutionem. Quod si tempore impetrati rescripti, mortuus existat is contra quem impetratur, non poterunt hæredes eius coram iudicibus in ipso delegatis conueniri. Nam, vt ait Paulus, aduersus eum qui in rebus humanis non esset cùm iudex datus est, neque iudicis datio valuit, neque aduersus eum sententia dicta vires habet, l. 2. §. fin. Quæ sentent. sine appella. rescindant. li. 49. ff. tit. 8. nisi iudicis datio concepta esset aduersus dignitatem personæ mortui, & ageretur de causa ad dignitatem pertinentem: nam tunc semper successor in dignitate censetur in rescripto nominatus, vt si contra Ecclesiam, contra Comitatum, &c. nam dignitas non moritur cum persona eius qui eam possidet. capit. si gratiosè, de rescript. in Sext. ca. liberti, 12. quæst. 2. Similiter dicemus non interire rescriptum, si viuente eo, qui posteà moritur, res vel negotium cœperit agitari, & res non sit amplius integra: nam tunc in contra successorem vel possidentem rem, de qua cœpit agi in vim rescripti, poterit procedi. cap. quia v. qui violenter, ti. de iudic. infrà lib. 2. tit. 1. facit ca. 1. de alienat. iudic. mutan. causa facta infrà li. 1. tit. 42. Dixi portò in prima resolutione, nominati in rescripto, causam transire in successorem in causa transmissibili, vt excludam ea quæ in hæredes nō trāseunt, vt si agerent cum mortuo de crimine puniendo. nam reo mortuo, regulariter crimina extinguuntur, quod pertinet ad personalem pœnam, quæ non transit ad hæredes. l. 1. & 2 si reus vel accusator mortuus fuer. Cod. ca. quorundam, 23. dist. l. si qua pœna, vbi ratio. de pœn. ff. cum similib. nisi in quantum ex criminis actu ad hæredes peruenerit: vel si pro pecuniaria pœna conueniantur, & si contestata cum reo ante mortem eius lis fuerit, l. vni. ex delict. defunctorum, in quantū hæredes teneañ. li. 4. C. ti. 17. §. pœnales, de perpet. & tempora. actio. l. omnes actiones, de regul. iur. ff. per rationem l. in hæredem de calumnia. ff. l. videamus, quod met. caus. ff.

---

## Ad caput 37. Ex insinuatione.

### ARGVMENTVM.

1 *Abbas Sancti Victoris: quid Abbas.*
2 *Ambianensis Episcopatus.*
3 *Litera præceptoria, monitoria, executoria.*
4 *Mendacium qualit nocent impetrationi.*

### SVMMA.

*Executoria litera ad beneficia, non ideò minus efficaces sunt, quòd monitoria non præcesserint.*

### Idem, Abbati [a] Sancti Victoris.

EX insinuatione Episcopi Ambianensis [b] accepimus, quòd I. clericus super eius prouisione, ad ipsum præceptorias; [c] & post modum ad vos executorias contra eum literas impetrauit: & infrà. ¶ Quocirca mādamus quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint, executoriis supersedeatis eisdem, dummodo eędem executorię de monitoriis fecerint mentionē. [d] alioquin, in executionis negotio, iuxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione præuia procedatis.

1 a *Abbati.* De Abbate quid significet vox, & de dignitate eius dixi li. 15. Syntagm. c. 13.

2 b *Ambianensi.* Ambiani, vnde ciuitas, *Amiens*, in Picardia posita, de qua meminit Iulius Cæsar, libr. 2. de bello Gallico.

3 c *Præceptorias.* De monitoriis, præceptoriis & executoriis literis dixi suprà ad ca. 30. capitulum Sanctæ Crucis.

4 d *Fecerint mentionem.* Hîc summus Pontifex priuat mendacem vtilitate rescripti: propter mendacium quod dixerit præcessisse monitorias, cùm non præcessisset, quamquam & sine mendacio expresso, potuisset rescriptum concedi. c. super literis 20. suprà hoc tit.

e *Alioquin.* Hîc resoluitur si mendacium non sit expressum, posse valere literas præceptorias, etiā si monitoriæ non

P præcess-

præcessisset: vt diximus etiam sup. ad c. capitulum, adde hîc videndam gloss. fin.

## Ad caput 38. Mandatum.

## ARGVMENTVM.

1. *Nouium, & Nouiensis Episcopatus.*
2. *Mandatum de quibus beneficiis conferendis grauare censeatur eos ad quos directum est.*
3. *De clausula si pro alio non scripserimus mandatis pluribus, num vna Ecclesia grauari possit.*
4. *Mandato quare dicatur ordinarius.*
5. *Intentio rescribentis, in rescripto inspicienda.*
6. *De reuocatione mandatorum.*

## SVMMA.

*Mandatum Apostolicum, cum clausula,* Si pro alio non scripsetimus, *non censetur grauare Ecclesiam cui dirigitur, si pro alio prosequente beneficium anteà scriptum fuerit.*

Idem, Nouiensi [a] Episcopo.

MAndatum [b] Apostolicum ad te directum, [c] vt Magistrum S. faceret in canonicum recipi, & in fratrem Nouiensis Ecclesiæ, si pro [d] ibidem non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur, alio iam beneficium per nostras literas obtinere, prosequi non teneris. ¶ Cùm super receptione duorum, grauandi [e] Ecclesiam ante dictam non fuerit intentio [f] mandatoris.

1 a *NOuiensi.* Nouium Tarranensi Hispaniæ vrbs, in tractu Artabrorum, non procul à Nerio promontorio, *Tarracon*, vulgò, *Arragon*, prouincia vel regnum olim à ciuitate eius nominis, de quò Pomponius Mela. libr. 2. de situ orbis, Artabri, Hispaniæ populi, in finibus Lusitaniæ seu Portugalliæ ad Septentrionem & Occasum, ita dicti à vicino promontorio Artabro, de quibus meminit Strabo. in 3.

b *Mandatum.* Ad hoc cap. copiosè scripsi Pacuf. nos de rescriptis mandatorum diximus fusè in tracta. generali de rescript.

2 c *Ad te directum.* Episcopum Nouiensem. Quando Episcopo vel Abbati dirigitur mandatum, existimandum est mandatum esse, vt in Ecclesia Episcopali vel Abbatiali sua, prouideant mandatario de beneficio: & si habeant Episcopus plures Episcopatus, vel abbas plures Abbatias, censetur in eo Episcopatu, eáve Abbatia, qui, quæve exprimuntur grauatus, ca. cùm in illis §. fin. & ca. mandato, & ca. mandatum, de præbend. in Sext. potest autem mandatum dirigi, vel Episcopo soli, vt hîc in nostro c. 38. & c. si soli concess. præb. in Sex. vel Episcopo & capitulo simul, ca. literis, hoc ti. ca. si. de præban Sex. Potest & dirigi separatim capitulo, vt in c. si capitulo, de concess. præb. in Sext. videnda hîc decisio Rotæ, 583. *Nota in diœcesi Maioricensi*, in Antiq. sic si mandatur prouideri de beneficio pertinente ad collationem capituli coniunctim vel diuisim, non continentur beneficia quæ conferuntur disiunctim *à prælato solo*, nisi expressè dicatur: Imo. ad ca. dilectus, de concessio. præben. vide de his plura apud Rebuff. in forma mandati Apostolici ad verbum, *Capitulo*, in Concorda. vide de diuerso modo dirigendi mandata ex antiquis formulis in gloss. ad §. & quia in ipso decreto, ad verbum, *dirigendum*, de collatio. in Pragma. sanct.

3 d *Si pro alio.* &c. Hanc clausulam, *Si pro alio non scripsimus*, glossa hîc putat superfluam & fatuam in mandatis, at ego arbitror olim valdè fuisse in illis necessariam, cùm summus Pontifex habeat plenam potestatem in beneficia, ca. proposuit, 4. de concession. præbend. infrà lib. 3. titul. 8. quare hoc iure scripto, non tantum vno, sed etiam duobus, vel plurib. mandatis potest eandem onerare Ecclesiam. Quamobrem cùm in nostro ca. declaretur intentio summi Pontificis quòd non velit onerare Ecclesiam duorum receptione, ca. nostro, in fin. & ca. literis, 39. ca. Abbate. 40. infrà hoc titul. ideò hæc clausula necessaria est, vel expressa, vel intellecta, effectusque ita eius clausulæ erit, vt cùm Papa possit de iure concedere tot gratias quot voluerit in eadem Ecclesia, æquum visum fuerit limitari, seu explicari illas gratias, ne grauare per illas præiudicium inferatur ordinario collatori. Quamobrem & in Gallia, hæc facultas concedendi plura mandata, restricta ex conuentione summi Pontificis & Regis est, vt Ecclesia vel ordinarius collator, non possit grauari duobus mandatis, nisi habeat quinquaginta beneficiorum collationem, nec vno, nisi habeat ad minus decem, vt habetur in Rubrica de mandat. Apostol. in Concor. cùm tamé de iure scripto mandatum possit dirigi habenti collationem duorum beneficiorum in nostro ca. mandatum, &c. in nostra, de rescript. & hoc priuilegium in iure solius Papæ: Nam nec legatus à latere, nempe Cardinalis, non potest duo, sed vnum tantùm beneficium reseruare, in Ecclesia, ca. præsenti, 3. de offic. lega. in Sexto. lib. 1. titu. 15. nihil tamé prohibet, quin ordinarius Collator grauatus duobus, vel tribus, vel pluribus mandatis possit, si velit, in vtro illorum mandatariis conferre, quamuis non teneatur, quippe quòd grauatè ferre non dicitur volens, vt neque tres tutelæ affectatæ dicuntur grauare affectantem, seu volentem, quamuis nolentem excusent, §. item tria, de excusatio. tutor. l. dicimus, eo. tit. ff. & licet vnicuique iuri suo renunciare, l. penul. de pact. C. l. pacisci, eo. tit. ff. cum similib. sed etsi pro tertio mandatario rescriptum sit, & primus & secundus mandatarius fuerint inhabiles, aut mortui, aut reiciendi, tertius poterit prosequi mandatum suum, quia solus hîc inuenitur, neque ex sola concessione vel impetratione mandati tertij, censetur grauatus ordinarius, nisi prouisum fuerit primo & secundo, Clement. in verbo, *rogare*, de rescript. ca. dispendia, in verbo, *fatigare*, eod. tit. in Sexto. plenè Felinus ca. ex tenore, & ca. in nostra, hoc nostro titul. neque mandata habent executionem, nec afficiunt ordinarios, nisi post præsentationem factam illis vel Vicariis illorum, & nisi post mensem à tempore præsentationis, §. & quia in ipso decreto, & ibi singulares glossæ ad verba, *executionem præsentationis*, & *Vicario*, de collatio. in Pragma. sanctio. ca. si solic. si capitulo, de concess. præb. in Sext. ca. cum te, de rescript. neque præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum, c. non præstat, de regul. iur. in Sexto. l. quoties, Qui satis. cogan. ff. proinde Rebuffus rectissim. notat in § 1. ad verbum, *duobus*, vers. *secundo fallit*, de manda. Apostol. ad Concord. quod poterunt etiam centum mandata impetrari directa eidem Ecclesiæ, vel ordinario collatori eidem, verum tamen ordinarij collatores debebũt iure vnum aut duo tantùm beneficia secundum numerum beneficiorum suæ collationis, mandatariis, qui prius præsentauerint sua mãdata, cæteris paribus, capit. penul, de rescript. in Sexto. & ita donec ordinarius fuerit grauatus de duobus beneficiis, poterunt mandatarij prosequi mandata sua. Obseruandum insuper hîc dici, non censeri summum Pontificem velle grauare duobus mandatis, vel duorum beneficiorum collatione, ordinarium collatorem, videlicet quando ipsemet duobus faceret gratiam, sicque mandata per ipsum, vltra vnum, vel duo concessa expirant. Cæterùm nihil prohibet quin vltra sua mandata, possit dare executorias literas pro mandato concesso alteri à prædecessore summo Pontifice, in forma, *Rationi congruit*, &c. vt no. Card. Panor. Imola ad c. lit. 39. hoc tit. vbi & textus addit ratio. quod in eo quod concernit gratiam à prædecessore factam, sum. Pontif. factum prædecessoris potius quam suum dicitur prosecutus.

4 e *Grauandi.* Grauari dicitur ordinarius, quãdo ei aufertur libera conferendi potestas, est. n. in. Episc. vel ordinarij collatione & inter fructus Ecclesiæ cõputatur, gl. in c. cùm olim, de maior. & obed. & nemo iure suo sine facto suo vel culpa.

privari

priuati debet, c.2. sup. de constitutio. cap. satis peruersum, 56. distinct. c. inuentum 16. quæsti. 6. ca. conquerente, de restitutio. spoliator. cum simili: sed & odiosum videtur potestatem conferendi beneficia antequam vacent, adimi collatori, quæ suę prouisioni iam relicta sunt, c. eam te, de rescrip. c. conquerente, de offic. ordina. ca. 1. de appell. monacho. vt solicitudo Ecclesiarum diœcescos & subiectio eidem commissa. ca. nullus, cap. Basilicæ, 16. q. 7. cum similibus. quo fit, vt postquam vacauerint beneficia illud grauamen cesset; & ideò sine iniuria eius, & propter negligentiam illud quomodocumque & quandocumque vacauerint, potest summus Pontifex diligentior per præuentionem conferre vacantia beneficia, & ita præuenire collationem ordinariorum c. dudum, §. nos igitur de præb. in Sex. c. penul. de rescrip. in Sex. vide quæ de istis præuentionibus dixi. lib. 17. Syntag. c. 7. nu. 12. & seq. neque enim sum. Pontifex tantam concessit ordinariis potestatem, quin maiorem sibi retinuerit saltem & parē c. dubium, de præb. in Sex. c. ad honorem 4. de author. & vsu pallij infra hoc lib. t. tit 8.

5 f *Non fuit intentio.* Rescripta habent intentionem principum secularium & spiritualium inclusam, ne in præiudicium alterius tertij censeantur concessa. l. 2. §. si quis & §. nemo, ne quid in loc. pub. ca. super eo, de offi. delega. c. licèt, de offi. ordin. c. ex tuarum de author. & vsu pallij. cum similib. Mandatur & aliquando de beneficio prouideri expresse si non sit alicui ius quæsitum, quod tamen intelligendum putant de iure in re, non de iure ad rem, vt ait Calde. consi. 8. in fin. de Rescrip. Roma. consi. 256. incipien. *Approbo*, in fi. Imola, & alij, ad cap. causam quæ, de rescript. per cap. fin. de concessi. præben. in Sext. Felin. ad cap. nostrum mandatum numer. 5. hæcque communis est opinio, quamuis Ægid. cōclu. 34. incipien. *Supposito*, repugnare videatur. vide Rebuffum in titul. de forma mandati, ad verbum, *expectat*, in Concord. Felin. add. c. causam quæ, de rescrip. in 5. regu. Intentio mandantis vt loquentis sequenda est, vt suprà admonui in ca. 20. super literis, in fine facit, cum c. causam, & c. si de præbend. ca. petitio de procura. l. si quis, de lega. 1. l. inter stipulantem, §. 1. de verb. obli. ff. l. in ambiguis de verbor. obliga. & eadem mens quæ mouit delegantem, debet mouere delegatum. ca. super literis, 20. suprà hoc titul. cap. exposita, de arbit. quare, quia intentio nō est summi Pontificis hoc iure grauare ordinarium collatorem nisi in vno mandato & in Gallia aliquādo in duobus, si quinquaginta & vltra beneficia conferre possit; valebunt quidem rescripta tria vel plura mandatorum antequam executioni demandentur, verum in executione primum vel alterum si collationum numerus patiatur, excludunt & tollunt alia c. duobus, de rescript. in Sext. Atque in Gallia, vbi ius singulare est ex forma præscrip. mandatis, si duo mandata impetrata fuerint à duobus: primúmque habeat clausulam, *Etiam si pro alio scripserimus*, alterum cum clausula, *Si pro alio non scripserimus*, neutrum valebit, quia in his voluntas Papæ sibi repugnat, vt scribit Rebuff. in forma mandati, ad verba, *Si pro alio non scripserimus*, in Concordat. facit l. vbi repugnātia, de regul. iur. l. seruo, de condict. Iud. ff. l. scripturæ diuersæ, de fide instru. Et hoc inquit Rebuff. maximè efficitur ex prohibition. concordatum regis & summi Pontificis, quia non possunt grauari ordinarij mandatis nisi habeant decem beneficia suæ collationis quo casu non possunt grauari nisi vno mandato, & si minus quàm decem, nullo. vt neque duobus, qui vltra decem habent etiamsi haberent 49. nisi habeant quinquaginta, quo casu possunt duobus tantum grauari non amplius, quamuis haberent mille vel vltra. Alioquin iure communi hoc scripto posset summus Pontifex grauare ordinarium duobus vel pluribus mandatis si haberet vltra vnum beneficium, dummodò apponat illam clausulam, *Etiā si pro alio scripserimus qui huiusmodi gratiam prosequatur*. ca. præsenti, de offic. ordinaau Sext. propter expressam voluntatem & intentionem summi Pontificis, quæ habet plenissimam in beneficiis potestatem, vt in dicto capit. proposuit de concessio. præben. Clemen. 1. vt lite pendent. ca. 1. de præbend. in Sext. Clausula itaque illa necessaria: quamuis enim Papa possit propria authoritate conferre omnia beneficia, non tamen vult vti hac potestate ordinariis concessa, nisi exprimat, ca. peruenit, 11. quæstio. 1. Et in hoc quoque obscuro capit. authoritate Martini, 7. de cōcessio. præbend. in Sexto. vt si tres sint expectantes beneficium vacans in Ecclesia eadem, vnus authoritate Martini Papæ, vnius gratiæ per ipsum concessæ non fuerant reuocatæ: Alius authoritate eiusdem Bonifacij cum prærogatiua, vt præferatur omnibus expectantibus authoritate eiusdem Bonifacij, non tamen receptis: illi admittantur hoc ordine, vt prima præbenda quæ vacauerit in eadem Ecclesia debeatur secundo, secundam vacantem habeat tertius, tertiam primus. Clausula, *Anteferri*, gratiam primam remoratur, & præfert secundum, cum hac clausula, *impetrantem*, ca. hi, qui, 12. & ca. penul. de concess. præbend. in Sexto.

6 Reuocantur autem vt plerumque mandata concessa à summo Pontifice, post mortem eius ab eius successore, si res sit integra. c. penul. de præben. in Sex. contrà si ex illis ius quæsitum esset iam ante mortem Pontificis mandatariis in re, ne cessent integra mandata, ca. si is cui de canonicatu, de præbend. in Sexto. cap. de concess. præbend. in Sexto.

---

## Ad caput 39. Literis Apostolicis.

## ARGVMENTVM.

1 *Apostolica sedes, Apostolica litera.*
2 *Gratia prædecessoris non impedit gratiam successoris Summi Pontificis.*
3 *Gratiæ prædecessoris Summi Pontificis possunt & solent à successore reuocari.*

## SVMMA.

*Clausula,* Si pro alio non scripserimus, *non verificatur per executorias datas, post monitorias præmortui Pontificis, nec per illas impeditur mandatum.*

### Idem.

LITERIS Apostolicis[a] ad vos directis, vt G. clericum reciperetis in canonicum, & in fratrem: nisi pro alio fuisset per nos[b] Ecclesia vestra grauata: mandatum nostrum vos exequi voluimus & mandamus. ¶ Non obstante T. subdiaconum per nostras literas executorias recepistis, qui à bonæ memoriæ H. prædecessore nostro; monitorias impetrauit. ¶ Cùm factum prædecessoris nostri potius quàm nostrum fuerimus prosecuti.[c]

1 a APostolicis. Literę Apostolicę, id est, à sede Apostolica, vel ab eo qui tenet sedem Apostoli diui Petri concessæ, sicuti Cathedra Mosis quam tenuerat Moses, in qua nihilominus dicebantur sedere Scribæ & Pharisæi, D. Matt. c. 23. versic. 2. & quia in ea Cathedra legerent & interpretarentur legem quam Deus Mosi dederat, 2. Esdræ. c. 8. vers. 2. 3. 4. & Beatus Thomas in opusculo contra errores Græcorum, refert, sinodum totam Calcedonensem acclamasse Leoni summo Pontifici, *Leo sanctissimus Apostolicus & Oecumenicus, id est, vniuersalis Patriarcha, per multos annos viuat.* Iohannes quoque Episcopus Nicopolitanus Hormisdæ summo Pontifici sic scribit: *Decenter ad vestras orationes concludo, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ, cunctarum Ecclesiarum curam & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam & specialem dispositionem vestram*; Et Iuo Carnotens. Episcop. Paschali summ. Pont. scribens episto. 41. *Nec enim (inquit) indecens est; sicut Apostolicis docemur exemplis & scriptis, si aliquando sententiam ipse mutet Apostolicus in melius, cùm aliquid subreptum fuerit, vel falsis precibus fuerit ab Apostolica sede impetratū.* Sed de Apostolica sede nos alibi diximus.

2 b *Per nos.* Verba illa, *Nisi pro alio fuisset per nos Ecclesia vestra grauata*, efficiũt, vt grauamen factum à prædecessore summo Pontifice non impediatur, neque impediat factum à mandãte. Et proinde executoriç datæ ad monitorias prædecessoris, non censentur habere nouum grauamen, sed ab alio iam cœptum, per successorem grauantis executioni demandatum, quemadmodum dicitur de rescripto in forma, *rationum congruit*, quod expeditur quando aliquid impetratum est à summo Pontifice ante expeditionem bullæ mortuo, & impetrantur bullæ à successore secundùm voluntatem prædecessoris, iuxta regulam 8. Cancellariæ Pauli 3.

3 c *Prosequnti.* Prosequutio volũtatis prædecessoris pendet ex honestate non necessitate successoris, qui poterat, si nollet, non prosequi, & reuocare gratias prædecessoris, vt communiter fit, ca. penul. de præbend. in Sex. c. fin. de concess. præbend. in Sext. non odio quidem summi Pontificis mortui, sed odio ipsorum mandatorum, quòd ad futuras vacationes pertineant, & videantur conferre beneficia antequam vacent, quod visum est detestabile, non secùs quàm pactio de hæreditate viuentis. c. 2. & 3. de concess. præbend. in Sexto. ca. 2. eo. apud Grego. vel vt hîc notat Panorm. tolluntur prædecessorum gratiæ à successoribus, vt sublatis illis non impletis faciliùs noui Pontificis gratiæ impleantur: Posset & addi alia ratio, ne Ecclesiæ onerentur mandatis.

---

## Ad caput 40. ad Abbatem.

### ARGVMENTVM.

1 *Abbas habet collationem beneficiorum in diœcesi.*
2 *Beneficia regularia debentur regularibus, secularia secularibus clericis.* 3 *Clericus vnde dictus.*
4 *Monachi tertium genus hominum.*
5 *Executor mandati cum clausula,* vt prouideat mandatario, *maioris potestatis quàm is, qui datur cum clausula* vt faciat prouideri.
6 *Mandatum de conferendo, quæ beneficia continet.*
7 *Beneficij appellatio quando contineat canonicatũ, præbendam, aut dignitatem.*
8 *Mandatario quæ beneficia grauatus ordinarius cõferre debeat.*
9 *Facultas prouidendi secundum ius intelligenda.*

### SVMMA.

*Episcopus habens mandatum à summo Pontifice, vt de beneficio in sua diœcesi alicui faciat prouideri, vbi pro alio scriptum nõ esset, non potest cogere Abbatem vel alium, qui iam receperit mandatum speciale, vt alicui clerico certo, de aliqua Ecclesia sui monasterij prouideret.*

### Idem.

ABBATEM [a] qui mandatũ Apostolicum iam recepit, vt S. clerico [b] in aliqua Ecclesiarum sui monasterij prouideret, & per literas generales ad diœcesanum Episcopum obtentas, vt in diœcesi sua (vbi pro alio scriptum non esset) faceret prouideri, [c] cogi iuris ratio non permittit, nec super cõferendis Ecclesiis aut beneficiis [d] aggrauari, etiamsi facultatem [e] habeat diœcesanus per easdem literas prouidendi.

1 a *Abbatem.* Nota Abbatem posse habere collationẽ beneficiorum in diœcesi Episcopi, & posse grauari mandatariis, iure tamen ordinario, collatio ad Episcopum pertinet beneficiorum suæ diœceseos, alio autem iure speciali vel ex priuilegio, ad alios, vt docemus lib. 17. Syntagm. iur. c. 7. facit ca. cum & plantare, de priuileg. c. cum ex iniuncto. §. fin. de hære c. 1. de Capell. mona.

2 b *Clerico* Scilicet regulari clerico: nam beneficia regularia monasterii, regularibus tantùm debentur, secularia secularibus, sicque rescripta intelligi debent de beneficiis conuenientibus personis impetrantium si regularia, vel secularia, cap. cùm de beneficio, de præb. in Sex. cap. nullus, de electio. infrà §. volumus, de collatio. in Concordat. vtneque censeatur dispensatum, si regulare beneficium seculari, vel seculare regulari simpliciter summus Pontif. conferat, nisi in signatura vel prouisione nominatim fiat mentio & expressio de commenda. vt habetur in regula Pauli 3. titul. de commendis. Requiritur & insuper, vel clerici qui obtinent beneficium regulare sint regulam expresse professi eius ordinis, cuius sunt beneficia, aliter sine expressa dispensatione ea non possunt legitimè tenere, cap. cum singula, 36. de præbend. in Sexto. vide consil. Tridenti, sess. 4. in decreto de reformatione cap 10.

Clericus dicitur à dictione κλῆρος, id est, pars sortita, pars portio, quòd qui in album Clericorum relati sunt, cum speciali protestatione & fide, electione singulari, reiectis omnibus bonis & curis seculi, in partem & portionẽ suam Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, eiúsque cultum elegerunt, ca. cleros, 21. dist. ca. clericus, 12. q. 1. Ita duo sunt genera Christianorum; aliud Laicorum, aliud clericorum, qui initiati Dei seruitio sunt, ca. duo sunt, 12. q. 1. de quibus nos abundè diximus lib. 16. Syntag. iuris. c. 1.

4 Quidam & tertium genus adducendum putant monachorum, monialium, canonicorum, ca. non dubium, cap. de monialibus. infrà de senten. excommuni. lib. 5. titul. 36. sic in cap. 6. alia causa. 16. q. 1. Ex diuo Hieronym. ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, epistola. 1. inter clericos & monachos distinctio adhibetur, *Alia causa* (inquit) *est clericorum, alia monachorum: Clerici pascunt oues: ego pascor*, &c Et idem D. Hierony. ad Rusticum & in can. 27. si clericatus, 16. quæstio. 1. separat monachum à clericatu. atque vsque ad tempora Eusebij Zozini & Syricij, monachos simpliciter sine clericatu fuisse Ecclesiastica testatur historia, c. 39. hinc est etiam, 16. quæstio. 1. & Iustinia. in l. generaliter, 52. de Episcop. & cleri. C. distinguit à clericis monachos, quo ait non esse clericos, quæ lex translata in cap. 42. generaliter, 16. quęstio. 1. facit quod scribit Gregorius Ioanni Rauennati Episcopo, lib. 4. Episto. 1. relatum in can. 2. 16. quæstio. 1. *Nemo* (inquit) *potest Ecclesiasticis obsequiis deseruire, & in monastica regula ordinatè persistere, vt ipsi monasterij districtionem teneat, qui quotidie in ministerio Ecclesiastico cogitur permanere.* Yuo Carnotensis Episcop. Epistola 23. scribens Petro Pictauiensi Episcopo, *Clericorum* (inquit) *ordini publicam infertis iniuriam, qui monachorum ordinem tam ruinosam superbiam erigitis, vt clericos tam et subiugare studeatis, quorum tanta debet esse excellentia, vt secundum beatum Augustinum, vix etiam bonus monachus bonum clericum faciat.* Quod sumptum ex epistola D. Augustini, 76. ad Aurelium, & relatum est in can. 36. legi. epistolam, 1. qu. 16. Rursum ab Yuone Panormiæ lib 3. titul. de religiosis, cap. 174. sufficit monacho, quòd tantum bonus sit, licèt fuerit illiteratus & irregularis, quæ tamen duo impediunt ne clericus efficiatur, cap. illiteratos, 36. distin. cap. 1. 55. distin. Et certè prior fuit monachorum institutio, & monasticæ vitæ finis, vt extra hominum consortium secreti liberiùs Deo seruirent, contemplationi & pœnitentiæ agendæ dediti, primum heremitę, de hinc in cœnobia ex regula congregati, vt & dolentis & plangentis, non docentis habebant officium, vt ait D. Hieronymus, epistola ad Riparium aduersus Vigilantium. in ca. 4. 16. quæstio. 1. & rursum D. Hierony. lib. de institutio. monachi, & de laude vitæ solitariæ. Vbi autem cœperunt monachi ad literas se conferre, & contemplationibus Theologiæ secreta coniungere, iísque operã nauare, potestas facta illis est, vt possent fieri clerici ex testimonio Abbatis vel Prælati sui, & ab Episcopo probati præiudicare & clericalia peragere, in Concilio Agathensi cap. 27 & cap. 33. monachi vagantes, cap. de Monachis. ca. doctos, 16. qu. 1. Ratio proponitur in can. hinc est, 39. §. superiori authoritate, ca. 16. q. 1. Permissum & Abbatibus intra claustra propria, suis monachis clericatum seu primam tonsuram conferre, cap. cum contingat, 11. de æta. & qualita. c. 1. 76. dist.

5 c *Faceret prouideri.* In duobus mandatis, de quibus meminit

meminit hoc caput, sunt duæ clausulæ diuersæ. vna directa Abbati, vt prouideret certo clerico: alia directa Episcopo diœcesano, vt faceret prouideri. Nam per clausulam per quam alicui mandatur, *Prouideas authoritate Apostolica tali in aliqua Ecclesia vel diœcesi*, censetur adempta potestas collatoribus conferendi, & data executori, postquam mandatum insinuauerit collatori & sibi reseruauerit collationem in vim literarum Apostolicarum, c. constitutus, de concessio. præben. ca. , §. ex parte eo. tit. de concess. præb. in Sex. notat gloss. in c. si. ad verbum, *prouideret*, infrà de concess. præbend. Quando autem datus est executor in rescripto, cum clausula, *vt faciat prouideri*, cēsetur datus tantum executor ad compellandos collatores per excommunicationem; & ideò is non potest interdicere, ne alij conferat collator, neque ipse potest conferre, vel instituere cap. dilectus filius, 27. infrà de præbend.

6 d *Ecclesiis vel beneficiis*, Hic mandatum de conferendo, perpendendū de quo beneficio scriptum sit. Nam si dictum fuerit in eo, vt prouideatur mandatario in aliqua Ecclesia ciuitatis, vel alicuius diœcesis, mandatum non extenditur ad dignitates, nec ad rectoriam, vel personatum, ca. ad aures, & ibi interpretes, hoc tit. cap. si, de præben. quia non omnis qui idoneus est ad alia beneficia, est istis aptus semper, vt notat ibidem gloss. quemadmodum & pueri quædam possunt beneficia possidere, non etiam ea quæ regimen habent animarum c. ex ratione, c. indecorum, de æta. & qualit. ordin. vt qui non possunt ex aliqua causa beneficio deseruire, non possunt ad aliud idonei reputari, c. super inordinata ordinatione, 35. de præb. ideò in forma mandati in Concordatis sum. Pontif. & reg. Galliæ, apertè exprimitur vt prouideatur de canonicatu & præbēda aut dignitate, aut personatus administratione, aut officio vestræ vel alterius Ecclesiæ, aut de alio beneficio cum cura, aut sine cura, etiamsi Parrochialis Ecclesia, vel eius perpetua Vicaria, aut Capella, aut perpetua Capellania fuerit, ad collationē eius cui dirigitur nominationem seu præsentationem, & aliam quamcumque dispositionem, communiter vel diuisim pertinente, & c. per quam formulam tolluntur dubia, quæ vel ex genere beneficij, vel ex modo conferendi oriri possent, quæ ibi explicat Rebuffus.

7 Beneficij alioquin etiam simplex appellatio, non posset continere præbendam seu canonicatum in Ecclesia cathedrali, c. quamuis, in t. de præben. in Sext. nisi dictum vt mandatario prouideatur de beneficio Ecclesia Cathedralis, idque ex verisimili summi Pontificis intentione. Calde. cons. 31. incip. *An impetrans*, de præben. aut quando nulla sunt beneficia in Ecclesia, idque ne gratia sit inanis, & vt aliquid operetur, argu. ca. si Papa, de priuileg. in Sext. aut nisi tam generalia verba essēt, vt de quacumque specie beneficij posset intelligi. Imola in Clem. vnic. de supplenda negligen. prælat. aut nisi literæ essent in forma pauperum, quia literæ iustitiæ sunt, & Episcopus tenetur eis prouidere, ca. Episcopus de præbēnd. infrà. cap. si Episcopus, eod. tit. in Sex. Quare in illis canonicatus & præbendæ appellatione beneficij continebuntur. Diuersum in literis gratiosis, glo. in d. c. quamuis, & in ca. accepimus, de æta. & qualita. Appel. quoque beneficij non cōtinetur dignitas, nisi exprimatur in mandato, c. ad aures, & ibi Doctores, hoc tit. de rescrip. §. quemadmodum cursus nec per expressionem factam in mandato dignitatis, non comprehenditur maior dignitas post Pontificalem. Ægid. decis. 698. incip. *Conclusio*.

8 Verba porrò illa formæ mandati, *Vestra vel alterius* & c. aliquem [illegible] ordinarium ad conferendum, non tantum beneficium suæ diœceseos, sed etiam si quod aliud ipse conferre possit in alia diœcesi, vel in alia Ecclesia quàm Cathedrali, vt in c. pro illorum, 22. de præben. ibi, *In aliqua Ecclesiarum vbi expedire cognoscet*, & c. vt in nostro c. ibi, *In aliqua Ecclesiarum sui monasterij*. Quod si mandaretur Abbati non habenti collationem in alia Ecclesia quàm sua, ... apponeretur ... clausula. Vide Rotam decision. 149. incip. *Vtrum beneficium*. in Antiq. Omittam reliq. ... beneficia, quæ non possunt contineri sub mandato, remittamque lectorem ad ea quæ dixi de illis suprà lib. 2. in tract. de ... dum de mandatis egi, ca. 4.

9 e *Etiamsi facultatem habeat*. Per hæc verba, intelligimus facultatem alicui datam intelligi, quatenus iuris ratio permittit, per rationem l. si quando, 35. C. de inoffic. testa. l b. 3. concessione generali, ea tantùm censentur concessa, quæ verisimiliter quis in specie concessurus esset, l. qui pecul. j. 46. de pecul. lib. 15. ff. tit. 1. l. si creditor. § pen. māda. ff. l. oblatione, de pignor. ff. Cæterùm iuris ratio est, speciale mandatum derogare generali, vt dictum in ca. 1. suprà hoc tit. proinde cùm iam abbati mandatum esset, vt certo clerico prouideret in suis Ecclesiis, mandatum generale vt alicui alij curet in sua diœcesi prouideri, non pertinet ad Abbatem, neque eū vlterius grauare potest, maximè quia in mandato generali clausula erat, *Si pro alio non rescripserimus*, de qua diximus in superioribus capitibus, *Mandatum*, &, *Literis*.

---

## Ad cap. 41. Ab excommunicato.

### ARGVMENTVM.

1 *Excommunicatio facienda iuxta concilij generalis formam.*
2 *Absolutio excommunicati à quo fieri debeant.*
3 *Excommunicatus cogi potest petere excommunicationis absolutionem, & quando pro hæretico habeatur.*
4 *Excommunicatio nulla, quando absolui à superiore inuito inferiore & aduersario possit.*
5 *Excommunicatio iniusta an liget.*
6 *Casus quidam in quibus excommunicatio non sit timenda, & sequentib. numerū.*
7 *Excommunicatus incensus, & c. excommunicare non potest.*
8 *Non excommunicat Episcopus violans interdictum Ecclesiæ.*
9 *Aut contra priuilegium excommunicati.*
10 *Aut si resistatur ei excedenti modum visitandi, & propter alia quæ sequuntur, & num. 11.*
12 *An sententia excommunicationis valeat contra vniuersitatem.*
13 *Infidelis non excommunicatur.*
14 *Excommunicationis sententia quomodo iusta, vel iniusta timenda sit.*

### SVMMA.

*Rescriptum per quod mandatur ei qui contra formam concilij generalis aliquem excommunicauit, vt excommunicatum absoluat adiectis delegatis, qui en dilatione absolutionis eundem absoluerēt, adiecta quoque clausula, Si est ita, si male excommunicatus esset, non tribuit causæ cognitionē excommunicāti, sed delegatis,*

### Idem.

AB excommunicato, qui contra statuta concilij [a] generalis asserit se legatum, literis ad excommunicatorem [b] obtentis, vt (si ita est [c]) sine difficultate absoluat eundem, & aliis deputatis iudicib. qui (eo nō parēte [d]) mādatum Apostolicum exequantur. ¶ Non excōmunicatori (qui de facto suo certus esse debet, licèt in hoc deferatur eidē) sed illis cognitio demandatur.

1 a CONcilij. Scilicet generalis sub Innocentio 3. c. 43. de quo, & eius forma circa excommunicationem in c. sacro, 48. de senten. excom. lib. 5. tit. 39. in ca. constitutionem, c. Romana, 5. eo. tit. in Sex. de sent. excom. vbi cautum, ne excommunicatio, nisi præcedente monitio, & nisi ex magna causa fiat, rationabili, cáve non vulgari, diligenter ac maiore examinata. & in c. Episcopi, ca. nemo Episcoporum, ca. nullus sacerdotum, 11. q. 3. facit concilium Aurelianense 5. cap. 2. concilium Tridentinum sessione 23. tit. de reformatione, cap. 3.

a b *Ad excommunicationem.* Excommunicanti primum dirigitur absoluendi mandatum ex regula generali, cuius est ligare, eius & soluere, capit. 17. si Petrus. 24. quæstio. 1. ca. verbum, de pœniten. distinc. 1. l. qui condemnare. 3. de re iudica. cap. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. cap. 1. infrà de raptor. lib. 5. tit. 17. Perpetuò tamen necessarium non est, vt qui legauerit vel excommunicauerit, absoluat, veluti si ordinarius aliquem subditum condemnet, & post appellationem ab illo eundem excommunicet, superior, ad quem appellatum est, potest eum absoluere, vel ad excommunicantem, si velit ei gratificari, absoluendum remittere, capit. per tuas literas, 40. de senten. excommunicationis, & dicto ca. sacro, eodem titul. pulcher textus hîc videndus in ca. ad exprimendam, 8. de offic. ordina. infrà hoc libr. 1. titul. 31. gloss. 1. ad ca. inferior, 21. distinct. ponit tres regulas & exceptiones de excommunicatione. Prima, inferior superiorem non potest ligare, vel absoluere: pro qua & capit. cùm inferior, de maior. & obed. 2. qui potest ligare, potest absoluere. 3. qui potest soluere potest & ligare.

c *Si ita est.* De hac clausula dictum anteà.

3 d *Eo non parente.* Hinc colligenda est ratio, quare cognitio causæ excommunicationis pertinet potius ad delegatos, quàm ad excommunicatorem, nempe propter contumaciam excommunicatoris, qui non vult absoluere, vt in dict. ca. ad reprimendam, de officio iudic. ordina. contumacia verò non parendi colligitur, si intra tempus vel in rescripto, vel à delegato constitutum, non absoluerit. arg. capit. irrefragabilis, §. excessus. eod. titul. de offic. ordina. Petere autem debet absolutionem in eo tempore excommunicatus, aliter non debet absolui, vt notat hîc gloss. & in capit. significasti, de eo qui duxit in matrimo. quam prius pollu. per adul. facit. l. dies cautioni, 4 §. hoc autem iudiciũ, de damn. infect. li. 39. ff. titu. 2. Qui autem remanserit per annum excommunicatus, nec curauerit se absolui, hæreticus censetur, vt contemptor, censuræ Ecclesiasticæ, capit. fin. de pœn. & bona eius confiscari debent, teste Aretino ad ca. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, colu. 3. de accusa. & sic coguntur excommunicati per bonorum distractionem, petere absolutionem: vt docet Rebuffus in repetit. ca. postulastis, in 4. notabili. de cleri excommun. ministran. & quòd post annum quoque priuatus sit beneficiis si habeat, vt notant in ca. 1. de iudic. & Rebuff ad rub. de excommunicatis non vitan. in Concor. in pœna 55. excommunicationis probat & can. rursus. & ca. quicumque, 11. quæ. 3. quando videlicet beneficiatus excommunicatus fuit pro crimine; secus si pro causa numaria, vt declarat Panor. ad capit. 1. num. 24. de iudi. & in c. cum contingat, nu. 7. de dol. & contum. cui consentit Chassa. ad §. 9. num. 3. tituli, *des Iustices*, in consuetudinib. Burgun. Stephanus Aufrer. ad decision. Tholosa. 265. suspicio porrò hæresis si per annum quis remanserit excommunicatus, si pro alio crimine quàm pro hæresi fuerit excommunicatus: alioquin si ob hæresim fuerit excommunicatus, post elapsum annum non pro suspecto tantùm de hæresi, sed pro conuicto haberetur, & tanquam hæreticus pœnis subiici debet. ca. excommunicatus, §. qui autem, & capit. cum contumacia, de hæret. in Sext. An autem excommunicatus inuitus possit absolui, pluribus cum distinctione hîc prosequitur Panormita. numero 20.

4 Qui asserit coram superiore sententiam excommunicationis nullam in se latam fuisse, purà post appellationem ad eundem superiorem, & quòd sententia intolerabilem contineat errorem, & petit absolutionem, non ei denegatur: quamuis in hoc excommunicator vel aduersarius intercedat, vel se opponat, nisi excommunicatum quis dicat pro manifesta offensa, in quo casu dilatio octo dierum indulgebitur allegandi, vt si probauerit, non relaxetur sententia, nisi sufficiens prestetur emẽdatio per excommunicatum vel idonea cautio de parendo, præterquam si offensa dubia proponatur, capit. 2. de sentent. excomm. in Sext. cap. per tuas, 4. eod. titul. hoc volum. lib. 5. titul. 39. at quando excommunicatus de iniusta non de nulla excommunicatione cõqueritur apud superiorem, superior, si quidem fieri possit sine periculo moræ, excommunicatum ad excommunicatum cum suo mandato remittit absoluendum, intra certum terminum, alioquin ipsemet, vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta, absoluit c. sacro, 48. de senten. excommun.

5 In nostro capit. nulla dicitur excommunicatio, & tamen absolutio petitur, nempe ob metum excommunicationis, quæ, siue iusta siue iniusta fuerit, timenda est. capit. 1. 11. quæst. 3. atque à suo pastore dicta iniusta, quod pertinet ad Ecclesiam, ligat excommunicatum & vitandum reddit, quamuis quod pertinet ad Deum, non ita. vt scribit D. August. sermone 19. de verbis Domini, & in ca. 48. cœpisti, & duob. sequentibus 11. quæst. 3 Quomodo autem iusta vel iniusta excommunicatio dicenda erit, & quando ex ea vitandus, vel non excommunicatus, vide capit. non debitis, 64 §. ex his, & canon. Episcopus, 65. §. si verò iniustè deiecti, eadem 11. quæst. 3.

6 Notat Angelus Clauasius in summa, in verbo *excommunicatio*. 3. Doctores in capit. solent, & capit. præsenti, de senten. excommun. in Sex. casus aliquos, in quibus excommunicatio non sit timenda, videlicet primò, si non suo iudice lata sit, & in eum qui non consenserit, capi. ad nostram, de consuetu. vt sententia à non suo iudice lata, propter defectum potestatis, non tenet, l. final. de iuris. om. iud. ff. l. 1. C. si à non competenti iudi. nisi alteri potestas à summo Pontifice fuerit delegata, quam & potest summus Pontifex delegare etiam laico, eò quòd excommunicatio sit iurisdictionis, non ordini Episcopalis, cap. bene quidem, & ibi gloss. in verbo, *laico*, 96. distinct.

7 Secundò, non timenda, si à suo quidem iudice, verum ab excommunicato, quis excommunicetur: quia non potest ea ratione excommunicare. c. audiuimus, 4. & ca. 36. apertè, 24. quæst. 1. idipsum si ab intruso c. alienationes, 12. quæst. 2. si à suspenso, vel interdicto à iurisdiction. ca. quia, de conces. præ. videlicet, si à notoriè excommunicato interdicto suspenso, quis excommunicetur, aliter autem si notoriè talis non sit ratione publicæ vtilitatis, vt notat Pano. in nostram, ca. numer. 8. ca. ad probandum, de sentent. & re iudi. sicuti responsum est de iudicatis per seruum qui pro libero habebatur, in l. Barbarus Philippus, de offic. pretor. ff. vt communis opinio seu error in personarum qualitate facit ius, l. 3. ad senatus consul. Macc. lib. 14. tit. 6. l. 1. C. de test.

8 Tertiò, non timenda, si is qui sententiam eam excommunicationis tulit, antea violasset interdictum Ecclesiæ, c. tanta est, 18. de exces. prælator. lib 5. tit. 31.

6 Quartò, si quis excommunicetur contra expressum sui priuilegij tenorẽ, c. cum capella, 16. ca. cum tenorem, 26. infrà de priuileg. lib. 5 tit. 36.

10 Quintò. si excommunicetur, quòd noluerit prouocationem dare Episcopo excedenti euectionum numerum, in visitatione facienda, prescriptum. c. cum ad quorumdam. 7. de excess. præla: ca. cum Apostolus, de censib. Sextò, in ca. 1. de rescript. in Sext. Septimò, in ca. quia plerique, de offic. ordina. in Sex. Octauò, si delegatus excommunicat contra intentionem delegantis, capit. final. de præb. Nonò, etsi quis excommunicat appellantẽ, propterea quod appellauerit ab eo, cap. per tuas, de sentent. excommun. capi. solet, & ca. venerabilibus, eod. titul. in Sext. Decimò. si excommunicatio contineat intolerabilem errorem, proximè tribus citatis capitibus.

11 Vndecimò. si excommunicatio proferatur generaliter, contra tale quippiam non facientes, vt contra non restituentes: hi enim cognosci non possunt vt vitentur, Fridericus de Senis consi. 93. Duodecimò. si sententia lata contra non facientem intra aliquem terminum, & terminus posteà fuerit prorogatus ab illo cui fieri debebat, & cuius fauore lata fuit excommunicatio. can. præterea, de appel. Ioan. Andræas ad cap. quicumque, de sentent. excommun. in Sext.

Decimo

Decimotertiò, si is qui protulit sententiam, non intendit ligare: quia excommunicatio vires assumit ex intentione excommunicantis. Panormit. in c. ex parte, de offic. ordin. item & ex intentione eius ad cuius requisitionem seu petitionem profertur excommunicatio. c. bonæ memoriæ in s. de postul. prælx. Decimoquartò, si proferatur ab inferiore à Papæ in aliquem & in participantes cum illo, qui moniti non fuerint. cap. statuimus, iuncto. c. constitutionem, de sentent. excommunic. in Sext. aliter si summus Pontifex talem proferret, ca. quod in dubiis, de sentent. excommunic. Decimoquintò, si sententia proferatur sub conditione, & ante euentum eius moriatur excommunicator. c. cùm ad hoc, de cleric. non resident.

12 Decimosextò, si excommunicatus fuerit infans aut furiosus pro delicto, cùm certum sit huiusmodi personas, non posse delinquere. Idipsum si sententia fuerit prolata contra quam vis prohibeat, contra vniuersitatem vel Collegium, c. Romanæ §. fin. de sentent. excommunic. vbi gloss. ad verbum, *penitus*, notat quosdam defendere sententiam non valere excommunicationis in vniuersitatem vel Collegium latam: ex quorum numero sunt Hostiensis, Ioan. Monachus, Archidiac. Franc. Eo quod vniuersitas vel Collegium, non sunt pro capaci materia ad suscipiendam illam excommunicationem, quod & notat Panor. ad nostrum, ca. num. 9. subiungit tamen glossa ad d. verbum, *penitus*, contrarium sensisse Bernardum, quamuis sententia fuerit læta temere, quæ & illi videtur sententia tutior in dubio.

13 Dehinc nec capax materia excommunicationis infidelis, qui extra Ecclesiam est, nec in ex fuit, in cap. Gaudemus, de diuort. Poterit tamen extra Ecclesiam per excommunicationem Christianus positus, iterum excommunicari pro eadem causa, & pro diuersis, & ab eodem iudice, & à diuersis, ca. Engeltrudam, 3. quæ. 4. ca. excellentissimus, 11. qu. 3. gl. in ca. officij, de sentent. excommunic. quæ videnda. Quocirca si ex pluribus causis quis sit excommunicatus diuersis sententiis, ab omnibus nominatim debet absolui, d. c. officij, & ca. ex parte de offic. ordin. quòd si vna sententia ex pluribus causis fuerit facta, excommunicatio vna expressa, absolutio ad omnes pertinet, argum. ca. super literis hoc titul. suprà Panorm. ad c. cùm pro causa, de sent. excommunic. & si à pluribus iudicibus quis ligatus, à pluribus debet absolui: & donec fuerit excommunicatus, absolutus, debet vitari, nisi à pluribus excommunicatus, vni ab omnibus commissa absolutio fiat, interpretes ad d. c. officij. Poterit & superior vnus plurium iudicum excommunicantium, excommunicatum à pluribus absoluere, Rica. in 4. sent. dist. 8.

14 Cæterùm in superioribus casibus & similibus, in quibus dicitur sententiam excommunicationis nò nocere, vel non ligare, vel non esse timendam illud intelligi par est, quando suprà notati, sunt manifesti, & constaret de illis: alioquin verè, quando non apparerent indubitatè, timenda esset semper sententia excommunicationis, quomodocumque lata, & qui eam contemneret peccaret mortaliter. Ideò ad cautelam, refugiendum erit ad superiorem pro obtinenda absolutione, vel ad cù qui excommunicauerit: alioquin & ex eo contemptu ligaretur apud Deum, d. c. per tuas de sen. excom. & multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, c. Apostolicam, de regular. Quamobrem & quando quis se iniustè excommunicatum conqueritur, primum remittitur absoluendus ad excommunicatorem, & in defectum eius, absoluendus à delegato eius rei causa. Excommunicator porrò, cùm certus debeat esse de suo facto, debet sine causæ cognitione absoluere. delegatus verò, non nisi cum causæ cognitione, vt in nostro, c. ad excommunicato, vbi gl. ad verbum, *cognitio*, addit delegatum hunc, posse exigere cautionem absoluere, præbentem cautionem de obtemperando mandatis Ecclesiæ iuxta c. per tuas de sent. excommun. & c. cùm contingat, de offic. & pote. iudic. delegat. Si verò postea si appareat quòd non fuerit excommunicatus contra formam concilij generalis vel non iniustè, excommunicatum remittet absolutum ad excommunicatorem, vt pareat eius mandato, c. prudentiam, de offi. deleg. Nisi aduersarius obijciat eum fuisse excommunicatum pro manifesta offensa, aut pro contumacia, quibus casibus ante cognitionem causæ non potent absolui, & nisi satisfaciat, capit. venerabilis. §. secus, & capit. solet, de sentent. excommuni. in Sexto, capit. ex parte, & seq. de verbor. signifi.

## Ad caput 42. Si proponente.

### ARGVMENTVM.

1 *Mendacium priuat vtilitate rescripti.*
2 *Impetrans beneficium debet exprimere quod iam modicum possidet.*
3 *De clausula, motu proprio, eius effectu, & in quibus nihil operetur.*
4 *Quæ exprimi debeant in impetratione beneficiorum.*

### SVMMA.

*Vitiatur rescriptum impetrationis beneficij, in quo dixit impetrans falso, se non fuisse adhuc beneficium assequutum, cùm tamen haberet vnum quamuis modicum.*

### Idem.

SI proponente aliquo nondum se beneficium Ecclesiasticum assecutum, [a] super prouisione ipsius licèt minus competens [b] obtinentis, rescriptum Apostolicum de hoc mentionem [c] non faciens, impetretur. ¶Illud fraudulenter obtentum dicimus non valere.

1 a *Assecutum.* Hinc prima ratio, cur priuetur vtilitate rescripti, propter mendacium, de qua diximus suprà in c. x. & c. sedes, 15. & de distinctione in c. super literis, 20. suprà hoc titul.

2 b *Minus competens.* Hîc constituitur resolutio quæstionis, c. nostri: vt omissio expressionis beneficij, vt etiam minus sufficientis, vitiet impetrationem alterius, vt etiam docetur in c. ad aures, 8. & ca. ad audientiam 31. suprà hoc tit. & expressum in c. si motu proprio, 22. de præb. in Sext. vbi distinctio, vt si ad supplicationem tacentis modica impetratio fiat, vitietur rescriptum.

3 Si verò motu proprio summi Pontif. concedatur beneficium, non officiat, si in gratia motus proprij non fuerit insertum beneficium iam possessum. Hoc enim facit clausula illa, *motu proprio*, quæ rescripta sui natura stricti iuris vt in c. quamuis, in t. de præbend. in Sex. nihilominus ampliat, & extendit gratiam. Albert. ad ca. beneficium, de constitut. ff. Felin. ad c. causam, col. 7. vers. *tertia declaratio*. de rescript. & ad c. constitutus, eod. titul. per ca. si pluribus, & ibi glos. de præben. in Sext. validat & hæc clausula gratiam, in qua non fit mentio quod eadem Ecclesiæ fuerit grauata per eundem Papam, Anch. consi. 138. inci. *de natura*. Poteft & mandatarius habens clausulam, *motu proprio*, beneficium pinguius acceptare si duo vno momento vacent. d. c. si pluribus, de præbend. in Sext. nec exigitur in concessione gratiæ quæ habet huiusmodi clausulã motus proprij expressio, valoris beneficij, Felin. ad c. ad aures, 8. sup. hoc or. in regul. cancella. 61. valet & rescriptum secundum cum eadem clausula, etiam si non fuerit facta mentio primi, non etiam sine illa clausula, Felinus ad c. cæterum, numer. 9. & 19. de rescript. supra per cap. fin. de dilatio, de roga. & hæc clausula reseruationi etiam factæ cum clausulæ decreti irritantis, cui alioquin non derogatur per aliud rescriptum, Felin. in c. in nostra, in s. correlatiuo, suprà hoc titul. quanquam huic sententiæ aduersetur decisio Rotæ, 489. incip. *nunciu*, in Nouel. Sed & si duobus fuerint concessæ gratiæ expectatiuæ eiusdem datæ, & vnus impetrantium prior præsentauerit

euerit, is tamen non præferetur alteri qui in suis literis habet clausulam, *motu propry*, contrà, si non esset; vel ad eius supplicationem quoque fuisset ei gratia concessa, Ioannes Andræas, & alij in c. duobus, de rescript. in Sext. Freder. de Senten. tractat. permutationum, quæst. 1. Omittam alios effectus clausulæ, *motu proprio*, quos recenset & probat Rebuffus vsque ad 47. numero, ad §. 1. de forma mandat. ad verbum, *motu proprio*, qui oriuntur ex præsumpta voluntate summi Pontificis, & ex præsumptione quòd voluerit vti potestatis plenitudine, ratione huius clausulæ: alioquin contrarium diceretur, vt notat Butrigarius ad cap. constitutus, suprà hoc titul. & Felin. ad d. c. causam & c. ad hæc, hoc titul. notat. & Cardin. ad Clement. si Romanus, de præbend. quæst. 3. motum proprium Papæ, optimum esse artificem, omnem habentem virtutem. Cæterùm quia motus hic proprius ad rationem potestatis refertur, non potest clausula ea referri ad ea quæ nullo modo voluisse, vel malè voluisse summus Pontifex præsumitur. ideò Rebuffus in proximè citato loco numerat quindecim casus, in quibus nihil operatur illa clausula, *motu proprio*, ideò neque tollet defectum intentionis concedentis. Iohannes Andræ. ad dict. cap. si motu proprio, Alexand. in consil. 215. incip. *non obstant*. volum. 7. neque etiam tolletur defectus personæ, vt per illam clausulam is qui non est fiat habilis: neque inducet dispensationem. gloss. in clemen. si Romanus, de præben. non tollit itaque defectum natalium, vitium corporis, bigamiam, & similia quæ poterunt non obstante illa clausula motu proprio iudicari, via iuris ordinaria. Rota decisio. 112. in cap. *dicebant*. in Nouis. Panorm. in c. cum olim numer. 15. de re iudic. Felin. ad cap. ad aures, sup. hoc titul. Anchara. consil. 364. incip. *viso prædicto*. Neque purgat etiam gratiam in qua exprimitur falsum, Panorm. in c. quia, circa, de consanguin. & affini. Nec tollet ius tertij, Felin. in dict. ca. ad aures num. 8. supra hoc tit. per c. quamuis de rescript. in Sext.

4 c *Mentionem*. In impetrationibus beneficiorum multa exprimi debent quæ si omittantur vitiant rescriptum. enumerat. 30. exprimenda Rebuff. in concordatis, & titu. de forma mandati Apostolici, ad verba, *pro expressis*, quæ videntur translata ex gloss. ad cap. super literis, 20. ad verb. *literas*, supra hoc titul. ex Felino. ad c. in nostra hoc titul. inter ea, quæ exprimenda sunt, est series facti, c. super eo, de cohab. cleric. & mulier. c. inter monasterium, de sentent. & re iudic. 3. si sententia lata in negotio, c. inter dilectos, de fid. instrum. l. fin. C. de sentent. rescin. non poss. nomen dignitatis impetrantis, c. ad aures, supra hoc titul. beneficium qualecumque, c. cum adeò, sup. hoc titul. & nostro cap. si proponente. cap. cum teneamur, de præbend. c. si motu proprio, &c. non potest, eod. titul. in Sext. etiam si eo quis fuerit spoliatus, Panorm. in d. c. cùm teneamur, quia potest illud repetere, Felin. ad cap. postulasti, hoc titul. per l. qui actionem, de regul. iur. ff. vicaria perpetua, cap. postulasti, sup. hoc titul. pactum seu compositio. can. ex multiplici, de decim. c. constitutus, 19. supra hoc titul. c. pro illorum, de præbend. statutum Ecclesiæ circa beneficium impetratum, cap. cum accessissent, de constitutio. priuilegio, supr. ca. cum ordinem, supra hoc titul. dispensatio, cap. ex tua, de filiis presbyt. si impetrans fuit irregularis c. porrectâ, de confirma. vtil. clericatus, ca. ex literis, de transactio. c. cùm adeo, supra hoc titul. modus præbendæ vacandi, num de facto tantùm, & possessio alicuius colorata. c. literas, c. cùm nostris, de concess. præbend appellatio. ab impetrante interiecta: e ex patre, supra hoc titul. vel ab aduersario. c. bonæ, de confirmatio. vtil. vel inutil. receptio alterius ex mandato summo Pontific. c. mandatum cum 2. et sequentib. sup. hoc titul. si beneficium paternum, cap. 2. c. ex transmissa. ca. cum decorem, de filiis presbyter. intrusio, c. cùm iam dudum de præb, fructus percepti ratione illicitæ detentionis, Ioan. Andræas in additionibus ad speculatorem, titul. de lapsis & dispensatione, § dicendum. restat. versic. sed pone aliquis. Mentio mandati antea impetrati, per eundem impetrantem, cap. in nostra, & ibi interpretes, hoc titul. sup. si is cuius morte vacaverit beneficium, fuerit familiaris Papæ, vel alicuius Cardinalis, Rota decision 721. *Nota quod dominus*, in Antiq. regul. Cancel. 30. si beneficium curam habeat animorum, per rationem c. cum in illis, de præbend. in Sext. si canonicatus, si præben. c. cum adeo, hoc titul. & qualitas beneficij impetrati, an dignitas cap. ad aures suprà, valor eius, d. cap. ad aures, glo. in Clement. 1. de præbend. etiam beneficium manuale possessum, Calder. consil 9. de rescript. & consil. 30. & 6. de præbend. Pensio in titulum iam possessa ca. ad audientiam, sup. hoc titul. regula. Cancella. 61. Præstimonia, Oldrad. consil. 81. in c. *quo processus*, beneficium datum in commendam. gloss. in capit. nemo deinceps, de electio. in Sext. si impetrans sit regularis, vel secularis: & beneficium cuius sit generis. c. cum de beneficio, de præbend. in Sext. regul. Cancella. 41. si vnitum per Episcopum, Rota decision. 160. & 253. 10 Antiqu. si sacerdotale beneficium, cap. si pro clericis, de præbend. in Sext. cap. 1. de ætat. & quali. Exprimi & debet indultum Episcopi, iuxta, c. cum aliquibus, de rescript. in Sext. nobilitas, si beneficium nobiles exigit, c. cùm Martinus, de constitutio. si beneficium patronatum laici, aliter nullum præiudicium patronis laicis censetur facere sum Pontif. per rationem c. decernimus, 16. quæst. 7. gloss. & doctores in cap. 2. de præb in Sex aliter in patronis Ecclesiasticis: capit. dilectus de offic deleg. si hospitale. Cle. 2. de præbend. cuius sit diœcesis beneficium impetratum, cuius & impetrans, propter rationem cau. neminem. 70. distinct. l. in Ecclesiis, C. de Episcop. & cler. vidend. regul. Cancel. 19. Rebuffus tracta. nomin. quæst. 15. si residentiam non exigat, c. cum omnes de constitut. Sunt autem & alia quæ non expressa subintelliguntur adesse, vel impetrantibus, quæ si non adsint, vitiant rescriptum & hîc Glossa nouem enumerat conditiones subintellectas quas ibi vide.

---

## Ad caput 43. Quia nonnulli.

### ARGVMENTVM.

1 *Parisii & Parisiensis Episcopus.*
2 *Abusus rescriptorum multiplex & quid, & seq.*
3 *Abusus rescripti, suo nomine impetratum alteri eius nominis concedere & ibi de mutatione nominum & de pœna 4.*
5 *Litigator temerarius ad quæ damnari debeat. 5.*
6 *Delegatio iudicis ad lites, intelligitur de existentibus non futuris.*
7 *Vocatus ad locum nomine æquiuoco vbi comparare debeat.*
8 & 9 *Abutentium rescripto pœna.*

### SVMMA.

*Abutentes rescripto in casibus his enumeratis, priuantur commodo eius, & condemnantur in sumptibus & damnis.*

### Idem, Episcopo Parisiensi[a].

QVIA nonnulli diuersis modis literis Apostolicis abutuntur[b] statuimus, vt quicumque obtentas sub nomine[c] suo literas, aliis eiusdem nominis tradunt qui quos volunt fatigant indebitè per easdem, & qui eas tali modo recipiunt, quique illos[e] contra quos nihil habent quæstionis, faciunt in iudicium euocari, aut literas ipsas[f] ad futuras trahunt controuersias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis extortæ, seu quamquam[g] super vno negotio, vel etiam malitiosè super pluribus personalibus actionibus, quæ sub vno iudice posset tractari commodiùs, per varias literas coram diuersis iudicibus trahunt, vt laboribus fatigatus

fatigatus & sumptibus, vel compellatur componere, vel cedere iuri suo: aut reus actorem eodem tempore ad diuersa loca, [h] vel indeterminatè ad villam, quæ commune cum pluribus eiusdem prouinciæ villis habet vocabulum, citari procurat: vt dum non comparuerit, excommunicetur quasi contumax, & sic eum à sua intentione repellat: earumdem literarum commodo careant, [i] & aduersariis in moderatis expensis ac damnis [k] quæ propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

1 a *Parisiensi*. Parisij populi inter Celtas, qui Senonensi prouinciæ attribuuntur. Senonibus Bellouacis ac Agendico oppido proximo, ibi Lutetia Parisiorum, vt apud Iulium Cæsarem lib. 6. de bello Gallico nunc Parisiensis Episcopalis vrbs, posita in insula fluminis Sequanæ, Ptolom. lib. 2. Geog. ca. 8.

2 b *Abutuntur*. Homines pluribus modis, abutuntur rescriptis & gratia principum, ca. sedes, 15. & ca. nonnulli, 28. supra hoc tit. vbi quidã modi ponũtur hic alij. vsus illicitus, non vsus, sed abusus, vel abusio est dicenda. vt ait diuus Augusti. de doctrin. Christian. li. 1. c. 4. & Vlpian. in l. sed si quid, 15. §. mancipiorum, de vsufruct. lib. 7. ff. titul. 1. opponere videtur vt contrarium abusum vsui mancipiorum, quando quis non vtitur illis secundum conditionem eorum facit, & l. si pendentes, 27. §. 1. eodem titul. de vsuf. Accipitur & abusus pro consumptione rei, in l. hoc Senatusconsultum, 5. §. 1. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumun. & apud Plautum in Aulular. scena. *Vni autem &c. vbi ea quæ dedi ante? Abusa sunt. Nam si ea durarent mihi, mulier mitteretur ad te, neque quicquam poscerent.* quæ & refert Nonius Marcell. libello de honestis & nouis veterum verbis, & Terentius in prologo Andriæ, *abuti operam*, pro consumere. dixit.

3 c *Sub nomine suo*. Hic refertur & punitur modus abutendi rescripto, quando quis suo nomine literas impetrat, & postea alteri eiusdem nominis dat. cùm natura rescriptorum stricti iuris non patiatur prorogationem de persona in personam, capit. ff. & G. 40. de offic. & potest iudic. deleg. l. quia tale, solut. matr. ff. neque sola nominis similitudo communicat gentis aut familiæ iura & priuilegia, vt respondit Papyrius iustus iurisconsul l. final. §. penul. ad municip. lib. 50. ff. titul. 1. Et si de duob. eiusdem nominis quis loquatur, is eligendus tantùm de quo locutum eum constat. l. duo sunt Titij, 30. de testam. tutel. libr. 26. ff. titul. 2. l. si quis ita dederit, 16. §. si quis cùm ignoraret, eodem titul. & quemadmodum mutatio nominis quæ sine fraude est, non habet pœnam, l. vni. de mutatio. nomi. lib. 9. Cod. titul. 25 ita quæ fraudulenta est, punitur pœna falsi. l. falsi nominis. 13. ad leg. Cornel. de fal. li. 48. ff. ti. 3. l. ratio, 36. ad municip. li. 50. ff. ti. 1. vt punibile, si quis falsum genus vel parentes falsos, sibi finxerit, quo quid alienum interciperet, possideretve, Iulius Paul. libr. 5. receptar. sententia. titul. 25 §. 10. videbis exẽpla & pœnas apud Valer. Maxim. libr. 9. capit. 15. de his qui per mendacium se in alienas familias inseruerunt. Huc referri possunt prohibitiones & pœnæ titulorum, ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare lib. 2. C. titul. 14. De his qui potentiorum nomine, titulos prædiis affigunt, vel nomina eorum prætendunt eod. li. 2. C. titul. 15. Cessiones ideò censentur odiosæ iurium in alios, quando mutatio personarum iudicium durius & difficilius reddit, pœnáque imposita, capit. 2. de alie. iudi. muta. caus. facta infrà hoc lib. 1. ti. 42. l. penul. & fi. manda. li. 4. C. tit. 35. l. 2. ne liceat potentior. C. cum simi lib.

4 d *Tali modo recipiunt*. Non tantùm qui dictas literas suo nomine impetratas aliis dant puniuntur, sed & qui eas recipiũt, ea sæpe contingit, de rescrip. falsi pœna punitur, & qui falso instrumento & si talium nõ fecerit, vtitur scienter. l. maiorem seueritatem, 4. & l. si falsos, 8. ad leg. Cornel. de fals. libr. 9. C. tit. 22.

5 e *Quinque illos*. Hic 2. modus abutendi rescripto quando vocantur in iudicium qui nulla actione tenentur, vnde vt temerarij litigantes damnis litis coërceri debent, vt hîc, & in l. eum quem temerè, 79. de iudic. libr. 5 ff. tit. 1. l. 4. de fructib. & tit. expens. libr. 7. C. titul. 1. victus victori in expensis damnari debet, l. properandum, 13 §. sin autem alterutra, C. de iudic. lib. 3. titul. 1. cap. 4. in fin. de pœni. lib. 5. titul. 37. capit. finem litibus. fin de dolo & contumac. libr. 2. titul. 14 vbi glo. notabilis ad verbum, *expensas*, plures notat textus similes & distinguit, quam vide pro hac materia. Damna autem & expensæ quomodo debeant perpendi & æstimari à iudice, docet l. sancimus, 15. de iudic. imponi & debet temere litiganti vltra pœnam calumniæ dict. l. 4. de fructi, & liter. expen. §. 1. de pœn. teme. litigan. apud Iustin. modo multa pecuniaria, modo periurij, aut infamiæ cùm vt finis litibus imponatur, tum vt coërceatur malitia & calumnia litigantium. facit, capit. cæterùm, capit. ex literis, suprà hoc titul. eo dirigitur postulatum iuramentum calumniæ exordio litis l. 1. C. de iureiurand. propter calum. dan. libr. 2. C. titul. 59. Nouella Iustinia. 49. Nouella Leonis 97. & 107. capit. cæterùm, de iuram. calum. & totus similis titulus in Sexto. quamquam ex praxi hodie alicubi hoc iuramentum prætermittatur, num autẽ bene iudices videant.

6 f *Aut literas ipsas*. Tertius hîc est abutendi modus, quando quis literas impetratas trahit ad alias controuersias quæ ortæ non erant tempore impetrationis illarum. Sic notat & Innocent. ad capit. auditus, 4. de restit. spolia. & ibi Ioann. Andræas in additione ad gloss. ad verbum edita, cap. final. de offic. lega. in Sext. Differunt etiam delegati à conseruatoribus: quod delegatis non committantur futura negotia: Conseruatoribus, contra. Neque vltra inserta rescripto cõtineri quippiam dixit l. vniuersa rescripta, 7. de diuer. rescript. C. quia vt ait gloss. 1. ad l. 2. Quando libell. princip. oblat. litis contesta. fac. C. quæ ex rescriptis oriuntur, oportet peti & concedi: & præsens tempus in concessione non futurum inspiciendum, vt in l. si ita esset legatum, de auro & argen. lega. lib. 34. ff. titul. 2. ea ratione gratia de conferendo vacaturo beneficio, non comprehendit creatum de nouo post gratiam, Clem. final. de rescript. exigi que legitimam ætatem impetrantis dum fit concessio: nec prodest si posteà fiat legitimæ ætatis, cap. si eo tempore. 9. de rescript. in Sexto. & vt paucis dicam in rescriptis negotiorum qualitas & vis ad tempus datæ refertur. capit. eam te, supra hoc titul. capit. tibi qui, de rescript. in Sext. capit. eum qui eod. titul. in Sext. Adde rescripta esse stricti iuris, & causarum delegationes odiosas quia ordinarias eneruent iurisdictiones, ideò non sunt prorogandæ ad alias res vel personas, vt dictum suprà in ca. significante, & ca. significauit. c. Rodolphus. hoc tit c ff. & G. de offi. delega. l. de qua re, de iudi.

g *Seu quemquam super vno negotio*. Hic est 4. abusus prohibitus idem in cap. dispendia de rescript. in Sexto. dictum de eo. suprà ad c. ex tenore hoc tit.

7 h *Ad diuersa loca*. Abusus 5. cum prætextu rescripti, actor vocat ad iudicium in diuersis locis, vel ad vnum locũ sub vno nomine quod æquiuocationem habet, ad plura loca tractatur per nos ad c. ex tenore supra. Sufficit porrò, in hoc dubio comparere in loco vbi solet iudicari, l. si locus, 59. de iudi. ff. vide l. si cùm dies compromissi. §. si arbiter. & §. sed si in aliquem, de recep. arbit. lib. 4. ff. tit. 8.

8 i *Literarum commodo careat*. Prima pœna eius qui abutitur rescripto, vt commodo eius careat: priuilegium enim meretur amittere qui concessa abutitur potestate. ca. priuilegium, 11. quæstio. 3. vbi & glossa notat alios modos amittendi priuilegium, & c. vbi ista didicisti. 70. dist. l. Iudæos, 11. de Iudæ. libr. 1. C. titul. 9. & vt ait diuus Augustinus sermone de tempore, 247. *Iudicio legum ab obtẽta dignitate deiicitur, qui priuilegio sibi concesso abutitur.* Et puniendus est quis in eo in quo deliquit, l. 3. de seruis fugit. libr. 6. C. titul. 1. Authent. omnes;

omines peregrini commu. de successio. C. c. postulastis, 7. de cleri. excom. ministrante. li. 5. ti. 27. c. prouida, 44. de electio. in Sex. c. literas, de tempori. ordina.

k *Impensis & damnis.* Hic alia pœna, vt abutens resarciat damna, refundat expensa propter illos abusus: idem in c. cæterùm, supra hoc titul. ca. vt debitus honor, de appellat. ca. ex literis, de dolo & contuma. l. eum quem temerè, de iudic. ff. l. sancimus, C. eod. titul. de iudic. diximus & paulò antè ad verba *quoque illos*, istius capitis, ibique pœnas adhuc adiici calumniæ, & alias quoque ex qualitate doli & malitiæ, & falsitatis ciuiles & criminales: vt in l. si quis obrepserit, ad leg. Cornel. de fals. l. & si legibus, si contra ius vel vtil. pub. C. criminis falsi pœna in vsurpato nomine alterius, l. falsi nominis, l. qui falsam, ad leg. Cornel. de fal. pœna criminis stellionatus, si aliud nomen deficiat, l. 1. & sequ. de crimin. stellion. Et hæc sunt quæ pertinere videbantur ad summariam capitulorum tituli de rescriptis lectionem, omissis vt plerumque glossis, quæ per se sic legi possunt, vt non opus habeant recantatione vel transcriptione, quemadmodum & ex professo multa alia interpretum reliqui, quæ ex originali illorum fonte accipi poterunt. sit enim hæc scripta sunt, vt nemini debitam palmam & labores surripere voluerim, quæ etsi sint exigua, tamen ea mente & animo fuerunt exarata, vt prodesse possint & ad laudem & gloriam Dei solius mei præceptoris sapientissimi & omniscij, testimonium & fidem mei negotij & otij posteris reddere possint: Deo autem soli gloria actionúmque actio in sæcula sæculorum.

VERITAS DOMINI MANET IN ÆTERNVM.

DE ELECTIO-

# DE ELECTIONE IN RE BENEFICIARIA BREVIS ET ORDINATA EXPLICATIO.

## De nomine Electionis in genere.

### CAPVT I.

### ARGVMENTVM.

1 *Electio quid.* 2 *Electio de duobus vel pluribus.*
3 *Electio est voluntatis,& differētia cum optione, & quid optio.*
4 *Electionis facultas data homini pro beneficio.*
5 *Electio rationalis de meliori.*

IN nomine Domini nostri IESV CHRISTI, *Sanctissimæ & incomprehensibilis Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, Innocatis suffragiis Beatissimæ Virgini. Mariæ, & omnium Sanctorum, Amen.*

Dicturi de electione, quæ in beneficiis exigitur, de nomine in genere, & eius generali cōprehensione, posteà de ea quā suscipimus tractandā specie methodo facili Deo iuuante dicemus. Eustrathius primo moralium, Electionē dicit esse, duorum quæ proposita fuerint, hominis iudicium, quo alterum alteri ex incitatione appetitúque anteponit. Albertus Magnus in Topicis, cap. 23.8. *Eligere*, inquit, *est cum duo vel plura proposita sunt, alterum præoptare.* Idipsum idem tradit lib. de principiis motus & processionis, tracta. 2. c. 2. & Ethico. 3. tract. 1. c. 14.

2 *Electio inter duo vel plura vnius vel aliquorum*, l. 1 2. 3. de option. lega. lib. 33. ff tit. 5. nam de vno non propriè est electio, nisi referatur ad dimissionem vel acceptationem, Panor. in c. cum Ecclesia Vulterrana, notab. 2. de electio. ca. 1. eod. tit. ca. congregatio. 16. q. 7. eligit qui recipit nec reiicit vt ait Vlpian. in l. vnic. §. fin. furti aduers. nautas, lib. 47. ff. tit. 5. l. homine legato, 18. de optione vel electio. legat. libr. 33. ff. tit. 5.

3 Ex voluntate pendet electio, vnde pates censentur conditiones: lego quem elegerit, & quem volet: Iulian in l. cum ita legatur, de optio. lega. ff. nempe cum delectu seu vnius potius quàm alterius acceptatione: & ita ex electis electio iterum fieri potest, vt in ca. in causis, 30. de electio. plus est eligere quàm optare: optare enim quis potest, & desiderare: sed non licet ei quod optat sæpe eligere, vt de colonis dicitur, à quibus pecunia per dominos petenda nō est, quam optare nec audent. l. domini prædiorum, 5. de agricol. & censib. lib. 11. C. tit. 47. Optio cum effectu electio est, ideò & plerunque quod dicitur optio, dicitur statim electio, vt in l. cùm optio, 17. de optione lega ff. & optare eligere. Budæus ad l. fin. de iure immu ff. in vtroque voluntas, quæ est animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitandum, vel adipiscendum, in princ. 15. q. 1. ex D. August. 1. Retracta. c. 13. & lib. de duabus animabus, c. 10.

4 Electionis ita ex voluntate libera data facultas homini singularis. Reliquit enim Deus hominem in manibus consilij sui, dedit ei rationem qua bonum à malo secernere posset, & quod sibi expedire videret, eligeret: apposuitque ei ante oculos vitam & mortem, aquam & ignem, benedictionem & maledictionem, quod placuerit enim ei dabitur illi. Deuter. 30. vers. 15. Ecclesiast. 15. vers 17. & 18.

5 Quia verò homines constituti sunt cum ratione, electio illorum debet esse ex melioribus & vtilioribus cooptatio, bonum malo præferendo, & bono melius. ita Nonius Marcellus, *Eligitur*, inquit, *vt plerumque melior de pluribus.* Et vt Plutarch de vitiosa verecundia, *& in minimis eligendum est quod melius est.* Et secundum Aristotel. 2. Ethic. opinio diuiditur in verum, & falsum: electio, in bonum & malum. Electio tamen semper aliquod bonum appetere videtur, vt tradit Albert. Mag. 3. Ethicor. tracta. 1. c. 5. & rursum li. de principiis motus & processionis tracta 2. c. 2. *Nunquam*, inquit, *electio fit præter conceptum iudicatum de bono simpliciter, vel vt nunc.* Quia verò iudicium in bono interdum fallitur, & mala electio fit. Electionem autem rectam virtus facit, vt scribit Aristotel. libr 6. Ethic. ad Nicomachum, cap. 12. atquè Alexander Aphrodisæus 4. natural. quęst. c. 22. Electio recta non est sine prudentia, aut sine virtute: illa enim finem, hæc verò ea quæ ad finem, agere facit. Aristoteles item 3. Ethico. c. 3. *Electio*, inquit, *nihil aliud est, quàm eorum quæ in nobis sunt consultatiua appetitio*, quod & repetit lib. 6. Ethic. c. 3.

## De electionum diuisione in genere.

### CAPVT II.

### ARGVMENTVM.

1 *Diuisio electionis.*
2 *De electione personarum, & eius diuisione.*
3 *Collatio facienda beneficiorum idoneis.*
4 *De nominatione regia facienda de idoneis.*
5 *De nominatione Academiarum & tempore collationis, & graduatorum studio.*
6 *A quo tempore permissa Vniuersitatibus.*
7 *Nominati ab Academiis præsumuntur idonei, vt non debeant iterum examinari.*
8 *De nominatione Regis facienda nominandorum summo Pontifici.*
9 *De nominatione quæ habet vim electionis.*
10 *Electiua beneficia non debentur nominatis prædictis.*
11 *Postulatio quid.*
12 *Postulatio & nominatio vera in quibus differant.*
13 *Postulationis & electionis differentiæ.*
14 *Quid electio propriè.*

1 QVIA autem nomen electionis pluribus & rebus & personis accommodari potest: dicemus; electiones

ctiones esse aut reum, aut personarum, aut actionum: erit & alia bona, alia mala; alium rerum & personarum & actionum secularium, alia spiritualium. Bona electio iudicium expostulat, mala sine vera discretione fit temere incogitatè cum animi affectu. cap. 17. nec nonum, 8. q. 1. Nos incumbemus tantùm electioni personarum ad beneficia, quę ex aliis electionibus accipient etiam lumen.

2 Hæc itaque electio rursum ad omnē approbationem generaliter pertinet per inquisitionem sedulam factam, & hoc modo distribui poterit in collationem, nominationē, postulationem, & propriè dictam electionem, in omnibus enim istis personarum adhibendus electus, vt idoneæ sint muneri & oneri delato.

3 Primùm námque beneficia conferenda non sunt nisi idoneis. cap. ex parte, 12. de constitutio. cap. graue, 29. de præbend.

4 Nominatio etiam nihil aliud quàm ex nomine vel ex æquipollenti in indiuiduo alicuius electio, & aliis facta prælatio. l. 1. & 2. de liber. & posth. l. certum, si cert. peta. ff. l. iubemus, C. de testa. Ea ratione nominatio regi competēs ex priuilegio ad prælaturas pastore vacantes, nō quos liber, sed delectos qualitatis requisitæ exigit: nempe qui sint magistri in Theologia vel in eadem licētiati, aut licentiati vel Doctores in iure vtroque ciuili, & Pontificio, vel in altero eorum; neque sufficeret quòd esset Bacchalaurei, pro prælaturæ nominatione, etiamsi sint Bacchalaurei formati, vel doctores in medicina, nisi essent consanguinei regis, aut graues alioquin & honestæ personæ: & graduatæ in Vniuersitate aliquę famosa ætatis annorum septem & viginti, vt habetur in Concordatis Gallicis, titul de Regia ad prælatur. nominat. Exigitur etiam vt sint, quales prælatos desiderat esse ca. 2. qui Episcopus, 23 distin. videlicet, natura prudentes, docibiles, moribus temperati, sobrij, casti, bene domui suæ præpositi, quæ ad alios beneficiatos extenduntur. Et firmauit idipsum Henric. 3. rex in comitiis Blesensibus, in constitutione in illis edita anno 1580. art. 1. & 2. quo loci obstringit nominatos à se, ad prælaturas examinationi Archiepiscoporum vel Episcoporum, & doctorum Theologiæ, priusquam nominatio summo Pontifici præsentetur.

5 Sunt aliæ nominationes Academiarum, quæ habent præcedens examen peritorum seu doctorum, qui Episcopatibus, Archiepiscopatibus, Abbatiis & aliis Ecclesiis literas dirigunt, & testantur eos quos illis nominant esse peritos & idoneos ad beneficia consequenda Ecclesiastica, & ad subeunda onera eorundem, post quarum præsentationem legitimo tempore & modo factā ordinariis, beneficia certis mensibus vacantia nominatis graduatis debentur, aliis antē aliis mensibus vacantia, non etiam, sed liberæ relinquuntur collationi ordinarium, aut liberæ præsentationi patronorum Ecclesiasticorum. Ex duodecim quippe mensibus anni, vacationes aduenientes in mensibus Aprilis, & Octobris, debētur graduatis simplicibus: in Iulio & Ianuario debētur graduatis nominatis: in aliis octo, qui sunt Maius, Iunius, Augustus, September, Nouember, Decēber, Februarius, & Martius, debētur collatoribus & patronis Ecclesiasticis. §. præfatique ordinarij, de collatio. in Cōcorda. §. ea propter, de Regia facultate primi mensis nominandi. in Concorda. Prohibitum & Academiis Galliæ quæ habent ius hoc nominationis, gradum dare vel nominare vllis nisi priùs studuerint in Vniuersitate aliqua famosa per certum temporis spatium, iuxta diuersitatē facultatum disciplinarum quibus vacant, §. præterea volumus, eo. titu. de colla. in Concorda. nempe per decennium, si magistri sint in artibus vel licētiati aut Bacchalaurei formati in Theologia: per septennium si sint licentiati, aut doctores in iure Canonico, ciuili aut Medicina: per quinquennium, si Magistri aut licentiati sint in artibus logicalibus inclusiuè, cum rigore examinis, quod & spatium desiderauit in absoluendo iuris ciuilis studio, §. quibus, in procem. ff. exceptis nobilibus, quib. sufficit triēnium studuisse, d. §. præterea volumus, de colla. in Concorda. & § videlicet, eo. tit. de collatio. in Pragma. sanctio, & in antiquis ordinationibus Ludouici 12. art. 5. 7. 8. Bartolus in l. quidam cùm filium, de verbo. oblig testatur studium suum vsque ad quinquennium protraxisse, Aristoteles verò sub Platone per vicennium studuit, vt scribit Dioge. Laërt. At Pythagorei discipuli, discentes seruabant ἐχεμυθίαν seu silētium, per quinquennium, vt ait Lucia in somnio seu in Gallo. & Gellius li. 1. C. 9 ait non minus quàm biennio saltē siluisse, & quòd inde dicti sint interim ἀκουσικοί, seu auditores tempore multu in summa discere debemus quæ postmodū doceamus, ca. sic viue, 16. q. 1. cùm modico tempore nō possimus multa addiscere, vt notat glos. ad ca. tum ex literis, §. de restitutio. spoliator. ad verbum, *Instructus*. Nemo etiam repente fit summus, ca. charitas, 14 §. hæc quæ de charitate, de pœni. dist. 2. Commissa hæc cura doctoribus seu professoribus Academiarum, per Pragmaticam sanctionem & Concordata Gallicana & Pontificia demandata est. Creditur enim doctoribus, qui per litteras nominationum sub gestorum testificatione, eum pro quo scribunt, peritia iuris instructum esse testantur. l. nemini licere. 11. aduoc. diuersor. iudicior. li. 2. C. titu. 7. & ibi Baldus notat assertioni Doctoris stari de peritia sui discipuli.

6 Vniuersitatum nominationes ad beneficia fuerunt in Galliam inuectæ & inuētæ anno Dom. 1438 sedente Euge. 4. Pontifice, & Caro. 7. eius nominis Gallor. vt legimus in procemio Pragm. Sanction. obligarūt autem Ordinarios collatores ab anno 1439. quia ad illum vsque annum tollertaiæ fuerunt gratiæ expectatiuæ glos. in §. insuper ad verbū, *vacatura*. & textus in §. illi verò. versi. *datum*, de collation. in Pragma sanctio. ex consilio Basiliensi, vnde fuit edita sanctio apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iulij, 1438. publicata dehinc in senatu Parasiensi Idibus Iulij, vt scribit Gaguinus lib. 10. & confirmata in aliquibus, in aliis emendata & explicata in conuentionibus transactis quæ concordata dicuntur inter Leonem 10. summum Pontif. & Francis. 10. Reg. Galliarum, Bononiæ anno. 1516. kalend. Ianuar. Explicata in eo quod tertia pars beneficiorum absolutè & indistinctè per illam debebatur graduatis: per concordata verò quatuor menses definiti anni, in quibus vacantia beneficia deberentur pro tertia parte.

7 Nominati ab vniuersitatibus, ab iisdem electi ex cæteris graduatis dici possunt, qui ideo ab ordinariis tanquam iam à præceptoribus idonei approbati, examinari non debent. Quia iniuria irrogaretur Academiæ eos reprobando, glos. ad §. item quod vniuersitates, in verbum, *gradus*, de colla. in Pragma. Sanct. estque in praxi Cancellariæ Romanæ. Quod si quando summus Pontifex scribat pro graduato nunquam mandet inquiri de idoneitate impetrantis, nec statuat eum examinari, cùm satis præsumatur probatus, aliter si pro aliis. Felin. in ca. fin. de præsump. Ioannes Staphilæus, de literis gratiæ, in 10. forma expectatiuarum. Nominatio Academiarum declarat tantùm & testatur idoneos nominatos: ius autem non tribuit in beneficiis, nisi postquā insinuata fuerit legitimo modo. Quemadmodum & in nominationibus ad officia secularia obseruandum, quando ad ea duo vel plures tanquam idonei nominantur, vt posteà ex illis eligantur digniores, l. 1. §. solent, quando appellan. sit, li. 49. ff. tit. 3.

8 Statuit & aliquando rex Galliarum in comitiis Aureliæ habitis artic. 1. adueniente vacatione Episcopatuum vel prælaturarum, sibi nominari tres à tribus populi ordinibus, ex quibus ipse posteà nominaret vnum summo Pontifici.

9 Nominationem tamen aliquam esse scio, cui inest electio, & dat ius ad certa numera, vt in l. 2. & l. nominationum forma vacillare, 46. de decurio lib. 10. C. tit. 31.

10 Cæterùm nulla harum nominationum propriè æquatur electioni de qua propriè dicturi sumus in electione beneficiatorum. Nam neque ea beneficia quæ verè electiua dicuntur, debētur nominatis ab Academiis, vel ab aliis, §.

mona-

monasteria, de Regia ad prælaturas nominatio.in cōcorda.facit c.cum in illis,16.§.cum autem;de preb.in sex.Cle.1.eo.tit.gl.ad §. in dignitatibus, ad verb. *dictarum*, de collatio, in Pragm.sanctio. Explicat Rebuffus in tracta.nominationum.q.15.n.15.

11 Postulatio & nominatio dicitur, c.3.in fine, & ibi gl.de postu.prælat.& postulatio generali nomine electionis quoque continetur, & est concors capituli vel aliorum qui eligere possunt petitio superiori facta de promouendo in prælaturam aliquo, qui propter aliquod impedimētum vel defectū,(ex quo tamē postulatus non est omnino inhabilis, ) iure eligi non poterat, postulant enim qui eligere possunt, vel maior eorum pars & sanior, quæ omnia probantur in c.3. & fi. de postul.prælator.c.innotuit,21.§.1.de electio. Quare postulatio hęc admissa à superiore vim habet electionis; si quidem admissa fuerit ab eo qui ius & potestatē habeat confirmandi, secundū Host.in summa tituli de postulatio.præla.§.quis sit effectus, per dictum ea. innotuit,§.fi.de electio.& c.4.§.fin.de postul.præla. Et proinde p̄sētata postulatione, superiori qui possit sup postulatione & defectu dispensare, nō possūt postulātes ab ea resilire, sed debent superioris expectare respōsum.c.bonæ memoriæ 4.de postul.præl. Sola tamē postulatio non tribuit ius postulato, quia potest improbari & reiici per superiorē cui oblata: qui si eam approbet, ex gratia faciet, c.pen.& c.4.de postul. præl. Nisi forsan qui postulatur sit valde idoneus, & is qui reiicit habeat alium adhuc superiorē ad quē recurri possit ad cogendū inferiorē admittere postulationē. gl.in d.c.4.ad verbum, *gratiā*, de postu.per c.nullus, de iure patr. Quæ dicta intelligi par est de postulatione solēni in qua doctores arbitrātur formā, ca.quia propter, de elect.esse obseruandam, perinde ac in electione: aliter autē cōcludūt in non solēni, quādo petitur postulatio ab eo admitti, qui nō potest cōfirmare electionē in qua causa post postulationē potest fieri electio.cap.1.de postul.præl.vt in c.quicumque.54.dist.

12 Differt porrò postulatio à vera nominatione: primum, quòd per postulationem vnus postulatur: per nominationem autem quęnon tribuit ius, plures nominantur, vt idonei. Item potest fieri nominatio alternatiuè, non etiam postulatio. Io. Andræ.& Imol.ad c.bonæ memoriæ, de postul.præl. Dominic.ad ca.2.de elect.in sext. Et cum vnus postulatur is solus dignior visus, at cum nominatio fit, primò nominatus. c.quorundam, de electio.in sex.l.1.de Abb.scrib. Aliam distinctionem adfert Vlp.in l.si conster 11.de appellat.

13 Differt autem ab electione postulatio, quòd plurib. electis, is potior est qui à maiori parte & saniori capituli eligitur, si nihil aliud impediat, c.dudū in primo, de elect.in d.c.quia propter eod.ti.de elect.in postulatione, si postulatus concurrat cum electo nō obtinet postulatus, nisi habeat duas partes capituli postulantes.c.scriptum est, de electio.Compost.ad c.fin. de postul.præl. differūt etiā quod ij qui possunt eligi sine aliquo impedimēto nō debeāt postulari; sed qui non potest eligi propter defectum, postulari tantum debet, qui autem eius generis sint, qui postulari debeant, docet, c.pen. de postul.præl.c.1.eod.ti.in sex.vbi & de forma vtriusq; agitur, & de inuoluta & sibi contraria reprobanda velut eligo postulando, vel postulo eligendo, aut eligo postulandum, aut postulo eligendum: aut eligo & postulo, prout potest melius de iure valere, quę formulæ etiam perinde ac reliquæ improbantur. Nisi si quando probabiliter dubitatur, vtrum quis sit eligendus vel postulandus.

14 Cæterū, Electio propriè, prout differt à superiorib. nominatione, & postulatione, definitur à Goffredo, vt sit, *alicuius personæ idoneæ ad dignitatē vel societatē sodalitiumve sacrū canonicè & seruata forma, facta vocatio, cōfirmatione superioris legitimi approbata:* quę finitio probari potest ex c.cum in cūctis, ca.cum Ecclesia Vulterrana, can.quia propter, de elect. ca.cū olim, de arbitris. Adferunt alij alias finitiones ex arbitrio, vt refert Rebuf.ad §.2.ad verba, *ad electionem*, de reg.ad prælatur.nomina. Boer.decis.1.vbi multa de electio.doctores ad Rubr. de elect. Breuius aliquib. Electio dicitur. *persona ad prælaturam legitimè facta vocatio.* Aliquibus, quędam ad prælaturas vel beneficia vacantia, ab iis ad quos pertinet, ritè facta optio.

## De triplici Electione ex diuersa forma eligendi, Cap. III.

### ARGVMENTVM.

1 *De triplici forma electionis & primo de scrutinio & quid scrutinium.*
2 *Forma scrutinij origo, & quod sit necessitatis.*
3 *Electio per compromissum quæ.*
4 *Electio mixta ex scrutinio & compromisso.*
5 *Electio per viam inspirationis.*
6 *Et per quasi spirationem.*
7 *De forma electionis summi Pontificis.*
8 *Num aliqua ex tribus formis in aliis Electionibus quàm prælatorum seruari debeant.*
9 *De forma addita electioni per concilium Basiliense.*
10 *De electione per sortes prohibita.*
11 *De electione per breuia seu tabellas, & iudicio per tabellas.*
12 *Tabella iudiciorum ex quibus facta.*
13 *Absolutio vel damnatio reorum ex manibus.*

1 Ratione formulæ eligendi triplicis, proponuntur tres diuersæ electionis species, quæ seruandæ in sua forma in quib. locum habent, vt electis subsistat. in c.quia propter, 42.& c.in Genesi. 55. de electio.prima est quę fit per viam scrutinij, seu per scrutinium: secunda quæ per viam cōpromissi, vel ex cōpromisso: tertia quæ per viam inspirationis Spiritus S. Singulas paucis explico. Scrutinium, est *secreta cuiusq; sententia diligens & accurata inquisitio.* quando seorsum & sigillatim, vota seu voluntas vniuscuiusque eligentium inquiritur, & inscripta transfertur, dicto c. quia propter.facit tit.de scrutinio in ordine faciend.li.1.tit.12.& apud Apuleium li. 9. Postremum magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere. Scrutari est diligenter, secretè, & cum labore, & curiositate inquirere, ita legimus non esse permissū alieni regni secreta scrutari, l.4. Mercatores, de cōmer. & Merca.C.li.4.ti.66.& pmissū scrutari cubilia, num ibi lateat serui fugitiui.l.diuus Pius, 3.§.sed & D.Marcus, de seruis fugit.li.11.ff.ti.4.& apud Horatiū li.1.Epist.18.

*Arcanum neque tu scrutaberis illius vnquam*
*Commissúmque teges, & vino tortus & ira.*

2 Scrutinium formam habuisse dicitur ex concilio Lateranensi, in c.Cumana, 50.de electio. per scrutinium electio dicitur necessitatis, eò quòd vno ex pluribus electorib.instāte, vt electio hoc modo fiat, ceteri necessario ad eā sequendam coguntur, & adstringūtur. Duę verò aliæ formulæ voluntatis, quia nemo inuitus cogitur per illas ad electionem procedere etiam numerò electorum maiore in eas consentiente, cui vel vnus potest resistere, quamquam in aliis actib. capitularibus, maior pars suffragiorum vincat minorē, c.1.de his quæ fiūt à maiori parte capitu.ca. licet. 6.de elect. l.quod maior pars ad Municip.ff.sicq; in hac hypothesi resoluūt Inn.Hostiensis, Compostellanus ad d.c.quia propter, Mandegotus, 1.parte, tractatus de elect. c.21.

3 Per viā cōpromissi dicitur electio fieri, quando fit electio per viros aliquos ab electorib. delectos, quib. commissa cura & potestas eligēdi prælatum, quē digniorem & vtiliorē Ecclesię viderint, & cognouerint vice omniū, qui in illos cōpromittunt se ratū hab.tur.

ros quicquid ipsi hac de re egerint. d.c.quia propter, §.vel saltē.& c. in causis 30. c. causam quę,?.c.cū dilectus,32.de elect.Electio horū per cōpromissū, dicta ex cōpromisso quo datur potestas,cuius formula remanet incorrecta in c.cùm expediat,19.de elect.in sext.

4 Accedit huic formulæ cōpromissi, aliquādo formula scrutinij seu scrutiniū:Verū & tūc denominatio cōpromissi subsistit,& hāc formulā meliorē opinatur gl. in d. c. cum expediat eò quòd nolint Canonici ius suum liberum eligendi in alium transferre, per cōpromissum,per scrutinium verò solum,graue sit procedere,neq; omnes eam formam sequi possunt. Obseruamus autem in hac composita forma, cōpromissi verba concepta,vt eum,in quem maior & sanior pars capituli cōsenserit,compromissarij seu arbitri eligere teneātur,nō. n. ibi dicitur in quem maior pars eligentium consentiret,sed maior pars capituli. Nam si ex quindecim Canonicis vel Collegiatis de capitulo sex suffragia scrutinij pro vno eligendo dent,quinq; pro altero:tres pro alio;vnus pro alio;compromissarij delicti non possunt eligere eum in quem sex consenserunt, quamquam isti sex faciant maiorem numerum in suo electo,quàm alij in suis:quia sex nō sunt maior pars capituli.Quare & reiicitur in forma cōpromissi, si alicui eligendi facultas vel arbitrium cōcedatur à capitulo, vt ipse sigillatim & secreto votis singulorū de capitulo exquisitis, & in scripta redactis illum eligat,in quē plures de capitulo, partium comparatione minorū,cōsensum,c.si cui,23.de elect.in sex. Probatur tamen forma alia, hæc cōpromissi, vt is in quem compromissum est per electores, teneantur ante electionē tractare cū aliquibus,& ab iisdē consilium accipere:quę forma etiā data nisi seruetur, non valebit electio,cōpromissarij,c.cū olim,7.de arbitris,li.1.ti.43.

5 Electio per viam inspirationis est, quando omnes de collegio veluti vno ore conuenienti sentētia,in vnū consentiūt,& eū eligūt,d.c.quia ꝓpter.de elect.Quidā subtiliùs considerātes,adhuc distinguūt inter electionē p inspirationē,& p quasi inspirationē Spir.S.Atq; p inspirationē Sp.S.dicunt,quādo q s eligitur àDeo,quēadmodum fertur electus D.Nicolaus ex laico in Episcopum,Beatus Seuerus assumptus ex lanificio in Archiepiscopum, D. Ambrosius quoque ex catechumeno nondum baptizatus in prælatum, ca. statuimus.§. his omnibus,61.dist.nisi dicamus cum glossa in d.§.his omnibus non quidem istos ab hominibus electos:sed postulatos,cum laici essent, & eligi tales non possint, sed postulari.cap.obitum 61.distinct. cap.hoc ad nos, 59.distinct.Testatur scriptura tamen sacra,per ipsum Deum electum in ducem Mosem in Exodo, in regem, Saulem,1.Reg.8.Dauidem,1.Regum 16.& alios.

6 Per quasi inspirationem electionē fieri probant, quando consentiētib.omnib.vno ore,& sine contētione,vnus eligitur,d.c.quia propter vt tempore Apostolorum electi sunt septē diaconi,Actor.6. Et ipsi maiores Ecclesię elegerunt Paulū & Barnabam,Silā & Iudam legatos,Actor.15.cōcordia in bono pluriū, indicat præsentiam vel authoritatem Spiritus S. vbicūq; enim duo vel plures fuerint in nomine Dei congregati, idem ipse, in medio illorum se interfuturū promisit,quemadmodū abest in schismate & discordia, c. de illis 24.q.3.in nomine Dei. Porrò congregatio dicetur,in qua non fiat consensus per conspirationē, symoniam,collusionem,coniurationem, requisitionem consensus extra capitulū, vt tradit Host.in summa de electione, §.qualiter sic omnium bonorum consensu electus refertur à Platina Greg.7.in eius vita.per quasi inspirationem non per inspirationē,ita vna voce & consensu electos dicimus: quia aliquādo gubernatio populi quibusdā traditur, quos Deus non elegit. nec sēper princeps populi, vel Ecclesię iudex per Dei arbitriū datur,sed ꝓut merita nostra deposcūt. vt & scribunt Origenes homilia 4.in lib.Iudicum & glossa ordinaria ad c.4.Iudi.Gratia.in c.non nouum, 7.§.cum autem,& ex D.Hier.in c.18.audacter,8.q.1.*fecerunt sibi regem*,inquit Deus,per Oseam c.8. *& non per me,principē,& nō per cōsiliū meū*.Tale aliquid etiā fieri,vt ait D.Hier.in Ecclesiis intelligamus,qđ ꝑ meritis populi, aut in verbo,aut in opere potens à Deo tribuitur rector Ecclesiæ:aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis Ecclesię iudex datur, sub quo famē & sitim populus patiatur:non famē panis, aut sitim aquę,sed famē audiendi verbum Domini, vt dixit Amos c.8.potestas quidem omnis est àDomino,c.quid culpatur,23.q.1.verum quandā approbat. quandā verò permittit regnare, & malam ad castigationem populi non minus quàm permittit Dęmones sænire,vt iræ suę iustę vltores & carnifices facit. *Qui facit angelos suos spiritus,& ministros suos ignē vrētē,Psalmo*.Rursū vt ait Anacl.ep.3.& Isid.li.2.de sum.bon.c.38.& c.ex merito,13.sub.6.q.1.ex merito plebis nonnūquam epis. deprauantur,quatenus procliuius cadant qui sequūtur,ca.languescēte,cętera corporis mēbra inficiūtur.

7 Formam scrutinij & inspirationis quandam refert Onuph.Pannionus in annotationib.ad vitam Clem.5. apud Platinam quib.peragitur electo sum.Pontificis aliquando,*siquidem*,inquit,*Cardinaliū,qui cōclaue ingrediuntur solent quilibet seorsum eligere & describere proprio codicillo quem eligat,& proprio annullo codicellū seu breue,obsignare dehinc in calicē quē tenet Decanus ante altare inicere:posteà verò numerātur breuiū suffragia*. Neq; ex Alexandri 3. constitutione pro Pontifice electus haberi potest,nisi qui duarum partium Cardinalium suffragia tulerit, c.licet. 6.de elect. quo numero ex codicillis adimpleto, Pontifex creatur : sin minus, liberum est cuiq; quem voluerit patrum, non electum à se scripto vel voce eligere, quæ electionia ratio.accessus vocatur. Quod & receptum iure in c. indemnitatibus,43.§.sanè,de elec.in sex. Meminit & idem Onuphrius de alio modo creandi Pontificem sum.qui per adorationem dicitur, qui accedit ad formam electionis per inspirationem: hic autē est quando duę partes Cardinalium,non expectato, vt dicunt, scrutinio,sed voce tenus, Consensu & voluntate omnium,quēdam ex Cardinalib.in Romanum Pontificē salutant atq; venerantur quo modo Iulius 3. Marcellus 2.& Paulus etiam 4.Pontifices renuntiati fuerunt.

8 Ex superiorib.formulis electionum scrutinij,compromissi, & inspirationis, vnam vel alteram seruari debere,in electionib.prælatorum,quorum morte Ecclesię,remanent viduatę,ait gl.ad §.& cum humanæ, ad verbum,*prælato*, de elect.in Prag.sanct. non etiam in electionib.Canonicorum, vel aliorum dignitatum inferiorum, siue aliorum beneficiorum electiuorum quod per mortem eorum quib. vacant Ecclesiæ non dicantur viduatæ cum non sint sponsæ illorum, & in illis capituli singulares consensus sufficere; vt notatur in c.si cui,de elec.in sex.Dom.in d.c.quia propter, neq; esse de necessitate seruare aliquam prędictarum formarum:veruntamen Innoc.Compost. in d.c. quia propter, & Mandagotus in prima parte tractatus de de electio.nouorum prędat.c.21.& ad eum in additionib. Boerius, tradunt prædictas formulas seruandas, non tantum in cathedralib.Ecclesiis,cum est Epis.vel alius superior eligendus , sed etiam in aliis Ecclesiis Collegiatis secularib.cum in illis electio facienda est prælatorum,dummodò electio in eisdē ad collegium pertineat:aliter autē,si ad superiorem propter illorū, ad quos pertinet,negligētiam,aut delictū,ꝓuisio,aut electio fuerit deuoluta.quo casu superior non teneretur seruare aliquam prędictarum formarū. Addit & Mādeg.prędicto loco,ꝙ de rigore iuris dictę formulę non sunt obseruandæ necessariò in electione dignitatum inferiorum,quæ sunt in Cathedralib.Ecclesiis

nisi contraria esset consuetudo, quæ esset seruanda, vt solet in electionibus Decani vel præpositi, cuius decisionis citat authores Prædictos Innocentium, & Compostellanum in c. quia propter.

9 Formis superioribus eligendi trib. Côcilium Basiliense, §. cum humanæ fragilitatis de elect. in Pragm. Sanct. addidit, vt cuiuscumque generis electio fiat, priuati ad quos pertinet electio Pontificis vel Abbatis, adueniente die electionis, conueniant in Ecclesia missam de Spiritu sancto audituri, Deúmq; rogaturi, vt eos dignetur inspirare. dehinc secundo quo deuotius ad actum electionis procedant, contriti & confessi, sacramentum Eucharistiæ suscipiant reuerenter. & §. quod locum electionis faciendæ ingressi, pro electione præsari, iurent in manib. eius qui capitulo vel collegio præerit, & qui præerit in manu eius qui eum sequetur, immediatè, hoc modo: *Ego N. iuro & promitto omnipotenti Deo, & N. sancto vel sancta (cuius nomine dedicata est Ecclesia, de cuius pastore agitur) eum electurum quem credam futurum in spiritualibus & têporalibus vtiliorem Ecclesiæ, nec illi você daturum quê verisimiliter sciuero promissione vel datione alicuius rei temporalis seu prece, aut per se aut per alium interpositam, aut alias qualitercunq; directè vel indirectè, pro se electione procurare.* Iuramêti huius formula propemodum similis formulæ prescriptæ à Iustiniano in §. iubemus igitur. Abb. c. 34. de sanctissi. Episc. Nou. 123. est & alia latior, quæ & hanc continet in Nou. 137. c. 2. seu §. his igitur, titulo de ordinat. Episcop. & clericor.

10 Superioribus electionum modis, aliis addere licet qui aliquando côprobati fuerunt, nunc verò ex caussa in desuetudinem abierunt ex concilio Lateranensi in c. quia propter, de elect. ob pericula & dâna quæ inde accedere poterant Ecclesiis. fuit itaque eligendi modus etiam inter viros sanctos aliquádo probatus, per sortes ex quo electus est in Apostolatum D. Matthias, Act. 1. v. fi. vbi postq̃ Apostoli elegissent vel nominassent duos, Iosephum dictum Barnabá, & Matthiá, sequitur, καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν. *& dederunt sortes illorû, & sors cecidit super Matthiam.* legimus & sorte aliquando in veteri sacro Testamento ambigua iudicia determinata, Iosue 7. Esther 3. 1. Reg. 14. Ionæ 1. iure quoque ciuili lites sorte diremptas, & dirimi posse docet l. in tribus, iuncta l. sed cum ambo, fam. ercis. ff. l. si quæ sunt, comm. de leg. C. Prohibita porrò hęc formula eligendi per sortes, c. fi. de sortileg. lib. 5. tit. 21. sortiúmque vsus abrogatus & ne exêplis maiorum iis vteremur inhibitû, in c. non statim, & c. non exemplo Matthiæ, 26. q. 1. D. Hieron. in c. 1. Ionę. Beda in 1. c. Act. Apost. cû nec legamos Apostolos sortibus vsos, nisi prius congregato concilio, & fusis ad Deum precibus. Iustinianus quoque in l. sacris nostris legibus, 4. de Episc. & cler. iubet ordinari & eligi Abbatem & Episcopum ex omnibus idoneum cuiuscumque gradus sit, vtilem, vitæ honestæ & honestæ côuersationis, & qui semper seruare creditos sibi possit, non ex temporibus præcedentem vel sortibus vel fortuitis circumstantiis, sed ex electione & ex eo quod prestantius est, neque etiam sortes in iudiciis perpetuò probatæ, sed tunc tantum quádo in iudiciis pares essêt rationes, vt neque maioribus argumentis vel probationibus in alterutram partem iudicium inclinari poterat: quare & hoc genus iudicij dicta est Diuinatio, à Basso 3. de origine vocabulorum, vt refert Gellius li. 2. c. 4. videnda quæ explico lib. 14. Syntag. iuris c. 5. & quę tradit Paul. Victor. lib. 2. Var. lect. c. 15.

11 Est alia formula eligêdi quę vsitata est maximè inter personas claustrales, in electione suorû superiorû in Aquitania & apud Tectosages per breuia, quádo breuib. chartis, quilibet eligentiû, nô scripto suo nomine, exprimit quê eligat. & suum breue in vnum locum, cû aliis côiicit, vt tradit Boer. q. 1. num. 6. & 19. tabellas dixerunt, antiqui hæc breuia per tabellas ita electiones fiunt Venetiis, & antiquitus iudices suffragia vel sententias tabellis datis ferebant expressa litera, A. in tabella absolutionis, & litera ca. in tabellâ condemnationis, & in mortis sententia expressa litera θ, quæ θάνατον, seu mortem significabat quibus aliam addi iussit Augustus tabellam, inscriptam literis, N. L. qua significabát iudices sibi non liquere adhuc quid statuendum esset: dabátur verò istæ tabellæ singulis iudicibus, illi autem quam volebant eligebant, & in vrná iudiciorû mittebant, ex qua deinde tabellarû numerus & notæ colligebátur, & iusta vincêtem numerû, secundû notas vincentium sentêtia pronûciabatur. Meminit Cicero pro Cluentio Gellius lib. 14. c. 2. & Paulus Iurisconsl. in l. Pomponius, 36. de re iud. ff. pronunciare videtur de tabella nô liquere. Milesij lege tabellaria quoque vt Romani vsi sunt; quam Hippodamus Millesius Suriphontis filius de iudiciis tulit, vt est apud Arist. 2. Politicor. *Iudicia*, inquit, *in foro sanciuit Hippodamus, non voce aut suffragiis fieri: sed vnumquemque iudicem tabellam deferre, in qua scriberet si planè côdemnaret: quod si planè absolueret eâ inanem relinqueret, si partim condemnaret, partim absolueret, id distingueret.*

12 In lamnis tenuibus communia suffragia scripsisse Syracusios, & in testaceis Athenienses eum potentes exilio multarent, metu ne tyrannidem vsurparêt, scribit Diodor. Sicu. lib. 11. Bibliothecæ, vnde priorum iudicium πεταλισμόν, aliorum, ὀστρακισμόν, dixerunt, vt meminit Plutarchus in Aristide. Latinos testulis vsos in sortibus & suffragiis ait Liuius lib. 5. belli Punici. *Testulis datis*, inquit, *tribuni populum submouerunt, sitellaque allata est, vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrent.* Vtebantur & in iudiciis calculis albis & nigris qui inserebantur à iudicibus vrnæ: albis absoluebát, nigris damnabát: si plures albi quàm nigri in vrna inuêti absoluebatur reus: si plures nigri, dânabatur: si pares, liberabatur: cû proniores sint ad absoluendum iudices, vt scribit Arist. in Problem. Mentionê facit de calculorû more Ouidius lib. 15. Metamor.

> *Mos erat antiquis niueis atrisque lapillis,*
> *His damnare reos: illis absoluere culpa:*
> *Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis*
> *Calculus immitem demittitur ater in vrnam.*

13 Docui & libro 50. Syntag. iur. c. 1. n. 20. aliquando fuisse apud populum formulam exprimendi suffragia per καταχειροτονίαν, quæ fiebat, vt narrat in eo verbo Suidas, quando præco dicebat populo, exêpli caussa, *Cui Midias videtur iniustè fecisse, manum tollat*, vnde qui volebant manum extendebant, & erat condemnatio per manuum extensionem, sicut ἀποχειροτονία, depressio manuum, absolutio.

## De beneficiorum qualitate ad quæ fiat electio.

### Caput IIII.

### ARGVMENTVM.

1. *Per omnes casus declinari & conferri beneficia, verùm duos tantùm receptiores, & vnum numerum.*
2. *Beneficiorum alia electiua, alia collatiua.*
3. *Maiora negotia non nisi delectis viris committenda.*
4. *Electione reges aliquando constituti.*

1 MOnui aliquando, beneficij declinationem, habuisse inter probos viros & religiosos duos casus tantum, nominatiuum & vocatiuum, & singularê numerum: malitia autem hominum & impietate effectû, vt per omnes casus inclinetur, & pluralê habeat numerû, cû pnicie & detrimêto totius Ecclesiæ sacrosanctę: p nominatiuû côferuntur beneficia nominatis vt idoneis ab Academ. & principib. ex titulo de regia ad pręlaturas nominationa, & vt dixi suprà c. 2. nu. 6. per genitiuum conferuntur malè, infantibus & filiis

vt in titulo, de filiis presbyterorũ: per datiuũ simoniacè, ex contractu innominato do vt des, facio vt des, vel facio vt facias, vel do vt facias, secũdũ praxim l. naturalis, de præscrip. verb. ff. quę improbatur titulis de simonia, & 1. q. 1. per accusatiuũ conferuntur, calumnia imperitis accusatisq; falsò possessorib. legitimis, titulariis, & ita translatis in aliũ beneficiis: per vocatiuum legitimus modus, de quo hîc agimus. per viá electionis: per ablatiuũ, per vim spoliatis possessorib. Singularis porrò numerus in Ecclesia erat, cum vnico beneficio quilibet esse cõtentus debeat, vt vna vxore. c. pręterea, 14. c. cũ nõ ignores, 15. de præb. c. fi. de relig. domi. Posteà adiectus numerus pluralis, & bigamia inducta beneficiorũ, vt qui se putant maiures Ecclesiæ apices & fastigia tenere, vix reperiantur qui non nouerint nõ tantũ per singularẽ vel dualẽ numerũ, more Gręcorum, sed etiam per pluralẽ multiplicatũ beneficia declinare: vtinam non vterentur omnib. casibus, vtrumque rectè ad cupiditatẽ & auaritiam insatiabilem refert c. cũ singula, de præb. in 6. c. de multa, eo. tit. apud Greg. Hinc malum, in Clern, scandalum in populis, egestas inter pauperes, in sacerdotes contemptus, in sacra prosanatio. in omnes ira Dei, & hæc vna est ex filiabus quę ortæ ex bonis matrib. suffocarunt matres, veritas odium peperit, odium suffocauit veritatẽ. Nimia familiaritas peperit contemptum, cõtemptus suffocat familiaritatem, securitas negligentiam, & negligentia suffocauit securitatem: religio peperit diuitias, & diuitiæ earúmque amor suffocarunt religionem.

2 Beneficiorum tamẽ quædá sunt collatiua, quędam electiua. Collatiua, quę per viam quidẽ electionis cõferentis liberè conceduntur, & habent vocationẽ ad sacerdotia electorum vel prouisorum legitimá, vocâta eo qui curam habet dispensandi beneficia, vnde prouisi dicuntur intrare per ostium in Ecclesiam Dei, ca. relatum, 21. de iur. patro. li. 3. ti. 38. verũ ista beneficia nõ exigunt confirmationẽ superioris, post collationẽ vel electionẽ quę collationẽ habet, quare nõ dicũtur ꝓpriè electiua, vt scribit Rota deci. 223. in Antiqu. vbi & notatur vltra Innoc. 7. declarasse semel in Camera, ꝙ volebat beneficium dici electiuum, in cuius electione seruaretur formula eligẽdi, ca. quia propter, de elect. vel per cuius vacationẽ Ecclesia inueniretur viduata pręlato. Collatiuum cõtrà, ad cuius simplicẽ nominationẽ vel electionẽ, quis assumitur sine solemnitate vel cõfirmatione superioris, & acquiritur ius per electionẽ. Consentit Ioannes d'Amya proœmio Cõcordator. Feli. in ca. in nostra correl. 31. de rescr. Electi itaque beneficia dicemus, quãdo electione facta requiritur cõfirmatio superioris, gl. in Clem. quia contingit, §. vt autẽ, ad verbum, *electionẽ*, de relig. domib. gl. ad §. sed per electiones, ad verbum *electiuis*, de elect. in Prag. sanct. Riparius, li. 2. responsorum, de rescr. c. 34. Quamobrem neque beneficia electiua dicuntur pertinere ad dispositionẽ alicuius, vt dicitur de beneficiis collatiuis. Cle. 1. de pręb. gl. in §. 1. ad verb. *dispositionem*, de reseruat. in Prag. sanct. Rebuff. ad §. præfatiq; ordinarij, ad verb. *dispositionem*, de collatio. in Concord. facit textus cum gl. in c. cum in illis, 16. §. illis, de præb. in 6. Beneficia rursum, non omnia electiua exigunt formam electionis, c. quia propter, de elect. vt in c. quam sit, eo. in 6. sed tantũ quando electio fit ad Ecclesias cathedrales & regulares, non si ad inferiores dignitates, quarũ Ecclesiæ non dicuntur viduatæ pastore: atque ita cõclusum in Rota contra sententiam Ioann. And. decis. 288. in Nouis. inci. *maior pars dominorum*. Attamen in decis. 452. in Nouis. num. 2. dicitur, eandem constitutionem c. quia propter, tum in Ecclesiis Episcopalibus & Abbatialibus, quàm in aliis, in quibus est cura populi, si ibi electus præsit per modum capitis & pręlati, locum habere.

3 Admonẽt nos exempla sacrę paginę & virorũ prudentium mores, ne potissimum maiora munera Ecclesiastica, ex quibus multorum vtilitas vel damnum sequi potest, nisi dilectis personis concreantur. Et quanquam in omnibus ministeriis & ordinibus Ecclesiasticis, cauendum sit, tamen summopere in summis diligentius erit obseruandum. c. cum in cunctis, de æta. & qualit. ordin. vbi grauius periculum ibi plenius erit agendum, ca. vbi periculum, 3. de elect. in 6. c. quiescamus, 42. dist. c. si. 7. q. 1. l. 1. sed & si quis de Carbon. edict. Pãd. sic legimus Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM vocasse discipulos suos, & rursum elegisse ex ipsis duodecim quos vocauit Apostolos. D. Lucæ ca. 6. ver. 13. & discipuli Apostoli non nisi cum solemni obseruatione elegerunt Barsabam & Mathiam, & ex illis vnum Mathiam Act. 1. v. 23. Rursum & illi ipsi noluerunt nisi cõuocata multitudine eligi consideratione adhibita septem diaconos. Act. 6. v. 3. ad legationem fidei quoque apud gentes obeundam, elegerunt Paulum & Silam. Act. c. 16. inter Apostolos elegit sibi Vicariũ Dominus D. Petrum, Diui Ioan. c. 21. v. 15. Matth. 16. & in custodem matris sanctissimæ Diuum Ioannem, cui ipsam moriturus, vt matrem commendauit. D. Ioan. Euang. c. 19. v. 26. Et Moses ex electis viris strenuis ex vniuerso populo de consilio Iethro soceri sui constituit super populum principes, tribunos, cẽturiones, quinquagenarios, Decanos, qui iudicarẽt plebem Domini omni tempore. Exod. c. 18. & in lib. Numer. c. 11. Deus Mosi conquerenti quod non posset solus sustentare onus populi; Dixit, congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciésque ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, vt auferá de spiritu tuo & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi & nõ solus graueris. Moses item ipse in sui locum collatione diligenter facta meritorum omnis populi, moriturus delegit populi Dei ducem, non proximos sanguine, vel aliquem ex illis, sed digniorem aliunde Iosue, qui statim vbi manus ei imposuit repletus fuit Spiritu sancto. Deut. c. fi. ca. Moyses, 6. ca. licèt, 15. & seq. 16. si ergo, 8. q. 1.

4 Electione aliquando Romæ reges constituti, teste Diony. Halicar. in 2. & Liuio. Electi suffragiis & cõsultationibus populi in locum regum subrogati Consules: Liuius lib. 2. & nos lib. 18. Syntagm. c. 3. & alij magistratus in comitiis Tributis & centuriatis, vt scribit Gellius lib. 13. cap. 14. & alij Imperium apud Thebæos ex suffragiis temporale quod Bœotarchiam dicebant, vt scribit Aemilius Probus in Epaminonda. Erant & apud Heduos reges ex electione annui, vt scribit Iul. Cæsar lib. 7. belli Gallici.

## QVI ELIGERE POSSINT.

### Et primùm de electione in genere, quæ facta à clero, populo, & principibus laicis, Imperatoribus, Regibus & aliis.

### CAPVT V.

### ARGVMENTVM.

1 *Historia electionis per tempora connectitur, primùmque quid obtinuit tempore Christi: posteà tempore Apostolorum, & deinceps.*

2 *Quid post mortem Apostolorum: & quòd laicicum clericis consensum & testimonium praberẽt, sed cautum ne eligerent.*

3 *Aliquando authoritate principum electos Episcopos.*

4 *Electioni Episcoporum, ex constitutione Bonifacij 3. qui adesse deberent.*

5 *Electionibus non se immiscuerunt tempore Apostolorũ principes, nec alij pij: posteà aliquando contrà vel ratione componendorum schismatũ, vel ratione honoris delati, vel ob propriam vsurpatã authoritatẽ,*

sibique

*ibique texitur ex diuersitate temporum obseruatio electionum diuersa.*

6 *De electionis iure principibus dato sub Vitelliano & Agathone SS.PP.*

7 *De regis Hispaniæ potestate eligendi Episcopos.*

8 *Quare priuilegium eligendi sum.Pont.& Episcopos aliquando principibus concessum fuerit. Nycena tamen synodus electiones tunc ademerit illis. eo. & quòd principes renunciarunt priuilegio. 9.& 13.*

10 *De prohibitione alia, ne populus eligeret, aut legati Imperatoris electioni sum.Pont.adhiberentur.*

11 *Leonis octaui restitutio electionis Imperatoribus, & quomodo suspecta.*

12 *Imperatores quãdo vi cœperũt ius electionis defendere.*

14 *De Henrici 5.vt contra Paschalem 2.& de pactis cessionum inuestiturarum extortis.*

15 *Quo tempore cœpit opprimi Ecclesiæ libertas circa electiones, & quo tempore sublata.*

16 & 17. *Epitome variationis in electione temporum, quare populus & princeps aliquando interuenerint electioni. & postea submoti fuerint.*

18 *De iudicio vulgi inconstanti.*

19 *Laicis & consequenter principibus interdicta rerum Ecclesiasticarum tractatio.*

20 *Actus ad exclamationem populi factus, non valet.*

21 *Princeps contra electionem intercedere potest, si sua intersit. Item & populus.22.*

23 *Electiones alicubi quare sublatæ.*

24 *Non sunt in Gallia beneficiorum omnium interdicta nominationes aut electiones.*

1 ADmonet nos legitimus ordo, vt postq̃ materiam veluti dispositam electionis, nempe beneficia, cognouimus, dispiciamus, de personis eorum qui possint eligere, cuius rei gratia, prius generaliter historię modo retexemus p̃sonas quib. p̃missa & adepta eligẽdi ad Ecclesiastica beneficia potestas fuit, secundum diuersorũ tẽporum vsum & mores, ex quib. diuersę & varię antinomię cõciliari facilè poterũt. Et huic rei lucem aliquam attulit Reb. ad Rubr. de regia ad præl. in Concor. cui tamen in omnib. nõ assentior. Compingemus itaq; successionem electionis in hunc modum. Elegit Deus Dominus noster Iesus Christus sibi discipulos, & ex illis Apostolos D.Marc.c.3.cum simil. post passionem Domini, cõgregatis in vnum beatissima Dei genitrice virgine Maria, Apostolis, discipulis, & aliis fratrib. vsq; ad numerum trecentorum viginti, electus D.Matthias in locum Iudę, Act.c.1.v.14. & 15. dehinc electi Diaconi septem à multitudine discipulorũ, Act. 6. tunc & canones Apostolorum prohibuerunt in electionib. potestatem principum vel secularium interponi: sic enim statuit can. 29. εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, id est. *Si quis Eps secularib. potestatib. vsus, p̃ ipsas nactus Ecclesiam fuerit, deponitor, segreganturque à communione omnes qui cũ ipso cõmunicant.* Refertur. c. 14. si quis Episcopus, 16.q.7. D.Iacobus Hierosolymorum primus Episcopus electus & ordinatus ab Apostolis, teste Anacleto Epist.2. ad Episcopos Italię, vt referrur in c.porro, 66.distin. D.Petrus Episcopum sibi elegit successorem, D.Clementem, qui tamen statim non successit, vt scribit ipse Clem. epist.1.& in can.1.& 2.8.9.10.

2 Summi Pont. posteà ex consensu Christianorũ, optimeliores delecti, interdum à martyrib. ipsis nominati, quemadmodum Lucius 1.23.Pontifex, antequã ad martyrium iubente Valeriano duceretur, omnem potestatem Ecclesię Stephano Archidiac. suo p̃misit, qui & ei successit dictus Stephanus primus, authore Platina, Onuphrio, anno 255. Quod ne fieret in posterum sub Symmacho sum.Pont. prohibitum in synodo Romana prima, c.4. relatum, & in can. si transitus, 79. dist. Anacletus Papa ordine 5. à Petro, qui adeptus sedem Pontificalem ann.Dom.102. epist.2. c. 2. ad Episcopos Italiæ, vt & in can. si 79. dist. *Electionem*, inquit, *summorum sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotib. & spiritualib. populis concesserit.* Quibus verbis, electos Pontifices à clericis & populo videtur, cum & D. Paul.1. ad Timot.c.3.vers.7. in ordinatione Episcoporum requisiuerit, vt haberent bonũ testimonium etiam ab his qui foris sunt. Cælestinus 1. eius nominis Pontifex, idipsum comprobat ad Episcopos Galliæ, epist.2.c.5.& in c.26.cleric.63. dist. *Cleri plebis*, inquit, *& ordinis consensus, in electione requiratur.* Verum in concilio Sardicensi habito sub Iulio 1. sum.Pont. statutum, in c.2. ne electus Episcopus fauore populi confirmetur, refertur in c.2.Osius, 2. de elec. apud Burchar. lib. 1. decret.c. 19. Yuo lib.5.c. 73.& in concilio Laodicensi ann.364. sub finem annorum Liberij Papæ c.13. cautum populis non esse concedendũ electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi, relatum in can.6. non est permittendum, 61.dist. Confirmatum & concilium illud in 6. synodo habita in Trullo, pręsente Constantino: meminit & de ea can. sexta synodus, 16. dist. propemodum idipsum inhibitum in Bracharensi cõcilio, vt scribit Burchardus lib. 1. decret. c.11. Leo 1. qui sedem adeptus anno Domini 441. in epist.87. aliàs 89. ad Episcopos Viennẽsis prouinciæ, cuius Epitome in c. vota ciuium, 26.63. dist. *Vota ciuium*, inquit, *testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorũ, in ordinationibus sacerdotum expectatur.* Per pacem & quietem sacerdotes qui præfuturi sunt, postulentur: teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis, idipsum ex eodem Leonis loco repetitum in can. metrapolitano defuncto, 19.cad.63. dist. Sub eodem Leone 1. seu magno anno Domini 454. Chalcedonensis synodus quarta generalis fuit celebrata contra Dioscorum & Eutychem hæreticos, de qua Euagrius lib.2. & 4. & Niceph. lib. 15.c.2. in cuius sexta actione, Martianus Imperator videtur explicare causam cur etiam principes & populus in sacris cœtib. presbyterorum intersint. Nam exemplo Cõstantini se interfuisse professus est, non ad potentiã ostendendam, sed ad fidem firmandam relinquereq; capitula synodo decidenda religionis, quæ satius sit p̃ sacerdotes decidi. refert in 9.2.& 3.96. dist. Rursũ idem Leo 1. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopũ, epist.82. aliàs 84.c.5. *Nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas non optatum Episcopum, aut oderit, aut contẽnat.* In cõcilio Aureliacensi, quod habitum ann.Dom.486. statutum fuit, c.2. quòd nullus sit ordinãdus Episcopus, nisi cõuocatis clericis & parochianis, & in vnum cõsistentib. vt scribit Burchard. lib.1. decret.c.12.& in Aureliacensi 2.c.6. Item fuit statutum sub Horsmida, qui adeptus sedem anno Dom. 515. ne seculares, clerici efficerentur, sine volũtate regis Clodouei, aut magistratuũ eius: eò quòd interesset principis ob immunitates quę tribuũtur Ecclesiasticis. Iustin. Cæsar ann.Dom.541. Nouell. edidit 137. tit. de ordinatione Episcoporum ac clericorum, in qua c.2. seu §. his igitur, sic de electorib. statuit, iuxta sacras constitutiones. *His igitur quæ sacris canonib. definita sunt insistentes, præsentem sancimus legẽ, vt quoties vsu venerit Episcopum ordinari, conueniant clerici & primores ciuitatis cui ordinandus est Episcopus,* &c. *& iurent quòd nõ eligent nisi recta & catholica fidei, honesta vita*, &c. qua cõstitutione tamen, nõ plebs, sed plebis primates admissi fuerunt in electionib. Episcoporũ, nẽpe, οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως, & in alia Nouella eiusdem anni 541. ordine ex editione Holoandri 123. de SS. Episcopis. in §. 1. Sancimus, inquit, quoties opus fuerit Ep̃m ordinari, clericos & primates ciuitatis cuius futurus est Ep̃s, &c. mox in tribus personis decreta facere, id est tres nominare & iurare, quod non nisi scientes eos esse rectæ

& catholicæ fidei,& honestæ vitę,quos elegerint,&c.

3 Fuit&aliquando tempus,quo auctoritate principis Imperat.fierēt&cōstitoerentur Epi,in locis in quibus antea oulli essēt,vt scribit Theod.Balsamon ad c. 36.cōcilij Carthaginēsis, & ad c.12.cōcilij Calaedonēsis,& c.38.synodi sextę in Trullo. Ita Iustioian. non.11. de priuilegiis Archiepisc.Iustioianæ primę,creauit ciuitatis suę Iustinianę primę Epm Archiepiscopū,eiq; alias ꝓuincias subiecit,ꝙ tamē postea fuit ꝓhibitum in cōcilio Toletano 13.c.4.vbi & improbatū, ꝙ Vābra princeps in qoadam villula Episcopum cōstituisset. Refert Bruchardus lib.1. decret. c.33. Scribit & Zooaras tomo 3.Agapetum Romanum Pontif. improbasse translationē Epi Guiomari Siceusis, qui electus erat à Friderico,vt pręesset Ecclesiæ Magdeburgensi.At nihilominus refert Beatus Rhenanus li.2.rerū Germanicarū.Dagobertū regē,qui adeptus regnum Francorū an.Dom.63.sub Honorio 1.sum. Pont. nouas diœceses Episcopatuū instituisse,oēpe Argentoratensē,cū Mediomatricū olim ditio ad Rhenum vsq; ꝓtenderetur. & Constantiensem, qoam à Vindonissa nomen olim habuisse sunt qui tradant, vbi primū ea sedes fuerit.

4 Bonifacios 3.qui sedem adeptus est ann.Dom.607. habita syoodo Episcoporū duorū&septuaginta &30. presbyterorum,Diaconor.triū instituit,vt scribit Platina in eius vita,ne quis sub anathematis culpa,in locum demortui Pōtificis aut Epi subrogaretur,nisi tertia saltē post obitum eius die,vtq;anathemarizarētur qui largitione&gratia,ad Pōtificatum, seu Episcopatum aditū sibi q̄rerēt: voluit itē electionē Epi à clero pariter&populo fieri,eāmq;ita ratā fore,si à principe ciuitatis approbata fuisset,&si sū.Pont.deniq.his verbis suā authoritatē apposuisset, *Volumus & iubemus*. In cōcilio Toletano 4.c.18.habito ano.626. relato in c.fi. §.sed nec ille,51.dist.id cōfirmatum, sed nec ille deinceps sacerdos erit,quē nec clerus,nec ꝓprię ciuitatis populus elegit, vel authoritas metropolitani, vel assensus cōprouincialium Episcoporum nō exquisiuit. Circa eadem tempora Isidorus Hispalensis Episcopus,qui floruit ann.Dom.220. eiusdem fuit sententiæ, vt scribitur in c.10.si io plebib. 63. dist.Si in plebibus, inquit,Archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu inde deiecti fueriot, Archidiaconus,quantocyus fieri poterit,proficiscatur illuc,& eum clericis & populis ipsius plebis electionem faciant.

5 Principum authoritatem in electioœib.prelatorū & personarom Ecclesiasticarū nō interuenisse prioris Christiaoorū tēporib. non est in dubium reuocandū, cum nec Christiani illi essent, vel si essēt,fidē profiteri vellēt,&potius ꝑsequerētur Christianos,quàm eis cōsultum vellēt.Fuerunt & pij Imperatóres,qui cōsulto etiā tātom onus deposuerint,& reliquerint Ecclesiasticis ꝑsonis.Valētinian. qui Imperium adeptus circa ano.Dom.369.noluit de electione Episcoporū cognoscere, sed ad alios Epos muous relegauit, qui cognoscerent qualis esset ex sacra pagioa eligēdus,vt habetor ex li.7.Historię tripartitę. c.8.in ca. Valent.63.dist. cognouit tamen in schismate electionis Damasi primi & antipapæ Vrcissimi. Siquidē seditionis vrbauæ, schismatisve tollēdi causa Damaso in Pōtificatu confirmato, Vrcissimum vrbe expulit,anno 1.& mense 2. ordinationis eius, vt notat Onuphrius ad Platinā in vita Fœlicis 2.ex vetustissimo regesto Eugubioo, quæ cōueniunt his qoæ traduntur ab Ammiano Marcell. lib.15.D.Hieronymo io Chronico. Rufino lib.1.c.12.& lib.2.c.10.Socrate lib.2.c.15.16.17. Sozomeno lib.4.c.11. & li.6.c.23. Fuit tamen aliquādo potestas eligēdi prælatos concessa principib. vel principes etiam aliquādo ꝓpria authoritate interuenerunt, vt paulò ante Valentiniani tēpora Constaotius Constaotini magni filius,cum mortuo Alexandro Epo Constantinop. in locum eius electus fuisset Paulus,ex vna parte suffragiorum,&ab alia Macedonius,illis reiectis,elegit Euzebium Nicodemiensem;vt scribit Socrat.lib.1.c.5.Nicephorus lib.9.c.4.Theodoretus lib. 2.ca.5.& 6. Tradunt porrò Coostantium Arrianum in Oriente imperasse, vt Constantē fratrē Catholicū in Occidente, post mortem Auxeotij Epi Arrianorū Mediolaueosis D.Ambros.Cathecumeoıs tunc & Procōsul missus à Valētiniaoo Cęsare ad cōpescēdam seditionē ortam, pro electione Pōtificis subrogandi,à cleto & populo ipso electus,eius oomine aditus est Valētinianus,vt eius electiooē gratā haberet.Socrates lib.4.c.25. Sozomenus li.2.c.14.c.cum lōgè,25.§.63.dist.Scribit Platina in Bonifacio primo, qui adeptus sedem Pontificalem ann. Dom. 423. orta seditione in electiooe Bonifacij, Eulalio antipapa electo cōtraria factiooe,Honorium Cęsarem tum Imperatorem Occidentis,ambos ab vrbe expulisse, reuocatum tamen postea septimo meose Bonifaciū,&solum præsulē cōstitutū Inuenitur tamē epistola Bonifacij ad Honorium, qua illum rogat,vt schismati Imperialis potestatis authoritate finem imponat,& edicto in posterū ꝓhibeat, ne in electionib. sum.Pont.aliquid seditiosis cōspirationib.tentare cooarētur Electores,ꝙ &statuit Honorius,petente&approbāte Booifacio,quēadmodum de vtroq; liquet in ca.Ecclesię meę,1.& seq. Victor.Honorius,97.dist.c.8. si duo,79.dist.&in tomis cōsiliorum ioter epistolas Bonifacij.At tempore Symmachi 1. qui adeptus sedē an. 500.Epi Orientales improbarunt electionē factā ab Imperatore Anastasio Timoth.ad sedem Cōstantino. & sub Horsmida adepto sedem anno 510.electiouem ab eodem Anastasio factam. Dioscori 2. ad sedem Alexandrinam;vt scribit Anastasius Bibliothecarius,&in c.15.sanè,16.qu.7. Tempore & Pelagij 1.sub ann.555.in cōcilio Parisiensi 1.c.6.statutū,ne vllus ciuibus inuitis ordioaretur Episcopus, & nisi com populi & cleri suffragiis eligeretor, non principis imperio, relatum in c.per ordinationem,63.dist.

6 Rursum tameo in Pontificali Romano Vaticaoo in Vitalliani Pontificis summi gestis,qui adeptus sedē an.Dom.657.scriptum,Vitallianum natione Siginensem,direxisse responsales suos eum synodica epistola, iuxta coosuetudinem, in regiam vrbem ad piissimos principes,significans de ordinatione sua.Relatum in ca.Agatho,11.§.item Vitallianus,63.dist.ex quib.notare licet,& tnoc morē fuisse & cōsuetudinē summorū Pont.mittendi ad Imperatorem legatos, vocat respōsales,pro significanda electiooe: opinor etiam pecuniam eius rei nomioe Imperatori datam, quod non est difficile colligere ex sublatiooe illius moris,in cuius locum data facultas eligendi sum.Pont.Imperatori manasse videtur.Quare & singulare etiam est quod scribitur in Pontificali Vaticato, & decretis Agathonis,& tomo 2.coociliorum in decretis eiusdem, & in d.c.21.Agatho,63.dist.ante eum, certam qualitatē pecuniæ datam Imperatori pro ordinatione Pontificis facienda, & eam releuatam fuisse ad petitionem Agathonis per Constantinum 4. Pogonatum dictum, ea cooditione,vt si contigisset post eius transitum seu mortem electionem fieri,non debeter ordinari qui electus fuisset,nisi prius decretum geoerale introduceretur in regiam vrbem, secundum antiquam consuetudinem, vt cum eius scientia & iussiooe deberet ordinatio prouenire. Sedem porrò adeptus Agatho anoo Dom.680.

7 Legimus in concilio Toletano 12.c.6. ꝙ celebratū est primo anoo regni Eringij regis Hispaniarum,ann. Do.686.sub Leone 2.Siculo sum. Poot.fuisse permissū, per Pōtifices Hispaoiæ &Gallitiæ, vt saluo priuilegio vniuscuiusq; ꝓuinciæ, licitū maneret deinceps Toletano Pootifici seu Archiepiscopo, quoscunq; potestas regalis elegisset,& iā dicti Episcopi Tolerani iudiciū, dignos esse probauisset,in quibuslibet prouinciis&in

præcede-

præcedentiũ sedib. pręficere præsules, & decedentib. Epis eligere successores, sic tamẽ vt quisquis ille fuisset ordinatus, post ordinationis suæ tẽpus, infra triũ mensium spatium, propter Metropolitani præsentiam visurus accederet. Relatum in c. cum longe, 25. 63. dist.

8 Rursum in synodo Lateran. quod generale etiam dictũ, sub Adriano 1. habito concilio an. Do. 773. præsente Carolo magno & Episcopis 153. vt habetur in tomo cõciliorũ & apud Sigibertũ Sabel. Ennea 8. li. 8. & c. 21. Adrianus 63. dist. Papa cũ vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligẽdi Põtificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque Patritiatus, insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere synodus definitur, & vt nisi à rege laudatetur, & inuestiretur Episcopus, à nemine cõsecraretur, & quicũq; contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit. Ratio ibi tãti beneficij concessa Carolo magno ponitur, q̃ Carol⁹ magnus ad petitionem Adriani, ad defendendas res Ecclesię venisset Papiã, & hostem Ecclesiæ Desideriũ regem cepisset. Et hinc ratio vna cur principes laici aliquãdo ius acceperint electionis Põtificũ, nempe priuilegiũ quod illis ex beneficiis in sedem Pontificalem & causam religionis collatis, vicissim ab Ecclesia in remunerationem cõcessũ fuit. Duas alias adfert Gratianus in can. vota, 27. §. principib. 63. dist. prior eadem cũ superiore: secunda ne vllus hereticorũ aut schismaticorum electiones impediret, pro quib. sæpe Ecclesia Dei periclitabatur. Deinceps, vt ipsi principes, tãquã filij dilectissimi, cõsentirẽt in electũ, quẽ sibi in parte viderent eligi. Ante Carol. magnum D. Greg. eius nominis 1. Põtifex, li. 11. Regest. epi. 10. statuit, de Abbate Xenodochij in ciuitate Augustudunẽsi, cum monasterium eius Xenodochij, quod in regno Frãcorum cõstitutum est, per ambitiones & cõtentiones quorundã tractaretur, vtq; à peruersitate malorum liberaret, ne sine regali prouisione, & monachorum electione, vllus ibi Abbas aliqua vnquã subreptione introduceretur. Quod & refertur apud Gratianum in c. 39. hinc est etiã, 16. q. 1. sub predicto tamen Adriano primo an. Do. 790. Nicena 2. synodus 350. Eporum celebrata, quę dicta vniuersalis 7. in qua inter cetera cautum c. 3. vt omnis electio Epi, presbyteri vel diaconi, à principibus facta irrita maneat, secundum canonem Apostolor. 31. vt refertur in ca. 6. si eiusdem, 63. dis. can. si quis Episcopus, 16. q. 7. & apud Burch. li. 3. decreto. c. 109. Ansel. li. 6. c. 8. Yuonem par. 5. ca. 120. at postea Greg. 4. dictus aliàs Leo 4. qui adeptus sedem Põtificalẽ an. Do. 818. scribens Ludo. 1. & filio eius Lothario Augustis & Regib. Gallorum, vt habetur in c. Reatina, 16. & seq. 63. dist. Vestram, inquit, mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono, eandem Ecclesiã ad regendum concedere dignemini, vt vestra licentia accepta, ibidem cum Deo adiuuante consecrare valeamus Epm, sin autẽ 10 prædictã Ecclesia nolueritis vt præficiatur Epus, Tusculanam Ecclesiam, quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere, vt consecratus à nostro præsulatu, Deo omnipotenti, vestroq; imperio grates peragere valeat.

9 Renunciarunt tamen huic priuilegio prædicti Imperatores, sic enim legimus in capitularib. Caroli magni, & Ludouici capitulari 84. & relatum in cap. 34. sacrorum, 63. dist. Sacrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiretur honore, assẽsum ordini Ecclesiastico præbuimus, vt sc. Episcopi, per electionẽ cleri & populi, secundum statura canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur. Rursum sub Paschali 1. qui adeptus est sedem Pontificalem an. Do. 817. renunciauit huic priuilegio electionis permissæ Ludouici filius Lotharius, & Ludouicus pater Caroli magni Imperator, pactũmq; hac de re cũ Paschali sic initũ refert Antoninus in 2. par. Histor. speculi, ti. 16. c. 1. §. 2. Ego Ludouicus Rom. Imp. Augustus, statuo & cõcedo per hoc pactũ cõfirmationis nostræ, beato Petro principi Apostolorum, & per te Vicario tuo domino Paschali sum. Pont. & successorib. eius in perpetuũ, sicut à prædecessorib. nostris vsq; nũc in vestra potestate & ditione tenuistis & disposuistis, ciuitatẽ Romanam cũ Ducatu suo atq; suburbanis suis, atq; viculis omnib. & territoriis eius mõtanis, atq; maritimis littorib. & portib. seu cunctis ciuitatib. oppidis, castellis, & villis in Thusciæ partib. & cathedra Petri tenuit annis 16. Itẽ quòd veniente vacatione huius sacratissimæ sedis, & dũ Põtifex de hoc mũdo migrauerit, nullus ex regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate cõstitutus, licentiã habeat cõtra Romanos, aut publicẽ, aut priuatim veniẽdi, vel electionem faciendi nullásq; in ciuitatibus aut territoriis, ad Ecclesię beati Petri potestatẽ pertinentibus aliquod malum facere propterea præsumat, sed liceat Romanis cũ omni veneratione, & sine aliqua perturbatione, honorificam suo Pontifici exhibere sepulturã, & eum, quẽ diuina inspiratione, & D. Petri intercessione omnes Romani cõsilio vno atque cõcordia, sine aliqua promissione ad Põtificatus ordinẽ elegerit, sine aliqua ambiguitate & cõtradictione, more canonico celebrare. Et dũ cõsecratus fuerit, legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illum amicitiam & charitatis pacem consocient. Hæc sunt verba pactionis & renunciationis quæ adfert Archiepisc. Florent. Antoninus, ex can. 30. Ego Ludouicus, 63. dist. cõsentit Volater. li. 3. Anselinus li. 4. collectionis canonũ, c. 35. Yuo par. 5. c. 51. Cõfirmauit hoc pactum Lotharius, & Ludouicus cum Leone 4. quis dicitur Sigiberto Leo 5. qui sedẽ adeptus Pontificalẽ ann. Dom. 847. Inter vos, inquit Leo, & nos pacti serie statutũ est & cõfirmatum, quòd electio & cõfirmatio futuri Romani Põt. nõ nisi iustè & canonicè fieri debeat, c. 31. inter nos, 63. distin. Statuit & idẽ Leo 4. in synodo Romę habita iuxta conciliũ precedentium Pontif. Bonifacij & Stephani, vt si quis ex sacerdotibus, seu primatib. nobilib. seu cuncto clero sanctę Roman. Ecclesię, electioni summi Põt. cõtradicere pręsumpserit, anathema sit, relatũ in c. 6. si quis ex sacerdotib. 79. dist. ex Ansel. li. 6. c. 18. ideò Nicolaus primus in synodo Romana ann. 858. approbante Ludouico 2. Imp. instituit ne principes vllus secularis aut Imperator cõciliis clericorum interesset, nisi de fide ageretur, nã tum licere ac par esse cẽsuit, vt constat epist. Nicolai ad Michaelem Imp. Orientis, quę incipit, *Proposueramus*, relata in c. 4. vbinam legistis, 96. dist. ex Ansel. lib. 1. ca. 75. Rhegino lib. 1. Platina in vita Nicolai 1. atq; Nicolaus prohibuit Lothario Cęsari, ne eligeret Episcopos, sed electionẽ relinqueret sedi Apostolicæ, c. 4. porrò scias, 63. dist. Yuo Carno. par. 5. decret. c. 57. Successit in sede Hadrianus 2. ann. Do. 868. qui inconsultis Imperatoris legans, à clero & populo electus, est, cúmq; quererentur legati Ludouici 2. presentes in vrbe, quòd ad electionem inuitati non fuissent, accepta ratione quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis, prospectu, omissum hoc esset (ne videlicet legatos principum, in electione Romanorũ principũ, expectãdi mos per huiusmodi fomitẽ in olescer t) omnẽ ad indignatior ẽ sedauerunt, & ad salutatum electum etiam ipsi humiliter accesserunt, in c. 9. cum Hadrianus. 63. dist. Platina in Hadriano 2. Hadriani 2. tempore, anno Do. 870. Constantinopolitanum concilium 8. vniuersale habitum, in quo inter cætera quoque, actione prima statutum, consecrationes & promotiones Episcoporum, concordando prioribus conciliis, clericorum electione ac decreto Episcoporũ collegij debere fieri. Sancta

hæc & vniuersalis synodus definit & statuit, atq; iure promulgat, neminem laicorũ principũ vel potentum, semet inserere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, vel Episcopi cuiuslibet, ne videlicet inordinata & incongrua fiat confusio, &c. ca. 2. 63. dist. Ansel. li. 6. c. 23. Yuo parte 5. c. 123. Pau. lib. 3. c. 8. Hadrianus postea 3. qui adeptus sedẽ anno 886. initio sui Pontificatus, ad Senatum populúmque retulit, vt scribit Platina, ne in creando Põtifice authoritas Imperatoris expectaretur, vtque libera essent, & cleri & populi suffragia quemadmodum antè tentatum à Nicolao.

10 Stephanus 6. dictus à Platina 5. subinde, qui adeptus sedem anno Dom. 886. explicat in epistola quadã scripta Archiepiscopo Rauennatensi, relata in c. an. 12. nosse tuam, 63. dist. & ab Ansel. li. 6. c. 36. adfert causam cur populus cũ clero electioni adesset. Tuá plurimũ, inquit, oportet adhibere solicitudinem, vt conuocato clero & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuiẽt canones, sacerdotũ quippe est electio, & fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus: refert & Gratianus in c. 25. cũ longe, §. electiones, 63. dist. ꝓptérque seditiones impediendas, idem statutũ in electione summorum Pont. sub Ioanne 12. qui sedẽ adeptus ann. Dom. 955. Henricus 1. & Otho 1. eius filius, pactiones cũ Pontifice fecerunt, ne ex constitutione edita, nũtij seu legati Imperatoris essent impedire vllo modo summi Pontificis electionem. c. 31. incip. constitutio primi Henrici. 63. dist. Fecit & ante coronationẽ idem Otho promissionem Ioann. 12. de eo iuuando, & quòd nihil ipse nec successores eius in ordinatione Romæ statuerent sine consensu Ioannis. c. 32. tibi domino, 63. dist. Anto. in Speculo Historiali, parte 2. tit. 16. c. 1. §. 16. Anselin. lib. 4. can. c. 37. & li. 6. c. 7. Yuo parte 5. c. 32.

11 Cęterum sub Leone 8. qui sedem adeptus ann. Do. 963. fertur congregata synodus Romæ in Ecclesia sancti Syluestri, in qua Leo ad exẽplũ beati Hadriani, Apostolicæ sedis antistitis, qui Carolo magno regi Francorum præsente Senatu & populo & legatis Imperatoris in c. 28. quia sancta Romana, 63. dist. Pan. lib. 3. c. 1. §. Stephanus Papa, patritiatus dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis, & inuestiturãm Episcoporũ concessarat. Idipsum cõfirmauit & largitus est domino Othoni 1. regi Theutonicorum eiúsq; successorib. regni Italiæ. Relatum in c. 23. in synodo 63. dist. Sũt tamen quib. suspecta sit hęc largitio facta Othoni, veluti procurante eandem Othone, concilio per eũ coacto Episcoporum & Archiepiscoporum, contra Ioannem 12. quẽ ex cõtumacia exegit & dãnauit, vt scribit Luitbprandus li. 6. c. 6. fuitq; Leo 8. ex laico electus Pontifex, vnde seditiones Romæ exortę, vt scribit idẽ Luithprãdus li. 6. c. 8. & 9. Sigibertus, Platina in Leone 8. sic causam latius exponit. Leo 8. protoscrinarius, à clero populóq; Romano, pulso Ioanne, Pontifex creatus. Nam cũ Ioannes flagitiosè nimiũ & intemperanter viueret, instaréntq; Romani apud Imperatorẽ, vt alterum Põtificẽ, abrogato Ioanne, crearet, respondit electionẽ ad clerum & populum pertinere, & eligerent quẽ maximè idoneũ putarent, se eum statim approbaturũ: vnde cũ Leonem elegissent, quẽ ipse confirmauerat, deinde mutata sententia & abrogato eodẽ, Benedictum suffecissent, iratus Otho, eos vi & armis compulit, dedito etiam Benedicto Leonem suscipere, qui statim Romanorũ incõstantiam pertęsus, authoritatem omnem eligendi Põtificis à clero populoq; Romano ad Imperatorem transtulit. Hæc Platina, cui per omnia cõsentit Antonin. Archiepiscopus Florentinus parte 2. Speculi Historici. tit. 16. c. 1. §. 16. ius hoc tũc Imperatori Othoni videtur ex causa fuisse concessum per Leonẽ depositum à populo & clero, qui eum elegerant, & quem iterum restituit Otho, in maxima seditione vrbis.

12 Notat Zonaras tom. 3. ann. Dom. 961. Nicephorum Phocam in Oriente Imperatorem, ius conferendi Episcopatus, & Archiepiscopatus, & sacerdotia, sibi sũpsisse, quo tẽpore Otho. 1. in Occidẽte hoc iure vti cœpit. Scribit & Krantius li. 1. Metra. ca. 33. primũ Landouardum Mundensem Episcopum, inter omnes antecessores suos inuestituram & regalia suscepisse de manu Othonis. Addit & idem Krantius li. 2. c. 29. eam ob rẽ fuisse miserã in Ecclesia concertationem: cùm hoc ius duo Henrici pater & filius, & duo Friderici auus & nepos, defendere & tueri tentassent, & tandẽ tamẽ relinquere Ecclesię ꝓpter infortunia coacti sũt.

13 Antequã Ioannes 12. vrbe pelleretur, duæ fuerũt capitulationes eius cũ Hẽrico 1. Patre Othonis, & cũ Othone, quib. renunciauerant ius quod habuerãt in electione Pontificis, vt nullũ obstaculũ nec per se, nec per legatos possẽt obiicere, ca. cõstitutio, 32. & seq. tibi domino, 63. dist. Anselm. li. 4. canonum, c. 36. 37. & li. 1. c. 90. & li. 6. c. 7. Yuo li. 5. c. 52. nihilominus tamen aliqui Impp. postea eo iure vti voluerũt, vt inuestituram Episcopatuũ sibi asciscerẽt ex priuilegio antecessorib. cõcesso, inoleuerãtq; iam mos, præsertim in Imperio, vt Epi eligerẽtur, & annulo ac baculo pastorali inuestirentur ab Imperatore, vt scribit Guilielmus Tyrius li. 1. belli sacri, ca. 13. Restitit Nicolaus 2. qui sedem adeptus anno 1059. temporib. Henrici 4. & statuit in cõcil. Later. sum. Pont. nõ esse nisi à Cardinalib. eligendũ, ca. in nomine Domini, 23. dist. Alex. 2. eius successor anno 1063. reipsa cõfirmauit, ca. ꝑter hoc, 32. dist. & insup statuit, ne quis à nullo laico beneficia Ecclesiastica acciperet, ca. p laicos, 16. q. 7. Herma. contract. Bonfi. dec. 2. li. 3. Cæterũ anno Domini 1073. electus à Cardinalib. & ordinatus in sum. Pont. Greg. 7. statim admonuit Henricũ 4. eius nominis Imperatorem, ne deinceps largitione corruptus, Episcopatus vel beneficia per simoniacam cupiditaten alicui committeret, alitet se vsurum in illum, & delinquentes censuris Ecclesiasticis, quod cum contemneret Imperator, primum prouisos notauit censuris, & ipsum Imperatorem cõtumacem, vt ait Platina in eius vita, Anton. in 2. parte Historialis summę, ca. 1. §. 21. crescentéq; ꝓteruitate in sum. Pontificem Imperatoris, iterum concilium Romanum Episcoporum 110. collectum anno Do. 1076. & ibi anathemate notati Gilbertus Rauennensis Archiepiscopus, Hugo Cardinalis, & ipse Imperator, omnésque simoniaci, & qui à laicis reciperent inuestituram, vt scribunt Vincentius in Speculo li. 26. c. 82. Krantius li. 5. Historiæ Saxonicæ, ca. 6. Platina, & alij, tandémq; alio concilio, ipsum Imperatorem Imperio priuauit, vt narrant prędicti authores, & facultatibus eligendi Episcopos, & conferendi inuestituras, celebratúrq; ab Historiographis libertatis Ecclesiasticę assertor. Gregorio successit Victor 3. qui partes Gregorij defendit, ideò ferunt breui ab Imperialib. sublatum, ab adepta sede anno vno & mense 4. non sine suspicione veneni, vt notat Platina in eo. Successit Vrban. 2. anno Do. 1088. sub quo Placentinũ concilium celebratum, conuenientib. totius Italiæ Episcopis: in quo, an. Do. 1094. præsidẽte Vrbano, inter alia Greg. 7. decreta acta contra Henricum 4. & Clemen. 3. Antipapam confirmata sunt, vt scribunt Platina, Volat. Guill. Tyrius li. 1. Hist. sacræ, c. 14. Sub eodem & aliud Romanum, in quo inuestituræ Ecclesiarum, laicis ꝓrsus ademptę fueruut, teste Matthæo Parisiensi, Ednero in vita ß. Anselmi.

14 Vrbano autẽ mortuo subrogatus & electus Paschal. 2. an. Do. 1100. Sub hoc an. Do. 1102. concilium Later. ex Episcopis Italiæ, & Galliæ confirmatum Anathema ꝓmulgatum contra Henric. 4. vt referunt Abbas Vspergensis, & Palmetius. Successit interim Hẽri. 5. in Imperio, & ann. 1109. vel secundum alios, 1107. ꝑsidente Paschali 2. concilium celebratũ Trecassinũ, & in eo inter alia, laici collatores beneficiorum Ecclesiasticorũ ab Ecclesia ꝓscripti fuerunt, vt ait Guil. Nangia.

Henricum

Henricum 5. nominant communiter Historiographi aliqui, vt Platina, 4. faciunt. Hoc tempore & Hẽricus 5. Imper. Romam venit, pactúsque fuit iterum cũ dicto Paschali, vt Imperator omniũ Episcoporũ, & prelatorũ inuestituras relaxaret summo Põtifici, Põtifex cõtra omnia Episcoporũ regalia Imperatori remitteret, cuius rei gratia dedit obsides Imperator: verùm fraude postea, anno Dom. 1100. indictione 4. pridie idus Februarij cum dimissi essent obsides, Papã cũ Cardinalib. cepit, & custodiæ seu carceri mãcipauit, eletúmque insuper bonis omnib. spoliauit, atq; à pridie idus Februarij vsque ad 5. Calend. Maij Paschalis in carcere detẽtus, multis est afflictus iniuriis, vt scribit Antoninus Speculi Historialis 2. parte tit. 17. c. 1. in principio, addit autẽ, ꝙ post prædictam pactionẽ sum. Põtifex Paschalis nõ potuerit implere eãdẽ, cõtradicẽtibus & resistẽtib. Episcopis, ideò Imperatorẽ quorũdã sceleratorũ consilio, Papã & Cardinales captiuasse, & alia gessisse: & facinoris authorem fuisse Archiepiscopũ Magũtinũ Coactũ verò in carcere, vt ipse & alij capti liberarentur, cũ Imperatore pactionẽ iterũ inire, & inuestituras Episcoporũ, per annulũ & baculũ Imperatori cõcedere, eóq; modo de carcere liberatũ. Extat & epistola quædã Tusculani Episcopi de captione Paschalis 2. Papæ Richardo Albano Episcopo missa, vbi eadem continentur, & quòd pactũ hoc postremũ fuerit initũ anno Domini 1111. 16. Kal. Martij, anno tamen Domini 1112. cõciliũ Lateranense cõgregatũ est à Paschali 100. Episcoporum, cõtra Henricũ 5. in quo Pontifex priuilegium de inuestitura Episcoporũ Henrico 5. vt per vim impetratũ reuocatum est, eíque aqua & igni interdictũ, vt scribũt Platina, Krãtius, li. 5. c. 33. & 37. Cõcilium & Viennæ celebratum, à Guidone Archiepiscopo Viẽnensi, ex iussu Paschalis, in quo declaratum heresim esse inuestiturã Episcopatuum de laica manu accipere, & priuilegium, quod violenter & non ex voluntate Henricus 5. à Paschali extorserat, anathemate dãnatum, tãquam proditoriè capto & coacto sum. Põtifice: & excõmunicatus, anathematizatus, & à gremio sanctæ matris Ecclesiæ separatus Henricus 5. donec his omnib. abrenunciatis, plenam satisfactionem eidem Ecclesiæ exhibuisset, & anno Dom. 1114. 8. idus Decembris, Cono Prænestinus Episcopus, Apostolicæ sedis legatus, prædictum Henricum apud Beluacum etiam anathematizauit in cõsilio suo, & Quadragesima proxima in dominica Lætare, 5. Kalen. Aprilis, Rhemis celebrato concilio, eundem damnauit. Idipsum quoq; fecit Coloniæ in templo S. Gereonis, & posteà 4. concilio habito Catalaunis, idipsum fecit Guillel. Nang. Rursum anno Dom. 1116. inito concilio Laterani Romæ, præsentib. etiam legati Henrici 4. Pont. datum priuilegium Imperatori de inuestitura condemnauit, & ipsum excommunicauit, vt scribit Abbas Vspergensis in Chronico. facit c. si quis clericus, 16. cum 2. seq. 16. q. 7. Disputatur & de concilio habendo ad Ansam, contra violentiam Henrici 5. qui coegerat Paschalẽ 2. ad concedẽdũ priuilegium, inter Ioannẽ Primatẽ Lugdunensem, & Yuonẽ Ep̃um Carnotẽsẽ, in epist. Yuonis. 238. & 239. Tractat & Yuo de eadẽ de coactione ep. 235. scribit etiam de incarceratione Paschalis 2. per Henricũ, & de priuilegiorũ vi & minis extortorum renocatione. Martinus Polonus in vita Paschalis 2. & appendix Duodechini Abbatis ad Chronica Mariani Scoti. Otho Prigingẽsis in Chronico. li. 7. c. 14. Eodẽ tẽpore circa annũ Do. 1116. Anselm. Cantuariẽsis Archiep̃us libertatẽ Ecclesiasticam quoq; defẽndebat, acerrimẽq; restitit Henrico 1. Anglorũ regi, q ẽt ius inuestiturę sibi vsurpabat, atq; recusauit eos consecrare quos ipse rex elegisset, & obtinuit, vt scribit Polyd. Verg. li. 11. Historię Anglicę. Rex Hungarię quoq; renunciauit Pontifici Episcoporum & Abbatum inuestituras, vt scribit Martia. Capell.

15 Obseruauit Gilbertus Genebrardus, post alios Chronographos, li. 4. Chronophię, sub Stephano 7. eo tempore, nẽpe anno Dom. 898. Põtificũ virtutẽ & integritatem incepisse deficere, propter Arnulphũ & sequentes Germanię Impp. sibi iura Ecclesię rapientes, & libera Ecclesię suffragia in eligendis Põtificib. tollentes, hãncq; Ecclesię captiuitatem durasse annis ferè 140. in qua apparuit, inquit, pessimam electionem præstare optimę principũ nominationi. Quod seculũ proinde infœlix dicitur à Ioãne 8. qui Nicolao & Hadriano 2. sanctis Põtificib. successit, vsq; ad Leonem 9. qui Pontificum integritatem in integrum reuocauit, quiq; sedẽ adeptus est anno 937. Virtute nãmq; Leonis & sequẽtium Põtificum, adempta est illa vsurpatio, maximè Henrico 4. & 5. magnis quamuis moribus. Porrò anno Do. 1122. factus est vniuersalis conuentus apud vrbem Vuangionũ, quę nũc Voarmatia dicitur, industria legatorũ sedis Apostolicę, qui nunc Magũtię morabantur, in quo reconciliatus Ecclesię Henricus 5. & eius exercit⁹, data generali absolutione, & ibi Imp. Ecclesiasticas inuestituras, cęteráq; negotia spiritalia, quę tãto tp̃e reges Theutonici administrauerãt, quęq; ipse, ne regni diminueretur, vt dicebat, honor, numquã vita comite se dimissurum proposuerat, humiliatus pro Christo, & ad salutem suę animę, & corã omni multitudine abnegauit, in manib. Ostiensis Ep̃i, & p ipsũ Domino nostro Iesu Christo, suęq; in ppetuũ Ecclesię. Forma renũciationis habetur apud Vspgẽsẽ Abbatẽ, in Chronico anni 1122. & apud Platin. & ita sub Calixto 2. Burgundo, qui erat Guillelmi Burgundię Comitis filius, & pinde Hẽrici 5. Imperatoris cõsanguineus, fuit cõcilium Romanum anno Dom. 1122. celebratum 9. Kal. Octob. & in eo Calixtus 3. cõcessit dicto Henrico 5. recõciliato, electiones Ep̃orũ & Abbatũ regni Theutonici in pręsentia illius fieri, absq; simonia atq; violentia, & vt is maiori parti Episcoporum consentiret: item vt electi regalia per sceptrum acciperent ab illo, exceptis omnib. quę ad Romanam Ecclesiã pertinere noscuntur: & vt ex aliis partib. Imperij cõsecratus, intra sex menses regalia per sceptrũ ab illo perciperet. Abbas Vspergẽsis in Chronico anni 1122. Circa annum Do. 1130. tẽpore Innoc. 2. summi Põt. quidã Romani, Antipapa mortuo, seditionib. potẽtiã qrẽtes, Senatores Romę creauẽre, q̃ Rẽp. Romanã ditionẽmve ad eã pertinentẽ gubernarent, quib. restitit sum. Pontifex, habito apud Lateranũ concilio, in quo populus fuit anathemate notatus, ꝙ suo Põtifici rebellis extitisset, túncque, vt ait Onuphrius in notis ad Platinam in Innoc. 2. populus primum à Pontificis comitiis exclusus est omnino, & ad solos Cardinales Põtificis electio paulatim, cleri etiã primoribus omnino exclusis, vel in Cardinalium cooptatis redacta, primúsq; sine populi interuentu, mortuo Inno. 2. creatus Papa Cęlestinus 2. vt etiam scribit Otho Frigingensis li. 7. Histor. ca. 17. 31. 34. & li. de gestis Friderici Imperatoris, ca. 27. & 29. Cęlestinus 3. qui adeptus sedem anno 1191. reprobauit consuetudinem, quòd electio de voluntate potestatis secularis vel laici fiat, in c. cum terra, 54. de elect. quamuis ibi non prohibeat factam electionẽ p̃stari patrono, vel terræ principi vel domino in cõcil. Later. sub Innoc. 3. habito, c. 25. ẽt statutũ anno Do. 1215. vt quicumq; electioni, per secularẽ potestatẽ de se factę coosenserit contra Ecclesiasticam libertatẽ, electionis commodo careat, & sit ineligibilis ad dignitates absq; speciali dispensatione: & qui talẽ præsumpserint electionem celebrare, ab omnib. beneficiis suspendantur, & sint ab eo tempore eligendi potestate priuati. refertur in c. q̃squis, 43. de elec. Et Greg. 9. qui creatus Pontifex anno Do. 1227. in ca. sacrosancta, 51. de elect. statuit, ius eligendi non cadere in laicum, idq; esse perniciosum, & redũdare in dispendiũ Ecclesiasticæ libertatis, neq; ex consensu Ecclesiarum

p ermit

permittēdū etiā patrono Comiti de Varāna. Et rursū idē in c.Masana,56.eo.tit.de elect. ꝓhibet ne per laicos cū canonicis, Pontificis electio præsumatur, & si præsumpta fuerit, statuit nō habere firmitatē, nō obstāte cōtraria cōsuetudine, quę dici debet potius corruptela, in quo emēdata est cōstitutio Clem.5. qui adeptus est Pontificatū anno 1188. quę extat in can. nobis fuit, 25. de iure patr. li.3. ti.38. per quā patronus poterat ius electionis prælati in Ecclesia conuētuali patronata reseruare expresse, cū iure communi non habeat. Sed ne quid antiquitatis Historiæ de Pōtificum electione prætermisisse videar, vt satisfaciam Doctoribus, monebo, Romæ quoque in sacerdotū, augurū, Pontificū creationibus, tēpore idololatriæ variatum, neq; eadē lege vel more creatos: sed aliquando augures ab auguribus, Pontifices à Pontificibus, reliquos sacerdotes à collegis creatos fuisse, Pontificem autē maximum à populo, vt ex Liuij historia cōstat. Atque Cn. Domitius Tribunus plebis, Neronis Imperatoris atauus, fuit Pōtificib. infensior, quòd alium quàm se, patris sui in locum cooptassent, & ideò lege lata, ius sacerdotum subrogandorū à collegis in populū trāstulit, anno quo C. Marius tertium iniuit Consulatū, nec multò pòst ipse populi suffragio Pontifex creatus est. Meminit huius legis Cicero 2. oratione in Rullū, & in imperfecta oratione pro C. Cornelio. Exosus autem populum L. Sylla retū potitus sancit, vt à collegiis sacerdotes crearentur. Legē Syllæ T. Atius Labienus Trib. pleb. iterum abrogauit, & Domitianus restituit: M. Anton. posteà Labieni legē sustulit, & reuocauit creationē Pōtif. Maximi ad populū, vt M. Aemilius Lepidus, cuius filio filiam suā collocauerat, Pontifex Maximus crearetur in locū Cęsaris. Sed rursū & Senatus acta & leges Antonij refixit, & abnleuit, vt scribit Cic. in 14. Antonia. quę fusè explicat Asconius Pędia. in diuinationē Ciceronis, vide & Manutiū de Legib.

16 Vt autē tandē finem huic parti Historię electionis laicorum & populi imponamus, in pauca conijcio, quæ per seriē annorū obseruata fuisse ordine annotaui: & dico, maximè omniū cōsēsu & cōprobatione, delectos præpositos, vt tā in laicorū quàm clericorū præsentia, vt omnib. dicēdi in eligendū esset facultas, & liceret cuiq; vitia palàm, vel virtutes eligendi proferre. At vbi cœpit ambitio eligēdorū animos clericorū properantiū ad dignitates obsidere, & populus largitinnibus, vel gratia ad suffragia danda corrūpi, cœpitq; ea de causa cōtentio & pertinacia in seditiones cōuerti, necessitatis occasio ad cōpescendas turbas, principes ad cōseruandā in Ecclesia pacē, & submouendos tumultus, cœpit inuocare: & priuilegia quoque ob benemerita in Ecclesiā, cœperūt concedi principib. circa iouestituras, & electiones. Postquam autē principes oneri huic se impares sentientes priuilegia eiurarunt, vel alij sibi ius hoc vsurpantes ea potestate abuti, & pro arbitrij cupiditate temere indignos ꝓmouere, & dignos vexare & deiicere cœpesūt, adempta priuilegia & potestas, ad Ecclesiā, quę ex causa cōcesserat, cessāte causa redierūt, & multis cōsilijs, de quib. anteà, pluribúsq; cōstitutionib. ius hoc Ecclesię restitutū, vel in laicis temperatū, & certis limitib. definitum. Sine vtilitate vel necessitate, & volūtate Ecclesiæ, ratio arcet principes ne electionib. beneficiorū Ecclesiastic. sa immisceāt. Quod principib. laicis, secularib. nō diuinis reb. pręesse permissū sit, c: denique, 5. & seq. cum ad verū, 96. dist. vbi & distinctæ potestates ostenduntur secularis & spiritalis: nec mutuò aliqua sibi posse vsurpare, cui succurrit canō imperiū, 10. dist. Erit & alia ratio, ꝙ ex interuentu principalis potestatis, electio metu eius parū libera videatur electoribus, vnde & cōfusio, & iniusta esse posset, c. in nomine Domini, 23. dist. possetque nulla dici, quæ metu ita fieret. Host. in c. licet, de elect. & in d. cap. in nomine Domini, electio facta ipsius summi Pontificis, per seditionem, potentiā, oppressionē nulla. Idē in c. si quis Papa, c. si quis pro pecunia, 79. dist. Electio facta per minas dicitur facta per secularis potestatis abusum, & ideò nulla, c. vbi periculū, §. cęterū, de elect. in Sex. Electio debet esse libera, c. dilectissimi, 8. q. 1. cap. quisquis, de elec. quod nō accidit quādo ex voluntate vel pręcepto. de aliquo alio quàm decreto per eligētē, fit. Indicat Yuō Carnotēsis Episcopus epist. 163. *Miramur*, inquit ad electores Episcopi, *prudētiā vestram, quare aduersus regē, in præsētia regis, disposuistis causā istā* (videlicet Electionis Fulconis in Episcopū) *examinare, vbi poterit magis volūtas regis, quam iustitia legis, vbi nec veritas poterit cū pace discuti, vel inuēta seruari.* Quamobrē in Cōstātiēsi synodo, & titulo de electionib. in Pragm. sanct. §. ad tollēdū autē, *Ad tollēdū autē*, inquit, *omnē ambitionis radicem, obsecrat per viscera misericordia Dei Iesu Christi hac sācta Synodus, ac instātissimè exhortatur reges ac principes, cōmunitates, & alios cuiuscūq; gradus ac dignitatis existant, Ecclesiastica vel mūdana, ne electorib. literas mittāt, aut preces porrigant, pro eo qui per se, vel per aliū preces tales, vel literas procurabit, multóq; minùs cōminationes, impressiones, aut aliud faciant, quominus liberè ad electionē procedatur. Similiter in virtute sancta obedientia ipsis electorib. præcipitur, ne ad huiusmodi literas, preces, cōminationes, vel impressiones aut alias, vt præmittitur, eligere quēquā præsumat.* Verūtamē certè, vt loquar cum Vlpiano enarratore Demosthenis in orationem contra Midiam, *πραγματείας δεῖ πολλῆς ἵνα διακόψῃ τις τῆς δυναστείας τὸ τεῖχος, Magno labore est opus, ad perfringendum potentatus murū.*

17 Quod pertinet verò ad populum, is meritò videtur ab eligēdi potestate arceri: quòd is possit pręmio, prece, leuitate, & acclamationib. moueri, c. Osius, 2. de elect. c. 16. si ergo, 8. q. 1. & vt ait Iuuenalis Satyr. 10.

*Turba tremens sequitur fortunam semper, & odit*
*Damnatos, &c.*

Et Horatius lib. 1. Epistnlar. ad Mæcena.

*Non ego ventosæ plebis suffragia venor,*
*Impensis cœnarum & trita munere vestis, &c.*

18 Iudiciū vulgi incōstās & varium, & vanæ voces populi non sunt audiendæ, l. decurinnum, 12. de pœn. C. Modest in l. ad bestias, 31. e. ti. in ff. c. vnusquisque, 22. q. 4. sunt qui opes, nnn iudicio perpetuo, sed impetu mentis cōferunt Ecclesię, & mox reuncare satagunt, c. sunt qui opes, 17. q. 4. docēdus populus, non sequendus, c. docendus, 62. dist. vulgus vix probarę bona, sed improbè facta, docet exēplo Aelianus li. 2. de var. Hist. c. 6. & Socrates iudiciū vulgi reiecit, vulgus motui cedit, vt ligna securi: populo perinde ac mari sæpe accidit, vt dicit Polybius li. 11. Quēadmodū enim mare sua natura innoxium est rectè vtentibus, & firmū, si verò violenti flatus in illud irruerint, tale redditur vtentibus, quales sunt venti à quib. circumquaque impellitur: ita & multitudo talis redditur vtentibus, quales habet duces & cōsiliarios. Rectè admonet Pers. Saty. 1.

*----Non si quid turbida Roma*
*Eleuet accedas: examen ne improbum in illa*
*Castiges trutina, &c.*

Neque cuiquam est Christianorum incognitum iudicium populi erga Dominū nostrū Iesum Christū, qui primò eum qui excepit vt regem, & acclamationibus benedicebat, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, DD. Matth. 21. Luc. 19. & dū paucis post diebus clamarit. *Tolle, tolle, crucifige eum:* & electione sua prætulit illi homicidam latronem Barrabam. D. Matth. c. 21. D. Marci 15. Lucæ 23. Scimus & quomodo populus Lystris diuum Paulum adorauit vt Deum & Barnabam, statim verò persuasus à Iudæis, lapidauerit eum & traxerit extra ciuitatem existimans eum iam mortuū Actorum cap. 14. Erat antiquitus ignorantiæ argumentum, à vulgo probari, quare cum tibicini cuidam

applausum

applausum fuisset, commoraretúrque in proscenio adhuc Asopodotus Philiasius, *Quid hoc? manifestũ est,* inquit, *ingens aliquod malum accidisse, quia non alio pacto à plurimis probaretur*, vt refert Athenæus lib. 14. Dipnosoph. c. 13.

19 Cõmunis ratio prohibitionis factæ principibus & laicis, ne electionibus se immisceant, sumi potest ex eo quòd omnib. interdicta sit de reb. Ecclesię disponendi vel statuẽdi facultas, c. nõ placuit, 23. c. laicis, 24. & seq. si quis principũ, 16. q. 7. c. bene quidem, 96. dist. etiamsi in fauorem Ecclesiæ aliquid agãt statuendo, idq; propter defectum potestatis, c. Ecclesia S. Mariæ, 10. de cõstitutio. ita & illi omnes arcentur ne inordinata fiat confusio vel cõtentio. c. 1. 63. dist. Ordo námque cõfunditur, si sua iurisdictio cuique non seruatur, c. 19. peruenit, 11. qu. 1. Extat in constitutionibus Apostolicis D. Clementis c. 31. & 35. c. nemo præter Episcopum eorum aliquid agat quæ ad Ecclesiam pertinent. Idem apud D. Ignatium epist. 10. Nota est historia vindictæ diuinę in Dathan, Chore & Abiron, & asseclas, ob vsurpatam potestatem contra Mosem, & quòd voluerint, vt ille, diuina tractare. Num. c. 16. Eccl. c. 45. v. 22. Nec esse quęrendam occasionem tractãdi diuina laicis, quòd pręfecti mysteriorum aliquando aberrent & tumultuẽtur, docere nos potest exemplum Oza, qui quando reduceretur arca Domini, manum ad arcam extendit, & tenuit eam, quoniam calcitrauerant boues qui eã ducebant, & declinauerant eam, iratúsque est Dominus super temeritate. & percussit eum, & mortuus est ibi iuxta arcam. 2. Reg. c. 6. v. 6. & 1. Paralip. c. 13. v. 9. non enim erat Leuita.

20 Potest & ad populum transferri ratio metus, ob quam princeps arcetur ab electione, ne per impressionem potestatis principis, minus libera esset electio. Siquidem populi authoritas, seu tumultus vel temeritas, & metum incutit, vt actus ad eius voces vel petitiones factus, nullus eo modo iudicetur. Pau. Iurisc. in l. si priuatus, 17. qui & à quib. manu. liberi non fiant. li. 40. ff. tit. 9. *Si priuatus*, inquit. *coactus à populo manumiserit, quãuis voluntatẽ accõmodauerit, tamẽ non erit liber. Nã & Marcus Imperator prohibuit ex acclamatione populi manumittere.* Ea porrò lex Marci refertur ab Alexandro Cęsare in l. diuo Marco, 3. qui manumittere non possunt. li. 7. C. ti. 11. *Diuo Marco authore amplissimus ordo censuit, ne quis in spectaculo quod edatur, actorem suũ, alienúmve seruum manumitteret: & si factum fuisset, pro infecto haberetur.*

21 Cęterũ quamquã principum vel populi potestas non requiratur in faciẽda pręlatorũ electione, nõ est alienũ à principatu legitimo interdũ ex causa intercedere, seu se obiicere electioni, si sua intersit electũ eligi nõ debere, imò & electio tũc retractabitur causa maturè discussa, sic in cõcilio Basiliensi & Prag. sanct. §. veruntamẽ si fortè aliquãdo, de electionib. cuius verba: *Veruntamẽ si fortè aliquãdo contingat electionem aliquã, etiã alias canonicã fieri, quæ in perturbationẽ Ecclesiæ, aut patriæ, aut boni publici vergere timeatur, summus Pontifex, vel alius superior, vt ibi glossa, ad quẽ confirmatio electionis pertinet, cũ ad illũ confirmatio delata fuerit, si talẽ vrgentissimã causam adesse cognouerit, ea priùs maturè discussa, ac parte plenè defensa accedẽte posteà Romanæ Ecclesiæ Cardinaliũ, aut maioris partis subscriptione, huiusmodi causam verã sufficientémque attestantiũ, reiecta tali electione, ad capitulũ vel conuentũ remittat, vt infra tẽpus iuris vel aliud, iuxta loci distantiam ad aliam, ex qua talia euenire nõ formidẽtur, electione procedat.* Principis ergo interetit si timeat ne electus sit ex aduersariis vel hostib. regni, explorator, & si possit hoc probari, debet electio retractari. Inn. ad c. super eo, de accusa. transfugæ ad hostes, vel consiliorũ nostrorũ renunciatores, aut viui exuruntur, aut furcæ suspendũtur. Paul. l. si quid aliquid, 38. §. transfugæ, de pœn. ff. & vt ait Arrius Iurisc. in l. omne delictũ, 6. §. exploratores, de re milit. li. 49. ff. tit. 16. Exploratores, qui secreta nũciauerunt hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt. Tradit idcirco Innoc. & Compostel. ad c. quod sicut, 28. de elect. quòd potest ex consuetudine induci, vt mors prælati nuncietur principi, & ab eo petatur licentia eligendi pręlatũ, seu quòd requiratur eius assensus, & in d. ca. quod sicut, videtur id probari in illis verbis, dum de nominatione agitur. *Cùm in ea nihil attentatum fuerit in præiudiciũ dignitatis, quia nõ simplex nominatio, sed solemnis electio debet principi præsentari, vt postulationi præstet assensum, et si secus aliquãdo aliqui faciant abusiuè.* Facit c. 18. lectis. 63. dist. atq; electio pręsentanda principi vel domino possessionis & patronis, c. 4. Abbatem, 18. q. 2. c. sacrosancta, c. cum terra, de electio. Idem dicendum de populo, vt valeat consuetudo qualis obtinet in ciuitate Salernitana, quòd mortuo prælato notificatio fiat populo ciuitatis, antequam procedatur ad electionem. glos. antiqua ad §. veruntamen, ad verbum, *Pontifex*, de elect. in Prag. sanct.

22 Populus (vt dixi) etiam olim interueniebat ne inuitus prælatum acciperet. c. si fortè, 63. dist. & testimonium præberet electioni suo consensu, ca. 1. 24. dist. ca. reliqui, 67. dist. sed nunc ad necessitatem electionis, populus non exigitur, licèt ex gratia sit requirendus, & vocandus alicubi, vt in c. decernimus, 16. q. 7. ca. 1. 11. q. 2. c. 1. 70. dist. sic loquitur Leo Papa Rustico Narbonẽsi scribens Episcopo, epistola 90. aliàs 92. c. 1. & in ca. nulla ratio 62. distin. *Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus Episcopis, cum metropolitani iudicio, consecrati.* Attamen licèt populus nõ fuerit vocatus, neq; adfuerit electioni, non ideò cassatur electio, vt notat gl. 1. in c. 1. 62. dist. & ibi Lan. & Ioann. de Fan. nisi timeretur scandalum ex rationabili contradictione populi non admissa: neque enim cũ scandalo populi debet quis pręfici, etiam ex electione canonica, imò nec ad mandatum summi Pontificis debet prouideri de beneficio ei cui sine magno scandalo prouideri non potest. c. cum teneamur, 6. de pręben. & pro graui scandalo quoque euitando, cũ aliter sedari nõ potest, licet Episcopo petere beneficij cessionem, ne plus tẽporalẽ honorẽ quàm ęternã videatur affectare salutẽ. c. nisi cum pridẽ, 10. §. non tamen pro qualibet culpa, vers. *pro graui*, de renunc. li. 7. ti. 9. vbi tamẽ scandalum distinguitur de scandalo dato & accepto, videlicet ne ex causa in populo oriatur, quod detestatur Dominus D. Matt. c. 18. forsan. quia electus videtur nimiũ senerus, vel vitio aliquo laborare, vel est malę famę, vel quòd inde metuitur seditio in populo. Et propter scãdala, vitãda sunt multa alioqnin licita, ex quo dimitti possũt sine peccato. c. nihil. de pręscr. c. 1. de exeõ. nõ vitandis. In Prag. sanct. Inuitis ita Episcopus nõ est dandus, si habeant iustam causam contradicendi, c. nullus inuitis. 61. dist. ca. si fortè. 63. dist. atque in concilio Carthaginẽsi 3. c. 40. relato in c. illud, 5. 23. distin. si cõtentio sit de ordinando, prius discutiẽdę mãdantur causę appositę, quàm procedatur ad electionẽ. Idẽ in concilio Affricano, c. 17. alioquin (vt vtamur argumẽto matrimonij quod permittitur in pręlatu tę datione seu matrimonio spirituali, c. inter corporalia, de transl. Episc.) verendũ est ne inuitus populus suscipiens Episcopũ, ad deteriora declinet, & aliquid moliatur mali in eum quem odio habet. c. 2. c. cũ locum, 14. c. requisiuit. 17. de spons. Quod quis non diligit, facilè contemnit, c. pręsens, 20. q. 3. & sine fructu esset Episcopus quẽ contemneret, vel cui insidiaretur populus, vt satius sit talem populum relinquere, d. ca. nisi cum pridẽ, §. propter malitiam, de renun. c. pen. & fi. 7. q. 1. omitto quòd paulatim crescente malitia contra prępositum ab initiis sępe de morte eius actum est, vt exempla necatorum Episcoporum à suis fidem faciunt.

23 Proinde ex priuilegio aliquãdo concessa fuit nominatio ad prelaturas, regibus, ne in praeiudicium regni, vel cum tumultu populi, praetorum fiaret electio, ea lege tamen, vt idonei & capaces tantae dignitatis summo Pontifici nominarentur. Imò & electiones in aliquibus sublatae, propter tumultus & factiones, quibus electiones vel intercipiebantur, vel sordibus, vel simonia polluebantur, vt innuit c. Matthaeus, 23. de simonia. & latè explicatur in titulo de electionis derogatione, in Concordatis. Sic Imperatori Hispaniae regi, vt alibi diximus, & regi Gallorum ad beneficia quaedam concessa nominatio, vt titulo de regia ad praelaturas nominatione, in Concord. Fidem & faciunt eius priuilegij exempla, quae etiã hoc ius ante Concordata fuisse regi Gallorum indicant. Onomatius quippe fuit nominatus per regem Clodomirũ post mortem Dionysij Archiepiscopi Turonensis, vt narrat Greg. Turonensis li. 3. & Sulpitius factus Episcopus Byturigũ ex volũtate Guntrani, teste eodẽ Gregorio, li. 6. c. 39. Scribit & Haimonius li. 4. c. 111. quo tempore Carolus Caluus fuit coronatus rex Franciae, Episcopos & Abbates regni fidẽ & hominium ei prestitisse. Forsan non erit omnino fastidiosum addere Historiae antiquam obseruationem, quòd primo Paralip. c. 24. Rex Dauid diuisit & assignauit officia, vices, & ministerium filiis Aaron, Sacerdotibus & Leuitis. Abiecit Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, 3. Reg. c. 1. vers. 27.

24 Neque tamen in omnibus beneficiis Galliç nominatio regia habet locum, neque in omnibus electiuis electiones sublatae, vt docetur ex §. fi. de regia ad praelaturas nominatione, in Concordatis. ibi, *Per praemissa tamen*, scilicet priuilegia concessa nominationi regi Galliarum, *non intendimus aliquo modo praeiudicare capitulis Ecclesiarum, & conuentibus, monasteriorũ & prioratuum huiusmodi priuilegia à sede Apostolica propriũ eligendi Priorem obtinentibus, quominus ad electionẽ Episcoporum, Abbatum ac Priorum, iuxta priuilegia eis concessa, liberè concedere possint.* Ibiq; Rebuffus ad verb. *capitulis*, tradit, hodie seculares Ecclesias collegiatas non comprehendi sub nominatione regia. nec prohiberi per edictum, quominus, vt anteà, possint eligere suum decanum praepositum, vel ad alias dignitates inferiores, cum Concordata loquantur tamen de Episcopatibus, Abbatiis & Prioratibus, in quibus etiam Carolus 9. in constitutionibus Comitiorum Aurelianensium, restituit certo modo electiones, quamuis importunitate petentium aliquando ipse rex eo articulo non obstante nominauerit. In constitutionibus etiam Blesensibus art. 3. reseruatae sunt monasteriis Abbatum & Priorum electiones integrae.

---

## De his qui ex clero generaliter possunt eligere, vel per se, vel per alium, & de procuratore ad eligendum dando.

### Capvt VI.

### Argvmentvm.

1. *Electio Episcoporum concessa clericis secularibus & regularibus.*
2. *Posteà separati clerici à religiosis.*
3. *Compromissarij electores.*
4. *Deuolutio electionis ad superiorem quando, & ex qua causa fiat.*
5. *Sequester eligit.*
6. *De procuratore admittendo vel reijciendo in electione facienda.*
7. *Circunstantiae quae concurrere debent in procuratore constituendo electionis causa.*
8. *Causa iusti impedimenti.*
9. *An procurator ad eligendum datus, debeat esse de collegio electorum.*
10. *Pluribus procuratoribus ab vno constitutis quis eorum admitti debeat.*
11. *Procurator electionis elector ipse, an duos possit eligere, suo, & procuratorio nomine.*
12. *Procuratoris cum generali, & cum speciali mandato differentia.*
13. *Procuratoris ad eligendum potestas quando expirat.*

1 Sed de laicorũ in electione potestate satis, videamus quibus ex clero delata fuerit eligendi potestas; ordiamúrque ab eo tempore quo commissç fuerunt Episcoporũ electiones clericis, & religiosis simul personis, quod statutum in concilio Romano sub Innocentio 2. circa annum 1131. c. 28. in c. obeuntibus, 35. 63. distin. Episcopi olim in Ruscia seu Moscouia & Archiepiscopi eligebantur, conuocatis omnibus Archiepiscopis, Abbatibus & Prioribus monasteriorum, inquirebatúrque vir sanctioris vitae, per monasteria & heremos: nunc autem aiunt, principem certos ad se conuocare solere, atque ex eorum numero vnum suo iudicio eligere, vt scribit Sigismundus Liber Baro, lib. de rebus Moscouiticis.

2 Subinde separati clerici à religiosis, & seorsum regularibus suorum Abbatum, Priorum & prçpositorũ permissa electio, canonicis & clericis suorum Episcoporum & praelatorum, vt ex pluribus iuribus liquere potest. c. constitutus, 47. c. cum terra, 14. c. cum Ecclesia, 32. c. in Genesi, 55. de electio. cum simil. Mandatur & vt congregationes suum eligant Abbatem. c. fi. 16. q. 7. c. 8. Abbas, & c. 2. 3. 4. 18. q. 2.

3 Loco eorum, qui eligendi ius habent, eligunt primò, & ij in quos legitimè compromissum est quorum electio nisi aliud prohibeat, sequenda est c. causam, 8. de elect. si formam compromissi seruauerint, c. cum dilectus, 32. eo. tit. qui si priuentur potestate eligendi, quia elegerint indignum, potestas redit ad compromittentes electores, si autem quòd non elegerint intra tempus quo tenebantur electores eligere, potestas deuoluitur ad superiorem proximum electorum, c. si compromissarius, 37. de elect. in Sext.

4 Et proinde sequitur etiam, aliquos non proprio, sed deuoluto iure, cõferre electiua beneficia, per negligentiam electorũ, vel quòd elegerint indignum, & ita pro ea vice electione priuentur: ca. quamquam, 18. de elect. in Sex. vbi de superiore ex causa deuoluti distinguitur. c cũ singula, 32. §. qui verò, de prçb. in Sext.

5 Eligũt sequestri, penes quos Ecclesia est, cuius prçpositus electionis ius habet, durante sequestro beneficij, vt notat gl. 1. Innoc. & Hostien. ad c. examinata, de iud. Paul. in Clem. vni. de sequestra. possess. Rota decis. 323. *Nota glossam*, in Antiq.

6 Eligunt & nomine electorum, procuratores eorũ qui absentes ad locum, vbi facienda electio est, iusto impedimento venire non possunt, iuxta formã c. quia propter, 41. §. illud, de elect. Regulariter, in electione facienda ex forma c. quia propter, non admittitur procurator nomine electoris cuius electa videtur industria & persona, arg. c. is cui, 12. de off. deleg. l. inter artifices, de solut. ff. Quare hoc singulare in electionibus vt non simpliciter, sed adhibitis quibusdam circunstantiis tantum, liceat dare & admittere procuratorẽ, vt notat Panorm. ad d. §. illud, vbi & addit in electionibus, in quibus non est seruanda forma, ca. quia propter, posse procuratores etiam sine impedimento mãdantium admitti, & ita notasse quosdam ad c. constitutus, de appellationib. atque in aliis actibus capitularibus seu Vniuersitatis explicandis, posse impeditũ procuratorem mittere.

7 Circũstantiç obseruãdae in electionibus ex forma faciẽdis tres prçscribũtur in d. §. illud. 1. vt qui procuratorẽ dare vult, sit absens à loco vbi debet fieri electio, & sit in loco à quo possit & debeat aduocari. 2. vt iusto impedi-

impedimento detineatur, ex quo venire nõ possit. 3. vt vni de collegio eligentium, non alij, vicem suam committat. De singulis pauca: quod primum attinet, abesse debet à loco qui procuratorem vult constituere: quia præsentes non dant, nisi forsan de consensu capituli, seu eorum qui ius habent in electione, vt notat Hostien. ad d. §. illud, & ibidem Panor. qui addit rationem, quòd in fauorem aliorum electorum, constitutio, ne præsentes in loco dare possint procuratores, emanauit, quare & renunciare poterunt, quemadmodum licet illis adhibere alios electores, & eius eligendi communicare etiam extraneis. ca. scriptum, de electio. Notat & idem Hostien. & Innocent. ad d. §. illud, quod si quis electorum sit tempore vocationis seu citationis faciendæ ad conueniendum pro electione, intra fines vnde sunt vocandi absentes, & posteà electionis tempore sit extra fines, non admittatur eius procurator, cùm debeat detineri impedimento qui procuratorem dare potest, in eo locu à quo debeat euocari, vt & obseruat glossa in d. §. illud, & glo. in ca. si quis iusto, ad §. verbum, *detentus*, de electio. Restringitur ergo hîc potestas generalis dandi procuratorem, quamquam enim communi permissione vsus procuratoris necessarius habeatur, vt per alios possint agere, vel conuenire, vel negotia tractare, qui rebus suis per se superesse nõ possint, vel quia nolunt, l. 1 § pen. de procurato, lib. 3. ff. titul. 3. hîc tamen ex eo capite procurator permittitur ei qui non potest adesse per impedimentum, & absens est. Neque ideò absens dicetur qui est in ciuitate, vel prope in hortis, quia intelligitur præsens. l. præsens, de procura. Ratio, quia facilè si velit euocatus potest adesse, atque consideratione habita eius quòd quis non sit in loco vbi electio fit, quamuis in ciuitate sit, tamen abesse ab electione videtur, vt l. absente, de verborum signific. idque ratione determinationis singularis loci; vt ab vrbe dicemus abesse eum, qui extra continentia vrbis est, l. mulier, 13. & l. collegatum, 173. de verbor. signific. & bis animo, qui ad præsentia animum non intendit, etsi corpore præsens sit l. coram, 209 eod. titul ff. l. diem, 27. § coram, de recept. arbit. ff. in iudicijs, attestationibus, denunciationibus, abest, qui in iure vel domi non est, l. 4. de dam. infect. ff. Absentes in vsucapionibus, qui non sunt in ea prouincia habitantes, vbi res præscribenda l. fi. de præscrip. long. temp. C.

8 Secundò exigebamus in dante procuratorem, vt absens vocatus iustum veniendi habeat impedimentum. illudque sit verum & probatum, dicto §. illud, ca. quis propter, de elect. quale impedimentum facit si metu, vel ob inimicitias capitales venire deterreatur, ca. bonæ memoriæ, de electio. ca. ex parte, 47. de appellatio. ca. fiue, 33. qu. 2. l. si locus, 59. de iudicij. infirmitate graui, non etiam leui, impediatur. ca. si ægrotans, 5. q. 3. ca. querelam, de procurator. l. quæsitum, 60. de re iudic. l. 2. §. si quis iudicio se sisti, si quis cautionib. ff. l. si cui in prouincia, 38 §. ex quibus cauf. maior. lib. 4. ff. titul. 6. vel si diuersa nauigatione impediatur, vt ibidem & l. fin. ad l. Rhod. de iact. si vocetur ad maius tribunal, l. contra pupillum, de re iudic. ff. si obsessus esset in aliquo castro, quo egredi non posset. De alijs iustis causis idipsum iudicandum, ex quibus æquum visum est, iure suo neminem absentem priuari debere sine culpa. ca. quoniam, § porrò, versic. *sin autè, vt lite non contestata, &c.* ad [illegible] nonem pertinet, c. 2. de c[illegible] stitutio. ita ex causa, per alium poterit in hoc quod per se impeditus adesse non potest. l. 1. de procurat. ff. & in alijs in ca. pastoralis, in fine, de offi. deleg. Obseruamus autem, vt nullum sit impedimentum, primum, vt quo tempore de facto quis venire impeditus dicitur, sit in eo statu in quo præsens posset eligere: aliter [illegible] si in tali esset, vt non posset, etsi adesset, vt si excommunicatus, suspensus, interdictus, &c. quia tunc vt nec per se, ita nec per procuratorem eligere posset Boër. in additionis ad Mandagotum, de electio. parte 1. ca. 10. satis enim videtur absurdum, illos admitti quorum repellantur authores, ca. licet ex quadam necessitate, 47. de testib. ca. fraternitatis, 4. de hære. l. 1. §. tit. 7. deinde, vt iustum dicatur impedimentum, illud perseuerare debet tempore electionis faciendæ, si sublatum quippe eo tempore esset, non admittetur eius occasione procurator datus: Innocentius, Hostiensis in dicto §. illud. vbi ideò textus ait, fidem fieri debere de impedimento per iuramentum præstitum, vel per se, vel per procuratorem in animam constituentis, quo iuratur, quòd constituens sit, & erit quo tempore electio facienda erit, intra fines vnde euocandi erunt electores, quòd ve eo impedimento detinetur, quod non posset modo electioni interesse, & credit vel dubitat ne eodem impedimento detineatur cùm electio fiet. teste Mandagoto, tracta. de election. parte 1. c. 6. Debebit & insuper exprimi impedimentum quale sit, vt sciatur num sufficiens sit. Innoc. & Hostiens. in d. §. illud. possent tamen præsentes electores procuratori, si velint, remittere hoc iuramentum, quia in eorum fauorem appositum, arg l. si quis in conscribendo, de Episco. & cleri. C. l. pen. C. de pact. ca. cum Apostolicam, de regular. aliter quòd fauore illorum introductum esset, in odium eorundem retorqueretur, contra l. quod fauore, de legib. C. Accedit alia ratio, quòd electores præsentes possint si velint in quemlibet extraneum totum etiam ius electionis conferre, vt in c. causam, quæ de electio multò magis vniextraneo vnam vocem, vel suffragium loco vnius dare, arg. ca. pastoralis, 28. §. itē cùm torum de offic. delega. & proinde secundùm Innocētium si maior pars eligentium ex capitulo, temitti impedimenti probationem aut iuramentum, valeat remissio, quamuis minor pars se offerat ad probationem contrariam, per l. quod maior pars, ad municipal. ne videlicet hoc prætextu suspendatur electio, si maior tamen pars sciat nullum esse impedimentũ. contradictio minoris partis præualet, per l. Sabinus, commu. diuidun. ad Panor. ad dictum §. illud. nu. 4. tradit, vno contradicente impediri suffragium procuratoris, si dicat non esse impeditum mandantem, & ideò, quamquam electio cum eo admisso valeat, tamen suffragium eius locum non habet, probato quòd mandans non fuerit impeditus, cassatetur tamen electio si ex eius voce pendeat electio. Et ego arbitror istam sententiam veriorem, iuxta d. l. Sabinus, & cùm iste actus recipiendi procuratorem non impediti sit voluntarius, non habebit locum, regula l. quod maior pars, ad municip. & vnus solus potest omnibus resistere, vt notatur in ca. cum omnes, de constitutio. Atque quemadmodum non possunt omnes de vniuersitate vno contradicente communitare vocis suffragium extraneo, cap. scriptum, de electio. ita vno contradicente non possunt admittere procuratorem non impediti, quia is pro extraneo habetur, cùm qui eum dedit non potuerit dare non impeditus: vnde vnus poterit intercedere & probare impedimentũ procuratini infertum verum non esse, vel non esse sufficiens, & si contra illius intercessionem seu contradictionem admittatur, poterit prouocare. Et si tempus eligendi instet, vt suspendi non possit, prouocans admisso illo procuratore poterit eligere, protestatione tamen præmissa, nec tenentur qui contradicunt in minori parte, eligere cum maiori parte illo admisso, nisi pars maior consentiat et protestationi, quia aliter sibi præiudicaret. vt notat Panor. ad d. §. illud, in fine. & probat tex. in ca. Cumana 50. de electio. & ibi gloss. cumulatè ad verbum, *protestatione*, & Panor.

9 Tertium quod requiritur in procuratoris cõstitutione ad eligendum, vt procurator constitutus sit de capitulo, vel collegio eorum qui eligere debent d. §. illud. si tamen aliunde sit datus, & velint illum acceptare eligentes, nihil prohibet, quominus dũmodò aliter idoneus, admittatur. cano. obcuntib. 45. 63. dist & hoc non tãtum propriù in electionibus, sed & commune in omnibus actibus explicandis per vniuersitatem, vt vniuersitas vel collegium non teneantur admittere procuratorem extraneum, vt scribit Ioannes Andreas in cap. quod alicui, de regul. iur. in Sext. in Mercu-

R nalibus

rialibus ca. constitutis, de appellatio. vbi & Panormita. quia non debet compelli Vniuersitas communicare secreta sua extraneo à corpore. l. mercatores, de commer. & mercator. C. Sed quid inquit gloss. ad d. §. illud, si absens non inuenit in capitulo vel collegio qui velit eius procurator esse, num possint cogi aliquid ad suscipiendum mandatum seu procurationem? Et respondet, non cogi, de honestate verò teneri: debet si absens elector imputare, quod nullum sibi inueniat procuratorem: neque etiam præterquam de honestate, electores loco ius extraneum tenentur admittere procuratorem, neque, quod magis notabile, ideò absens, cuius nemo ex electoribus voluit procurationem suscipere, poterit per literas suffragium suum ferre vel mittere, quia ita suffragium scripto non datur, nisi per scrutinium fiat electio, & hæc omnino probantur in c. si quis iusto impedimento, ca. penul. §. si. de electio. in Sex. Ratio, qui procuratoris munus voluntarium est, vt inuitus nemo illud cogatur acceptare, l. inuitus, de procura. C. Cle. 1. eo. tit. §. 1. de manda. apud Iustinia. Excipitur tamen casus, quo nullus absentis procurationem seu mandatum vellet fraudulenter suscipere, posset enim tunc absens agere ex contemptu, & propter fraudem capituli petere irritari electionem factam: nec commodum ex sua fraude reportent fraudulenti, secundùm Mandagotum parte 1. tractatus de electio. ca. 14. & Bernard. Compostellanum ad dictum §. illud. ponuntque exemplum, si qui sunt de capitulo coniurauerint vel conuenerint ne vllus procurationem recipiat, vel si mandantem venientem fecerint in via detineri. facit in argumentum c. pastoralis. 28. §. fin. de offic. delega. li. 1. tit. 29. ca. postulastis, 15. de concessio. præbend. l. 1. si reus, & l. 2. de eo per quem factum erit. libro 2. ff. titul. 10. maximè cùm omnis fraus ab electoribus lōgè abesse debeat, ca. cùm dilectus, de electio. c. si quis neque, 1. q. 1. Præsumitur enim quòd hoc egerint vt ex conspiratione, & veluti corrupti vel muneribus, vel gratia, certum eligerent cuius electionem impediendam ab absente, vel eius procuratore arbitrarentur. Vulgatis autem illa regula & iuribus pluribus in diuersis negotiis comprobata, fraudem & dolum nemini patrocinari debere, l. 1. l. ne ex dolo, de dolo. ff. ca. requisisti, de testam. ca. sedes, ca. ex tenore, ca. super literis, de rescript. ca. cùm olim, de offi. & potesta. iudi. de lega. sicut & malitiis hominum non est indulgendum, l. in fundo, de rei vindica. ff. alioquin si sine fraude capituli, nullus ex illo voluerit procurator esse, & si constituatur procurator, noluerit mādatum acceptare, vel si susceperit mandatum, forsitan tamen posteà moriatur, aut alio legitimo impedimento prohibeatur eligere, veluti quia excommunicatus, suspensus, vel alio modo redditus incapax, capitulum absentem iterum non tenetur citare: sicut nec vocaret ipsum iterùm antè ad certum terminum citatum, nec eum teneretur personaliter venientem expectare, si contingeret illum in via impediri: sufficit enim pro solemnitate capitulo, si semel absentes Legitime vocauerit licèt venire nequeant, vel nolint, vel non possint, vt infrà dicemus, & notat glossa ad §. idémque iuramentum, ad verbum, *casibus*, de electio. in Pragma. sanctio.

10 Prætereundum non est concilium Lateranense sub Innocentio 3. editum, & eius decisionem in ca. 24. relatam in dicto §. illud, c. quia propter, de elect. dum ait, absentes electorem iusto impedimento posse procuratorem vnum de collegio facere, explicari per Bonifacium 8. in ca. si quis iusto impedimento, 46. de electio. in Sexto. atque ibidem statuitur, non solum vnum, sed & plures procuratores eam ob rem constitui posse, in solidum tamen non aliter, inter quos melior sit conditio occupantis: si tamen duo vel plures concurrerent & postularent eo nomine adm[illegible] à capitulo audiri eos non expedit, quòd possent vota vel suffragia diuersis conferre, ita ele[illegible]o non sortiretur legitimum exitum. sed eum admittendum dumtaxat quem capitulum vel maior eius pars elegerit ex illis: vel si conuenire non possint eum, qui prior in literis vel instrumento nominationis fuerit nominatus. Quòd si nullus illorum in solidū fuerit nominatus, propter eandem rationem nullus potest admitti eorum, & sibi imputare debet absens qui sic constituit indiscretè procuratores.

11 At in §. porrò prædict. ca. si quis, statuitur insuper procuratorem ex electoribus per absentem constitutum nō posse duos diuersos eligere, vnum nomine proprio, tanquam electorem, & alium nomine absentis, tanquam procuratorē: sed teneri tantum vnum eligere, & posse ita vni electo duo suffragia dare, quia eadem conscientia qua tenetur nomine suo meliorem eligere & digniorem, iuxta c. constitutus, 46. de appellation. eadem nomine & alterius capit. sicut non suo, 46. distinc. Habet porrò duas voces, si ipse quoque procurator ex numero electorum sit, non aliter. nam extraneus admissus vnam tantùm habet, ca. scriptum est, 40. ca. cōgregatum, 53. de election. si tamen absēs procuratorem creauit cum clausula. *vt certam personam eligat*, in forma scrutinij, non in alia, in scrutinio nomine mandantis poterit illam eligere, suo verò nomine, si velit, aliam, dict. §. porrò, c. si quis iusto impedimento, de electio. in Sex. quia cum hoc possit in scrutinio facere, fines mādati diligēter seruari debēt. l. diligenter, manda. ff. ca. cùm dilecta, de rescript. ca. cui de non sacerdotali, de præbend. in Sext. & tunc non procurator, sed is qui mandauit, eligere videtur & nominare: vt in ca. mulieres, § final. de sentēt. excommu. in Sext. ca. cùm ad sedem, 15. de restit. spol. libr. 2. titul. 13. videtur enim cōstitutus ad præsentendā scriptam suā electionē, & nō ad liberā vocem dandam: & per alium faciens, facere ipse videtur, l. ita tamen, §. gessisse, de author. tuto. ff. l. non videtur, de regul. iur. ff. & qui habet speciale mandatum, ex eo facere potest quod ex generali non posset. cap. 1. & fi. de procura. in Sexto.

12 Atque hinc est insignis differentia inter procuratorem ad eligēdum cum generali mandato, & procuratorem cum speciali: vt qui generale habet suo & procuratorio, vnum tantùm eligere debeat, contrà si de certa eligenda personā habeat mandatum. Erit & 2. quòd qui generale habet, compromittere & aliis formis quàm scrutinij consentire potest, at qui de certa eligenda persona mandatum habet, non potest consentire in aliam formam quam scrutinij, quia ea sola videtur demādata, sicque notat gloss. ad dict. §. porrò, ad verba, *de certa*: qui enim indefinitè mandatum eligendi suscepit, & indefinitè vices alterius gerit, potest ea omnia quę mandans præsens posset, ita & poterit postulare, compromittere, vel per aliam iuris formā procedere, ca. cùm in causis, 30. de ele[illegible]ion. c. post trāslationem, de renuncia. ex quo enim simpliciter constitutus est procurator, totum ius in eum mandantis translatum videtur, ca. venerabili, de offic. de legat. & indefinita æquipollet vniuersali, l. si seruiens, de seruitut. rusticor. prædior. ff ca. quia circa, de priuileg. ca. si Romanorum, 19. distinctiō. Tertia erit & differentia, quòd qui mandatum habet de eligēda certa persona, substituere potest in sui locum alium procuratorem, qui de incerta, non potest, & glos. sic intelligenda ad dicta verba, *de certa*. Diuersitatis ratio, quòd qui de certa persona mandatum, substituendo nec mandatori, nec electoribus præiudicat. cùm fines mandantis nec à se, nec à substituto excedi possint, ca. 1. §. procurator, de procurat. in Sext. l. si procuratorem, 8. § si quis mandauerit, mandat. ff. libro 17. titul. 1. quando verò de incerta persona electio procuratori committitur, videtur electa industria procuratoris, quæ non potest cum subrogata persona inuito domino [illegible] dāte similis dici. l. inter artifices, de solutio ff. l. is cui d[illegible] officio del[illegible]ga. facit. c. quoniam Apostolica. §. is autem, d[illegible] ff. deleg. dum ait, commissum ne[illegible] otiū dele[illegible], vt pe[illegible]naliter illud decidat & exequa[illegible]r, industria eius spe[illegible]al[illegible]ter delecta, enim non poss[illegible] alt[illegible] cog[illegible]ntionem commi[illegible].

13 Cæterum expirab[illegible] vtriusque procuratoris potestas, mortuo mandante vel ciuiliter, vel naturaliter, tem[illegible]ore electionis faciēdæ, iuxta Clement. fin. de procu. a[illegible]denda

decisio

decisio Rotæ 376. incip. *Fuit dubitatum*, in Nouis. Et hæc dicta sint de illis qui in genere eligere possunt, videamus nūc de illis quibus in specie prohibetur ne eligant.

## De personis & qualitate earum, quibus prohibetur electio ex legis constitutione.

### CAPVT VII.

### ARGVMENTVM.

1. *Eligere quis prohibetur pluribus modis, primùmque authoritate legis, qua nemo sibi successorem eligit.*
2. *Tractare tamen de successore cum collegio non est prohibitum.*
3. *Nemo seipsum eligere potest.*
4. *Canonicus, qui non est in Subdiaconatu, non eligit cum aliis.*
5. *Non habent ius electionis nouity conuersi monastery.*
6. *Neque monachus qui de monasterio mendicantium transit ad non mendicantes.*
7. *Nec suspensi, aut publici concubinarÿ.*
8. *Non notoriè excommunicati.* 9. *Non interdicti.*
10. *Non hæretici.* 11. *Non qui canonicè non elegerint.*
12. *Intra tempus debitum non eligentes.*
13. *Simoniaca electio non valet.*
14. *Maior non minor pars eligit.*
15. *Electio libera esse debet & coactè facta non valet.*
16. *Supernumerary Canonici non eligunt cum aliis.*
17. *Episcopatus occupati à Turcis non dantur ex electione Canonicorum.* 18. *Non eligunt absentes.*
19. *Non laici etiam patroni.*
20. *Non quidam sine superiorum licentia.*

1 PROHIBETVR ne eligere quis possit, aut lege, aut natura, aut moribus, vt sequamur methodum, l. cùm Prætor, 12 §. non autem, de iudic. ff. de legum prohibitione primò dicemus deinde de aliis. Primùm itaque nemo sibi successorem in beneficiis eligere potest viuēs, cum effectu, vt is possit sibi succedere, ex Concilio Antiocheno, ca. 23. relato in c. 3. Episcopo non licere, 8. quæst. 1. ex Cōcilio. MARTINI Papæ, ca. 8. in ca. 4. Episcopo non liceat. ca. 8. q. 1. in synodo Romana, sub Hilario S. Pon. ca. 5. ca. 4. plerique, ca. 8. q. 1. quia beneficia Ecclesiastica iure successionis hæreditariæ, concedi non debent, vt habetur in Concilio Romano habito sub Innocentio 2. ca. 6. ex quo sumptus cao. 7. Apostolica, 8. q. 1. & inter causas curà sede reiiciatur Episcopus in c. fi. 51. dist. est illa, si à decessoribus electus fuerit, accedit ca. consuluit, de iure patron. ca. præsennium, de filiis presby. non enim sanguinis ratio, vbi capacitas præpositi & merita perpendi debent, est habenda, quod q. e dixit Vlysses ad iudices cùm contenderet cum Aiace de armis Achillis, apud Ouidium 13. Metamorphos. erit obseruandum.

> *Sed neque materno quòd sum generosior ortu,*
> *Nec mihi quòd pater est fraterni sanguinis insons,*
> *Proposita arma peto, meritum expendite causam,*
> *Dummodò quòd fratres Telamon, Peleúsque fuerunt,*
> *Aiacis meritum non sit, nec sanguinis ordo,*
> *Sed virtutis honor spolium quæratur in istu.*

Sicut etiam in principatu Mosis, non filij eius delecti, sed Iosue ex alia tribu successit, ca. fi. c. Moses, ca. si ergo, 8. q. 1. In aliis dignitatibus obseruatum, in l. vni. vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales, &c. C. nisi aliter lege concessum, vel ex priuilegio receptum, vt in ca. in Synodo, 63. dist. vt successione hæreditaria sunt regna quædam ex legibus inuiolabilib. regnorum, vt in diuina lege Hierosolymorū, *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium*, Genes. c. 49. vers. 10. & de regno Dauidis in successores filios transmittendo 2 Reg. c. 7. vers. 16. Lege Salica regnū Gallorum, legibus aliis regnum Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ, &c.

2 Non est tamen prohibitum tractare de successore viuente cum collegio electorum, vel eidem aliquem commendare, ca. 1. & 2. ca. Apostolica, 7. §. 1. 8. q. 1. potest & Papa ita cum successore nominato dispensare, ca. petiit, 7 qu. 1. sed & licet coadiutorem sibi viuenti eligere, licuit & deponere dignitatem Episcopalem, vt docetur exemplis in c. 1. & 2. & 8. qu. 1. extat & constitutio edita à Bonifacio qui à Cælestino 5. eius prædecessore, qui deposuerat Pontificatum, condita in ca. 1. de renuncia. in Sex lib. 1. tit. 7. Causam eius constitutionis tradit Platina in Cælestino 5. qui eiurauit Pontificatum, & in Bonifacio 8. Nemo etiam ambigit renunciationem beneficij, non quidem ex propria voluntate, sed cum licentia superioris fieri posse, c. 1. c. admonet, 4. ca. ad supplicationem, 9. c. nisi cùm pridem, 10. & c. fi. de renunciatio.

3 Secundò nemo seipsum eligere potest, quia nec seipsum instituere, vel sibi dare beneficium potest, cùm inter dātem & accipientem debeat esse differentia, ca. fi. de institutio. li. 3. tit. 7. nemo potest seipsum præsentare ad beneficia sui patrona. us, ca. per nostras, de iure patron. non seipsum baptizare, ca. debitum, 4. de baptis. lib. 3. tit. 42. nemo seipsum ordinat. ca. 31. didicimus, 24. qu. 1. nec se ipsum tutorem dat, l. ius dandi. §. Prætor, (aliàs l. Prætor. 4.) de tutorib. & curatoř. dat. ab his, &c. lib. 26. tit. 4. nemo sibi author, l. 1. de authori. tutor. li. 26. ff. tit. 8. l. pupillus obligari, 5. eo. cùm nemo plurium personarum vices subire possit simul & semel, c. praebyterís, 16. q. 1. l. fi. C. de assessor.

4 Tertiò non admittuntur ad eligendum cum capitulo qui non sunt in sacris ordinib. constituti, saltem in Subdiaconatu, Clem. vt hi qui, 2. de ætat. & qual. ordinand. singulare tamē quod notat Rebuffus tractatu nominatiu. q. 8 n. 4. se consuluisse, Canonicum non cōstitutum in sacris ordinibus, nihilominùs conferre posse per hebdomadas vt alios Canonicos vel præbendatos, beneficia, nec obstare dictam Cle. vt hi qui, quia ibi tantùm priuatur suffragio in electione, nō autem in nominatione, vel collatione, aut præsentatione: inter quæ est maxima differentia, nec modus ex illis prouidendi, alium continet, ca. cùm in illis, §. 1. de preben. in Sext. neque etiam Clementina vt ij, erit extendenda ab vno modo prohibitionis, ad alios modos non comprehensos, quia pœnalis, l. interpretatione, de pœn. ca. odia, de reg. iur. potest & Episcopus minor factus ex dispensatione, conferre Episcopatus beneficia. ca. cum nobis olim, de electio. Ioannes de Selua tractat. beneficior. 2. parte, q. 6.

5 Quartò, non admittitur monachus non professus, vel laicus conuersus ad electionem præpositorum in monasteriis, regularibúsque Ecclesiis, ca. ex eo, 32. §. fi. de electio. nisi consuetudo ante seruata forsan sit admitti cōuersos, secundum Innoc. ad c. 2. de institutio. Fieder. de Senis consi. 107. facit textus in ca. cti Christus, de iureiurao. in versic. *Vos & conuersi, quòd esset frustratorium monastery vestri, &c.*

6 Quintò loco si mēdicantiū ex aliquo ordine quispiam transient in aliquem alium ordinem regularem non mendicantium, non habet ibidem suffragium vel vocem in electionibus, etiamsi habeat in eo beneficium, vel administrationem, Clem. de regular. lib. 3. tit. 9.

7 Sextò, non possunt suspensi Ecclesiastica suspensione eligere, & si eligant, cassatur eorum electio, ca. cùm int. 16. §. fi. de electiō. ca. cùm dilectus, de consuetud. siue sint suspensi ab homine, ca. cùm bonæ, de ætat. & qualita. ordin. ca. quia diuersitatem, 5. de concessio. præbend. siue suspensi sint à iure, ca. 1. cùm æterni, de re iudica. in Sext. ca. 1. de senteu. excommun. in Sexto. si modò suspensi sint ab officio & beneficio simul, vel ob officio tantùm, Innocent. & Bernard. Compostellanus ad c. cùm dilectus, de consuetud. idémque esse notant, si etiam sint suspensi simpliciter, per ca. si quem, de senten. excom. vide tamē glos. ad ca. illa quotidiana, 39. ad verbū, *canonicam*, in fine: de electione. si quis tamen suspensus fuerit à beneficio, non prohibetur eligere, glos. in ca. cùm Vinroniensis, de electione. Innoc. in ca. si cut, de cohab. clerico. & mulier. aut fornicatorem publicum

non posse interesse electionibus, & Baldus in Margarita, in verbo, *fornicator*, & Panor. in ca. vestra, de cohabitatio. cleric. et mulier. tradit, publicum concubinarium, seu notorium, præsertim notorietate facti, esse suspensum à beneficio, vt nota. in ca. cupientes, de electio. in Sext. quia beneficium est sequela officij, vnde quia non potest dicere officium à quo suspensus propter crimen, consequenter erit à beneficio suspensus, ca. cupientes, de electio. in Sext. & qui ex culpa sua non potest dicere officium, nô debet percipere beneficium. ca. fi. de rescript. in Sext. ca. pastoralis, de appella. Inter fructus etiam beneficij est ius electionis.

8 Septimò, notoriè excommunicati maiori excommunicatione eligere non possunt. ca. venerabilem, 34. & c. illa quotidiana, 39. de electio. ca. fi. §. nec eligere, de clerico. excommu. ministran. Quamuis autem minori excommunicatione innodatus eligi non possit, tamen eligere non prohibetur, c. si celebrat & ibi interpre. de clerico. excommu. ministran. Dixi porrò, *notoriè excõmunicatos* repelli ab eligendo, quòd occulti admittendi tamdiu sunt, & vocãdi ad electionem faciendam, quamdiu tolerantur. Innoc. in d. c. illa quotidiana, & ibidem Hostiensis. Mandagotus parte 1. tract. de electio. c. 6. facit, c. si sacerdos, de offic. ordina. Tradunt Doctores actum gestum ab Vniuersitate, in quo fuerint aliqui excõmunicati, notoriè non valere, si Vniuersitas illos scienter admisit ad agendum actum simul; neque electionem factam à capitulo vno excommunicato præsente & sciẽter admisso ad eligendum, cùm posset expelli commodè & securè. nutat gl. antiqua in §. 1. ad verbum, *censure*, de excõm. non vita. in Pragma. Sanct. per ca. Massana, de electio. Cõpostell. in ca. cùm dilectus, de consuetud. interpretes ad ca. illa, de electio.

9 Octauò, prohibentur eligere interdicti interdicto Ecclesiastico, cap. cùm inter, de electio. & qui in loco interdicto diuina officia celebrauerint. c. si quis presbyter, de sentent. excommun.

10 Nonò hæretici, can. si. 9. q. 1. quia & ipsi excommunicati. c. excommunicamus, de hæret.

11 Decimò, qui canonicè non elegerint vel indignum elegerint sciẽter, potestate eligendi, ex Concilio Lateranẽsi, pro ea vice priuantur, & electione malè facta retractata, ab alijs fit, ca. quia propter, 42. §. qui verò, c. innotuit, 20. §. habito ergo, versic. *parentes*, de electio. c. bonæ memoriæ, 23. in princ. versic. *vnde nec ab eo*. & c. scriptum, 40. §. fi. c. ne pro defectu, 41. c. quisquis 43. §. fin. c. Cumana, 30 §. fin. c. cùm Vintomensis, eod. de electio. sic in ca. vnic. de postulatio. prælator. in Extrauagant. communibus, si contra prohibitionem ibi factam, postulatus fuerit ad Ecclesiam cathedralem minor 27. annorum, vel alius ordinum mendicantium ad alias inferiores Ecclesias; vel monachus ad alia beneficia quàm sui ordinis, postulantes priuantur iure postulationis & electionis, & postulati fiunt in posterum ineligibiles, irrita & nulla existente postulatione facta. Qui etiam scienter confert Ecclesiasticum ordinem indigno, priuatur potestate conferendi eundem ordinem: ca. qui Ecclesiasticis, 36. distinct. si tamen maior pars capituli scienter indignum, minor verò dignum elegerint, valet electio minoris partis, cap. congregato, 51. de electio. vbi datur ratio quod per electionem indigni potestas amissa à maiori parte ad minorem capituli partem videatur deuoluta. Et hæc est pœna vna Concilij Lateranensis eligentium indignum, vt ea potestate in qua peccauerint priuentur; quemadmodum Episcopus, qui scienter contulit beneficium clero excommunicato, per aliquod tempus suspẽditur à collatione beneficiorum, in can. postulastis, 7. de cler. excommun. ministran. li. 5. tit. 27. & qui prohibuit ne peregrinus testaretur, prohibetur ne de suis testari possit, in Authen. omnes peregrini, commu. de success. C. Alia pœna proculdubio est expectanda diuinæ animaduersionis malè eligentibus, & indignos promouentibus. sic et legimus apud Antoninum Archiepiscopum Florentinum in 3. parte summæ maioris, titulo 20. ca. 2. §. 1. Leoni Papæ, cùm per quadraginta dies ad corpus beati Petri orasset, vt à Domino remissionem peccatorum impetraret, apparuisse D. Petrum, & dixisse, se ei impetrasse à Deo remissionem peccatorum, excepta manuum impositione, id est, ordinatione & collatione beneficiorum. de quo adhuc Domino habebat reddere rationem. Verba hęc Antonini. Narrat & Gregorius lib. 4. Dialogorum c. 9. Paschasium fuisse damnatum, eò quòd partes Laurentij fouerat contra Symmachum, eligendo eum, cùm posset meliorem eligere. Non taceo quod scriptum inuenitur in libro qui inscribitur, Vita I x s v, quòd carnales amici in beneficiorum collatione alijs melioribus & dignioribus præferũtur, quorum promotoribus Propheta, *Væ*, inquit, *qui ædificat Syon in sanguinibus*. Et sunt inde versus,

*Cùm factor rerum priuauit semine clerum,*
*Ad Satanæ votum successit turba nepotum.*

Refertur & visio de quodam Pontifice legato, eius proximo, facta. Mane enim quodam cum more consueto surgeret ad orationem, submissus ante eius oculos fuit quidam lectus, in superficie, vt videbatur, aureus, tapetis circumseptus, in camera vbi is erat: in quo videbatur quiescere defunctus Pontifex, ornatus suis Pontificalibus, in circuitu cuius plures ex eius genere per eum promoti & ordinati, & beneficiis ditati, apparebant, choream ducentes & cantilenam lugubrem hoc modo dicentes: Maledicta promotio & exaltatio tua: ille autem respondebat, Maledicti vos à Deo, quia propter vos traditus sum igni perpetuo. Priuantur porrò, indignum scienter, aut contra formas præscriptas eligentes, pro ea tantùm vice potestate eligendi in illa vacatione, quæ tunc replenda contigit, non autem perpetuò, posteà contigerit vacare eandem Ecclesiam. postquam de ea vice in qua peccauerint prospectum erit. ca. cùm Vintomensis, 25. de electio. c. ne pro defectu, 41. §. statuimus, eod. titul.

12 Vndecimò, potestate eligendi priuantur, qui intra tempus ad eligendum concessum, non elegerint, nisi legitimo impedimento fuerint prohibiti, dict. ca. ne pro defectu, quod & de compromissariis ad eligendum intra tempus non eligentibus dictum intelligendum. ca. si compromissarius, 37. de electio. in Sext. Currit autem tempus eligendi statutum à canone electoribus etiam illis quibus interdicitur, ne sine licentia superioris eligant, & illis imputatur mora cur licentiam à superiore eligendi non postulauerint. cap. fi. de electio.

13 Duodecimo, simoniacè eligentes nihil agunt, & vltrà priuantur omnibus beneficiis. capit. per inquisitionem, 26. de electio.

14 Decimotertiò, pluribus electoribus diuersa vota diuisis, maior & sanior pars eligere, non minor dicitur, cap. Cumana, cap. cõgregato, vbi exceptio ca. scriptum est, 40. cap. licet, de electio. Quod maior pars curiæ effecit, perinde habetur ac si omnes egerint. l. quod maior, 19. ad municip. ff. l. 3. & 4. quod cuiusque Vniuersit. nom. ff. l. 3. de decret. ab ordine facien. ff. Placuit &, si à minori parte factæ electioni, ex maiori quidam accedant, vt non possit minoris partis electio per sequentem ei accedentium consensum, firmari: ca. auditis, 29. de electio. maior pars ex numero vocum colligitur, nisi in electione summi Pontificis, in qua ex tribus omnium partib. duæ in electione sum. Pontificis consentire debent. ca. licet, 6. de electio. Tractat autẽ ibi glossa ad verbũ, *duabus*, num vox eius qui eligitur ex numero electorum computetur & faciat numerum; & respondet, olim quidem computari in numero per c. cùm in iure peritus, 33. de electio. argu. l. planè, quod cuiusque Vniuers. nom. ff. hodie verò non connumerari personam electam inter eligentes, per d. cap. Cumana, de elect.

15 Decimoquintò, electores legitimi non sunt qui coacti eligunt, quia vt valeat eorum electio, liberi esse debent in suffragiis. ca. vbi periculum, §. cæterùm, de electio. in Sext. Quam ob rem, vt libera sit electio, non debet aliunde quàm ex con-

ex consensu, aut voluntate eligentium, non aliorum, vel etiam patroni, pendere. & consuetudines contrariæ reprobantur. c. cùm terra quæ, 14. de electio.

16 Decimoquintò, non eligunt supernumerarij Canonici collegij vel Ecclesiæ alicuius, nisi forsan per consuetudinem, aut sponte ab alijs tales admittantur. gloss. & Bald. ad c. cùm Martinus, de constitution.

17 Decimosextò, quando Episcopalis cathedra, clero & Christianis subditis caret, vt contingit in occupatis per Turcas seu Agarenos, nemo potest ei eligere Episcopum, vel prouidere Episcopatui alius quàm summus Pontifex, vel is cui ipse eam concesserit potestatem, Clemen. in plerisque, §. de election. in Clemen. solet enim summus Pontifex titulares eorum locorum facere Episcopos.

18 Decimoseptimò. electores non eligunt absentes, qui venire noluerunt, vel vocati ad constitutum terminum nō adfuerunt, vel impediti procuratorem non miserunt: non enim sunt expectandi vltra dictā illis diem si periculum sit in mora. c. cum nobis, 19. c. quod sicut, 28. § tiaūt, de electio.

19 Decimooctauò, laici etiam patroni, vt diximus, non habent ius eligendi Ecclesiasticas personas: nec debent interesse electioni, dict. ca. cùm terra, ca. Massana, ca. sacrosancto, de electio. quamuis non improbetur consuetudo, vt electio perfecta præsentetur patrono. d. c. cum terra, & c. sacrosancto, c. cùm vniuersis, de electio.

20 Decimononò, sunt & qui eligere non possunt sine superioris licentia. ca. si. de electio.

## De his qui à naturali causa prohibentur eligere, déque his qui aut moribus eligunt, seu ex consuetudine, vel præscriptione.

### Capvt VIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Impuberes eligere non possunt.*
2 *Nec etiam furiosi.*
3 *Moribus ius eligendi quibusdam dari potest.*
4 *Item & præscriptione.*

1 EX naturali causa & impedimento eligere non possunt primo loco impuberes, ca. ex eo, 32. de election. tales sunt minores 14. annis masculi, vt fœminæ minores 12. cap. impuberes de desponsa. impube. l. final. quando tutor. esse desinant. C. l. 4. de tutel & ratio. distrahen. ff. cum simil. sic impubes canonicus non vocatus ad electionem prælati, non agit ex contemptu, vt in dict. ca. ex eod. quanquam si maior esset, posset ex contemptu reprobare electionem factam eo non vocato. ca. venerabilem, & cap. bonæ, in 2. de election. quia neque pupillus miles etiam factus, debet sapientium iura tractare, secundùm Iustinian. fiunt. in l. fin. de testa. milit. C. nec debet admitti ad publica negotia tractanda Reipublicæ, quamuis penuriæ personarū sit, l. 2. §. impuberes, de iure immunita. li. 50. ff. tit. 6. l. ad Rempublicam, 8. de num. li. 50. ff. tit. 4. & in l. spurij, §. minores, de decurio. li. 50. ff. tit. 2. Minores 25. annis decuriones facti sportulas decurionū quidem accipiunt, sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt, & in ca. indemnitatibus, 43. de election. in Sext. Nulla monialis admittitur ad eligendam Abbatissam, vel Priorissam, nisi 12 annum peregerit, & fuerit professa regulam expressè vel tacitè. *Pubertatem animalem dicimus* (inquit Tertullianus de Anima, capit. 20) *cum carnalis conuenire, pariterque & illam suggestu sensuum, & istam processu membrorum exsurgere*, id est, *quatuordecimo ferè anno*, &c addit que quod Asclepiades inde sapientiam supputaret. Macrobius quoque libr. 7. Saturnalior. ca. 7. & 1. in Somnium Scipionis, ca. 6. post annos bis septem necessitate ætatem pubescere, & ideò tutelam pueris, quasi virile robur adeptis, remitti, maturius biennio in fœminis absolui. Ante hanc ætatem carere discretione impuberes dicuntur. l. cùm Prætor, 12. § non autem, de iudic. lib. 5. ff. titul. 1. ca. cùm simus, 14. de regula. li. 3. tit. 41. ca. infamis, § tria, 3. quæst. 7. ca. ex parte, 3. de corpore vitia. libr. 1. tit. 31. pupillus quicquid videt ignorat, l. pupillus, 189. de regul iur. ff. l. 1. § impuberes, de falsi monet. C. Diximus autem electionem ab initio, maximè in discretione, iudicio, & prudentia consistere.

2 Eadem ratione 2. furiosi & mente capti, ab electionis suffragijs remouendi, quamdiu furore tenentur, & nisi in dilucidis interuallis, gloss. ad dict. ca. ex eo, ad verbum, *discretionem*, & ibidem Philippus Francus, de electio. in Sext. facit ca. nec 15, § cùm itaque, 15. quæst. 1. c. cùm dilectus, de successio. ab intest. facit & in argumentum, quod de testamento à furioso facto dicitur & distinguitur in l. furiosum, qui testam. facere possunt. C. capit. fin. de succes. ab intesta. l. cum alijs, de curator. furio. eò & referenda distinctio furoris perpetui vel temporalis l. diuus, de offic. præsi. ff. l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alieni iur.

3 Moribus dari potest ius eligendi iis qui non haberent, & consuetudine, ca. cùm dilectus, 8. de consuetud. cap. Cumana. 50. de election. ca. cum Ecclesia, de causa posse. ca. Abbate, de verbor. signi. Moribus alicubi aliquando receptum fuit interesse electioni laicos, sed posteà sublata consuetudo, imò & prohibitum capit. Massana, 56. de electio. cum similibus superioribus capitib. à nobis citatis. Creatio Canonicorum potest aliquando ex consuetudine ad solos Canonicos pertinere, putà ad solum capitulum. ca. cum Ecclesia Vulterana, 31. de electio.

4 Dat & præscriptio ius eligendi, & sufficit eligentes esse in quasi possessione, ca. querelam, 24. de electio. & in hac causa locū habet quadraginta annorum præscriptio, vt concludunt Innocentius & Ioannes Andræas, ad ca. de quarta, de præscriptio. cùm & ius conferendi beneficia mutari possit, hac possessione, vt regularia secularia, & secularia regularia efficiantur, si per seculares vel regulares per tale tempus beneficia teneantur, ca. cùm de beneficio, 5. de præbēd. in Sex. & ibi gloss. possessionem illam requirit 40. annorū, quemadmodum in alijs rebus Ecclesiasticis præscribendis. Auth. quas actiones, de sacrosanct. Eccles. Nouella 136. cap. 6. ca. placuit, § quas actiones, 16. quæst. 4. ca. ad aures, 6. cap. illud, 8 dict. c. de quarta, de præscrip. cum simil. excepta Romana Ecclesia, contra quam ad præscriptionem rerum eius, exiguntur centum anni. dicta Authen. quas actiones, & Nouella 9. vt Eccles. Roma. centum annorum præs. lær. cap. ad audientiam, 13. de præscriptio. Ait & Bald. ad l. 2. de seruitut. ius eligendi, vel alia iura spiritalia vel annexa spiritalibus, per spatium 40. annorum præscribi. Debebunt autem præscribentes allegare titulum & causam, si ius commune illis resistat, vt c. 1. de præscript. in Sex. l. siue possidens, C. de probatio. vel probare consuetudinem quam defendunt. c. constitutus, de electio.

## De personis & qualitate earum quæ eligi debent, primúmque de his quæ ob crimina eligi non possunt.

### Capvt IX.

### ARGVMENTVM.

1 *Persona idonea negotio peragendo eligi debent, idem in beneficiis regendis.*
2 *Crimina aliquot eligi prohibent, & electos deponunt.*
3 *Ob ambitionem reiicitur electus, & qui recusarūt Episcopatum.*
4 *Quidam qui recusarunt imperium vel deposuerunt.*
5 *Quanta sit ambitio nunc Ecclesiasticarum aliquarum personarum.*
6 *Electioni consentiens antequam eligatur est ineligibilis.*
7 *Simoniaca electio quomodo puniatur, & nulla.*
8 *Ineligibilis sacrilegus.*

9 *Falsarius literarum summi Pontificis.*
10 *Vsurarius.* 11 *Irregularis.*
12 *Irregularitas quando contrahatur, & ex quibus casibus.*
13 *Infamiæ irregularitas ex quibus ipso iure contrahatur.*
14 *Infamia facti.*
15 *Regularis etiam, qui sciens se excommunicatum, interdictum, suspensum, celebrat.*
16 *Irregularis & ex vitio corporali, & ex aliis causis.*
17 *Schismaticus eligi non potest.*
18 *Excommunicatus eligi non potest.*
19 *Interdictus eligi non potest.*
20 *Neque suspensus.*
21 *Aut periurus.* 22 *Aut aleator publicus.*
22 *Si vitium sit in electione, electio non valet. Ibidem. Nec eligetur aliàs notatus.*

1 ELIGENDI sunt artifices pro magnitudine & qualitate cuiusque operis agendi, idonei & sufficientes, l. 1. §. ideóque, de nouo C. facien. C. l. 1. de Iustinia. C. confirman. ad curam & solicitudinem Ecclesiæ obeundam honoréque, eligendi quoque qui meliores & et vtiliores videantur, ca. constitutus 46 in 2. de appella. c. 15. licet, 8. quæst. 1. qui vt idoneus sit, nec vlla canonica constitutione teneatur: c. obitum, 61. distinct. vilissimus enim reputandus est, nisi præstet scientia & castitate, qui est honore præstantior, c. 45. vilissimus, 1. quæst. 1. & qui aliis præesse vult, debet se accommodare ingeniis audientium, ordinémque verbi Dei omnimodo tenere. ca. oportet, 8. quæst. 1. Melior porrò hîc & vtilior intelligendus est, secundùm quid, non absolutè: nempe qui sit bonus & vtilis Ecclesiæ, & numeri ad quod eligitur idoneus, vt tractat Rebuffus ad titulum de electionis derogatione, ad verbum, *idoneorum.* in Concorda & glos. ad dictum cap. constitutis, 46. de appella. licèt enim alius vtilior & doctior eligi posset, sufficit si idoneus sit electus, quia conueniens scientia toleratur in prælato, cap. cum nobis, de electio. & sufficit quòd non sit malus, cap. dudum, de præsumpt. cap. 33. monasterium, 16. quæst. 7. neque erit ideò recusandus, quòd non sit ita doctus ac Solomon, cap. licet, 8. quæst. 1. facit ca. fin. 65. distinct. Præsumitur autem quisque idoneus, vt nec etiã apposita clausula prouisioni, si idoneus videatur oneret prouisum in probatione probandi se esse idoneum, quia talis præsumatur. ca. si. de præsumptio. quãtumuis omissa clausula semper intelligatur. ca. cum adeò, de rescript. l. vt gradatim, de numeribus & honor. ff. Probatio itaque in contrarium est afferenti non idoneum, exhibenda, quæ constare potest ex sanctionibus canonicis: si quid contra prohibita in eligendo inueniatur, ca. nam concupiscentiam, de constitutio. manifestant idipsum natura & mores in eligendo, quemadmodum in l. cùm Prætor, 12. de iudic. ff. vt superioribus capitibus annotauimus in personis quæ eligere non possunt.

2 Diffinita porrò sunt lege canonica quædã crimina, quorum sibi conscii, vel rei, conscendere ad beneficiorũ Ecclesiasticorũ dignitates legitimè non possunt, quemadmodum & iam in his consistẽtes aliquando ab aliis deiiciũtur. c. 1. 85. dist. ideò nec eligi poterunt qui fuerint de his criminib. accusati, & in reatu existentes, vel contra quos fit inquisitio de his, vt ait Petrus Braxins in directorio de electio. quia, vt scriptum est in capit. omnipotens, 4. de accusat. *Valde graue est, vt de quo tanta nunciantur ante discussionem & disquisitionem honorentur.* Debent enim priùs se expurgare ab iis à quibus grauata censetur eorum opinio & fama. capit. 3. 83. distinct. capit. final. de testibus libr. 2. titul. 20. l. reum, 6. de procura. Cod. libr. 2. titul. 13. sic & ante expurgationem illatorum, reos nouam dignitatem appetere non debere tradit Alexand. Cæsar, in l. vnic. de reis postulans, libr. 10. Cod. tit. 58. Consentit Papini. in l. libertus. 17. §. in quæstionibus, ad municipal. lib. 50. ff. titul. 1. quamuis rei de criminibus acti non prohibeãtur antiquam dignitatem retinere, quæ debet illis sufficere noua, non aucupata, quod paucis explicat Marcia. in l. reus delatus, 7. de numer. & honor. lib. 50. ff. titul. 4 *Reus delatus*, inquit, *etiam ante sententiam honores petere principalibus constitutionibus prohibetur, nec interest plebeius an decurio fuerit. Sed post annum quam delatus est petere non prohibetur, nisi per eum steterit quominus causa intra annum expediatur*, &c. Oportet electum in prælatum sine crimine esse, ex sententia diui Pauli ad Titum cap. 1. vers. 5 & in cap. 3. prioris ad Timoth. cap. final. 25. distinctio. irreprehensibilem esse desiderat, ad Timoth. D. Paul. hoc est, quod nulla delicti conscientia mordeatur: firmatur ex §. si quis autem talis, Nouella 6 quomodo oporteat Episcop. & reliquos clericos ad ordinatio. produci. Adde quod D. Hieronym. scribit in epist. ad Titum, ad c. 1. quòd nõ potest præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit; aut cum aliqua libertate corripere peccantem, cùm tacitus sibi ipse respondeat eadem admisisse quæ corrigit. Crimen hîc maximè manifestum intelligi debet, ex quo scandalum permearet in subditos & alios; occultum etenim, si de eo acta sit pœnitentia, secundùm communem sententiam, promotionem non impedit, ex gl. in d. c. si. 25. dist. quanquam Ioan. Andræas contrarium asserat, cui videtur suffragari ca. de his, 50. distin. vbi & qui occiderit hominem se defendẽdo, non debet promoueri ad altiorem ordinem: ego tamen distinguendum censeo, & ob crimen occultum graue, moneri posse confitentem ab eo qui audit eius exomologesim. imponendo pœnitentiam, ne ad altiorem ordinem ascendat: at prohiberi non posse, ca. ex tenore, 4. de tempor. ordinã. expressius in ca. si. eius titul. vbi & excipitur nominatim homicida. iunge cap. si sacerdos, de offic. ordin. c. si tantùm, ca. placuit, 6. quæst. 2. ca. cùm omne, & ca. si illud, de consecr. distin. 1. Enumerantur in concilio Toletan 4 c. 18 & in c. qui in aliquo, 51. dist. crimina quædam & alia impedientia ne quis possit eligi, si infamis, si hæreticus, si in hæresi baptisatus, si pœnitentiam publicè egerit, si semetipsum cæciderit, si bigamus, si corruptæ maritus, neophytus, laicus, imperitus literarum, si ambitu, vel largitionibus dignitatem consequi tentauerit, &c. ex quibus nos pauca explicabimus.

3 Ambitio primùm ex lege canonica suspecta est, & ideò eam prohibet. Ambitio, est præter modum concupiscere honores & dignitates Ecclesiæ, velle vocari Rabi, & propter honorum; vt cupiditas & auaritia, prouentuum, beneficiorum: vnde nascitur beneficiorum pluralitas improbata. Tantùm ab ambitu prælatus debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: & sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. vt statuerunt Leo & Anthemius CC. in l. si quemquam, 30 de Episc. & cler. C. & in ca. displicet, 23. q. 4. cap. in scripturis, 8. q. 1. cum simılib. ob illam suspicionem prohibetur ne eligatur qui iam Episcopus est in alium Episcopatum vacantem vel Archiepiscopatum, sine dispensatione, postulatione facta, ex qua cognoscatur causa mutationis, num sit vtilis Ecclesiis & sine ambitione, manifesta enim alioquin esset causa ambitionis, cùm nullus sit Episcopus inuentus qui de maiori ciuitate ad minorem transire desideret c 1. de cleri. non residen. ca. fin. de translatio. præla. Prohibitum etiam, ne qui habet beneficium, ad aliud sine dispensatione eligatur, cap. dũdum, in 2. de electio. cap. execrabilis, §. qui verò, de præben. in Extraua. Ioann. 22. l. monasteria. 40 de Episc. & cler. C. ne in Episcopum eligatur etiam Cardinalis, c. bonæ memoriæ, in 1. de postula. prælat. Quantum, quámve graue & difficile munus, onúsve sit alios bene regere, norunt viri prudentes, qui experiũtur quotidie quàm difficile etiam sit seipsum probè regere & gubernare: magna sunt onera prælatorum, in c. conquerere, de offi. ordin. &, vt cum D. Augustino loquar ad Valerium epistola 140. & c. ante omnia. 40. dist. nihil in hac vita, & maximè hoc tẽpore, difficilius, laboriosius, periculosius, Episcopi aut presbyteri, aut diaconi officio, idcirco viri sapientiores, quantũ licuit, honores istos omnino recusarũt, & nõ nisi coacti ferè susceperũt, vt refert de Gre-

de Gregorio 9. & de Nicolao 1. Hadriano 2. Paschali 2. Platina, & de quibusdam aliis. Refugit diu acceptare delatum Episcopatum Diacontius, quem D. Athanasius epistola ad illum, suscipere persuadet. S. Ephraim à Basilio magno laudatus valde, qui cùm cognouisset se designatum cuiusdam vrbis Episcopum, & iam venirent qui eum adducturi erant, finxit se esse stultum, & more stulti in forum progressus tamdiu, donec eo habito pro mente capto, alius creatus fuisset Episcopus, tantisperque latuit. vt scribit Nicephot. Calia. lib. 9. ca. 16. Chrysaothus bis, ne fieret Episcopus ciuitatis Nouatianorum, aufugit, & latitauit, donec inuentus, illum subire coactus est. teste eodem Nicephot. lib. 14. cap. 13.

4 Vt & boni principes, qui perpendebant imperandi grauitatem, refugerunt principatum quem alij ambiunt, sic Tacitus Senator cùm rumor spargeretur illum Imperatorem faciendum, discessit, atque in Baiano duobus mensibus fuit, vnde deductus Senatusconsulto tanquam priuatus interfuit, quo Imperator creatus fuit, vt scribit Flauius Vopiscus in Tacito. Recusauit Timoleon Corinthius principatum, & maluit principatus Syracusiis degere, teste Æmilio Probo in eius vita. Voluit deponere Imperium Octauius, nisi dissuasisset Mecœnas. Deposuerunt autem principatum Marius, Sylla, Metellus, Pompeius, & alij, vt narrat Dio Cassius lib. 13. Zonar. tom. 2. in vita Octa. Diocletianus, vt scribit Eusebius, & Platina in Marcellino.

5 Misera hominum nunc ambitio, quæ non solùm non considerat onus prælatorarum, sed vltrò se intrudere in illas omnibus etiam illicitis viis, & modis detestabilibus, satagat, beneficia beneficiis accumulet, imò vi possessores spoliet, vt in se transferat, vt vel nobilis suæ domus & consanguineorum sulciat labentes ruinas, vel vt supra nobiles, quibus inferior videbatur, vnus appareat. Christianæ disciplinæ confusio & pernicies hinc nata est, ex quo bona Ecclesiæ, quæ pauperibus alendis distribuenda erant, in venerabilium dominorum domos transcripta sunt. Singulare quod scribit Gregorius Siagrio Episcopo, & aliis Episcopis, epist. 110. lib. 7. Epistola. relatum in cap. 3. sicut, 15. 1. quæst. 6. *Sicut is, inquit, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus, sic qui vltrò ambit vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus, nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat? Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo.* Atque diuus Chrysostomus homil. 43. ad cap. 23. D. Matthæi, in opere imperfecto, & in ca. multi sacerdotes, 40. distinct. multi sacerdotes, pauci sacerdotes: multi nomine, pauci re. Episcopatum desiderare vt quis præsit, non vt prosit, damnabile, alioquin laudabile. ca. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. Nemo debet honorem sumere seu petere, nisi vocatus tanquam Aaron, ad Hebræos, c. 5. neque ambitione, sed labore conuenit ad dignitatem peruenire, l. contra publicam, 14. de re militar. lib. 12. C. tit. 36. Submouebat & castigabat ambitum in magistratibus lex Iulia, l. 1. ad legem Iul. de ambit. lib. 48. ff. tit. 13. & præmium etiam constitutum deferenti huiusmodi criminis reum, ex lege Calphurnia de ambitu, vt ait Cic. pro Cluentio. & ex lege Pompeia; apud Appian. libr. 2. de bellis ciuilibus.

6 Et in electionibus ita exosa ambitio, vt cautum fuerit, ne valeat illius electio, qui ante electionem suum ei adhibuit consensum, & facta obnoxia sit cassationi, seu reprobationi, cap. cùm post petitam, 46. de electio. Idipsum si facta fuerit adhibito priùs cum eligendo colloquio, vel cum eius amicis, cap. per inquisitionem, eo. tit. atque eius electio in Abbatem, qui monachus factus est cum promissione, quòd futurus esset Abbas, corruit propter ambitum, cap. cùm ad nostram, 37. & cap. cùm officij, 38. hoc titul. Improbatur & dispensatio per Abbatem vel superiorem monacho indulta, vt possit consentire electioni de se faciendæ, tanquam patens viam ambitioni. ca. fi. de electio. in Clementinis.

7 Secundo loco simonia impedit electionem ne sortiatur effectum, & ineligibiles sunt simoniam committentes, qui illicitas pactiones inierint cum eligentibus vel aliis, cap. super eo, 12. de electio. l. si quemquam, C. de Episco. & cler. §. 1. versic. *sed neque pecuniis*, Nouell. 6. quomodo oportet Episcop. &c. Notorius simoniacus, & quos constat per simoniam ingressos beneficium, deponi debent ab illo, can. insinuatum, 13. de simon. si quis ex electoribus contradicens electo, pecunia accepta etiam ab amico electi, sciens eo eodem, consentiat electioni, simonia committitur, debétque renunciare electus electioni, c. Matthæus, 23. de simon. promissio quoque beneficij, vt quis eligatur, simoniam facit, quæ improbet electionem, cau. de huc, 11. de simon. Item si promittam quòd te eligam, si me elegeris, vel si dicam, *Elige nunc meum nepotem, & ego posteà in alia sequenti electione eligam tuum.* Nam & patrui & nepotes sunt simoniaci, Rebuffus ad §. 1. ad verbum. *simoniacis*, de electionis derogatio. in Concorda. Ioannes de Selua tracta. de benefic. par. 1. q. 7. numer. 64. Item si aliquis eligatur ea lege seu conditione, quòd electus tali S. de beneficio aliquo prouidebit, vel cum ea conditione, quòd tenebitur tales remunerare, seu (vt loquuntur) recompensare, Ludouic. Roman. consil. 359. sunt enim istæ tritæ nundinationes seu negotiationes circa electiones, ideò acerbiùs vindicantur, vt etiam Episcopus non possit dispensare pro ea vice cum illo qui sciens simoniacè fuerit ita electus, ca. si alicuius, 59. de electio. Ioannes Damascenus Patriarcha, cùm audisset Ecclesias in Asia à quibusdam indignis administrari viris, quòd nonnulli quidem gratia, nonnulli pecunia Episcopatus redemptos obtinerent, Ephesum est profectus, & tredecim, Episcopis dignitatem ademit. vt refert Nicephot. Calix. libr. 13. Histor. Ecclesiasticæ, cap. 9.

8 Tertiò, ineligibilis sacrilegus, cap. venerabilem, de electio. facit ca. miror, 17. q. 4. quia & ab aliis legitimis actibus excluditur, c. nulli, 3. q. 4.

9 Quartò, falsarius literarum summi Pontificis. can. ad falsariorum, de crimin. fals. lib. 5. tit. 1.

10 Quintò, vsurarius, cùm nec amatoribus vsurarum Episcopi nulla ratione manus imponant, nec ordinent eos in clero, ca. 4. de Petro, 47. distinct. ca. inter dilectos, tt. de excessib. præla. lib. 5. tit. 31. Vsurarij notorij & manifesti infames sunt, l. improbum fœnus, ex quib. caus. infam. irrog. Infames porrò eligi non possunt, dict. ca. inter dilectos, de excess. præla. & infamibus portæ dignitatum non patent, l. neque famosis, de dignitatib. libr. 12. C. l. vnic. de infamibus, lib. 10. C. c. infames, 6. qu. 1.

11 Sextò, irregularis, cap. is, qui, 15. de senten. excomm. in Sext. cuiusmodi sunt qui celebrarunt excommunicati suspensi vel interdicti, nec cum ipsis fuit dispensatum, ca. 1. ca. cùm æterni, de senten. & re iudic. in Sext. Irregularis est, qui ponitur extra regulas idoneorum, qui possunt promoueri ad sacros ordines, & ministeria Ecclesiastica, & promoti possunt in illis perseuerare sine dispensatione.

12 Quibus ex causis contrahatur, & contracta deleatur irregularitas, docet Marianus Socinus in repetitio. ca. ad audientiam, de homicid. & Angelus Clauas. in summa, in verbo, *Irregularitas.* Obiter autem illud notandum, neminem dici irregularem, nisi qui de iure talis ex aliquo actu dicatur. Anton. de Butrio ad ca. ex parte, de corpore vitia. text. in ca. is qui, §. 1. de senten. excomm. in Sex. Cardi. Alexandrinus ad can. hinc, in princ. 49. distinct. Incurritur irregularitas vel ipso iure vel ex delicto, aliquando ex defectu corporis, ex quibus inhabilis quis fit sine dispensatione ad ministeria Ecclesiastica, ordines, & beneficia. Ex delicto notorio, publico, aut manifesto; per confessionē vel sententiam, vel euidentiam facti, cap. fin. de coha. cleric. & mu. ca. ex tenore, 4. de tempor. ord. lib. 1. tit. 11. si homicidium fuerit de industria, vel per insidias factum, capit. 1. de homicid. siue quocumque alio modo quis occiderit vel mutilauerit, siue ex iustitia, siue ex legis permissione, c. aliquantos, 15. distinct. vel consilium occidendi dederit, ca. ex literis, 10, de excess.

præl.ca. viduam, ca. de his clericis, 50. distinct. non possunt enim se immiscere sententiis etiam criminalibus, in quibus funditur, vel effundendus est sanguis ob pœnam etiam iustam, ca. sententiam, ne cler. vel mon. c. in Archiepiscopatu, de raptor. multò minùs pugnare vel militare possunt: pugna enim cœlestis terrestri contraria est. §.1. de vassallo milit. qui arma belli depos. lib. 2. feud. titul. 21 §. qui clericus efficitur, tit. si de feudo defuncti content. sit inter domi. & agnatos vassal. lib. 2. feudor. tit. 26. Quare 1. Paralipom. c. 22. vers. 8. Deus non permisit Dauidi sibi ædificare templum, quòd multum sanguinis effudisset, & plura bella gessisset, quamuis ea bella sacra essent & contra infideles. Nec oportet clericum, qui Paganum occidit, ad gradum maiorem promoueri, cùm & eo quem adeptus est priuari mereatur, c. 5. clericum. 50. dist. nempe si mentis compos sit, alioquin infans, furiosus, dormiens, si necauerint aliquem, irregulares non sunt, Clem. vn. de homi. non enim illis imputatur, non magis quàm si commisent clericus homicidium casu, sine vlla culpa, & dum daret operam rei licitæ. nec animo occidendi operaretur, ca. clerico iacente, 37. & ca. quantum, 50. d. ca. ex literis, in 1. & ca. dilectus, 13. ca. Iohannes, 23. c. quidam, 24. de homic. ca. quæsitum, de pœnit. & remiss. obserua interim distinctiones quas tradit Angel. Clauas. in summa, in verbo, *homicidium*, 5. & *Irregularis*, 1.

13. Secundò, irregulares etiam eos dicimus, qui incurrunt infamiam iuris vel facti. Infames autem eos ita dicemus, quos leges seculi infames appellant, & omnes qui culpis exigentibus non possunt ad sacerdotium prouehi, can. 2. 6. q. 1. ex Adriano Papa in capitulis, ca. 21. vt propter notorium sortilegium, ca. 3. quisquis, 2. q. 8. si deprehensus quis in adulterio, l. palam, §. quæ in adulterio, de ritu nup. ff. cui insignia militaria per ignominiã ab Imperatore oblata, l. quod ait Prætor, 2. §. ignominiosa, de his qui nota. infa. libro 3 ff. titul 2. vide Dynum ad regu. infamibus, & l. athletas, §. porrò, & l. 1. de his qui notan. infa. c. infames, §. potiò, & ibi glo. ad verb. *infamia*, 3. q. 7. Sunt & quædam crimina quæ infamiam quidem irrogant, sed non nisi sententia lata. d. l. 1. de his qui not. infam. ff si quis conuincatur de publico crimine vel alio priuato famoso criminaliter, l. infamem, de publ. iudi. lib. 48. ff. tit. 1. l. 2 §. fi. de his qui not. infam. ff.

14 Infamia facti, quando non quidem iure, sed inter graues & bonos, factum famam alicuius deteriorem facit, vt in l. 2. de obseq. parentib. & patron. &c. præstan. lib 37. ff. tit. 15 l. ea quæ pater, ex quib. caus. infam. irroget. C. Infamia in summa, vnde infamis, est status vitæ moribus reprobatus, vt contrà, fama est, seu existimatio, dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus. qui ex delicto nostro authoritate legum, aut imminuitur, aut consumitur, l. cognitionum numerus, § existimatio, de variis & extraord. cogni. ff. propriè námque infamia non est, quòd quidam obtrectent de aliquibus, imò de bonis falsis criminibus etiam confictis, fieri enim non potest, vt mali non inuideant & se non obiiciant bonis, vt vitium perpetuò oppositum est virtuti, neque abstinuerit improbi à calumniis Domini nostri Iesv Christi, nunc dicentes voracem peccatorem, D. Ioan. c. 9. vers. 24. nunc Samaritanum & dæmonium habentem, diui Iohã. Euang. c. 7. & cap. 8. c. nónne benediximus, 5. de præsumptio. Dixerunt & Apostolos ebrios, insanos, Actor. 2. vers. 13. & contra hanc infamiam vulgi, vel potiùs obtrectationem, sufficere visa est purgatio canonica, de qua in titul. de purga. can. De hac singulariter scribit D. Gregorius epistola 39. ad Theotistam Patritiam, in cap. 11. sunt plurimi, 6. q. 1. *Sunt plurimi*, inquit, *qui vitam bonorum amplius quàm debent, laudant: & ne qua elatio de laude subrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ex ore laudantium in corde nascitur, ob ore vituperantium suffocetur.* Hinc est quod Doctor gentium 2. Corinth 6. se in prædicatione currere ait per infamiam & bonam famam. Irregulares infames hic verè existimantur, & non se purgantes remanent suspecti, & ineligibiles: quemadmodum & Yuo Carnotensis Episcopus, epistol. 67. rogat Primatem atque Archiepiscopum Lugdunensem, ne infamem electum in Episcopum Aureliacensem confirmet, quem vt voluptuosum & succumbum Archiepiscopi Turonensis plures notabant. Meminit & de eodem in epist. 68. & 119.

15 Tertiò, irregularis is qui sciens se excommunicatum vel interdictum vel suspensum, nihilominus celebrat, Hostien. Panor. Iohan. Andræas ad ca. 2. de cleric. excommun. ministran. eget enim reconciliatione seu dispensatione summi Pontificis, ca. 1. de re iud. in Sext. capit. 1 de senten. excommun. in Sext. non minùs quàm is qui in loco interdicto celebrauerit, cap. is qui, 18. de senten. excommu. in Sex. omitto reliquos casus quibus ex delicto irregularis quis fiat.

16 Irregularem rursum etiam fieri admoneo, ratione vitij corporis superuenientis, natura, vel casu, ex titu. de corpore vitiatis non ordinan. qui ad ordines & prælaturas admitti non deberet, iuxta ca. 21. Leuitici, & cap. hucusque etiam, 49. distinct. talis & illegitimè natus, ca. 1. de filiis presbyt. ordinatus etiam existens in excommunicatione maiori, cap. 1. de eo qui ordines furtiuè suscepit. lib. 5. tit. 20. ca. cùm illotum, 32. de senten. excommun. nisi, vt ibi dicitur, Papa dispenset, aut Episcopus, si fiat monachus, cap. fin. de eo qui fur. ord. suscep. si vno die quis minores ordines & Subdiaconatum susceperit. ca. 2. & fin. de eo qui fur. ord. suf. vide c. 1. & ca. literas, 11. de tempor. ordin. Est & irregularis iterans baptismũ, ca. 2. de aposta, ca. confirmandum, 50. distinct. c. qui bis, de consecra. distin. 4. c. in qualibet. 1. q. 7. recipiens ordines vltra statuta tempora, cap. fin. 75. distinct. cap. 2. cap. cùm quidam, cap. consultationi, de tempor. ordina. nisi dispensetur, d. c. consultationi, exercens ordinem quem non accepit. c. 1. & 2. de cleric. non ordin. minist.

17 Septimo loco intelligibilis censetur Schismaticus, ob crimen, quia nec is consecrat alios, nec dici potest consecratus, sed execratus. c. pudenda, 24. q. 1. ca. quia diligentia tua, 5. de electio. ca. nos consuetudinem, 12. distinct.

18 Octauò, non possunt eligi qui excommunicatione maiori detinentur, tanquam incapaces collationis beneficiorum. ca. postulastis, 7. de clerico excommun. ministran. libr. 5. titu. 27. de minori etiam excommunicatione idipsum relatum ca. si celebrat, eo. tit. de cleric. excomm. minist. tisi excommunicatus etiam maiori excommunicatione à sententia appellauerit, & post interpositam appellationem fuerit electus, cap. licet, 14. de senten. excomm. ca. prætereà, 40. de appell. vel nisi post electionem, vel appellationem fuerit excommunicatus, iuxta cap. 2. de senten. excomm. in Sex. is tamen qui appellationem præcessisse adstruit, debet probare, vt dicitur in decis. Rotæ 317. in Antiq. tit. de appellat. vel nisi post excommunicationem & ante electionem fuerit absolutus, cap. proposuit coram nobis, 8. de cleric. excommu. ministran. aliter nec electio, nec alia iura spiritualia conueniunt excommunicato, ca. cum dilecta, de consuetud. cap. decernimus, & ibi Bald. per illum textum, de iudic. siue à iure, aut ab homine fuerit quis excommunicatus. Et hîc sufficiet probasse, fuisse excommunicatum ante electionem, posito quòd non probetur tempore electionis excommunicatus, vt notat Innocent. in ca. proposuit, de cleric. excommu. minist. Cynus ad l. si de possessione, 20. C. de proba. lib. 4. tit. 19. firmatur & decisione Rotæ 237. & 365. in Antiq. adhibetur tamen hîc cautio seu consilium, vt eligendus obtineat absolutionem ad cautelam. Felinus ad ca. dilectæ, 10. de exceptio. lib. 2. titul. 25 facit c. 2. de senten. excom. in Sex. Notandum hîc, excommunicatum acquirere de nouo beneficium sibi non posse, attamen ante excommunicationem collatum, posse in excommunicatione acceptare, vt notat decis. Rot. 126. in Antiq. Staphilæus tractat. de literis gratiæ & iustitiæ. Potest & excommunicatus optare præbendam, si aliàs iure consuetudinis detur illi optio, eo quòd optio non videatur noua collatio, vt in cap. fin. cum notatis

per

per Archidiaconum, ibidem de consuetud. in Sex. quia quæ optatur præbenda, habetur loco eius quam omittit optans, vt aliam accipi. l. si donatæ res, 36. §. fi. de donat. inter vir. & vxor. & in dicta decis. Rotæ 126.

19 Nonò, nō potest etiam eligi interdictus, c. cùm inter, R. de electio. c. 1. de postular. prælat.

20 Decimò, nec suspensus, cà. cùm dilectus, 8. de cōsuet. iuncta gloss. ad verbum, *suspensus*, quæ textum intelligit in suspensus à canone & homine, & in ca. per inquisitionem, 26. & ibi gloss. eod. tit. De variis suspensionis modis videbis gloss. in Cle. cupiētes, ad verbum, *suspensi*, de pœn. Panor. ad ca. Apostolicæ, de exceptio.

21 Vndecimò, ineligibilis periurus, quia non meretur Ecclesias regere, c. querelam, 10. & ibi Felin. de iureiurand. Bartachinus tractat. de Episcopo, in 1. parte lib. 2. quæst. 34. gloss. ad ca. si fortè, 11. ad verbum, *cætera*, de electio. Innocētius 3 in cap. venerabilem, 34 §. sunt enim, de elect. notabilia dicit esse impedimenta quominus eligatur Imperator, excommunicationem publicam, periurium manifestum, persecutionem summi Pōtificis diuulgaram, quam eligendus vel eius progenitores præsumpserint: infamis enim est periurus. c. peruenit, de fideiuss. facit l. quoties, versic *priuator*, de dignita. lib. 12. C.

22 Duodecimò, publicus aleator eligi nō potest. c. inter dilectos, de excessib prælat.

23 Decimo tertiò, generaliter ex delicto vel vitio personæ, de ea facta aliquādo electio, cassata. facit vt rursum alia de eodem facta non valeat, ca. super eo, 12. hoc tit. aliter tamen diceremus, si aliunde quàm ex delicto vel vitio personæ prior fuisset improbata. Ratio autem videtur, quòd semel habitus pro malo suspectus sit, in eodem genere mali. l. si cui, §. iisdem, de accusat. ff. & repellitur à testimonio, qui aliàs propter grauatam de eo opinionem, fuit ab eodem repulsus, ca. testimonium, 54. de test. lib. 2. tit. 20. Fertur M. Fndustius Senator, semel proscriptus à Sylla, post 36. annos proscriptus iterum ab antonio: nec alia vlla de causa, quàm quòd antea fuisset proscriptus, vt scribit Plinius li. 7. c. 44.

---

## De his qui prohibetur à lege ex aliis causis quàm criminis eligi.

### Capvt X.

### Argvmentvm.

1 *Bigami eligi quare non possint ad Ecclesiastica beneficia.*
2 *Neque qui habent plura beneficia.*
3 *Electus non petens confirmationem intra quinque menses iure suo priuatur.*
4 *Laici ad Ecclesiastica beneficia eligi non possunt.*
5 *Nec clericali priuilegio priuati, & ibi quomodo quis eo priuetur.*
6 *Sexeò nec publicè pœnitentes.*
7 *Nec nouitius aut non professus regulam cuius eligendus prælatus.*
8 *Qui dispari est religionis.*
9 *In Episcopum non eligendus qui saltem non sit in Subdiaconatu.*
10 *Eligendi qui vita & scientia commendabiles.*
11 *Sacerdotes debent esse docti.*
12 *Quorũm librorum lectio improbetur in personis Ecclesiasticis, & quatenus libris Ethnicorum & disciplinis incumbere possint.*
13 *Vltra doctrinam in prælatis rerum secularium cognitio & discretio exigitur.*
14 *Prodigi in Episcopos eligi non debent.*
15 *Neque obligati ad ratiocinia.*

1 Ex lege aliunde quàm ex delicto, declarantur ineligibiles, bigami primo loco, quia irregulares, nec ad sacros ordines communi iure, aut ad Ecclesiastica beneficia peruenire possint, tit. de bigamis non ordinā. facit tota 26. distinctio, vbi explicātur illa verba, *Quòd si vnius vxoris vir*, ca. 55. quicumque pœnitens, 50. dist. ca. nisi cùm pridem, §. personæ, de renunciat. in qua causa solus summus Pontifex & difficilè dispensat: sic glos. in ca. lector. 34. distinct. ait, laicum dispensasse cum Archiepiscopo Panormitano, qui fuit bigamus, alius enim à summo Pontifice non dispensaret cum bigamo etiam in inferioribus ordinibus seu minoribus. c. vnic. de biga. in Sext. cùm & iura statuant non esse etiam dispensandum. in c. nuper, de bigam. ca. si quis viduam, 50. distinct.

2 Secundò, quia bigamus censetur, qui habet vltra vnum beneficium, vt duos Episcopatus, ca. sicut vir, 7. q. 1. non potest eligi in prælatum, qui iam prælaturam habet. ca. dudum, in 2. de electio. Extraua. Iohan. 22. execrabilis, §. quiverò, de præb. in Extraua. l. monasteria, 40 §. fi. de Episcop. & cler. c. bonæ, in 1. de postula. præla. Scribit & Yuo Carnoten. epistol. 67. neminē posse tenere duos Episcopatus per se aut per submissam personam. Et rursus epist. 178. Guillelmo Rothomagensi Episcopo: *Cum in ipsa infantia mundi*, inquit. *in Lamecho carnalis bigamia sit culpata, quomodo poterit in sponsa Christi, quæ est Ecclesia, laudari. quæ in Sacramento & in veritate Sacramenti vni debet viro desponsari? Eliminetur ergo de Luxoniensi Ecclesia Ranulphus Dunelmensis Episcopus, vt bigamia non admittatur.* Idipsum & prosequitur epistola 179. Nec plures Ecclesias vni Episcopo committi posse tradit Sozomenus lib. 4. ca 15 & Rufinus lib. 1. c. 6. & Epiphanius hæresi 68. vel si hoc faciendum, non nisi ex causa iusta necessitatis Ecclesiarum, admittendum. ca. pen. & fin. 21. q. 1. cum authoritate superioris summi Pōntificis, non electorum, quia plenitudinem potestatis in beneficia habet, ca. proposuit, 4. de cōcess. præb. quemadmodum enim ex duobus Episcopatibus, aut ex duabus prælaturis vnum vnámve facere potest, c. & temporis, & can. & postquam, 16. q. 1. poterit quoque efficere vt vni prælato duæ Ecclesiæ subiiciantur, quemadmodum & solus potest trāsferre Episcopos ab vna in aliam Ecclesiam, ca. 1. & seq. de transla. Episcop. c. mutationes, 7. q. 1. Yuo Carnotensis epist. 169. & 171. idque non iure cōmuni, quod ita fieri prohibet tota quæst. 1. causæ septimæ, sed iure singulari ex causa, iusta, sicut refert Theodorus Balsamon ad cano. 15 Synodi Nicenæ. Refert Socrates lib 7. Historiæ Ecclesiasticæ, ca. 36. exempla translationum Episcoporum de sede in sedem. Yuo etiam Panormiæ lib. 3. ca 69. Burchard. lib. 1. Decretorum, ca. fin. propter vtilitatem Ecclesiæ, & necessitatem temporum. Cùm autem vrgebit hæc necessitas eligentes, debebunt prælatum postulare, non eligere, iuxta ea quæ traduntur titulo de postula. præla.

3 Tertiò, ineligibilem declarat etiam ca. non Episcopum electum & confirmatum, qui contempserit, ter antè monitus, intra quinque menses petere consecrationem, ca. quoniam, 100. distin. intra sex menses dixit Innocen. 3. in ca. 2. §. sed neque illud, de translatio. Episc. lib. 1. tit. 7.

4 Quartò, lege seu canone laici prohibentur ad prælaturas eligi, §. 1. quomodo oporteat Episcopos, &c. Nouella 6. vbi idiota nominatur laicus, facit & pro eo 1. Corinth. ca. 14. vers. 16. *Cæterum si benedixeris*, inquit D. Paul. *qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen super tuam benedictionē, quoniam quid dicas nescit?* Beneficia Ecclesiastica debentur clericis, non laicis, ca. cùm adeò, de rescript. ca. 2. de institutio. ca. ex literis, de transactio Cle. quia contingit, §. vt ante, de religios. domib. cùm & laici ab omni rerum Ecclesiasticarum administratione arceātur, ca. 2. de iudic. non ignoro tamen laicos interdum postulatos, & posteà admissos, sed de postulatione non disputamus nunc: scio & abusiue à principibus interdum laicos intrusos. sed non loquimur quoque de his quæ malè fiunt, sed de his que fieri oportet, ne malè succedat factum, quemadmodum legimus apud Gregorium Turonensem li. 8. Historiæ Francicæ, ca. 22. Guntrandum regem Galliarum cum iureiurando pollicitum fuisse, nunquam ex laicis quemquam Episcopum ordinaturum, verùm

verùm, o auri sacra fames, inquit, Desiderium posteà laicum Episcupum Holosensem ordinasse, sed parum successisse, & mortuo eo comitem Sanctonicum dictum Dodonem.

5 Et proinde inter clericos quibus fuerint adempta priuilegia clericatus, ineligibiles erunt, vbi enim fundamentum deest, ibi superædificari non potest, c. cùm Paulus, 1. q. 1. & paria sunt non esse, vel esse perperam & vitiosè, l. quoties, §. qui satisdat. cog. Exemplum poterimus proponere ex cap. 1. de vit. & honest. cler. in Sext. dum clericus priuilegio clericatus priuatur, si per annum histrionis operam exercuit: & infra breuius tempus, si antè ter fuerit admonitus eam artem relinquere, nec reliquerit. Aliud exemplum in c. 1. de cleric. coniug. lib. 3. tit. 3. si clericus intra minores Ecclesiasticos constitutus ordines duxerit vxorem, quo casu inhabilis ad beneficia redditur Ecclesiastica. Aliud, si negotiationibus secularibus se immisceat, nec ab illis ter admonitus se subtrahat, in c. fin. de vita & honest. cler. lib. 3. tit. 1. vel si carnificum seu laniorum, marcellariorum, tabernariorum artificium monitus non relinquat, Cle. 1. de vita & honesta. cler. in clem. si in habitu clericali non ambulet palàm, si induatur vestibus aut caligis coloribus vel incisionibus variatis: Clem. 2. eo. tit. de vit. & hon. cler. siquidem & clericum non vtentem habitu clericali, se immiscentem pugnæ, verberans vel necans, non incidit in excommunicationem qua tenentur mittentes manus violentas in clericos, c. perpendimus, 13. de senten. excomm. lib. 5. tit. 39. c. cùm non ab homine, 14. e. tit. cùm tamen si in habitu essent, tenerentur pœna. ca. si quis suadente, 17. q. 4. c. non dubium est, 5. de senten. excommu.

6 Quintò, qui pœnitentiam publicam fecit, cùm irregularis sit, non ordinatur, neque ad sacerdotia eligitur, ca. pœnitentes, 15. distinct. ca. ex pœnitentibus, 50. dist. poterit tamen in minoribus ordinibus dispensare Episcopus ob necessitatem Ecclesiæ, c. placuit, 50. dist. in maioribus summus Pontifex, dicto ca. ex pœnitentibus, 50. dist. c. qui in aliquo, 51. dist. Hostiensis tamen istam irregularitatem non obtinere, videtur asserere.

7 Sextò, prohibetur eligi per canones in Abbatem, vel Priorem alicuius monasterij nouitius, & qui nundum est regulam eius monasterij professus, non obstante consuetudine contraria, ca. cùm causam, 27. de electio. ca. nullus religiosus, 28. eod. tit. in Sexto. quia, vt scribitur Deuterono 22. non sit arandum cum boue & asino. nec induenda vestis lino lanáque contexta, id est, non sunt coniungendi in vno officio homines diuersæ professionis, vt explicatur ca. 22. in noua actione, 16 q. 7. ita improbatur electio nouitij in Abbatem, qui vt Abbas esset, induit habitum, & antequam fieret discipulus, voluit fieri magister, in regula ordinis nondum instructus: c. officij tui, 30. c. cùm ad nostram, 37. c. cùm in magistrum, 49. de electio. professio enim monachum facit, non habitus, c. porrectum, ca. ad Apostolicam, de regul. & miserum est eum fieri magistrum, qui non fuerit discipulus, ca. 4. miserum est, 61. distin. in c. 1. 2 3. 4 & fin 49 distinct. vt graue est inexpertos diuinis obsequiis mancipare, ca. monasterijs, 19. qu. 3. poterit tamen non professus postulari in Abbatem. c. monasterium, 13. de elect.

8 Septimò, ob disparitatem religionis & ordinis quis prohibetur eligi in præfectum vel Abbatem seu Priorem, qui alterius est ordinis & regulæ, Clem. 1. de elect.

9 Octauò, in Episcopum eligendus debet esse in sacris ordinibus, saltem in Subdiaconatu, ca. tuam, 10. de ætate & qualita. in alijs autem dignitatibus sufficit ordinandum esse in minoribus ordinibus constitutum, dicto ca. tuam, & ca. cùm in cunctis, §. inferiora, de electio. ca. de multa, de præbend, ff. ad ca. dudum, de electio. sed & generaliter, qui defectum patitur in ordinibus, non potest eligi. dict. cap. dudum, 21. de electio.

10 Nonò, eligendus debet esse vita & scientia commendabilis, c. cùm in cunctis. ca. nihil est, 44. de electio. nec sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ ca. 2. 36. distinct. Atque & statutum non posse eligi non habentem sufficientem scientiam, & Pontificatui ad quem eligitur conuenientem, cap. qualiter post obitum, 17. de electio. & electo vel postulato obijci potest, vel promouendo, euidens scientiæ aut personæ defectus, c. si forte, 11. de electio. in Sext. quia inquit Deus per Oseam c. 4. *Quia scientiam repulisti, ego repellam te, ne fungaris mihi sacerdotio.* Atque in ca. fin. de ætat. & qualita. ord. Episcopus Carnensis amotus ab Episcopatu est, quòd confessus fuisset, se nunquam Grammaticam didicisse, nec etiam legisse Donatum, & in c. nisi cùm pridem, §. pro defectu, de renunc. insufficientia doctrinæ pro causa renunciandi Episcopatui admittitur. Exigitur autem in prælato eminens scientia, sed conueniens toleratur, & melior censetur mediocris cum probitate, quàm eminens sine probis moribus, ca. 1. & 2. 85. dist. ca. cum nobis, 19. de electio. Scientia inflat, sed scientiæ imperfectionem supplet perfectio charitatis. c. nisi cùm pridem, §. ne pro defectu, de renuncia. facit l. sciendum, 19 §. illud, & l. si quid venditor, 18. de ædi. edict. ff.

11 *Labia sacerdotis custodiunt scientiam*, Malac. 2. &, *Legem requirent de ore eius.* Illiterati & aliqua corporis parte vitiati, ad clericatus ordinem promoueri etiam non possunt, ca. 1. illiteratos, 26. dist. quive non est Ecclesiasticis disciplinis imbutus, aspirare debet ad gradum Episcopalem, cap. 2. qui Ecclesiasticis, 36. dist. & sacrarum literarum debet habere peritiam, quod indicabat ornamentum summi Pontificis legis antiquæ, in cuius pectorali scribebatur, *Manifestatio & veritas* Exod. 28. ex interpretatione 70. Interpretum. Admonet D. Petrus 1. epist c. 3 paratos esse debere præpositos, ad reddendam rationem omni poscenti, & satisfactionem de ea fide & spe quæ in eis est. & D. Paulus 1. ad Timotheum, c. 4. Episcopum ita hortatur, *Attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.* Tria officia Episcopi esse docet ex diuo Hierony. & Origene in Leuitic. c. 8 Gratianus in ca. 3. 36 distinct. discere legendo, docere prædicando, & orare. Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei, eu tanda, qui docendi in populis officium susceperunt, c. ignorantia, 38. distin. proinde non licet sacerdotibus canones ignorare, vt nec quicquam facere quod Patrum possit regulis obuiare. ca. 4. nulli sacerdotum. 38. distin. Ad minus Episcopus ea nosse debet quæ presbyterum scire oportet, librum Sacramentorum, Missale, Lectionarium, Antiphonarium, Baptisterium, Computum, Canones, Pœnitentiales, Psalterium, Homilias per circuitum anni, c. quæ ipsis sacerdotibus, 5. & c. omnes psallentes, 6. eadem 38. distinct. ex 7. Synodo ca. 2. Clemens item Papa epist. 3. & in ca. fin. 39. dist. commonet ne vllus Episcopus, propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis, à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte sit vtilitatis vel salutis, inquirere negligat, vt D. Augustinus in cap. si habes, 24. q. 3. paratum se esse testatur discere senem, etiam ab anniculo. Et Iulianus etiam præstantissimus Iurisconsultus, vt refert Pomponius in l. apud Iulianum, de fideic. liberta. lib. 40. ff. tit. 5. Ego, inquit, *discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum ætatis annum duxi.* Memor sum eius sententiæ qui dixisse fertur, *κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην*, id est, *Etsi alterum pedem in tumulo haberem, non me puderet aliquid discere.*

12 Reprobatur tamen in Episcopis continua lectio librorum Gentilium, Poëseos, Dialectices, & Physices, à D. Hieronymo ad Damasum Papam epistola 146. de filio prodigo. & in capit 4. epistolæ ad Ephesios lib. 2. Commentarior. cuius verba in cap. 1. 2 3. sub 37. dist. Gratiani voluminis Scribit etiam de seipso D. Hieronymus ad Eustochium de custodia virginum, & Rabanus de eo libr. de pressuris Ecclesiasticis, quod refertur in cap. legimus, 37. distin. fuisse ab Angelo verberatum cùm libros legeret Ciceronis, quòd Christianus Paganorum figmentis intenderet, Origenes homil. 4. ad ca. 7. Exodi, ranas Ægyptiorum comparat Poëtis, Cyniphes Dialecticis. D. Hiero. discentes autde profanas

artes,

antes, æquiparat prodigo D. Lucæ, ca. 15. qui de filiquis quas porci manducabant saturare ventrem suum cupiebat, donec nemo dabat eius esse escarum quas manducabant in domo patris vel mercenarij. Quod & commodè trahi hodie potest quibusdam non dicam sacerdotibus, sed & prælatis quibusdam, qui cum Ecclesiæ scandalo tota se dedunt in condendis Poëmatibus, hystoria Venerea, & idolorum nominibus cespuratis, & ad voluntatem animo qui plurimum prodesse alioquin Ecclesiæ possent, atque otio & pecunia circa Chymica & venationes & alia secularia, quibus renunciarunt, ab[...]tur. Multò magis vituperandi quàm hi quos D. Hieronymus & Origenes arguunt: siquidem non illi Dialecticam, aut Rhetoricam, & alia Ethnicorum ita prohibent legere vt detestentur, sed monere videntur, non ita legenda contin[...]a lectione, vt reli[...]tis sacrosanctis studiis, illa præponatur, alioquin enim & illæ artes liberales ancillares prodesse [...] poterunt suo ordine côseruato, nec vsus, sed ab[...]us reprobatur, non secus quàm ebrietas, non haustus v[...]: quemadmodum & Moses instructus dicitur & eruditus in omni scientia Ægyptiorum, Actorum 7. & Daniel, Danielis 1. Vtuntur Christiani liberalibus disciplinis, non tanquam sibi Ethnicorum, sed tanquam Christianorum tantum & Deidonis, cùm, *omne bonum desursum sit*, vt ait D. Iacobus, requirúntque scientias illas Christiani ab Ethnicis, tanquam ab iniustis possessoribus; exemplo filiorum Israël, qui iussu Dei spoliarunt Ægyptios omni auro & argento. Exod. 3. & 11. Iusserat & Deus Leuit. 2. primitias etiam mellis sibi offerri: quod interpretantur dulcedinem humanæ eloquentiæ Obtulerunt & Magi Orientales, adorantes Deum & Dominū nostrum IESVM CHRISTVM, aurum, thus, & myrrham. D. Matthæi ca. 2. quæ Rabanus in eum locum, ad tres partes Philosophiæ refert. Atque legimus aliqua ne ignoremus; legimus & aliqua non vt teneamus, sed vt renciamus, ca. 9. legimus aliqua, 37. dist. & si quis autem Grammatices nouerit, vel Dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter vera & falsa diiudicet, non improbamus, inquit Hieronymus ad ca. t. ad Titum, & in ca. si quis autem, 37. distinct. firmatur à Clemente 1. in suis epistolis ad suos discipulos, & in ca. 14. relatum est nob[...] 37. distinct.

13 Cæterùm nō tantùm in prælatis literatura seu doctrina requiritur, verùm etiam vhiú, secularium negotiorum di[...]cretio & cognitio, & prudentia in illis; vt prouidentia eorum Ecclesiæ illis commissæ conseruentur indemnes, & necessaria pro occurrenti exigentia cuique tribuantur, vt liquet ex tota 39 dist. Ea ratione D Paulus 1. ad Timoth. 3. vult Episcopum esse prudentem neque enim sub nomine simplicitatis excusare oportet stultitiam sacerdotum, subditis periculosam & damnosam, vt dicitur in principio 36. distinct. sed coniungenda prudentia innocenti simplicitati, vt monuit Dominus D. Matthæi ca. 10 vers. 16. *estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ*: habere quippe debent omnes simplicitatem columbæ, ne cuiquam machinentur dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis ca. ex merito, 13. sub 16 q. 1. Atque negotiorum secularium imperitos non esse in Episcopos ordinandos, cantum [...] Petrus, 39. distinct. quia vt ibi dicitur, talis in hoc tem pore in arce regiminis debet constitui, qui non solum de [...] internam mentum, sed etiam de extrinseca subiectorum [...] litate & cautela sciat esse sollicitus, & in ca. 6. fratrem, [...] dicitur, non sufficere lectionem & orationem Episcopo, sed oportere eum manum admonere dispensationi, [...] [...]atem patientibus, aliquin vacuum esse nomen [...] Episc. & in c. 2. qui Episcopus, 13 distinct. traditur, antequam E[...] ordinetur, inquirendum esse, an prudens, [...] castus, rebus suis prospiciens, si humi[...] lege Domini bene eruditus, &c. D Paul. [...] T[...]h 3. requirit quoque, vt sit domui suæ bene [...] Ecclesiam possit gubernare.

14 Quamobrem & prodigi notorie non possent in Episcopos aut præpositos Ecclesiarum eligi, secundum Bald. ad c. cùm in cunctis, 2. de electio. argu. l. fi. de senten. passis lib. 9. C. tit. finali.

15 Nec obligati ad ratiocinia, in c. 1. de obligat. ad ratiocinia non obligan.

---

## De his qui nōn possunt eligi ex impedimento naturæ.

### CAPVT XI.

### ARGVMENTVM.

1 *Nati ex illegitima commixtióne eligi nequeunt, & quare.*
2 *Postulari tamen possunt.*
3 *Minores ætate eligi non possunt, & qua ætas in beneficiatis, pro diuersitate beneficiorum, exigatur.*
4 *De abusu quo infantes ad Ecclesiarum gubernacula vocantur. abusúque nobilium circa beneficiorum cupiditatem.*
5 *De infantium curam Ecclesiæ habentium periculo.*
6 *De que ætate administrantium Rempub.*
7 *De ætatis dispensatione & postulatione minorum,*
8 *Prohibentur eligi qui non possunt beneficio inseruire, vt prodigi, &c.*
9 *Fatui.* 10 *Corpore vitiati cum distinctione.*
11 *Serui.* 12 *Non plures ad vnum beneficium.*

1 NATVRA primùm ineligibilis est ad prælaturas vel dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia Ecclesiastica, ex illegitima coniunctione natus, ca. cùm in cunctis, 7. ca. innotuit, 20. de electio. ca. presbyterorum, 56. distinct. pulcherrima ratio. in ca. si gens Anglorum, 56. distin. quia in illis metuitur paternt vitij imitatio, l. quisquis, §. 1. ad leg. Iul. Maiest. C. vidè Alcia. lib. 1. præsumptio. præf. 24. & quia propter honestatem & decorem domus Dei, illegitimè nati non debent admitti ad Ecclesiasticam administrationem, ca. vt filij, ca. penult. & fin. de filiis presbyter. & cautum ca. 23. Deutero. vers. 2. *Non ingredietur manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem.* Imò scoprum, ne detur occasio peccandi, quòd ab iniquo thoro semen exterminabitur. Sapient. 3. & cano. dicat, 32. quæst. 4. & filij interdum in hoc seculo puniti pro patentibus, cap. penul. 56. dist. & in c. consuluit, 5. de seruis non ordinan. lib. t. tit. 18. neque spurij, neque serui ordinandi sunt. Aristophanes Grammaticus in argumento Tragœdiæ Sophoclis Oedipi Tyranni, & ipse Sophocles in persona Oedipi, tradunt, opprobrio fuisse Græcis, spurium esse.

2 Impedimentum tamen hoc natalium non impedit, quo minus postulatio de huiusmodi impedito eligi prohibitus, fieri possit apud eum qui confirmare & dispensare potest, ca. innotuit, 20. de electio. ca. nisi cùm pridem, 10. §. personæ irregularitatis, de renunc. lib. 1. tit. 9. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, eóque facilius fit postulatorum dispensatio, si morum probitas eis adsit, & sufficientes munera videantur, cùm ignominia nascetur illicito coitu, vel de adulterio, non est eius culpa qui nascitur, sed eius qui generat, can. nasci, 56. dist. quod sententiis & exemplis eorum, qui ex ea coniunctione nati, ob bonam conuersationem promoti ad maiores dignitates fuerunt Ecclesiasticas, firmatur, in ca. 1. 2. 3. 4 5. 6. 7. & sequentibus, ca. 56. dist.

3 Secundò, prohibentur eligi ratione naturæ, qui non sunt legitimæ ætatis: indecorum enim est præponere regimini aliorum, imò valde periculosum, qui seipsos regere non possunt. ca. indecorum, de æta. & qualita ca. cam te, eod. tit. ca. cùm in cunctis, 7. de electio. In cunctis ordinibus requiritur, inquit, & in Ecclesiasticis ministeriis, ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum scientia. Ætas iure ciuili legitima, seu perfecta naturalis, qua sibi consulere & aliis potest, censetur esse 25. annorum. l. fi. de his qui veniam ætat[...] impetrauerunt. lib. 2 C. tit. 45. infra quam dicitur minor, l. 1. & 2. si maior. fact. alien. tatum habuerit. lib. 2. tit. 46. Cæterùm &

rûm & ratio ætatis, & numeros annorum iniri debent ratione negotiorum quibus personæ præponi debent, vt in ea ætate sint quæ negotiis accommoda sit & idonea: sunt enim beneficia alia aliis præstantiora, & quæ requirant maiorem prouisorum sufficientiam, pro quorum diuersitate & meliores & præstantiores eligendi sunt, vt docuimus lib. 17. Syntag. ca. 6. Prohibet dictum ca. indecorum, de ætate, nemini intra decimumquartum annum constituto, licere, dignitatem cuiuscunque Ecclesiæ conferre, quamquam non prohibeatur impubes esse canonicus, vt in specie ca. ex eo. 32. de elect. alioquin & pueri, & qui non possunt Ecclesiæ deseruire, non debent in ea idonei reputari, ca. super inordinata ordinatione, 35. de præbend. lib. 3. tit. 5. in beneficiis, quæ curam animarum habent coniunctam, vt in Diaconatu, Archidiaconatu, & Parrochiali Ecclesia: sicut olim in presbyterandis exigebantur 30. anni, ca. si presbyter, & tota 78. distinct. ex concilio Neocæsarensi ca. 11. §. clericos, de sanctis. Episco. in Nouel. non enim ad prædictas Ecclesias & dignitates vocari poterant qui non essent presbyteri, ca. 1. ca. præterea, de ætat. & qualita. ca. sicut, 21. quæst. 2. ex concilio tamen posteà Lateranensi ætas 25. annorum in inferioribus beneficiis ab Episcopatu, veluti in Diaconatu, Subdiaconatu, & curam animarum habentibus sufficere visa est, d. ca. cùm in cunctis, §. inferiora etiam de electio. Abbatissa eligenda olim esse debebat sexagenaria, ca. iuuenculas, 20. qu. 1. posteà potuerunt eligi ætatis 25. annorû, d. §. inferiora, dehinc tamen 30. anni constituti, in ca. indemnitatibus, de electio. in Sext. postulari nihilominus minoris ætatis posse, tradit glossa ibidem ad verbum, *eligatur*, per ca. innotuit, de electio. dispensante summo Pontifice, ca. vni. de ætat. & qualita. ordinan. in Sext. Iuxto porrò concilium relatum in ca. cùm in cunctis, electus in Episcopum debet esse 30. annorum. In Gallia autem sufficeret si nominatus à rege sit 27. annorum. §. 1. de regia ad prælaturas nominatio. in Concordat.

4 Miserrima Ecclesiæ conditio ex eo tempore cœpit, quo infantes ambitione & cupiditate, ne dicam simonia parentum, inthronizati in sede dignitatum Ecclesiasticarum fuerunt: forsan non mentiar, si dixero adhuc non natos beneficiorum mitras & baculos pastorales gerere in vtero matrum, vt non mirum si periclitentur puerperæ matres eorum, in pariendis prælatis tot insignibus Ecclesiasticis in vtero redimitis. O infœlicia tempora! ô nundinatio bonorum & domus Christi! vt quoque mirandum nô sit, si Deus irascatur in populum, & si incipiat iudicium à domo Dei. Aurum Ecclesiæ quotidie in necem ipsius matris conuertitur, & qui tutelam Ecclesiarum se suscipere videri volunt, illi sunt qui miserè illam excarnificant peiùs quàm hæretici: vbi enim defensoris specimen ediderunt, statim in bona & prælaturas manus iniiciunt, & infantibus puerulis suis vel proximorum congregant, idque fauore nobilitatis, & religionis prætextu, cum dispensationibus, quibus speciosum fucum simplicibus Christianis faciunt: cum tamê acutè videntes, perspectum habeant, non tam fauore religionis, quàm sui gratia, & augendarum opum causa, suis dominibus beneficia & prælaturas coniungere. Vtinam sancti Patres, summos Pontifices dico, non tam faciles essent ad dispensationes has concedendas, & detegerent prætextu nobilitatis & defensionis fidei, impetrantes transferre in laicas & profanas pompas patrimonium Ecclesiæ & Christi: dum enim in commendam principes, infantes, vel maiores regularia beneficia capiunt, dum iidem onerantur duobus, tribus, quatuor, quinque, vel pluribus Episcopatibus, sedes destituuntur pastore, Canonici sine capite, irreligiosi, vagantes, satellites voluptatum fiunt, monachi regularem obseruantiam (absente prælato) omittunt, scandala crescunt, nullo opprimente, hæretici grassandi occasionem accipiunt, pastore non existente, malóque exemplo suborto, ædificia tot donis & liberalitatibus principum excitata, collabuntur, pauperes Ecclesiarum alumni fame pereunt, redditibus in Curiam vel in domos profanas translatis. Clerici nulli inueniuntur qui studere velint & sacris vacare, sublata omni spe obtinendi beneficia, quibus se dignos efficerent, nisi inuolarentur à principibus vel potestate prædiris, à quibus & qui aliquando iuste bene meriti beneficia possident, impudenter, vi, metu, calumniis penè enecantur, non dixero intoxicantur, donec inuiti cogantur etiam viuentes suis cedere vel eiurare. Vtinam principes, qui tot beneficiis onerantur, resipiscerent, & considerarent nihil tam periculosum onere & cautione animarum quæ à manu illorum exquirendæ sint, si perierint, à Deo omnium principum Imperatore, quique proprio filio non pepercit, sed dedit nobiscum in redemptionem pro illis, & quas ipse proprio sanguine redemit. Vtinam, inquam, considerarent propriam animam pro anima perdita esse reddendã, quodque grauius iudicium pro pluribus Deo sistendis. Vtinam reminiscerentur nihil prodesse homini, si vniuersum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur, & dulcedinem vanissimam honorum, equitatuum, seruorum, & similium, quæ sibi parant ex bonis Ecclesiæ, nihil aliud esse quàm peccatorum exuuias, pauperum fame morientium cibos, clericorum mendicantium ad totius dedecus cleri, annonam, & futurum ex abusu, vt quo tempore victuros se sperabunt, momento in infernum cum sacrilegis, nisi resipiscant, descendant. Forsan surdis cano, & forsan aperient aliqui oculos, vt videant, aures reserabunt, vt audiant: forsan & nimium acutè & curiosè loqui aliquibus, videbor quibus nondum adire Antycyram, vel cognoscere Eleborum contingit, sed nihil moror, sentiant vt velint, hæc parenthesis mihi in mentem nunc venit, meliúsque arbitror pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium, ego non didici puluinaria delinquentibus consuere, & perspectum habeo quòd *veritas odium parit*, & nihilominus quòd *veritas Domini manet in æternum*.

5 Redeo in viam, & non immeritò sacrarum constitutionum authores, qui conciliis Ecclesiasticis interfuerunt, qui sanctiones hac de re ediderunt, infantium & aliorum non maturas ætates, ab Ecclesiarum prælaturis reiecerunt, cùm in tractandis publicis negotiis animaduerterẽt principes etiam Paganos & Respublicas tales non admisisse, neque etiam tam stultum inueniri posse principem puto, qui vellet committere filio suo infanti, cum discrimine vitæ temporalis eius, Ducatum militiæ armatæ, in qua pugnare deberet in propria persona: nollet enim, aut crudelis nimiùm esset, vel parricida, mortieum exponere, imò nec vellet Imperium infanti suo seruorum, non equorum vel asinorum committere; & tamen (ô malum!) non erubescit animarum curam ei subiicere, quæ multò omnibus rebus pretiosiores & digniores, & in quarum gubernatione quis potiùs periculo mortis æternæ se exponit, quàm si per furentes acies armatas discrimen vitæ temporalis susciperet. Maior cura, maior prudentia, & disciplina, in regendis animabus, vbi ars artium regimen hoc dicitur, ex c. cùm sit. 14. de ætat. & qualitat. quàm in regendis corporibus, & rebus politicis.

6 Et tamen Ethnici, vt legimus, in priscis legibus Romanis constituerunt, ne quis Consulatum ante quadragesimum annum peteret, néve ante quadragesimumtertiũ gerere posset: ne Præturam petere ante trigesimumnonum annum, gerere verò ante quadragesimum posset: non Ædilitatem ante vigesimumsextum, gerere verò ante 27. vt refert Gracchus lib. 1. de comitiis Romanorum, cap. 3. Liuius libr. 10 deca. 4. Suasit & Mecœnas Augusto, ne minor saltem 25. annorum, in Senatum all[illegible] gereretur: ne Prætor fieret ante 30. dicens non esse concedendam administrationẽ Reipublicæ ei, cui non concederetur suorum bono[illegible]m administratio, vt narrat Dio Cassius lib. 53. Prohibent & le[illegible]s ciuiles etiam in penuri[illegible] maxima hominum, nô esse ad [illegible] rempublicam administrandam minores 25. anno. admittẽdos, l. ad Rempublicã, 8. de munerib. & honor. ff. l. 2 §. fin. de mu.

immu-

immuni.ff.l.Lucius,21.§.pen.ad munici.ff.Mos est antiquus seniores in magistratib.deferēdis eligere.Philo Iudæus li.de agricultura.l.vt gradatim,de muner.ff. l.sēper de iure immuni.ff.l.1.de albo scribē.ff.vide quę de hoc diximus,lib.47.Synt.c.9.Chalcidensium lex,ne quis natus infra annos quinquaginta,vel magistratū ageret,vel legationē obiret. Heraclides in Rep.Lacedęm. Senatores ex senibus in Repub. Roma.Dionys. Halicarn.in 2.&apud Spartiatas ex lege Lycurgi,Plutarch. in Lycurgo siquidem iudicia optima in experiētia & prudētia,vt tradit Plato 9. de Legib.quę vel desideramus sūmopere in tractādis sacris&spiritualib. in quibus perniciosius erratur quàm in profanis.

7 Cæterū nō inficiamur,dispensationē ętatis ab iis qui potestatē habēt impetrari posse, & postulationē fieri posse eorū qui ꝓpter nō impletā legitimā vel requisitā à canonib.ętatē, eligi non possent,c.2.de ætat. & qualit.& datur venia ętatis ex causa,his quós vitæ morūmq; honestas,& mētis solertia cōmendat. l.2.de his qui veniam ętatis impetrauer.li.2.C.ti.45.senectus quippe venerabilis est,non diuturna,nec annorū numero computata.*Cani autē sunt sensus hominis,& ætas senectutis vita immaculata.*Sapien.ver.8.Canities presbyterorū,nō in numero annorum, sed in sapiētia sita est,c.fi.84.dist.vt enim malitia,sic prudētia supplet ętatē.c.de illis,c.fi.de despons.impub.Fuit Timoth.Episcopus iuuenis,cuius tamen iuuentutē contēni noluit D.Paul.1.ad Timot,c.5.Diuus Ignatius Magnesiorum Episcopum Damā honorandū esse docet exēplo iuuenis Salomonis,& Danielis,& Iosue.Exēpla proborū iuuenum & acceleratę sapientiæ sunt quędā sparsim tractata à diuersis,verū quia rara,& pręcoces fructus aliquādo suspecti sunt,iudicium dispensationis superiori relinquitur, qui potest supra leges dispensare;is autē solet ex iure ciuili inquisitionē morū & vitę impetrāns veniam cōmittere illis qui nosse possint, dict. l.2.de his qui ven.ęt.impet.C.nec adhuc temere indulget, nisi prius masculi vigesimi anni metas impleuerint:fœminę 18.quēadmodum & regula Pauli Papę 3. super defectu ętatis,statuit, fieri posse tantum gratiā sup defectu ętatis duorū annorū, p̄habita inquisitione idoneitatis, cum censeāt istiusmodi decreta ambitiosa,vt&perrarò etiā Imperatores minorib.extra ordinē rerum suarum administrationem indulserint.l.3. de minor.25.annis.ff.Quāquam Leo Imperat.Nou.28. tit.quo tēpore & à quib.rerum suarum administratio cōcedi debeat,cōstituit aliquādo, ante 18. & 20. annū indulgendā esse veniā ętatis,si modò antè capaces inueniātur postulātes administrationis obeundę.Quare & iure ciuili,si princeps magistratuum minori cōmiserit , videtur &ei potestatem concessisse iudicandi.l. quidā consulebāt,§.fi.de re iud.ff.l.si rogatus, 10.fi.de manumi.vind.li.4.ff.ti.1.l.vni.§.fi.de offi.Consul.li.1.ff. tit.7.Nero ita Consulatum iniit anno ætatis 20.vt refert Cornel.Tacitus li.12.Octauius ann.18.Cōsul creatus,Liui. li.9.decad.12. Et certè sum.Pont. si adsit idonea capacitas in minori,ad dispēsandum de ætatē ꝓuidendi seu postulati, facilè dispensat.Cęterū dispensando cū infantib.nō idoneis ad p̄laturas, p̄textu nobilitatis,ipse videre potest,nū tutus sit corā Deo , qui ita in p̄iudiciū Ecclesię dispēsatur,cū & sum.Pont.noluerit haberi in hac causa rationē fuarum literarum, vel occasionis alterius.ca.eam te,4.de ætat.& qual.

8 Tertiò ꝓhibentur eligi natura.qui seruire nō possunt Ecclesiæ ministerio,nec volent,c.relatum est nobis,4.de cler.non resid. lib.3.tit.4.c.quia in tantum;c. cum nō ignores,de præb.nam illi æquiparantur pueris,ꝙ pertinet ad beneficia possidenda , c.super ordinata,35.de præb.proinde prodigi, quibus bonis interdictum est,sua administrare cum non possint,l.is cui bonis, 6. de verb.obl.tit.de curat.furios.vel prod.da.idonei non censentur , non aliter quàm furiosi vel fatui.Nouell.Leō.8.

9 Prohibet nāmq; quarto loco natura,ne fatuus eligatur,aut electus à cōfirmāte admittatur,c.venerabilem,de elect.debet enim electus prudenter dispensare bona Ecclesię,&domui suę bene est ꝓpositus : si quis enim domui suæ præesse nequit , quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit : vt ait D.Paul.1.ad Tim.c.5.Amotus hac ratione à regni Gallici gubernatione Chilpericus,dictus,stupidus,seu insensatus,9.ætus regni ann.tanquā & potestati inutilis,& subrogatus in locū eius Pipinus Caroli magni pater, per Zachariam 1.sum.Pont.Græcum,qui adeptus erat sedem ann. Dom.741.c.3.alius, 15.q.6.Gregor.lib.7.epist.8.& 21.Yuo Carnotens.parte 5.c.fi.Paulus Æmil.lib.2.Aimo.lib.4.c.61.Sigeber.& Rhegino. In Chron.

10 Quintò, natura ineligibiles sunt corporeo vitio laborantes, ex quo sacris dignitatis munerib. vacare non possunt,& ex quo irregulares fiunt,c.hinc enim, 49.dist.Leu.21.c.a.c.exposuisti,&tōto titulo de corpor. vitia.non ordinan.li.1. tit.20. vbi exempla ponūntur, leprosi,maculam habentis , qui passus est sponte sino morbi necessitate aut violentia sibi abscindi virilia; &c.c.3.& c.ex parte,5. eod.& eò pertinet tota 55.dist. Qui morbosi vel vitiosi dicantur,tractatur per maiorem partem tituli de ędilit.edict.li.20.ff.ti.1. attamen non omnia vitia corporalia arcere ab electione existimandum est,sed ea quæ habent deformitatē indecorā, & quæ prohibēt ne quis mysteria possit sui officij pertractare.vt docetur in d.titul.de corpor.vitia. non ordin. Notandum & insuper eadem vitiā impedire electionem,& ordinationem sequentem:quæ tamē nō adimāt beneficia nec ordines,si casu vel naturali causa superuenerint:c.pen.& fi.de cler.ęgrot.li.3. ti:6.c.cū percussio.c.scripsit,c.qualiter , 7.q.1.multa enim facta tenēt quę si faciēda essēt non fierent; vt de matrimonio dicitur,ꝙ à furioso cōtrahi nō potest,superueniēte tamen furore cōtractum nō dissoluitur;l. patre furioso,7.de his qui sunt sui vel alien.iur. ff.l.furor,16.de rit.nup.ff.c.neq;furiosus,32.q.7.c.dilectus,24 de spons.sic furioso nō datur magistratus, datus autē superueniēte furore statim nō ei adimitur,l.iudex,46. l.cū Prętor,de iud.ff.l.qui furere; 20.de stat.hom. idē in monacho furioso,c.sicut 15.de regular.lib.3.tit.31.

11 Sextò,ex naturali statu pendere videtur, quòd liber non seruus eligatur , quemadmodum in ordinatione statuitur, titulo de seruis non ordin.lib.1.tit.18. quod ex pluribus sacrosanctis conciliis comprobatur in c.1.2.3.4.sub 54.dist.

12 Septimò,naturę legib. adscribi posset,quòd vnus tātū,nō duo vel plures in sedē vacantē eligantur;iuxta exēpla c.in apib.qui,41.sub 7.q 1.monarchia quippe in vnaquaq; gubernatione melior & potior habita; vt disputat Arist.li.3.Poli.c.11.& 12.& nos li.47.Synt.c. 13.n.24. & 25.itē quia coniugium cōtrahitur inter Ecclesiā & ꝓlatū, & illud indissolubile exemplo cōiugij carnalis,c.inter corporalia , 2. de translat. Episc.ideò bigamia non est introducenda , neq; marito Ecclesiæ spōsæ duo pastores mariti,neq; pręlato duæ Ecclesiæ coniuges dari possunt cōmuni iure,c.sicut alterius, 7. q.1.bigamia in cōiugio carnali prohibetur D.Matth. 19.l.2.C.de incest.nup.l.eum qui,C.ad leg.Iul.de adul. 1.§.fin.& l.quid ergo,§2.de his qui notan.infam.ff.

## De his qui eligi non possunt moribus.

### CAPVT XII.

### ARGVMENTVM.

1 *Inhonesta vitâ homines eligi ad sacerdotia nequeunt.*
2 *Neophytus non ordinandus,& num eligendus.*
3 *Crapula vinóque deditus non eligendus.*
4 *Non eliguntur aleatores,milites,curiales,&c.*
5 *Non mulieres.*

6 *Nec obligati ad ratiocinia.*
7 *Oeconomus Ecclesia vacanti datus non potest eligi.*
8 *Electio fieri debet ex clericis Ecclesia vacantis, vel si consuetudo aliunde.*

PRopter mores eligi quis non potest, vel quòd improbatis moribus sit qui eligendus, vel quòd mores prohibeant aliquem, etsi bonis morib. sit, eligi. In primis igitur qui sunt inhonestæ vitæ eligi non debent, vel non possunt, §.1. quomod. oport. Epis. Nouell. 6. cum ad Ecclesiæ administrationem tales personæ sint admittendæ, quę discretione pręemineant & morum fulgeant honestate, c. indecorũ, 3. de ęta. & qualit. & proinde, vel ante confirmationem qui confirmat, debet inquirere de morib. & vita electi, c. 3. de elect. & Iustin. in Nouel. 123. §. 1. oporteréq; inculpabilem esse vitam Episcopi tradit D. Paul. 1. ad Timothe. c. 3. l. omnẽ adhibẽtes prouidẽtiã, 42. de Epis. & cler. C. l. sacrosancta, 34. eo. ti. c. 2. in sacerdotib 61. 25. dis. conc. Carth. 3. c. 40. c. illud statuendũ, 25. d. Alexãder Seuerus apud Lamprydium dicebat, graue esse, cũ id Christiani & Iudęi facerent, in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non id fieri in prouinciarum Præsidibus, quib. & fortunę hominum & capita committerẽtur; si non inquireretur de eorum moribus, & vita, facit Concilium Carthaginense 3. c. 22. vnde c. 2. 24. dis. sumptus, *Nullus*, inquit, *ordinetur clericus, nisi probatus fuerit vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.*

2 Propter metum superhiæ, prohibetur neophytus seu nuper plantatus in fide vel religione, eligi, ne inasueta dignitate in superbia intumescat, & incidat in Sathanę laqueos, 1. ad Timoth. 3. c. sicut neophytus, 48. dist. Si tamen ratio cessaret & se humiliter gereret, eligi posset, c. 6. Neophytus, 61. dist. quia cessante ratione legis, cessat dispositio. c. cum cessante, de appel.

3 Honestum etiam non est, eligere in pastorem crapulæ vinove deditum, cum ob hęc vitia possessor beneficij, admonitus, nec se corrigens, ab officio & beneficio suspendi possit, c. à crapula, 14. de vit. & honest. cler. probat tota 35. dist. & cum ebriosis prohibemur sumere cibum. c. ad mensam. 11. q. 3. *Væ*, inquit Esaias c. 6. vers. 22. *qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Vide quę diximus de ebrietate li. 39. Syntag. c. 8.

4 Ob improbatos quoque mores aleatores publici & consueti non sunt eligendi, cum illis non possint conferri beneficia, c. inter dilectos, de exces. prælat. nec milites, curiales, histriones, c. 1. aliquantos, 51. dist. vide c. vni. de vita & hon. cler. in sex. in summa quorũ vitæ dedecus ad ignominiam & contemptum Ecclesiæ conuerti posset, eligendi non erunt; aut si electi, à superiore non erunt confirmandi.

5 Ratione porrò consuetudinum, quę ex moribus pendent, non possunt eligi mulieres ad dignitates & beneficia Ecclesiastica, quia clericatum non habent vel ordines sacros, nec possunt sacra tangere, c. sacratas, 23. dist. non prędicare, non absoluere, vel exomologeses audire, c. noua, de pœ. & remissio. c. mulierem, 33. q. 5. & in hoc prudentiores nos Ethnicis, qui sacra & sacerdotia quædam mulierib. committebãt, vt scribit Dion. Hal. li. 2. & Plato 6. de Legib. & nos li. 16. Syntag. c. 10. in beneficiis tamen quæ habent mulierum monialium administrationem, quæve nihil clericalis ordinis, nullumve eius munus exigunt, eligi possunt, & solent mulieres, vti in Abbatiis, Prioratib. & monasteriis aliis mulierum, iuxta formulã c. indemnitatib. de elect. in sex. c. causam quę, 8. eo. ti. apud Greg. dummodò aliunde illi muneri sint idoneæ, nec repugnet etiã ius ciuile omnino, quin mulierib. deferãtur quædã munera sexui consona, alienáve à virilibus, l. vn. de mulierib. & in quo loco munera sexui congruentia obire possunt, li. 10. C. tit. 62. & certè alioquin mulierũ propriũ est subiici, silere, non imperare, nec loqui, vt probatur per totam 33. q. 5. vide l. fœminæ, & ibi notata, de reg. iur. ff. l. in multis, & ibi gl. de stat. hom. ff. l. cum Prætor, de iudic. ff.

6 Dehinc & mores prohiberent & ius, obligatos alienis personæ laicę ad ratiocinia, putà procuratores, actores, executores, tutores, curatores, & similes, non posse ordinari vel eligi in Ecclesia: postulari tamen posse. c. vn. de obli. ad ratioci. ord. vel non, li. 1. ti. 18. ca. vni. 53. dist.

7 Tertiò, ob suspectos mores ex morum communi sententia, non poterit eligi custos vel administrator datus Ecclesiæ vacanti, vt notat gl. 1. ad verbũ *cõstitutũ*, in c. constitutum, 21. & ibi textus, 7. q. 1. ne detur occasio malignè aliquid agendi, quemadmodum eadẽ ratione prohibitũ, ne tutor ducat in vxorẽ pupillam suam, antequam reddiderit rationes, in l. si tutor, de interdict. matrimo. inter tutorem & pup. & li. 5. C. ti. 6. l. 3. de nupt. vt neq; creditor sibi addicere pignus potest, l. 4. qui bon. cedere poss. li. 7. C. tit. 71. l. fi. de iure dominij impetr. li. 8. C. prohibitum & est, ne Oeconomus vel eius cognati, emant res Ecclesiæ cuius sunt Oeconomi, quando etiam distractio permissa est, & emptio cæteris, §. si verò non sint, vers. *Oecon.* de alien. & emphyt. in Nouel. & in Auth. quibuscũq. modis, de sacro. Eccl. §. si autem, in fi. de sanctiss. Episc. in Nouel. vt neque administranti prouinciam, in ea prouincia, liceat res aliquas emere. l. non licet, l. qui officij, de contr. emp. ff. Aliud simile exemplum in l. si emptione, §. tutor, de contra. empt. quamquam regulariter alioquin officiũ nemini debeat esse damnosum, l. si seruus communis, 61. §. quod verò ad mandati actionem, de furtis. li. 47. ff. ti. 2. quòd hîc non habet locum: non enim officium hîc administratori damnosum est, sed cauetur ne damnum inferatur per officium obtentu officij Ecclesię, neque etiam quis plurium subire potest officium, & sufficit obire vnum ad euitandam suspicionem. l. fi. de assess. C.

8 Quartò, lege communi pręscriptum est, vt Abbas seu prælatus eligatur ex gremio Ecclesiæ, & ex clericis vel monachis Ecclesię vacantis, c. 4. Abbatem, 18. q. 2. vt summus Pontifex ex gremio vel collegio Cardinalium, si ibi idoneus inueniatur, sin minus, aliunde, c. in nomine Domini, 23. dist. idipsum statutum, vt alij pręlati eligantur ex collegio Ecclesię, si idonei ibi reperiantur: sin minus, aliunde, c. nullus, c. obitum, 61. di. c. Metropolitano, 63. di. c. quàm sit, 18. q. 2. c. licet, 8. q. 1. valet etiam ita de alia Ecclesia facta electio, cap. cum nobis, c. cum inter, c. in causis, de elect. tamen ex more, potest receptum defendi, vt adueniente Ecclesiæ vacatione non eligatur pręlatus aliunde quàm ex certa Ecclesia seu monasterio, c. Abbate S. Syluani, 25. de verb. sig. c. cum dilectus, 8. de consuet. dummodò in eo loco, ex quo eligi debet, inueniatur idoneus, iuxta ea quæ fusè explicat glossa ad d. c. Abbate, 25. ad verba, *donec ibidem*, de verb. sign. quam videto.

## De formula & ordine electionis, & primùm de tempore eligendi.

### CAPVT XIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Ante electionem verè vacare debet Ecclesia.*
2 *Ecclesia qua dicatur viduata pastore.*
3 *Ecclesia antequam vacent non conferuntur.*
4 *Tractari tamen de electione prælato ægrotãte leuiter an possit.*
5 *An ante electionẽ sit expectãda sepultura prælati mortui.*
6 *Electio intra tres menses fieri debet prælati, aliter ius ad superiorem deuoluitur. & 7.*
7 *In aliis minoribus beneficiis intra sex menses.*
8 *Aliquando in summi Pontificatus electione decem tantùm dies requisiti.*
9 *De deuolutione diuersa electionis, & regia ad prælaturas nominatione.*

10 Quando

10 *Quando electoribus tempus incipiat currere.*
11 *Mensium dies quot & quomodo computandi.*
12 *Impedimenta a lapsu temporis subducenda.*
13 *Vacationis Ecclesiæ tempore quomodo ea erit gerēda.*
14 *De administratore dato a summo Pontifice Episcopatuum vacantium.*
15 *De Regulæ iure, quod habent reges Galliæ vacantibus Episcopatibus.*
16 *Vacantis Ecclesiæ administrator quibus nominibus appelletur, & officia eius.*
17 *Electionis faciēda impēsæ vnde accipi, & solui debeāt.*

1 METhodus postulat, vt ad formulam electionis veniamus, & agamus de his quę ante electionem, & quæ in ipsa electione, & post electionē obseruanda sunt, & primum, de tempore, in quo eligendū est. Considerabimus itaque pro eius obseruatione, antequam perueniatur ad electionem, Ecclesiam, de cuius pastoris electione agitur, vacare debere, ea vacatione, quæ reddat Ecclesiam viduatam pastore, vel morte naturali pastoris, vel alia ciuili, seu depositione, c.1. . q.1. vel quòd ad monachismum descenderit ex permissione summi Pontificis, c.temporis. §.atē si aliquis, c.7. q.1. si Episcopus in aliam fuerit translatus Ecclesiam, c.mutationes, c.Episcopus de loco, 7.q.1. vel si aliis modis quib. vacatio inducitur, sine pastore efficiatur Ecclesia: potest.n. vacare omnino beneficiū ipso iure adeptione secundi beneficij incōpatibilis sine dispēsatione, c.dudum, in 2.de elect. per simoniam, c.insinuatam, de simo. per crimen falsitatis vel maiestatis, c.ad falsariorum, de crim.falsi.c.fœlicis, de pœn. item ipso iure & facto, per mortem, per renunciationem, c.statutum, de rescr. in sext. c.post translationem; & c.si. de renunc. per sententiam iudicis, c.querelam, de iureiu. ex literis, de exces. prælat. Non existimarem autem posse quem subrogari in locum eius, cuius Ecclesia solum ipso facto vacaret vero pastore; vi deiecto; nam de facto quidem, sed non de iure vacat. c.ad audientiam, de his quæ vi met.caus.fiunt.

2 Sic enim verè viduata pastore Ecclesia dicitur, quæ non habet pastorem re ipsa, aliàs autem & dicetur viduata pastore quæ illum habet, sed inutilem: c. inter corporalia, 2.vers. *sed neq. illud*, de translatio. Episc. lib. 1. tit. 7. vt qui sunt sub officio separati, & vitam suam tanquam mortui plangunt, c.facilius, 31. de pœ. dist. 1 eàq; ratione & vidua mulier dicitur, non solum cuius maritus mortuus est, sed & quę habet maritum inutilem, gl. in l.si. ad l. Flauiam de plagi. C. vt non intelligitur esse actor qui inutilis est ad agendum, l.1.§. pen. quod cuiusq; Vniuers. nomi. lib. 3. tit. 4. atq; l. quoties, 6. qui satisd. cogan. li. 2. ff. ti. 8. l. quamuis, 8. §. si conuenerit, ad Senatus. Vell. li. 16. ti. 1. & in his non posset prospici per electionem Ecclesię, quæ quamuis inutilem habeat prælatum, tamen qualemcunq; habet: alioquin vereor, ne maior pars Episcopatuum & Abbatiarum, Prioratuum & beneficiorum, vacare diceretur, quib. non dicam præpositi sunt inutiles Ecclesiæ, velut ei infantes, commendatarij seu fiduciarij nobilium, sed etiam perniciosissimi & pestes Ecclesiarum. Sic & viduata non censebitur ad fines electionis ineundæ Ecclesia, quæ habet prælatum electum & confirmatum, sed nondum consecratum; quāuis non consecrato pastore, secundum quid, viduata dicetur; ex eo quòd non consecratus consecratorum munera non possit obire. c.quoniam 100. distinct.

3 Cur autem nisi Ecclesia vacante fiat electio, ratio erit, quòd Ecclesię non conferuntur viuente pastore, vel alio modo ea eodem priuata, c.3. de conc.preb. li.3. ti.8. vbi ex concilij Lateran. sob Alex.3. summo Pontifice habiti c.8. beneficia vel conferri, vel promitti antequam vacent non possunt, quod & in c.2. eiusdem tituli de conc.preb. explicatur, & in c.ex tenore, eo.tit. & c.detestanda, eo.ti. in 6. firmatur & in conc. Trid. ses. 24. c. 19. de refor. Ne detur etiam occasio desiderandi mortem eius, in cuius locum nouerit quis se successurum. quemadmodum & pactum de futura, vel de viuentis successione reprobatur in l.fi. C. de pact. l. pactum dotali, de colla. C. cum similib. vt neq; consensus possessoris iuuet collationem non vacantis beneficij, c.quod autem de iure patr. atque institutus scienter in beneficio viuentis, deponitur, c.1. de conc.preb. priuatur & sacerdotio & ab omni ministerio Ecclesiastico repellitur. qui pastus est se successorem viuo ordinari, c.7. in primis, 2.q.1. dicitur & fur, & latro, ca. non furem, 7.q.1. Eadem tractantur de non subrogando in locum viuentis, c.1.3.5. & can. sicut vir, & ca. præsentium, 7.q.1.

4 Aegrotante ideò prelato, etiamsi de eius salute desperaretur, Canonici vel alij electores non possunt tractare de electione. c.obeuntibus, 63. dist. Pano. in c. bonę in 2. 36. n. 2. 1. 12. de elect. viuente tamen Pontifice posset licitè haberi tractatus consultorius de Pontifice eligendo, vt talis persona ad talem prælaturam videretur honesta. atq; aliis hoc ipsum potest persuaderi, sed non debet hoc omnino deliberari: sic potest intelligi c.si transitus, 79. di. facit c.in nomine Domini, 23. dist. & quod scripsit Panor. ad c.licet, de electio.

5 Post mortem prælati ergo de electione agendum erit & expectanda de honestate sepultura eius. c.bonę memorię, 16. in 2. de elec. & tertius eius dies depositionis, c.7. nullus in 2. 79. dist. si tamen electio fieret intra tres dies à morte prelati, valere notat gl. & Pan. n. 11. in d. c. bonę memoriæ, in 2. quia, vt notant ibidem Pan. & Inno. tres menses ad eligendum prelatum dati currunt ab hora mortis vltimi prelati quod non fieret si expectandi essent tres dies post mortem eius, quia non valenti agere non currit prescriptio, l.1. §. fi. de annal. except. l.1. §. fi. de bon. matern. C. & infrà latius, dicitur & in c.3. in fi. 8. q.1. quòd post obitum quiescentis, clerici habent potestatem eligendi. Responderi autem ad c.bonę memorię posse arbitramur, ibi quidem inter causas irritæ electionis ponitur, quòd ante sepulturam prelati, habitus fuisset tractatus de eligendo illa autem sola non erat, sed quia vnus ex electorib. contemptus fuerat, nec vocatus, & quòd is egerat de contempto. Ad c.autem nullus Pont. Romano 79. dist. dicunt, dispositionem illius canonis ad honestatem. non ad necessitatem pertinere, verum ego existimo Synodum Romanam sub Bonifac. 3. idipsum statuisse, & voluit ita seruari; sed dicam cum Platina in fine vitæ eius, vnà cum vita Bonifacij vt video etiam, decreta eius extincta fuisse, nec sine ratione: quamuis enim honestum esset triduum expectare à morte, tamen necessitas vrgere potest accelerationem electionis, potissimum sum. Pontificis, ne seditionib. vel factionibus detur occasio tumultuandi, néve impressiones accedant principum & potestatum; non ausim dicere ne voces electorum pecunia, gratia, amore corrumpantur: & ita etiam probandam acceleratam electionem defendit Zabar. ad c.quia propter, notabili 7. de elect. & iudicatum in causa Ecclesię Ylardensis in Curia Romana scribunt Inno. & Host. ad d.c.bonę memorię, in 2. facit argumētum à matrimonio corporali ad spirituale receptum in c. inter corporalia, de translat. Episc. vt quemadmodum mortuo marito statim vxor est soluta à lege viri, & potest nubere impunè cui voluerit, c.pen. & fi. de sec. nup. sic & mortuo prælato, statim Ecclesia, eius sponsa, censetur ab eius lege libera, vt alteri possit coniungi impunè.

6 Electio porrò mortuo pastore fieri debet; siue vacatione prelaturæ regularis vel Cathedralis adueniēte intra tres menses, intra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerunt, eligendi potestate carere debent ea vice; & ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximè præest,

dignoscitur, deuoluitur, qui debeat cũ cõsillo capituli, & aliorũ prudentũ virorũ viduatę Ecclesię, de persona idonea prouidere, c. ne pro defectu, 41. de elect. c. postquam, 50. dist. c. obeuoribus, 63. dist.

7 In aliis beneficiis electiuis quàm prę latu ris, & minoribus, sex menses ad eligendum vel conferendum dãtur, ex concilio Lateranensi, in c. nulla, 2. de conc. præb. c. de multa §. 1. de præb. c. licet, de suppl. neglig præl. quod semestre tempus dicti concilij abbreuiatum in prælaturis, in quibus nõ obtinet, c. dilectus filius, 12. de cõcet. præb. propter maius periculũ pluriũ animarum, & ob necessitatem pastoris maiorem, & quãuis Host. ad d. cap. ne pro defectu, dixerit, in beneficiis aliis quàm prælaturis electiuis, vt præposituris & decanatibus Ecclesiarũ, tres mẽses tantùm ad eligendũ concedi: verior tamen habetur sententia Innocentij & Bartholomęi Compostellani ad d. c. ne pro defectu, tres menses non habere locũ in aliis quã pręlaturis, sed in aliis sex menses dari, argumento ex eodem c. ne pro defectu, sumpto, quod loquitur tantùm de prælaturis: & si voluisset summus Pontifex de aliis beneficiis quoq; idipsum statuere, dixisset similiter; & expressisset, & ita argumentatur S. Pontif. in decimis & nouali bus, in c. ad audientiam, de decim. & in aliis quoque sic consideratum. in c. inter corporalia, de translatio. epis. l. si verò, §. de viro, sol. matr.

8 In hoc quoque differunt electiones prælaturarũ ab aliis inferiorũ beneficiorum in tempore breuiori, quẽadmodum & tempus 3. mensium adhuc contractum est ad decẽ dies in electione summi Pontificis, propter maius periculum animarum, ob diuturnam vacationem eius sedis, ca. vbi periculum, de elect. in 6. quemadmodum mandatarius ratione clausulæ, *motus propry*, habet decẽ dies ad eligendum pinguius beneficium, iuxta c. si pluribus, de præb. in 6. & Canonici ad optandum duplicatũ, tempus viginti dierum. c. fin. de consuet. in 6. Instituerat & Bonifacius 2. qui adeptus sedem anno 531. vt in locum demortui S. Pontificis alius Pontifex, si fieri posset, tertia die sufficeretur, ne dilatio seditionem faceret, vt refert Platina in Bonifacio 2.

9 Sed & inter electiones prælaturarum, & aliorum beneficiorum, interest in iure deuoluto, nam quanquam ob defectum collationis beneficiorum post sex menses deuoluatur ius conferendi ad superiorem, per ca. 2. de concess. præb. & c. licet, de suppl. negl. prælat. vt ob defectum electionis prælati post tres menses fit deuolutio: attamẽ ad diuersos, & diuerso modo in vtrisque ius deuoluitur, iuxta c. quamquam, de elect. in 6. vbi, si canonici vel electores priuentur potestate eligendi prælatum, vel ipso iure, vel per sententiam, ius deuoluitur ad solum summũ Pontificem: si ex causa negligentiæ, ad proximum superiorem tantùm. In aliis autem inferioribus beneficiis ex quacumque causa priuentur iure eligendi vel conferendi. potestas deuoluitur ad proximum superiorẽ. In Gallia, sublatis electionibus, statuit summus Pontifex Leo 10. conuentionibus habitis cum Francisco 1. rege Galliarũ, vt scribitur in §. 1. & 2. de regia ad prælatur. nominatione. vt vacantibus ecclesiis Metropolitanis, aut Cathedralibus regni, Delphinatus & Comitatus Diensis, & Valentiniensis, rex Franciæ possit vnum grauem Magistrum seu Licentiatum in Theologia, aut in vtroque Iure, aut altero Iurium Doctorem aut Licentiatum in Vniuersitate famosa, & cum rigore examinis, & in vicesimo septimo suæ ætatis anno, ad minus, constitutum, & aliàs idoneum intra sex menses à die vacationis ecclesiarum earundem computandos, summo Pontifici nominare per eundem instituendum; & si contingeret, talis conditionis vel qualitatis personam summo Pontifici regem non nominare, non teneretur summus Pontifex eidem prouideri, sed teneretur idem rex intra alios tres menses, à die recusationis personę nominatę & cognitæ, alium suprà dicto modo qualificatum nominare: alioquin posteà liberè possit summus Pontifex vacationi prouidere. Idipsum posteà statuitur in nominatione regia facienda ad monasteria & prioratus conuentuales: sex menses porrò nominationi regiæ concessi videntur, ob distantiam itineris Franciæ à Roma.

10 Menses electionis faciendæ co nce ssi currunt secũdùm gl. ad dictum c. postquam, 50. dist. à die mortis pastoris. Inno verò, & post eum Panor. ad c. bonæ memoriæ, in 2. num. 11. notant gl. meliùs dixisse ab hora mortis & scientię vacationis. Computabuntur & ideò tres mẽses sicut à die mortis posterioris pastoris, ita & à die renunciationis, translationis seu amotionis illius, si sciatur dies alioquin ignorantib. nõ currit præscriptio negligentiæ, Boer. ad §. 1. de consuet. tetractus. in Consuet. Byturig. Franciscus Curtius, cons. 8 in vsib. feud. ignorãtib. etiam sex mensiũ tempus non currit, c. licet, de suppl. neg. præl. Mandagotus de elect. nouor. præl. parte 1. c. 2. & 3. quando tamen constitutio dicit à tempore vacationis currere tempus, tunc currit etiam ignoranti, vt in can. statutum, 3. & ibi gl. ad verbum, *numerandũ*, de pręb. in sex. quoties tempus adiectum est in fauorem Ecclesiæ: ne diu vacent, & ne defectus diutius sit pastoris, c. oblatæ, de appell. aliter autem si in odium negligentis, quia tunc ignoranti non currit tempus, negligens enim dici non potest, qui ignorauit, ca. quia diuersitatem, de concess. præb. vide Panor. in rep. c. cùm esses, de testam. facit c. placuit, ibi. *A die conuentionis*, 16. q. 3. l. eos, ibi, *A die condemnationis*, C. de vsur. rei iud. l. in dotib. C. de dote cauta non num. ibi, *A morte mariti vel mulieris vel missionis repudy*.

11 Refert autem Mandagotus proximè citato ca. 3. partis prioris, de electione, diuersas sentẽtias cõputãdi mẽses; suã autem ait esse, computandos secundùm ordinẽ Calendarij, non autem per quatuor hebdomadas, neq; per triginta dies, vt in Auth. iubemus, C. de iud. non vt in l. vbi lex, 101. de regul. iur. dies vnus & sexaginta faciunt duos menses: nec ex vno & 30. dieb. vt in l. fi. §. 1. de tẽpo. appel. atque putat computandum ita mensem, vt si primo die Ianuarij moriatur prælatus, prima die Februarij finiatur primus mensis, prima Martij 2. & prima Aprilis tertius: videnda glossa hac de re ad ca. quam sit, de elect. Satiùs autem facient electores, si, ob diuersitatem sententiarum de mensis computatione, ante finem temporis eligant, quod non solùm in trimestri, in electione prælatorum, sed in semestri aliarum electionum & collationum, obseruandum erit.

12 Cęterùm in lapsu trimestris temporis vel semestris erit subductio facienda temporis legitimi impedimenti electorum. d. c. ne pro defectu, ibi, *Iusto impedimento cessante*, de elect. & ca. quia diuersitatem, de colla. pręb. sic propter legitimum impedimentum, per annum & amplius Ecclesiam vacare posse dicitur in c. constitutum, 7. q. 1. & c. 13. de Syracusanæ, 28. dist. atque Archid. in ca. bene nouit, 61. distin. notat per illum canonem, & ibidem glossa, eligendi tempus esse vtile, non continuũ, & ideò non currere ignorantib. vacationem, aut legitimè impeditis, ne faciant electionem, quemadmodum de aliis vtilib. temporib. dictum in l. 1. C. de annal. except. l. contra maiores, C. de inoff. test. l. 2. de bon. mater. C. l. 1. de diuers. & tempora. præscr. ff. l. in rebus, de iure dot. C. l. annus vtilis, de calum. ff. cum similibus dummodò cum impedimento, ipsi electores negligentes non sint ad submouendum impedimentum, alioquin enim illis negligentia noceret. vt in c. fi. de electio.

13 Pendente autem tempore, quo non possunt electores, vel impediuntur eligere, & donec alius post mortẽ pręlati eligatur, Ecclesia vacãs alicui cõmittenda est regenda, qui & fructus percipiat, & eos in vtilitatẽ Ecclesię expendat, vel reseruet successorib. seu electis c. cùm vos, 4. de off. ord. Mortuo prælato, vel capto ab hæreticis, vel schismaticis, capitulũ administrat, & dat Oeconomum, sede vacante, non Archiepiscopus, c. pen. & fin. de suppl. negligen. prælato. in sexto. libro 1. tit. 8. beneficia tamen

vacantia

vacantia collationis Episcopi non confert, nisi coniunctim pertineat collatio ad Episcopum & capitulum: alia namque reseruat Episcopo successori, vel interim summus Pontifex aditus, confert. ca. 2. ne sede vacant. cap. vnic. eod. titul. in sexto.

14 Dat & Episcopatus administratorem summus Pontifex solus, cum plena potestate, ex qua omnia administrator potest, perinde ac verus Episcopus, & confert beneficia, quod alij administratores vel Oeconomi, ab Episcopis inferioribus beneficiis vacantibus præpositi, vel à capitulo Episcopatui sede vacante, nō possunt, ca. fin. §. fin. de supplen. neglig. prælator. propter plenitudinem potestatis quam habet summus Pontifex in beneficiis ca. proposuit, de concess. præbend. De potestate etiam istius administratoris in ca. is cui, 42. de elect. vbi & de eius officio. & in ca. constitutum, 7. q. 1 Tempus huic administrationi concessæ à summo Pontifice iure constitutum non est: quod aliter in Oeconomis vel administratoribus Ecclesiarum vacantium commissis ab Episcopis statutum est, quibus vltra sex menses non potest commenda dari: ca. nemo, 15. de election. in sexto. si tamen non vacanti Ecclesiæ, sed absente pastore eo destitutæ, vicarium det & administratorem, potest id facere durante absentiæ tempore. ca. cùm ex eo, 34. de election. in sexto.

15 Ex priuilegio in Gallia, rex habet regalia in quibusdam Episcopatibus, & vacatione illorū adueniente, sede vacante, facit fructus interim suos, & confert beneficia collationis eius, donec inuestiturā ab eo electi acceperint: in aliquibus aliis habet ius constituēdi tantùm Oeconomos: fructus tamen suos non facit, qui generaliter habet custodiā omniū Ecclesiarū sui regni, maximè earū quæ sunt regiæ fundationis, & in quibus nominat sum. Pontifici, de quibus tractsui lib. 17. Syntagm. iuris, cap. 8.

16 Administrator, & visitator dicitur hac custos rerū, in ca. fin. de supplen. negl. prælat. in sexto. & intercessor, in ca. cōstitutum, 7. q. 1. dicitur & custos & Oeconomus alibi commēdatarius, in c. nemo, de electio. in sext. cuius partes in initio sunt, inuentariū rerum Ecclesię cōficere, conuenientibus omnibus clericis, ca. charitatē, 12. q. 2 & posteà illa reseruare ad vsum Ecclesiæ, vel successori eligendo, non autem sibi: sic enim in ca. generali. 13. de electione, in sext. prohibitū est habētibus regalia, custodiam, aduocationē, gardiam, seu defensionem Ecclesiarum viduatarū pastore, fructus earum occupare, cuiuscumque sint dignitatis, permissum tamen ius id si ea sit antiqua & permissa consuetudo, & ea lege, vt caueatur abusus, & reliqua conseruent bona imminuta. Et in c. quia sæpe, 40. eius tituli, capitula, collegis & aliæ personę, quę bona ab Epis. mortuis dimissa, vel vacationis tēpore aduenientis occupant, ab officiis & beneficiis suspendūtur, donec satisfecerint: probatur & latiùs in ca. fi. de offic. ordina. in sex. lib. 1. tit. 17. in Clem. statutū, 7. de elect. Clem. 1. §. in quibus etiā de supplen. neglig. prælat.

17 Ex illis bonis & fructibus Ecclesiarū, accipiuntur impensæ pro electione peragenda, debet enim capitulū expensas quas facit eius causa, de bonis prælaturę accipere, vel factę aliunde, ex illis debēt reddi, ca. vt prȩteritę, 45. de electio. & ibi de hoc glossa, quę & explicat, quales & quantæ debeant esse expensę, & in ca. cupientes, 16. §. prin. & fi. de electio. in sext. impensæ necessariæ erunt, sine quib. electio fieri nequit, l. impensę, de verbor. signif. l. 1. 2. 3. 4. de impens. in res dotal. factis ff. illęque moderatę. l. Inter, §. fi. & l. seq. de damn. infect. l. si seruos, de pignor. actio. vide l. In fundo, de rei vindic. ff.

## De congregandis electoribus, & vocatione absentium.

CAPVT XLIIII.

### ARGVMENTVM.

*1 In electione facienda quomodo præsentes erga absentes electores procedere debeant.*
*2 Absentes electores vocandi, & quando non.*
*3 Canonici qui vocari debeant.*
*4 Quare citandi vel vocandi sunt absentes electores.*
*5 Non vocatus contemptus, irrita electione, ideò solus non eligit.*
*6 Ratihabitio electionis nō vocati contēpti quid efficiat.*
*7 Absentia electorum quando non efficiat, & n. 6. & 8.*
*8 Non obest absentia eorum qui sine periculo vocari non potuerunt.*
*9 Nec eorum qui ex consuetudine vocati non sunt.*
*10 Nec eorum qui excommunicati vel interdicti sunt: & explicatur.*
*11 Nec eorum qui etiam præsentes eligere non possent.*
*12 Consuetudo Ecclesiarum in vocandis absentibus & electione sequenda.*
*13 Absentes vltra duas dietas num vocandi.*
*14 Tres menses ad eligendum an possint abbreuiari ab electoribus in præiudicium absentium.*
*15 Vocationis absentium electorum effectus.*

1 MORTVO prælato, & sepulturę mandato, si non vrgeat necessitas electionis, electores seu Canonici, qui sunt in loco vbi facienda sit electio, se in capitulum recipere debent, & diem ibi statuere, in qua facturi sint electionem: subinde debent literas suas, vel nūcium ad hoc specialiter deputatum, absentibus mittere, eisque prȩfigere eundem diem cū continuatione sequentium omnium, quousque ad perfectionem electioni requisitorum ventum fuerit, mandando eisdem vt tali die & hora, tali loco certis, cōueniāt vnà cū ipsis præsētibus, de electione futuri Pōtificis tractaturi, cū adiectione, quòd si non adfuerint in termino constituto, præsentes nihilominus procedent ad ipsius electionis negotium, ipsorum non obstante absentia, & ipsis vlterius nō vocatis, etiamsi ad alium terminū electio fuerit prorogata. Electionis futuræ intimatio, post obitum Abbatis vel Episcopi, vt compareant electores in monasterio, vel capitulo pro electione futuri: exemplū hoc habet in libro, qui Formulare instrumentorū dicitur *Fratres N. talis ordinis, Sancti (puta) Benedicti, ad Romanā Curiā nullo modo pertinētis, & frater N. humilis Prior claustri N. cuiusdā monasterij & curā ipsius gerēs; sede Abbatiali vacante, Dilectis cōreligiosis, & fratribus de N & Prioratuū, & mēbrorum à dicto monasterio dependentiū respectiuè, salutē in Domino. Cū bona memoria Dominus N. Abbas ipsius monasterij nouissimus, die 4. (puta) præsentis mēsis Decēb. (quod nō sine grādi mētis amaritudine referimus) natura soluēs debitū, spiritū suū reddiderit Creatori: Nos, ipsius corpore tradito reuerēter (vt decuit) sepultura Eccles. nolētes dictū nostrū monasterium existere pastoris diutius solatio destitutū, diē Luna post festū D. 24 mēsis Ianuarij proximè futuri, cū intimatione omniū dierū sequentiū, concorditer præfiximus ad electionī futuri pastoris & Abbatis in dicto monasterio & capitulo nostro celebrādā, ac ad alia omnia peragēda, quæ ipsius electionis negotiū cōtingere dignoscūtur. Vt igitur ignorātiā super hoc prætendere nequeatis aliquā, vobis, & cuilibet vestrū omnibus & singulis cōreligiosis præfixionē huiusmodi duxim9 intimandā, vósq. & quēlibet vestrū tenore præsētiū citamus, & vobis madamus, quatenus die d. Luna N. mane hora capituli (quā diē & horā cū omnib. sequentibus, quousq. ipsius electionis negotiū fuerit expeditū, vobis harū serie assignamus & præfigimus) ad monasterium nostrum prædictū, si volueritis, & vestrà credideritis interesse, veniatis, & cōpareatis, vna nobiscū de elect. futuri nostri Abbatis tractaturi, & ad ipsū Ab. dāte Domino, eligēdū, ac in ipso elect. negotio, modo debito processuri: alioquin vobis nō expectatis nec vlterius si prædict. terminus p nos fuerit progatus, cōuocatis, huiusmodi negotiū*

*cedemus, absentia vestra non obstante. Ad istas autē literas vobis & cuilibet vestrū præsentādas & intimādas, dilectos nostros D.D. duximus specialiter deputandos, & in signum mandati nostri suscepti & nunciorum, quilibet ex præsentibus capitulo per se manu propria vel per aliū subscripsit, vel sigillum suum apposuit. Datum in capitulo nostro, sub sigillo nostro communi, vna cum sui Notarij subscriptione, &c. die, anno, &c.*

2 Hæc formula ex necessitate vocandorum electorum absentiam pēdet, vocādi enim illi qui sunt in prouincia antequam procedatur ad electionē, ca. coram dilecto filio, 35. de electio c. obeūtibus, ca. quanto, 10. & seq. plebs Diocensis, 63. dist. si sine periculo vocari possunt: tunc enim siue venerint, siue nō adfuerint, tenet elect. die cōstituto, vel posteà prorogato facta, c. quod sicut, 28. de elect. alioquin non vocatus & contēptus, potest cōtradicere. & plus potest illius cōtradictio quā elect. aliorū, ca. bonę memoriæ, 6 de elect. quemadmodū cassatur elect. Imperatoris nō vocatis electoribus vocādis, c. venerabilem, 34. de elect. vt & in ca. cùm olim, 7. de arbitr. lib. 1. tit. 47. Qui tenetur eligere cum alicuius cōsilio, tenetur in tractatu adhibere consiliū, quamuis non teneatur illud sequi, aliter nō tenet electio. Inter casus in quibus à capitulo vocandi sunt absentes. est in causa electionis: ca. quia propter, de elect. ca. quāuis, de offic. ord. in 6. sicut in aliis ordinis negotiis, vt ait Panor. ad ca. 1. de his quæ fiunt à maior. par. capit Felin. ad ca. cùm omnes, de constitutio & c. pastoralis, de rescrip. non autem in omnibus aliis tractatibus, vt notat gloss. ad ca. 1. ad verbum, *ipsorum*, de testibus, in Sexto.

3 Proinde ad electionem faciendam, debet vocari canonicus absens studiorum causa, si sit in loco vnde cōuenienter possit vocari. Panor. ad ca. bonæ memoriæ, 35. in 2. n. 3. de electio. quod & ibi textus ait. Et inter fructus etiā Canonicæ elect. ius dixit esse Ioānes Andræas, in Mercuriali, qu. 37. super regulam mora, num. 3. Itē vocandi & qui sunt in possessione canonicatus, licet de proprietate moueatur illis quæstio, c. in Genesi, & ibi Panorm. n. 5. de electio. sunt autem absentes vocādi personaliter, si sciatur vbi degant, dummodò fieri possit cōmodè & sine periculo. ca. cùm olim, 7. de dolo & cōtumac. libr. 2. titul. 4. vbi & gloss. ad verb. *in Hibernia*, latè explicat ca. venerabili, 8. eo. titul. Quòd si ignoretur vbi degant, citandi erūt per edictum publicum in Ecclesia, vel vbi consueuerint commorari, aut præsente clero & capitulo legentur in Ecclesia literæ citatoriæ capituli, quemadmodum tractatur in can. fin. de eo qui mittit in possess. causa rei serua. lib. 2. titul. 15. facit l. 4. §. toties, de dam. infect. ff. extra prouin. iam enim citatio facienda non est, ca. coram, de electio. ca. fin. de maior. & obedien. l. penult. de testib. cum similib. ibi notat. sed si inueniri non potest, ad domum illius qui citatur facienda citatio, ca. causam, ca. venerabilis, de dolo & contumac. vel si non habeat domiciliū, vbi habitare consueuerit, l. 4. §. præter, de damn. infect. vel in Ecclesia eius seu beneficio, c. ex tuæ, de cleri. non resi. ca. fin. de dolo & contum. & citatur ita absens edictis vel literis. l. cùm verò, §. vltim. de fideicomm. libert. ff.

4 Rationum vocationis absentium prior erit, quia inuitis his, quorū interest, non est dandus Episcopus, c. nullus, 61. dist. alia, quia per contemptum iniuria affecti videntur electores non vocati, quam sine satisfactione non tenentur dimittere, si nolint, ca. 27. si illis, 23. q. 4. ca. 10. si quis contristatus, 96. dist. tertia, quod quando plurib. ius cōmuniter competit, potior est causa prohibentis, l. Sabinus, commu. diuid. ff. & quod omnes tangit, ab omnib. approbari debet, l. fin. de author. tutor. ff. In concedenda aqua prædij communis omnes domini consentire debēt l. in concedendo, 8. de aqua plu. arcend. lib. 39. ff. tit. 3. & si prædium patrimoniale sit dandū sub censu annuo, debet omnium cōsensu fieri quod est omnib. profuturum, l. quicunque, in fine, de omni agro desert. lib. 11. C. Eò pertinere poterit quarta ratio, quòd præsentibus omnibus, quorum interest, de vnoquoque negotio tractandū sit. l. de vnoquoque, 47. de re iudi. ff. nam ita D. Marcus 39. de adoptio. ff. l. etiamsi parte, 29. §. fin. de minori vigintiquinque annis. ff.

5 Obseruatione autem hic dignum erit, quòd quamuis irrita fiat electio, conquerente contempto nō vocato: ideo tamen is qui contemptus est, vel non vocatus, solus eligere non poterit, sed fiet iterum ab iisdem electoribus electio, poteritque rursum eligi qui in prima electione electus erat, c. super eo, de elect. Panorm. ad c. bonæ memoriæ, in 2. nu. 5. & 9. eod. tit. nam non semper absentia electoris improbatā reddit electionem. Etenim primo loco quāuis absentes vocandi sint, cùm cōmodè vocari possint, vt probauimus, ideò tamen electio facta spretis absentib. non est nulla ipso iure, sed annullanda, si prosequantur contemptū, non aliter. ca. quod sicut, de electio. Panorm. ad d. ca. bonæ memoriæ, in 2. nu. 4. Fred. de Senis cons. 227. & cons. 14. Oldrad. consil. 70. Explicat autē Panor. in d. n. 4. c. bonæ memoriæ, irritandam, non autem nullam dici electionem ex contemptu electorū, quando in capitulo adfuerunt saltem duæ partes ex tribus canonicorum vocandorū, alioquin si non adfuerint, non valebit quicquid factum fuerit in capitulo vel Vniuersitate, ex quo maior pars fuit contempta, vel non fuerit vocata legitimè, sicque intelligendā putat, l. quod maior pars, ad municipa. ca. 1. de his quæ fiunt à maior. par. cap. l. 3. de decret. ab ordin. facir. ff. faciunt, l. nulli, 3. l. planè, 4. quod cuiusque Vniuers. nomine, &c. lib. 3. ff. tit. 4. & l. nominationū, de decurio. lib. 10. C. peccatū quippe ibi in electione, non tantum in vocatione omissa: sed & in numero suffragiorū, eo non existente legitimo, alioquin vnius vel pauciorū contēptus nullam non redder, sed ex contemptu irritandam electionem, quemadmodum & colligunt interpretes per d. ca. quod sicut de elect. permutationem factam coram ordinario de beneficio pertinente ad præsentationem laici, ipso contempto, nec vocato, non esse nullam ipso iure, sed annullandam per sententiam si prosequatur contemptum patronus, vt scribit Freder. Senensis tract. permut. qu. 30. Parm. ad can. illud, de iure patron. & alij ad Clem. 1. de rer. perm. & ad c. 1. eod. tit. in sext. quod & probauit Rota in decis. 370. in Nonis. vbi & ex sententia Pauli ad Clem. 1. de rer. permut. addit, quòd consensus istorum vocandorū quorum interest, & contemptorum posset interuenire ante & post electionem sine illis factam: cum tamen, si nulla esset, ratificari non posset per consensum sequentem, c. auditis, de elect. Ergo nam nisi quod ab initio non valet tractu temporis confirmari non possit, l. quod ab initio, de reg. iur. ff. cap. non firmatur, eod. tit. in sext. tamen hic electio non vocato electore facta, non dicetur non valere ab initio, sed in suspenso esse an valeat, donec approbetur, vel improbetur, d. c. quod sicut, de elect. facit cap. nemo, de elect. in sext. gloss. ad d. ca. auditis, 39. ad verba, *ex post facto*, per illius c. verba finalia, *duximus irritandā*, de elect. consentit Ioan. Andręas in Mercurialibus, ad regulam, *Ratum habere*, qu. 70. facit c. quanto, 63. dist. & cap. cura pastoralis. 11. de iure patron. vbi non valet datio beneficij à patrono facta, nisi conferat Episcopus, vel postea dationi consentiat.

6 Ratihabitio retrotrahitur, & confirmat quæ ab initio facta sunt, l. fin. C. ad Senatusc. Maced. l. damnationes quas parentes, de don. int. vir. & vx. C. l. sed si ante diem, ad Senatusc. Treb. l. per fundum, de seruit. rustic. præd. ff. l. creditor, commun. de seruit. ff. c. 1. de renunc. cum similib. Singulare porro hic notandum, ratificationem electionis per consensum non vocati & contempti, nihil vltra operari, quàm ne possit contemptus cōsensum adhibens postea contemptum prosequi: nullo autem modo corroborare ipsam electionem, si aliunde sit nulla: nec

consensum

consensum hūc vllo modo augere numerum suffragiorum, vt notat Panor. ad ca. Ecclesiam. 57. in a. ad verba, *in gloss. aduicere*, de electio. & ad d. c. sicut versiculo, *nota*, 6. & textus, glossa, Archidiacon. Petrus Ancharanus, Dominic. de sancto Geminia. ad c. nulli licere, de electio. in Sext. & sic videtur intelligendum ca. auditis, 29. de elect. sic ergo primo loco nihil officiet electioni absentia aliquorum vel alicuius electorum.

7 Secundò, nō officiet absentia eorum qui vocati nōluerunt venire, hi enim seipsos alienos ab electione fecerunt, nec ideò illam impediunt. c. quod sicut, esp. cùm nobis olim, cs. Ecclesia vestra, de electio.

8 Tertiò, non officiunt non vocati vocādi, si ideò vocati non fuerint, quod periculum erat in mora expectādi, d. c. quod sicut, ibi, si sine periculo, de electio. & c. cū inter vniuersas, eo. titul. facit textus cum gloss. in l. item quæritur. 13. §. si gemma versi. *periculum*, locat. ff. dum docetur, casum fortuitum, id est, periculum, non imputari, & glos. 2. in l. opus, eo. tit. facit & reg. quòd non est licitum, de regul. iur. quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.

9 Quartò, non officit, si vocati nō sint absentes electores, si ea antea fuerit seruata cōsuetudo non vocari, c. cū in Ecclesiis, 33., de præbend. c. in Genesi, c. coram dilecto, de electio. si c statutum adueniente vacatione sedis Apostolicæ, vt mortuo Pontifice, in ciuitate, in qua cū Curia sua residebat, Cardinales qui fuerint in ea ciuitate præsentes eligant, postquam absentes expectauerint tantùm per decem dies, quibus elapsis siue venerint siue non, congregari debent in palatio vt eligant, ca. vbi periculū, 3. §. hoc sacro concilio, de elect. in Sext. vbi & forma cōstituta electionis summi Pōtificis, ex cōcilio Lugdunensi celebrato sub Gregorio 10. anno Domini 1274. in quo & conclauis vsus ex necessitatis causa inductus, plurâq. de elect. sūmi Pontificis determinata. Cū enim anno Domini 1268. Clemēs Papa 4. mortuus fuisset Viterbij, vbi eum Curia sua ferè totius sui Pontificatus tēpore permanserat, Cardinales, qui ibi præsentes erant 17. in creatione futuri Pontificis dissentire cœperunt, discordiaque vsque adeò agitata est, vt propè in trienniū protraheretur, & ideò electo Gregorio 10. tandē altero post consecrationē eius anno, Lugduni concilio generali cōgregato, inter cætera de sūmo Pontifice eligendo plura cōstituta, relata in ca. vbi periculum, de electio. cōfirmata in Clemēt. ne Romani, 2. cū suis §§. eo. titulo. de elect. per Clemētem 5. & statutum primùm, quòd electio fieri debet non quidem in loco vbi sūmus Pontifex moritur, si Curia ibi non sit, sed in loco vbi Curia est.

Secundò, vt mortuo summo Pontifice, non procedatur ad electionem alterius, nisi post decem dies, intra quos expectari debent absentes Cardinales, & nouendialia fieri debent mortuo.

Tertiò, vt finitis nouendialibus, die decimo celebratis officiis diuinis, seu Missa sācti Spiritus celebrata, omnes Cardinales, qui adsunt (siue absentes venerint siue nō) in palatio in quo Pōtifex habitabat, loco tuto, vndique cōcluso ac optimè custodito, quod cōclaue vocāt, recludātur, cum duobus tantùm, vel (vt nunc consuetudo est) cū tribus aut quatuor famulis, qui eis necessaria subministrent, quo in loco comitia habeantur, nec vlli egressus permittatur, sitque locus conclauis nullum intermediū parietem habens, sed omnes Cardinales in cellulis suis laneis distincti pannis ipsum inhabitent in communi.

Quartò, vt portæ & locus conclauis diligentissimè custodiantur, si Romæ electio habeatur: primū à Prætorianis, deinde à Regulis Romanis & Oratoribus principū, Sacramento prius adstrictis: demū in loco ostio conclauis proximiore ab Episcopis & conseruatoribus vrbis: si autē hæc comitia extra vrbem habeantur, à loci eiusdem dominis temporalibus, eodem iuramēto fidelitatis obligatis, horūque munus est, diligenter conclaue custodire, & cauere ne quę cōclaui inferantur, seu exportētur, quominus legitima suffragia fieri possint, atque singula scrutari quæ vel sibi, vel alterius rei causa inferantur, & prouidere ne quid detrimenti patiantur Cardinales, omnibúsque eorum nutibus præsto esse: ac eligere Pontificem differentes, ad maturandum arctare, & cōclaue ab omni impressione tutum reddere.

Quintò, ne egrediātur cōclaui Cardinales antequam elegerint, & si egrediantur, statim regredi cogantur ab his qui custodiam conclauis habent.

Sextò, ne vlli Cardinales quoquomodo absentes habeant ius suffragij.

Septimò, vt Cardinalibus venientibus ante completam electionem cōclaue ingredi liceat, & suffragia cum aliis ferre.

Octauò, vt nō solùm Cardinales absentes, sed alij cuiuscumque ordinis possint in summum Pontificem eligi.

Nonò, vt post triduum ingressus conclaue, nisi Pontifex renunciatus fuerit, Episcopi Reguli Romani, & qui conclauis custodiæ præsunt, maximam in epulis & cibis, quę Cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non nisi ferculum vnum deferri permittant.

Decimò, vt in comitiis ferēdis, sub pœna anathematis, nulli fas sit largitione vti, vel data accipere, vel animos Cardinalium sibi in noua creatione deuincire, neque eo tempore vlli Cardinalium interim ius alteri negotio vacandi quo electio maturetur.

Vndecimò, vt nemo S. Pontifex renunciari possit, nisi à duabus partibus ex tribus electus.

Duodecimò, vt mortuo summo Pontifice, omnes Ecclesiastici magistratus, & officia statim cessent, atque à suis muneribus vacent, pręter Pœnitentiarium maiorem, minorésque, & Camerarium sanctæ Romanę Ecclesiæ, quorum munera etiam mortuo Papa perdurant. Fuerunt & alia addita in creandis Pontificibus deinceps, quę necessaria visa sunt, & seruantur, vt scribit Onuphrius ad vitam Clement. 5 Platinæ, veluti vt Patres conclaue ingressi, diem integrum sequentem formandis legibus impendant, ad sanam Romani Pōtificis maximè administrationem necessariis, quibus Patrum quisque subscribens, iureiurando votóque promittit obtemperaturum se illis, si Pontifex factus fuerit. His actis, stato quodam die prima comitia indicuntur: mane autem eius diei Patres omnes induti palliis à summo deorsum apertis, quas croccias vocant, in Capellam, vbi corpus Christi asseruatur, conueniunt, ibi diuina Spiritus sancti ritè sacra celebrantur: quibus absolutis, suo loco disponūt se per subsellia. Quisque autem quos eligere decreuit in codicillo antè describit, húcq. suo annulo obsignat: inde tres ex Patribus ad altare ascendētes, Decanus videlicet collegij presbyterorū, & Diaconorū primi, calicem, in quo sacra eo die facta sunt, ad mediū altaris constituunt, custodes ipsi omnium ac inspectores adstātes: dehinc reliqui Patres procedunt, atque ante altare in genua procedētes codicillum sigillatim in calicē immittunt. Postquam autem omnes codicillos suos demiserint, tres prædicti calicem ipsum ad cęteros inferius cōsedentes sublatū adhuc ostendunt, cōsistentes in subselliorū medio, vnde spectari & audiri à circunstantibus possunt. Numerāt mox codicillos, quorū, vt cōuenire numerus inuenitur, singuli à Decano aperiūtur & legūtur, ac Diacono proximo pronūciandi tradūtur. Patrū quisq. papyrū tenet, ac pugillare quem quisque eligit annotat. Nullus autem ex Alexādri 3. constitutione pro Pontifice haberi potest etiam, nisi qui duarū partium ex Cardinalibus integra suffragia tulerit, qui numerus si ex codicillis impletur, tunc Pontifex creatus est, sin minùs, liberū est cuique quē voluerit Patrum, non electū à se scripto, voce eligere, quę electionis ratio accessus appellatur: rarū enim est quēpiā ex solis codicillis eligi, vocū accessio conficere totum opus solet. Alius est & creandi Pontifi-

cem modus, qui per adorationē dicitur. Hoc autem est, cùm duæ partes Cardinalium, non expectato scrutinio, sed voce tenus omnium consensu & voluntate, quēdam ex Cardinalibus in Romanum Pontificem salutant, ac venerantur. Hæc Onophrius.

10 Quintò, non officit electioni si non vocentur electores absentes, maiori excommunicatione ligati, suspensi, vel interdicti notoriè, qui etiamsi non vocati venerint, vel præsentes fuerint, non sunt admittendi cum aliis ad electionem: & si non possint ob metum scandali, vel ob potentiam eorum ab electione excludi, admitti quidem possunt, sed cum protestatione facta publicè aut secretè, quòd eos non admittant ad eligendum, tanquam ius habentes, imò si possent, libenter sine ipsis eligerent, & quòd non intendunt inniti vocibus eorum: imò volunt quòd voces illorum nulli dent suffragium. Quòd si notorium non sit electores esse excommunicatos, vel suspensos, vel interdictos, possit tamē legitimè probari tales esse, neque tunc quoque vocandi erunt: at si veniant, & electioni se ingerát non vocati, repelli nō debēt, sed cū dicta protestatione erūt admittendi, quandiu tolerantur: vbi verò tales sunt, sed occulti, vocādi erunt, & sine aliqua difficultate admittēdi. Mandago. 1. parte tractat. election. c. 6. & 10 Cæterum Clemēs 5. in c. 1. §. cæterū, de electio. in Clement statuit circa electionē summi Pōtificis, ad vitādas dissentiones & schismata, & vt minor eligētibus dicitur dissentiendi facultas, ne vllus Cardinaliū cuiuslibet excōmunicationis, suspensionis aut interdicti prætextu, posset ab electione repelli, iuribus aliis circa electionē eandē hactenus editis, plenè in suo robore duraturis. Glos. 1 ad c. 1. si quis Apostolicæ, *Si summus Pontifex*, inquit, *electus est à duabus partibus, nulla admittitur cōtra ipsū electū exceptio, nec de vitio eligentiū vel electi, quia nō esset corā quo iudice exceptiones ipsæ proponerentur.* Vnde si tertia pars vellet probare electionē esse simoniacā, non audiretur, c. licet, de electione. qui tamē sic eligunt, peccant, & electio talis vitiosa est, quæ tamen in aliis electionibus aliarum prælaturarum locum non haberent, cùm superior inueniri possit, coram quo possunt defectus proponi.

11 Sextò, nihil nocebit quoque non vocasse personas eorum, qui quamuis adessent, eligere non possunt, vt propter defectū ordinis, vel ætatis, vt in ca. ex eo, de electio in Sext. Clem. 1. de regular. ca. vt hi qui, de æta. & qualita. & ibi gloss. Zabarell & Ioan. ab Imola, siue enim sint admissi, vel non, vox illorum non facit numerum. c. Ecclesia, 1. de election.

12 Septimò, in summa communis opinio est Doctorū, in citationibus absentium, consuetudinem seruari debere eius Ecclesiæ de cuius pastoris electione agitur, ca. in Genesi, glos. in ca. coram, 35. de electio. alioquin, vt dicitur in d. c. coram, vocandi sunt illi electores qui in prouincia sunt, siue venire possint, siue non possint, quia præsentibus dubium esse potest num possint aut velint venire. ca. quod sicut, de electio.

13 Innocentius portò ad c. quia propter, & ad §. illud, de electio. dicit vocandos esse absentes, si sciatur vbi sint, dūmodò non sint in loco remotiori vltra duas dietas, facit ca. nōnulli, 28. de rescriptis. Hostiensis tamen sentētia verior habetur, vt absentes vbicūque sint vocari debeát, dummodò fieri possit cōmodè & sine periculo, iuxta c. quia propter. in verbo, *commodè*, ca. quod sicut, §. si autē, de elect. & ita in ca. in Genesi, eod. de elect. citantur absentes elect. de toto regno Franciæ, probat Mandagot. 1. parte de elect. ca. 5. Quare glossa in d. c. coram, explicat, vocādos qui sunt in prouincia, si tā propinqua sit vt cōmodè vocari possint: nam si esset multū longa & lata, nō deberēt vocari, quia periculū esset in mora, c. cùm inter vniuersas, c. in Genesi, & c. bonæ memoriæ, 36. de elect. Periculum autem esset, quia dilationes veniendi sunt dádæ iuxta intercapedinē locorum à quibus fit euocatio, vt si ex prouincia dentur 3. menses, extra sex, vt in transmarinis nouē menses dari debent, iuxta l. t. de dilationib. lib. 3. C. tit. 11. ita possent ex dilatione longa electores tēpore eligendi lapso, facultate eligēdi priuari. Darentur & interim, dū expectarentur longius absentes, factionum & corruptionū ansæ: quæ tamen intelligenda puto de vocatione faciēda per nuncium & ad faciem, contrà autē de vocatione generali, per quā puto omnes esse vocandos vbicumque absentes per edictum.

14 Glossa ad §. quem terminū, ad verbū, *abbreuiationem*, cap. 1. de authorita. sacrorum concilior. in Pragma. sanction. tradit singulariter, tempus trium mēsium ad eligendum electoribus concessum, posse abbreuiari à præsentibus electoribus, & posse per eos vocari absentes, vt in termino ab illis assignato & restricto veniant ad electionem faciendam, iuxta cap. cùm vniuersas, de electio. vbi & Panorm. & notatur per interpretes, ad c. cùm nobis eo. tit. eò quòd terminus trium mensium fuerit constitutus fauore capituli, cui poterit renunciare, maximè si ex tribus, duæ partes id statuant, & si videant dilationem esse damnosam Ecclesiæ, cùm tamen terminus trium mensium aliter non sit arctandus nimiùm, & nisi ex magna causa, cap. cōsuluit, de officio delega. cap. cùm in veteri, de electio. l. fin. de re iudic. sic verba, *commodè & sine periculo*. Moram vocantium mensurandam putarūt authores canonū, vt citiùs accelerare permittát electionē, si dubitentur vel vereantur ne tyrannus cogat præsentes ad eligendam certam personā, vel si periculū Ecclesiæ immineat ad expectandos absentes, neque referemus verba, *sine periculo & commodè*, ad personas vocatas: nam licèt absentes nō possint venire sine periculo, & suo incommodo, putà propter inimicitias capitales, vel infirmitates, tamen vocádi sunt & possunt constituere procuratorem, quemadmodum diximus.

15 Et hæc hactenus dicta ad vocationem electorū sufficere viderentur, si modò addamus effectum istius vocationis, ex Mádagoto 1. parte electio. c. 16. vt quando vocati legitimè non venerint ad constitutū terminū, nec cōmiserint procuratoribus vices suas, præsentes possint eligere, nō obstáte illorū absentia, d. c. quod sicut, de elect. dummodò plures sint præsentes quá absentes, & ita concludit glos. ad c. cùm nobis, 19. ad verb. *reuocare*, de elect. nō autem si plures sint absentes quā præsentes, sed præsentes tunc tenentur vocatos expectare, saltem vsque ad finem termini ad eligēdum dati. Quia aūt ante illum finē, maior pars siue absens siue præsens eligentiū, potest mutare terminū à se, vel à parte minori, vel à toto capitulo constitutū, ca. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capit l. quod maior pars, ad municipal. ff. ca. cū nobis, in gl. de elect. nisi fortè propter termini mutationem, periculum immineret, arg. c. quod sicut. §. si autē, de elect. vel si maior pars vocata respōdisset se nolle venire, nec eligere, nec electioni interesse: posset enim tunc minor pars eligere. arg. c. Eccl. in 2. hoc tit. l. 1. de success. edict. ff. l. 38. tit. 9. l. maritos, § si negante, de adul. Possēt etiá & in fine termini pauciores, & vnus solus nō expectatis conuocatis eligere, quia tēpus electioni à iure præfixū, satis interpellat absētes pro præsentibus, & in præsētes tūc ius absentiū resoluitur Innocētius, Hostien. Compostella. ad d. c. cùm nobis olim, de elect. l. sicut, 7. §. si quod cuius. Vniuer. nomin. addunt insuper, *siue vocati fuerint absentes, siue nō*. dūmodò sciuerint Eccles. vacare, præsētes sub finē expiraturi tēporis, posse eligere, quia tēpus interpellet pro homine, l. magnā, de cōtrah. & cō. stip. C. l. 2. de iure emphyt. C. & c. potuit, de loca. vt cōtrà, si nō fuerint vocati, & si ignorauerint Eccles. vacare, nō currit cōtra eos tempus. c. quia diuersitatē, de cōcessio. præbēd. Addēdus est Cæpola cautela 79. dū ait, etiā vnū electorem absentibus vocatis ad certā diem & horam, illis non comparentibus, posse legitimè eligere, & ita vidisse iudicari refert, atque Tancredū annotasse in quodam suo opere iu-

dicia

diciali, & Innocentium ad c.cum nobis, in glos. *sed nunquid.*

## De loco vbi facienda est electio.

### Cap. XV.

### ARGVMENTVM.

1 *Locus conueniens electioni eligendus.*
2 *Qualis is erit.*
3 *Antequam electionis locus adeatur, Missa Spiritus Sancti audienda.*

1 ELigendus erit locus conueniens electioni faciẽdę, in quem conuenire debeant electores pro electione, c.cũ terra. 14. de elect.exemplo electionis factæ de Matthia in locum Iudæ, Actor.1. vt disputat gl.ad §.& cum humanæ fragilitatis, ad verbum, *conueniant*, de elect.in Prag.sanct. atq. Innoc. & alij in c. quia propter de electio. notant, quòd in electionib. in quib. seruanda est formula c. quia propter, electio debet fieri per cõgregatos, vt & verba c.quia propter, admonent.ibi: *Præsentibus omnibus qui debent, velint, & possint commode interesse*, nec sufficere consensum eligentium singulariter præstitũ, putà domi vel alibi, sed oportere collegialiter consentire, vt in c.1.Genesi, 55. de elect. & commune illud esse in omnibus actibus Vniuersitatis explicandis, tradit gl.in l.sicut.7.q.quod cuiusq; Vniuersitat.nom.in gl.in c.cum omnes, de cõstitut. & ibi Panor.Bald.ad l.omnes populi, de iustit.& iur. & quandocumque maior pars præualet minori, consensus actuum pertinentium etiam ad singulares personas debet præstari in communi, l. & suum hæredẽ, §.hodie, de pactis.aliàs §.leg.7.quia fieri potest minorem partem congregatam posse pertrahere ad suã sententiam maiorem præsentem.l.item si vnus, §.fi.de recept.arbit.ff.Et seruatur in omnibus actibus qui nõ possunt expediri nisi in capitulo, in quibus consensus non potest seorsum & nisi in capitulo & capitulariter dari:cum enim enim electio temporis diuisionem non recipiat, & simul & semel perficiatur, non proderunt particulares diuisæ electiones, quemadmodum de cessionibus iuris communis singulariter factis respõsum in l.per fundum, de seruitut.rusticor.ff.l.receptũ, commun.prædior.l.si autem, de aqua pluuia arcen.

2 Itaque electores cõuenient in capitulo, ca.in causis, de elect. vel in choro Ecclesiæ, vt in c.cum nobis, de elect.vel in loco alio honesto, vt in l.si cum dies, §. §.si arbiter, de arbit.ff.Rota decisio. 288.incip. *Maior pars dominorum.* n.2.in Nouis ea.qua fronte, 25.de appellat.gl.verò ad c.cum terra, ad verba, *in quo*, de elect.tradit, locum proprium, vbi electio facienda est, Ecclesiam esse, cui eligendus pręesse debet, & in capitulo, secundum consuetudinem loci illius si commodè ibi fieri possit: aliàs vbi se melior obtulerit facultas.vt in c.in nomine Domini, 23.dist.ca.præceptum, 12.q.2.c.quod sicut, 28.de elect.Sceuola refert lib.50.ff. ti.9.municipij lege ita cautum fuisse, ἐάν τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάζηται τῷ τῆς συνεδρίας ἰδίῳ ἢ προσαποτισάτω δραχμὰς χιλίας, id est, *Si quis extra synedrium iudicauerit, ordine seu synedrio priuetur.*

3 Addidit consilium Basiliense in §.& cum humanæ fragilitatis, de elect.in Prag.sanct. *Conuocatione facta, antequam electionis locum ingrediantur electores, Missã audiant de sancto Spiritu, cuius gratiam implorent, vt de digno pastore inspirare dignetur.*

### De tractatu habendo ante electionem.

Postquã in vnũ locum cõuenerint electores, debêt habere tractatum antequam eligãt, gl.in c.in nomine Domini, ad verbũ, *tractantes*, 13. dist.aliter non valeret elec.c.in Genesi, de elec. quemadmodũ non probatur alienatio rerum Ecclesiasticarum, nisi pręcesserint de alienatione tractatus.c.52.sine exceptione, 12. quæ.2. Tractatus est veluti præparatio ad electionem, non autem electio, fitq; in eo veluti discussio eorum quæ facienda sunt sine conclusione seu electione: multa enim tractantur inter partes quæ non perueniũt ad effectum vel conclusionem, l.si ex causa, 9.§.nunc videndum, in fi.de minor.25. annis multa dicuntur quæ non fiunt, l.sciendum, 19.de ædil.edict.li.21. ff.ti. . neq; ius aliquod quęritur partibus, donec res fuerit firmata, c.tua noper, 8.de his quę fiunt à pręla. sine cõsensu ca.quemadmodum neq; in contractib. tractatus, sed conclusio consideratur. l.si voluntate, Cod.de rei vend. Alex.cons.28.vol.1. In eo tractatu ideò conueniunt electores, vt quilibet dicat quod sibi videbitur. vt ait gl.in c.tua nuper, 4.ad verbum, *tractata*, de his, quæ fiunt à pręl.sine consen.c.lib.3.tit.10.per l.fin.de vend. reb.ciuita.lib.11.C.ti.31.& per l.fi.de debitor.ciuita.eo. li.11.tit.32.Cum tractatus fit, nominantur vtrinq; plures, qui videntur digni electione, & fit collatio nominatorũ.personæ ad personam & meritorum, zeli ad zelum.cap.in Genesi, cap.Cumana, de electio.

## De forma celebrandæ electionis per scrutinium.

### Capvt XVI.

### ARGVMENTVM.

1 *Scrutatores qui eligendi.*
2 *De scrutatorum numero & qualitate.*
3 *De loco vbi scrutinium fieri debeat.*
4 *De iuramento electorum.*
5 *Quid inquirere debeant scrutatores.*
6 *Ordo scrutandi.*
7 *Procuratorem non dari præsens in ciuitate.*
8 *De scribendis votis scrutatis.*
9 *Num scrutinium vno die cœptum eodẽ perfici debeat.*
10 *Quibus verbis fieri debet electio.*
11 *Scrutinium factum statim in communi publicandum.*
13 *De collatione facienda meriti ad meritum ante electionem, & qua in collationem deducantur.*
14 *Zeli ad zelum collatio quando fieri dicatur.*
15 *Meritorum electio quomodo fiat.*
19 *Electio post collationem statim facienda.*
17 *Quomodo & à quo publicatio electionis fieri debeat.*
18 *Te Deum laudamus, & inthronizatio non sunt ex necessaria solemnitate electionis.idem 19.*

1 IN concilio Lateranensi statutum, in ipso actu electionis per viam scrutinij obseruandum, vt pręsentibus omnibus, qui debent, volunt & possunt electioni interesse, assumãtur tres de collegio fide digni, qui scrutatores sint: fide digni existimantur, contra quos nihil opponitur quod fidem eorum immihuere debet, c.fi.de præsumpt.& dummodò non sint excommunicati, suspensi, vel aliàs ad eligendum inhabiles.

2 Numerus scrutatorum trium, ex concilio etiam pendet Lateranensi, Innoc.tamen & alij in cap. quia propter, de electio. not. non esse de substantia quòd tres vel plures, vel pauciores sint scrutatores, & parũ interesse, num sint de collegio, vel extranei, dummodò ex consensu electorum assumãtur: sunt autem in contrariam partem rationes, vt pro hac: vt tutius mihi videatur adhærendũ verbis concilij, c.quia propter, & eligendos tres de collegio, vt consentit Panor. ad c.quia propter, & Anch.ad c.si cui, de electio.in 6. in dubiis quippe, quod tutius est, sequi debemus, ca. iuuenis, de sponsal.nisi, quod pertinet ad personas ex consensu, & præsentibus nec contradicentibus electoribus, alij quàm de collegio electi fuerint.

3 Dehinc 2.loco in scrutinio exigitur secundũ c.quia

ꝓpter, vt ſcrutatores vota, id eſt, ſententiā ſingulorũ, ſecretè, & ſeparatim ſeu ſingulariter ab vnoquoq; ſcrutētur: vota ſunt cōſenſus & ſuffragia c. cum poſt petitā, & c. Eccleſia, 1. de elec. dicuntur & deſideria, c. Eccleſ. veſtra, 48. c. cōgregato, 53. de elec. ſecreta illa electorũ ſeorſum facta examinatio, causā habet, quia libera eſſe electio debet, c. bonæ memoriæ, de elec. c. dilectiſſimi, 8. q. 1. exēplo matrimonij corporalis, q conſenſum ſpōſæ & ſpōſi exigit liberum, c. gemina, c. cum locum, de ſponſa. matrimonio enim cōparatur corporali ſpiritale, q cōtrahitur inter p̄latum & Eccleſiā, ca. ſicut vir, 7. q. 1. c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſ. quemadmodũ & teſtis, vt liberius loquatur, ſecretè & ſolus debet examinari, alioquin eius teſtimonium nō admittitur. c. venerabili, de teſti. l. nullum, C. eo. tit. c. inquiſitionis, §. tertiæ de accuſ. gl. ad d. c. quia ꝓpter, ad verbum, *redacta*, & poſt eā Cōpoſtella. Innoc. & alij tradunt verba illa, cōcilij generalis, *ſecretè & ſigillatim*, pertinere ad capitulum, vt ſeorſum in aliquem angulum capituli vel loci vbi congregantur electores ſecedāt ſcrutatores, vt votum cuiuſq; requirant: poſſe tamen adhiberi teſtes & tabellionem cum ſcrutatoribus, & quamuis Hoſtienſis, repugnet, nihilominus ita ſeruatur, etſi diffitendũ non ſit, poſſe iuxta verba cōcilij fieri ſine teſtib. & tabellione corā ſcrutatoribus ſolis, vt notant Ioannes Andr. Panor. ad d. c. quia propter, & Pet. Anch. ad c. ſi cui eligendi, de elect. in 6.

4 Requirit forma vt diligenter ſcrutinium fiat, q verbum, *diligenter*, indicat ſcrutatores debere primũ adiurare votum daturos, per patrē, per filium, & Spiritum ſanctum, in animæ ſuæ periculum, vt ſecũdum Deum & ſecundum conſcientiam ſuam, in eum vota dirigāt quem magis vtilem, & magis idoneum Eccleſiæ putabunt. Nam vtilior & magis idoneus eligendus, c. licet, 8. q. 1. c. conſtitutis, de appella. quamuis, vt diximus, nō ideò electio corruat, ſi magis vtilis non eligatur, dummodò electus malus non ſit, & aliunde nō fuerit mala electio, c. monaſteriorum, 16. q. 7. ca. cũ dilectus, de elect. Talis adiuratio habet locum iuramenti, c. ſi quis presbyt. 2. q. 5. c. conſtitutis, 2. de appel. Iuramentum autem ex cōcilio Baſilienſi & Pragmatica ſanctione cōſtitutum eſt, titulo de electionib. Quare tempore huius ſcrutinij ſacroſanctæ Euāgeliorum ſcripturæ ante oculos poni debent, vt earum religione ad bonā electionem moueantur & à mala deterreātur: in c. in nomine Domini, 23. diſt. quemadmodum in alijs maximè iudicijs ſacra religionis monumenta in cōſpectum iudicis ponuntur, l. rem non nouam, C. de iud. & in alijs c. 1. 4. q. 4. c. vt noſtrum, vt eccleſia benef. ſine diminu. conſ. c. vt noſtrum, de appell. l. quod ſi Ephesi, de eo quod cer. loc. ff. notandum tamen omiſſionem iſtius adiurationis, non pertinere ad formam ſubſtantialem concilij generalis c. quia propter, pertinere tamen, ſi rationem habeamus concilij Baſilienſis, nec omiſſio itaque eius adiurationis formam concilij generalis vitiaret, quòd potius ea adiuratio pertineat ad bene eſſe, quàm ad eſſentiam, vt notatur per Hoſtienſem ad c. in Geneſi, de elect.

5 Qui vota inquiſituri ſunt, interrogare diligēter debent, quare cōſentiant in eum quem nominant, quoue zelo, & ob quæ merita, & de qualitate pſonæ nominati, vt ſcribunt Panor. & Io. Andr. ad c. quia propter, nam in hoc caſu conſcientia bona nō ſufficit & pura, ſed oportet eam eſſe informatam ſecundum Deum, vt in ca. non ſolum, de regul. in Sex.

6 Ordo ſcrutādi vota, quādo duo vel tres ſunt ſcrutatores, incipere debet ab ipſis ſcrutatorib. ad vitādas fraudes, ne à votis [illegible] vel à ſuffr[illegible]rum nu[illegible]o poſſunt [illegible] in [illegible]partē de[illegible] ve[illegible]nt & co[illegible]ntire, quādo vid[illegible] ſcrutatores ſũt de capitulo, & vocē vel [illegible] habet aliter autē, ſi vocē nō habeat, vt tradũt Innoc. Compoſtellanus, ad c. quia propter, de elec. Hac praxi autē vtētur, vt duo ex tribus, inprimis tertij votũ ſcrutētur: dehinc voto eius inquiſito, is à quo votũ datũ eſt, cum alio ſecũdi votum inquiret: poſteà duo inquiſiti, tertij ſententiā exquirēt, & ſi duo ſunt ſcrutatores, vnus alterius viciſſim exquiret votũ. Poſſent & ab electorib. aliqui eligi alij, qui ſcrutatorũ vota inquirerent, ſed prior forma magis ꝓbatur. Poſt ſcrutatorum vota inquiſita, exigitur votum ab eo qui præeſt, vel p̄ſidet capitulo, dehinc ſequētur alij ſecũdũ p̄rogatiuā & dignitatis gradũ: & ſi plures in æquali dignitate exiſtāt, ſecundũ ordinē antiquitatis, vel receptionis, niſi alia cōſuetudo fuerit anteà in alijs electionib. obſeruata, q̄ erit ſequēda in Eccleſia qualibet, Innoc. in c. 2. de no. oper. nunc. Panor. in c. cum nobis, c. auditis, de elec. vt cōmuniter idem ordo ſeruādus in ſententijs dicendis, qui in albi ſeu matriculæ ſcriptura eſt, l. 1. §. fi. de albo ſcrib. ff. li. 50. ti. 3. l. 2. §. reſtitutus, & l. ſpurij, 6. §. fi. de decur. lib. 50. ff. ti. 2 ſic gl. ad §. & cum humanæ fragilitatis ad verbum, *ſequentes*, de elect. in Prag. ſanct. notat ex eo textu, quòd quemadmodum qui p̄ſidet in capitulo, eſt prior in honore & ſeſſione, ita & prior in receptione præſtādi ab alijs iuramētu, in cuius defectum qui ſequitur ſuccedit in eius locum, & ita Inno. & Panor. in c. 1. de maior. & obed. tradunt, eum qui maioris eſt dignitatis in Eccleſia, vel ſi ibi ta, eſt dignitas, is qui maioris eſt ordinis, vel ſi ſint æqualis ordinis, is qui primo ordinatus eſt, p̄ferendus ſit in nominatione vel ſolemni electione pſonæ nominatæ, in ſcrutinio, in ſeſſione, in ſubſcriptione, & reſpōſione, in pceptione p̄bendę, in collationib. beneficiorum, & quòd poſſit vocare & cōgregare capitulum, iure etiā cōmuni, ſi agitur de tabulis cōmunib. teſtamenti deponendis & cōſeruandis, & dubitetur apud quē deponi debeant, ſemper ſeniorem iuniori, & amplioris dignitatis inferiori, marem fœminæ, ingenuũ libertino, p̄feremus. l. fi. de fide inſtr. lib. 22. ff. tit. 4. & is gradu cæteros antecedere debet, quem ſtipēdia meliora vel labor prolixior, fecerit anteire, l. nemo, 2. de offi. magi. offi. C. poſſet tamē exceptio inuerſi ordinis conſtitui ex Mādagoto de electionib. parte 1. c. 25. in abſentib. à loco electionis electorib. qui tamē in ciuitate vel pago vbi electio faciēda præſentes, ſunt ægritudine impediti ne veniāt, & qui noluerint procuratores dare.

7 Nam quando electores tempore electionis faciēdæ præſentes ſunt in eadem ciuitate, vel ſub eodem clauſtro, tanta ægritudine laborantes, vt non poſſint ad capitulum conuenire & nolunt procuratorem dare, ſcrutatores poſtquam vota exquiſiuerint præſentium in capitulo, debent ad infirmos accedere, & vota eorum accipere, nulloque actu extraneo interpoſito redire ad capitulũ ad præſentes qui ibi expectauerint, vt tā illorũ quàm iſtorum in cōmuni voce publicēt: vox enim infirmi fortior quàm ꝓcuratoris, l. fi. C. de iud. c. paſtoralis, de iud. & dulcius ex ipſo fonte nempe ex voce Domini, quàm ex riuulo eius procuratore, bibitur, c. ieiunium, 76. diſt. poſſunt tamen infirmi, ſi velint, procuratorem conſtituere, quo caſu nec in domum illorum ſcrutatores ſe transferent.

8 Tertio loco in ſcrutinio requiritur, vt ſententiæ ſeu vota per ſcrutatores ſcribantur. Scribuntur autē vel per ſingulos ſcrutatores, vel per vnum ex ipſis ex aliorum cōſenſu vel p tabellionē cũ [illegible]lis adhibitũ, Io. And. & Pan. ad c. quia diuerſitatē, de elect. vel p duos alios viros additos loco tabellionis ſi tabellio non adſit, vt in iud. [illegible]t. c. quoniā cōtra, 11. de probat. li. 2. ti. 19. facit & ca. tertio loco, 5. de probat. Scriptura fit ad certiorem cauſam, & ne variationi l[illegible]cus fiat ad faciliorem geſtorum probationem; & ad perpetuam rei memoriam, etſi ſubſtantia actus non pendeat ex ſcriptura. l. cum res, C. de proba. l. contrahitur, de pigno. ff. l. 4. de fide inſtrument. l. iubemus, §. ſed ne aliqua, C. de teſta. l. pactum quod bona fide de pact.

9 Quartò

9 Quartò obseruandū, nō esse de forma scrutinij, vt vno die scrutinium debeat absolui: nam si multitudo eligentium, & vno die non possint voces colligi, continuatio debet fieri sequenti die, & censebitur vnū scrutinium ratione continuationis, arg. c. literas, de temp. ordin. continuatio de duobus facit vnum, c. placuit, §. potest, 16. q. 1. c. illud, c. nihil, 7. qu. 1. melius tamen fiet si sine interuallo aliquo, statimque non diuertendo ad alios actus, fiat: quòd si scrutatores imperfecto scrutinio, vel eorum aliqui moriantur, vel abeant, possunt alij subrogari qui perficiant.

10 Quintò, votorū expressio & conceptio electionis, debet esse secundū formam, c. 2. de elect. in Sext. vbi, *In electionibus & postulationibus & scrutiniis in quibus ius oritur eligēdi, vota alternatiua vel cōditionalia, vel incerta penitus reprobamus, statuentes, vt huiusmodi votis pro nō adiectis habitis, ex puris consensibus celebretur electio; voce illorū qui nō purè consenserint ea vice in alios residēte. Cōditionalis voti exēplū. Eligo talē, vel cōsentio in talē, si maior pars capituli voluerit. vel, si nonit iura.* Alternatiui, Eligo Caiū aut Sēproniū. Incerti, Eligo quem Archid. eliget. Puri voti exēplū, Ego talis presbyter, & Canonicus talis Ecclesię, cōsentio in Archipresbyterū talē, ipsúmq; nomino in Episcopū & pastorē Ecclesię talis. Certa verò debet esse persona eligēda, vt certus iudex, c. innotuit, de arb. tut. certus, l. tutor incertus, de test. tut. & propter incertitudinem reprobatur forma hæc eligendi, Eligo postulando, & postulo eligendo: aut, Eligo postulandū, vel postulo eligendū: in quibus verbis nec vera electio, nec vera postulatio cōtinetur, minúsq; recepta illa formula, Eligo, aut postulo, prout potest melius de iure valere, quia incertitudinē continet. c. vn. de postul. prela. in 6. Inter actus legitimos est etiam electio, & ideò neq; diē aut conditionē admittit. l. actus legitimi, de reg. iu. ff. Platina in vita Greg. 7. electionis summi Pōtificis formulam fuisse sic notat, *Nos sancta Romana Ecclesia Cardinales, clerici, Acolythi, subdiaconi, presbyteri, præsentibus Episcopis, Abbatib. multisque tū Ecclesiastici tū laici ordinis, eligimus hodie decimo Calēdas Maij, in Basilica S. Petri ad vincula, anno salutis* 1073. *in verū Christi Vicariū Hildebrandum Archidiaconū, virū multa doctrina, magnæ pietatis, prudētia, iustitia, cōstantia, religionis modestiū, sobriū, continentē, domū sua gubernante, pauperib. hospitalem, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ liberè a teneris annis vsq; ad hāc ætatē educatū doctū: quē quidē cum ea potestate Ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit.*

11 Sextò, exigit pro solēnitate scrutinij c. quia ꝑpter, de elect. vt postquam vota inquisita fuerint, & scriptis cōmendata, scrutatores c. statim publicēt in cōmuni, antequam diuertant ad alios actus cōtrarios, vnoque cōtextu, vt de testamētorū solemniū formula prescriptū in l. hæredes palàm, in fi. de testa. ff. in cōmuni, dico pro capitulo, secundū Inno. & Pan. ad d. c. quia ꝑpter, societate eligētiū adhuc integra nec soluta: postquam enim scrutatores secedentes in angulū loci vota scripserint, continuò sine interuallo (si fieri potest) debent ex eo angulo locove in quem secesserunt prodire, & venire coram capitulo, vel electoribus cōgregatis, & legere scripta vota intelligibiliter ac distinctè.

12 Efficit autē publicatio scrutinij vt electores à dicta iam sententia variare nō possint, c. publicato, 58. de elect. eoq; tūc desinat esse res integra, c. in causis, c. Ecclesia vestra, de elec. idē dicitur in postulatione, c. pen. & fi. de postul. prela. Ratio, q nemo possit mutare cōsiliū in præiudiciū alterius. l. nemo, de reg. iur. mutatio autē hîc esset damnosa Ecclesiæ propter periculū in mora eligendi pastorem, si esset proroganda, & retractanda electio. c. cum inter vniuersas, de elect. Fulciri potest hęc sententia cessionibus diuersis, iuris vel rei cōmunis in seruitute constituēda: nam quamuis vnus ex plurib. dominis in seruitutem non possit cedere cū effectu, antequam omnes cesserint, tamē ipse ante nō potest suam cessionem reuocare. l. per fundum, de seruitutibus rust. præd. ff.

13 Septimò, post publicationē scrutinij, collatio statim fieri debet in communi, d. ca. quia propter, quę si omittatur, efficitur electio nulla. c. Cumana, 50. de elect. Exigitur autē illa collatio, vt appareat quis fuerit à maiori & saniori parte eligentiū electus. De quibus verò collatio fieri debeat, docet c. in Genesi, 55. de elect. nēpe cōferre debeant numerū ad numerū eligētium, zelū ad zelum eorundē, & meriti ad meritū eorū qui eliguntur, si cōtingat in diuersas sententias diuidi voces electorū, vt cōmuniter accidit. Maior pars capituli vel eligentiū hîc cōsideratur, quę præualeat nō habita ratione numeri singulariū personarū quæ eligunt, veluti si ex viginti eligentib. sex vnū eligant, alij sex, aliū, octo aliū, in quo numero, octo qui vnū eligūt in maiori numero videntur esse quàm sex qui duos elegerunt, & ita à maiori parte secundum hanc rationem diceretur electus ab octo, quàm duo alij electi, quorū quilibet tantū haberet sex voces: at nō ita hîc cōputandū, sed à maiori parte electus dicetur is qui à maiori numero habita ratione totius numeri eligentiū electus erit, vt si à duodecim ex viginti elect⁹ sit. sic explicat c. in Genesi, & c. Ecclesia vestra, 48. de elect.

14 *Zeli* ad zelum collatio fit, quando expenduntur intentiones eligentiū, sic. n. accipitur hîc ζῆλος, quáuis aliquando apud Grecos *Zelus* ꝑ inuidia; æmulatione, imitatione; stimulo ad aliquid faciendum, ꝑ ardēti aliquid agendi studio, vsurpetur, teste Budęo in cōmēt. ling. Grecę. Difficile est intentionis, quę soli Deo patet, iudicium, c. erubescant, 27. dist. ca. tua, de simon. quarè num bonus vel malus sit zelus eligentium; ab effectu & à persona electa erit iudicandum, si vita, morib. doctrina, pietate, & aliis virtutib. aliis præstet, vel sit inferior, si proximus eligentium, vt ex affectu carnali videatur electus, & malo zelo. Maior & melior zelus dici poterit, etiam ex præsumptione, si vnus à pluribus iisque antiquioribus & dignioribus, eligatur. d. ca. Ecclesia vestra, & c. dudum, de elect.

15 Meritorū collatio fit, relatione facta inter electos quis melior, vtilior, & magis idoneus Ecclesię, d. c. Ecclesia, in 2. & excutiūtur ea quę adesse diximus pastorib. eligendis, vel quę si adsint, indignū electione reddūt. Maxima vtilitas istius collationis, nam quando in plura vota scindūtur eligentes, & tres vnum, quatuor alium, quinq; vnum, & alij alios elegerint, in illa collatione possunt ab electione facta abire, & aliis voces addere, & accedere nominationi de alio quàm antè per se factæ, ante publicationem electionis, vt notant Innoc. Compostel. Panorm. ad c. publicato, de elect. & Doct. ad c. indemnitatibus. §. si qua verò, de elect. in 6. Cald. cons. 6. Quòd si cōtentio inter eligendum de obiectis electoribus & electis, num vera sint quia dicantur putà excommunicati, suspensi, & ca. non poterunt canonici vel electores de his cognoscere, eò quòd iurisdictionem non habeant, sed procedent ad electionem, glo. Innocentius, Compostella. in ca. in Genesi. de elect. Referrem hîc lubentissimè quæ tradit Mandagotus tractatu de electio. par. 2. ca. 59. in forma 7. qualiter electionis processus est à principio vsque ad finem, cum per formam scrutinij proceditur, ordinandus, sed ne transcribendo augeatur tractatus, & suam cuique meritam laudem conseruem, reiiciam lectorē ad authorem ipsum: extat & formula instrumenti electionis Episcopi per viam scrutinij, in libro inscripto, Formulare instrumentorum, necnon artis Notariatus &c. ex quo si egeamus typum imitabimur.

16 Octauò, postquā collatio superiorū facta fuerit, eodē cōtextu, is eligi debet in quem maior vel sanior pars capituli cōsentit. c. cū post petitā, 46. de elect. d. c. quia ꝑpter, §. fi. de elect. *Electiones*, inquit, *quoq. clādes*

*stinas reprobauimus, statuentes, vt quàm citò electio fuerit celebrata solemniter publicetur.* Clandestinam ibi gl. vocat, quandiu nõ publicatur, & clandestina despõsatio, quandò ita secretò cõtrahitur matrimoniũ, vt probatione nõ appareat, c.2. de clandest. despõsat. & clandestina quoq;, quando nõ fuit publicata in Ecclesia, c. cũ inhibitio, 3. §.1. de clandest. despõs. clam etiã facere dicitur, qui celauit aduersariũ, neq; ei denũciauit, si modò timuit eius controuersiã, l.3. §. clã, l.4. quod vi aut clã. lib.43. ff. tit.24. l. quo tutela, 73. §. clã, de reg. iur. item clam fit, quicquid taliter fit, quòd nõ possit venire in notitiam eius cuius interfit: l. clam possidere, de acqu. pos. ff. Cõpostellanus etiam ad d. ca. quia propter, §. fi. clandestinam esse electionẽ ait, quando capitulũ statuit, vt eam Canonici celent, nec cuipiam de ea dicãt. Reprobabitur autẽ ideò, quòd censeatur fraudulẽta & dolosa, vt in simili casu dicitur in l. fi. de rit. nupt. ff. & in c. cũ inhibitio, §.1. de clandest. despõs. quẽadmodũ & fraudulẽta præsumitur collatio, quæ secretò & occultè facta fuit, c. vnic. vt Ecclesiast. benef. sine aliq. dimin. cõferan. *Qui malè agit, odit lucẽ*, c. consuluit, 14. de off. deleg. li.1. ti.29. l. non existimo, 54. de admin. tut. lib.26. ff. tit.7. veruntamen consentio Panorm. qui ad d. §. fi. capitis quia propter, ait, tunc tantũ omissionem publicationis electionis, electionem reddere nullam, si celata fuerit in præiudicium electi, non aliter.

17 Nonò, in cõmuni publicatio electionis fieri debet per vnum, nomine omnium, eius qui electus fuit à maiori & saniori parte, is autẽ cui electionis publicatio cõpetit nomine capituli, erit Decanus vel qui præest, vel si is non sit, qui primam vocem habet in capitulo, si omnes consentiant in vnum, quòd si in plures scindantur vota, vnus ex parte qualibet nominantium ex mandato omniũ debet publicare suam electionẽ, vide apud Mandagotum de hac formula, 1. par. elect. c.34. Forma publicationis scrutinij hæc, vt scrutator nomine suo & sociorũ scrutatorũ vocibus omniũ collectis, eos alloquatur, an placeat vobis electum publicari, & postquam responderint, *Placet*, dicet: *Ego P. talis, nominibus meo & omnium eligentium, mihi in hoc consentientium, inuocata gratia Spiritus sancti, & gloriosissimæ virginis Mariæ sanctorum SS. huius Ecclesiæ patronorum, venerabilem virũ N.P. ætatis legitimæ, moribus grauem, in sacris ordinibus constitutum, literis competenter imbutum de legitimo matrimonio natum, in spiritalibus & temporalibus prouidum, aliàs idoneũ, secũdũ canonicas sanctiones, in quem collatione facta maior & sanior pars totius capituli consensit, in nostrum seu dictæ Ecclesiæ Episcopũ vel Abbatem, vel Præpositum, eligo, electúmque pronuncio, & in communi coram vobis publico, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: Amen.* Notant autẽ & ita seruãdum, interpretes, nõ eò irritam esse ipso iure electionem, quòd statim publicata non sit, quia potest subesse causa quare non publicetur, sed irritandam, si aliquandiu electores eam prorogẽt, vnde in c. cum post petitam, de elect. sic scribitur, *Electionẽ eandẽ, & ipsius dumtaxat inordinato processu, iustitia cassauimus exigẽte*: si enim nulla fuisset ibi electio, non vsus fuisset S. Pontifex verbo, *cassauimus*, quod enim nullum est, cassari non potest. l. nam & si sub cõditione, de iniusto rupto. ff. Adde rationem, quòd non debeat esse in potestate electorũ, qui iam functi sunt officio, præiudicare legitimè electo non delinquenti, aut deteriorem eius causam facere, l. 1. quod vi aut clam. l. ne in potestate, 26. de arbit. ff. l. soluendo, 39. de neg. gest. ff. l. nõ debet, 74. in 2. sic incip. de reg. iur. ff. l. 2. §. itẽ Nerua, ne quid in loco pub. ff. cum malitiis hominum indulgendum non sit, c. sedes, de rescr. l. in fundo, de rei vind. ff. & proinde, si electores differant publicationem electionis, cogentur per superiorem eam publicare, veloti si ea mente differant, vt aliquid ab electo extorqueant, ne mutare sententiam liceat, per c. publicato, de elect. & si contumaces sint in publicando aut eligendo, scrutinio facto intra tres menses, ius eligendi deuoluitur ad superiorẽ, iuxta c. ne pro defectu, qui quidẽ superior eliget potiorẽ in scrutinio nominatũ, non aliũ, ne protractio electorũ, quæ nõ posset directò nocere electo noceat per indirectũ, deuoluta ad superiorẽ electione: quod vna via enim nõ licet, aliis permitti non debet, c. tuæ, 1. de procur. l. scire, 21. de tut. & curat. lib.26. tit.5. c. cũ quid vna via, de reg. iur. in Sex. & ita notatur per Compostellanũ in d. c. publicato, Mandagotum in parte de electio. c.31. & Boerium ibidem ad eundem.

18 Decimò, solẽt post electionem completam & publicatam, electores gratias agere Deo: ideóq; cantare canticum, *Te Deum laudamus, &c.* solemniter, sed vt ait Mandagotus 2. parte de elect. cap.35. omissio huius requisiti non faciet vt ideò cassetur electio: quẽadmodum si omittatur post electionem inthronizatio, quia hæc non ad esse, sed ad bene esse pertinent.

Vndecimò, iuxta consuetudinem inthronizatio electi fit, in c. in nomine Domini, 23. dist. eius qui à maiori parte & saniori electus est, non obstante appellatione quacunque, & sine eius præiudicio: in c. Ecclesia, in 2. de elect. idem in electa Abbatissa, à duabus partibus trium monialium, in c. indemnitatibus, §. sane, eod. tit. de elect. in Sexto.

## De formis compromissi & inspirationis.

### Capvt XVII.

### ARGVMENTVM.

1 *Communia omnibus formis eligendi.*

1 Hic non repetemus formulas electionũ, per viam compromissi, & inspirationis, nam de his sufficit dixisse quæ tradidimus suprà ca.3. in diuisione electionum, admonebimus tantũ, facta electione etiam per has vias, publicationem, gratiarum actionem, & inthronizationẽ adiici, & communia esse illis quæ in personis eligentium, electorum, & congregatione legitima absentium, requiri annotauimus, si quis tamen plenius de his formis voluerit instrui, consulat Mandagotum 1. parte elect. c.39. & sequentib.

## De consensu electi habendo.

### Capvt XVIII.

### ARGVMENTVM.

1 *Electus intra quot dies exquirendus num consentire velit electioni.*
2 *Negligẽtia electorũ in præsentãda electione nõ obest electo.*
3 *Consensus electi quare requiratur.*
4 *Num inuitus electus cogatur acceptare electionem.*
5 *Si recusat, quid agendum.*
6 *Si acceptet præsens electus, quid agendum.*

1 Ante inthronizationẽ facta publicatione, electio debet electo præsentari, & eius cõsensus haberi, quantò citius & cõmodè fieri poterit, intra octo dies, electus autẽ intra mẽsem acceptare, seu cõsensum præbere vel repudiare debet, alioquin iusto impedimẽto cessante, priuabitur iure quod habet ex electione, ca. quam sit, 6. de elect. in 6. & si electus sit ex numero eorũ qui nõ possũt sine superioris licẽtia electioni de se factæ cõsentire, eo casu idẽ electus & electores cõsentiẽdi licẽtiam ab eius superiore, cũ ea celeritate quam superioris ipsius præsentia vel absentia permiserit, petere & habere debẽt. d. c. quàm sit, idẽ probatur in c. si religiosus. 2. de elect. in Extrauagantibus commun.

2 Neglgẽtia porrò electorũ, in præsentanda electione, nõ officit electo, quia alteri p alterũ nõ debet iniqua cõditio fieri, l. nõ debet. §. fi. de reg. iu. ideò ipsi negligen-

gentes non electus, pœnas patiuntur, iuxta constitutionem Nicolai 3. in c. cupientes, 16. §. cæterùm, de electio. in Sexto. *Cæterùm, inquit, eligentes electiones ipsas concorditer vel in discordia celebratas, si infra octo dies, postquam commodè poterint, electis præsentare distulerint ipsos, qui culpabiles in hoc extiterint, quoad se, à processus persecutione totaliter excludentes, omnibus beneficiis suis, quæ in ipsa Ecclesia, de cuius electione agitur, obtinent per triennium continuum ex tunc inchoandum, volumus ipso iure suspensos, &c. nihilominus tamen in præmissis casibus, &c. electus super hoc in prosecutione sui iuris nullum præiudicium generetur.*

3 Requiritur consensus & acceptatio electi, vt in ca. si tibi absenti, de præbend. in Sext. quia neque inuitus potest cogi consentire electioni de se factæ, ca. 7. vbi ista didicisti, 74. distinct. nec potest exerceri liberalitas in nolentem sibi acquiri, e. hoc iure. §. nō potest, de donatio. ff. l. inuito, 69. de regul. iur. & nemo dignitate crescere cogendus inuitus, c. 2. gesta, 74. distinct. & potest etiam ad munus gerendum nominatus prouocare, l. si ad scribatum. 4. de appellat. C. cùm, etiamsi beneficium alicui concessum sit, liceat, quoad eius fauorem pertinet, renunciare. l. penul. C. de pact. l. penul. de Episcop. & cleric. c. ad Apostolicam, de regularibus. facit. l. nec emere, C. de iure delibera.

4 Nec me latet interdum in minoribus ordinibus constitutos, cogi interdum maiorem honorem & gradum subire in Ecclesia, si iustum impedimentum non opponant, propter necessitatem Ecclesiæ, alioquin tāquam inobediētes posse à superioribus puniri, & ab adepto gradu & beneficio iam deiici, c. si qui clerici, 3. c. placuit, 4. & c. Episcoporum, 74. distinct. c. quæris, 6. de ætat. & qualit. ordinan. explicat textus c. 38. displicet, 23. q. 4. quòd multi, vt Episcopatum suscipiant, tenentur inuiti, perducuntur, inducuntur, custodiuntur, patiuntur quæ nolunt, donec illis sit voluntas suscipiendi opus bonum. & in c. 3. sicut is, 1. quæ. 6. vt sicut is qui inuitatus, tenuit: quæsitus refugit, sacris ex altaribus admonendus: ita qui vltrò ambit, aut importunè se ingerit, est proculdubio repellendus, &c. idem in l. si quemquam, C. de Episcop. & cler. quæ tamen omnia intelligenda sunt de inuito ab initio, non de eo qui perseuerauerit in reiiciendo Episcopatu, vel abiicienda delata dignitate. Debet ita esse nolens qui eligitur, id est talis qui indignum dignitate se arbitretur, & ideò recuset: & resistat ea ratione, ca. ante omnia, 40. distinct. datúrque ideò ei mensis ad deliberandum, num velit acceptare, vt metiatur interim vires suas, procurandum autem tunc vt de inuito volens fiat, ca. in scripturis, 8. q. 1. atque glossa in c. displicet, in verb. *inuiti*, 23. quæ. 4. ait quod verè si aliquis esset perpetuò inuitus & nolens, nunquam posset cogi. ita in concilio Pisano, cui præfuit Alexander Papa, statutum fuit, Episcopos vel Abbates non posse transferri inuitos, nisi subesset causa euidens & rationabilis, vt dicit Panor. in c. fin. de postulatio. prælat. idipsum statutum in concilio Constantinopolitano, & antè in concilio Aurelianensi 5. c. 12. prohibita, viuente Episcopo, alterius subrogatio, quod & citatur à Gratiano ex concilio ad Aluerniam habito, in principio. 7. qu. 1. potissimùm quando translatio fit per modum prouisionis, quia ea prouisio censetur esse facta in fauorem prouisi, vnde non tenetur, si nolit, acceptare, ca. si tibi absenti, de præb. in Sext. contrà si iussu Pontificis fieret, propter necessitatem vel vtilitatem Ecclesiæ: quia præsumitur factum fauore Ecclesiæ: c. omnis, 7. qu. 1. qui voluerit videre num summus Pontifex possit pro libito & sine causa transferre Episcopum inuitum, vel deponere, videat notata ad c. per principalem, 9. quæst. 3. Iohannem Andræam ad ca. quoad gratiam, de regul. iur. eundem cum Panor. ad ca. fin. de postulatio. prælat. gloss. ad §. veruntamen, ad verbum, *reiecta*, de elect. in Pragmat. San.

5 Si quando ergo recusat electionē electus similis casui si electio non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renunciat iuri suo, aut fortè diem claudit extremum, seu propter occultum eius vitium irritatur, & tunc electores qui iam fecerant quod spectabat ad ipsos intra iuris terminum eligendo, habebunt à dissensu, renunciatione, morte vel irritatione prędictis, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodò nihil fraudulenter egerint in præmissis, c. si electio, 26. de electio. illud tamen obseruatum, vt si iam fuerit electio facta, vel fuerit ab electione appellatum, antequam electio noua fieri possit, cassetur electio, quamuis nulla, & appellationis decisio expectetur, quia ea pendente suspensa remanet electorum potestas, & ideò noua, non cassata priore, fit irrita. ca. considerauimus, 10. de elect.

6 Quòd si acceptet electionem electus præses, deducitur ad altare, cantando *Te Deum laudamus*, &c. is verò petit sibi dari processum factæ electionis, quare ei datur electio in scriptis, subscripta ab electoribus, & sigillata sigillo capituli: verùm cauere debet electus, ne consensum det electioni de se factæ per secularis potestatis abusum contra Canonicam libertatem, nam priuaretur iure electionis commodo, & efficeretur ineligibilis, ne sine dispensatione ad aliquam posset eligi dignitatem, sicuti qui per abusum eiusdem potestatis eligunt, à beneficiis per triennium suspenduntur, & ita eo tempore priuantur potestate eligendi. ca. quisquis electioni, 43. de elect. facit c. cum terra, &c. quod sicut eo. tit.

## De confirmatione electionis.

### Capvt XIX.

### Argvmentvm.

1 *Confirmatio sequitur electionem, & quid confirmare.*
2 *Confirmationis electionis tres species.*
2 *Electio confirmanti præsentanda.*
3 *Quid continere debeat electio præsentanda.*
4 *Confirmatio dat ius administrandi, non electio.*
5 *Exceptiones ponuntur tres.*
6 *Alia Imperatore electo.*
7 *Alia in electione summi Pontificis.*
8 *Bulla diuersa vtitur summus Pontifex electus, & consecratus.*
9 *Confirmatio intra quot menses postulari debeat.*
10 *Confirmatio electionum ad quem pertineat.*
11 *Contentio de primatu sedis inter Constantinopolitanos Patriarchas, & S. Pontificem.*
12 *Summi Pontificis electionem nemo confirmare dicitur.*
13 *Imperatoris electio à summo Pontifice confirmatur.*
14 *Confirmationes ab aliis quam proximis superioribus aliquando petita.*
15 *Principibus quare aliquando offerenda electiones, quare etiam patronis.*
16 *De confirmatione per summum Pontificē nomine Regio facta.*
17 *Confirmantis electionem partes.*
18 *In quo loco debeat fieri confirmatio.*
19 *Simonia debet abesse à confirmatione, & quid simoniā faciat.*
20 *Appellationes ante confirmationem sunt remouendæ.*
21 *Quid iuret post confirmationem confirmatus.*
22 *De reficienda electione post eam nullam aut irritam declaratam.*
23 *Cassata confirmatione, non ideò cassata censetur electio.*

1 Electionem sequitur confirmatio, c. postquam, de electio. Confirmare nihil aliud est, quàm robur addere vel corroborare, confirmator ita apud Iustinia. Nouella 4. ca. 2. de fideiussorib. §. sed neque, is dicitur, emptionis, qui facta venditione confirmat, vel ratam pollicetur venditionem. βεβαιωτὴν ibi vocat. Vlpia. in l. illud quæritur, 4. de euictio. libro 21. ff. titul. 2. vocat fideiussorem venditionis. & refert vulgò authorem secundum, vocari, vt & satisdatio illa, *secundum mancipium*: dicebatur & exprimebatur per literas S. M. vt apud Cicero. 5. ad Attic. Confirmatio

firmat infirmũ, c. in primis, 2. q. 1. in ca. hoc quippe, 3 q. 6. & quamuis à summo Pontifice fiat, firmum aliquid præcedere præsupponit, verbum enim *confirmare*, id significat, id est, vnà simulque firmare, neque itaque nouiaddit confirmatio facta in forma communi cum clausula, *confirmamus sicut iuste possides*. ca. 1. de confirmatio. vtil vel inutil. cap. quia diuersitatem, de concession. præbend. sed vetus ius confirmat ca. cùm dilecta, & sequentib. de confir. vtil. ca. quia intentionis, de priuileg hócque operatur hæc confirmatio, vt præsumatur validius negotium, vt illud magis timetur quod specialiter iubetur, quàm quod generaliter, in cap. quamquam, 25 distinct. & per confirmationem res fit maioris authoritatis, ca. quis nesciat, 11. distinct. nisi & ex certa scientia quod sciret inutile vel dubitaretur an tale sũm. Pontif. confirmaret, ca. 2. de confirma. vtil. vel inutil. & cap. cùm accessissent, de constitution. ca. 1. de transaction. Confirmatio definitur secundùm Cardinalem, in Clem. 1. §. nos itaque notab 20 de iureiuran. *Iuris quæsiti per electionem corroboratiua declaratio*: nam electio, dat principium, confirmatio, per electionem, ingressus officij, possessionem.

2 Confirmationis electionis tres species ponit Rebuffus in §. monasteriis, ad verbum *Confirmationes*. de regia ad prælaturas nominatio. in Concordat. Prima clandestina, quæ occulte fit vt in alterius supplantetur: quæ reprobatur vt subreptitia, in c. fin. de electio. in Sex. arg. e. quia propter, in fine. de electio. nec ea producit effectus, arg. c. cùm olim, de causa possessio. & ca. cùm olim. de dolo. Secunda, quæ fit citatione generali præmissa, nemine se opponente, quæ probatur d. c. fin. de electio. in Sexto. & ibi vide denda glossa. Tertia est, quando superior contradictoribus citatis, si qui sint, & auditis in iudicio, confirmat electionem, de qua loquitur c. bonæ memoriæ, in 1. de elect. c. §. facta, in verbo, *inquisitionis*, de electione in Pragmat. Sanction.

3 Quia verò de electione fit confirmatio, debet electionis haberi decretum, sub eriptionibus eligentium roboratum, & præsentari confirmanti c. quanto, 10. vb. gl. disputat, num ante subscriptionem possint eligentes variare, 63. distinct. c. innotuit. 20. de electio. vbi gloss. ad verbum *decreto*, [illegible] decretum seu electionis factæ scripturam continere debet totam seriem & formam electionis, nomina eligentium [illegible] consensum, subscriptiones cuiuslibet in hunc modum *Ego talis Canonicus talis Ecclesiæ huic electioni interfui, & consensi, propria manu subscripsi*: si scit scribere, aliter alius nomine eius, & [illegible] mandato subscribet, ca. cùm inter vos, de [illegible] & re iudic. insuper debet continere nomen electi [illegible] ad quàm dignitatem est electus, quòd scriptura illa fuit facta publ ca manu, vel loco Notarij per duos viros side dignos, iuxta ca quoniam contra, de proba. debet & [illegible] sigillum capituli refertur enim confirmatio ad electionem, & qualis illa est, talis et censetur confirmata, c. cùm monasterium 15. de electio. maxime quando tenor electionis in confirmatione insertus est, ex quo, quod aliòquin videretur in electione repudiandum, firmatum videtur, ca. venerabilis frater, 8. de confir. vtil. vel inutil. libro [illegible] 40.

4 Electio ius quodammodo dat electo acceptanti, confirmatio administrationem iuris, sic dicimus, electione præsta[illegible] facere, & ius ex electione competere electo, c. fin. de ele[illegible] in Sex. sed non datur facultas administrandi ante confirmationem, quæ hoc ius concedit, c. transmissa, c. nihil est, c. ostio, c. qualiter, 17. c. cùm in cunctis, de elect. c. cùm tamdudum, de præbend. eóque fit, vt ante confirmationem administrans, siue per se, seu nomine alio, vt procuratorio, vel [illegible] Oeconomus, priuetur iure quod ex electione sibi competeret c. auaritiæ, §. de electio. in Sexto. intrusus enim censetur, qui [illegible] se immiscet administrationi ante confirmationem [illegible] cùm tamdudum, & tanquam propria authoritate [illegible] aratum eius iure priuatur. ca. eum qui, de [illegible] de.

5 Fortasse excipiemus primò, quando electio & cõfirmatio pertineret ad eundem, & eodem iure, tunc enim electio habebit vim confirmationis, ex ita. si dn c. cùm [illegible], gl. ad c. vt circa ad verbum *electiones*, & ad ca. 1. verbum, *prouisionem*, de electio. in Sex. Compostella ad c. cùm inter Canonicos, de electio. Nicolaus Milis in verbo *electio* q. 2.

Secundò, excipimus electionem Abbatissæ, quæ postquam ante confirmationem electa à duabus partibus ex tribus monialium administrare potest, dummodò interim nihil ex Ecclesia alienet, aut non recipiat aliquam monialem, capit. indemnitat.bus, 43. §. si vero, de electione in Sexto.

Tertiò, administrare poterit electus ante confirmationem, si cõcorditer ab omnibus electoribus fuerit electus, & remotus valde à Curia, vt non possit confirmationem facilè obtinere & dummodò negligens non sit in petenda cõfirmatione, & interim nihil alienet de bonis Ecclesiæ, per ca. nihil est, de electio. & ibi Ioannes Audreas.

Quartò, priuilegio habent fratres minores, vt illorum generalis electus possit statim administrare, vt notat Angelus Clauasius in summa, in verbo, *confirmatio*.

6 In electione Imperatoris administrationem ei conferri, antequam confirmetur vel coronetur à summo Pontifice, tractatur per gl. in d. Clem. en. vnic. §. porro, ad verbum, *reges*, de iureiurand. quòd si duo electi fuerint in discordia, vterque administraret, vt rex, & [illegible] Imperij iurisdictionem exerceat, donec per summum Pontificem fuerit electio alterutrius approbata, & [illegible] [illegible] dicunt per patientiam sedis Apostolicæ fuisse toleratam, vt certam rationi contrariam & [illegible] [illegible], ita & notat Ioannes ad can. legimus, 93 dist. [illegible] [illegible] de Aretio disputauit & renuit & postillam [illegible] ynus ad l. bene à Zenone, de quadrien. præscrip. Cod. [illegible] iudicatum refert Hostiensis ad ca. super quo buldam, de verbor. significat. in Alemania per principes, quòd Rex Romanorum post electionem concordem habeat omnem potestatem quam habet Imperator, & quod vnctio, quo ad ius administrandi, nihil adderet. Disputant autem num Imperator ante coronationem priuilegia dare possit, Felinus ad ca. eam te, de rescript. & Decius consilio 194. incipiente, *Viso tenore*. Et videtur dictum ca. legimus, 93. distinct. asserere circa finem, Imperatorem posse dici electum ab exercitu, quamuis glossa ibi ad verbum, *Imperatorem*, contrarium asserere videatur, nec Imperatorẽ dici vt ne[illegible] coronatum. Scribit Platina in vit. Benedicti duodecimi, Benedictum dixisse, vacante Imperio omnem eius potestatem in summum Pontificem recidere, IESV CHRISTI supremi regis vnicum in terris Vicarium; quare & ipse, vacante tunc Imperio, Vicarios plures interim posuit. Et illud quoque probari posset quod ad nomen, verùm, quod pertinet ad administrationem, electionem sufficere putarem: sic dies coronationis dicitur ortus Imperij, l. si C. de feriis, quia & tunc Imperij suscipit Imperator infulas, de quibus in l. fi. de quadrien. præscript. C. & d. & Equestri militia exornatus de proximo cingendus, vtitur priuilegio cinctorum, Papinian. l. pen. 43. de milita. testam. lj. 19. ff. tit. 1. videtur tamen improbandus Oldradus, dum consilio 22. incip. *Ad quæstionem*, ait quòd duobus Imperatoribus electis, nullus eorum dare possit priuilegia, quia vterque concursu alium impedire videtur, per l. duo sunt Titij, de testam. tutel. l. in tempus, §. quoties, de hæredit. instituit. ff. quòd alter alterius concursu impediat sibi executionem, per l. quoties, de vsufruct. ff. & hoc sequi videtur Chassanæus ad consuetud. Burgund. §. 1. ad verba, *le Seigneur*, nu. 18. quod tamen mihi non probatur: quamuis enim altero solo vero Imperatore declarato, gesta ab alio non probentur; nihil impedit tamen, quominus suo iure quisque administrationis interim vti possit, vt in patronatus ius prætendentibus, quorum vterque præsentare potest, & valet præsentatio eius qui est in possessione, quamuis postea ius illi adimatur; ca. consultationibus, de iure patron. ca. querelam, de electio. ca. cùm

cùm olim, de caus.posse.& propriet. sed in temporalibus
Imperator superiorem non habet, ca.solitæ, de maior. &
obed. Forsan & dixerit quis, Aquilam Imperij duo capita
habere, Orientis & Occidentis, oec olim Orientis Impe-
rium pendere à summo Pontifice, donec translatum ad Oc-
cidentes, ca. venerabilem, de elect. sumus tamen hodie
extra controuersiam Imperij Orientalis, quod occupatur
ab Infidelibus.

7 In electione etiam summi Pontificis aliud ius est,
quàm in prælatorum inferiorũ electione seruatur, iuxta sta-
tuta in concilio Lateranensi per Nicola. Papam 2 io cano.
in nomine Domini, 23. distinc. versic. *planè*. *Planè*, inquit,
*postquam electio summi Pontificis fuerit facta, sed bellica tempestas
vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit,
vt is qui electus est in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthro-
nizari non valeat, electus tamen, sicut verus Papa authorita-
tem obtineat regendi Ecclesiam Romanam, & disponendi om-
nes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam conse-
crationem fecisse cognouimus.* Ratio videtur apposita in versi.
*quia verò sedes*, eius can. io nomine Domini, quia sedes Apo-
stolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atque
ideo super se Metropolitanum habere non potest: & Cardi-
nales Metropolitani vice funguntur, qui electum Episco-
pum ad Apostolici culminis apicem prouehant. Quare ab
aliis confirmatio non erit expetenda, cùm inferior superio-
rem confirmare non possit. c. cùm inferior, de maior. & obe.
quamuis aliquando Imperatores in approbationis habue-
rint, vnde in d. ca. in nomine, & vers. *quia verò*, additur dum
de electione facienda per Cardinales. *Saluo debito honore &
reuerentia dilecti filij nostri Henrici in præsentiarum rex habetur,
& futurus est Imperator, sicut iam sibi concessimus & successoribus
illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerint.*
Ex quibus verbis glos. notat, ad verbũ *personaliter*, personale
hoc fuisse priuilegium, vt consentirent Imperatores quibus
id nominatim concessum fuisset à summo Põtifice, electio-
ni eius, non aliter: & ideo nõ prorogari hoc priuilegium ad
alios Imperatores, quemadmodũ nec alia personalia, c. hoc
petisti, 7. q. 1. c. hinc etiam, 16. q. 1. l. ætatẽ, de censib. ff. l. quia
tale, solut. matrimo sed & adeò oppressa aliquando fuit Ec-
clesia Christi, vt electus adire Pontificatum recusaret, prius-
quàm ab Imperatore confirmaretur: & ferè vsque ad Va-
lentinum Romanum 103. summum Pontificem qui ade-
ptus se dem anno 828.

8 Constituunt tamen inter sum Pontif. electum & con-
secratum, differentiam, quòd nondum consecratus vel co-
ronatus, in diplomatibus dicat se tantùm electum: non ita
post coronationẽ, quod obseruat Iohãnes Andræas in gloss.
c. fin. de regulis. iur. in Sext. ad verbum, *Pontificatus*, & quod
tunc sigillat bulla imperfecta, num ex vna parte sunt tan-
tùm capita Apostolorum, & alia plana est sine nomine
Pontificis, quod apponitur postquam consecratus fuerit.

9 Sed à diuerticulo redeamus in viam, & prosequamur
confirmationem. Impetrato ergo decreto electionis, illud
præsentari debet superiori, qui ius confirmãdi habet, & de-
bet impetrari intra tres mẽses, alioquin à iure suo cadit ele-
ctus, subducto tamen legitimo temporis impedimento. ca.
quàm sit, §. cæterùm, de electio. in Sex. Peti debet & potest
confirmatio & prosequenda erit, vel ab electo ipso, c. quam
sit, de electio. in Sext. ca. cùm dilecti, de consuetud. poterit
quoque requiri per electores eius. ca. cum Ecclesia, & ibi
notatur per Anchara. & Cardinalem de causa propriet. &
poss. Huius necessitatis petitionis, & ex distinctione plurium
electorum & beneficiorum electiuorum, tradit singularem
resolutionem ca. cupientes, 16. de elect. in Sex. *Si Episcopa-
tus*, inquit Nicolaus 3. *ad quem electio facta est, immediatè sit
subiectus summo Pontifici, eligentes mittere debebunt ad summum
Pontificem duos qui eum instruant de omni negotio electionis alio-
quin suspecta, intra vnum mensem post consensum electi.* Idipsum
dicitur de electis, vt post consensum habeant tempus quod
eis necessarium erit, & poterunt à summo Pontifice con-
firmationem petere, sicque in Ecclesia, quæ summo Pon-
tifici est subiecta, derogatum est tribus mensibus peten-
dæ confirmationis causa constitutis, remanente iuris com-
munis dispositione intacta in confirmatione habenda ab
aliis superioribus quàm summo Pontifice Ecclesiarum
non subiectarum immediatè sedi Apostolicæ. Et diuer-
sitatis ratio inde constat, quòd Curiæ Romanæ negotia
tam multa, impediant aliquando ne intra tres menses pos-
sint obtineri confirmationes, eò & pertinet locorum, à
quibus adeundus summus Pontifex, distantia, quę maiorem
suadet dilationem dari. Poterit electi & amicus petere con-
firmationem, etiam sine mandato, dummodo electus intra
tres menses ratam habuerit huiusmodi petitionem, mul-
tò magis procurator, gloss. in ca. dudũ, in 2. de electio. cã.
postquam, & ibi Præpositus, 50. distinc. glossa ad §. facta,
in verb *præsentata*. de electio. in Pragmat. sanctio. vbi & no-
tat populum quoque posse petere confirmationem sui
prælati, per ca. quod ad Dei timorem, de sta. monachor. quià
& eorum interest habere bonum pastorem: si de vno tamen
duplex fuerit facta electio, vtriusque non potest peti con-
firmatio, sed alterutrius delectæ, c. vt quis duas, 25. de elect.
in Sex. Honestius autem facturum electum arbitrantur, si
non per se, sed per electores curauerit electionem superiori
præsentari, & confirmationem peti ne de ambitione note-
tur. Innocentius in c. cùm in iure, de elect.

10 Confirmant electiones regulariter superiores infe-
riorũ, c. nosti. de elect. non contrà: cum inferior superiorem
soluere nequeat vel ligare, sed superior inferiorem. ca. cùm
inferior, 16. de maior. & obedien. c. inferior sedes, 21. distin-
ctio. Confirmat electiones ad inferiora beneficia nõ exem-
pta suæ diœceseos Episcopus, ad quem institutio & destitu-
tio pertinet, c. nullus omnino, 16. q. 7. c. cum ex iniuncto, in
fin. de hæretic. ca. cùm & plantare, de priuileg. etiamsi sint
beneficia regularia electiua, vt Abbatiæ non exemptæ, vt
in ca. cùm monasterium, 13. de electio. iuncta. ibi glossa. fin.
quamuis aliqui defendant Prioratus electiui confirmatio-
nem pertinere ad superiorem ordinis Abbatem, quod ta-
men alij communiter reiiciunt, & ad Episcopum pertinere
defendunt, in ca. cùm venerabilis, de consueto. glo. ad §. fa-
cta autem electione, ad verbum, *pertinet*, de electio. in Prag-
ma. sanctio. facit textus, & ibi Doctor. in c. cùm venerabilis,
6. de exceptio. nisi beneficia essent excepta d. ca. cum ve-
nerabilis, de consuetud. quia tunc esset petenda confirma-
tio vel à summo Pontifice, vel ab eius à latere Legato, in ca.
si Abbatem, 36. in princip. & §. 1. de electio. in Sex. sede va-
cante Episcopali, inferiorum electiones firmat capitulum.
c. cùm olim, 14. de maior. & obed. ca. 1. ne sede vacan. in
Sext. Eodem modo in Episcopatu nõ exempto, electionem
Episcopi confirmat Archiepiscopus proximus superior. ca.
cùm dilecti, 64 distinct. ca. cùm dilecti, de electio. Archie-
piscopum confirmat Patriarcha, vel Primas. ca. bonæ, 1. de
electio. ca. quia igitur, 63. distinc. cap. 1. de translat. Epis. Pa-
triarcham autem confirmat Papa, c. scriptum, de electio. vel
eius Legatus, quemadmodum & Primates exemptos, c. si Ab-
batem, 36. de elect. in Sext. vel exemptos alios aut Abbates
aut Episcopos, Papa vel eius Legatus à latere in prouincia
existens, ca. cùm venissent, de institutio. ca. cùm venerabilis,
de consuetud. d. ca. si Abbatem, §. 1. de electio. hoc est, Papa
confirmat ad dignitates quæ immediatè subsunt Romano
Pontifici, siue sint Episcopatus, siue Abbatiæ, vel aliæ su-
periores dignitates, ca. nihil, de electio. quomodo autem
petatur ista confirmatio à summo Pontifice, indicat. ca. cu-
pientes. de electio. in Sexto. Addunt Cardinalis & Imola ad
c. cum Ecclesia, de causa possessio. quòd confirmatio ele-
ctionum fieri possint à summo Põtifice siue immediatè sub-
sint electi, siue non, quòd Papa concurrat cum iurisdictione
inferiorum & potestate, ca. ad Romanam, 2. quæst. 6. ca.
cuncta per mundum, & c. per principale, 9. quæ. 3. quemad-
modum & beneficiorũ collatione iure præuentionis im-
petrans beneficiũ vacãs coram ordinario, à summo Ponti-

fice præfertur. ca. si à sede, 31. de prœbend. in Sex.

11 Socio de confirmatione Episcoporum, vel de primatu sedis, contendisse Patriarchatum Constantinopolitanorum aliquos cum summo Pontifice, tandem tamen & rationibus, & conciliorum authoritate superatos succubuisse. Sic Anatolius Patriarcha, habuit in eo oppugnatorem acerrimum Leonem summ. Pontificem, vt eius epistola 51. ad Anatolium, indicat, & aliæ epistol. 52. & 53. Martiano Imperatori, & Pulchreiæ Augustæ scriptæ, qui & controuersiam sopierunt. Quemadmodum tempore Leolagija. Ioannes, & qui ei successit Cyriacus, Patriarchæ Constantinopolitani, qui & primatum ausi sunt sibi vsurpare supra sedem Romanam, habuerunt contrarium defensorem Gregorium primum, vt liquet ex epistolis eius, lib. 4. epist. 76. 78. 80. & lib. 6. epistola 168. 169. 170. Atque sub Phoca Imperatore & Bonifacio 3, apertè declaratum iterum, primam sedem esse Romanam, secũdam Constantinopolitanam, vt scribit Paulus Diaco. lib. 4. Historiæ Langobardicæ, ca. 21. & Beda de temporum ratione. Repetita nihilominus à quibusdã aliis Patriarchis hæc ambitio & superbia, sed pluribus conciliis & sacris comitiis compressa & iudicata, & pro primatu sedis Apostolicæ & Romanæ scripsit Irenæus li. 5. & in concilio Palestino cõstitutũ: scripsit & Tertullia. de præscrip. contra hær. & lib. de pudicit. Cypria. lib. 1. epist. 8. & lib. 3. epist. 11. li. 4. epist. 8. & tracta. de simplici. præla. Origen. tracta. 5. in Matthæ. homil. 17. Beda in natali. D. Benedicti. Carolus Magnus lib. 1. de imaginibus, Demascen. libr. de defunctis. Dictum & in Synodo 2. Nicena, omitto alia eius rei ferè sexcenta testimonia: fertur & 13. conciliatio Ecclesiæ Græcæ cum Latina sub Michaële Palæologo Imperatore, anno Domini 1273. cuius tamen vnio seu concordia parum durauit, vt reliquæ præcedentes, vt scribit Nicepho. Gregoras, li. 5. Gaguinus lib. 7. Æmilius lib. 7. Historiæ, & tomo 3. conciliorum habetur.

12 Confirmationem porrò electionis summi Pontificis hodie nemo dat, cùm ei superior non sit, ca. 1. 23. distinction, ca. aliorum, capit. cuncta per mundum, 9. quæstion. 3. olim aliquando tamen in electione summi Pontificis assensus, authoritas, aut confirmatio Imperatoris exigebatur, sed quamuis postea illa facultas, & curam ex causa cessante priuilegium concessum, vt colligere possumus ex his quæ diximus in Historia electionis.

13 Confirmat electionem Imperatoris S. Pontifex, qui de ea cognoscit, c. venerabilem, de electio.

14 Potest pertinere confirmatio electionum aliquando ad alios quàm superiores alio ordine, ea consuetudine præscripta, vel priuilegio quib. adhærendum erit potius quàm legi generali, ca. de constitutio. in Sexto.

15 Alicubi etiam consensus principum post electionem igitur, quamuis propter idipsum nõ debeat electio impediri, ca. cum terra, 15. de election. vt etiam electio ad beneficium patronatum, denuncianda patrono, vt suum honestũ si voluerit adhibeat consensum. capit. sacrosancta, 15. eod. titul. de electiun. Quamuis enim nihil addere possint electioni, tamen in eo confirmant, quòd non intercedant, vel se obiciant electioni. Etenim possunt impugnare electionem multis modis in quantum illorum interest. Patronus quippe intercedere potest, si electus dissipaturus sit bona Ecclesiæ, si simoniacæ electus, vel aliter contra intentionem fundatorum, vel sit alterius qualitatis quàm exigat decretum vel institutio patronorum: potest enim de his agere & conqueri etiam contra iam præpositos Ecclesiæ patronatæ, vel coram Episcopo, vel illo negligente, coram rege. ca. filiis vel nepotib. 31. & seq. decernimus, 16. q. 7. ca. Abbatem 18, quæst. 2. Sicque statuit Clemens 3. vt in conuentuali Ecclesia, non elect. prælati faciendæ: sed iam factæ honestus patroni postuletur assensus, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, &c. ca. nobis fuit, 25. de iure patro. libr. 3. titul. 38. Potest etiam princeps se obiicere electioni, quòd electũ, alienigenam vel regnicolam habeat suspectum de proditione,

aut reuelatione secretorum, aut de perturbatione publici status, quibus impeditur confirmatio, cùm & similibus electio retractari debet. Innocen. & Panor. in ca. super his, de accusa. docet & glossa 1. ad cap. 1. 62. distinct. Curare enim debet princeps, ne sub prætextu religionis Respublica aliquid detrimenti capiat, l. 1. & 2. de collegiis illicitis, lib. 47. ff. tit. 22. iurisdictionis quoque regiæ est, & pro crimine maiestatis habetur, ideóque & prohibitum & punitum templa factionis causa habere, l. 1. ad legem Iuliam maiesta. ff. libro 48. titulo 4. l. 3. C. de hæret. l. denunciamus, de his qui ad Eccles. confug. & idcirco in concilio Basiliensi statutum, vt si fortè contingat electionem aliquam etiam aliàs Canonicam fieri, quæ in perturbationem Ecclesiæ aut patriæ, aut boni publici vergere timeatur: summus Pontifex cum ad ipsum delata confirmatio fuerit, si talem vrgentissimam causam adesse cognouerit, ea priùs maturè discussa, ac parte plenè defensa, accedente posteà Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut maioris partis suscriptione, huiusmodi causam veram sufficientémque fore attestantium, reiecta tali electione ad capitulum vel conuentum remittat: vt intra tempus iuris, vel aliud, iuxta loci distantium, ad aliam, ex qua talia euenire non formidentur, electionem procedant. in §. veruntamen si fortè, de electionib. in Pragma. Sanct.

16 Postulatur & à summo Pontifice confirmatio electionis vice regia, c. cùm inter vniuersas, 18. de electio. maximè si secularis princeps deneget iustitiam, quo casu ad summum Pontificem recurri potest. Innocent. 3. in c. licet ex suscepto, 10. de foro competen. lib. 2. tit. 2. vel si imperium vacaret, quo casu etiam summ. Pontif. prouidet de Vicariis alicubi, donec eligatur Imperator. Quod in regno Galliæ, vel aliis, vbi successione defertur regnum non electione, locum non haberet: nam successores, vel eorum tutores, curatores, vel gubernatores, vel consilium adiri deberet, qui ei rei prospicerent, si ius regni hoc habeat quod confirmet, vel inuestituram det electorum vel prælatorum. Notabilis glossa ad d. ca. cùm inter vniuersas ad verbum, *Regia*, quòd confirmatus per summum Pontificem tanquam à rege vel nomine Regis, non possit administrare ante confirmationem à superiore Ecclesiastico concessam, fungitur enim in hac parte summus Pontifex potestate regia, quæ non concedit administrationem, quamuis possit ex sua persona seu potestate confirmando, summus Pontifex eam administrationem præbere: quando enim duarum personarum vna vices refert diuersæ potestatis debet consentire ex vtraque potestate, aliter consensus ratione vnius, non supplet quæ ratione alterius debent accedere, ca. quod sicut præterea, de electio. ca. si Ecclesia, in fine. 23. q. 4. l. si pater, §. qui duos, de adoptio. ita si duplex consus exigitur, vterque præstandus est, vt quando duæ potestates concurrunt in eadem persona diuerso iure, quas debeat exercere propria authoritate, in opcione & voluntate eius situm est, an velit prouidere vnico actu, aut diuersis. l. si Consul, de adoptio. l. Præses, de offic. Præsi. ff. c. cũ inter canonicos, & d. c. cùm inter vniuersas de elect. Hinc fit etiam, vt si capitulum eligat, & teneatur electionis confirmationem habere ab Episcopo suo, quòd idem capitulũ, sede vacante Episcopali poterit vnico actu eligere, & conferre seu instituere: tanquam gerens vices Episcopi: Panor. ad c. causam, de elect. sede enim vacante loco Episcopi capitulum potest instituere, & alias necessarias collationes expedire. c. 1. ne sede vacan. in Sex.

17 Confirmantis partes sunt, primùm inquirere ex officio, quamquam nihil fuerit cõtra personã electi obiectum, si sit electus sufficientis litteraturæ, legitimæ ætatis, & alioquin idoneus, c. cùm nobis olim, 19. de electio. vbi & glossa ad verba, *ex officio*, notat confirmantem inquirere debere de modo electionis, an sit Canonicè facta, de persona etiam electi, an sit idonea, vt in c. venerabilem, de electio. c. priusquam. 28. distinct. & de vita, & moribus in genere, vbi non est contradicta electio, etsi mala fama non laboret electus,

canon. qualiter, 7. qu. 1. quod & potest fieri extra contradictorium iudicium, & in absentia electi. Domin. in ca. si fortè de electión. Præsumitur autem quilibet bonus, nisi de contrario doceatur. capit. dudum, de præsum. l. merito, pro socio. Cæterùm, hîc notandum, electum nemine accusante præsumi idoneum ratione qualitatis intrinsecæ, vt bonitatis, castitatis, &c. dict. cap. dudum, de præsumpt. ratione qualitatis extrinsecæ, non ita præsumitur, ideò talem esse electum inquirendum, ca. si fortè, de elect. in Sext. Clemē. constitutionem, §. fi. eo. ti. quare antequam doceatur talem esse electū, non erit confirmatio facienda, ca. cùm nobis, ca. cùm inter Canonicos, c. congregato, eo. titul. apud Gregor. Qui autem allegat qualitatem illam, probare debet, l. 1. §. fin. de incen. rui. ff. l. cōsensu, §. si verò, de repud. l. Fulcinus, in prin. vi bono. rapto. ff. facit l. in exceptionibus, de probation. ff. c. in præsentia, eo. tit. quare electus, vt obtineat confirmationem à superiore, debet probare se esse idoneum qualitate extrinseca, vt legitimæ ætatis, ordinis, debiti, &c. vt notat Henri. Bohic. ad c. accedens, de purgatio. cano. Doctores ad ca. cùm olim, de dolo & contumac. in aliis cōfirmans, præmissa ideò citatione generali, nemine se opponente electioni, confirmat. c. fi. de elect. in Sexto. c. indemnitatibus, §. 1. in glos. ad verb. *nō obstante*, de electio. in Sex. Riparius consil. 14. inci. *Non videntur*, li. 2. responsor. vel citatis contradictoribus si sint & auditis in iudicio, cōfirmabit electionem: vt in c. bonæ memoriæ, in 1. & c. cùm dilectus, de elect. d. c. fin. eo. tit. in Sex. causam huius examinationis, & pœnas sine examinatione seu inquisitione confirmantium, adfert c. nihil. 44. de elect. *Nihil est*, inquit, *quod Ecclesiæ Dei magis officiat quam quòd indigni adsumantur prælati ad regimen animarum. Quamobrem sancimus, cùm quisquam ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet & electionis processum & personam electi: vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat, quia si secus fuerit incautè præsumptum, non solum deiiciendus est indignè promotus, verùm etiam indignè promouens puniendus: ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri vt cùm de ipsius constiterit negligentia, maximè si hominem insufficientis scientiæ vel inhonesta vita, vel ætatis illegitima approbauerit: non solùm confirmandi primum successorem illius careat potestate: verùm etiam, ne aliquo casu pœnam effugiat, à perceptione proprij beneficij suspendatur, quousque si opus fuerit, indulgentiam valeat promereri.* Sic explicat & diui Pauli dictum, *Nemini citò manus imposueris.* ca. cùm nobis olim de electio. ca. quid est citò, 78. distinct. subtilem ante confirmationem præcedere debere confirmationem, docet quoque ca. de Petro, 47. distinctio. & purgationem obiectorum, & inquisitionem seu discussionem personarum contradicentium. c. 5. illud statuendum, 23. distinct.

18 Fit autem confirmatio canonica & honesta in Ecclesia, non in palatio, non in camera confirmantis, multò minùs legitimè fit in camera principis contra debitum iuris, & Pontificalis officij dignitatem, ca. qua fronte, 25. de appellatio. lib. 2. tit. 28. quia ratione secretæ confirmationis seu collationis factæ in camera Pontificis præsumitur fraus, ca. vni. §. porrò, vt Ecclesiastic. benef. sine diminutio. conferant. lib. 3. tit. 12. quemadmodum suspicio est contra occultè aliquid facientes, vel dantes, vel iudicantes, l. fin. de tit. nuptia. ff. l. ita fidei, de iure fisc. ff. ca. consuluit, de offi. deleg. c. Anastasius, 19. distinct. cum simílib. Quando verò fit in camera principis, metus & impressionis maioris potestatis fit præsumptio. Bald. ad rubric. de postulatio. prælato.

19 Abesse etiam debet à confirmatione omnis simoniæ labes, quod explicatur in concilio Basiliensi, & in §. & vt omnia mundè fiant, de electio. in Pragma sanctio. his verbis: *Et vt omnia mundè fiant ac sine labe ac labis suspicione procedant: non solùm exigere aliquid quantumcunque paruum, sed etiam gratis oblata, confirmator ratione confirmationis, sub nomine subuentionis subsidij, gratitudinis, aut alio colore, prætextu cuiusuis consuetudinis aut priuilegij, per se vel per alium, nullatenus recipere præsumat.* Cassatur & electio per simoniam facta, in ca. si aliquius, 56. de electio.

20 Ante confirmationem prosequendæ sunt appellationes, intercessiones, cùm post electionem confirmatam ab ea non possit appellari. ca. cōstitutis, 46. de appell. Appellat autem quis, vel per se vel per procuratorum, à postulatione, & electione: regulariter ad sedem Apostolicā, ca. quamuis, 10. vbi distinctio. de electio. in Sex. nempe intra decē dies à tempore scientiæ, cap. concertationi, 8. de appellat. in Sext. Tenetur autem appellans omnia præscribere quæ decreuit obiicere, vel contra formam electionis. vel contra personas eligentium aut electorum. cum iuramento quòd ea omnia vera sint, ca. vt circa, 4. de election. in Sext. idipsum & in mandato procuratoris obseruandum, qui iurat in animam constituentis procuratorem hæc eadem. capit. procurator, 38. de electio. in Sext. interposita appellatione quoque, appellans tenetur iter in Romanam Curiam arripere intra mensem, ad prosequendam appellationem. cap. 1. de electa. in Sext. permittitur tamen in di. 10 ca. quamuis, 10. appellanti desistere ab appellatione interposita, nisi euidentem scientiæ vel personæ proposuerit defectum, quo casu desistere non licet, c. ab eo, 31. eod. titul. de electión. in Sext. nihilominus tamen & in casu quo licet ab appellatione resilire, qui confirmat, debet ante confirmationem inquirere quare renunciatum fuerit appellationi, num malitia, dolo aut per collusionem: alioquin si non inquireret, suspenderetur per annum à confirmatione. ca. prouida, 44. eo. tit. in Sext. de electio. Reiicietur aliunde tamen ab oppositione seu appellatione electionis, is qui in scrutiniu nominauit electū, vel consensit electioni illius, nisi subesset ei noua causa, vel antiqua de nouo ei cognita, ca. nulli licere, 8 eo. ti. in Sex de elect. aut nisi opponere voluerit, quòd votum illius cui opponitur nullum redderet ipso iure. c. si quando contigerit, 9. eod. tit. in Sex. Pœna porrò appellantis & obiicientis defectū personæ, si nō probauerit plenè & integrè ob ecta, in sumptus condēnatio: si autē defecerit omninò in probatione, vt triennio à beneficiis & officiis sit suspēsus: & si intra illud tēpus in his administrandis se ingesserit, ipso iure illis priuetur, nisi docere possit aliquid quod eum à calūniæ suspicione liberet. ca. 1. §. adiicientes, de electio. in Sexto.

21 Post confirmationem iurat electus obedientiam summo Pontifici, ex forma præscripta in ca. ego N. Episcopus, 4. de iureiura. li. 2. ti. 24. vt Abbates post benedictionem, & Imperatores, in Cl. Romani, de iureiuran. forma eadem iuramēti Episcopi obseruatur in iuramēto facto Archiepisc. vel Patriarchæ. c. dilecti filij, 13. de maior. & obedien. li. 1. tit. 33. præstat & iuramentū prælatus, Abbas; vel Episc. vel alius electus suæ Ecclesiæ de defendendis, conseruādisue bonis eius, & de non alienandis, de quo iuramēto meminit c. 2. de feud. c. per tuas, de donatio. & hæc quando electio rectè confirmatur, obtinent: contrà si cassetur, vel irritetur, aut si forma non sit seruata. c. fi. de elect. in Sext. nam esset tunc ipso iure nulla, vt dicitur in eo. ca. fin. §. si verò.

22 Cassata, vel irritata electione etiam non est quærendum de vitibus confirmationis, sed de repetenda electione, in quo casu, pro modo eligendi distinguitur: si enim electores elegerint scienter indignum ex crimine, vel defectu, putà scientiæ, ætatis, ordinis, natalium, & similiū, tunc superior qui cognouit de nulla electione, vel qui irritam declarauit, non tenetur remittere electionem ad electores, qui in eo peccarūt, & sunt ideò priuati potestate eligēdi pro illa vice, & alia pœna affecti. c. cùm in cunctis, 7. in princ. & §. fi. & c. dudū, de elect. §. sanè clerici, de elect. in Prag. Sāct. Idipsum locum habet, si peccauerint electores in seruanda forma. c. quia propter, de elect. c. quamquā, eo. ti. in Sex. §. & cū humanæ, de elect. in Prag. sanctio. In aliis casibus verò superior semper irritatam electionē ad eosdem electores, reficiendam tenetur remittere, veluti si propter occultum crimen electi irritetur, c. innotuit, de electio. vel quia electus erat indignus, vt corpore vitiatus, bigamus irregularis, per

nota. à Iohanne Andræa, ad ca. odia, de regul. iur. in Sex. in Mercuriali. vbi & notat pœnas, ca. cùm in cunctis, §. clerici, de electio. habere tantùm locum in casibus ibi expressis, & in dicto capite dudum, vide Panor. ad §. clerici. Pœnæ enim sunt restringendæ, dicto capite odia, idem dicendum, si electio fiat irrita, quòd vnus electorum fuerit spretus, vel quando variæ electiones factæ, quarum neutra à maiori parte facta dicitur, nec à saniori, gloss. in ca. Ecclesia vestra, 2. in fine. de elect. aut propter inhabilitatem eligentium, qui tamen non fuissent in mora petendi, vt tolleretur inhabilitas. ca. cùm dilectus, de consuet. aut quia facta est electio, prima non cassata, vel facta post appellationem legitimam, ca. considerauimus, & ibi Panor. de electio. aut quia pendente appellatione ab electione, facta sit. c. prouida, 44. de elect. in Sex.

23 Cæterùm si confirmationem electionis, propter debitam iuris solemnitatem in confirmatione ipsa omissam: vel ex eo, quia ipse qui confirmauit confirmandi non habuit potestatem, cassari, seu cassam & irritam nunciari contingat, non propter hoc præcedens electio, si aliàs sit canonica, intelligitur infirmari. c. si confirmationem, 39. de elect. in Sex. ca. cùm iam dudum, de præben. c. ad probandum, de re iud. Ratio quia electio & confirmatio, separatæ sunt partes, Inno. in ca. 1. de in integr. rest. & in habentibus causam separatam, vtile per inutile non vitiatur. ca. vtile, de regul. iur. in Sext. Dehinc principale est electio, accessorium confirmatio, & principale non sequitur naturam accessorij, quamuis è diuerso accessorium sequatur naturam principalis, ca. si super gratia, de offic. deleg. ca. accessorium, de regul. iur. cum simil. b. si tamen ex electionis causa confirmatio irritaretur, & confirmatio & electio non subsisterent. Et hæc hactenus de confirmatione, plura videto apud Barthachinum tractat. de Episcopo. in 2. parte tertij libri, & in parte sequent. vsque ad finem.

## De consecratione electorum.

### CAPVT XX.

### ARGVMENTVM.

1. *Consecratio quid.*
2. *Quæ ad consecrationem pertineant.*
3. *Quòd fiat post confirmationem electi, & effectus.*
4. *Intra quod tempus facienda consecratio.*
5. *A quibus consecrentur Episcopus & alij prælati.*
6. *De consecratione summi Pontificis, & confirmatione.*
7. *Ornamenta summi sacerdotis collata cum summi Pontificis ornatu.*
8. *De Abbatum benedictione loco consecrationis.*
9. *De pallio Archiepiscopali.*
10. *De corona Imperatoris.*

1 CONSECRARE, nihil aliud quàm simul sacrare, & sacratis per sacratos coniungere. ca. pudenda, 24. quæst. 1.

2 Ad consecrationem prælatorum & benedictionem Abbatum, plura pertinent, quorum aliqua dicta à nobis li. 17. Syntag. iur. c. 14. pauca tamen hîc annectemus.

3 Post confirmationem consecratio sequitur electi Episcopi. c. cùm olim, 7. de dolo & contuma. lib. 2. tit. 14. c. prouida, 44. & ibi glos. ad verb. *consecrationes.* de electio. per confirmationem administrationem habet electus, & ita confert beneficia collationis sui Episcopatus, ca. nosti quomodo, 23. de electio. at non potest exercere quæ sunt ordinis Episcopalis, nisi fuerit consecratus, ca. transmissa, 15. de electio. si consecratio tamen præcesserit confirmationem, vel post confirmationem, illa tamen improbata, dubitatum non consecratio reprobaretur, & nulla esset. Placuit autem non aboleri consecrationis ordinem, quamquam executio eius suspendatur vel impediatur retractata confirmatione, citatur ca. 1. & ca. ordinationes, 9. q. 1. ca. Episcopum, 2. q. 1. c. quod translationem, de temporibus ordinatio. Episcopalis quippe ordinis character impressus manet ad instar veri Episcopi. glos. ad ca. prouida, 44. ad verbum, *firmitatis.* de electio. in Sext. An verò in ordine Episcopali imprimatur character, traduot Theologi in lib. 4. sententia. distinct. 24. de Turrecremata ad ca. cleros, 21. dist. & ad c. Episcopus, 23. dist.

4 Non est differenda consecratio vltra tres menses, à confirmatione, nisi causa rationabilis eam differat, vel impediat. ca. 1. 75. dist. ca. quoniam quidam, 2. 75. dist. ca. quoniam, 100. dist. Impedimenta sunt, vt hostilitatis, c. fraternitatem, 71. distinct. discordiæ circa confirmationem, & alia similia. c. de Syracusanæ, 28. dist.

5 Consecratur Episcopus non exemptus, ab Archiepiscopo & duobus Comprouincialibus Episcopis vocatis, ca. final. 66. distinctio. vel per tres Comprouinciales Episcopos vocatos, vel de illorum consensu, ca. si Archiepiscopus. 6. capit. nec Episcopi, 7. de temporibus ordina. vbi & in fine additur, quòd si inter pares aliqua dubitatio fuerit, maiori numero Episcoporum consentire debere Archiepiscopum. Consecratur Archiepiscopus ab omnib. suis Suffraganeis, consensu Primatis, ad Ecclesiam matricem vocatis. capit. si. 51. distinctio. capit. 1. 61. distinctio. dict. ca. si Archiepiscopus. Hodie summus Pontifex consecrat omnes Metropolitanos, vel suo mandato iubet consecrari, gloss. in capit. final. 1. distinct. per canon. pudenda, 24. quæst. 1. item & Cardinales, & Patriarchas. dict. canon. pudenda, & ibi glossa ad verbum, *Apostolico.* Vide quæ diximus de Episcoporum electione, confirmatione, & consecratione libr. 15. Syntagm. iuris, ca. 12. & libr. 17. capit. 12. 13. 14. & de consecratione & confirmatione Archiepiscoporum, libr. 15. cap. 11. de Patriarcharum confirmatione, & consecratione, eo. libr. 15. ca. 9. & de Cardinalibus, eo. lib. 15. ca. 4. & de summo Pontifice, c. 3.

6. De summi Pontificis confirmatione seu consecratione, meminit primùm Onuphrius in Pontificibus, in Damaso 1. sub anno Dom. 366. dum ait, *Creatus & consecratus Kalendis Octobris.* in hócque 38. summo Pontifice, quem Platina facit 39. tantùm incipit loqui de consecratione, cum in anterioribus tantùm dixisset creatos, & ab eo Damaso in sequentibus vtitur his duobus, *creatus & consecratus.* & in sancto Pelagio 61. S. Pontif. ait, *Creatus & ordinatus 16. Kalen. Maij,* 556. in sequentibus verò ait, *creatus & consecratus*, vsque ad S. Gregorium 65. Pontif. vbi iterum vtitur his verbis. *creatus & ordinatus 3. Nonas Septem.* 590. in sequente rursum Sabiniano 66. Pontif. *creatus & cõsecratus*, & in 67. Bonifacio 3. *creatus & ordinatus*, posteà in sequentibus, *creatus & consecratus*, vsque ad Leonem 2. summ. Pontif. 81. quem dicit tantùm *creatum* anno 681. de consecratione vel ordinatione nõ meminit. At in sancto benedicto 2. quem facit 82. Pontifice sub anno 684. *Pontifices, inquit, qui deinde fuerunt, creati & cõsecrati sunt, sine Constantinopolitani imperatoris iussione*, vt ait Anastasius Bibliothecarius. Posteà in Stephano 114. summo Pontif. electo anno 885. ait eum creatum, & in 28. sequentibus tantùm meminit, quòd creati fuerint, vsque ad Gregorium 5. Saxonem, quem facit sum. Pontif. 143. sub anno Domini 995. & dicit *creatum & consecratum*, posteà in sequentibus decem meminit tantùm creatos, vsque ad Damasum 2. iuniorem Bauarum, quem ponit 153. sum. Pontificem in anno Domini 1048. & hunc primum refert creatum Polethe in Germania ab Imperatore Henrico 3. consecratum & coronatum Romæ 16. Kal. August. ab eodémque Imperatore creatos sequentes duos, Leonem 9. & Victorem 2. iuniorem scribit, & fuisse creatos, consecratos, & Romæ coronatos. At posteà Stephanum 10. dictum, creatum tantùm & consecratũ Romæ, de coronatione nihil, attamen Antipapam Benedictum 9. dictum decimum, factum ab Henrico 4. creatum ait & coronatum Romæ à laicis contra Canones, qui posteà, coactus, potestate se abdicauit. At successorem Stephani 10. Nicolaum, 2. Pontificem 157. anno 1058. ait fuisse creatum

creatum Senis, consecratum & coronatum Romæ: in sequentibus non meminit de coronatione, nisi in Vrbano 2. quem dicit coronatum & creatum, vt Honorium 2. Pontific. 165. Et Antipapam Victorem 4. contra Alexandrum 3. 172. Pontific. Lucium 3. Lucensem Pontific. 173. post hunc duos sequentes tantùm creatos dicit, sequente verò Clemente 3. Pontif. 176. creatum & coronatum Pisis: duos sequentes tantùm creatos, consecratos, in summa sequentes aliquos tantùm creatos, aliquos creatos & consecratos, aliquos creatos, consecratos & coronatos refert, vt intelligamus coronationem Pontificem non facere, sed potiùs creationem & legitimam electionem: quia in aliquando dum vellet Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Iudæi Regem creare, diffugit: summus autem Pontifex, eius Vicarius, eum honorem etiam non pro essentia sacerdotij habet, sed in signum bonæ voluntatis eligentium, & supremæ potestans, etiam in ipsos reges in sibi commissis à Deo. Scribit Platina in vita Ioannis 5. 84 Pontificis, Ioannem quintum vno omnium consensu Pontificem creatum, ea ratione qua Leonem 2. consecratum à tribus Episcopis, Ostiensi, Portuensi, & Veliterno, & hunc morem posteros deinceps tenuisse. Formam quandam consecrandi Pontifices idem Platina refert in vita Paschalis 2. quem facit 167. Pontificem, cùm ait post electionem, eum indutum coccinea chlamyde, tiaráque eius capiti imposita: comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perductum, ad porticum Constantinianam, vbi cùm in sede ad eam rem de more parata, aliquandiu requisieuisset. Atrium Lateranense concensus, balteo succinctus est, vnde septem claues, septémque sigilla pendebant, vt intellegeret se secundum septifariam Spiritus sancti gratiam, sanctarum Ecclesiarum, quibus Deo authore præerat, claudendi, sigillandi, aperiendi, recludendique rationem habere. Et tunc quoque inuisisse, sceptrum Pontificium manibus tenentem, ea loca quæ solis Pontificibus sunt adiudicata. Sequentibus verò diebus consecrationem accepturum ad Basilicam beati Petri profectum, in qua eum chrismate munierũt Oddo Ostiensis Episcopus, Mauritius Portuensis, Gualterus Albanus, & alij: Oddoni autem primas partes fuisse, quas hodie etiam in simili vnctione retineat. In Gregorio verò 10. idem Platina scribit, Viterbium venientem summum Pontificem, honorificè susceptum, coronáque Pontificia ornatum, omnem potestatem accepisse, quam Christus Petro reliquit. Corona Pontificia Diadema est seu Phrygium concessum cum aliis insignibus regiis, & potestate vtendi equis albis, de quibus vide cap. 14. Constantius Imperator 96. distin. & edictum Constantini quod est post Concilium Neocæsariense.

7 Consecratio & ornamenta summi sacerdotis legis antiquæ videntur nunc etiam adesse summis Pontificibus, sic enim de his iussit Deus. Exod. c. 29. vers. 4. sequentib. *Aaron & filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij, cúmque laueris patrem cum filiis sua aqua, indues Aaron vestimentis suis*, id est, *linea & tunica & superhumerali & rationali, quod constringes balteo, & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, indués que tunicis lineis, cingésque balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitbras, erúntque mihi sacerdotes religione perpetua*, &c. & in ca. 28. Exod. vers. 4. *Hæc*, inquit, *erunt vestimenta quæ facient Aaroni, Rationale & superhumerale, tunicam lineam strictam, Cidarim, & balteum.* Describitur & in sequentibus versiculis pretiosa textura ornatus Pontificij, ex auro, gemmísque, & aliis pretiosis. in c. vnic. de sacra vnctione, lib. 1. tit. 15. Episcopos vngi per duos alios Episcopos in capite, propter authoritatem; & in manibus, propter ministerium & officium, docetur.

8 In Abbatibus, loco consecratione est benedictio, in his qui non possunt sine benedictione officium gerere. c. 1. de supplenda negligent. prælat. lib. 1. titul. 10. vbi, & si tertiò ab Abbate requisitus Episcopus noluerit benedicere, ille poterit suos Monachos benedicere, perinde ac benedictus; iunge Clem. 2. de stat. monach.

9 Sic Archiepiscopus antequam insigne dignitatis acceperit, nempe pallium, alios non poterit consecrare, vt habetur in principio 100. distinct. ideò & pallium post tres menses à consecratione petere debet à summo Pontifice Metropolitanus: c. quoniam, 100. distin. licet electio Archiepiscopalis pallio consummationem accipit.

10 Vt electio Imperatoris accepta postrema corona aurea Romæ, vt scribit Platina in Clemente quinto. ferrea enim alia prior Mediolani accipitur, vt scribit idem Platina in Clem. 5. & in Ioan. 23.

---

## De ratione introductionis electionis ad beneficia.

### CAPVT XXI.

### ARGVMENTVM.

1 *Ordinationes temere facienda non sunt.*
2 *Electionibus obiecta & reiecta.*

1 POSSEM, vt finem imponam, adferre causas electionis personarum ad beneficia quæ communes sunt aliis negotiis: verùm, vt intra præpositam tractationem me contineam, adferam illam præcipuam, quod temere ordinandæ non sint ministeriis Ecclesiasticis personæ, vt admonet Timoth. D. Paul. 1. ad Timoth. 5. *Nemini citò manus imposueris.* Citò manus imponere, nihil est aliud, quàm ante ætatem legitimam, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, aliquem promouere. in principio 24. dist. & ca. quid est, 78. distin. ca fin. de elect. in Sexto. Magnum opus aliis prælucere, & exemplo esse, bases Ecclesiæ & columnas subiicere, nempe pastores tales Ecclesiæ præponere, qui doctrinæ & meritorum viribus eam sustentent. §. 1. de elect. in Pragmat. sanctio. Prælati columnæ Ecclesiæ dicuntur, cap. 15. accusatio, 2. quæst. 7. c. qualiter & quando, 24. de accusatio. cap. 2. de offic. custod. & bases, in Extrau. Innoc. 6. ad honorem muri, in c. sit rector, 43. distinct. ex cap. 13. Ezechiel. Agitur de maximo periculo pastoribus non idoneis datis, nempe de periculo animarum, quæ sunt cæteris rebus pretiosiores. cap. 24. præcipimus, 12. quæst. 1. l. sancimus, in fine, de sacrosanct. Eccles. C. ca. si habes, 24. qu. 3. ca. cum infirmitas, 13. de pœnitent. & remiss. Animarum verò periculum imminet, si indigni & inhabiles ad præfecturam promoueantur, c. nihil est, 44. de electio. quamobrem, vbi periculum maius est, ibi diligentiùs & cum maiori consultatione erit procedendum, ca. vbi periculum, de elect. Ars insuper artium, regimen animarum c. cum sit ars artium, 14. de ætate & qualitat. ordin. quare tales sunt ad regimen animarum personæ admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate. c. indecorum, 3. de æta. & qualita. Quòd si in minimis adhibenda est diligens discretio, multò magis in maioribus, hisque magis consulendum. ca. quiescamus, 42. distinct. l. 1. §. sed & si quis, de Carbonia. edict. lib. 37. ff. tit. 10.

2 Non me latent quæ obiecta fuerint electionibus, vnde alicubi ansa data est eas tollendi, sed incidisse eosdem in Scyllam, putantes euitare Charybdim, certissimum habeo. Neque opus fuit ob abusus, mea si mihi libera est sententia, eas sanctissimis legibus definitas, aboleri: puniendi sunt abusus, quibus nec vlla tam sancta res est, quæ non polluatur, & conseruandæ res bene institutæ, neque etiam abusus impedire bona possunt, cùm & castigentur iure, & verè tantum ex præscripto factæ electiones retineantur; si quis enim primò dicat, per abusum secularis potestatis fieri electiones, hoc habet pœnam certè in iure punientem: ca. Massana, ca. cum terra, ca. quisquis, de elect. secundò quis dicat, simoniacis pactionibus, electiones fœdari, habet re-

medium quo euitet hanc electionem, per titulos de simonia. c. ex multis, 1. qu. 3. l. si quemquam, C. de Episc. & cler. si dicat 3. fauore sanguinis fieri, iam habet prohibitionem, ca. Moyses, 8. qu. 1. iamque colliget facilius esse vnum cessante electione corrumpere, quàm existente electione, plures: si 4. loco periuriũ vereatur, quòd alios electores, quàm polliciti sint eligere, eligant, habet pœnas quæ hoc emendent: & cauere potius deberent, ne faciles essent summi Pontifices vel alij, ad dandas rehabilitationes, vel dispensationes huiusmodi periuris. Sunt remedia quib. & puniuntur malè eligentes, & retractantur malæ electiones, vt non existimem ideò tollendam aquam, quòd plures se in eam iniicientes suffocentur: nec ignem, quòd eo plures comburantur: nec matrimonium, quòd adulteria committantur: nec cælibatum, quòd quidam in lapsum carnis peruenerint: verùm, tandem in portum peruenientes, votiuam Deo, quòd terram appulerimus, appendamus tabellam, gratitudinis, & gratiarum ergò.

LAVS DEO

EXPLICATIO

# C. CONQVERENTE, DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS ORDINARII.

## LIBER PRIMVS.

*DECRETAL. TITVLVS XXXI.*

### De Inſcriptione.

### CAPVT I.

SVMMA.

1 *Honorij tertij vita breuis.*
2 *De monaſterio & loco Subaſſiſii.*
3 *De ſancti Benedicti ordinibus, & ibi de Monachorum inſtitutione & origine.*

Honorius III. Epiſcopo Aſſiſſinatinenſi.

CONQVERENTE Oeconomo monaſterij S. Benedicti montis Subaſij, nobis innotuit, quòd tu iuribus epiſcopalibus non contentus; quæ in Eccleſiis ſeu Capellis eiuſdem monaſterij debes habere, à quibuſdam earum procurationem exigis, quas ad dandam procurationem minime ſufficere proponebat: petens vt ſpecificares quæ tibi ratione iuris Epiſcopalis competerent in eiſdem: quorum, quibuſdam ſpecificatis, lis fuit legitimè conteſtata. ¶ Nos autẽ inſpectis probationibus, & quæ ab vtraque parte fuere propoſita intellectis, Decreuimus, vt in Eccleſiis, ſeu Capellis tuæ diœceſis ad monaſterium ipſum ſpectãtibus, habeas canonicã obediẽtiam, ſubiectionem & reuerentiam, inſtitutionem & deſtitutionem, correctionem & reformationem, ac cenſuram Eccleſiaſticam, iuriſdictionem quoque cauſarum omnium, ad forum Eccleſiaſticum de iure ſpectantium, pœnitentias, & ſacrorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt recipienda, collationem, Synodum & Synodatici ſeu Cathedratici nomine duos ſolidos, quartam decimationem & mortuariorum, viſitationem quoque annuam: ita quòd cùm ad eas viſitãdas acceſſeris, nõ amplius procurationis nomine requiras ab eis, niſi quantum (penſatis facultatibus eatundem) moderatè poterunt exhibere, ne plus cæteris Capellis eiuſdem diœceſis in procurationibus onerentur: & infrà. Tu autem his iuribus in præfatis Eccleſiis contentus exiſtens, non amplius ab eis exigas, præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateran. concilij ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate poſtulandum, ſicut ab aliis Eccleſiis eiuſdem diœceſis, pro neceſſitate temporis ſuſtinemus.

*IN nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI, *ſanctiſſimæ & incomprehenſibilis Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti, inuocatis ſuffragiis beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.*

1 Author capitis huius eſt Honorius 3. ſummus Pontifex eius nominis. Hic fuit filius Almarici, Romanus, inter ſummos Pontifices ordine 183. ſecundùm Genebrard. lib. 4. Chronic. ſecundùm Platinam, 184. ſecundùm aliquos, 185. adeptus ſedem anno 1215. ſecundùm Onuphrium in Chronico Pontificum, 179. qui & de eo in hæc verba ſcribit: Honorius 3. Romanus, Cenlius Sabellus Aimerici filius, ex Canonico ſanctæ Mariæ maioris, Diaconus Cardinalis ſanctæ Luciæ in Orthea, & Camerarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ à Cæleſtino 3. factus: pòſt presbyter SS. titulorum Ioannis & Pauli, ab Innocentio 3. ordinatus: Imperatore Cæſare Frederico 2. Auguſto, creatus Peruſ. à 19. Cardinal. ſummus Pontifex, 16 Kal, Auguſti, ibidem 9. Kal. die Dominico Coronatus, anno 1215. obiit Romæ 15. Kal. Aprilis, anno 1227, ſedit annos 10. menſes 8. Hunc Fredericum 2. Imperatorem coronaſſe, ſcribunt Platina, Albertus Krantius lib. 7. c. 38. Coronaſſe quoque Imperatorem Græcorum Petrum Altiſſidorenſem & Iolem vxorem, vt & teſtis Blondus libr. 7. deca. 2. ſcribit & Platina hunc Honorium Decretales Epiſtolas compilaſſe, plurăque ſanctè ſtatuiſſe, inter quæ eſt conſtitutio hæc Decretalis, *Conquerente.*

2 Decretalis hæc ſcripta eſt Epiſcopo Aſſiſſinatenſi, cui mouerat controuerſiam monaſterium mõtis Subaſſiſij, (ſic enim legendum puto, nõ Subaſi.) Aſis, mons eſt in Vmbria, vbi eſt monaſterium ſancti Benedicti, huic monti vicina vrbs ab ea dicta Aſſiſium. Vmbria in Italiæ quarta regione, de qua Flauius Blondus libro Italię inſtauratæ, dicta nunc in aliqua parte Ducatus Spoletanus: de Vmbria Plinius lib. 3. c. 11. Hæc regio quo tempore Ianus hoſpitio ſuſcepti

sceptus, Vmbrorum progeniem suscepit, vt ait M.Cato in fragmentis de originibus, à quo tempore sæpe mutauit nomen dicta ordine temporum Ianizena, Vmbria, Comara, Razena, Ethruria, Thuscia, vt annotat ex primo Dionysij Halicarnassæi, & 3. Plinij, Annius Viterbiensis, in Commentariis ad 11. regem Assyriorum Berosi. Vmbriæ Ducatus Spoletanus dicebatur antè Velumbrium, Langobardorum tempore, vt testatur Paulus Diaconus in Historia Langobardica, & Annius in Sempronij librum de diuisione Italiæ. In Spoletano Ducatu sunt nouem Episcopatus, sicut legimus in quinternione Romano, qui dicitur liber Prouincialis, nempe Assisinus, Ameliensis, Eugubinus, Fulginus, Interamnensis, Narniensis, Nucerinus, Spoletanus, & Tudertinus.

3 Sunt monasteria plura monachorum in regione illa Spoletana, inter cætera Assissimum ordinis sancti Benedicti, quod multis opibus donatum est, & habet sub se, sibique subditas Capellas aut Ecclesias, vt dicitur in nostro c. Monachi porrò primùm degebant palantes, & veluti Eremitæ in syluis, desertisque & incultis locis, deinde ad communionem quandã liberam à regula & discretione ciborum & vestium fuerunt collecti, ex institutis D. Basilij, circa annum Domini 370. vt testatur Gregorius Nicenus in Monodiis, D. Hieronymus. Testatur & Alexandriæ hoc solitarios se inuisisse Philo Iudæus, vocátque Therapeutas, eorúmque sacra sodalitia describit & mores, libro περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν, id est, de vita contemplatiua, aut de precatorum virtutibus: quem librum D.Hieronymus testatur scriptum fuisse de Christianis; idipsum asserit Eusebius lib.2. Historiæ Ecclesiasticæ, cap.16.& 17. Hos rursum monachorum cœtus sub certa viuendi regula & distinctione vestium & ciborum, cœnobiis conclusit D. Benedictus Nurcinus, & primum monasterium constituit in monte Cassinensi, in secunda regione Italiæ, cuius fuerunt maximi redditus annui, & (vt ferunt) 40000. florenorum, circa annum Domini 530. vt scribit Volaterran. in 21. & Gregor. lib.2. Dialogorum, c.1. & 33. ex quo monasterio & alia eius ordinis propagata fuerunt. Ordini regulæ D.Benedicti data fuerunt, in gratiam religionis, multa priuilegia, quorum prætextu in hoc c. videtur Monasterium contendere cum suo Episcopo: Episcopus autem authoritate communi fretus, resistebat, & proinde consultus summus Pontifex, exponit iura Pontificalia, seu Episcopalia, & in quibus monasteria ei subiiciantur, vel exempta censeantur.

## De Episcoporum distinctione.

### CAPVT II.

### SVMMA.

1 *Episcopus quare dictus ita apud Ethnicos.*
2 *Qui inter Christianos.*
3 *In locum Apostolorum & Discipulorum subrogati.*
4 *Gradus Episcoporum.*
5 *Patriarcharum gradus & potestas.*
6 *Primates qui, & Metropolita, & Metropolis, & Metrocomia.*
7 *De Episcopali potestate, & summi Pont. & Archiepiscoporum.*
8 *Prouinciarum ante Christianismum & post distributio.*
9 *Ordines Ecclesiastici oppositi ministris & sacrificulis idolorum.*
10 *Ciuitas & villa murata quando dicantur.*

1 QVIA autem in hoc c. conquerente agitur præcipuè de iuribus Episcopalibus, ideò pauca de Episcopi nomine & authoritate, in vniuersum exponemus, & deinceps ad singularia capitis perueniemus. Episcopus, ἐπίσκοπος, à verbo, ἐπισκοπεῖσθαι, obseruatoré seu speculatoré significat negotiorum quorumcunque quorum dicitur Episcopus, vt apud Archadium Iurisconsul. Episcopus ciuitatis rerum venalium inspector, curámque habens rerum quę venirent, l. munerum. §. Irenarchę, de muner. & honor. ff. Plutarch. in Roma. c.15. de termino agens, scribit, Antiquos sacrificia termino fecisse, veluti ei quem existimarent ἐπίσκοπον, καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης, Episcopum, seu Inspectoré & custodem amicitiæ & pacis. Et Cicero ad Atticũ 7. *Ego negotio præsum non turbulento, vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur.* Ita Cælius Rhodiginus libr. 10. cap. 3. notat summos Magistratus Aimostas dictos Atheniensibus, & apud Lacedæmonas Ephoros fuisse, veluti aliorũ Episcopos & obseruatores Magistratuum, vt etiam Ephoros appositos & datos vt obseruatores regibus, tradit Pausanias lib. 3. in Laconicis, vt Romæ Consulibus Tribunos plebis. Cicero 3. de Legib.

2 Inter Christianos nomen Episcopi translatum primùm ad eos omnes qui curam disciplinæ Christianæ & populi gererent, & presbyteri dicti quoque Episcopi aliis præpositi, vt Actor. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus vos posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam proprio sanguine quæsiuit.* Vide canonem olim, 95. dist. erant & Episcopi Leuitarum, Esdræ 2. capit. 11. Postquam autem schismata oriri cœperunt in Ecclesia, & alij dicerent, Ego sum Pauli, ego Apollo, ex presbyteris vnus electus fuit in singulis maioribus ciuitatibus, qui aliis præesset, dictúsque solus Episcopus, can. legimus, 93. distinct. à quo tempore simplices presbyteri Episcopi dici desierunt, nisi ad id munus ordinati fuissent. Euseb. lib. 6. cap. 3. & in historia Tripartita, li. 4. ca. 24. Explicat nomen Episcopi & dignitatem paucis Vrbanus S.Pontifex, in epistola de rerum communione, quæ nunc est excussa inter opera Clementis Romani. Quòd autem, inquit, sedes in Episcoporum Ecclesiis excelsæ constitutæ & præparatæ inueniuntur, in throno speculationem & potestatem iudicandi, & soluendi, atque ligandi à Domino sibi datam materiem docent.

3 Duo ordines à Domino nostro IESV CHRISTO constituti, Discipulorũ & Apostolorũ. In locum Discipulorum successerunt presbyteri; in locum Apostolorum Episcopi: & pro patribus nati sunt filij, iuxta Prophetiam Dauidis, Psal. 44. & ibi D.Augustin. id docet, & refertur in c.fi. 68. dist. in can. Dominus, 93. dist. c. vrbes, 12. q. 1. c. in nouo, 21. distinct.

4 Episcoporum porrò gradus maiores & minores: altior, summi Pontificis; post illum minores, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, canon. clero, 21. distinction. Chorepiscopos hîc non numeramus, qui in aliqua parte diœceseos vsurpabant sibi authoritaté Episcopi: hos etenim tanquam alienos & sine origine, disciplina reiicit Ecclesiastica, ca. Chorepiscopi, 68. distin. quemadmodum & Damasus Lusitanus, qui sedem adeptus est anno Dom. 369. sustulit Chorepiscopos, quos nunc Suffraganeos dicimus, & Episcopos portatiles, dicens epistola 4. Episcopos, qui eis vtuntur, esse meretricibus similes, quæ statim vt pariunt infantes suos, aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citiùs libidinem explere valeant, nam & isti, sic infantes suos, idest, populos sibi commissos, istis educandos tradunt, vt pro lubitu ipsi secularibus voluptatibus seruiant.

5 Patriarchæ 4. in orbe, prior dignitate, Constantinopolitanus; secundus, Alexãdrinus; tertius, Antiochenus; quartus, Hierosolymitanus, capit. antiqua, de priuileg. qui tamen in Primates, vel Archiepiscopos, vel Episcopos sibi subditos, maiorem non habent authoritatem, vltra causas appellationum, quæ ad eos deuoluuntur, quàm iura illis expressè concedant. c. duo simul, de offic. ordin.

6 Primates alicubi locum Patriarcharum tenent, vt non nisi nominis sono differre videantur, cap. 1. 2. 3. sub 99. distin. Primates adhuc & Patriarchæ in Prouinciis propriis, quibus præsunt, pro Metropolitanis sunt, l. sancimus, 29. §. final. de sacros. Eccles. Metropolita idem est quod Archiepiscopus, à numero, seu, vt ait Isidorus, à mensura ciuitatum appellatus: quòd sub sua potestate debeat habere duodecim, aut decem Episcopos, quemadmodum prouincia decem, aut 12. ciuitates, c. scitote, 6. quæst. 3. vel apertius Metropolita dicē

lita dicetur, qui in matre seu præcipua ciuitate prouinciæ sedem habet: vnaquæque enim prouincia solet vnam ciuitatem habere cæteris præstantiorem & matricem, nisi & alteri priuilegio præter nentia quoque indulgeatur, l. 1. de Metropol. Beritho. l. 11. C. Propriè μητρόπολις ciuitas in prouincia, vel alibi dicitur prima, ex qua aliæ ciuitates ortæ sunt, seu colonam duxerunt, vt ait Suidas. Eò pertinet quod scribit Thucydides: ἀποικία δὲ ἡ μὲν εὖ πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται, id est, *Colonia quidem beneficio affecta, honore suam prosequitur Metropolim: iniuria autem affectu, ab ea alienatur.* Quemadmodum & μητροκωμία vicus, vt aliorum vicorum mater, seu ex quo coloniæ ducuntur, primus vicus, ex quo alij orti sunt, seu ex quo incolæ in alia loca inhabitandi causa concesserunt, & sedes nouas elegerunt. De metrocomia in l. fi. de exactor. tribut. ff. & l. vnic. non licere habitatorib. metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, lib. 11. C. tit. 55.

7 Omnes Episcopi, cuiuscumque sint gradus, propriam habent potestatem & iurisdictionem sibi attributam. Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ maiorem: nam ad illos à simpliciter Episcopis, in iudiciorum causis appellatur, & ex causa negligentiæ, quædam ab inferioribus ad superiores deuoluuntur. Summus Pontifex ἐν τελείωσει [illegible] potestatis, & plenissimæ, quæ in vniuersum diffunditur orbem, ca. cuncta per mundum, c. aliorum, 9. quæst. 3. quare vbique & semper ex arbitrio pallio vtitur, quod plenitudinem arguit potestatis, cùm tamen Patriarchæ, Primates, Metropolitæ, non nisi certis diebus & in certis Ecclesiis vtantur, quia vocati tantum in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, capit. ad honorem, 4. de author. & vsu pallij, lib. 1. tit. 8. Habent Patriarchæ & Primates potestatem in regionem sibi commissam, Metropolitæ in prouinciam, dicto ca. sacrosancte, & ca. 2. 9. quæst. 3. illi cum Episcopis, qui intra regionem & prouinciam sunt, partiuntur onera, ita tamen ne sibi authoritatem in quibusdam adimant, ca. 1. 2. 3. 9. quæst. 3. ca. lege, ne de causis Suffraganeorum vel Episcoporum suarum diœceseon cognoscat, nisi per viam appellationis, vel delegationis a summo Pontifice factæ, capi. [illegible] hoc libr. 1. de offic. deleg. titul. 30 & exceptis casibus notatis in capit. pastoralis, 11. ad verbum *exceptis*, l. [illegible] de offic. ordin. Episcopi quippe singuli, singulas diœceses & Ecclesias sibi commissas, solidè gubernare debeant, canon. regenda, c. quæcumque, 10. quæst. 1. ca. 1. 2. 3. 9. quæst. 3. habéntque in ciuitatibus diœceseos maioribus, delectas sedes, vt habetur in epitome Basilicorum, ex qua translata l. vnaquæque, 36. nunc sub titul. de Episcop. & cler. C. ca. 2. in illis, seq. Episcopi, 80. dist. D. Clemens epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini. Anacletus epist 3. c. 2.

8 Ante aduentũ Christi cultus idololatriæ inter Ethnicos suum habebat ordinẽ, & erant prouinciæ distributæ, & distinctæ, vt liquet ex ca. prouinciæ, 99 dist. liquet & apertiùs ex libro inscripto, Notitia vtriusque Imperij, ex libro vlt. Strabon. & ex lib 53. Dionis Cassij diligentium dixit hanc diuisionẽ, l. ex hoc iure, de iusti. & iure. ff. ca. quo iure 8. dist. Regio maior quam prouincia: regio, quasi regni vel regia gubernatio, Hebræi vocant מדינה *medinah*, quasi iudicij subiectionem, vel פלכא *pilcca*. Prouincia, minor aliquando, vel è regno regio redacta in prouinciam & gubernationem specialem, armis subacta, eiusque administratio alicui concessa, regionis vel partis eius, vnde & Græcis ἐπαρχία, vt in l. 1. de priuat. carcer. C. diuisa regna fuisse à filiis Noachi, tradit c. 10. Gen. causam verò diuisionis fuisse iniquitatem & malitiam hominum, qui mutuò non potuerunt se compati, item ambitionem regnandi & habendi, tradit Clemens Romanus epistola 5. & in ca. dilectissimis, 12. q. 1. antea Anacharsis, epistola ad Crœsum, præpositi fuerunt & corporales & spirituales administratores, diuisione facta.

6 Et cùm cœpit augeri hominum Christianorũ congregatio seu Ecclesia, sacrosancta quoque Hierarchia distributa est Ecclesiastica, & repleta & ornata suis sanctis ordinibus, Ostiariis, Acolythis, Lectoribus, Cantoribus, Exorcistis, Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris, & Episcopis & oppositi sunt Sacrificulis, Ministris Pontificibus, & Sacerdotibus idolorũ, atque vbi Primates sui erant in omnibus ciuitatibus, fuerunt Apostoli missi, & postea Patriarchæ, & vbi Archiflamines erant, missi Archiepiscopi, vbi flamines Episcopi, in ciuitatibus nempe præcipuis, ca. vrbes, ca. in illis, c. Episcopi 80. dist. c. 1. de priuileg. Singulari in diœcesi etiam vnus, non plures, factus Episcopus, quia monstrum videretur, si essent duo capita, c. quoniam, 14. hoc titul. de offic. ordin.

10 Hincque factũ est posteà, vt verè ciuitas dicta aliquibus non putetur nisi habeat proprium Episcopum, sed villa murata, vt notat Rebuffus ad § statuimus, ad verbum, *ciuitas* de collation. in Concordat. Barthol. ad constitutio. qui sunt rebelles, ad verbum, *Lombardia*, tr. Extrauagant. lib. Authenticor. Vbi autem erat olim totius impietatis & idololatriæ caput, nempe Romæ, vbi Ethnicorum erat Pontifex maximus, ibi cœpit esse caput sanctitatis, ca. beati Petrus & Paulus, 2. q. 7. Cæterùm in hoc c. conquerente, iura tantùm Episcoporum, simplicium præcipuè, tractantur, non Metropolitanorum, seu Archiepiscoporum, vel Patriarcharum, aut summi Pontificis, ideò & nos intra septa definita nos continebimus: de illis tamen potissimùm tractatur, de aliis videbis à nobis tractata lib. 15. Syntag. iuris vniuersi, per tredecim priora capita.

---

## Ad prima verba capitis.

### Capvt III.

### SVMMA.

1 *Vita nostra plena conquestione.*
2 *Lites & contentiones vnde inter homines.*
3 *Subditis & inferioribus aliquando permissum conqueri de superiore. Rationes in sequentibus.*
4 *Maiores potestates quare minoribus præpositæ.*
5 *Iudex in causa propria nemo est.*
6 *Litis agitatio causam eorum exponit.*
7 *Litigare an debeant personæ Ecclesiasticæ.*
8 *Oeconomus quid, & Syndicus.*
9 *Apocrisarius quis.*
10 *Causa actionis huius c. & de Capellis.*

1 CONquerẽte *Oeconomo monasterij, &c.* Prima vox, quam mittit homo sibi natus est fletus, quo se natũ etiam conqueritur, & à suppliciis vitã auspicatur, vt eruditè prosequitur Plinius in procemio li. 7. Omnia querelis & contentionibus videntur exposita, litibus obnoxia, vel inuidia, vel malitia, vel auiditate hominum, vel superbia & libidine dominandi potissimum; quæ libido aliquando non tantum laicos vel seculares aggreditur, sed etiam plures, qui religionem arctiorem profitentur, vitamque se dicunt seculi contemnere, vt æternam consequantur, & sæpius sub palliolo simplicitatis & Philosophiæ latet superbia, quàm sub Imperatorum chlamydibus. Sic aliquando fertur Lucifer ille lucidissimus & præstantissimus olim Angelus, impietate superbiæ similẽ se voluisse facere altissimo creatori suo, secumque plures in suam sententiam & damnationem quoque pertraxisse Isaiæ capit. 14 Apocal. capit. 12. Suscitauit & idem Sathan, lapsus ob peccatum à beatitudine, lites inter hominem & Deum, Genes. capit. 3 dehinc & à gradu & sede Paradisi deiectus homo, sensit in seipso repugnantem legem carnis & salutis seu mentis bonæ, ad Rom. capi. 7. vers. 23. sicũmque & cum aliis suæ speciei progenitis, corpus dissidere, & cum ipso dæmone, dicto capit. 3. Genes. quomodo verò poterit homo cum aliis pacificè viuere, qui secum pacificè non degit? parùmque esset adhuc diuidere, si aliud malum, malo maius, non adderetur, nempe inuidia, quæ vel contra

contra naturam hominis iudicantur ab Ethnicis. l.2. de iustit. & iure, ff.

2 Lites maximè ex peccato & concupiscentiis malis, D. Iacob. cap.4. quæ cum vix aut nunquam ab hominibus abscedant, fieri non potest vt sine lite sint homines, estque, vt ait Dion Prusæus Sophista, oratione περὶ κακίας malignitatis bellum sempiternum quod gerunt inter se homines, neque indictum, neque dirimendum vlli conditionibus aut fœderibus, & quod inter eos potissimùm suscipitur, qui sũt cõiunctissimi, cuius verba postrema, rem acu ipsam (vt dicitur) tetigerunt: sunt enim ferè omnes lites inter fratres, consanguineos, socios, vicinos, & huiusmodi, inter præpositos & subditos, quarum causa, quòd quis nolit quæ sua putat ab alio vsurpari, vel nolit vsurpata relinquere, vel aliena cupit vsurpare, vel potestate abuti, vel legitimæ potestati non obtemperare. Quibus medicamẽtum & remedium adhibitum, per potestatem superiorẽ, quæ cogere potest subditos sua tantùm conseruare, & suis esse contentos, restitutis cuique quæ eius sunt, item & honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere, l. iustitia, 10. §. iuris præcepta, de iustit. & iur. ff. cum simil.

3 Notabimus itaque primùm ex hoc capit. conquerente, permissum etiam esse subditis conqueri de superiore, si præter modum grauentur ab illo; vt hic monasterium conqueritur contra Episcopum: & in capit. auditis, 15. infrà, de præscriptio. libr.2. titul. 26. permissum & accusare Episcopum & Metropolitanum, in ca. Metropolitanum vestrum, & ca. sicut inquit, 2 quæst.7. vbi pulchra ratio permissionis: vt, quemadmodum reuerentiam & honorem debemus superioribus, sic rectitudinis & timoris Dei est, si qua in eis sint, quæ indigeãt correctione, non dissimulare, ne malum à capite in subditos serpat. Permittitur & colonis adscriptitiis, quamuis videantur seruilis conditionis, iudicio cum dominis contendere, si super exactionibus eos onerent. l.1. & 2. in quibus caus. coloni cẽsit. dominos accusare possint. lib.11. C. tit.49. l. cum satis, 22. §. caueant, de agricol. & censit. eo. lib.11. tit.47.

4 Ratio, quia idirco Metropolitæ & Iudices maiores, veluti Præsides & Rectores prouinciæ, constituti sunt, ne potentiores humiliores iniuriis afficiant, néve defensores eorum calumniosis eos iniuriis insectentur, aut ne sub specie tributorum, illicitæ exactiones fiant. l. illicitas, 6. §. ne potentiores, & §. illicita monasteria, de offic. Præsid. lib. 1. ff. titul. 18.

5 Secunda ratio, ideò in iudicio audiendos subditos aduersus superiores, eò quòd, si nõ audirẽtur, contra id quod æquum bonùmque est iudices præpositi constituerentur in sua causa, & aliter quàm statutum sit in l. 1. ne quis in sua causa iudi. C. l. qui iurisdictioni præest, de iuris. omn. iud. ff. lib.5. titul.1. l. penul. de arbit. lib.4. tit. 8. l. extat, 13. quod met. caus. libr.4. titul 2. idcircóque iudiciorum vigor in medio positus est, ne quisquam sibi permittere valeat vltionem, l. nullus, de Iudæ. C. neque creditur deponenti in sua causa. l. omnibus, C. de testib.

6 Sed & tertio loco, litis agitatione, causarum merita expenduntur, l. final. si per vim vel alio modo, &c. C. iudicis enim officium est, plena disquisitione omnia rimari, l. iudices oportet, C. de iudic. ca. indicantem. 30. q.5.

7 Cæterùm ab hac monasterij agendi libertate concessa contra suum Episcopum non videtur reuocare generalis regula, quæ arcet personas Ecclesiasticas iudiciorum tumultu & foro, vt in canonib. Apostol. can.6. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μὴ, καθαιρείσθω. Episcop. aut Presbyter, aut Diacon. seculares curas nõ assumat, alioquin deponatur. Et diuus Paul. 2. ad Timoth. 2. Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse in omnibus, atque in ca. perlatum. 88. distinct. Gregorius arguit quendam Episcopum Basilium, quòd tanquam vnus ex laicis, secularibus negotiis occuparetur, & Prætoriis inseruiret, & ex consilio Carthaginensi 4. capit. 18. can. Episcopus nullus, 88. distinc. iubetur Episcopis, ne vllã rei familiaris curam ad se reuocent, sed lectioni, orationi, & verbo prædicationis tantùm vacent, & rursum in ca. Episcopus. 14. qu. 2. Eodem consilio Carthaginensi, ne Episcopis cauetur, ne etiam prouocati pro tẽporali re litigent; generaliter etiam vt omnium Ecclesiasticarum personarum vita à vulgari debet esse separata: sic etiam & litigium, cap. 1. ne cleric. vel monach. secul. negot. c. vnic. de Syndic. & prohibitum Episcopo ne ordinet litigiosum, cap. hoc habet proprium, 46. distinct. Ratio, ne cogantur monachi vel clerici alij, relinquere cultum diuinum, ob assiduitatem cuius donati sunt priuilegiis. l. omnes, & l. generaliter, C. de Episcop. & cleric. & Nouella 23. Item. opprobrium est clericis, si se peritos forensium concertationum velint ostendere, l. consulta diualia, C. de testam. l. repenta, C. de Episcop. & cleric. quæ omnia certè quodammodo reiiciunt à limine iudiciorum personas Ecclesiasticas, si nihil aliud cõsideretur quàm voluptas ipsa contendendi & litigandi spontanea, at si consideremus necessitatem, vel piam causam, ob quam interesse litibus coguntur, non ita absolutè respondendum erit siquidem Prælati & Ecclesiis iure præfecti, pro iuribus earum rectè & lites mouent vel excipiunt, non tanquam pro propriis, sed tanquam pro sibi commissis conseruandis, & tanquam Ecclesiarum procuratores vel administratores, ca. Episcopus, §. 1. 14. quæst. 1. can. sacerdos, 1. quæst. 2. ca. expedit, ca. præcipimus. 12. quæst. 1. sicque Prælatus ex necessitate officij sui, vtilitatem Ecclesiæ suæ procurare tenetur, c. generali, de electio. in Sexto. quod & exhibito iuramento in adeptione præpositurae promittit, cap. 2. de feud. neque etiam in hoc c. conquerente, monachi agunt per se, sed per Oeconomum, vt liquet ex textu, quamuis pro Ecclesia sua & vtilitate eius, etiam interdictum non sit monacho per se, & ex superioris licentia, in iudicio agere vel experiri, c. 2. de postul. prælat. infrà lib. 1. tit. 37. Agit hic Oeconomus pro Capellis & iuribus suæ Ecclesiæ seu monasterij conseruandis.

8 Oeconomus porrò dicitur is, cui res Ecclesiastici gubernanda mandatur, l. iubemus nulli, 14. in princ. de sacros. Eccles. οἰκονόμος Græcis, Latinis, Dispensator, ita ad Rom. c. 16. Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, Erastus dicitur dispensator seu Oeconomus ciuitatis; & in vulgari translatione, dicitur Arcarius: & ad Titum, οἰκονόμος τοῦ Θεοῦ. dispensator seu Oeconomus Dei. Quando porro Oeconomus agit vel defendit in iudicio, dicitur & Syndicus, vt in c. vnic. de Syndic. & apud Hermoginia. in l. 1. & l fi § defensores, de muner. & honor. Defensor Latinis, Græcis Sindicus dicitur, ad certam causam plorium agendam vel defendẽdam electus. Et quemadmodum propriè procurator, qui agit vel defendit priuatorum causis appellatur; sic actor, vel defensor, vel Syndicus Vniuersitatis, Collegij, seu ciuitatis, l. 1. §. quibus permissum, quod cuius Vniuer. nom. ff. hi enim procuratorem propriè non dicuntur habere. l. neque ciuitas, de procurat. in ff. De Syndicis nos multa libr. 49. Syntagmat. iur. vniuer. cap. 5.

9 Affinis procuratori quodammodo dicitur Apocrisarius, ἀποκρισιάριος. nempe, idem quod responsarius, pro Ecclesiis vel monasteriis constitutus, seu delegatus, vt in §. oportet Apocrisarios, Nouel. 133. is enim dat responsum nomine suæ Ecclesiæ ab ea ad Episcopum vel principem, vel alium, delegatus. Fines eius legationis, reddere vel petere responsum eorum ad quos mittitur, quos non potest excedere, vt nec agere vel conuenire nomine Ecclesiæ suæ. §. reuerendissimi verò Apocrisarij, c. 25. de sanctissimis Episcop. Nouell. 123. Eo nomine & Apocrisarij Papæ dicuntur, in ca. septuaginta, 16. dist. Oeconomus, de quo meminit c. nostrum conquerente, simul erat actor, defensor, seu Syndicus monasterij. & proinde etiam poterat exire claustrum, & esse vnus ex monachis eius pro sua Ecclesia. vt in §. si quando autem, de sanct. Episc. in Nou. & c. 2. de postul.

10 Cantia monasterij, pro qua erat Oeconomus, de ssio

Capellarum

Cappellarum monasterij dicitur. De Cappellis & Cappellanis nos iam diximus, lib. 15. Syntag. c. 29. Cappella aliquibus dicta, quasi capiēs λαὸν, id est, populos, vt notat Reb. in tractat. de pacif. possessor. n. 89. aliis à caprinis pellibus quibus altaria olim dicuntur fuisse cooperta, secundū Archid. in ca. plures, 16. q. 1. & gl. in c. concedimus, 30. ad verb. *celebrari*, de consecr. dist. 1. Forsan istud cōiici poterat ex iussu Dei, Exo. 26. vers. 14. ex quo tabernaculū tectum fuit pellib. arietū lubricatis, superposito adhuc operimento de pellib. pellium Iacynthinarū. Præpositus autē existimat Cappellā dictā fuisse à cappa D. Martini, Præp. ad c. presbyter, 23. dist. Nos verò putaremus Cappellam, vulgari sermōne, dictū Oratoriū campestre in triuiis, omni ex parte sua per latera apertu, ne clausum latronū latibulū fieret, superiori verò parte tectū, veluti in capite, & ab illo capitis tegumento ad imbres & soles reiiciendos, dictā Cappellā: hic enim, *Chappelle*, à tegēdo caput dicunt, & *Chappeau*, à capite. Erant quippe olim, & sunt nunc plerumque istæ ædiculæ ex superiori tantùm parte tectæ, profanæ, nō cōsecratæ, incustoditæ, vbi forsan priuata sacra facta & orationes ab iter agentibus, vt in l. sacrilegij, 9. ad leg. Iul. peculat. lib. 48. ff. titul. 13. nec etiam iure Pontificio in his etsi ex causa necessitatis, fuit permissa Eucharistiæ consecratio, d. ca. cōcedimus, de cōsecr. dist. 1. donec & cōsecratæ postea fuerunt & cœperunt à populo frequentari, à quo tempore Cappellæ & Ecclesię dictę, & altaria, c. quæsitū, & ca. pen. 1. q. 3. ibique fuerunt tunc ordinati sacerdotes tanquā in aliis Ecclesiis, vt liquet ex tit. de Cappell. monach. maximè c. 1. Dicta &, coniunctione facta harū Ecclesiarū cum aliis Ecclesiis, Cappella, appendix alterius matricis Ecclesiæ, in qua interdum est cura animatum, d. c. 1. de Cappell. monach. aliquando monasteriis coniuncta, aliquando minimè exempta, sed ad curam & solicitudinem Episcopi pertinens si spiritualizata, d. c. 1. interdum verò iura maiora vel minora, vel nulla debentur à Cappella Episcopo, c. fi. de censib.

## De petitione Episcopi iurium Episcopalium contra Ecclesias suæ diœceseos, quòd debeat esse certa.

### Capvt iv.

### Svmma.

1. *Petitio actoris certa esse debet, quid, quale, quantum petatur & sequenti.*
2. *Actionum formulæ in quibus retinentur.*
3. *Prima ratio petitionis certa ex natura generalis & specialis petitionis.*
4. *Sententia certa & conformis libello esse debet.*
5. *Certitudo sententiæ in quo consistit.*
6. *Certum quot modis dicatur.*

1 Qvia igitur Cappellæ vel Ecclesiæ nō ęqualiter præbent aliqua iura Episc. quædā etiā eximūtur ab eius solicitudine ex priuilegio vel alio modo, ideò in hoc c. conquerente, monasterij exceptio admittitur contra petitionē iurium Episcopaliū Ecclesiarū monasterij generaliter factā, atque ideò tertio loco colligemus, actoris petitionem certā esse debere, quid, quātū, & ex qua causa petatur, in reali vel personali actione. vt in c. penult. & fin. de libelli oblatione, c. peruenit. de censib. l. si in rem, 6. de rei vindica. lib. 6. ff. tit. 1. l. 1. §. si quis argentum, deposit. lib. 16. ff. tit. 3.

2 Huius rei etiam fidem faciunt veteres actionum formulæ, quæ quāuis fuerint ratione solemnitatum sublatæ, l. 1. de formul. & impetratio. sublat. C. tamen retinētur in eo, quòd sēper certa debeat esse petitio, ita in personali actione hæc verba cōcipiebat actor, certū peto ex stipulatione, legatū peto ex testamento, vt in l. si is qui Stichū, de actiu. & obl. l. non quicunq; §. 1. de legat. 1. colligiturq. illa formula ex Cicerone pro Roscio Comœdo: *Si paret Titiū Meuio debere talē summā, vel tale quod facere oportere, Sēpronius iudex esto.* Menalt & de ea Iustin. in §. is quoque, quib. mod. re contrahitur oblig. Pro rei vēdicatione verò vel eius actione, illa formula recepta non erat, sed aliā certam eius petitionē habēs: verba quippe illa personalis actionis, *Si apparet reum actori dare oportere*, non possunt quadrare actioni rei vendicationis, nec enim quod actoris semel est, dari iterū ei potest, cùm iā eius sit, & cuique tūc dari aliquid intelligitur quod eius fit. §. sic itaque discretis, de actio. Erat itaque alia eius hæc formula, *Si paret fundum talē Publij Titij ex iure Quiritum esse, neque is fundus ei à Meuio restituetur, Sempronius iudex esto.* De qua formula agit Cic. 3. Verri. dum agitur iniquitatem formularum propter omissionē eorū verborū: & Theophil. ad §. æquè, de actio. sic etiā expressit hāc formulā, *εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν τὸν ἡμέτερον εἶναι δεσποτείᾳ*, &c. v. & Cōstātin. Harmen. li. 1. [illegible] 11. 2.

3 Ratio certitudinis requisitæ prior esse poterit, quòd quis possit repelli ab vniuersali petitione, non tamē à parte, quæ in ea continetur, vt in l. 1. §. Trebatius, de aqua quot. & æstiua. ff. quare & qui incertum confitetur, adhuc vrgendus, vt certum confiteatur.

4 Alia ratio, quòd sententia iudicialis certa esse debeat, §. curare, de actio. l. hæc sententia, 3. & 4. de sent. quæ sine certa quant. proferūt. C. li. 7. ti. 46. l. in summa, quæ aliàs incipit, in sententiis, 59. §. 1. & 2. de iud. ff. Sentētia porrò cōformis esse debet petitioni & libello, l. vt fundus, cōmū. diuid. & secūdùm allegata & probata, ferēda, l. illicitas, §. veritas, de offi. Præsid. at si libellus & petitio incertitudinem continerent, certa nō esset sentētia, neque in ambiguis certum esse potest iudiciū, c. habuisse, 33. dist. ca. graue, 11. q. 3. incerta quoque esset executio, multisq. litibus adhuc inuoluta, nec vllus illarum finis, si lis ex lite oriatur, l. terminato, 3. de fruct. & lit. expens. li. 7. C. ti. 51. cùm contrà vnicus videatur legū & magistratuum scopus, litibus finem imponere quàm citiùs fieri poterit. l. properādum. C. de iud. l. vni. de vsucap. transforma. C. l. 1. C. de nouo C. faciend. c. fin. finibus, de dolo & contumac. c. vt litigantes, de offic. ordin. in Sexto.

5 Porrò certitudo petitionis non ad ius litigātium, sed ad factum remq. petitam certò demonstrandā pertinet, nam alioquin dubia litis fiunt per sententiam & decisionem iudicum certa, c. fi. 30. q. 3. c. iuuenis, de sponsalib. supplereque iudex litigantium ius, non factum potest. l. vnic. vt quæ desunt aduocat. iudex part. supple. tractat & Aulus Gellius li. 14. c. 2. Constantinus Harmenopulus li. 1. Promptuarij iuris, t. 4. videndum c. inter dilectos, de fid. instrum.

6 Obseruandum autem, ad conciliationem plurium antinomiarum, petitionem certā totidem ferè modis dici posse, quot & certum, primū certum ex nomine, vt in l. 1. de mutat. nom. C. l. 4. de leg. 1. secundū ex demōstratione l. si Fortidianum, C. de leg. §. si quis nomine, eo. tit. apud Iust. l. si in nomine. C. de test. tertium certū, relatione ad aliud certum, vt in l. 1. 2. 3. de sent. quæ sine cer. quant. C. exemplum & in l. ait Prætor, §. si iudex, de re iu. ff. l. vbi autem non apparet, §. illud, de verb. oblig. l. hæc vēditio, §. huiusmodi, de cōtrah. empt. ff. l. asse toto, de hæred. instit. censetur & certitudo ex numero, quātitate, qualitate, mensura, certis, l. certū, de reb. credit. vniuersalia quoq. iudicia seu actiones, certitudinem habent, dum in executione recipiunt certitudinē, quæ pendet ex vniuersali iudicio: vt, Peto hæreditatē talis defuncti: non enim in ea egemus certitudine rerum singularum pro certitudine petitionis, sed de certo iure, nū hæres sit, l. 4. & l. si quo tempore, 41. de petit. hæred. ff. l. 1. §. fi. si pars hæred. petat. ea de causa certa censetur hæc petitio & recepta: Peto talem Ecclesiam cū suis omnib. pertinentiis, seu accessoriis, c. cùm ad sedem, de restitut. spoliat. c. licet, de probat. In aliis quoque generalibus iudiciis, sufficit exprimere causam petitionis, etsi res non exprimantur: vt, Peto reddat rationem administrationis bonorum talium, tutelæ, societatis, & similium. l. licet, C. de iudic.

## Ad versic. Nos autem.

### Capvt v.

*De officio boni iudicis in perpendendis allegatis à partibus, & de obedientia debita superioribus.*

SVMMA.

1. *Iudex ad allegata & probata respicit.*
2. *Officium iudicis, & formula procedendi.*
3. *Ecclesiæ diœceseos Episcopo debent canonicam obedientiam.*
4. *Et principes laici.*
5. *Obedientia & honor Episcopi ad dignitatem potius refertur.*
6. *Obedientia superioris non potest præscribi ab inferioribus.*
7. *Inobedientium pœna.*
8. *Quando impunè non obeditur superioribus.*
9. *Sententias executioni demandari iudicum publicè interest.*
10. *Subiectio & dominatio in clero paterna, non dominica.*

1 EX initio istius versiculi colligimus tertio loco, boni iudicis in iudicio proferēdo exēplar, vt non nisi vtrinq. productis probationib. & allegationib. visis & intellectis, ad sententiā perueniat. Iudex porrò sequi debet quod cōuenit eū ex fide eorū quæ probantur, vt ait Vlp. in l. illicitas, 6. §. veritas, de offic. Præsid. Credulitas & fides oritur ex plenè probatis, vt opinio & præsumptio ex semiplena probatione. Præsumptionibus iudex inclinari non potest ad certū iudiciū proferendū, quāuis præsumptionib. moueri possit. l. absentem, de pœn. ff. Probatio ita dicitur ab interpretib. Paulo Castren. & alijs, ad rub. de probatio. fides facta iudici, de eo quod corā eo disceptatur, litigātes enim quod dicūt, id probare debēt iudici, vt Cels. ait in l. quingēta, 12. in fin. de probatio. ff. Gell. lib. 14. c. 2. Allegationes interdum sine probatione, interdum cum ea sunt: sunt allegationes iuris & facti, vtrasque iudex tenetur admittere, & potest vtrinque exigere. Authentica iubemus, de iudicis. C. c. 2. Nouell. 116.

2 Illud enim est plena disquisitione negotium discutere, vtrāque partē sæpius interrogare, nunquid noui aliquid addere desideret, l. iudices oportet, 9. C. de iudic. ca. iudicantē, 32. q. 5. sicque Imper. Constātin. in l. vbi falsi, 22. ad leg. Cornel. de fals. li. 9. C. ti. 22. statuit in grauioribus ne accusatori tantū quęstio, nec probationis ei tota necessitas incūbat, sed inter vtrāque personam accusatoris & rei, sit iudex medius, nec vlla interlocutione diuulget quæ sentiat, sed tanquam ad imitationē relationis, quæ solū audiendi mandat officiū, præbeat notionē, postrema sentētia quid sibi liqueat proditurus. Medius iudex inter litigātes est, & in neutrā partē inclinare sine ratione vel iustitia debet. § & ęquus in causis, Nouel. iusiurā. quod præstatur ab iis qui administ. accipiūt. Vtrique parti litigantiū patienter aures accōmodare debet, dū cognoscit, neque antequā planè intellexerit merita causæ, vel probationē allegatorū, decernere: vel pręcipiti iudicio sententiā ante cognitionē ferre, imò nec vultu animi indicium detegere. l. obseruandum, 19. §. fi. de offi. Pręsid. ff. §. deinde cōuenies est, c. 2. Nouellę 7. de mādat. princip. Sū. Pontif. in nostro versi. rectè adijcit allegationes intellectas, siquidē partes iudicis sunt, primùm cognoscere, dehinc sententiā ponderare, subinde pronūciare, & postremò exequi, non [illegible] ordine inuerso procedere, l. 2. & 3. de sent. ex peri. recit. C. li. 7. tit. 44. l. sancimus, de offi. diuersorū iudicū. C. l. 1. de execut. rei iudic. C. I[illegible] dici, statim atque iudex factus est, omnis [illegible] officiū incu[illegible]bit, quæcūque in iudicio versantur, de q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]enerit, de ea tāen iudicare debet. l. de qua re, de iud. l. [illegible] hi. §. nihil, de trāsa. ff. Perpēsis itaq. allegationib monasterij & Episc. insu[illegible] ei & probationib. intel[illegible], sum Pont. H[illegible]or. 3 [illegible]cipit [illegible]xponere, quid decreuerit, & quæ debeantur [illegible]b Eccle[illegible]s [illegible] œceseos iura Episcopalia Episcopo, quæ no[illegible] [illegible] [illegible] sequemur.

3 Q[illegible] [illegible] quarto loco, [illegible]x hoc [illegible]onquerente, colligemus Eccles[illegible] diœceseos debere E[illegible] [illegible]opo canonicam obedientiā & s[illegible]iectione[illegible] Canonica obed[illegible]tia d[illegible]tur, quę per canones [illegible] [illegible]ita & definita est [illegible] [illegible] [illegible]ibus determinata, hoc en[illegible] [illegible] [illegible]ū dicitur & l[illegible]gi[illegible]mū, ca. [illegible] 6, & c. regu[illegible] 5. [illegible] [illegible] [illegible]acros. [illegible] C. l. [illegible] [illegible], de pact. ff. canon ca[illegible] [illegible] [illegible] ne qua lege [illegible] ob[illegible] canō potest, ca. de re[illegible] [illegible] [illegible]. canonica obedientia est, ex mandato etiā Apostolico, D. Paul. ad Hebr. c. fi. vers. 17. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, *αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν*, ipsi enim inuigilant, quasi rationem pro vobis reddituri, vt cū gaudio hoc faciant, & nō gementes, &c. Episcopis vt patribus presbyteri tenētur obedire, vt scribit Gratian. in princip. 95. dist. Et D. Ignatius epist. 5. & 6. honorandū ait Episc. vt Deū nihilque faciendū sine eo, & presbyteros subditos Episc. Diaconos Presbyteris esse debere; nihilque faciendū sine Episcopo. Idem statuit Clemens Romanus lib. 2. constitution. Apostolicarum, cap. 37. & argumentatur à patribus carnalibus, de quibus dictum Exod. 20. *Honora patrem tuum & matrem tuam, & bene tibi erit*, Et, *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*: pluráque adijcit notabilia, quibus probet sacerdotes & Episcop. patres esse spiritales, multóq. magis quàm carnales colendos. Euaristus epist. 2. ad fratres Ægypti, Episcop. inquit, oportet opportunè, importunè, atque sine intermissione Ecclesiā suam docere, eamq. prudenter regere & amare, vt à vitiis se abstineat, & salutem consequi possit ęternā; & illa cum tanta reuerentia debet eius doctrinā percipere, eúmq. amare ac diligere, vt legatum Dei, & præconē veritatis: quia, attestante veritate, Matthæi 16. Quodcumque ligauerit super terram, erit ligatū & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, & præuidendū vobis, ne offendatis eos qui tantā à Domino habēt potestatem, & potius obediendi, diligendi, & summoperè sunt venerandi, non detrahēdi, aut lacerādi, aut eiciēdi, sed amandi, ipso dicente Domino Lucæ 10. Qui vos audit, me audit, qui me spernit, vos spernit, &c. Refert Thomas Morus lib. 2. Vtopiæ, in Repub. Vtopiensium consecratos in Pontifices rebus diuinis præesse, religiones curare, morū veluti censores esse, sacris interdicere, Ecclesia minor ordine, superiori debet obedientiam & reuerentiam. ca. à Subdiacono, 93.

4 Ex synodo Romana 5. c. 7. omnes quoque principes terræ, & cæteros homines, Episc. obedire beatus Petrus pręcipiebat, 1. Petri c. 2. ver. 13. c. omnes principes, 4. de maior. & obedien. Omnis anima potestatib. sublimiorib. subdita esse debet, ad Rom. c. 13. c. solitæ, de maior. & obed. ca. duo sunt, 93. dist. Potestas secularis subordinata & minor spiritali, vt & nos pluribus docuimus lib. 15. Syntag. c. 1. quod & Ethnici probarunt, sicque Metellus Pontifex maximus, Posthumū Consulem, eúmque Flaminem Martialem, ad bellū gerendum Africam petentē, ne à sacris discęderet, multa indicta, inconsulto Deo, vrbē egredi passus non est, religioniq. imperiū cessit, vt scribit Valer. Max. li. 1. c. 1. Et in conuentib. Germanorum Sueuorum, ius etiam erat sacerdotibus imperandi, vt tradit Cornel. Tacit. lib. de moribus Germ.

5 Consideratur in hac obediētiæ præstādę ratione, magis dignitas, quam gerit qui in gradu superiori sedet, quàm eius personæ propria qualitas, bonitas, aut malitia, nec interest an boni vel mali sint prælati in vita particulari, dummodò non aberrent à doctrina in qua præcipiunt, iuxta id quod præcepit Dominus Matthæi c. 23. Super Cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi, &c.

6 Atque tanta est obediendi superioribus obligatio, vt non possint inferiores hoc ius contra superiores præscribere, cap. cùm ex debito officij, &c. cùm non liceat, de præscr. neo valet consuetudo, per quam superioris interdictum violatur. c. cùm inter, 5. de consuetud.

7 Sunt & contra contumaces & inobediētes pœnæ constitutæ omni iure, diuino & humano. Qui non obedierit sacerdotib. morte moriatur, gladio videlicet vel lapidatione. Deut. 17. ca. 14. absit, 11. q. 3. c. per venerabilē, §. fi. qui filij sint legit. c. 2. de maior. & obed. Sacerdotū nomine, quibus obediendū, cōtinētur Episc. & Antistites, ca. 1. 18. q. 2. & in l. Episcopale, 8. de Episc. aud. C. vbi & Imperat. Archa. Honorius & Theodosius, iubēt eandē deferri reuerentiā iudicatis Episcoporū, quæ deferebatur, Præfecto Prætorio: & alibi, eandē quæ Consuli. Authent. sed Episcopalis, post l. 34. de Episcopis & cleric. ex Nouella 82. quasi peccatum ariolandi & idolo

& idololatriæ censetur, non obedire, ca. 15. si qui sint presbyteri, 81. dist. ca. 10. sciēdū sūmopere, 18. q. 1. c. illud, 8. de maior. & obed. Homerus Iliade 1. aperit causā immissæ in exercitū Græcorū pestis, quòd Agaménon sacerdotē Chrysē inhonorasset, nec obtemperasset petitioni illius. Hodie loco mortis est excômunicatio aduersus inobediétes, d. c. 14 absit, & ca. 12. si autē vobis Episc. 11 q. 3. ex Clementis Romani epist. 3. Cōtēpiscopis scripta exépla inobedientiæ per excommunicationē puniri in ca. fi. 18. vt qui noluerint mādato Episcopi Synodo interesse, sententia excōmunic. vsque ad duorū mensiū spatiū condēnentur, & in ca. quorundā, 1. 34. dist. Qui consanguineorū etiā nimiā familiaritatē vitare contēnit admonitus, excōmunicationi subiicitur, & in c. quod super, 9. de maior. & obed. Abbates & sacerdotes, qui vocati ad Synodū venire contemnūt, per censurā venire cōpelluntur. Est & alia inobedientiæ pœna, depositio, & curiæ seculari traditio in ca. 18. si quis sacerdotum, 11. q. 1.

8 Obseruabimus tamē verba, *Canonica obedientia debita:* canonica enim obediétia ligat subditos; at mandatum non canonicū, non ligat, neque contéptus eius pœnā habebit. In multis enim nemo tenetur superiorib. iubentibus obedire, nēpe si mādata & apertè & manifestè illegitima sint, vt in ca. 91. si quis episc. aut Abbas, 11. q. 3. Prohibitū est Episc. vel Abbati obedire, si iubeant Missas celebrari pro hæreticis mortuis. prohibitū enim est pro illis orare. si dubiū tamē esset nū hæretici essent, liceret. ca. nō æstimemus, 19. & ca. pro obeūtib. 13. q. 2. Quando etiam potestas, quæ iubet, subordinata est alteri superiori potestati, quæ cōtrariū iubeat, satius est eum maiori obedire, velut obedire Deo satiùs, quā hominib. c. 92. nō sēper. ca 93. si Dominus, c. 94. Iulia. 11. q. 3. nā causa, cur obediamus principib. & prælatis, à maiore iubēte obedientiā potestate, petenda est, vt à Deo, qui potestatib. iubet obtēperare, qui .n. potestati resistit, ordinationi Dei resistit, ad Roman. c 13. & c. 97. qui resistit, 11. q. 3. et proinde, si præfecti potestati iubeant, aperte aduersus mandata Dei, cuius ministri sunt, obedientia illis non debetur, vt liquet ex exēplo apud Danielē c. 3. & ex Actis Apost. lib. c. 4 ver. 19. Et sic qui se scit alijs esse præpositū, moleste ferre non debet sibi aliū esse prælatū, & obediētiā quam exigit etiam ipsum dependere debere, ca. 6. quāquā. 23 dist. proinde iudici non paretur impunè, si in aliquē locū inhonestū adesse iusserit, veluti ad popinam, vel in lupanario, vt Vinianus & Celsus probāt, apud Papinian. ad l. si cūm dies, 22 §. sed si in aliquē locum. de recept. arb. lib. 4. tit. 8. & si cōtra priuilegiū à sum. Pōtifice vel alio modo cōcessum, episcopi ab Abbatib. vel alijs subditis exigunt, possunt illi obedientiā denegare. c. sanè si episcopi, 5 de excessib. prælator. lib. 5. tit. 31. vt generaliter quæ à quocūque fiunt nō pertinentia ad eius officiū, viribus nō subsistūt, c. ea quæ fiūt à iudice, de reg. iur. in sex. l. factū à iudice, 132. eo. tit. ff. facit l. fi. de iuris. omn. iud ff. neq. episc. munus vsurpans, nō existens episc si consecret vel ordinet etiam forma recepta, aliquid agit valide. c. 3. quoniā vices, 68. dist. facit c. indulgētiæ, de pœnit. & remissio. Quòd si præceptū superioris, Dei vel maioris, apertè non repugnet imperio, at dubiū subsit nūcū eo pugnet, parendum erit interim, vel prouocandū ad superiorē, donec à maiori potestate cognoscatur: eritque ita superioris sententia, siue iusta siue iniusta, timenda, c. pastoralis, 28 §. quia verò, infrà de offic. delegat. lib. 1. tit. 29. l. 1. de opere noui nunciat. li. 39. ff. ti. 1. ne detur subditis calumniandi vel tergiuersandi occasio.

9 Interest quippe Reipub. sententias superiorū & iudicū executioni demādare, propter authoritatē rerum iudicatarū & ne illusoria sit potestas, l. seruo inuito, 65. §. cū Prætor, ad Senatuscons. Trebel. lib. 26. tit. 1. l. si ne quid in loco pub. li. 43. ff. tit. 8. l. si Prætor, 75. de iud. li. 5. ff. tit. 1 Docet & Quintil. lib. 5. Instit. Oratoriar. c. 1. & Cicer. pro Cluentio nos plura lib. 50. Syntagm. iur. c. 1. sententia quippe pro veritate habetur, l. res iudicata, de reg. iur. ff. l. ingenuū, de stat. hom. cū simil. Quòd si quis læsū se putet ex Imperio eius qui statuit, habet ordinariū appellationis remediū, ad quod confugere licet, & de iudicio superioris cotā maiori iudicio & ratione contēdere. l. 1. de appell. ff. & toto tit. & in C. iure Pōtificio.

10 Subiectio arguit quidē dominationē, c. solitæ, de maior. & obed. verum dominatio hęc episc. in cleros, non vt domini in seruos, sed qualis patris in filios esse debet. c. cùm Apostolus, 6. §. prohibemus, de censib. lib. 3. tit. 39. ca. 7. esto subiectus, 95. dist. ex D Hieronym. ad Nepotianum epist. 2.

---

## De cura & solicitudine Episcoporum erga laicos & clericos.

### Capvt VI.

### Svmma.

1 *Obedientia Episcopalis in quibus laicos ligat.*
2 *Venalium rerum cura Episcopis data quomodo.*
3 *Episcopus exequitur vltimas voluntates etiā inuitis testatorib.*
4 *Carceratorum visitatio iniuncta Episcopo.*
5 *De legibus nunc (vt dicunt) ex Basilicis, & aliis commentariis restitutis.*
6 *Miserabilium personarum solicitudo ad Episcopos pertinet.*
7 *Inter quas supplices ad Ecclesiam sunt.*
8 *Et mercatores peregrinantes.*
9 *Miserabilium personarum iudicium prius de laicis sub laico iudice fit.*
10 *De expositis infantibus, & de eorum statu authoritate Episcopi conseruanda.*
11 *De furiosorum curatore.*
12 *Orphanorum solicitudo ad Episcopum quoque pertinet.*
13 *Archipresbyteri officio vtitur Episcopus in causis pupillorum, viduarum, &c.*
14 *Causæque ad peccatum referri possunt quomodo ad Episcopum pertinent, & seq.*
15 *De blasphemiæ vindicta, & de lusoribus.*
16 *Mathematicorum librorum abolitio episcopis commissa.*
17 *Iurisiurandi causa, & professio fidei administrantium Rempublicam ad episcopum pertinet.*
18 *Cura sepulchrorum episcopi.*
19 *Arbiter episcopus constitui potest.*
20 *Deficiente iudice laico, vel eo denegante iustitiam, potest adiri episcopus.*
21 *De Curiis mixtis ex personis ecclesiasticis & secularibus.*

1 Obedientia canonica debetur Episcopis, potissimùm in his quæ pertinent ad salutem animæ, curam & solicitudinem illarum eisdē commissam, & ad causas spirituales & Ecclesiasticas: ideò & præstanda tam à laicis, quàm à clericis, ad quos cura & solicitudo extenditur; quamquam laici in aliis quam spiritalibus, nō sint fori Episcopalis. c. licet, de foro compet. sunt & actus quidam, qui ex certa consequentia ad pietatem, & proinde ad curam Episcoporum diœceseos, etiam in persona laicorum, pertinere possunt: referemus ex his aliquos exempli causa.

2 Primū itaque aliquādo placuit, vt Episcopi constituerent negotiatorib. pretiū rerū pertinentium ad domū Imperatoriā, ne modū mercandi viderētur excedere, ex cōstitutione Valentis & Valēriniani in l. 1. C. de Episcop. audie. quēadmodū olim inter Ethnicos erāt præfecti rebus venalib. fori, dicti Episcopi, qui rebus ad quotidianū vsum pertinētib. pretia imponebāt; de quib. meminit l. fi §. Irenarchæ vers. itē Episcopi. de mun & honor. li. 40. ff. ti. 4. similes Ædilibus Cerealib. aliquo tēpore & Edulib. Præfectis, vt apud Dionē Cass. 43. qui à frumento, cui præcipue præerāt, dicti Cereales; à Iulio Cæsare primum constituti Romæ, vt refert, Pōpon. Iurisc. in l. 2. §. capta deinde Sardinia, de orig. iur. nec solis etiā Episcopis rerū venaliū cura, neque omniū rerum, sed aliquarū cōmissa fuit, & vnà cū aliis magistratib. & præpositis, & alio modo quā per modū iurisdictionis ordinariæ, vt liquere poterit ex conceptione Rubricæ tit. 4. li. 1 C. de Episc. audient. & diuersis capitulis quæ ad ius curāmque & reuerentiā pertinent Episcopi, vbi audiētia à cura & solicitudine distinguitur. Extat edictū pretiorum per Flami-


nini

niá impositorũ, apud Cassiodor. lib. 11. Variar. c. 12. quæ curá hanc cum aliis magistratib. Episcopo cõmunicat, in hæc verba: *sex solidorũ dispendium se nouerit sustinere, & laceratione corporis affligendũ, si quis aliter vendendũ esse crediderit, quàm milis noster in rẽ directus, pretia cũ ciuibus atque Episcopis locorũ, habita dispositione, censuerit.* Idémq. Cassiodor. refert, aliis commisá eandem curá sine Episcopo. lib. 6. c. 8. in formula Præfecti annonæ, item & in formula defensoris, & in li. 7. c. 12. in formula curatoris ciuitatis, cui & pretij rerũ venalium & panis cura cõmissa, vt & carnis, in l. 1. §. cura carnis, de offi. Præfecti vrb. lib. 1. ff. tit. 15. Et Iustin. in Nouell. 122. Præfecto vrbi curã demandat, ne liceat artific. nautis, mercatoribus, mercedis pretiíve nomine, plus more veteri accipere, & vt locẽt operas & vendãt, κατὰ τὴν παλαίαν ἐξετύπωσιν. Hęc politia, quæ statuit rebus victus & necessariis vitę pretiũ ad bene habitandã Rempub. maximè conducit, & ad cõpescendam cupiditaté, vel melius crudelitaté & auaritiá negotiatorũ, & ad misericordiæ erga pauperes fulcimen: vt meritò Alexis Poëta in Lebethe, laudet Austonicũ, tanquã omniũ post Soloné sapientissimũ quòd pretiũ certũ & legitimum vẽditorib. piscíũ apposuerit. Atque dignã rem, maximéque cõuenientem arbitratus est Sophilus in Androcle, qui duos vel tres Obsononios eligendos esse Athenis à Senatu putauit, vt refert Athen. li. 6. Dipnosophistῶn, c. 2. Vide Cedrenũ in Theophilo Imperatore, Moscbopulũ & Suidã in ὀψοφύλακες. Quocirca & pro subuẽtione pauperũ, Imperat. & principes cũ Episcop. aliquando hanc rerũ venaliũ solicitudinem cõmunicarunt: maximè ad victum pertinentiũ, & ita Athalaricus scripsit honoratis Episcopis apud Cassiod. li. 9. Epist. c. 9. sic in c. 1. de emptio. lib. 3. tit. 17. ex cõcilio Velẽti: *Placuit vt presbyteri plebes suas admoneant, vt & ipsi hospitales sint, & non cariùs vendãt transeuntib. quàm in mercato vẽdere possint, alioquin ad presbyterũ* (id est, ad Episcopũ, vt in ca. olim, 95. dist.) *transeuntes hoc referant, vt illius iussu, cum humanitate sibi vendant.* Quod caput Burchard. Episcop. Vvormacensis, li. 2. Decretor. c. 168. refert ad conciliũ apud Aruernas habitũ. Scribit & Yuo Carnoten. lib. Decret. parte 6. c. 259. scribit & de hoc ipso D. Thomas, & in eũ Caietan. 2. 2. q. 77. art. 1. Sed & Episcopũ posse excõmunicare inhospitales, probatur in ca. 1. si quis despiciat, §. hinc etiã, 42. dist. exẽplo D. Ioan. qui epist. 3. Diotrepẽ excõmunicauit, quòd ipse inhospitalis, & recipientes pauperes, de Ecclesia deiiceret: gl. tamen fi. in c. 1. de empt. tradit, hodie forsan non esse cõsuetudinem, vt secundùm prædicta iura, de pretio rerum, Episcopi consulantur.

3 Cæterùm secundo loco, Episcop. pauperũ, captiuorum, & morientiũ causa, vltima iudicia vel testamẽta, seu voluntates postremas, adimpleri iubet, etiam inuito testatore vel donante, si executores testamentorũ vel donationũ sint negligentes, vel si nulli dati sint, l. nulli licere, 29. iuncta Auth. licet testator, de Episc. & cler. §. si quis autẽ pro redẽptione, de Ecclesiast. tit. in Auth. Nouell. 131. & quamuis stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad piũ actũ aliquẽ à testatore iniunctũ faciendũ, veluti ad construendũ monumẽtũ: attamen principali & Põtificali authoritate cõpellẽdos ad obsequiũ supremæ voluntatis respõdit etiã Ethnicus Papin. in l. hæreditas, §. fi. de petit. hæred. lib. 5. ff. tit. 3. quãquã alioquin & remedio ordinario, magistratus inquam, vel iudicis secularis authoritate, iuxta constitutiones iuris ciuilis, hæres cogi possit implere volũtaté defuncti, etiã pœna priuationis emolumenti hæreditarij, si per annũ sit in mora implendi. §. si quis autẽ nõ implẽs, de hæred. & Falcid. Nouel. 1. Auth. hoc amplius, de fideicõ. li. 6. C. ti. 42. Iure Pontificio quoque statuitur per locorũ Episcopos prouidẽdũ, vt secũdùm defuncti voluntaté relicta in vsus pios, vniuersa procedant, licèt etiã à testatoribus id contingeret interdici. c. tua, nobis, 17. & c. pen. de testa. li. 1. Decreta. tit. 26. Hodie quoq. Episcopi, tanquam sedis Apostolicæ delegati, omnium piarum dispositiunum sunt executores, iuxta conciliũ Tridentin. session. 22 de reformat. c. 8. & in sessio. 25. in decreto de purgatorio, & in c. 3. & c. si hæredes, de testam.

4 Tertiò, nõ deerit Antistitũ Christianæ religionis cura laudabilis, quæ ingerat monitioné iudici, ad obseruationem cõstitutionis, c. iudices, 9. de Episc. audiẽ. C. per quã iubetur, vt iudices singulis diebus dominicis, productos reos de custodia carcerali videant, & interrogẽt, an his claustris humanitas per carcerem custodes denegetur, victualémque substantiã non habentib. faciat ministrare, & ad lauacrum sub fida custodia, iubeat ducere: & in l. neminé, 22. §. 1. eo. ti. Iustinianus de his qui coniecti sunt in custodiam, iubet, Deo amabiles locorũ Episcopos per vnã cuiusque hebdomadæ diẽ feria 4. aut 6. quæ Parasceue appellatur, eos qui in custodia habentur visitare, & diligẽter inquirere causam pro qua detinentur, & clarissimos, & illustriss. magistratus admonere, data illis licentia indicandi principi, si iudices admonitos, negligẽtes cognouerint, vt à principe sumatur vindicta.

5 Et hæc est Græca constitutio Iustiniani nuper in C. eius restituta, & trãslata ex epitome Græca. li. 60. Basili. de custodia reorũ, tit. 35. c. 21. & rursũ repetita in l. fi. de cust. reor lib. 9. C. tit. 4. quã ideò retuli, quod ea ad excitãdũ officiũ & pietaté Episcopi pertinere videbãtur, nõ tamẽ quòd opinorer Episc. curá necessariò obligare, cùm alioquin existimẽ hanc & similes leges trãslatas, seu (vt loquũtur) restitutas ex Basilicis & aliis cõmẽtariis vel libris, aut aliis commẽtariis vel cẽtonibus (vt dicũt) priscorũ Iuriscõsultorũ, nõ habere eam vim legũ quæ obliget iudices, vt sequi eas in iudicando teneãtur, nec audere ego huiusmodi fragmenta inter leges in C. vel corpore Pan. authoritate donatas, describere: id enim prohibet expresse tiẽ Iustinianus in l. in princ. de nouo. C. faciẽ. li. 1. C. tit. 1. & l. 1. §. hũc igitur, de Iusti. C. cõfir. e. li. 1. C. ti. 2. l. 1. §. his igitur omnib. C. de emẽ. C. dñ. Iusti. l. 1. §. cũque hæc materia, & l. 2. §. tãta, de iur. veter. enuclean. e. li. 1. C. tit. 17. Viderint qui nimio amore antiquitatis, incurrũt pœnas in prædictis iurib. indictas, cùm editioni corporis iuris ciuilis antiquatas leges, vel emẽdatas ex reiectis authorũ etiam ipsorũ autographis, inserere priuati ipsi conãtur. Imperatoris vel principis in suo regno est munus & potestas, emendãdi, vel cõstituẽdi, vel supplẽdi leges, l. 1. & fin. C. de legib. nõ priuati. Ex numero verò legũ cõsultò prætermissarũ per Iustinianũ, illã existimo quæ incipit, [illegible] &c. in versione incip. *Neminem volumus*, & c. 22. sub ti. de Episc. audiẽ. per quã iubetur cura illa visitãdi per singulas hebdomadas bis, Episcopis, ratio omissionis ex cõsilio factæ, quòd nõ sit Imperatoriæ potestatis statuere de personis vel rebus Ecclesiæ, sine sũmi Põtificis authoritate, quãuis statuta sint in fauoré Ecclesiæ, c. quæ in Ecclesiarũ, 7. c. Ecclesia sanctæ Marię, 10. de cõstitutio. c. bene quidẽ, 96. dist. quod ipse Iu. probauit in Auth. cassa, de sacrosl. Eccl. Gloria tamẽ Episcopi erit, prouidere inopiæ pauperum, vt ait D. Hiero. de vita cleric. epist. 2. ad Nepotianũ, ca. gloria Episc. 12. q. 2. D. Clem. quoq. lib. 4. Const. Apost. ca 9. monet Episcopos & Presbyteros, vt admoneãt sibi subditos, vt iusto labore fideles alãt, & vestiãt inopes, cogatúrque pecunia & cõferatur in liberatioẽ captiuorũ & vinctorũ. Atque inter opera Christiana, quibus Dominus Deus pollicitus est remunerationẽ vitæ æternæ, D. Matth. c. 25. v. 36. illud est, In carcere erã, & venistis ad me, esuriui & dedistis mihi mãducare, sitiui & dedistis mihi bibere, &c. fuit & hæc collectas in pauperes eligẽdi cura, 1. ad Cor. c. 16. Est & Basilic. lib. Ecloga. 35. ex lib. 5. c. 1. ep. cuiusdam cõstitutionis Iustinianeæ, qua priuatis habere carceres prohibitum est, permittiturque Episcopis locorum, custoditos seu in ipsis conclusos soluere.

6 Quartò habebit solicitudiné miserabiliũ personarũ, etiã laicorũ Episc. quarũq. defensioné potest suscipere cõtra vim secularé, vt in c. ex parte, de foro cõpeté. inf. li. 2. ti. 2. & notat gl. in c. ex tenore, 11. c. 11. mãdat hac de causa sum. Pot. Episcopo Constantino, in c. licet, 4. de cen lib. lib. 3. tit. 39. ne permittat cæcos & pauperes ad cõtributiones collectarum cogi, & in ca. 1. 2. 3. 4. sub distinctio. 87. statutum, Episcopos inuocatos, pupillis, viduis, orphanis, & aliis miserabilibus personis adesse debere, quia & iisdem personis, ad-

uersariorum

nefariorum potentiam horrentibus, præter iuris ordinem etiam coram principe ius redditur, l. vnic. quando Imperator. inter pupillos vel viduas, vel alias miserabiles personas, &c. C. vt & hodie similes causas etiam, in prima, vt dicunt, instantia Senatus, in Gallia, tanquam principis plenam potestatem referens, soleat admittere discutiendas.

7 Supplices quoque ad Ecclesiam confugientes, vt miserabiles personæ, iure ab Ecclesiasticis Episcopis & Præfectis, defendi ab iniuria possunt. & qui confugientes ad sacrum auxilium per vim extrahere conatus fuerit, tanquam maiestatis reus punitur, l. 2. de his qui ad Ecclesias cõfuger. lib. 1. C. tit. 12. aliisque pœnis coërcetur. in l. fin. eiusdem. tit. c. 5. eos, cum duob. sequen. 87. dist. c. inter alia, 6. de immũ. Eccles. infrà lib. 3. titul. 49. Vide quæ diximus de Asylo libr. 33. Syntagmat. c. 21.

8 Mercatores, dum mercium & negotiationis causa peregrinantur, inter miserabiles quoque personas connumerari possunt, & proinde si vectigalibus vel exactionibus supra modum aut iniustè opprimantur vel grauentur, possunt conqueri coram iudice Ecclesiastico, Innocent. in ca. significasti, de offic. ordinar. & ibi Felinus num. 6. atque in nundinis mercatores existentes, coram iudice Ecclesiastico agere posse notauit. Ioan. de Ana. & ff. Ancharanus. ad c. fi. de iudic. Felinus ad c. cùm sit, num. 41. de for. competent. Alexand. consil. 130, in fine volum. 7. fauent etiam iura in pluribus mercatoribus, vt in c. fi. de treuga & pace, & in c. fi. & ibi gloss. & Ioan. Andreas, de Iudæis, facit quod notat Vlpianus Demosthenis interpres in orationem cõtra Midiam, ἐξῆν. inquit, γὰρ τοῖς ξένοις ἐμπόροις ὅτι ἐβούλοντο τὰς δίκας: id est, Licebat enim peregrinis mercatoribus, vbi vellent, proponere actiones.

9 Cæterùm solicitudo hæc & defensio miserabilium personarum, si de foro contentioso agatur, primùm in laicis secularis notionis iudicium prius erit, ca. regum, 23. qu. 5. ex diuo Hieronymo super Hieremiam, c. 22. Regum quippe officium est proprium, facere iudicium & iustitiam & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, peregrino, pupillo, viduæ præbere auxilium, verùm non ita proprium, vt Episcopis adimatur, sed ita in his concurrit vtriusque officium, potestatis laicalis & spiritalis, vt alia aliam non excludat, vt constat ex concilio Carthaginensi 5. c. 9. relato in can. 10. ab Imperatoribus, 23. q. 3. & ex concilio Toletano 1. c. 11. relato in ca. 21. si quis de potentibus, 24. q. 3. facit & ca. 2. & seq. de raptorib. Notat & singulare glo. ad c. ex tenore, 11. ad verbum, *Iniustitia*, de foro compet. causas viduarum, & miserabilium personarum non pertinere principaliter ad Ecclesiasticum iudicem, licèt pertineant ad Ecclesiam, quantum ad protectionem; ita primùm coram iudice seculari tractandas, nisi laicus iudex eas audire contemnat, vel sit tanta potentia aut violentia aduersarij; vt dubitetur ne fiat corruptio iudicij vel dilatio: obseruabimus tamen ita demum in iustitia vtrosque iudices miserabilibus personis subuenire debere, vt aliis iniustitiam non faciant, dicto c. ex tenore, & in c. nuper à nobis, 6. de donation. inter vir. & vxor. infrà libr. 4. tit. 20. quod enim ex pietate conceditur, non debet ad alterius iniuriam conuerti. cap. 1. de Eccles. ædifican. lib. 3. tit. 48. facit l. nec auus, de emancip. liberor. C. & si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari, quàm grauari alterum. ca. denique, 10. sub 14. q. 5.

10 Miserabiles rursum personæ, infantes expositi liberi, quare & defensio libertatis eorum ad Episcopum pertinebit, ne prætextu alimentorum impensorum in expositos, in seruitutem pertrahantur, vel alterius quàm ingenuæ cõditionis fiant: & hæc cura demandata non solùm Præsidibus prouinciarum, & defensoribus ciuitatum, sed simul religiosissimis Episcopis. in l. nemini licere 24. de Episcop. audien. C. in l. 3. de infantib. exposit. lib. 8. C. tit. 52. & in cõcilio Arelatensi 2. c. 32. in ca. fin. 83. distinct. atque Ecclesiastica districtione damnatur qui calumniatur expositi statum. In concilio Valensi, ca. 9. idipsum statutum refert etiam Burchardus Vvormasensis Episcopus, lib. 3. Decretor. ca. 202. statuit & de infantibus & languidis expositis, vt eo ipso à patris & domini potestate, quæ ipsos contempsit, liberentur, Gregorius 9. in c. vnic. de infantib. exposit. lib. 5. Decretal. 11.

11 Miserabilis quoque status furiosorum, & proinde curatores illis dati, debent iurare in prouinciis eorum, coram Præsidibus earum, præsentibus Antistite & Primatibus, actis interuenientibus, tactis sacrosanctis Euangeliis, omnia rectè & cum vtilitate furiosorum se gesturos, neque prætermissuros quæ vtilia putauerint, &c. l. de creationibus, 27. de Episc. audien. C. l. fin. §. & quidem parens, de cura. furiosi. lib. 5. C. tit. 70. & in l. sancimus in curationibus, 30. de Episcop. audien. iubetur, tutores vel curatores dari etiam cæteris personis habentibus facultates vsque ad quingentos aureos, ab eedico, vel defensore ciuitatis, vel alio magistratu, adhibito religiosissimo Episcopo ciuitatis. Idipsum cautum in §. nos autem, de Attilian. tutor. apud Iustinian. atque in l. tam dementis, 28. de Episcop. audien. constitutũ, vt filiæ furiosi detur dos, vel filio donatio propter nuptias, per curatorem patris, æstimatione facta in prouinciis per Præsidem, vel Præfectum vrbi, vel per Antistitem locorum.

12 Orphanorum quoque solicitudo à Deo commendata, nõ minùs Episcopi pietatem aut religionẽ desiderat, eâque ratione ad sustinendas populi aut plebis partes, rectè aliquando lege Iustiniani Græca cautum fuit, vt adsint Episcopi cum tribus præstantioribus ex ciuibus, dum audiuntur & expunguntur rationes redditruum & operum publicorum, quæ lex Græca hodie excussa sub titulo de Episcopali audien. incipiens, [illegible] &c. de his quæ singulis, sub numero 26.

13 Porrò pupillorum, peregrinorum, viduarum gubernationem, non per seipsum Episcopus, sed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum agere debet, iuxta concilium Carthaginẽse 4. c. 17. relatum in c. 7. Episcopus gubernationem, 88. distinct. cum his enim partitur Episcopus onera, c. fin. de offic. Archipresbyter. quemadmodum factum est Actorum c. 6. dum electi sunt Diaconi, vt ministrarent ea quæ ad victum pertinerent singulorum, dicẽtibus Apostolis, non esse iustum eos ministrare mensis, & relinquere verbum Dei.

14 Quinto loco, causæ omnes in quibus de peccato queri potest, etiam inter laicos ad Episcopalem audientiam, Ecclesiasticúmque iudicium peruenire possunt, c. nouit ille, 13. de iudic. infrà lib. 2. tit. 1. notat gloss. ad c. cùm sit generale, eod. titul. 12. ea ratione sub vtroque foro agitantur, seculari & Ecclesiastico, laicorum aliquæ causæ, quòd materiam aliquam vtriusque iurisdictionis contineant, & ita etiam grauiores pœnas temporales laicus iudex imponit delinquentibus, & iudex quoque suas sine præiudicio temporalium, vt in raptu, c. 1. & 2. & in c. in Archiepiscopatu, de raptor. in adulterio, toto tit. de adulteriis, in Iure ciuili & Pontificio. in vsuris, c. cùm tu, de vsur. apud Gregor. & toto titulo eod. in sexto. C. & ff. in inuasoribus ecclesiarum, ca. de viro, 12. quæst. 2. l. si quis in hoc genus, de Episcop. & cleric. Exemplum & in l. si lenones, 12. C. de Episc. audien. C. vbi in hæc verba Theodos. & Valentinian. rescripserunt: *Si lenones patres aut domini suis filiabus & ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus & ancillis, Episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui.* Idem in l. fin. Codicis Theodosian. lib. 15. titul. 9. additur & huic remedio defensoris auxilium, in l. lenones patres, 6. de spectacul. lib. 11. C. tit. 40. & in l. fin. eius tituli prohibetur quoque omne lenocinium, & ne vllus reditus ex prostibulo largitionibus publicis inseratur, néve vllus ancillã prostituat, mandatúrque omnibus magistratibus minoribus & maioribus ita obseruare, data facultate, vt, si quando ancilla fuisset prostituta, posset gratuitò vindicari ab omnibus viris aut

 fœminis,

fœminis clericis aut monachis. Quemadmodum & Leo Imperator in l. neque seruum, 14. de Episcop. audien. prohibet ne quis seruum aut liberum in meretriciam vitam audeat producere, permittens aliter à quocumque seruum in libertatē vendicari apud eius oppidi Magistratum vel Episcop. quibus & curam imponit, ne patiantur mulierē ingenuam inuitam, vel ancillam coniungi mimis, aut choris, aut spectaculis theatralibus. quod & statuit Iustinianus, in l. sacram fecimus, 33. eod. tit. de Episc. audien. vbi & dat potestatem prouinciarum Præsidibus & Episcopis, factum illud corrigendi & coërcendi, atque bona idipsum cōmittentium publicandi, & eosdem vrbe pellendi. Repetita constitutio in l. fi. C. de nup. lib. 5. tit 4.

15 Peccatum rursum in blasphemia efficit, vt blasphemus seculari & Episcopali puniatur potestate, in c. 2. de maled. li. 5 Decretal. ti. 26. Item ob peccatum, & blasphemiam, quæ sæpe miscerut ludis improbatis, data est potestas inquirendi & castigandi aleatores, Episcopis etiam, vt Præsidibus prouinciarum, vt liquet ex quadam Græca Iustiniani constitutione, cuius epitomen refert ex Basilicis Iohannes Lencladius lib. 3. Eclog. tit. 2 περὶ κοττιστῶν, ἤτοι κυβιστῶν c. 3. idipsum in l. fi. de religios. & sumptib. funer. C. vbi Iustin. loquitur absolutè de omnibus ludentibus, non autem singulariter de clericis: procul enim à dubio erat, personas Ecclesiasticas, aleæ incumbentes, iurisdictionis esse Episcopalis seu Ecclesiasticæ, nam & illis alia constitutione prohibitum ad tabulas, vel in fritillo ludere, vel ludentium inspectores esse, vel ad spectacula publica spectandi causa venire, & pœna id agentibus imposita, vt à ministerio sospensi, in monasterium per triennij tempus, pœnitentiæ causa detruderentur, Authentic. interdicimus, de Episcop. & cleric. cap. 10. seu §. interdicimus, in 2. sic incipient. de sanctissimis Episcop. seu Nouella 123. consentit Nouella Leonis 87. de Ecclesiasticorum alea ludentium pœna, & ibidem, qui aleæ lusu sacram sortem contaminant, in monasteria relegantur ad triennium, vt dehinc quando satis expiatum delictum videbitur, in pristinum restituantur statum: & si rursum in fritillo vanè terere tempus instituant, tanquam piacolares, omnino à sacrosancto Ecclesiastico statu exturbentur & profligantur. Et in can. Apostolor. 42. ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων ἢ μέθαις, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω: id est, Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor. Meminit etiā & de laicis, c. 42. hoc modo, ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης ἢ ἀναγνώστης, ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω. ἢ ἀφοριζέσθω ὡσαύτως καὶ λαϊκοί. i. *Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector, qui consimilia facit, aut definito, aut à communione seiungitor, similiter & laici.* Videndus & Photius 9. nomocano. 27. Collatio etiam beneficij aleatori facta publico, reprobatur in c. inter dilectos, 11. de excessib. prælator. lib. 5. Decretal. titul. 31. & Cicero 2. Philippica, Licinium aleæ damnatum, quasi infamem notat: addita & nunc est lex fin. Iustiniani sub titulo de Episcopali audientia, ex Basilicis, qua prohibetur clericis tesseris & aliis quibuscumque aleæ generibus, ludere, ludos quoscumque inspicere aut ludentibus communicare, mandaturque Archiepiscopis & Episcopis, eos à sacra arcere Liturgia, & pœnitentiam imponere, & si post excommunicationem & pœnitentiam impositam non resipuissent, à sacris eximere catalogis; & si horum aliquis minor sacerdote sit, nunquam ad eum gradum dare accessum. Iubetur & insuper Præfectis Prætorium, & præsidibus prouinciarum, vt de huiusmodi inquirant diligenter, & deferant Episcopis, pœna negligentibus indicta. Hæc fertur Iustiniani constitutio, quæ videtur superflua, cùm satis de ea cautum sit in dicto §. interdicimus, de sanctiss. Episc. in Nouell.

16 Sexto loco deferuntur Episcopo quædam cognoscenda, quæ aliquo modo ad religionis causam pertinere videntur, veluti in l. Mathematicos, 10. de Episcop. audien. C. Imperatores Honorius & Theodosius iubent Cæciliano Præfecto Prætorio, codices erroris Mathematices, id est, Genethliacos, sub oculis Episcoporum concremare, & ipsos Mathematicos, nisi resipiscant, in exilium pellere: quemadmodum & l. damnato, 6. de hæreticis. C. lib. 1. tit. 5. prohibitum, ne quis habeat, describat, legat libros nefarij Nestorij, iubentq. CC. eos diligenti studio conquiri & publicè comburi, idipsum & de libris Eutycheris hæretici eorum, in l. quicumque, § final. C. eod. titul. de hæretic. Vlpia. in l. cæteræ, §. 1. famil. ercisund. lib. 10. ff. titu. 2. respondit quoque, corrumpendos esse libros improbatæ lectionis, Magicos purà, & his similes, Paulus etiam libro 5. receptar. sententiar. tit. 23. § 12. & tit. 2. §. fi. Refert & Liuius libro 40. Romæ in agro L. Petilij Scribæ, sub Ianiculo, dum cultores agri altiùs mollirentur terram, duas arcas lapideas inuentas, octonos ferè pedes longas, literis Græcis, Latinisque vtrasque scripras, in altera Numām Pompilium Pomponij filium, regem Romanorum sepultum: in altera libros Pompilij fuisse, quorum septem de iure Pontificio Latinos, septem Gręcos de disciplina sapientiæ. quibus lectis à Q. Petilio Prætore Vrbano, cùm is animaduertisset pleraque ibi dissoluendarū religionum esse, relationéque facta ad Senatum, Senatum iussisse publicè à Victimariis, sacerdotum ministris, qui victimas ligabant, in Comitiis concremari. quod & scribit Valer. Maxim. li. 1. c. 1. exemp. 12. Plutarch. in Numa. Plinius libr. 13. c. 13. Simile exemplum Actorum Apostolicorum c. 19. vers. 19. dum Pauli prædicatione Ephesi pluribus ad fidem conuersis, multi ex his qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, quorum pretium computatum, inuentum fuit denariorum quinquaginta millium.

17 Ad causam & religionis referendum erit, quòd de periurio laicorum cognoscant Episcopi, in c. nouit, de iudic. facit l. 2. de reb. credit. li. 4. C. tit. 1. ibi, Iurisiurandi contempta religio, satis Deum vltorem habet. Item quòd non admittantur defensores ciuitatum ad administrationem, nisi de eorum orthodoxa fide testatio fiat coram Antistite loci, qui eligit cum aliis & clero. l. iubemus, 9. C. de Episcop. audien. l. defensores, C. de defensor. ciuitat. li. 1. tit. 55. §. 1. eo. ti. in Authent. Nouella 15. vnde sumpta est Authentica, Præsides, C. de episcop. audien.

18 Subinde & cura sepulchrorum, & eorum quæ ad sepulturam pertinent, ad episcopi curam, religionis ergò, referri posse videtur, vt si ædificandum sit, in l. hæreditas, de petition. hæreditat. ff. & Vlpian in l. ossa, 8 de religios. & sumptib. funerum. lib. 11. ff. tit. 7. ait, ossa quæ ab alio allata sunt, vel corpus, non licere domino loci effodere vel eruere, sine permissione Pontificum, vel iussu principis. Et hoc quoque Præsidis prouinciæ esse officiū, idem Vlpianus respōdit, ne corpora aut ossa mortuorū detinerētur, aut vexarentur, aut prohiberentur, quominus via publica transferrentur, aut quominus sepelirentur. l. nec corpora, 38. eo. tit. de religios. & sumpt. funer. l. 4. §. non perpetuæ, de sepulchr. violat. lib 47. ff. titu. 2. De sepultura quoque debitorum nō interpellanda, mandatum & negotium Præfectis Prætorio, & Præsidibus prouinciarum, perinde episcopis: oportet enim, communibus existentibus contra naturam iniuriis, communem esse iudicibus super his prohibitionem & vindictam, vt in hac quæstione Iustinia. ait, Nouella 60. §. fin. vt defunct. seu funera eorum non iniurientur à creditor.

19 Septimò, ad reuerentiam & authoritatem episcoporum pertinet, vt si qui non iurisdictionis eius, in causis ciuilibus eorum, tanquam arbitrorum iudicio se submiserint, teneantur eorum sententiis talem reuerētiam deferre, qualem iudiciis Præfectorum Prætorio, l. si qui ex cōsensu, 7. & l. episcopale, 8. de episcop. aud. C. hócque illis cum aliis iudicibus commune, quorum iudicio qui seipsos subiiciunt, tenentur obtemperare, tanquam obligati ex consensu, siue maiores, siue minores ipsis arbitris sint. l. est receptum, 14. de iurisd. omnium iudic. lib. 2. ff. tit. 1. l. 2. de iudiciis, lib. 5.

lib. 5. ff. tit. 1. etenim & inter legitimos iudices, eos, qui ex compromisso electi sunt, connumerat Vlpian. in l. qui neque, 81. eo. tit. de iudic. quia compromissum ad similitudinem iudiciorum redactum est, l. 1. de recept. arbitr. lib. 4. ff. tit. 8.

20 Octauò, cùm deficit iudex secularis, vel is quidem adest, sed ius dicere non vult, potest adiri Episcopus, c. ex tenore, 11. de foro compet. Quamobrem in l. si præsens, 21. de Episcop. audien. C. si quis velit denunciare exceptioné non numeratæ pecuniæ cuipiam, ad quem mittere sit difficile, potest alios iudices, quàm loci, vbi sit, adire, & per eos ei manifestum facere, quòd eidem huiusmodi exceptionem obiicit: & si iudices non sint, datur facultas reuerendissimum Antistitem adeundi, & per eum suam exceptioné creditori manifestandi, & ibidem idipsum in exceptione non numeratæ dotis, permittitur, placuit & quibusdam posse Episcopum adiri, si contractus sit vsurarius, pro vsuris, vt de peccato cognoscat: vt in l. sancimus si quando, 31. de Episc. audien. C. & l. 2. de anna. excep. C. constitutum, vt si quãdo absens sit vel minor, seu infans, sine tutore vel curatore, qui res alienas incipit præscribere, cùm non liceat domino proprias res, etiam propria authoritate repetere, adire dominũ Præsidem prouinciæ posse, libellumque porrigere, & interruptam vsurpationi interruptionem facere, & si non potuerit Præsidem prouinciæ adire, posse conuenire saltem Episcopum locorum, & suam et in scriptis voluntatem proponere, & id sufficere. Atque in hypothesi l. 2. §. fi. de iure emphyteot. lib. 4. C. tit. 66. deposito post oblationem factam domino, annuæ pensionis. facta per emphyteoté, prohibet ne commissum fiat, si dominus noluerit per tres annos pẽsionem accipere, subiicitur verò ei legi ab Antonio Augustino epitoma legis Græcæ Iustiniani, positum inter leges tituli de Episcop. audientia, sub numero l. 32. incipiens, ἀναβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι, &c. id est, *differente domino recipere, &c.* vbi additur timere pro liberatione, ne in cõmissum emphytheota, ob defectum solutionis pẽsionis, incidat, si contestetur coram Præside prouinciæ, aut coram alio defensore, vel Episcopo ciuitatis, in qua est qui recusat, se paratum esse soluere domino recusanti, vt postea etiam in posterum luceretur canonem, donec dominus mittat petitorem cum testatione.

21 Imperator etiam Comnenus quatuor viros iudicis præfecit, quorum vnus erat Episcopus, à quibus iusiurãdum exegit, vt nulla habita personarum ratione, incorrupte iudicarent, nempe ἀπροσωπολήπτως καὶ ἀδωροδοκήτως ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. Nicephorus Gregoras li. 9. historia Rom. quemadmodum Reges Gallorum, constituerunt Senatus vel Parlamẽtorũ Curias, ex personis Ecclesiasticis & laicis, cũ suprema authoritate iudiciorum: sic enim recte leges Ethnicorum tractari & cum iustitia censuerunt, si ad normam voluntatis Dei dirigerentur, eáque de causa essent qui religionis conseruatores, inter Papinian., Vlpiani, & aliorum responsa, Christiana doctrina & authoritate temperarent.

## Ad verbum, *reuerentiam*, c. conquerente, & de reuerentia debita ab Ecclesiis Episcopo.

### Capvt VII.

*Svmma.*

1. *Reuerentia quid dicatur.*
2. *Reuerentia exibenda Episcopis.*
3. *Episcopi loco parentum, & Papa dicti.*
4. *Prælati nobis sunt instar magistrorum.*
5. *Censura possunt cogi monasteria ad reuerentiam.*
6. *Episcopi quid debeant subditis.*

1 REVERENTIA nihil aliud est, quàm timor quidam cum ratione honestus & ingenuus, quo obseruata persona & honoris causa aliquid non vulgare agimus vel non agimus, honor, quam tam in verbis quã factis deferimus alicui, reuerentia est, vereri aliquem, est cum ingenuo pudore obseruare ne aliquem offendamus, reuereri re ipsa, verbis & factis obseruare idipsum, Conscribendo aliquot versus, quibus reuerentia in senibus dicitur, & qualis honor ille sit, explicatur, intelligemus quid reuerentia. Ouidius itaque 5. Fastorum sic de senibus,

*Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,*
*Inque suo pretio ruga senilis erat.*

Paulo post autem subdit in quo consisteret illa reuerentia,

*Verba quis auderet coram sene digna rubore*
*Dicere? Censuram longa senecta dabat.*

Explicat & Iuuenalis Satyra 13.

*Credebant hoc grande nefas & morte piandum,*
*Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si*
*Barbato cuicunque puer, licèt ipse videret*
*Plura domi farra & maiores glandis aceruos.*

Eadem propemodum & maiora de reuerentia senilis ætatis referuntur à Cicero. de Senectute à Gellio lib. 2. cap. 15. à Cicero. de Senectutute. à Gellio lib. 2. ca. 15. à Callistrato in l. semper in ciuitate, 5. de iure immun. lib. 50. ff. tit. 6. à Valer. Max. lib. 2. c. 1. exem. 9. & 10.

2 Colligimus quintò ex hoc c. conquerente, reuerentiam deberi Episcopis à capellis seu Ecclesiis diœceseos, idque docet inscriptio Rubricæ, *De Episcopali audientia, & aliis capitulis, quæ ad ius curámque & reuerentiam pertinent Põtificalem.* C. lib. 1. tit. 4. Episcopalem, 8. eo. ti. dictum & Ecclesiastici c. 7. *Honora Deum ex tota anima tua, & sacerdotes eius sanctifica.* & ex concilio Antiocheno c. 9. reuerentia & honor debetur à subditis Episcopo, ad Episcopis, Metropolitano.

3 Episcopi parentum instar, vt aliàs dictum, sunt subditis. c. cùm Apostolus, §. prohibemus, de censib. c. quis dubitat. 96. distinct. ca. esto subiectus, 95. dist. c. 1. de excessi. prælator. inde & Episcopus in sua diœcesi dictus Papa, & pater, vt inter monachos prælatus Abbas, id est, etiã pater, vt docuimus li. 15. Syntag. c. 2. n. 12. & c. 13. Maledictus verò à Deo, qui non honorat patrem, Deuterõ. 27. quia Deus eos iubet venerari, Exo. 20. D. Matthæi c. 15. & natura ipsum admonet, l. veluti, 2. de instit. & iur. ff. l. generaliter, de in ius vocã. lib. 2. ff. l. filia, C. de pat. potesta. filio semper honesta & sancta persona patris videri debet, l. liberto, 9. de obsequiis à parentibus & libertis, parentibus & patro. præstan. ff. & ad eum modum patres spirituales quo corporales diligere debemus. c. ita diligere, 30. q. 3. cùm alioquin inuicem honore nos præuenire debeamus, ad Roman. cap. 12. & reddere cui honorem, honorem ad Romam. 13. qui autem præsunt duplici honore digni sunt, priore ad Timotheum, c. 5. can. ecce ego, 95. distinct.

4 Sed eo etiam nomine prælati digni reuerentia, quod magistrorum teneant sedem, qui parẽtibus in honore similes sunt, imò & tenent locum Dei, vt qui eos spernit, Deum spernere videatur, diui Ioannis c. 13. versic. 20. & D. Matth. c. 10. vers. 40. honorq; Episcoporum, honor Ecclesiæ est. can. si 99. distinct.

5 Et proinde in hoc c. conquerente, rectè monachi & Abbates dicuntur posse cõgi ad præstendam reuerentiam Episcopo diœceseos, etiam per censuram Ecclesiasticam, vt statuit Innocent. 3. in cap. quod super, 9. in fine, de maior. & obedien. li. 3. ti. 33. Vna omnibus parentibus seruanda reuerentia, l. parentes, 6. de in ius vocan. ff. & qui eam contemnit meritò plectendus, sicque Vlpia. lib. 1. opinionũ respondit, & in l. 1. §. si filius matrem, de obsequiis parentibus & patronis præstan. li. 37. ff. ti. 15. si filius patrem aut matrẽ quos venerari oportet, contumeliis afficit. vel impias manus eis infert, Præfectus vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo eius vindicat. Irreuerens etiam miles erga suum centurionem vel tribunum castigare volentem, qui vel vitem tenuit, militiam mutat, si restiterit, infamia notatur. in l. milites agrum, 13. §. irreuerens, de re milit. li. 49. ff. ti. 16. Publice interest vt ordinum dignitas conseruetur, l. 1. §. quamuis, versi. sed etsi seruus, de ventre inspic. lib. 25. ff. tit. 4. Et obseruandum est ius reddenti, vt facilis quidẽ sit in

adeundo, attamen se contemni non patiatur, l. obseruandũ, 19. de offic. Præsid. lib. 1. ff. tit. 18. & debet qui præest habere rationem conseruationis vel tuitionis suæ dignitatis & decoris seu honoris, l. 1. de postulat. li. 3. ff tit. 1. præferenda enim dignitas quam quis gerit omni familiaritati, & instituta publica priuatis potiora sunt, vt exemplis liquet relatis à Valer. Maximi. lib. 2. cap. 2. exem. 4. & Liuio de Fabio Verucosso qui nec passus est contemni dignitatem Consulis, quam gerebat, etiam à patre. Ita omnibus magistratibus, secundùm ius potestatis suæ, concessum est, iurisdictionem suam defendere etiam pœnali iudicio, l. vnic. si quis ius dicent. non obtemperauerit. lib. 2. ff. tit. 3. Reuerentia parentum seu honor, quem dicũt Græci τιμὰν τῆς γονῆς, consistit, ἐν ταῖς τιμαῖς ἔχειν, & ... Honor communiter & propriè dicitur, secundùm Albertum magnum Ethic. 1. tract. 8. c. 2. Communiter, est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, & hoc est præmium virtutis. Proprio honor est exaltatio honorati: consistit autem potius in his qui honorem exhibent, quàm in his qui eo afficiuntur, secundùm Aristotel. 1. Ethic. c. 5. nam, vt idem ait 1. Rhetoric. honor est signum bonæ existimationis.

6 Vt autem Episcopis honor & reuerẽtia debetur à subditis, sic vicissim illi debent subditis regiminis diligentiam, & dilectionem, ad hoc enim dispensationis diuinæ prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè gereretur administratio singulorum. ca. ad hoc, 7. sub 89. dist. videndus hac de re singularis canõ solum, 95. dist. & Hieron. in c. 1. epist. ad Titum. Neque etiam ideò intumescere debent prælati ob honorem, quantò enim plus honoramur, tãtò plus periclitamur, vt ait D. Augustin. in Psal. 106. & honoris comes inuidia est, vt idem ait lib. 3. de mirabil. sacræ scripturæ. Et in summa tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos, ca. 6. quorundam, 74. dist, debent recordari se non Deos, sed ministerio Dei agendo præpositos, vt non tam se quàm dignitatem venerari homines subditos intelligant, & quod Gabrias in Apologo Asini & Isidis gestatæ ait: ὁ ... Debent prælati subditis etiam honorem secundùm illorum dignitatem, maximè presbyteris, & debent honorare clericos, vt clericos, vt à clericis ipsis tanquam Episcopis honor deferatur: sitùmque illud Domitij Senatoris, Cur ego te, inquit, habeam vt principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem? Hieron. ad Nepotian. epist. 2. ca. esto subiectus, 7. cum 2. sequ. 95. dist. Frustra petit debitum, qui quod debet non impedit. cá. si infidelis, 28. q. 1. ca. non mœchaberis, ca. si ducturi, 32. q. 5. cum similibus.

## De institutione & destitutione Episcopali beneficiatorum.

### Capvt viii.

#### Svmma.

1 *Institutionis nomen quot modis in beneficiorum causis vsurpetur, & primùm pro collatione.*
2 *Pro confirmatione nominationis.*
3 *Pro approbatione præsentati per patronum.*
4 *Pro confirmatione collationis ab alio quàm Episcopo facta.*
5 *Pro adeptione possessionis.*
6 *Institutio & destitutio beneficiati ad Episcopum pertinet.*
7 *Ecclesiæ omnes diœceseos censentur in potestate Episcopi, nisi exẽpta doceantur.*
8 *Collatio beneficiorum diœceseos ad Episcopum pertinet, & ad summum Pontificem per concursum.*
9 *Et ad alios ex consuetudine & priuilegio.*
10 *Destitutio & degradatio quid, & quotuplex, & cuius.*

1 INSTITVTIO in causis sacerdotiorum seu beneficiorum, quinque modis potissimùm distinguitur, & in primis pro collatione libera, quando Episcopus pleno iure confert Ecclesiam, vt in titulo de institutio. lib. 3. Decretal. ti. 7. atque in glos. c. authoritate, de institutio. Instituere, est ius Canonicum in Ecclesia vel in Ecclesiastico beneficio tribuere: & inuestire, est quasi possessionem illius iuris conferre, quamuis promiscuè & indifferenter illis verbis vtamur: sequi tamen veram inuestituram debet vera corporalis adeptio possessionis, c. cum nostris, 6. de cõcess. præbend. c. pro illorum, de præbend. cùm inuestitio fiat tantùm actu aliquo symbolico corporali, vel per librum, vel per annulum, vt in c. proposuit, de cõcess. præb. verùm hæc se mutuò consequũtur, vt affinia, diuersa tamen. Quippe primò institutio fit, quæ est iuris beneficij translatio. 2. inuestitura. quæ est quasi confirmatio iuris concessi: posteà inductio in possessionem, quæ est veluti executio iuris traditi, vt notat dictum, c. authoritate, & ibi Ioannes Andræas.

2 Porrò secundo loco, institutio sumitur pro confirmatione nominationis ad aliquod beneficium, per aliũ quàm Episcopum factæ, quæ institutio ad Episcopum quoque iure communi, vel ad alium ex priuilegio pertinet, cap. cum Vintoniensis, de electio. electio tamen ius transfert in electum, c. transmissam, 15. & ibi Panor. de electio. ca. quanto, 10. 63. distinct. ideò Episcopus vel alius superior eligentium, post electionem factam, non dicitur propriè electum instituere, sed confirmare electionem iam factam. cap. nihil, de electio.

3 Tertiò institutio est approbatio facta præsentati à patrono ad beneficium patronatum, cap. 1. & 2. de institutio. in Sexto. & ferè vbique in titulis de iure patronatus. Per præsentationem quippe factam à patrono, non transfertur aliquod ius spiritale per patronum in præsentatum, attamen Episcopi in eo non erit collatio libera, cùm teneatur admittere seu instituere præsentatum, si idoneus sit, ca. decernimus, 16. q. 7. alioquin, recusante Episcopo admittere præsentatum idoneum, deuolutio instituendi fit ad proximum superiorem Episcopi, ad quem recurritur, quo nomine institutio à collatione libera differt: cùm libera, Episcopus non teneatur huic vel illi personæ conferre, sed possit liberè cui velit, dummodò idoneo, conferre, c. relatum, de præbẽd. Et proinde, sede vacua Episcopali, à prælato transfertur hoc ius instituendi præsentatos à patronis in capitulum, quia necessaria sit hæc institutio, non autem collationes liberæ. c. 1. ne sede vacan. in Sexto.

4 Quarto modo, institutio vsurpatur pro authorisatione seu confirmatione collationis ab alio ex priuilegio quàm Episcopo factæ, vt in c. cùm satis, de offic. Archidiac.

5 Quintò, institutio sumitur pro inuestitura seu concessione corporalis possessionis, cũ quis inducitur in corporalẽ possessionem: c. ad hæc, c. cùm locum, de offic. Archidiac.

6 Ex quibus quinque modis institutionis, Ioannes Andræas, ad c. cùm venissent, & ad c. ex frequentibus, de institutio. ait, quatuor præcedentes pertinere ad Episcopũ, quintum verò ad Archidiaconum, dd. c. ad hæc, & cùm locum. ideò in nostro c. cõquerente, colligemus sexto loco institutionem & destitutionem Ecclesiasticã pertinere ad Episcopum, c. cùm ex iniuncto, §. fin. de hæretic. lib. 5. tit. 7. c. cũ & plantare. 3. §. in Ecclesiis, de priuileg. li. 5. tit. 33. c. 1. & 2. de capell. monach. li. 3. ti. 39. c. 2. de excess. prælator. c. sanè, 16. q. 2. atque in c. quia diuersitatem, 5. de concess. præb. lib. 3. tit. 8. mandatur, vt qui præbendas vel dignitates Ecclesiæ Eboracensis, vel aliarum, accepissent, sine authoritate episcopi, ad eas resignandas sub pœna sententiæ excõmunicationis admonerentur, & per subtractionem beneficiorum aliorum cogerentur non obstante confirmatione Apostolica, & in c. ex frequentibus, c. 3. de institutio. reprobatur consuetudo vt improba, & contra disciplinam ecclesiasticam, qua clerici ab alio quàm ab episcopo, sine eius aut officialium eius consensu, beneficia accipiebant, & id ne fiat in posterum pro-

rum prohibetur, mandaturque sic accepta beneficia, sub excommunicationis pœna eruranti: & in c. cùm satis, de offi. Archidiac. reprobatur sententia Archidiaconi, dicentis se habere potestatem instituendi in beneficiis, curam animarum habentibus, & declaratur hoc ius solùm pertinere ad Episcopum, imò, nec capitulum sede vacãte hoc modo potest instituere in beneficiis, locu Episcopi, c. 2. ne sede vaca. quamuis, vt dixi, possit præsentatos eo casu instituere, c. 1. §. 1. ne sede vacan. in Sex. sed reseruanda est hæc institutio seu collatio successori in Episcopatu, vt notat glos. in cap. cùm olim, 14. de maior. & obed. & expresse etiam prohibet hãc institutionem Archidiaconis. ca. 11. nullus omnino, 12. q. 7.

7 Ratio, quia omnes Basilicæ seu Ecclesiæ in potestate Episcopi sunt sub cuius sunt territorio seu diœcesi, ca. 10. omnes Basilicæ, 16. q. 7. ita in concilio Cabillonensi 2. relato in ca. 3. decretum est, 10. q. 1. statutum est, vt omnes Ecclesiæ cum dotibus, decimis, & aliis bonis suis, in potestate Episcopi consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant. Eadem refert Burchard. lib. 3. Decretorum, ca. 145. Yuo Carnotens. in 3. parte c. 211. Et inde constituitur generalis regula, vt ex quo aliqua Ecclesia inuenitur in aliqua diœcesi, censeatur iure communi in eiusdem Episcopi esse potestate, c. cùm venerabilis, 7. de relig. domib. li. 3. ti. 36. & monasteria quoque, ca. obitum, 61. dist. quia & illorum Episcopus solicitudinem habere debet, iuxta concilium Chalcedon. c. 4. & ca. 12. qui verè, 16. q. 1. idem in ca. 16. Abbates, & ca. 17. monasteria, c. cognouimus, 18. q. 2. nisi aliquo priuilegio ab eius iure sint exempta, c. cùm & plantare, de priuileg. sed neque monasteria ipsa sine Episcopi permissione ædificare licet monachis, ca. 10. quidam monachorum, ca. 12. de monachis, c. 13. cellulas, c. 14. nullus monachorum, 18. q. 2. & ad Episcopum Ecclesiarum designatio & consecratio pertinet, vt doceo lib. 2. Syntagmat. iuris vniuersi, c. 1. n. 10. sunt tamen quædam Cappellæ, quæ non subiiciuntur ordinario seu Episcopo, quæ non sunt spiritualizatæ, vt loquuntur, neque tamen in illis passim celebratur diuinum officium, sed aliquando tantùm, & dum celebratur, campana non pulsatur iuxta ea quæ tractat textus & Panor. in cap. sopite, de censib. & c. patentibus, in 1. notat de priuileg. & c. inter dilectos, de donatio. & ob hanc potestatem Episcopus in sua diœcesi Ecclesiæ alteri quàm Parrochiali potest dare decimas, ca. statuimus, 16. q. 1. & vni detrahere & alteri concedere, aut diuidere, aut vnire, cap. sicut vnire, de excessib. prælat. item interdum auferre potest Ecclesiæ priuilegium eligendi, vt c. cùm dilectus. de consuetud. potest & eximere Ecclesiam à iure procurationis præstandæ. cap. sopitæ, de censib.

8 Omnes Episcopi conferunt beneficia suæ diœceseos vacantia, iure sibi à summo Pontifice distributo & cõcesso, vt eum aliqua ex parte in generali administratione Ecclesiæ iuuarẽt, c. ad honorem, de authoritat. & vsu pallij. c. mãdata de præsumption. Cæterùm, non tantam concessit Episcopis potestatem summus Pontifex, quin maiorem sibi reseruauerit, dicto c. dnm, §. nos igitur, de præbend. in Sexto. & proinde potest cũ Episcopis in collatione concurrere, & si tempore præuenerit collationem Episcopi, collatio eius impedit ne Episcopus conferre possit. c. si à sede, 31. de præb. in Sexto. Sicut adueniente vel concurrente principe, cessat officium magistratus eius. c. volentes, 8. de offic. legat. li. 1. ti. 30. ita Patriarchæ quidem possunt iubere præferri vbique Dominicæ Crucis insignia & vexillum, vrbem tamen Romam ingressi, vel locum, vbi legatus sedis Apostolicæ Põtificis summi vtitur potestate & insignibus, deponũt, propter sedis Apostolicę reuerentiam, c. antiqua, 23. §. Dominicę, de priuilegiis. li. 5. tit. 33. ca. denique, 21. dist. quemadmodũ Proconsul, portam Romæ ingressus, deponit imperium. l. 1. de offic. Proc. lib. 1. ff. tit. 16.

9 Sunt & alij qui conferunt ex cõsuetudine vel statuto vel priuilegio, vt explicaui lib. 17. Syntagmat. c. 7. vbi & notaui quomodo summus Põtifex confert beneficia iure proprio, aut deuoluto, vacantia in Curia Romana, per translationem, perque præuentionem. Vide si egeas.

10 Destitutio opponitur institutioni, quæ est depositio vel remotio ab administratione clerici, seu exauthoratio gradus, dignitatis vel ordinis, c. fi. de celebrat. Missarum, li. 3. Decret. tit. 41. Depositio ab ordine, propriè dicitur degradatio, à gradu clericatus deiectio, eaq. vel verbalis, vel realis, vtraque autem debet fieri ab Episcopo, & cum causa. c. 2. de pœnis in Sexto. c. nouimus, de verbor. significa. Nos latè de suspensione ab officio, & beneficio, & de depositione & degradatione, li. 31. Syntagmat. c. 50. sic Vicarius perpetuus institutus per Episcopum, ex consensu Rectoris, qui nunc Prior dicitur, non potest ab eodem Rectore amoueri, nisi ex delicto, eóque iudicato per Episcopum. c. ad hæc si persona, c. 3. de offic. Vicar. lib. 1. tit. 28. Ius erat quoque destituendi Flamines sacerdotes, Pontificibus Ethnicorum datum, si quid ex contemptu vel negligẽtia religionis admisissent, & ea authoritate animaduertum in Vestales, eásque damnatas legimus apud Valerium Maxim. li. 1. c. 1. & Iulium Obsequentem, libro de prodigiis, & in prima decade Liuij, lib. 2. 4. & 8. & deca. 3. li. 2. apud Dionys. Halicar. li. 1. & 9. Plinium iuniorem, lib. 2. Epistolar. Orosium lib. 2. 3. & 4. & alios.

---

## Ad verba c. Conquerente, *correctionem & reformationem.*

### CAPVT IX.

#### SVMMA.

1. *Correctio & reformatio Ecclesiarum diœceseos pertinet ad Episcopum: & num in exemptis idem.*
2. *Institutio & destitutio præpositorum Ecclesiasticorum aliquando ad alium quàm Episcopum pertinet.*
3. *Rationes corrigendi Ecclesias subditas.*
4. *Iurisdictione data coërtitio quoque concessa censetur.*
5. *Ecclesiarum cura præsupponit curam animarum.*
6. *Correctio clericorũ quomodo ad alios quàm Episc. pertineat.*

1 COLLIGEMVS septimo loco, correctionem & reformationem Ecclesiarum diœceseos, pertinere ad Episcopum, quod & statutum in c. 1. & c. licet, 12. & sequ. supra hoc titulo, & in ca. 1. 8. q. 2. in concilio Toletano 4. ca. 30. quamquam enim exẽptæ sint Ecclesiæ nihilominus morum cura, & reformatio earum, secundùm cuiusque regulam, ad Episcopum pertinet, ca. 1. & ca. visis, 16. q. 2. & quamuis consuetudo vel regula det potestatem Abbatibus, Prioribus, vel capitulo, corrigendi personas ad monasterium vel capitulum pertinentes, attamen vltra Episcopi officium erit curare vt ab illis fiat dicto c. irrefragabili, sup. hoc titul. & in non exemptis Ecclesiis hoc maxime locum habet, quarum etiam Prælati subsunt subiectioni, correctioni, & dispositioni Episcopi: ca. Abbates, ca. Abbas pro, ca. si quis Abbas, 18 qu. 2. c. 1. & c. cùm dilectus, 8. de relig. dom. & vt Episcopi sint subiect. lib. 3. tit. 36. alioquin Abbate exempto irrequisito, nihil debet Episcopus in eius monasterio exercere. ca. luminoso, 18. q. 2.

2 Videntur tamen consentire omnes interpretes, monasteria ipsa posse instituere & destituere Vicarios Ecclesiis pleno iure sibi subiectis, dummodò curam non habeãt animarum, c. x. de supplen. negligent. prælat. suprà lib. 1. ti. 10. & perpensis iuribus superiori capite allegatis pro institutione & destitutione prohibita, c. cùm olim, de præscription. c. 1. ca. visis, 16. q. 2. c. quoniam per confessionem, 21. de priuileg. lib. 5. tit. 33. sed & aliquando institutio vel destitutio fieri nequit ab Episcopo, sine consensu capituli, vt in c. 1. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capituli.

3 Qua autem ratione prælati subditorum excessus corrigere debeant, docet concilium Tridẽtinum sessio. 13. de reformatione, ca. poterit & esse vna, quòd Deus repertitur

fit dẽ

sie de manu prælatorũ animarũ quæ perierint sanguinem, si ex negligentia eorum perierint. Ezechiel. c. 13. d. c. irrefragabili, & c. fi. de reg. c. cùm ad monasteriũ, §. fi. de statu regularium, c. qualiter & quãdo, in 2. §. pen. de accusatio. Sic Heli, summus sacerdos, pro filiis, quos nõ castigauerat, punitus, 1. Regum c. 3. & 4. ca. legant, 37. dist. c. licèt Heli, de simon. neque admittitur pastoris excusatio, si lupus oues rapiat, & pastor nesciat, cap. quamuis, de reg. iur. qui enim mercedem pro custodia suscipit, periculum præstare ex negligentia tenetur. l. qui mercedem, 40. locat. lib. 19. ff. tit. 2.

4 Altera ratio, quòd cùm iurisdictio Episcopo data sit, vt dicemus, eidem quoque vnà data videntur ea, sine quibus iurisdictio exerceri nequit, c. cùm Episcopus, 6. de offic. ordina. in Sexto. l. 2. de iurisd. omnium iudic. Iurisdictio verò sine modica coërcitione consistere non potest. l. fi. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. ff. cap. cùm venerabilis, 21. de censib. infrà lib. 3. tit. 39.

5 Deinceps cùm cura & solicitudo omnium Ecclesiarum & clericorum diœceseos commissa sit Episcopo, can. omnes Basilicæ, ca. nullus, 16. qu. 7. totius quoque plebis animæ videntur commissæ. ca. quæcunque res Ecclesiæ sunt, 10. q. 1. ca. præcipimus, 12. q. 1.

6 Quòd si quis instet, aliquando ad alios quàm Episcopos pertinere clericorum correctionem, non inficiabimur: attamen dicemus, proprio iure Episcopo, vt ordinario iudici, commissam, ca. de persona, 11. q. 1. aliis autem, vel ex eius permissione, vel ex priuilegio, & proinde aliquando capitulo Canonicorum, vel aliorum emendatio concessa est, vt in c. irrefragabili, hoc tit. sic intellige in similibus, quibus data est in subditos, vt Episcopo, iurisdictio: quemadmodum Abbati & Priori concessum, vt possint excommunicare & corrigere subditos monachos, c. cùm in Ecclesiis, 10. de maiorit. & obed. lib. 1. tit. 33. & Abbatissis, vt possint suspẽdere moniales & clericos suos ab officio & beneficio, propter inobediẽtiam, c. dilecta, 12. eo. titulo. de maiorit. & obedien. Atque Episcopus, postquam mouerit Abbates vt reuocent suos monachos & regulares à Curtis principum, vel aliunde ad propria monasteria, & faciãt eos iuxta proprias regulas viuere, si noluerint, vel si contempserint aut neglexerint facere, potest eos per suspensionem officij vel beneficij, appellatione etiam remota, cogere. c. quanto deuotio, 7. hoc titul. de offic. ordinar.

## Ad verba cap. Conquerente, *Censuram Ecclesiasticam.*

### Caput X.

*Summa.*

1. *Censura, & Censores quid.*
2. *Censura Ecclesiastica quid.*
3. *Quotuplex, & de interdicto Ecclesiastico.*
4. *De suspensione Ecclesiastica.*
5. *Censura Ecclesiastica ad Episcopum pertinet.*

1 Censura Ecclesiastica accipi potest pro omni emendatione seu animaduersione arbitraria Episcopi, sicut olim Censores dicti, quòd rem suam quisque tanti æstimare solitus sit, quãtum illi censuissent, vt ait Sextus Pompeius Festus lib. 3. de verb. signif. & Censor; inquit Varro 4. de lingua Latina, ad cuius censionem, id est, arbitrium, cẽseretur populus, & censere & arbitrari, pro eodem veteres vsurparunt, vt annotat Nonius Marcellus & Varro lib. 2. de vita populi Romani: censere ideò secundùm Labolenum, idem est quod constituere & præcipere. l. censere, 111. de verbor. significat. Primùm autem Romæ Censores dati Cõsulibus auxiliares pro censu exigendo & imponendo, teste Pompeio Iurisc. ũsan l. 2. §. 17. post deinde eum census, de orig. iur. ff. deinde tamen censura, quę initium habuit ab illa exigua causa, tanto incremento aucta est, vt morum disciplinæque Romanæ decoris dedecorisque regimen, sub authoritate eius magistratus esset, vt scribit Liuius lib. 4. dicebatur eorum iudicium, Censura, de qua, déque Censoribus nos abundè lib. 47. Syntagmat. c. 16.

2 Ad similitudinem eius potestatis, Episcoporum arbitrium censura dicitur Ecclesiastica, nempe iudiciũ de Christianis moribus, eorùmque emendatio, Explicat Innocentius 3. in cap. quærenti, 26. infrà, de verb. signific. his verbis, *Quid per censuram Ecclesiasticam debeat intelligi, cùm clausulam huiusmodi in literis nostris apponimus, Respõdemus, quòd per eam, non solùm interdicti, sed etiam suspensionis & excommunicationis sententia valeat intelligi.*

3 Vnde & colligimus, species censuræ esse, interdictum, suspensionem, & excommunicationem, quæ etiam dicuntur pertinere ad Episcopum, sic Episcopus in cap. cùm inter, 5. de consuetud. interdictum proponit generale: & improbatur consuetudo, per quam interdictum Episcopi violatur, tanquam quod pertineat ad nerui Ecclesiastæ disciplinæ diruptionem. Dicitur & cẽsura Episcopalis proprius mucro Episcopalis, quo maiorem Ecclesia non habet pœnam, ca. corripiantur, 24. quæst. 3. vide plura quæ diximus de suspensione, interdicto, excommunicatione maiore & minore, lib. 31. Syntag cap. 8. & 9. Interdictum ecclesiasticum est certa species cẽsurę Ecclesiasticæ, dum prohibetur administratio Sacramentorum, vel celebratio diuinorum officiorum, vel executio quorundam actuum spiritalium, in pœnam, & propter delictum, estq́. ita interdictũ, vel locorum, vel personarum. Locorum, quãdo prohibetur administratio Sacramentorum, officiorum, & aliorum, fitq́; in certo regno, ciuitate, populo, clero, vel in alio loco. Personarũ, quãdo interdictione certę tantum personæ cõprehendũtur, vt constat ex c. si ciuitas, 17. cum sequentib. cc. de senten. excom. in Sexto. c. cùm in partibus, 27. de verb. sign.

4 Suspensio Ecclesiastica est etiam censura, per quã certæ personæ Ecclesiasticæ officium, vel exercitium ei competens interdicitur, vel ab homine, vel à lege, c. ad reprimendam, 8. hoc tit. de offic. ordin. Cle. cupientes, de pœn. apud Clem. excommunicatio minor suspendit à participatione Sacramentorum, c. fin. de cohab. cleric. & mulier. ca. audi, 11. qu. 3. maior à communione etiam fidelium. can. Engeltrudam, 3. q. 4.

5 Cæterùm colligitur ex hoc c. Conquerente, octauo loco, cẽsuram Ecclesiasticam ad Episcopalem potestatem pertinere, & hoc probauimus iam, at obseruandum est, nõ ideò inferri posse, ad alios, quàm Episcopos, excommunicãdi potestatem non posse pertinere: nam minor in primis excommunicatio interdum fertur à lege, interdum ab aliis quàm ab Episcopo, vt notat glossa in c. penul. de senten. excom. & ita suspensio Sacramentorum interdum à proprio sacerdote impœnitenti imponitur loco pœnæ, & ab eodem tollitur. ca. miror, 17. q. 4. Atque in c. cùm ab Ecclesiarũ prælatis, 35. hoc tit. Plebani seu Curionis interdicti & excõmunicationis sententia rationabiliter in parrochianos suos laicos vel clericos lata, inuiolabiliter obseruanda, vt non debeat eam Episcopus sine congrua satisfactione, & absque eiusdem Plebani licentia, relaxare vel soluere, quod de Plebano habente iurisdictionem intelligi debet: generaliter enim concludimus prælatos omnes seu præpositos ecclesiasticos habentes iurisdictionem, posse excõmunicare, vt notat & probat glossa in dicto c. cùm ab ecclesiarum: quamquam & qui habent subditos, subsint episcopo, quia excommunicatio non est ordinis, sed iurisdictionis, c. transmissam, de electio. & Abbas, qui iurisdictionem habet, etiam excommunicat, in c. sicut, de simonia. in c. P. & G. de offic. dele. Potest & Prior, qui habet regulares Canonicos vel monachos sibi subditos inobedientes, excommunicare, ratione potestatis à summo Pontifice sibi concessæ, c. cùm in ecclesiis, 10. de maior. & obedient. non poterũt tamen alij quàm episcopi, vel sine eorum mandato, ferre solemnem excõmunicationem, de

nem, de qua in ca. 106. debent duodecim, 11. q. 3. quę fit, cùm duodecim sacerdotes Episcopum circundant, duodecim lucernas seu candelas tenentes manibus, dum emittitur excõmunicatio, & in conclusione anathematis in terram proiiciunt, pedibúsque conculcant: mittuntúrque deinceps epistolæ per Parrochias, cum excommunicatorum nominibus, & causa excommunicationis.

## De Iurisdictione Episcopali, & ad verba c. Conquerente, *Iurisdictionem quoque causarum omnium, &c.*

### CAPVT XI.

### SVMMA.

1 *Causæ omnes Ecclesiasticæ pertinent ad iurisdictionem Episcopalem.*
2 *Iurisdictionis diuisio in ordinariam & delegatam, Ecclesiasticam & secularem, vnitæ aliquando potestates, postea diuisæ* 3.
4 *Iurisdictio spiritalis quomodo data Episcopis.*
5 *Episcopi possunt inuocare brachium seculare.*
6 *Monasteria legi iurisdictionali Episcopi subiiciuntur, & de lege diœcesana, & iurisdictionali.*
7 *Abbatum & monachorum castigatio quomodo sub Episcopi cura.*
8 *Abbas non agit Episcopalia.*
9 *De obedientia debita à monachis, Abbatibus & Episcopo.*
10 *Monachi aliquando tracti in iudicium coram iudicibus secularibus, aliquando & clerici, & de mutatione & emendatione eius iuris.*
11 *Iurisdictio apud Ethnicos quæ data Pontificibus.*
12 *Argumentum contra potestatem Episcopalem, & solutio, & de potestate Archiepiscopi.*
13 *In quibus aditur à diœcesanis Archiepiscopus.*
14 *Quomodo aliis, quàm Episcopo, iurisdictio in diœcesi competat.*
15 *Abbatibus quando, & quare licet conferre ordines aliquos monachis.*
16 *De iurisdictione & potestate capituli.*
17 *Degradatio an à solo Episcopo possit fieri.*
18 *De iurisdictione exemptarum Ecclesiarum.*
19 *Delegatus à summo Pontifice maior ordinario in causa delegata.*
20 *Exemptionem allegans debet probare.*
21 *Ordinarius iudex Episcopus, & deinde Vicario. & 22. de Officiali. & 23. num Episcopus minor Officialem creet.*

1 DECIMO, ex c. Conquerente, colligitur, inter iura Episcopalia connumerari iurisdictionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de iure pertinentium, nempe diœceseos Episcopalis, & ea quæ iurisdictionis sunt, idem in c. cùm Episcopus, de offic. ordinarij in Sext. ca. scriptum, 6. q. 1. vbi & iubetur Episcopis, vt sint contenti sua iurisdictione, & ne mittãt manum vel falcem in messem alienam, iuxta id quod scriptum est Deuteron. 23. id est, ne alienos parrochianos iudicent, nisi commiserint delictum in sua diœcesi, & ita ratione delicti forum diœceseos sortiantur, veluti si ibi commiserint rapinam, in quo casu excommunicatus alterius diœceseos, à diœcesano, vbi rapina fit, non potest absolui à proprio Episcopo, nisi priùs satisfactũ sit, ca. placuit, 4. & sequent. 5. de illis, 6. q. 3. c. 1. de raptorib. ita nullus alius quàm Episcopus, in diœcesi & per totã diœcesim iurisdictionem habet, quamquam in parte alio iure communi habeat, ca. perlectis, 25. dist. vide Hostien. ad c. fi. de offic. Archidiac. Vnaquæque prouincia debet habere suum Metropolitam, qui iudicet de sibi subditis Episcopis, & Episcopi item propriam iurisdictionem, ca. 2. scitote, 6. q. 3. ca. Archiepiscopus, ca. conquestus est, ca. per singulas, c. si autem, 9. q. 3. c. at si clerici, c. cum nõ ab homine, de iudic. c. 2. hoc tit. de offic. ordin. Clemen. 1. eo. tit. in Clemen. ca. 1. de pœn. in Sexto. neque vnus Episcopus, alterius potest sententiam excommunicationis soluere, cap. ad reprimendum, 8. sup. hoc tit. neque de alieno iudicare cùm sententia à non suo iudice lata, non teneat, ca. nullus Primas, ca. nullus alterius, ca. nullum Episcopum, ca. Episcopum, ca. Episcopi, 9. q. 2. c. at si clerici, de iudic. & tit. si a non compete. iudic. ordo enim iuris confunditur, si sua cuique iurisdictio non seruatur. ca. peruenit, 11. q. 1.

2 Iurisdictionum distributio est, vt ordinaria alia delegata, illa proprium ius habet. hæc ex alio pẽdet. l. more maiorum, de iurisd. om. iud. l. 1. & tot. tit. de offic. eius cui mãd. est iurid. ff. & tit. de offi. delegat. in iure Pontif. & de offic. ordinarij. Ordinaria ex concessione legis seu canonis, & principis, l. & quia principaliter, 6. de iurisdict. omn. iud. ff. Ordinariæ iurisdictiones in genere duas habent species, Ecclesiasticam, & secularem, ibi duo gladij qui sufficere Christo visi sunt, Lucæ 22. Extrau. vnam sanctã, §. 1. de maior. & obedient. & quamuis vterque gladius Ecclesię inseruiat, tamen ipsa non vtitur materialis exercitio, sed illum relinquit seculari potestati, & vtitur altero spiritali, qui viuificat. ca. interfectoris, §. in hoc, 33. q. 2. Ante aduẽtum Domini penes ipsos summos sacerdotes interdum fuit vterque gladius, atque vtriusque exercitium, iudicarunt enim aliquando populum in temporalibus & spiritalibus causis: vt Melchisedech, rex Salem, fuit etiam sacerdos Dei. Genes. 14. versi. 18. ad Hebræos. 7. versic. 5. Heli, cap. licèt Heli de simonia. Samuel, 1. Reg. c. 8. Esdras quoque accepit potestatem criminalis iudicij in omnes, ratione religionis, ab Artaxerxe, 3. Esdræ c. 8. vbi Rex illum sic affatus, Construe iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice, & omnes, qui legem Dei tui non nouerint, doce, & omnes quotquot fuerint transgressi legem, diligenter plectantur, siue morte. &c.

3 Fuerunt & posteà distinctæ potestates spiritalis & secularis, quo tempore Saul rex creatus fuit, separatúmq. regnum à sacerdotio, 1. Regum c. 8. separatæ & causę iurisdictionis vtriusque & iudicium, sic Iosaphat Rex Iudæ in 2. Paralipomenon, c. 19. constituit per singulas ciuitates iudices, in Hierusalem Sacerdotes, Leuitas, & Pontifices, qui iudicium & causas Domini iudicarent habitatoribus eius, de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus, & Amarian sacerdotem & Pontifices præfecit eis in his quæ ad Deum pertinebant, præposuit autem Zabadiam super opera quæ ad regis officium pertinebant. Duæ potestates illæ significatæ (vt monui) per duos gladios, quos sufficere dixit Dominus Lucæ 22. Videnda Extrauagans vnã sanctam, de maior. & obedien. & quæ diximus lib. 15. Syntagmat. c. 14. c. causam quæ, in 2. qui filij sint legit. vbi gladium temporalem seu notionem rerum ciuilium, summus Pontifex remittit regi Angliæ, & retinet spiritualem, retinuit porrò spiritualem, qui non occidit, sed viuificat. ca. interfectores, §. in hoc, 33. q. 2.

4 Quia verò summus Põtifex non potuit omnibus prouinciis interesse per se, distributi sunt per singulas prouincias & diœceses iudices ordinarij Episcopi, qui curã & solicitudine, gladij spiritalis executionem, secundùm cuiusque necessitatem, haberent, in partem tamẽ solicitudinis nõ ad plenitudinem potestatis vocati, c. ad honorem de authoritat. & vsu pallij, c. mandata de præscriptiõ. dicti & inde Episcopi Archiepiscoporum Suffraganei, quasi suffragium eis ferentes, & auxilium. Episcopi iurisdictionem habent ordinariam in diœcesi sibi concessa, & causis iurisdictioni diœcesanæ adiunctis, ratione sui officij, vel determinationis legis, cuiusque vel suo beneficio. iuxta l. more maiorum, 5. & l. & quia principaliter, 6. de iurisdictio. omn. iud. ff. Docet & ordinarios iudices esse & prouinciarum Rectores. l. omnes, 33. de Episcop. & cleric. C. c. cùm ab Ecclesiarum prælatis, de offic. iudic. ordin. & Archadius & Honor. in l. eos qui ordinario, 6. de modo mulctar. li. 1. C. Ordinario iure prouincias moderantes, dixerunt Præsides prouinciæ, vel eos qui sunt in actu quotidiano, [illegible] Græci vocant, vt & in l. 2. de

præxi-

proximis sacror. scrinior. C. & in Nouellis 20. 31. 103. 112. sicut & milites ordinarij, gregarij & manipularij, ἔμβαθμοι etiam dicuntur. Confirmarunt Cæsares iurisdictionem Episcopalem, aut certè verius illibatam & intactam voluerunt in l. omni innouatione, 6. & l. priuilegia, 17. de sacrosanct. Eccles. C. §. 1. de Ecclesiast. tit. in Nouellis.

5 Et proinde quando non obtemperatur Episcoporum iurisdictioni, possunt Episcopi publicum inuocare auxiliū, non ad præiudicandum, sed potius ad ea quæ Deo placita sunt prosequendum. c. 1. & c. quoniam, hoc tit. ca. 20. principes, 23. q. 5. ca. cùm ad verum, 96. dist. c. quoniam, 10. dist. facit c. 2. de maledic. & c. 17. Deutero. ibi, *Si quis noluerit obedire sacerdoti, qui tunc temporis seruit Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.*

6 Monasteria itaque diœceseos, quæ iura debent Episcopalia, nisi aliquo priuilegio eximantur, subsunt Episcopo in lege iurisdictionali, vt habetur in nostro cap. conquerente, & cap. dilectus, hoc eodem titulo, vbi distinguitur inter legem iurisdictionalem, & diœcesanam, atque annotatur, citationem, & causarum cognitionem, multásque seu emendas, vt vocant, pertinere ad legem iurisdictionalem, & ad Abbatem ex antiquo, à legéque diœcesana separatam.

7 Notauit glossa ad ca. 1. 18. quæst. 2. ad verbum, *Corrigere*, coërcitionem Abbatum & Monachorum, ad Episcopum pertinere, ex cap. si quis Abbas, ca. Abbates, ca. cognouimus, 18. quæst. 2. ca. accedens, 50. distinct. statuit & Paschalis, part. 2. in ca. 18. Abbatibus, 18. quæst. 2. vt Abbatibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primate, neque sub Patriarcha sunt, nullus prorsus Episcoporum Episcopalia quælibet administret, addit ibi glossa finalis, quòd licet Abbas sit exemptus, tamen debet petere iura episcopalia ab episcopo loci nisi ipse ei malitiosè deneget ea, benedicique debet ab episcopo, vel saltem ab eo benedictionem ter petere, antequam suos monachos possit benedicere. cap. statuimus, de supplend. neglig. prælat. Atque generaliter in concilio Parisiensi statutum, relato in c. 8. nulla ratione, 93. distinct. ne vlla ratione clericus aut sacerdos habeatur, qui sub nullius episcopi disciplina & prouidentia gubernatur, tales enim acephalos ecclesia prisca nominauit. Idem in cōcilio Moguntinensi, sub Carolo Magno 22. & in Nomocanone tit. 1. c. 20. τὰ μοναστήρια πάντων ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνορίων αὐτῶν καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπιτιμῶσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι, id est, Monasteria degunt sub Episcopis territoriorum suorum, & Abbatum quidem curam gerunt Episcopi, monachorum verò, Abbates. Alij dicunt quòd in modicis & minimis excessibus monachi sont à proprio Abbate vel Priore corrigendi, in maioribus, ab Episcopo. vt in cap. monachi, 2. de senten. excommunic. can. si quis monachus, 90. distinction. can. non dicat 5, 12. quæstion. 1. Existimarem autem distinguendum cum Toletano concilio 4. cap. 50. & ca. 1. 18. quæst. 2. & Episcopum posse Abbates & monachos hortari, ad conseruationem regulæ, instruere seu confirmare eosdem, & quæ fiunt extra religionis regulam corrigere, quæ regulæ verò sunt, relinquere debere castigationi Abbatis. Dehinc si in forma iuris contra monachum agendum est, agendum erit coram Episcopo, vt in can. de persona, 11. qu. 1. econtra, si non agatur in forma iuris, vt in c. reprehensibilis, de appellatio. & ita notat Ioannes in glos. finali dicti canonis 1. 18. qu. 2.

8 Sic Abbas non exercet ea quæ sunt dignitatis Episcopalis, non cognoscit de causis matrimonialibus, non imponit pœnitentias publicas, non concedit indulgentias, nec his similia, in cap. accedentibus, de excessib. prælator. potest alioquin Abbas & Prior monachos suos excommunicare, cap. cùm in Ecclesiis, de maior. & obedien. vt & Abbatissa potest suspendere moniales, & clericos suos ob culpas, ab officio & beneficio, & propter inobedientiam, quamuis non possit excommunicare. cap. dilecta, de maiorit. & obedien.

9 Neque dubium est monachos omnem obedientiam teneri præstare Abbati in omnibus, c. cùm ad monasterium, §. Abbas, de statu monacho. ca. Abbates, 18. quæst. 2. ca. 1. & 2. 58. distinct. Cæterùm nec obedientia, quæ debetur Abbati per monachum, impedit quominus & in aliquibus ab Abbate & monachis non debeatur Episcopo quoque diœcesano, quare non absolutè, sed certo modo regulares Abbates iurant iuxta priuilegia ordinis sui, obedientiam Episcopo, vt forma c. ne Dei Ecclesiam, 43. de simonia ostendit in Cisterciensis ordinis Abbatibus, quæ hæc est: Ego frater N. Abbas Cisterciensis ordinis subiectionem, obedientiam, & reuerentiam à sanctis Patribus constitutam, secundùm regulam sancti Benedicti, tibi Domine Episcope, tuísque successoribus canonicè substituendis, & sanctæ sedi Apostolicæ, saluo ordine meo, perpetuò me exhibiturum promitto. Nam contra regulam ordini indultam Abbas Episcopo obedire non tenetur, ca. sanè, de excessib. prælat. nec contra regulam, vel in his quæ illicita sunt, ca. si quis Episcopus, ca. non semper, ca. si dominus, ca. Iulianus, 11. quæst. 3. in aliis autem, in quibus exemptum non est monasterium expressè, tenetur ex iure communi obedire, & ita in Nomocanone Photij, tit. 1. c. 20. τὰ μοναστήρια πάντων ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνορίων αὐτῶν καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπιτιμῶσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. Id est, Monasteria degūt sub Episcopis territoriorum suorum, & Abbatum quidem curam gerunt episcopi, monachorum verò, Abbates, quæ reperitur in nuper excussis iuris ciuilis libris, in l. monasteria, 40. sub titulo de episcop. & cleric. C.

10 Licuit aliquando, monachos coram Præfectis vrbium, vel prouinciarum Rectoribus, aut coram Episcopis conuenire, l. omnes qui, 33. & l. cum clericis, C. de Episc. & cleric. l. decernimus, 13. C. de episcop. audien. emendatum dehinc hoc ius Nouella 79. apud quos oporteat causas dicere monachos. Auth. causa, C. de Episcop. & cleric. quibus adempta cognitio causarum monachorum iudicibus temporalibus seu secularibus, & tributa Episcopo. Rursum in §. 1. vt clericus apud proprios Episco. conueniatur, Nouella 83. ius mutatum. Clericus (inquit) lite pulsatus in causa pecuniaria, priùs apud episcopum conueniatur, per quem sine damno causa decidatur, quòd si natura causæ, vel alia ratio faciat vt negotium apud eum decidi non possit, per ciuilem procedat iudicem, obseruatis clericorum priuilegiis: sed in ciuili crimine ciuilis præsit iudex, vt lis vltra duos non egrediatur menses, nec tamen puniatur, etiamsi reus sit inuentus, priusquam per episcopum sacerdotio spolietur, si verò crimen sit ecclesiasticum, episcopalis erit examinatio & castigatio. Idipsum repetitum in Authen. clericus quoque, de episcop. & cleric. verùm hoc ipsum iterum correxit Fredericus in §. statuimus, de statutis & consuetud. in feudis. constitutio. statuimus, de episcop. & cleric. & canoit, vt nullus ecclesiasticam personam, in criminali vel ciuili quæstione, in iudicium contra Imperiales & Canonicas sanctiones trahere præsumat, & si aliter actor fecisset, cadat iure suo, iudicatum non teneat, & iudex potestate iudicandi priuetur. hoc & in ca. 17. clericum, 11. q. 1. facit c. at si clerici. de iudiciis.

11 Lege Numæ Pompilij 2. Regis Romanorum, iurisdictio sacerdotibus vel Pontificibus, relicta, rerum & personarum, quæ ad religionem vel etiam Rempublicam pertinerent, & in religionis parte tractabant de sacris cæremoniis, de rebus diuinis, & personis sacris deseruientibus, & de illis quæ circa hæc sunt: in parte Reipublicæ verò, de pauperibus, de piis causis, & de negotiis personarum sui fori, vt scribit Cicero pro Domo sua ad Pontifices, & de Aruspicum responsis. Liuius 1. ab vrbe condita. Dionys. Halicarnass. in 2. Fenestella lib. de Sacerdot. c. 7. Plinius secundus lib. de viris illustrib. ca. 3. quod constitutum, quo tempore regnabat apud Iudæos Ezechias, vt scribit Eutropius lib. 1. Histor. Rom. Referti etiam plura ad notionem Pontificum docui paulò antè, ex titulo de episco. audien.

vt &

vt & curam sepulchrorum, in l. hæreditas, de petitionib. hære. ff. & religiosorum locorum, l. fin. de mortuo inferen. ff. & similia. Tractauimus nos quoque multa de potestate horum Episcoporum, libro de Iuris arte, cap. 8.

12 Sed ne quid remoretur Lectores à sententia Episcopalis iurisdictionis, conuellemus quædam quę videntur officere, aut Episcopalem iurisdictionem impugnare. In primis videtur priuare Episcopos potestate iurisdictionis, authoritas superioris Archiepiscopi, iudex quippe Episcopi est Archiepiscopus, c. si clericus, 11. qu. 1. ex concilio Chalcedonen. ca. 9. vnde & iudex videtur quoque subditorum Episcopi, per regulam iuris, si vinco vincentem te, à fortiori vinco te. l. de accessionibus, de diuers. & tempor. præsc. ff. Auth. itaque, commun. de successio. C. Vincit in potestate subditos Episcopus, vincit & potior est Archiepiscopus Episcopo, ergo & potior est Archiepiscopus Episcopo in iudicandis subditis Episcopi. Adde, quòd Episcopus Metropolitano subiectus est, qui curam habet totius prouinciæ: & ideò qui in ea causas controuersas habent, ad Metropolitanam sedem venire debent, vt neque Episcopi Suffraganei sine Archiepiscopo quippiam agere possint, secundum canonem antiquorum, ca. 1. & 2. 9. qu. 3. Canon hic antiquorum, est 34. canon Apostolorum, & qui non est suæ potestatis, nò dicitur alios habere in sua potestate. l. sic eueniet, ad leg. Iul. de adult. ff. At conciliabimus has rationes, si consideremus regulam illam, si vinco vincentē te, à fortiori vinco te, intelligēdam quando in eodem modo quo vinco, vincor ab alio, quod aliter hic obtinet, siquidem Archiepiscopus superior est Episcopo, & curam habet prouinciæ generalē, sed non specialē, quæ cōmissa est Episcopo, & subditi propriè primùm Episcopo dati. & in negligentiam vel malitiam eius, Archiepiscopo. Ita diuerso modo subiiciuntur diœcesani suo Episcopo, & Archiepiscopo: lege quippe Metropolitana, Episcopi Suffraganei & eorum subditi subiiciuntur Archiepiscopo, lege autem diœcesana subiiciuntur Episcopo. Neque in canone Apostolorum 34 dicitur absolutè Episcopum nihil facere posse sine Metropolitano, sed nihil posse sine eo facere *insolitum*. Verba sunt τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης i. *Cuiusque gentis Episcopatu oportere scire quisnam inter ipsos primus sit, haberéque ipsum quodammodo pro capite, neque sine eius volūtate quicquam agere* περιττὸν *insolitum*, quę dictio, *insolitum*, ostendit ibi agi de causis extraordinariis, & aliis quàm commissis Episcopis ordinario iure. Quamobrem mens illius canonis est, vt Episcopus quidem iure proprio ordinaria negotia agere possit, extraordinaria & cōtingentia non, nisi cum Metropolitani consensu: quod colligitur ex prædicti canonis verbis sequentibus huiusmodi, ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις *Illa autem sola posse tractare vnumquemque Episcoporum quæ ad Parrochiam suam & loca sibi subdita pertinent*. Idem iisdemque fere verbis conceptum in concilio Antiocheno, cap. 9. sic nec Archiepiscopus potest sui loco creare Officialem foraneum in territorio sui Suffraganei. ca. 1. de offi. ordin. in Sex.

13 Notantur tamen casus quidam à glossa ad ca. pastoralis, & ad verba, *exceptis quibusdam articulis*, hoc titulo. de offic. ordin. in quibus Metropolitanus cognoscit de subditis Suffraganeorum, & de eorum causis, nempe per appellationem ab Episcopo ad eum, c. 1. de offic. ordin. c. 1. de offic. legat. si delinquant in diœcesi Archiepiscopi, ca. placuit, ca. de illis. 6. qu. 3. facit enim delictum, vt quis sortiatur forum eius, in cuius territorio deliquerit. l. 1. & Authen. qua in prouincia, vbi de crimin. agi opor. C. l. 1. C. vbi Senat. vel clariss. C. l. finali. de noxal. action. ff. cum similib. quemadmodum ratione rei, si ea contentiosa subditorum Episcopi sit in territorio Archiepiscopi, vt in c. fin. de foro competen. l. fin. vbi in rem actio exerce. deb. C. l. 1. C. vbi de possessio. agi oporteat, aut si clericus contendat cum suo Episcopo, c. ca. si clericus, 11. quæst. 1. aditur enim superior Episcopi, ne Episcopus in sua causa ius dicat, aduersum regulam, ne quis in sua causa iudicet. l. 1. eo. tit. ne quis in sua causa iud. C. l. qui iurisdictioni præest, de iuris. omn. iud. C. l. fi. de recept. arb. ff. c. conquerente, 7. de restitut. spoliat. deinde, si Archiepiscopus in causa subditorum suorum Suffraganeorum sit delegatus iudex à summo Pontifice, c. irrefragabili, hoc tit. de offic. ordina.

14 Posset & secundò obiici iurisdictioni Episcopali, quòd alij quam Episcopi in diœcesi illorum habeant iurisdictionem, veluti & potestatem excommunicandi, vt antea diximus, vt plebani. c. cùm ab Ecclesiarum, hoc tit. Abbates & Archidiaconi, in c. 1. de offic. Archidiacon. sed dicemus non negari aliis quam Episcopis concedi iurisdictionem in diœcesi: fieri enim potest, vt aliquibus concedatur ex priuilegio, vel in auxilium Episcopi, verùm inde non concluditur etiam Episcopis non dari, nam quando cum Episcopis alij quoque habent, Episcopus nihilominus iure communi habet, alij non ita, nisi à iure tribuantur, vt in l. & quia, de offic. eius cui mandata est iurisdict. potest & iurisdictionem alteri concedere consuetudo, cap. fi. de offic. Archidiacon. capit. audius, de præscriptio. capit. cum contingat, de for. comp. cap. irrefragabili. hoc titulo. l. 1. C. de emanc. patio. liber. Potest & beneficium principis, non habenti dare, l. more, de iurisdictio. omn. iud. & summus Pontifex, qui ex arbitrio distinguit & distribuit iurisdictiones, officia, & beneficia, potest iudicandi potestatem augere, minuere, aut tollere Episcopis, c. 1. & fi. de consuet. & cum his aliis quoque concedere ex certa causa.

15 Quemadmodum communicare Abbatibus potestatem dandi aliquos ordines intra sua monasteria, dummodò ipsi Abbates benedictionem Episcopalem acceperint, ca. quoniam videmus. 69. distinc. & vt inter sibi subditos claustrales iudicare possint, vt vagandi illis tollatur occasio. quam prohibet. c. ne in agro Dominico, § quia verò, de stat. monachor. ex concilio Viennensi. Vagari monachis etiam, vel extra claustra conuersari prohibitum Nouel. 123. & 133. ca. si cupis, 16. q. 1. ca. placuit, ca. 16. quæst. 1. l. generaliter. 52. de Episcop. & cleric. C. Notat & Ancharanus ad c. quanto, num. 7. hoc titulo. Innocent. & Hostien. in c. cùm ab Ecclesiarum, hoc etiam titulo. de officio ordin. esse in potestate actoris, conuenire monachum, vel coram Abbate, vel coram iudice ordinario, videlicet coram Episcopo.

16 Quod si quis tertio loco obiecerit Episcopum non posse solum sine capitulo suo audire causas, & controuersias, vt in canon. Episcopus nullus causam audiat, 15. quęst. 7. canon. lector, 6. quæst. 3. capit. non est, 3. de consuetud. in Sexto. recordari oportebit eorum quæ monuimus, non solùm ad Episcopum tantam iurisdictionem pertinere, sed nos inter iura Episcopalia, iurisdictionem quoque connumerare ordinariam, posse nihilominus ad alios pertinere, quòd si quando capitulum adsit Episcopo iudicanti, id ratione consilij fiet, nec ideò minus iurisdictio dicetur Episcopi: quemadmodum non ideò minùs ex lege vel iudicio principis factum dicitur, quod ita princeps consilio procerum statuerit, in l. humanum, Co. de legibus neque omnis, quæ alium in consilium adhibere debent, eius consilium, si aliud ei melius videatur, sequi tenetur, capit. cùm olim, de arbit. ideò & iura vel iudices, dum causas ciuiles aut criminales remittunt iudicandas ad forum Ecclesiasticum, nullam de capitulo faciunt mentionem, vt in capit. sanè. 3. cap. siquis. 4. capit. cùm contingat, capit. si diligenti, de foro compet. ca. de persona, ca. molita; ca. placuit, 11. q. 1. Addere licet concess. quòd ex consuet. vel alio modo Episcopus teneatur negotiis vel iudiciis quibusdam adhibere capitulum, non idcirco minùs dicemus iurisdictionē esse Episcopalem, cùm capitulum & Episcopus, vnum constituant corpus, cuius caput sit Episcopus, ca. nouit. 4. de his quæ fiunt à

X praelatis

Prælatis sine consensu capituli. lib. 3. tit. 12. à capite quippe fit denominatio, vt à præcipua parte corporis, iuxta l. cùm in diuersis, de religios. & sumptib. fune. ff. sicque intelligendum c. quanto, 5. ca. ea noscitur, 6. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. Subinde, & nihil prohibet dicere in hac quæstione, diuersa tempora esse consideranda: vnum, quando fuerunt indiuisæ Ecclesiæ, vnúsque erat presbyteris per singula loca præfectus, quo tempore alij presbyteri dici poterant consiliorum seu Senatus præpositi, c. 7. Ecclesia, 16. qu. 1. Aliud, quo fuerunt diuisæ Parrochiæ aucto numero Christianorum: quo tempore seorsum præpositi, Curiones vel prælati cœperunt sibi commissa soli sine aliorum consilio pertractare, ca. 1. 13. quæst. 1. & ordinati separatim sunt presbyteri per singulos titulos & Basilicas, sed & potest capitulum, seu Decano vel alio, qui caput sit capituli vel honorabilior presidente, de moribus Canonicorum vel præbendatorum, non aliter quàm Prior vel Vicarius Abbatis, de suis religiosis, cognoscere, eósque castigare iuxta regulas disciplinæ sibi præscriptæ potest & capitulum, ratione dignitatum vel bonorum, quæ de mensa eius sunt separata ab Episcopali iurisdictione, nomine proprio, per se vel alium præfectum exercere, quemadmodum & aliis idipsum conuenire diximus, ratione priuilegij, aut cõsuetudinis, aut pacti, aut ex fundatione.

17 At dicet aliquis, Episcopus quamuis possit solus gradum & honorem presbyteris dare, auferre tamen solus non poterit, sed exauthorandus erit Synodali iudicio. c. 1. & fin. 15. qu. 7. c. inter corporalia, 2. de translatio. Epis. Respondebimus porrò, Episcopum solum in minoribus ordinibus adimendis sufficere, in maioribus verò non sufficere, verùm & in maioribus, conuocatis aliis Episcopis, munus exauthorandi aliis præsentibus tribuitur proprio eius qui exauthorandus erit Episcopo. c. 2. de præben. in Sexto.

18 Negotium postremò facere videretur iurisdictioni Episcopali, quòd sint Ecclesiæ quæ omnino eximantur à iurisdictione Episcopi, in quos videlicet Episcopus non potest iurisdictionem exercere, vt in ca. graue, 19. hoc titul. de officio ordin. ca. luminoso, 18. qu. attamen dubium hoc tolletur, si admiramus quidem exemptas omnino Ecclesias, non esse sub iurisdictione Episcopi ob priuilegium, contrà iure communi, c. quoniam, 1. de priuileg. lib. 5. tit. 33. ca. dilectus. hoc titulo. exemptio quippe, est iuris priuilegiati ex priuilegio summi Pontificis. in ca. penul. de verb. signific. in Sexto. dicto c. quoniam, de priuileg. Quocirca nec ea priuilegia in consequentiam trahenda sunt extra indulta, quia legem non constituunt, l. prima. §. fin. de constitutio. princ. ff. ca. priuilegia, 4. distinct. l. quod contra, 14. & l. in his, 15. de legib. ff. nec dubitatur, quin ex causa possit Episcopos ipsos summus Pontifex tollere, & in totum Episcopatus abolere, vt c. 2. de trãslatio. Episcop. sicque ex duobus vnum facere. & ab vno loco in alium transferre, canon. 48. & temporis qualitas, & 49. postquam hostilis, 16 qu 1. multò magis poterit Episcopatibus, in aliquibus & in parte iurisdictionem minuere, argument. l. quæ de tota, de rei vendicat. ff.

19 Eo pertinent delegationes factæ causarum aliis quàm iudicibus ipsis ordinariis Episcopis, quæ delegatum in causa delegata maiorem ordinario loci reddunt, c. sanè, de offic. delegat. potest & ipsos Episcopos pari authoritate summus Pontifex eximere à potestate suorum Metropolitanorum, c. 52. frater noster, 16. q. 1.

20 At qui se dicit exemptum, debet probare & ostendere, c. contra morẽ, 100. distin. ca. cùm personæ, de priuil. in Sex. quia Episcopus de iure communi suam iurisdictionem habet fundatam. Hîc operæpretium est duos pulchros textus obseruare ad amussim, ca. per exemptionem. 9. & ca. si Papa, 10. de priuileg. in Sexto. In illo distinguitur, quòd aliquando Ecclesia eximitur, & tunc monachi Canonici, perpetuò oblati, cum Ecclesia censentur exempti, non Parrochiani. vel presbyteri Vicarij aliquãdo soli Canonici exempti, & non Ecclesia, aliquando clerici, & c. at in c. si Papa, formulæ ponuntur quibus fiunt exemptiones.

21 Iurisdictionem ergo ordinariam habet diœceseos Episcopus, & ideò vocatur iudex ordinarius Ecclesiasticus, titulis, de officio iudicis ordinarij. in Decretalibus & Sexto. & cùm Episcopus ita in tota sua diœcesi iurisdictionem noscatur habere, dubium non est quin in quolibet loco suæ diœceseos non exempto, per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, causas audire, commissa corrigere, incarcerare, & alia officij sui liberè agere. cap. cùm Episcopus, 7. de offic. ordina. in Sexto. Constituit autem in sui locum solus Episcopus in sua diœcesi tantùm Vicarios, dum abest, & Officiales dictos, qui officio eius fungantur in iurisdictione exercenda ad tempus, vt quandocunque voluerit possit remouere, & certa negotia, & generaliter omnia, & specialiter potestatem inquirendi & corrigendi delicta, committere. c. 1. 2. & 3. de offic. Vicarius in Sexto. atque in 2. dicitur, per officij commissionem generaliter factã transferri causarum cognitionem, non tamen potestatem inquirendi & puniendi excessus, nisi (vt ait ibi glossa, ad verbum *committantur*) Episcopus dederit vicarium generalem, & in mandato expresserit aliquid ex illis quod exigit mandatum speciale, & adiecerit clausulam generalem. & alia omnia quæ per nos possumus, etiamsi mandatum exigant speciale: nam omnia tunc potest. Consentit Hostiensis per cap. significasti. de offic. Archidiac. per cap. sedes, de rescript. l. sed etsi §. quæsitum. si quis cautio. exemplo procuratoris, vt in c. qui ad agendum, §. 1 de procurat. in Sexto. contra si aliquod, quod exigat, speciale mandatum non expresserit, dicto cap. qui agendum. collationis tamen beneficiorum non sit, libera data administratione, nisi speciialiter cõmittantur, vt nec alienatio. cap. fin. d. tit. de offic. Vicar. in Sexto.

22 Officialis ad vniuersitatem causarum censetur delegatus, & ideò facit vnum consistorium cum Episcopo, ideò ad Officiali ad Episcopum non appellatur. cap. Romana, de appellat. cap. 2. de consuetud. in Sexto. si tamen ad certam causam, à Vicar. seu Officiali quis delegatus fuerit, poterit ab eo appellari ad Officialem delegantem meliùs, vel Episcopum eius, secundùm aliquos cap. dilectis. & cap. ad hoc si in vna. de appellatio. vide Rotam decisio. 350. incip. *Licet Officialis*. & 371. *Si Episcopus*, in Nouis. Non autem dubitatur quin Officialis Episcopi possit delegare certam causam, imò & vniuersitatem causarum ex consensu Episcopi vel potestate ei data ex causa, vt si oporteat eum aliquò proficisci necessariò, vt c. 1. de offic. Vicar. in Sexto. disputat abundè decisio Rotæ 378. incipiens, *Fuit dubitatum vtrùm Vicarius*, in Nouis. vide Anton. Burrigar. ad cap. G. perpetuus, de fid. instrum. de Sancto Gemin. in cap. Romana, de offic. Vicarius in Sexto.

23 Quæstio contigit in facto mihi, num Episcopus minor dispensatiuè factus, cui interdicta fuerat spiritualium Episcopatus administratio, posset constituere Officialem, cùm daretur ei temporalium administratio: respondi non posse, tum propter interdictionem, tum quòd minor Episcopus electus, si dispensatiuè admittatur, debet tanquam procurator eam administrationem à summo Pontifice impetrare, vt in ca. cùm nobis olim, 19. de electio. alioquin datur administrator pendente maiori ætate Episcopi ex electis, c. a §. vnde quoniam, c. indecorũ, de ætate, & qualit. ord. quamuis enim quis veniam ætatis impetret, tamen nõ ideò consequitur bonorum suorum liberam administrationem, l. eos, C. de his qui ven. ætat. impet. prouidebit ergo Vicarius à summo Pontifice creatus, seu administrator, de Officiali, vel ipse geret hoc munus.

---

## De pœnitentiis imponendis ab Episcopo.

### CAPVT XII.

SVMMA

## SVMMA.

1 *Pœnitentiarum impositio inter iura Episcopalia, & quid pœnitentia.*
2 *Septem dies pro vniuersa duratione mundi.*
3 *Pœnitentia in omni mundi ætate prædicata.*
4 *Pœnitentiarum distinctio.*
5 *Casus delictorum pro pœnitentia imponenda considerandi.*

1 COLLIGEMVS vndecimo loco, ex hoc c. Cōquerente, pœnitentias esse inter iura Episcopalia. Pœnitentia hìc dicitur, pœna imposita peccatis, per quam fit absolutio à criminis vel peccati reatu, vt explicamus lib. 2. Syntagma. iuris, cap. 8. Breuiùs, pœnitentia est remedium post Baptismum, per quod restituimur gratiæ per peccatum amissæ, éstque, vt dicunt Theologi, secūda post naufragium tabula, culpam simpliciter confiteri, canone 72. secunda, de pœnitentia distinct. 1. ex 4. sententiarum, distinct. 14. & ex D. Hieronymo ad Pammachium & Oceanum, epistola 65. vt prima dicitur tabula Baptismus, qua liberamur à naufragio peccati, cano. 3. deinde, 26. distinct. deletur mediante pœnitentia peccatum. ca. sine, ca. inter hæc, in 2. & 35. de pœnitent. distinct. 3. Pœnitentiam agere, est præterita mala plangere, ca. 1. & 6. pœnitentiam, de pœnit. distinct. 3. vbi primùm lapsus fuit homo primus, pœnitentia ei imposita, per viam cuius posset redire vnde aberrauerat: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c Genes. 3. & ibidem mulieri pœnitentia data, In labore paries, &c Totum ita mundi tempus pœnitentiæ causa datum dixit Sibylla lib. 2. oraculor. dum loquitur de die extremi summique iudicij. Orabunt (inquit) tunc homines, nec exaudientur.

*Ἑπτὰ γὰρ αἰῶν ων μετανοίας ἤματ' ἔδωκεν:*
*Ἀνδράσι πλαζομένοις διὰ χειρὸς παρθένου ἁγνῆς.* id est,
*Septem enim dies sæculorum dedit* (scilicet Deus) *pœnitentiæ*
*Hominibus errantibus per manum Virginis castæ.*

2 Ibi Sibylla septem diebus, pro vniuersa mundi duratione vsa, quod sex diebus vniuersa creata fuerunt, & septima die ab opere cessasse dicitur Deus. Gene. 1 & 2. ca. Dies autē vna cōspectu Dei, tanquam mille anni. Psal. 83. & 2. diui Petri, c. 3. Conuenit Rabinorū sentētia, qui ex Prophetia Eliæ Thesbitis dicunt, sex millibus annorū duraturū mundū: bis mille attribuūt ante legē Mosis, alia duo millia post legem ante aduentum Christi, & duo millia, post aduentum, vsque ad vltimum iudicium, quo tempore erit sabbatum magnum & quies, vt quieuit Deus die septimo, quemadmodum legitur in Talmud, in ea parte quæ dicitur נזיקין סדר *seder nazikin*, id est, ordo damnorum, in מסכת סנהדרין *masecet sanhedrin*, id est, tractatu sanedrin, & in c. helec, de Messia, & in eadem parte Talmud, in masechet, עבודה זרה *gnaboda zara*, i. seruitutis alienæ, לפני אידיהן *liphne Edehen*, id est, ante festa eorum. In ea sententia & fuit Lactan. libro 7. de diuino præmio cap. 7. Theodoricus Gothorum Rex, apud Cassiodor. lib. 1. variar. epistola. 10. Isidorus sub finem libri 6. Etymologiarum, Hilarius c. 17. in Matth. Aug. lib. 20. de ciuitat. Dei, ca. 7. Irenæus lib. 5. ca. fin. Instions quæstione 7. ad gentes. Addunt Rabini eius sententiæ coniecturas: primum, quòd primus versus Geneseos, qui continet summam operum Domini, sexies literam aleph א. exprimit: aleph autem mille significat. Dehinc quòd sex primi parentes, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Fared, mortui sunt, septimus autem Enoch viuus in cœlum translatus est. Et quamuis nos ex ca. 13. diui Marci dicamus, incertum esse diem extremi iudicij, tamen illas sex mundi ætates omnino non respuimus, etsi de fine nihil certi respondere possimus.

3 Certum nihilominus, in omnibus ætatibus illis, pœnitentiæ locum fuisse, vt sacra pagina adhuc admonemur, prædicata námque & indicta ab ipso Deo, Adamo peccanti, c. 3. Geneseos, dum dictum fuit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo: terra, cùm colueris eam, spinas & tribulos feret tibi, &c. Ante diluuium, iussit etiam Deus Naocho, prędicare pœnitētiam, nę repentina morte diluuij obrueretur genus humanum, Genes. 7. & 8. In aduentu Messiæ, eius præcursor diuus Ioannes Baptista, exorsus est Euangelij prædicationem à pœnitentia. D. Matthæi c. 3. D. Marci 6. Prædicauit, & reipsa docuit etiam ipse Messias, & post suam sacratissimam & infiniti meriti Passionem, voluit, veluti applicatione eiusdem, baptizari singulos, & remitti ita peccata, & post lapsum à gratia in Baptismo concessa, reconciliationis medium reliquit pœnitentiam, tanquam viam reuertendi & conuertendi sese ad Deum. Eam & prædicarunt in nomine eius Apostoli, D. Petrus Actor. Apostoca. 2. & 3. D. Paul. Actor. 19. Pœnitentiam autem dat Deus, & tempus pœnitendi, Actor. c. 5. & 11. & 2. ad Timot. 2. Episcopi vt Apostoli, & qui potestatem absoluendi & ligandi habent, pœnitentiæ pœnas & modum temperant, iuxta qualitatem peccatorum & potestatem sibi concessam, eandem & potestatem in certis casibus, quibusdam sibi reseruatis, presbyteris suæ diœceseos communicant, eáque ratione & ipsi pœnitentiam & absolutionem sibi subditis imponunt.

4 Cæterùm illud erit obseruandum, pœnitētias alias solemniter, alias publicè fieri, alias secretè, & ideò priuatas dici, c. 61. si quis post, 50. distinct. solemnis pœnitentia qualiter fiat, docetur & scribitur in c. in capite quadragesimæ, 50. distin. ex concilio Agathensi, ca. 15. ex Pontificali & ordine Romano, & ex pœnitentiali Romano. Illúdque singulare habet hæc solemnis pœnitentia, vt non possit repeti semel facta. dicto cap. si quis post, 50. distinct. cap. 2. & fin. de pœnitent. distinct. 3. ex D. Ambrosio lib. 2. de vnica pœnitent. c. 10. & quòd clericis imponi non possit, quemadmodum neque qui eam egerint ascendere ad clericatum possunt. ca. 66. illud quoque, & 68. placuit, 50. distinct. Publica pœnitentia non solemnis, publicè quidem fit, & cum aliqua solemnitate, in exemplum aliorum, vt à criminibus, pro quibus imponitur, caueant, sed non habet illam solemnitatem, quæ in dicta absolutè solemni, obseruatur publicæ pœnitentiæ exemplum est in c. 2. de maledict. publicam talem impositam Imperatori Theodosio per D. Ambrosium Episcopum, legimus in c. cùm apud, 7. quæst. 3. & apud Rufinum lib. 11. Histor. Ecclesiast. cap. 17. & Theodoretum lib. 1. Histor. Eccles. Pœnitentia publica, vltra castigationem pœnitentis, exemplaris alius est, & ideò frequens olim inter Christianos, nunc tamen ex vsu ordinario abut. Et tantùm rarò pro grauioribus criminibus imponitur, & à solo Episcopo, tanquam ex foro contentioso iurisdictionis, & in sua diœcesi, veluti pro oppressione seu necatione filiorum, ex proposito vel casu, pro quocunque homicidio, pro incestu, falso testimonio, corruptione monialium, coitu cum brutis, & pro similibus atrocioribus, vt notat Hostien. in summa de pœnitentia. in §. cui confitendum. ita in c. accedentibus, infra de excess. prælator. lib. 5. tit. 31. Prohibetur Abbatibus ne cognoscant causis matrimonialibus, ne iniungant publicas pœnitentias, ne concedant indulgentiarum literas, néve similia præsumant quæ sunt Episcopalis authoritatis: nisi speciali concessione vel alia ex legitima causa permittatur. Priuata pœnitentia est, quæ à proprio sacerdote vel alio potestatem habente imponitur, & secretò non publicè à pœnitente peragitur; pœnitentiarum porrò impositio referenda ad casus propter quos pœnitentia est imponenda.

5 Proinde considerandi erunt illi casus obligationis delicti, & ad quos eorum absolutio pertineat: quosdam enim sibi summus Pontifex reseruauit, quosdam concessit Episcopis, quosdam Episcopi sui Curionibus & presbyteris diœceseos, quibus potestatem audiendi exomologeses seu confessiones dederunt. ca. nuper, 29. de senten. excommun. lib. 5. tit. 39. Et si quando Episcopus det potestatem eligendi confessorem, non censetur concessisse pœnitentias casuum quos sibi reseruauit, ca. 2. de pœnitent. & remissio. in Sex. & ibi glossa notat, ad verbum, *reseruantur*, casus quos-

dam Episcopis reseruatos. Commisit Episcopus pœnitentias ordinarias subditorum, Curionibus propriis, qui sacramenta eis debent præbere, & ideò illos in confessione audire, c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissio. ca. nullus, de parrochiis & parrochia. c. placuit, de pœnit. distinct. 6. sed & iudicium, num vera, bona vel falsa sit pœnitentia, Episcopi relinquitur consilio, c. falsas pœnitẽtias, de pœnit. dist. 5. & quo tempore singulis Ecclesiis præpositi erant publici pœnitentiarij, & ipsi tenebantur offerre pœnitentes Episcopo, dicto ca. in capite, 50. dist. Quamuis etiam monachis & regularibus ex priuilegio Apostolico concessum sit exomologeses, vel confessiones audire, nihilominus antequam possint vti priuilegio præsentandi sunt Episcopo loci vbi volunt eo vti, num idonei & sufficientes ei muneri sint, Clem. dudum, §. si verò, & §. statuimus, de sepultu. alioquin neque monachi, neque alij quicunque, sine Episcopi licentia, vel authoritate seu priuilegio summi Pontificis, pœnitentiam vel absolutionem dare vel remissionem peccatorum vel reconciliationem facere possunt, vt neque hæc iura Episcopalia præscribi possint. c. peruenit, 16. q. 1.

---

Ad verba textus, *Et sacrorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem.*

### Capvt XIII.

### SVMMA.

1. *Episcopus proprius est pro habendis ordinibus adeundus, vel licentia alios adeundi ab eo, vel eius Vicario petenda.*
2. *Abbas quos ordines suis monachis possit conferre.*
3. *Sacramenta septem Ecclesiæ, & à quibus conferantur.*
4. *Confirmationis Sacramentum ab Episcopo confertur tantùm.*
5. *Ecclesia à proprio Episcopo consecratur, vel eius licentia, & reconciliatur polluta.*
6. *Chrisma consecrat & distribuit Episcopus.*

1 Colligimvs duodecimo loco, sacra, quæ ab Episcopo sunt accipienda, à nemine alio posse vsurpari: Episcopus, iure ordinario, confert Ecclesiasticos ordines personis suæ diœceseos, alioquin idoneis, vel quæ habeant domicilium vel beneficium in sua diœcesi, dátque potestatem vel eius Vicarius generalis, dum longe abest ab aliis Episcopis, accipiendi, per literas, quas vocamus dimissorias, copiosè id docetur in tota 71. distinct. & c. pen. & fi. 72. dist. & de commendatitiis literis earúmque forma, 73. distinction. c. 1. & 2. & c. cùm nullus. 3. de tempor. ordinan. in Sexto. atque in d. ca. 2. qui alicuius hominẽ seu alteri subditum sine sui superioris licentia ordinauerit, per annum à potestate ordinandi suspenditur, nec vllo figmento excusatur, c. auaritiæ, de electio. in Sexto. adfert glossa in d. c. 2. figmenta quædam friuola excusationis alterius subditum ordinantis, si dicat quòd possit ordinare, quia ordinandus scholaris est, si fingat ordinandi licentiam datam, vel ordinandi Episcopum sibi amicum, ei permittere, & ratam habiturum ordinationem, & ideò valituram, iuxta c. 10. Lugdunensis. 9. q. 2. vel si dissimulauerit literas surreptitias, dimissorias, vel in fraudem constitutionis receperit ordinandum in familiarem, vel ei beneficium contulerit.

2 Abbas tamen, qui habet quasi Episcopalem iurisdictionem, si sit presbyter, & ab Episcopo benedictus, vel si pro benedicto habeatur, potest monachis sibi subditis, & in suo monasterio, tres minores ordines conferre, vt primam tonsuram, seu clericatum, ostiariatum, lectoriatum. ca. Abbates, de priuileg. in Sexto. c. cùm contingat, de ætat. & qualitat.

3 *Sacramentorum collationem*, quidam codices hîc legunt, alij, *sacrorum*. Sacramenta septem sunt in Ecclesia Catholica, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium, de quibus diximus lib. 2. Syntagmatis iuris, ca. 3. vsque ad ca. & in Institutionibus iuris Pontificij, lib. 1. horum Sacramentorum quædam à solis Episcopis cõferuntur, quædam etiam ab aliis, ordines confert, vt dixi, solus communi iure Episcopus, neque qui non est Episcopus, ordines maiores dat, c. 1. de ordina. Epis. qui renuncia. Episcopatui. lib. 1. titu. 13 potest tamen alius quàm proprius Episcopus, ex authoritate summi Pontificis, idipsum facere. in ca. 5. fraternitatem, 71. distinct.

4 Sacramentum quoque Confirmationis ab alio iure communi quàm Episcopo conferri nequit, ca. de his, 3. cum 2. seq quæst. de conse. distinct. 5. c. quanto, de consuetud. c. presbyteri, de consec. dist. 4. ca. presbyteros, 95. distinct. ca. quamuis, 68. distinct. quamuis aliquando ob vitãdum scandalum Gregorius permiserit presbyteris. c. peruenit. 95. dist.

5 Consecrat etiam solus Episcopus Ecclesias, isque debet esse proprius loci Ecclesiæ consecrandæ, vel ab eo potestatem habere, si alterius sit diœcesis, c. 2. & 3. de consecratio. Eccles. vel Altar. reconciliat etiam consecratam & pollutam, nec potest hoc munus non Episcopo committere. c. aqua, eo. tit. de consecrat. Eccles.

6 Largitur & Episcopus proprius Chrisma nouum, quo presbyteri baptizent, ex concilio Lugdunensi, in ca. 122. si quis de alio, cum 2. sequentib. de consecratio. distinct. 4. solus Episcopus etiam Chrisma sanctum consecrat. c. illud, 55. distinct. c. si iubet, 26. quæst. 6. Videnda, quæ pertineant ad Episcopum, in c. perlectis, §. ad Episcopum, 25. dist.

---

## De Synodo Episcopali.

### Capvt XIV.

### SVMMA.

1. *Synodus quid.*
2. *Synodorum habendorum antiquorum exempla.*
3. *Concilium Apostolorum de sanguine & suffocato non edendo.*
4. *Concilia frequenter habita in Ecclesia, & eorum distinctio.*
5. *Vniuersale concilium in quibus supra Papam.*
6. *De prouinciali concilio.*
7. *De Episcopali Synodo.*
8. *De Synodis conuentualibus monachorum.*
9. *Quoties in anno Synodi Episcopales habendæ.*
10. *Quando habenda Synodus prouincialis.*
11. *Non venientes ad Synodum venire per censuram Ecclesiasticam coguntur.*
12. *Modus habendi Synodum Episcopalem.*
13. *De temporibus quibus habenda sunt concilia generalia & prouincialia.*

1 Addit caput nostrum Conquerente, decimotertiò, inter iura Episcopalia esse ius Synodi: *σύνοδος*, Græcis dicitur cœtus & conuentus celebris, in quo conueniunt plures ex diuersis locis, ratione diuersa, vel sacrificiorum, vel conuiuiorum, vel consilij, vel alterius rei causa, & id quod ibi fit vel statuitur, vt plerumque nomine Synodi dicitur, vtitur sæpe Thucydides hoc nomine Synodi pro cœtu, & conciliabulo deliberandi causa instituto, in primo & 8. & alij quoque.

2 Exempla habendi Synodos, occurrente dubio aliquo religionis, posuerunt nobis antiquæ legis præsules, & reges, & post aduentum Christi Apostoli eius, & qui in locum successerunt Episcopi. Quædam ex singulis retulisse sufficiet. Sub Eleazaro itaque summo sacerdote, iudicante Iosua populum Israëliticum, Synodus totius populi & Sacerdotum, & Leuitarum coacta fuit in Sichem, de eligenda, confirmandáve lege Domini, de reiiciendis simulachris, & auferendis diis alienis. Iosuæ cap. 24. Congregauit & Ezechias omnes Sacerdotes & Leuitas, vt restitueret cultum Dei & templum, 2. Paralipom. ca. 29. fuit & magna Synodus Hæbræorum, in qua editus canon Hebræorum de sacris Scripturis, cuius scriba fuit Ezras in tractatu de

votis,

votis, & quæ sua authoritate in ordinem hodiernum veteris testamenti libros reduxit, vt scribit Rabinus Elias in præfatione Masoreth.

3 Celebrarunt Apostol. Synodum, de lege Mosis in aliquibus abroganda; pro prohibendis Idolothytis, sanguine & suffocato & scortatione, Actorum ca. 15. quæ etiam obtinuit in Oriente, quamuis consuetudo Ecclesiæ Occidentalis non prohibeat vti sanguine & suffocato, quod rursum tamen iuxta prædictam Synodum Apostolicam, prohibuit Leo Imperator Orientis constitut. Nouella 52. anno Domini 886. notat. Balsamon ad canonem 63. Apostolorum. Fuit & in Occidente aliquando quoque idipsum seruatum, saltem vsque ad annum 1114. vt ait Genebrar. libr. 3. quod colligit ex eo, quòd Historici scribant, tempore Calixti Pomeranis ad fidem tunc conuersis iniunctum, ne quid immundum comederent, non morticinum, non suffocatum, non idolothytum, non sanguinem animalium.

4 Concilia inter Episcopos & præpositos Ecclesiarum frequentia fuerunt semper in Ecclesia, & frequentiora in ea nascente & proficiente, propter Dei authoritatem, *Vbi duo vel tres fuerint in nomine meo congregati, in medio illorum sum.* D. Matthæi c. 18. can. 83. cum scriptura. 1. q. 1. ca. alienus. 24 q. 1. Conciliorum Ecclesiasticorum quædam sunt generalia, quædam prouincialia, quædam Episcopalia, quædam religiosorum. Concilia generalia sunt, quæ totius orbis Ecclesiam vnam repræsentant, ad quæ conuocantur vniuersi orbis prælati, & quæ de rebus ad statum generalem Ecclesiæ pertinentibus tractant & resoluunt, qualia sunt relata in 16. distinctione Gratiani, quæ non possunt congregari nisi iubente summo Pontifice aut nisi illo vel eius Legato præsente, peragi vel eodem ratum habente sine ipso facta. tota 17. distinctio. Gratian.

5 Dicuntque hoc concilium vniuersale seu Oecumenicum, esse supra Papam in tribus casibus hæresis schismatis, & quando vniuersalis Ecclesia patitur scandalum. can. 6. si Papa, 40. distinct. & sic declaratum in concilio Basiliensi. in princip. tituli de collation. & in Rubric. de authoritate sacrot. concilior. ca. sacrosancta, & ibi glossa. Barbatia. ad Clementine Romani, de election. Cœperunt maximè fieri & seruari canones generalium conciliorum temporibus Constantini, nam antea persequutionibus feruentibus, non dabatur docendarum plebium facultas, nec erat licentia Episcopis in vnum conueniendi. c. 1. canones, 15 distinct. Isidor. lib. 6. Ethymologia. c. 15. Iurant omnes Episcopi inter cætera, vocatos à summo Pontifice, in concilium se venturos, nisi legitimo impedimento prohibeantur. cap. ego, 4. de iureiurand. lib. 2. titul. 24.

6 Prouinciale concilium est, quod quilibet Archiepiscopus vel Metropolitanus congregat in sua prouincia, vocatis Episcopis, Suffraganeis, qui adesse debent, vt docetur per totam 18. distinctio. Legatus summi. Pontificis, in prouincia sibi decreta, tale concilium etiam congregare potest, interpretes ad ca. quod translationem de offic. legat. in S. x. ad ea tamen concilia Abbates non tenentur venire, eò quòd ea quæ statuta in prouincialibus fuerint, postea publicanda in Synodis Episcopalibus, à quibus Abbates accipiunt, ca. fin. 18. distin. ca. sicut, de accusatio. nisi Abbates causas habeant tractandas in concilio prouinciali, quo casu venire debent. ca. conuenientibus, 1. quæ. 7.

7 Episcopalis Synodus est, quam bis in anno congregat Episcopus, ex suæ diœcesos clericis & sacerdotibus, vt habetur in ca. habeatur, 18. dist. ca. sicut, de accusatio. Tenētur autem ab illis in Synodum coire, qui subiiciuntur legi diœcesanæ, vt sacerdotes habentes curam animarum, ca. quod super, de maioritate & obedien. alij non, vt ibidem notat Ioan. Andræas, quia alij inquit, qui non habent curam animarum, non subiiciuntur legi diœcesanæ, quòd non habeant tales Ecclesias, ratione quarum teneantur ad Cathedram, [illegible] in decimarum, iuxta c. nostrum, nempe, quando Episcopatus congregat Synodum ratione curæ animarum, non etiam, si de reformatione morum cleri agendum sit: quo casu vocati alij sacerdotes venire debent. Panor. ad d. c. quod super, dummodò non relinquatur diuinum officium ex eorum vocatione. ca. fin. 18. dist. Quamobrem. Abbates & monasteriis præfecti, si habent populum vel Ecclesiam cum cura animarum sub ecclam Episcopo, debent venire ad Synodum Episcopalem, cum ratione populi, subditi sint legi diœcesanæ, vt aliæ seculares Ecclesiæ. d. ca. quod super. & in ca. d. lectus, de officio ordinat. si verò non habeant populum, non debent compelli venire ad Synodum: sic enim scriptum in concilio Turonensi, cap. 2. *Episcopus non debet Abbatem cogere ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat.* relatum in c. ii Episcopus non debet, 18. dist. & in c. Episcopus, 18. q. 2. non enim subiiciuntur diœcesanæ legi, neque etiam exempti Abbates, qui venire non tenentur, nisi habeant Capellas sibi subiecta, ca. ex ore, de priuileg. in quo etiam casu, si Capellanos habent seculares, vt in ca. 1. de Capellis monach. non tenentur venire, & sufficit si Capellani eorum intersint, dicto cap. quod super, multò minus monachi venire tenentur ad Synodum Episcopi, maximè exempti, ca. nimis praua, 17 de excessib. prælator. & ibi, *Mendicantium ordinum monachi non tenentur ad Synodum Episcopi venire, tum quòd habeant sibi præpositos, qui in eos potestatem nacti sunt castigandi & reformandi nempe magistros ordinum, prouinciales, vicarios generales ministros, custodes seu guardianos,* Cle. dudum. §. statuimus, de sepultur. apud Clementem: *tum quod claustralium monachorum vita talis esse debeat, ne septa claustri egrediantur.* cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. sub 16. quæst. 1.

8 Abbatum seu conuentuum etiam sunt regularium Synodi, quæ fiunt conuocatis eiusdem ordinis hominibus, in quibus de obseruatione regulæ & negotiis ordinis tractatur. c. in singulis. 7. & c. ea quæ, de stat. monach. & in Extrauag. Benedicti duodecimi ad monachos nigros, ca. statuimus, & c. quamuis. Vide Cosmam Guimer. in glossa antiqua Pragmaticę sanctionis, ad §. 1. ad verbum, *conciliorum*, de authoritate sacrorum conciliorum.

9 Statuit Leo 1. in epistola 82. ca. 7. Anastasio Episcopo Thessalonicensi scribens, & in ca. 2. 18. distinc. vt secundum Patrum sanctorum decreta, bini conuentus conciliorum Episcopalium per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuersos Ecclesiæ ordines nasci solent, iudicetur, idem in cap. 3. eadem 18. distinct. primum duorum conciliorum Episcopalium anni, debet celebrari ante dies Quadragesimæ, secundum circa tempora Autumni, ex concilio Niceno, ca. 5. relato in can. 4. habeatur, 18. distinct. In concilio autem Antiocheno cap. 20 & in can. 5. propter Ecclesiasticas causas. ead. 18. distin. Synodos quidem bis in anno celebrasse sufficere visum est, sed primam post tertiam hebdomadam Paschæ festiuitatis, ita vt quarta hebdomada, quæ consequitur, id est, media Pentecoste, concilium compleatur, alteram verò Idibus Octobris haben. Obseruanda autem glossa 1. in dicto ca. habeatur, 18. dist. quæ notat, tempora Synodorum Episcopalium esse perpendenda secundùm consuetudines diuersas, cùm vnaquæque prouincia in suo sensu abundare debeat ca. n. vtinam, 76 dist. c. certifican, de sepultur. ex concilio ita Lateranensi generali ca. 3. sub Innocentio 13. habito, relato in c. sicut olim. 25. de accusatio.

10 Iubetur Metropolitanis, singulis annis concilia prouincialia cogere, iuxta Patrum instituta, vbi de corrigendis excessibus & moribus reformandis agatur, & statuta de his publicanda in Synodis Episcopalibus annuatim, per singulas diœceses celebrandis: firmauit idipsum Lateranense alius concilium, habitum sub Leone 10. sessio 10. & concilium Tridentinum sessio, 24. de reformatio. ca. 2. si Episcopus suffraganeus ad Synodum prouinciale non venerit, & excusationem legitimam veluti ægritudinis, vel eiusmodi aliam non miserit, communione aliorum Episcoporum priuatur, vsque ad aliud proximum concilium canone 5. non

oportet, cap. 9. Episcopus, & c. si quis Episcoporum, 18. dist.

11 Et si Abbates, sacerdotes, & alij diœcesana lege Episcopo subiecti, venire cōtemnent ad Synodū Episcopalem, per censuram Ecclesiasticam ab Episcopo compelli possunt venire, & debitam obedientiam & reuerentiam exhibere, ca. quod super, 9. de maior. & obedientia, si Abbates, inquam, vel monasteria habent populos sibi subditos, & ita intellige, ca. Abbates, 18 quæstio. 2. alioquin enim (vt dictum) non tenentur venire, nec ad iura Synodalia contra antiquam consuetudinem compelli possunt, nisi ex causa aliqua rationabili vocentur, ca. fin. 18. quæst. 2. ca. Episcopus non debet, 18. distin. quem canonem ibi glossa intelligit, de exemptis monasterijs Cisterciensis ordinis, & eorum Abbatibus, qui propter sibi indultum priuilegium, non tenentur vocati ad Synodum venire, c. 1. de stat. monach. nisi accusati de enormi essent crimine quo priuilegium amitterent, c. priuilegium, 11. q. 1. facit ca. tuorum, de priuileg lib. 1. C. vbi Senator. vel clarissim.

12 Modus habendi Synodum Episcopalem, docet Burchardus in fine Decretorum, in postrema parte concilij prouincialis habiti ab Arigono Maguntinæ sedis Archiepiscopo, præsente ipso Burchardo, & alijs Episcopis Seleguenstat. c. 11. vt quandò visum fuerit Episcopo vel eius Vicario, omnes expellantur de Ecclesia obseratis foribus cunctis, vna excepta, per quam sacerdotes ingredi oportet: stent ostiarij, sella ponatur in medio, & super eam sacræ reliquiæ, planetarium cum stola. Presbyteri vocati dehinc intrent, & secundùm ordinationis suæ tempus sedeant postea & Diaconi probabiles qui interesse debent: dehinc & introducantur laici bonæ conuersationis, & Episcopus vel eius Vicarius, qui salutet clerum & dicat Euangelium & orationes quas Burchardus ibidem inserit: legatur subinde canonum codex de Synodis agēdis, hortetur astantes vt sanè iudicent & proferant dicenda, fiántque iterum orationes pro principibus & alijs: audiantur querelæ seu controuersiæ clericorum contra clericos. Dehinc addit quid secundo, tertióve die & quarto Synodi agendum sit, quæ videto apud eum.

13 Declaratur & in concilio Basiliensi, & Pragmatica sanctione, expresso titulo de authoritate & potestate sacrorum conciliorum, temporibúsque & modis ea habēdi, quo tēpore generalis seu vniuersalis habēda sit Synodus, nempè ad summum post decennium quodque, & sic de decennio in decennium in perpetuum, quemadmodum saltē Episcopalia & prouincialia debent celebrari annuatim. dicto c. sicut, de accus. c. graue, de præbēd. Concilia & capitula monachurum de triennio in trienniū, ca. in singulis, de stat. monac. si monachi sint nigri (vt dicūt) capitula eorum prouincialia celebrari debent de triennio in triennium, generalia verò annuatim, vt habetur in Extrauag Benedicti 12. ad monachos nigros; statuimus: si sint tamen Canonici regulares beati Augustini, generalia capitula annuatim quidem, sed prouincialia de quadriennio in quadriennium statutum est celebrari, vt in constitutio. Benedicti 12. ad Canonicos regulares B. Augustini, quæ incipit, *In singulis*, & in alia quæ incipit, *Constitutionem*.

---

## De Synodatico, & Cathedratico.

### Capvt xv.

### SVMMA.

1 *Synodaticum Episcopi, & quid Synodaticum.*
2 *Quanto eo nomine soluatur.*
3 *De inthronistico & annatis.*
4 *De eulogiis & muneribus oblatis in Synodo.*
5 *Quæ sint legis diœcesanæ & iurisdictionalis.*

1 Seqvitvr in textu c. Conquerente, decimo tertio loco, iuris Episcopalis esse præstare Synodatici vel Cathedratici nomine, duos solidos. Synodaticum dicitur, quod datur in Synodo Episcopali à clericis eò conuenientibus, quod & Cathedraticum dicitur, ob honorē vel dignitatem cathedræ, seu sedis Episcopalis solutum, ob onus quod generaliter inhæret Episcopo solicitudinis & visitationis Ecclesiarum suæ diœceseos: ita à diœcesana lege pendet hæc præstatio duorum solidorū Cathedratici & Synodatici nomine. c. 1. 10. quæst. 1 c. 1. & fin. & c. illud, 10. q. 3.

2 Solutum aliquando minus duobus solidis, quemadmodum in ca. olim, 20. de censib. lib. 3. tit. 39. soluuntur pro Synodatico sex denarij, Papienses in festo Natiuitatis, & tres in festo Resurrectionis Dominicæ, eritque in his sequenda antiqua consuetudo, c. 5. nec numerus baptizandis, 10. q 3. habita ratione monetæ antiquæ, vt vel in ea antiqua soluatur, vel in æstimatione valoris eius factà per monetam nouam currentem, d. c. olim, & c. cum Canonicis, 26. de censib. dicitur hoc ius etiam Cathedraticum, in d c. nec numerus, § 1. & in ca. pastoralis, 7 de donatio. lib 3 tit. 24. à cathedra, id est, à sede & honore Episcopali, qua ratione & dicitur Ecclesia ipsa, Cathedralis, de quo tractauimus in ca. fedes, de rescript. sic apud D. Matthæum, ca. 23. cathedra accipitur pro dignitate Episcopali, ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι. & Cle. 2. de sepult. Super præeminentiam cathedræ constituti dicuntur summi Pontif. Dicitur autem præsul habere cathedram, quia docere verbum Dei debeat, ca. fin. 40. dist. iuncto ca. inter cætera Episcopi, de offi. ordin. & Episcopi etiam olim docebant in cathedra & solio, Euseb lib. 7. Histor. Ecclesiast. ca. 15. & 26. & in Historia Tripartita, li. 5. ca. 29. matrices Ecclesiæ Cathedrales dictæ, c. venerabili, de verbor. signif. prima cathedra pro sede Romana apud Optatum Mileuitanum. D Ambrosius ca. 5. de sacerdotali dignitate, & Augustinus in sermone de cathedra sancti Petri, notat glossa ad d. Clemen. dudum, de sepulturis, hos versus,

*Rex solium, Doctor cathedram, Iudéxque tribunal*
*Possidet, ac sedem Præsul, Prætórque curule.*

Erit ergo Cathedraticum & Synodaticum hoc primo casu, quod datur pro honóre cathedræ & dignitatis superioris.

3 Alia est species Cathedratici, quod dicitur inthronisticon, de quo agitur in § si quis autem Episcoporum, capit. 3. de sanctiss. Episcop. Nouel. 123. vbi statuitur, περὶ ἐνθρονιστικῶν de inthronisticis; vt inthronistica dentur Episcopis à quibus eliguntur: vt si Metropolitæ eligantur à Patriarchis, dentur Cathedratica vel intronistica Patriarchis: si Episcopi eligantur à Metropolitanis vel Synodo detur Cathedraticum Archiepiscopis, vel Synodo, consecrationis veluti impensæ remunerandæ causa, consuetudinis laudabilis nomine; agitur & ibi de quantitate Cathedratici, & § sed neque clericum, capi. 16. eadem Nouel. de sanctis. Episco. Eò pertinere videntur annatæ, quæ summis Pontificibus debentur ab Episcopis, & alijs electis & confirmatis, quarum originem alij tribuunt Bonifacio 9. alij Ioanni 22. vt Platina ait, de quib. vide in Pragmatic. sanctione, & Concordatis, tit. de annatis.

4 Possumus addere ius aliud Synodatici voluntarij non coacti, nempè eulogias seu benedictio. seu munera quæ nemo cogitur, vel tenetur Episcopo ad Synodum deferre, offerre tamen non est prohibitum, nec oblata accipere. ca. 8. de eulogiis, 18. dist.

5 Glossa ad ca. dilectus filius, 18. infrà hoc tit. ad verba *de lege iurisdictionis*, notat, omnia monasteria, ipso iure in fauorem religionis exempta esse à lege diœcesana non autem à iurisdictione, sine priuilegio, & Panormita. ibid. ait, certo modo non determinari quæ sint ex lege diœcesana vel iurisdictionali: attamen glossas dicere, ea quæ Episcopus capit & consistunt in accipiendo, esse ex lege diœcesana: quæ verò dat Episcopus & consistunt in dando esse ex lege iurisdictionali, sic in c. 110. q. 1. Nemo prætextu religionis potest sine consensu Episcopi, qui disquirat num verè Ecclesia monachalis ædificetur, eximere Ecclesiam ædificatam, à lege diœcesana, & cautum in ca. 34. cùm pro vtilitate; 16. q. 1. ne quæ in iure monasterij de facultatibus offeruntur, in

nullo

nullo lege diœcesana Episcopi contingant. Rursum à Synodalibus aliisque exactionibus monasteria libera esse scriptum est in c.fin.18.quæst.2.

---

## Ad verba c. Conquerente, *quartam decimationum, & mortuariorum.*

### 1 Capvt XVI.

### Svmma.

1 *Decima Ecclesiastica iure communi pertinent ad Ecclesias parrochiales, & quarta ex illis ad Episcopum.*

2 *Mortuariorum & legatorum Ecclesiæ quarta debita Episcopo, interdum alia pars.*

3 *Quomodo olim cura Episcopi erat distribuere omnium Ecclesiarum fructus.*

4 *Quarta Episcopo non debetur iure decima.*

5 *De quarta mortuariorum debita Ecclesiis parrochialibus.*

6 *Mortuaria quæ dicantur.*

Inter iura Episcopalia connumeratur hîc quarta decimationum & mortuariorum. Decimæ Ecclesiasticæ iure communi sunt attributæ Curionibus seu presbyteris parrochianis. c.1.13. quæst.1.ca. quamuis, ca. prohibemus, c.cùm contingat, ca.cùm in tua, 30.de decim. nu.18. ca. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat. sine consen.cap. Rursum eodem iure communi hîc dicitur, ex illis decimis quartam partē Episcopis deberi, distributio quoque reddituum beneficiorum olim fiebat in quatuor partes, quarum vna clericis deseruientibus Ecclesiæ: secunda, Episcopo: tertia, pauperibus & peregrinis: quarta fabricæ Ecclesiæ beneficij assignabatur, ca.concessio, 26.can.quatuor, 27. can.de redditibus, 28.can.cognouimus, 29.12. quæst. 2. quemadmodum antiquitus Leuitæ ex decimis decimam partem rursum offerebant Deo & sacerdoti eius Aaroni. Numeror. ca.18. & ca.1.de decim.

2 De aliis quoque bonis Ecclesiæ obuenientibus, mortuariorum putà, vel legatorum pro anima factorum, quartam partem Episcopo etiam deberi ait c.nostrum conquerente, meminit & c.de quarta de præscrip. atque in ca. officij, 14.& ca.requisisti, 15. de testam. lib.3.tit.26. dictum Episcopum, de relictis Ecclesiæ, canonicam portionem percipere. & facit ca.quoniam à nobis, de decim. Canonica porrò, & quæ à iure hoc debetur portio, quarta est; verùm ex consuetudine Ecclesiarum, varia & alia efficitur, & interdum ideò tertia, interdum quarta dicitur, in prædicto c. requisiuit, ita & tertia in ca.vnio, 10.quæst.3.aliquando media pars, vt in ca.antiquos, 10.qu.1.alicubi & nulla debetur, vel ex consuetudine, vel ex præscriptione quadraginta annorum, c.de quarta, de præscript. vt non omnino incongruum sit asserere constitutiones de quarta prębenda Episcopo fuisse temporales; & ; vt vulgus ait, in modum prouisionis, seu prouisionales, & varias, habita ratione temporis quo condebantur, & paupertatis Episcoporum. Cùm enim Episcopatus non essent ita pingues, vt nunc, propter inopiam, Ecclesias diœcesean de bonis suis & redditibus Episcopis subuenire: æquùmque fuit illas habere iuxta curam & solicitudinem diœceseos, vnde possent munus & onus sibi commissum exercere & exequi, consecrando, visitando, prædicando, pœnitentias imponendo, & similia faciendo, quæ eius officij sunt, quæ tradit Speculator in ca.1.de statu monachor. Barthacbinus tractatu de Episc. part.4.num.40.

3 Fuit & aliquando tempus, in quo omnes decimæ Ecclesiarum & alia oblata dabantur Episcopis, qui ea distribuerent pauperibus, viduis, indigentibus, clericis, & aliis, prout necessarium viderent; ex traditione Apostolorum, vt scribit D.Clemens, lib.2.constitutio.Apostolicarum, c.29. ca.videntes, 12.quæst. 1.Actor.c.4. Huius rei vestigium & fortissimum argumentum in eo remanere videtur, quod diximus de redditibus Ecclesiarum factas fuisse olim quatuor partes, vnam Episcopo, aliam clericis Ecclesiæ, aliam pauperibus, aliam fabricæ deputatam. Sic enim liquet nullum alium Ecclesiæ præpositum quàm Episcopum tunc, qui clericis ibi existentibus distribueret vnam partem, & alias duas pauperibus & fabricæ, liquétque inde non fuisse vni præposito Ecclesiæ omnes fructus datos, nec vnum fuisse tantùm clericum, sed iuxta constitutiones antiquas canonicas tunc seruatas, tot fuisse clericos in singulis Ecclesiis ordinatos & intitulatos, quot nutriri possent, c.quoniam, de vita & honesta.clerico.c.1.& c.authoritate, de institutio.l.non plures, de sacrosanct. Eccles. §.1. vt determinatus sit num.clericor.in Nouellis. neque olim admittebantur ad ordines Ecclesiasticos, nisi qui priùs in aliqua Ecclesia vel martyrio fuissent descripti & nutriti, ca.sanctorum, ca. neminem, 70.dist.& hoc est quod refertur in regula communi, vt nemo ordinetur sine titulo.c.2. & 4.de præbend. cum simil. Formula ergò regendi Ecclesias per proprios Episcopos, varia ab ea quæ Episcopos liberauit à quotidiana solicitudine, ea relicta propriis præfectis quibus cū hoc onere distribuendi Episcopi contulerint Ecclesias, & quorum visitationem & procurationem adhuc retinent, & alicubi quoque percipiūt, exemplo prioris formulæ, quartam partem decimarum & oblationem, vt in nostro c. conquerente, alicubi non diceret & forsitan aliquis per nostrum c.conquerente, derogatum ab Honorio fuisse Concilio Braccharensi primo in ca.1.10.quæst.3. facto sub Pelagio 1. Romano, vt scribit Isidor.tom. 1. concilio. dum Honorius hîc, cathedraticum & quartam hanc deberi tradit, & in illo concilio statutum sit, præter honorem Cathedraticum, Episcopum nihil exigere posse, neque etiā partem tertiam ab Ecclesiis, sed illam relinquere debere pro fabrica Ecclesiastica & luminib. Ecclesiæ, nisi ipse velit hæc eadem onera suspicere. Et hæc sententia videretur etiam vtcumque probabilis, nisi cum concilio Emeritensi relato in ca. 2. 10. quæst.3. diceremus, Episcopum obstrictū fuisse relinquere fabricæ vel luminaribus partem tertiam vel quartam, quo tempore episcopo & episcopali muneri sua sufficiebant; & consentire videtur concilium Toletanū 16. c.4. relatum in cano.3. vnio; 10.q.3.

4 Accipient autem has partes ex decimis sacerdotum episcopi, non quidem iure decimæ, quòd velint decimare decimas, id enim genus decimæ inauditum dicitur, vt clerici à clericis decimas accipiant, c.2. de decim. sed per modum suffragij & subuentionis.

5 Neque quemquam mouere à sententia c. nostri conquerente, debet, quòd legat alibi, quartam partem mortuariorum vel oblationū, à monasteriis, quibus relinquuntur, præstari & solui debere parrochiis, quarum fuerunt parrochiani, qui ea eis reliquerint, & alibi quàm in sua parrochia sepulti fuerunt. Clem.dudum, de sepult. c. in nostra, 10.ca. certificari, eod.tit.de sepult.apud Gregor. Nam & hoc verum est, & nihilominus rursum ex quarta parte, quæ dabatur Ecclesiæ parrochiali, Episcopo quarta debita, vt notat Ioannes Andræas, ad d.c.certificari, de sepult. Fredericus de Senis consil.6.Bald.ad l. si quis ad declinandam, §. in omnibus, de Episc.& cleric. C.Bartachinus tracta. de Episcopo, parte 1.num.41 fuit & portio quæ ex mortuariis datur Ecclesiis parrochialibus incertè definita: aliquando enim dicitur tertia pars à Leone 3.sum. Pont.in c.1.de sepul. interdum media, c.2.eo.tit.aliquando ab Vrbano quarta, & à Lucio 3.constituta, c.cùm super eo, 8.eodem tit. nunc verò tantùm talis, qualem habet consuetudo ecclesiarum singularum, c.certificari.eo.tit.de sepultur.interdum eadem consuetudine non debetur, quamquam alioquin ex iure optimum visum fuerit, vt Curio, qui onus suscipit administrandi Sacramenta & verbum Dei parrochianis, sentiat ex eorum bonis aliquod commodum.ca.1.& 2.de sepult.in Sext. reg.iur.in Sex.qui sentit, & l.secundùm naturam, eo.tit.ff.

9 Mortuarium in glos.c.nostri, definitur, quicquid re-

*ἀπὸ τῶν νεκρῶν*, i. *Nam seculum demortuum existimo esse. domi- nis prælectiam.* Animalia sacra quæ in circuitu Throni Dei referuntur Ezechiel. c. 1. quæ gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent, referuntur à D. Ioanne in Apocalyp. c. 4. fuisse plena oculis antè, & retrò, & intùs, & extrà, significantque sacros Euangelistas, pastoresque Ecclesiæ, qui lucidi esse debent, & candelabris lucentibus assimilantur Apocal. ca. 1. 2. & 3. D. Matthæi c. 5. Vtrorumque principum & spiritalium & temporalium oculi vigiles esse debent, & rebus, quæ geruntur inter subditos, intenti, aperti, non caligantes, non obtusi visus, non valdè distantes. Sic legimus Pastores Lucæ 2. obseruasse vigilias supra gregem suum, dum diuina reuelatio & illustratio eis affulsit: gregem suum obseruant, dum præsentes sunt, & curant, nec ab illo fugiunt vt mercenarij faciunt. Solem, mundi seu Iouis oculum vocauit antiquitas, vt ait Macrob. lib. 1. Saturnaliorum, c. 2. terra eo appropinquante fit fertilior, & propius accedente ferax, & edit fructus maturos, eo recedente languet, & veluti sterilis, hirsuta & mortua redditur.

4 Rector prouinciæ, vbi in aliquam celebrẽ ciuitatem venisset, ex lege Romanorum tenebatur ædes sacras & opera publica circumire, inspiciendi gratia, an sarta tectáve quæ sint, vel aliqua refectione indigeant. l. si in aliquam, 7. de off. Proconsul. lib. 1. ff. tit. 16. Ratione iurisdictionis, quam in suos diœcesaneos habet Episcopus, tenetur in Ecclesias etiã visitare. c. cùm venerabilis, 21. de censib. lib. 3. tit. 39.

5 Visitationis Episcoporũ cura in quo consistat, docetur in concilio Braccharensi 2. c. 1. & in ca. placuit omnibus, 12. sub 10. q. 1. vt per singulas Ecclesias ambulantes, discutiant de clericis, quo modo circa Baptismum & solemnia Missarũ & Sacramenta se habeant: & ignorantes doceant, si in his peccent, deinde conuocent secunda die clericos, & fidem doceant, & mandata Dei, & in concilio Toletano 4. c. 35. & in ca. Episcopum per cunctas, 11. c. 10. q. 1. statuitur, Episcopos per cunctas diœceses, parrochiásque suas per singulos annos ire oportere, vt exquirant, qua vnaquæque Basilica reparatione indigeat. Quòd si ipsi languore detenti, aut aliis occupationibus implicati, id explere nequiuerint, vt presbyteros probabiles, aut Diaconos mittant, qui redditus Basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant. Et in concilio Taraconensi capit. 8. relato in ca. 10. decreuimus, 10. quæstio 1. statuitur, annuis vicibus ab Episcopo diœceses visitari, vt iubeat reparari Basilicas, si indigeant. In concilio verò Tridentino, sessione 7. in decreto de reformatione, capit. 8. sic statuitur, Locorum ordinarij Ecclesias quascumque, quomodolibet exemptas, authoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, si qua illis immineat, aliisque debitis obsequiis minimè defraudentur, appellationibus, priuilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præscriptis, iudicium deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis. Et sessio. 21. ca. 8. iubetur ordinario, etiam suæ diœceseos beneficia, Abbatias, Prioratus, monasteria, curata, non curata, & alia etiam exempta authoritate Apostolica visitare. idem sessio 24. de reformat. c. 9. & sessio vltima, de regul. c. 20.

6 Visitant nihilominus sua monasteria Abbates, & ordinum præpositi, sibi subditos, sine præiudicio tamen iurisdictionis Episcopalis, ad quam referre debent, quæ eius solitudine & potestate emendanda sunt, ca. in singulis, 7. §. ordinentur, de stat. monach. atque in negligentiam etiam Abbatum, Episcopus potest monachos seculariter viuentes, appellatione remota, ad regulæ obseruationẽ cõpellere: atque si ausu temerario restiterint, potest expellere monasterio, & monasteriũ ex eiusdẽ ordinis hominibus reformare, si fieri potest: si non fiat, ex aliis ordinibus regularium. cap. relatũ, 7. ne cleric. vel monac. secular. negot. se immisc. lib. 3. titul. 50. Visitant & Archiepiscopi prouincias, & legati Apostolici, capit. procurationes, 23. de censibus, nec officit Episcopo visitare volenti, exceptio, quòd ipse exemerit à iuribus Episcopalibus Ecclesiam: nam quibuscumque exemerit verbis, semper tamen in ea retinet Cathedraticũ, procurationem, & visitationem, gloss. ad capit. cùm venerabilis, ad verbum, *causa*, de censib. gloss. ad capit. pastoralis, ad verbum, *Cathedraticum*, de donatio. lib. 3. titul. 24. quemadmodũ in ca. pastoralis, 7. de donatio. si Episcopus donet Ecclesiæ simpliciter ius quod habet in ea, censetur quidem omnes prouentus, quos inde percipit, donasse, sed non Cathedraticum.

7 Semel in anno visitare suam diœcesim debere Episcopum vel Archiepiscopum ordinarij iuris est, si tamen sit alia consuetudo, vel pactio visitationis faciendæ, seruabitur; & si necessitas delictorum exigat, bis terque & multoties visitatio fieri debet, capit. cùm venerabilis, 21. de censibus, capit. excommunicamus, 13. §. adiicimus, de hæretic. lib. 5. titul. 7. *Adiicimus*, inquit, *insuper, vt quilibet Archiepiscopus, aut Episcopus, per se, aut per Archidiaconum suum, aut per alias idoneas aut honestas personas, bis aut saltem semel in anno propriam parrochiã, in qua fama erit hæreticos habitare, circumeat, &c.* Facit & c. quanto, eod. titul. de censibus sine necessitate tamen, & causa noua, non licet amplius quàm semel visitare in anno, si necessitas, & plures; capit. mandamus, 6. de offic. Archidiac. ca. visitandi, 18. & ca. 19. non semel, 18. quæst. 2. clerici enim, qui egent visitatione, debent sibi imputare quod commiserint quæ visitatione indigeant, vbi verò necessitas etiam in anno non viget, Episcopus vel eius Archidiaconus eius loco, visitare tenetur prouinciam saltem tertio quoque anno, cap. 1. de offic. Archidia. lib. 1. titul. 23. sic enim curam parrochiarum Archidiaconus nomine Episcopi suscipit, & inquirit, & si quæ sint emendanda, ad Episcopum refert. ca. perlectis, 25. distinc. Diaconi Episcopalis Ecclesiæ, qui assident Episcopis, aliis Diaconis & presbyteris præstantiores sunt, & in diœcesi supplent ministerium Episcopi, vnde & Archidiaconi dicti, & quasi oculi Episcop. ca. 11. Diaconi qui quasi oculi, 93. distinct.

8 Tam est affinis visitationi procuratio, vt propemodum idem dicat, procurare negotia, & visitando curam & solicitudinem visitatorum habere. Sumitur autem & procuratio, pro sumptibus, qui pro cura, vel pro procuratione, ab ea Ecclesia, pro qua cura suscipitur, impẽduntur, c. cùm venerabilis, de censib. quemadmodum *ἀγάπη*, seu agape, quæ dilectio est, accipitur pro conuiuio ad dilectionem proximi vel pauperum ostẽdendam facto, in can. si quis despicit, 42. distinct. & procurationem quoque pro pastu & sumptu in victu alicuius accipi liquet, ex c. quanto creatori, 16. de cẽsi.

9 Abbatiæ, monasteria, quæ visitari possunt, procurationem tenentur & coguntur præstare, ca. sopitæ, 14. de censib. vltra alia iura Episcopalia, & nullis factis deductionibus, c. cùm olim, 19. eo. tit. tenentur & reliquæ Ecclesiæ Episcopalis diœceseos ad eandem, vt nulla præscriptione aduersus eam tueri se possint, c. cùm ex officij, 15. de præscription. nec aduersus Legatum Apostolicum visitantem, nisi speciali iure Ecclesiæ exemptæ sint, c. cum instantia, 17. de censib. quamuis vnus prælatus contra alium hoc ius visitandi & procurationis, præscribere possit, dicto c. cùm ex officij, & notat glossa in c. venerabili fratri nostro, 24. ad verba, *non soluerunt*, de censib. Quare si quando Ecclesia aliqua non præbuerit aliquando procurationẽ Episcopo, tenetur nunc primùm visitanti Episcopo dare, dicto c. venerabili fratri, & idirco Ecclesiæ de nouo constructæ, ad eam tenentur, iuxta formam Ecclesiarum vicinarum, cap. super eo, 22. de censib. potestque visitans, si ei denegetur, in denegantes proferre sententiam excommunicationis, capit. cùm nuper Archiepiscopus, 25. de censib. excipiuntur priuata Oratoria, quæ huic iuri non subiiciuntur. c. authoritatem, 26. de censib.

10 Debetur procuratio communi iure tantùm, cùm visitatio reipsa fit, iuxta mediocritatem euectionum & personarum in concilio Lateranensi definitarum, c. procurationes, 23. de censib. non autem si Episcopus aut alij, qui possunt visitare, venerint ad Ecclesiam alia de causa quàm ex

visitationis

visitationis necessitate, aut sine vtilitate Ecclesiæ, ca. relata, ca. placuit, 10. q. 1. ca. charitatem, 12. q. 2. c. cùm venerabilis, ibi, *cum causa correctionis, &c.* de censib. debetur tamen procuratio aliquando Episcopis iure consuetudinis, etiamsi re ipsa tunc non visitent, vt ca. seruitium, 18. q. 2. Debetur & aliquando ex pacto apposito fundationi beneficij ante consecrationem, c. quanto, 16. de censib. vocatur & ideò hæc pactio compositio in ca. cùm olim, eo. tit. vt in ca. Eleutherius, penul. 18. q. 2. onus in fundatione impositũ (vt quodcumque ex oblationibus Ecclesiæ accederet die natalium Martyrum, quorum ibi erant reliquiæ, inter monachos & Episcopos diuideretur) seruatur, ca. lege. ne quid vltrà à monachis exigeretur. Addunt & Hostiensis & Ioannes Andræ. ad c. procurationes, de censib. procurationem quoque iure priuilegij deberi. arg. c. accedentibus, ne excess. prælat.

11 Archiepiscopus. Episcopus & alij, qui visitandi munus suscipiunt, non debent procurationum sumptibus vnerare Ecclesias, sed moderato comitatu contenti esse, & exiguo tempore in vnaquaque Ecclesia commorari, & expensas iuxta facultates ecclesiæ visitatæ metiri, vt dicitur in nostro capit. conquerente, in concilio Tolerano 7. ca. 4. ca. inter cætera, 8. 10. quæst. 3. Burchard. lib. 1. Decreto. cap. 86. ne longi temporis victum leuis hora consumat. capit. cùm Apostolus, de censibus sumptus quippe ita faciendi, si moderati dicendi, vt aliquid superesit pro modo facultatum, l. 2. & l. eius alimentorum, 3. § 1. vbi pupill. educar. vel mora. debeat. lib. 27. ff. titu. 2. quinimò, si grauarentur sumptibus visitationum Ecclesiæ, debent Episcopi se suis sumptibus alere visitantes, ca. cauendum, 10. quæstion. 3. sicque lex, quæ prohibuit Præsidibus prouinciarum munera accipere, permisit edulia, quæ die consumerentur, accipere à prouincialibus, l. plebescito, 18. de offi. Præsid. lib. 1. ff. tit. 18. l. solent. 6. § 4. de offi. Proconsul. eod. 1. ff. tit. 16. verùm prohibuit, ne Proconsules in hospitiis onerarent prouinciales. l. obseruare, 4. de offic. proconsul. Fuit autem consultum Ecclesiis contra superfluos sumptus, quibus prægrauantur, primum, vt si vna Ecclesia fuerit supra vires grauata, aliæ ad sumptus contribuant. capit. cum instantia, & capit. procurationes, de cens. not. gloss. final. ad capit. inter cætera, & glos. ad capit. illud, 10. quæst. 3.

12 Et in ca. illud, vltrà. glossa addit, Ecclesiam non teneri dare Episcopo nisi lac ad bibendũ, ne ieiunium tũ doctrinam subentib. buccis prædicet. vt c. sex. & ca. Ecclesiæ, 35. dist. nec Episcopum bibere debere vltra tertiam vicem, ca. quando presbyter, 44. distinct. & quòd contentus esse debet lardo, vel carnibus bubulis, vel veruecinis cum aceto. vt l. 1. C. de erogat. militar. anno. lib. 12. C. argum. ca. non cogantur, & ca. Episcopus, 41. distinct. Quæ glossa satis rigida esset Episcopis & visitantibus, & forsan posset conuerti in præiudicium sacerdotum, quia diutius forsan punirentur, si non demulcerent visitantes optimis vinis & epulis; vereor etiam, ne his munera adiiciant, vt sint acceptabiliores, & insontes aurea vel argentea definitione habeantur. Aliud remedium quo comites & equitationes taxatæ sunt à concilio Lateranensi habito sub Alexandro 3. capit. 4. in capit. cùm Apostolus, 6. de censib. & aliquando antè in concilio Toletano 4. c. 7. relato in ca. inter cætera, 8. §. cùm verò. 10. q. 3.

13 Concilium Lateranense sub Alexandro 3. relatum in c. cùm Apostolus, de censib. summam equitum expensam taxauit, ita tamen vt consuetam inferiorem non augeat. statuitque ne Archiepiscopi euectionum numerum 40. vel 50. pro consuetudinibus prouinciarum, & pro facultatibus Ecclesiarum excedant. Episcopi 20. vel 30. Cardinales 25. Archidiaconi 5. vel 7. Decani verò sub Episcopis duobus equis contenti sint, nec sumptuosas epulas quærant, sed cũ gratiarum actione accipiant quod honestè & competenter illis fuerit ministratum, néve cum canibus venatoriis, & auibus proficiscantur. Equitationũ taxatio, quamuis videatur onerosa & penitus superflua, tamen determinata, proptèr excessum quo abuti solebant, nescio an nunc quoque, prælati: viderint autem ipsi, num hoc sit imitari Apostolos, & viros Apostolicos, & recordentur, quod in lege scriptum est, de rege creando, cui magis tamen splendor equitatus quàm Ecclesiasticis conuenit, dum scriptum Deutero. capit. 17. vers. 16. *Cùm fuerit rex cõstitutus, non multiplicabit sibi equos. nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus.* De equitatione etiam sic loquitur D. Basilius in Psalmum 32. *Fallax*, inquit, *equus ad salutem, in multitudine autem virtutis suæ non saluabitur.* Eiicitur ab vsu Sanctorum equus, ex quo nec in bellis, Israël vnquam fertur equestrem habuisse exercitum, nec Sanctorum aliquis priuatim, equo vti pulchrum existimauit. Pharao equestri vsus exercitu, & Senacherim superbus equorum multitudine narratur, quamobrem Pharaonis equos & ascensores deiecit in mare Deus, & Senacherim omnes equorum ascensores sunt interfecti, &c. Equitationes ad bella pertinere, & ea de causa olim earum vsum fuisse, tradit Plato 2. de Legibus & Xenophon in Oeconomico, vnde & Lucretius lib. 2. de rer. natur. equorum dicit duellicam prolem, & Adrianus Cæsar, sederi in equis in ciuitatibus non siuit, vt refert Spartia. in Adrian. & Valentin. & Valens prohibuerũt, habere equum equámve, exceptis Senatorib. honoratis prouinciam administrantibus. & veteranis Palatinis, in l. 1. 2. 4. quibus equorum vsus concessus vel denegatus sit. libr. 9. Codicis Theodosiani. tit. 30. Equester ordo apud Romanos semper à Sacerdotali separatus; vt & inter Christianos, alius miles terrestris, alius cœlestis militiæ, capit. 1. de vassal. qui arm. bell. dep. ca. officia, 59. dist. ca. reprehensib. le, 23. qu. 8. de equi vsu Georg. 3. Virgil.

*Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis*
*Insultare solo & gressus glomerare superbos.*

Et certe pro monstro narratur de Caligula Cæsare, à Sueton in eius vita, capit. 55. quòd inuitauerit ad cœnam ex stabulo equum suum, dictum incitatum, & in mensa sua iusserit ei apponi hordeum in vase aureo, & infundi vinum in canthato aureo, & cùm sacerdos factus esset eundẽ equum in collegam delegerit, iusseritque ei construi stabulum marmoreum, præsepe eburneum, epiphia purpurea, collare gemmis decoratum. Fastuosum nimium & superbum hoc animal equus est, & feroa, & quod feroces quodammodo reddit. quare cùm equo insedisset aliquando Plato, seculi tantum Philosophus, continuò descendit, dicens, vereri se ne *ἱππυτυφίᾳ*, id est, equi ferocitate & superbia repareretur, nõ conueniet iditcò moribus multò magis Ecclesiasticis, quibus humiles esse corde iussum est. Inter leges flamini Diali dictas; erat illa prima, *Equo Dialem flaminem vehi religio est*, in libr. 1. Fabij Pictoris. & apud Aulum Gellium, libr. 10 capit. 15. addere licet superbiæ magnam Ecclesiasticarum rerum iacturam, quæ fit in sumptus nutritionum equorum, quibus meliùs nutrirentur pauperes: erat & inter sæuissimas execrationes apud Spartanos *ἱπποτροφία* (quam caballationem recentiores vocant) id est, equorum enutritio, eò quòd magno staret impendio, & homines suaui captu ad perniciem duceret, vt narrat Alexand. ab Alexand. libr. 3. Genial. dier. capit. 22. non seciùs quàm venatio, quæ breui tempore patrimonium consumit cum voluptate, vt non immeritò dicatur Actæon apud Ouid. 3. Metam. & alios conuersus in ceruum, & deuoratum à suis canibus, nempe quòd venatione sua vniuersum patrimonium profuderit, & ita deuoratus à suis canibus. Addit Clemens 5. in Clemen. 2. de censi. lib. 3. tit. 13. abusum ex equitatu visitãtium, quòd pro equitaturis ferrandis, vt loquitur, licèt ferris non indigeant, & cocorum, sui officij ratione pecuniam exigant & extorqueant à monasteriis visitatis.

14 Postremo loco Benedictus 12. summ. Pontif. in Extrauag. vas electionis, de censib. in Extrauag. communibus, vt euitaret sumptuum superfluitatem & exactiones importabiles, ratione visitationis Ecclesiis impositas, statuit pro modo locorum, & collegiorum, & Ecclesiarum, certas dari per vniuersum orbem taxationes, procurationis nomine, pro

sumpti

sumptibus, quas ibi videbis. vide & capit. 1.2.3. de censibus in Sexto. de procuratione in victualibus aut pecunia recipienda.

15 Definitum & est in capit. vt iuxta, 17. de offic. ordinà. quas personas secum ducere debeat visitator, dũ ingreditur monasteria, néve sint laicæ, per quas possit in claustro dissolutionis materia prouenire, & vt tantùm adsint Episcopo visitanti tres de Canonicis Ecclesiæ suæ, in decenti habitu, aliis quoque, vt expedire visum ei fuerit, viris religiosis adiunctis.

16 Burchardus rursum lib. 1. Decretor. capit. 91. & sequentibus, ex Decretali cõstitutione Eutychiani Papæ cap. 9. subiicit, quomodo veniens ad Ecclesias, visitationis causa, clerum & populum debeat conuocare, & sacramento rogato & præstito de discenda veritate, de quibus debeat interrogare, num sit ibi aliquis homicida, aut publicus concubinarius, aut aliorum delictorum grauiorum rei, vt ibidem subiungitur; quomodo officia diuina fiant; &, vt diximus, quomodo Sacramenta administrentur, & quòd docere debeat populum conuocatum de fidei articulis, & mandans. vt & in ca. placuit, 12. 10. quæstio. 1. ordo etiam habendus in Ecclesiis visitandis per visitantes proponitur in c. 1. & fi. de cens. in Sex. per totum, vbi & de prædicatione verbi Dei, & aliis agendis.

## Ad §. fin. c. Conquerente, de his quæ præter ordinarium ius postulare potest præpositus à subditis, & de superindictis.

### Capvt XVIII.

### Svmma.

1. *Episcopus auxilium moderatum exigere potest à subditis.*
2. *Episcopi cur noua iura non exigant ab Ecclesiis, quia Patres, quia superindictam non imponunt nec exigunt, nisi doceant de iure.*
3. *Ecclesiæ superindictis non possunt onerari.*
4. *Charitatiui auxilij petendi causa quæ iusta. 5. & 6.*

1 Concludit hic Honorius 3. præter iura prædicta, quibus contentus esse debet, Episcopum nihil posse exigere, excepto moderato auxilio, si rationabilis & manifesta causa extiterit, iuxta concilij Lateranensis formam, de qua in capit. cum Apostolus, 6. §. prohibemus, de cens. vbi prohibitum, ne Episcopos sibi subditos talliis vel exactionibus grauare præsumat, permittendo nihilominus, pro repentinis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt ex rationali & manifesta causa, cum charitate ab his moderatum auxilium possit postulare. Statutum & in ca. 24. nullus Episcopus, 1. quæst. 1. ne vllus Episcopus imponat grauamen clericis aut monachis, aut seruile obsequium, contra Ecclesiasticam normam, aliter sui officij periculum subeat: debet enim Episcopus, si ab aliis hæc imponantur, se obiicere, & prohibere etiam per sententiam excommunicationis, capit. penult. de censibus in Sext. Clem. præsenti, 3. eod. titul.

2 Cur autem alia quàm dicta iura exigere prohibentur à subditis Episcopi, sit prima ratio, quòd Episcopi sint veluti patres subditorum, & patres filijs non filij parentibus debeant thesaurizare, 2. ad Corinth. 12. cap. 64. prædicator, 16. quæstio. 1. capit. 1. de censibus in Extrau. comm. secunda, quod Episcopus nihil possit exigere, nisi ostendat iure sibi deberi, neque vltra morem antiquum, capit. prohibemus, 7. capit. Ecclesiis, 9. de censib. alioquin censentur fures, si vltra debitum exigant, ca. penult. & final. 10. quæst. 2. quare vltra debita, angarias vel superindictiones nos imponunt, & si imponant, licet clericis resistere, & conqueri apud Metropolitanos, capit. cognonimus, 10. quæst. 3. Idipsum cautum in capit. nulli Episcoporum, 61. & capit. 6. constitutum est, 16. quæst. 1.

3 Tertia, quòd Ecclesiæ superindictis onerari non possint, aut extraordinario tributo, l. placet, 5. de sacrosan. Eccl. nec noua vectigal. a inconsulto principe imponi queunt c. super quibusdam, de verbor. signifi. l. 1. 2. 3. C. noua vectiga. imp. non pos. Prohibitum & ne pensiones augeantur prouincialibus inconsulto principe, l. 1. de pascuis publ. & priuat. libr. 11. C. tit. 60. etiamsi aucti fuerant redditus, l. fi. de alluuio. C. Et quamquam Episcopus pro subuentione aliorum clericorum possit pro pauperibus clericis Ecclesiis pensionẽ imponere, vt c. cum clerici, 11. & c. significauit, 13. de censib. tamen in sui fauorem sine superioris authoritate non potest, cùm in sua causa nemo iudex admittatur, rub. ne quis in sua caus. iud. C. l. qui iurisdictioni præest, de iur. om. iudi. ff. nec patronus, quamtumuis sit idoneus ad beneficium obtinendum patronatũ, seipsum præsentare potest. ca. per nostras, 26. de iure patron. lib. 3. tit. 38.

4 Cæterùm cùm nihilominus possit Episcopus supra debita, charitatiuum auxilium postulare, iusta poterit esse causa, proprij redditus non sufficiant Episcopo, c. cauendum, 10. q. 3. si Ecclesia Cathedralis oneretur debitis, c. 1. §. fi. vt Eccl. benefic. sine diminutio conferan. c. penul. de ver. sig. alias causas tradit Oldra. consi. incipiente, *Vltra proposita.* & consil. 234. incip. *Factum tale est*, *Quidam Baro*, &c. Relinquetur & in summa, superioris arbitrio, censura & iudicium, quæ dicatur rationabilis causa. c. nullus, de iure patr. Superior Episcopi erit Archiepiscopus, Archiepiscopi, Patriarcha, Primas vel S. P. c. si clericus. 11. q. 1. poterit & superior Episcopi esse in hac re summ. Pont. vt in capi. penult. de verbor. sig.

5 Potest autem & princeps secularis ob necessitatem publicam superindicti nomine à subditis exigere, l. 1. de superindict. lib. 10. C. Ratio huius subuentionis potest sumi ex c. cùm in officiis, de testa. quia qui beneficium ab aliquo accipit, eò multò magis tenetur eidẽ relinquere, laborãt autem plurimũ Episcop. in Ecclesiis subditis curandis, qui curam, vt sponsi, earum habent, ca. sicut vir, 7. q. 1. c. inter corporalia, in transactione Episcopi: ideò debet ei Ecclesia, vt sponsa, subuenire, quia & dominus bonorum vxoris meritus iure censetur. l. doce ancillam, C. de rei vindic. l. in rebus, Cod. de iure dot. vt & princeps censetur quodammodo dominus rerum subditorum. l. bene à Zenone, de quadrien. præscript. & ideò potest in causa necessitatis publicæ, de bonis subditorum disponere, l. Lucius, de euictio. hocque, ius inter regia numeratur, 1. Regum, cap. 8. neque etiam hoc auxilium inter noua vectigalia, sed inter necessarias causas adscribi, additque Panor. add. ca. cùm Apostolus, numer. 5. quòd si ex charitate in causa rationabili nolint subditi subuenire Episcopo, ex potestate cogi possint, ca. & qui emendat. 45. dist. & ideò statuere poterit excommunicationis sentẽtiam in clericos, qui noluerint charitatiuum auxilium impositum præbere vsque ad satisfactionem. in decis. Rotæ 415. in Nouis.

6 Obseruandum autem nomine charitatiui auxilij, non posse Episcopum ab Ecclesiis sibi subditis postulare vel exigere, plus quàm exigeret nomine procurationis, si visitaret, ideò erit inspicienda taxat o Bonifacij ta. quæ posita in ca. 1. §. præmissis. de censib. lib. 3. Extrauag. commun.

FINIS.

DE BENE-

# DE BENEFICIIS BREVES INSTITVTIONES.

## De legibus quibus vtimur in tractatione Beneficiorum.

### CAPVT I.

1 *Quare agatur de leg. beneficiorum priusquam de materia.*
2 *Legum auctoritas.*
3 *Legis bona iudicium vt conueniat negotiis.*
4 *Quæ leges sint preferendæ in causis beneficialibus, & quòd canones vincant leges ciuiles in spiritalibus.*
5 *Ius Pontif. quibus constituitur libris, & de stilo Curiæ.*
6 *De Concilio Basiliensi, & eius auctoritate, & de Pragmatica sanctione.*
7 *De Concilio Constantiensi.*
8 *De Concordatis Gallicanis & Germanicis.*
9 *Locorum & Ecclesiarum consuetudines sequendæ.*

IN *nomine Domini nostri Iesu Christi, Sanctissimæ, & incomprehensibilis Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus sancti, inuocatis suffragiis beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, Amen.*

Quia de beneficiis Ecclesiasticis, lites & contentiones oriuntur quotidianæ, tantáque nunc incessit habendi libido, vt non onus, sed lucrum & bona Ecclesiarum plures desiderent, & nihil non tentent vt ea assequi, & assecuta omnibus artibus conseruare & defendere possint: placuit in epitomen & synopsim, quæ sparsim & in diuersis peregrinisque tractationibus inuenire potui, quæque vel iudicata vidi, vel audiui, methodo faciliori tradere, quæ prodesse & Reipublicæ, & doctos aliqua ex parte iuuare valeant & tyrones ad beneficiorum Ecclesiasticorum cognitionem facilè manuducere, technas artésque iniustè ambientium vel possidentium refellere, bonorum autem iustam possessionem conseruare possint. Ordiemur autem ab ea parte qua fundamenta tractationi constituantur, atque leui quadam velitatione primùm detegemus quibus sit innitendum authoritatibus & legibus. Imitabimur Pomponium dum in l.2. de origine iuris, dicturus de magistratuum authoritate, iuris diuersas refert origines, & à quibus prodierit, quáve authoritate receptum fuerit.

2 Principia prima eorum quæ bene geruntur, quæve prohibentur in republica consistunt in legibus sine quarum constitutione erubescere se quippiam statuere vel decernere Iustinianus, quantumuis Imperator, ingenuè professus est, in §. consideremus, de triēte & semisse. Nouella 18. c.5. Atque in l. illam, 19. de Collatio. l.6. C. tit. 20. dubitare se dixit resoluere quæstionem occurrentem, quòd nulla de ea constitutio proposita esset. Legum principia concedunt & philosophi, quemadmodum omnis ars sua habet principia, vt tradit contra Algazelem Auerroës, in Phys. disp. 1. ca. 57. Ius autem est ars boni & æqui. l.1. de Instit. iur. ff. leges porrò & ab his qui potestatem condendi habent poni debent, vel approbari, vt necessariam habeant obseruantiam. l.1. & fi. C. de legib. & toto tit. C. de veteri iure enucl. & in proœmio Decretalium circa finem, & alibi, sufficiuntque illæ pro negotio decidendo, & ad eas vt ad æquilibrium lances, referenda sunt responsa & iudicia: sicut & sæpè legimus in sacra pagina Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, cōsulentes ad legem reiecisse, vt D. Lucæ ca.10. vers.26. interrogatus à iurisperito, de vita respondit, *In lege quid scriptum est: quomodo legis? &c. Hoc fac & viues.* & excusans discipulos D. Matt. c.12. vers.5. *In lege non legistis, quia Sabbathis sacerdotes in templo Sabbathum violant, &c.* Pugnáque illa Dæmonis & Christi ex lege omnino habuit fundamenta, D. Matt. ca. 4. & ibi sæpè scriptum est. Atque in pulchrè dictis Comicorum c.65. ex Menandro proponuntur hi versiculi.

*Τρία γάρ ἐστι δὴ τινά*
*Δι᾽ ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ νόμους*
*Ἢ τῆς ἀνάγκης ἢ χρηστὸν ἔθει τινί.*

id est, *Tria enim sunt hera, per quæ omnia fiunt, aut secūdū leges, aut propter necessitatem, aut propter consuetudinem.* Quæ videtur transcripsisse Modestinus, in l. ergo. de legibus. Lex proditur, vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honestè viuat, alterum non lædat, ius suum cuique tribuat, informatur. §. ideóque, in proœmio Decretalium, & secundum Aristotelem, quem refert Athenæus lib.11. Dipnosophistān. cap. 22. Lex nihil aliud est, quàm determinata ratio ciuitatis consensum, quæ singula quopacto facienda sunt declarat. Consentit Philo Iudæus, dum in libro de pœnis & præmiis, *Lex*, inquit, *nihil aliud est quàm iubens agenda, & vitanda prohibens:* cui adstipulatur Cicero 1. de legib. Sequenda itaque lex, & secundum eā agendum & iudicandum, etsi dura videatur. l. prospexit. Qui & à quibus manum. liber. non fiant. ff. Nec licet iudicibus de lege iudicare, secundùm quam ipsi ferre iudicium debent, ca. in istis, 4. dist. l. nemo, de sentent. & interloc. omnium iudic. alioquin, vt ait Cice. 2. de Inuent. *Potestas dabitur peccandi, dum intelligent iudices, non ex lege in quam iurati sunt, sed ex arbitrio iudicare.* Promittunt idipsum iudices, dum promouentur ad munus iudicandi, & se secundū leges iudicaturos religione iurisiurandi obstringunt, l. rem nouam, C. de iud.

3 Cæterùm, quia conuenientes leges negotiis quibus feruntur esse debent, nec omnes ad omnia indifferenter negotia transferenda erunt: & vt ait Ouidius 2. de Remedio Amor.

*Nam quoniam variant animi, variabimus artes,*
*Mille mali species, mille salutis erunt:*
*Corpora vix ferro quadam sanantur acuto,*
*Auxilium multis succus & herba fuit.*

Vt bonæ legis signum ēst quod accōmoda & propriè prospiciens negotio sit, c. erit autem lex, 4. distin. sic boni iudicis partes erunt, singulis rebus proprias leges adhibere. Eáque fuit intentio Solonis, quando sanxit, vt singulis reb. singulæ leges præscriberētur, teste Demosthene cōtra Leptinē. Ius

to certum & finitum, l. x. de iur. & facti igno. lib. xx. ff. tit. 6.

4 Proinde in causis beneficialibus delectus erit habendus legum, primùm in genere, dehinc in specie. In genere, vt illæ leges quæ circa spiritalia, vel mixta ex spiritalibus & temporalibus, præferantur temporalibus seu secularibus. Clem. dispendiosa, de iudic. & vt dicitur in concilio Meldensi. *Canonum statuta custodiantur ab omnibus: & nemo in actionibus vel iudicijs Ecclesiasticis, suo sensu, sed eorum authoritate ducatur.* c. 1. & c. ne innitaris. de constitut. lib. 1. tit. 2. sicuti & rescriptum in causis matrimonialibus & spiritalibus, pontificias leges vincere seculares. c. Euphemium. §. 1. x. quæst. 3. ca. pen. & fin. de secund. nupt. Assentitur Iustinian. in §. pen. in Nouel. vt clerici apud proprios episco. conuen. *Si delictum,* inquit, *sit Ecclesiasticum, egēs castigatione vel mulcta Ecclesiastica, Deo amabiles Episcopi hoc discernant, nihil communicantibus clarissimis prouinciæ iudicibus: Neque enim volumus talia negotia scire omnino ciuiles iudices, cùm oporteat talia Ecclesiasticè examinari, & emendari secundum sacras, & diuinas regulas, quas etiam sequi nostra non dedignantur leges.* Et eadem ratione idipsum determinat cap. clerici, de iudic. Neque vtendum esse legibus Imperatorum in omnibus negotiis Ecclesiasticis, cautum expressè, in ca. legem Imperatorum. 10. distin. eò quòd princeps secularis, in Ecclesiastica negotia non habeat potestatem: & ideo legem ferendo, Ecclesiasticas personas ad obediendum nequeat ligare, vt docent exemplis. c. quæ in Ecclesiarum, & c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constitut. c. bene, 96. dist. c. inter, 33. quæst. 2. Nisi forsan Ecclesia postulet à principe, per eum aliqua de re Ecclesiastica, sanciri legem, c. consilia, §. hinc etiam, 17. dist. vel nisi in fauorem Ecclesiæ condatur lex à laico, conformis Ecclesiasticæ, l. generaliter, de Episc. & cler. C. cap. 40. generaliter, & qu. 1. vel nisi lex secularis principis approbetur: vel recipiatur à sum. Pontifice, quo casu pro Pontificia haberetur: vt liquet ex pluribus transcriptis ex iure ciuili in volumē Decreti & Decretaliū: probāt & d. cc. quæ in Ecclesiarū, & Ecclesia S. Mariæ, de constitut. vel nisi lex principis ageret de rebus temporalibus, in quibus sacri canones non dedignantur sequi sacras principum leges, vt in 1. c. de oper. noui nunciat.

5 Vtemur ergo primo loco in beneficialibus Ecclesiasticisque causis, & præcipuè, iure diuino, quod pro fundamēto est iuris Pontificij: dehinc iure canonico positiuo, quod concluditur suis voluminibus, Decreto Decretalibus, Sexto Decretalium, Clementis, & Extrauagantibus, & stilo Curiæ Romanæ, prout ius diximus compotni Canonicum, lib. de iuris arte. ca. 8. vbi fusè de iure Canonico, stilo, & regulis Cancellariæ, quarum regularum quædam in Gallia pro lege immutabili receptæ sunt, vt suo loco admonebimus, vt non possit illis derogari.

6 Innitimur quoque in quæstionibus beneficiorū Ecclesiasticorum, pragmaticæ sanctioni quæ ex Concilio Basiliensi sumpta est, & in Gallia recepta, nisi quatenus postea per Concordia fuit ei derogatū. Cœpit haberi Concilium Basiliense, circa annum Domini millesimum quadringentesimum trigesimum primum, & post multos annos absolutum: vt ait Platina in Eugenio 4. Gaguinus, Paulus Æmilius & alij: constatque ex vltima sessione 45. productum vsque ad annum millesimum quadringentesimum quadragesimū secundum, ita per vndecim annus, menses nouem, dies viginti septem, à Martino quinto primum in dictum Papię. & ob pestem ibi grassantem intermissum & Senas translatū: deinde interruptum, ab Alphonso Arragonum rege, continuatum Basileæ post septenniū vt habetur in § fi. de authoritate sacrorum Conciliorum, in pragm. sanct. vbi gl. ad verbum *facto*: notat translationis Basileam instrumentum factū fuisse Senis 26. Februarij 1424. absolutum sub præsentia Sigismundi Imperatoris præside Iuliano legato sedis Apostolicæ, ob eius reuocationem subrogato Ludouico Cardinali Arelatensi, vbi annatæ beneficiorum damnatæ, vel tēperatæ, & plura de beneficiis, & contra Hussitas statuta: illinc orta pragmatica sanctio in Concilio Basiliēsi edita, apud Bituriges in Gallia approbata à Carolo 7. rege, Non. Iulij 1438. & publicata in senatu Parisiensi 3. idus Iulij, eius anni, iuxta Gaguinū li. 10. Quæ tamen nec sine discordia fuit seruata, circa menses collat. beneficiorum: quæ tamen postea sedata fuit per Sixtum 4. per distinctionem mensium, de qua in c. 1. de Treuga & pace, in Extra. communi. lib. 1. tit. fi.

7 Sed nō solùm ex concilio Basiliensi cōposita est pragmatica sanctio, sed partim etiam ex decretis approbatis cōcilij Constantiensis, habiti sub Martino 5. vt liquet ex tit. de authoritate sacrorum Conciliorum, quod est decretū Constantiensis synodi, acceptatum tamē & renouatum per Basiliense concilium. Celeberrimum fuit illud concilium Constantiense initum anno Domini 1414. in Germania, cui interfuerunt quatuor Patriarchæ, Cardinales, 29. Archiepiscopi, 47. Episcopi, 160. vel secundum alios 270. Abbates, & Doctores. 564. præsidente ab initio Ioanne Papa aliquib. 23. vel 24. Neapolitano, in schismate & postea Martino 5. electo, eiectis tribus Antipapis: & durauit annos tres & aliquot menses, vide Onuphrium, & Platinam. Pragmatica potiò sanctio fuit edita, nondum adhuc dissoluto concilio Basiliensi, nempe anno 1438. vt dictum est, & constat ex data ei apposita in fine eius, & titulo de cōclusione Ecclesię Gallicanæ. Fuerunt autem postea in concilio Basiliēsi quædam alia edita, quæ non fuerant ab Eugenio 4. confirmata, neque receptum etiam fuit per Eugenium illud concilium, nisi in certis causis, vt ibi exprimitur, & notat Gomes ad regulam Cancellariæ de triennali possessione, in præfatione. Approbauit tamen pragmatica sanctione contenta, quę videbatur reprobasse Eugenius Papa, vt habetur in §. ne tamen in dissolutionem, sub titulo de causis, in pragmatica sanctio. vbi glo. ss ad verbum, *dissolutionem*, notat, Eugenium 4. ter conatum dissoluere concilium Basiliense, primùm, paulò post concilium Basiliense inchoatum, cùm illud trāstulit Bononiam: quam tamen retractauit reuocationē, anno Domini 1432. 16. Kalend. Martij, sui Pontificatus anno 2. per literas quæ incipiunt, *ad sanctam Petri sedem*. Secūdò, reuocationem aliam fecit, ann. 1433. per tres bullas, sed & hanc dissolutionem iterum reuocauit eodem anno, per bullas alias, quę incipiunt, *dudum sacrum generale*. Subinde tertiam indixit dissolutionem eiusdem concilij Basiliensis, cùm ei non placerent decreta eius, potissimum de annatis, & de electionibus, idque 18. Septembr. 1437. quæ tamē reuocatio damnata, vel melius non admissa per regem Galliarum, & concilium ipsum Basiliense. Prohibuitque rex Carolus 7. omnibus prælatis sui regni ire Ferrariam quo Eugenius 4. concilium transtulerat, per literas publicatas in senatu Parisiēse 10. die Martij, anno 1437. Inchoatum nihilominus per d. Eugen. 4. concilium, 5. Idus Aprilis Ferrariæ, anno 1438. & ingruente peste Florentiam translatum. In 26. & 27. sessione dicti concilij Basiliensis, tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam & Cardinales: in 28. & 29. agitur de contumacia Papæ Eugenij, & declaratur contumax quòd tractaret de dissolutione concilij. Decreuit & concilium Basiliense in sessione 33. anno 1439. iuxta concilīū Constātiense, sessio. 4. & 8. tres, vt loquitur, veritates, primùm quod conciliū generale est supra Papā. Secūdò, quòd Papa concilium generale legitimè congregatum, sine eius consensu non potest dissoluere. Tertiò, quòd prædictis veritatibus repugnans pertinaciter, est censendus hæreticus: quas tamen veritates tres damnauit Eugenius libello qui incipit, *Moses seruus Dei.* Platina tamen, in eius vita, approbasse Eugenium concilium Basiliense sub finem vitæ eius, hæc verba scribit, de eo loquens. *Concilio Basiliensi, vnde infinita mala orta sunt, authoritatem dedit, approbatis eorum per literas apostolicas decretis.* Hæc Platina. Fortsan hoc metu fecit, quia cùm contemneret venire ad concilium, anno 1439. sessione 39. electus fuerit in locum eius Amadæus, olim Dux Sabaudiæ tunc Heremita dictus Fœlix 3. qui tamen se Pōtificatu abdicauit, anno 1449. & cessit Nicolao 5. impellente & suadente Frederico 3. Imperatore, vt scribit Platina in Nicolao

in Nicolao 5. volunt aliqui in fine tomi 2. conciliorũ, hunc Nicolaum 5. acta concilij Basiliensis cõfirmasse, sed de concilio Basiliensi hactenus, sufficit annotasse Pragmaticã sanctionem in beneficiorum causis in Gallia maximè & alibi, exceptis his quibus derogatum est, posse legis locum habere. Videndæ sunt bullæ Martini 5. & Nicolai 5. quæ determinant ea quæ recipienda sunt edita in concilio Constantiensi & Basiliensi.

8 Rursum inter leges beneficiorum præcipuas, in Gallia sunt Concordata inter summum Pontificem Leonem 10. & Franciscum eius nominis primum regem Galliæ, approbata Romæ in concilio septimo in Laterano habito, anno Domini 1515. vt colligitur ex prologo & datis Cõcordatorum, & de eorũ authoritate fusè Rebuff. in rubr. de coll. in Concord. Eiusdem authoritatis inter Germanos sunt concordata Germanica inita inter Ioannem Diaconum Cardinalem Legatum sedis Apostolicæ, & Fridericum Imperatorem & alios principes & Ecclesiasticos prælatos approbata per Nicolaum 5. 14. Kalend. Aprilis anni 1457. in quibus vel maxime reseruationes quædam sublatæ sunt, & relictæ collationes liberæ ordinariis Ecclesiis Germaniæ, & temporatæ extrauagantes execrabilis, & ad regimen. de præben. in extrauag. commun. Meminit de his concordatis Germaniæ Puteus decis. 47 incipit. *Nicolaus* 5. lib. 1. Rebuff. in praxi beneficiorum, ad regulam 4. Cancellariæ. Nos de his con[illegible] e. 24. n. 20. Cassiodor. decisione. vnica de [illegible] ip. *Concordata Germania*. Ioan. Paul. Ptolomæus deci. 65. incipien. *Verdunenses canonicatus & prabenda*.

9 Erunt & consuetudines Ecclesiarũ, locorum, priuilegia principũ, in his etiã obseruanda, prout cõuenientibus locis Deo fauente, latiùs explanabimus, quomodo autem in illis iuribus concurrentibus leges vel canones quæ videbuntur concurrere sit procedendum, & quæ leges aliis sint proponendæ, iam monui in lib. de iuris arte. ca. 8. in fine, & in Methodo parua iuris lib. 2. circa finem, ideò non immorabor, & ad alia transeo.

## De origine Beneficiorum Ecclesiasticorum & causa.

### Caput II.

1 *Historia originis beneficiorum repetitur, & primum docetur, religionem & cultum Dei ab omni seculo fuisse.*
2 *Cum religione fuerunt instituta sacrificia.*
3 *Quid sacrificare, & de variis rebus in sacrificio oblatis.*
4 *De origine & necessitate sacerdotis & sacerdotij.*
5 *Sacerdotum Ethnicorum annona & Sacerdotia.*

1 QVAMQVAM in Syntagmate iuris. li. 16. c. 8. admonuerimus religionis ortum, progressum & ministros ex antiquo esse, nihilominus tamen omne ad institutum ordinem conseruandum, non pigeat quædam ex illis paucis repetere, alia plura & huic loco cõmodiora cõiungẽtes, quę historiam, seue ab ortu religionis ad beneficiorum Ecclesiasticorum distinctionem & priuatam constitutionem retexere, poterunt, & per synopsim exhibere. Initium porrò à religione ducendum: & illa, à nobis insito lumine in creatione naturæ humanæ per Deum, de quo scriptum est, Psal. 4. vers. 7. *Multi*, inquit, *dicunt, quis ostendit nobis bona?* & respondet, *signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c.* Docent & creaturæ ipsæ earúmque consideratio, esse quoddam summum numen, summam causam, eúmque verum Deum, qui hæc omnia fecerit & conseruet: vt docet Iob. c. 12. vers. 7. & seq. & liber sapientiæ, cap. 13. vers. 5. & D. Paul. ad Roman. ca. 1. vers. 2. Fieri etiam non potuit, vt qui ratione nituntur homines, ita declinauerint ab illius splendore, vt non didicerint esse Deum, quamuis qualis esset, ignorauerint. Fuit primus homo, & priorum seculorum homines imbuti & instituti in vero Dei cultu, fuitque semper mentio & sententia, vt quamuis à vera semita Dei, homines quidam recesserint, vel malitia, vel negligentia: tamen remanserunt reliquiæ, etiam & opinio inter impiissimos, & Deum esse: quòd & flagellis Dei, aut beneficiis, concedere vel inuiti, palámque asserere compulsi sunt. Hinc iuris gentium erga Deum religio esse dicitur. in l. 1. de instit. & iure in ff. vbi & aliàs docuimus, cultum Dei inditum à natura, modum autem colendi Deum alicubi à lege: vt tradit Aristote. lib. 5. Ethic. vbi & Albertus magnus in 5. Ethic. tracta. 3. c. 3. Religionem dicit, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocat, curam ceremoniámque affert: & vt ait Cicero 1. Tusc. & de leg. 1. De hominibus nulla gens est nec tam immansueta, neque tam fera, quæ non etiam si ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. Et rursum de responsis Haruspicum, respon. *Quis est tam vecors, qui aut cùm suspexerit in cælum, Deum esse nõ sentiat? & ea quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum atque vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet.* Quę nos fusè prosequuti sumus explicatione longiori, Tomo 3. commentariorum Syntax. Artis mirabilis, li. de Deo. cap. 1. & 2.

2 Ex causa religionis inducta statim ab initio sacrificia, tũ publica, tũ priuata. vt ca. 4. Gen. docetur. Eáque ob plures & maximè tres causas, vt honoris, & laudis debitę diuinitati testimonium aliquod signaretur: & gratiæ haberentur beneficiorum acceptorum, si nõ perfectè, tamen qualitercunque animi gratitudinem referentes. Dehinc vt postularẽtur necessaria: & tertio. vt repellerentur noxia.

3 Sacrificare nihil aliud est quàm Deo munera offerre: vel breuius: sacrificare, est officium quod rei diuinæ faciẽdę causa impenditur, apud Platonem in Euthyphrone. Sic quãquam veri Dei notio ex mentibus Idololatrorum exulasset, attamen ea quæ religionis erant, in superstitione retenta sunt. Atque quidam pro sacrificio obtulerunt Deo bonam & gratam voluntatem, Preces, Laudes, Hymnos, Odas: quidam thura, fruges. Alij animalium victimas, vt caprum, Baccho: Ouid. 2. de Ponto, vel asinum, Plinius 24. li. 24. Cereri, porcam: Dianæ, Ceruam, vt sacrificarunt & Thessali carnes, Isidi, Anserem; Persæ, equum, Ouidij. 1 Fastor. alij immolabant Taurũ, Gallũ, Oues, Arietes Porcum: & alij, quod crudelius, ipsum hominem: vt Chii, Arabes, Scythæ, Phœnices, Galli, & similes, de quibus & vide Macr. li. 1. Saturn. c. 5. & 7. lib. 3. c. 6. Alexand. ab Alexand. lib. 6. c. fi. Alij spolia, alij alia vota, aliáve in sacrificium, & cultum offerebant munera secundum ritus & placita vel propria, vel publica. Hinc ceremoniæ, lustrationes, dedicationes, visceratiunes, iusta sacrificia, patria, peregrina, & similia.

4 Subinde diuinis rebus ita authoritatis, necessarij fuerant qui regulas sacrorum præscriberent, curarent & agerent: & ęris, templis, & tumulis, vel lucis sacratis, quæ ad cultum diuinum desiderarentur, exequerentur, templa reficerent, sarta tectáque conseruarent, vt ait Aristot. 6. Politic. c. final. & libr. 3. cap. 6. fuerúntque inter eosdem Ethnicos sacrificia quæ necessario sacerdotem exigerent, eúmque assiduum: vt refert Plato 6. de Legib. Quò pertinẽt iurisconsultorum Ethnicorum responsa, quæ sacerdotem dum sacra faceret, in ius vocari non permittebant: quòd non posset inde dimoueri propter religionem. l. 2. de in ius voc. ff. & Hermogenianus in l. vitricus. 60. § fin. iuncto Caio in l. vel senectutem, de donat. int. vir. & vxor. ff. propter sacerdotiũ adeptum retineri commodè non posse matrimonium dixit, ob impedimenta videlicet officii sacerdotii. Et Paulus in l. non distinguemus, 32. §. sacerdotio de recept. arbitr. lib. 4. ff. ti. 2. *Sacerdotio*, inquit, *adueniente, videbimus an cogatur arbiter sententiam dicere: id enim non tantùm honori personarum, sed & maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet.* Quod & aliæ leges confirmant & religioni hoc beneficium excusationis tribuunt. Habuit & vnaquæque gentilium natio, in sua superstitione sacrificulos, sacerdotes, sacrorúmque ministros, Æthiopes, Phœnices, Athlantides, Phryges, & in summa omnes ferè Barbari, Græci & Latini, quod admonuisse sufficiet. Refert ministrorum horum

ordines apud Græcos seruatos, Iulius Pollux, lib. 1. Onomast. c. 18. Apud Romanos etiam erant flamines, Dialis, Martialis, Quirinalis, Viminalis, Vulcanalis, Carmentalis, &c. Sacerdotes, vt apud Liuium in 1. Potitij, Pinarij, & Aruales, Augures, Dionys. Halicarn. 2. Salij, 12. Plutarc. in Numa, & alij, quos piget ob falsam religionem recensere: de quorum farragine tamen, nomenclatura & superstitione, si quis videre multa desiderat, consulat Lilium Gregorium Geraldum in Syntagm. de Dijs seu idolis Gentium.

5 Cum sacerdotibus habuit & nihilominus superstitio curam illorum, vt sacrificiorum: quare & Aristoteles refert 7. Polit. ca. 1. Sacerdotibus fuisse circa exempla commessationes institutas. Herodotus quoque scribit, li. 2. inter commoda quæ accedebant sacerdotibus Ægyptiis, fuisse, quòd nihil ex re domestica contererent aut impenderent, sed eorum singulis cibi sacri cocti essent, & carnis bubulæ & anserinæ. Atque Geneseos 47. cap. refertur fuisse ex publico sacerdotibus agros & annonas. Apud Romanos, ab initio quidem creari per Romulum sacerdotes in singulis curiis qui haberent in victum sufficiētem substantiam, vt ait Dionys. Halicarnassæus, in 2. Postea non ita, sed publicis sacris præfectis annonæ dare ex publico, certique reditus collegiis sacrificulorum distincti, quod & in sacris gentilitiis vel familiarum institutis, à priuatis factitatum est. Indéque & sacerdotia dicta, quæ eius generis hominibus data eo nomine fuerunt. Meminit sæpe Liuius de sacerdotiis Ethnicorum, vt lib. 30. dum notat filium Fabij quo tempore factus est Pontifex maximus, habuisse tunc duo sacerdotia. Et colligitur ex epistolis Diui Ambrosij epistol. 30. & 31. olim & Vestales, ex fisco & publico altas, quod & docet Symmachus lib. 10. Epistolarum, epist. 54. Narrat & cap. Iudicum Micham idololatram fecisse sibi sculptile, eique ædificasse ædiculam separatam & creasse sacerdotem cum Ephod & Teraphim constitutis ei in annum stipendiū decem argenteis, veste duplice cum victu. Meminit Plinius lib. 12. c. 14. Sacerdotes Arabiæ, ex thure, quod ex Arabia Sabotham defertur, mensuram certam accepisse nomine Dei sui dicti Sabin, cui inseruiebant: atque etiam in Thōna diuidi quoque inter sacerdotes easdem portiones, vt & lib. 12. c. 19. tradit, diuersas decimas Cynamomi inter sacerdotes Ægyptiorum. Rursum li. 8. c. 2. veteres Romanos vina aut nouas fruges non priùs degustasse, quam primitias sacerdotibus libassent. Dijs suis primitias quoque Ethnicos & eorum sacrificulis obtulisse, probationem facit quod scribit Cato 1. de Originibus, Mezētium Rutulis imperasse vt sibi offerrét, quas dijs primitias offerebant, quare vocatum contemptorem Deorum, vt refert Macrob. 3. Saturn. ca. 5. Sed hæc hactenus de gentium moribus, & diuini cultus superstitione, annonáque & beneficiis sacrificulorum dicta sint: quibus plura addere possem, nisi me de imposturis dæmonum, & erroribus Ethnicorum loqui pigeret. Et proinde illos missos faciam, tum quòd indigni sint misceri verè sacris, tum etiam, quòd si quæ bona inter sua sacrificia vsurpauerint, ea suffurati fuerint à veri Dei cultu, eiusque religione, vt liquebit ex proxima veræ religionis historia & progressu, cuius volui separare filiū à polluta illa idololatrarū religione, quā tamen volui nihilominus indicare, vt intelligant pertinaces, Ecclesiā Dei nihil absurdum, nihilne inauditum habeas, cuca sacrorum religionem, & Dei cultum & prouentus, quod homines ratione vtentes lumineque vel naturali illustrati, non probauerint inter sua mendacia quæ veris coloribus obiectis, persuadere conati sint.

---

## De cultu diuino, sacrificiis, sacerdotibus, & annona eorum, in lege veteris Testamenti.

### Capvt III.

1 *Quòd cultus diuinus primùm ab Angelis fuerit exhibitus.*
2 *Quis sacrificia & verum cultum Dei docuerit de Adam, & aliis, vsque ad Noachum.*
3 *De Noacho, Melchisedecho, Abrahamo & aliis.*
4 *De oratione cultus diuini tempore Mosis.*
4 *De ordinatione & reparatione ministerij cultus.*

1 Coepit cultus diuinus in Angelis, qui sacrificium laudis & honoris Deo deferunt, continuè laudantes viuentem in secula seculorum, vt ait Daniel. cap. 7. & D. Ioan Apocalyps. cap. 4. vide quæ diximus lib. de Angelis. c. 31. in tom. 4. comment. Syntax. artis mirabil. Angeli fuerunt primùm creati ante mundum, secundùm Græcos: vt & tradit Damascenus, Suidas, & alij: quibus assentiuntur Hieronym. Hilarius, & alij quidam. Sed scholastici post diuum Augustinum & Rabinos in bereschit Rabba, cœlum, tempus, materiam, faciūt Angelis coæua: vtcumque tamen sit, constat fuisse eos ante hominis creationem, ex his quosdam lapsos, Isaiæ c. 14. ibi, *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris, &c.*

2 Inter homines, qui primus creatus est Adam, cultum quoque diuinum exercuit, & in suo exilio diuturnissimo, se Dei laudibus & Psalmis consolabatur, quare & Talmudici eum inter vndecim Psalmorum authores connumerant, atque in Bababathra tradunt, eum condidisse Psalmum 92. qui apud Latinos 91. incipien. *Bonum est confiteri Domino:* cui inscriptio, *Psalmus cantici in diem Sabbathi:* quo beneficium creationis & prouidentiam erga res creatas celebrat: eò quòd priore vespera Sabbathi creatus fuisset, & ideo illum simul atque Sabbathum illuxisset cecinerit. Tradúntque insuper Hæbræi, Adamum primum bouem sacrificasse, istúmque ritum filios docuisse. Addit Guillelmus Nangiacus, Adamum in spiritu docuisse filios Cainum & Abelem offerre Deo decimas & primitias. Obtulit Cain agricola de fructibus terræ munera Deo: Abel pastor ouium, de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum. Genes. 4. Enos dehinc filius Seth, aliis rebus seculi operam nauantibus, cœpit inuocare publicè nomen Domini, sacerdotium religionísque cultum publice profiteri & exercere, Gen. 4. in fine, & ex consensu omnium Talmudicorum, hic censetur primus sacerdos publicus.

3 Noë post diluuium ædificauit Deo altare, & sacrificauit de cunctis pecoribus, volucribus & animalibus mundis. Gen. 8. vers. 20 Refertur & Genes. cap. 14 vers. 18. tempore Abrahę fuisse Melchisedech Sacerdotem Domini, qui offerebat ei panem & vinum: quod & repetit D. Paul. ad Hebræos, cap. 7. vers. 3. hunc volunt fuisse Sem filium Noë: dicunt enim Hæbræi, & D. Hieronymus in traditionibus & epistola ad Euagrium, à Noë vsque ad Aaronem, omnes primogenitos, Pontifices, sacerdotésque fuisse. Hunc Suidas regnasse in Salem tradit 113. annis, addit Iosephus lib. 6. belli Iudaic. c. 10. cùm ædificasset ibi templum toto orbe celeberrimum, in quo sacrificauit panem & vinum amore veterum: vide plura de hoc sacerdote, & quomodo duo fundauerit opidula sacerdotia, pro hostiis pacificis Salem dicta, vnde & ipse rex Salem, vide Annium Viterbiensem in commentariis ad Xenophōtem de æquiuocis, vbi & arguit Lyranum Bibliorum sacrorum interpretem. Eo tempore & Abraham in peregrinatione sua, inter Bethel & Hay ædificauit altare Domino, & inuocauit nomen eius, Genes. 12. vers. 8. & c. 13 vers. 4. verum id forsan nō tanquam sacerdos fecit. Notant enim (vt dixi) vltra D. Hieronymum Rabini ad c. 25. & 26. Geneseos, primogenitos ante Aaronem iure primogenituræ habuisse præcipuam vestem sacerdotalem dignitatem sacerdotij, iúsque offerendi Deo, & vltra duplicē partē præbendā in nobis temporalibus patris. Deus hoc videtur renouasse non sine miraculo Exodi c. 13. dū sibi statuit reseruari & sanctificari primogenitos: quamuis & ibidem ratio alia addatur: successu tamen temporis, cùm nec omnes primogeniti essent idonei ad tractandum cultum diuinum, in primogenitorum locum Deus iussit sanctificari sibi

sibi vnam tribum Leui, Num.3.vers.40. Reddũt aliqui rationẽ prælectionis huius tribus, quòd omnes ferè aliæ sacrificassent vitulo aureo, cùm Moses ascẽdisset in montem secundùm Rabinum Salomonem, ad c.32. Genes. alij tamen in causa ab eo dissentiunt: quamquam constet Leuitici generis homines adhæsisse Mosi vindictam sumenti ab Idololatris, vt habetur in dicto c.32. Exodi.

4 Tempore Mosis, religionis cultus ordinatus, certi delecti iussu Dei & consecrati sacerdotes, & ministri: sacrificia determinata, tabernaculum, altare, oblationes. Exod.c.15.c.16.c.17.& seq. vsque ad 31.& ferè per totum Leuiticum, & in princ. Numerorum. Erat Pontifex sacerdos primi, & dehinc secundi ordinis alij, & posteà ianitores, aliique ordinati. 4.Reg cap.23.vers.4. Prohibita sacrificia priuata. cap.17. Leuit. Destinatæ fuerũt annonæ, quibus cultui diuino vacantes alerentur, primum quamdiu peregrinabatur populus, oblationes factæ Deo, illis concessæ. Exod. [illegible] & 29. Postquam verò populus peruenit ad terram prom[illegible] diuisione facta, relictæ sunt illis primitiæ & decimæ om[illegible], & oblationes. Num.18.& c.34. Iosue ca.14. Ezechiel.c.44.c. causa carpensis, de verb. signif.c. 1.c. quamuis, c. prohibemos; de Decimis, c.1.6.q.4. Statutum & quid ex sacrificiis deberet esse sacerdotum, Leu.c.2.vers.3.& c.7.vers.6.& c.10. vers.3.& c.24.vers.9. Constitutis sacerdotibus, & ministrorum gradus alij additi, partitis curis & annonis. Numero.c.4.& alibi.

5 Dauid quoque, cùm restitueret posteà lapsum cultum diuinum: ministrorum gradus & vices ministrandi, distinxit, 1. Paralipom.cap.23.24.25. Et anno vitæ & regni sui vltimo, statum & formam, sacerdotalis ordinis ex concilio & iudicio duorum Prophetarum Gad & Nathan composuit: redigitque in certum ordinem officia & res: vt refert liber Sedergnolam.ca.14.& 20. diuisitque in viginti classes omnem numerum ministrantiũ cultui diuino, prohibendo ne alij aliorum ordinem, & vices perturbarent, cum antea quisque Leuita, vndecumque Hierosolymã venisset, quolibet tempore haberet potestatem ingerendi se ministerio, citra discrimen. Deuteron.18. vers. 7. scribit idipsum Iosephus lib.7. Antiquitat.cap.9. narratur & 1. Paralipomen. cap.22. Reparato rursum templo per Ezechiam, ministeria sacra quoque reparata & regiis pensionibus nutrita. 2. Paralipomen.cap.29. Iosephus lib.9. Antiq.c.14. Isque præcepit populo & habitantibus Hierusalem dare partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. 2. Paralipomen.cap.31.vers.4.

## De cultu diuino, sacerdotio, sacrificiis, & prębendis Christianorum.

### Capvt IIII.

1 *De translatione sacerdotij & legis antiqua, in nouum sacrificium & sacerdotium.*
2 *Annone que data fuerint personis ecclesiasticis in primitiua Ecclesia.*
3 *Ecclesia primitiua tempore Apostolorum diuitia.*
4 *Quando publicè distincti gradus Ecclesiasticarum personarum.*
5 *Titulos maiorum & minorũ beneficiorum, quis prius diuiserit.*
6 *Datur initium & progressus fundationum Ecclesiarum, & reditnum earum.*
7 *De persecutionibus cõtra Ecclesiam commotis Scribarum, Neronis, Domitiani, Traiani.*
8 *De persequutione sub Antonino Philosopho & Seuero.*
9 *Quando Ecclesia caperit prædia possidere, & ratio eius.*
10 *Qui venit persecutio sub Alexandro Seuero, & ibi de Vlpiano.*
11 *De septima persecutione sub Maximino.*
12 *De 8. sub Decio, & 9. sub Valeriano.*
13 *De 10. sub Aureliano, & de 11. sub Diocletiano.*
14 *De 12. sub Maximino alio, & de actis Constantini magni erga fidem Christianam & Ecclesiam.*
15 *Aliæ persecutiones Persarum & hæreticorum.*

1 CVM aduenisset tempus definitum à Deo, *Misit Deus filium suum vnigenitum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege essent redimeret*, ad Galat. cap. 4. vers. 4. in quo figuræ antiquæ veritatem: vmbræ corpus acciperent & lucem. Translatum ita sacerdotium, translata lex & potestas antiquæ legis, in nouam. ca. translato, de Constit. Nouum verumque reconciliationis sacrificium, & verus sacerdos dominus noster Iesus Christus, ad Hebræos c.2.& 3. cui data omnis potestas in cœlo & in terra, D. Matth. cap. 28. vers. 18. omnia tradita à patre. D. Matth. cap. 11. D. Ioannis cap.3. vers.35. Constitutus ab eo rex super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, Psal.2. D. Paul. ad Coloss. c.2. vers.10. Rex regum, Dominus dominantium. 1. ad Timotheum c.6. vers.16. Apoc.c.17. vers.14.& c.19. ver.16 Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech, Psalm.109. ad Hebræos ca.5. vers.6. Ipse, vt rex, vt sacerdos summus & Deus, mandata & leges constituit veræ religionis: antiqua partim retinuit, partim sustulit, partim emendauit & auxit: sacrosanctum sacrificium præcipuum instituit. 1. ad Corinth. cap. 1. vers. 15. D. Lucæ cap. 22. vers. 19. Ab eo, & à religione & fide eius, fideles: dehinc Antiochiæ primum Christiani dicti. Actor. c. 11. vers. 26. Huius religionis & fidei ministros, cultores & prædicatores, elegit discipulos & Apostolos, D. Matthæi cap.10. Marci 3. Lucæ 6. vocauit primum duodecim, & cœpit mittere binos, data eis potestate in spiritus immundos. D. Mar. cap.6. vers.7. potestatem insuper in sacris distribuit: & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euãgelistas, alios pastores & doctores, in consummationem sanctorum, in opus ministerij, & ædificationem corporis Christi, ad Ephes. c.4. vers.11. docetur, & in c. sicut in vnó corpore, & c. cum ex iniuncto, de hæred.

2 Annona porrò quam eis dedit qui suo ministerio & prædicationi manc parent, in hoc seculo exigua, verũ sufficiens & sine inopia relicta & data promissa, in victu & vestitu necessario consistens, admonuit, vt in Deo spem solum ponentes, non essent solliciti de rebus temporalibus; vt nihil possiderent, nec etiam peram deferrent, non aurũ, nõ argentum in zonis, non duas tunicas haberent, non virgam: sed scirent certò nutriendos iri, cùm dignus sit mercenarius mercede sua, D. Matthæi cap. 10. vers. 9. D. Lucæ cap. 9. cum his remunerationem promisit copiosam in cœlo, eámque æternam & nulla æstimatione rerum temporalium æquandam. Venit Dominus noster Iesus Christus reducere errantes à via Paradisi, à qua peccatum parentes nostros, nósque expulerat: via redeundi data Adamo erat, non vt viueret inter fæces huius seculi, impeditus deliciis vel falsis voluptatibus, sed vt in sudore vultus sui vesceretur pane suo, & terram labore subigeret, quæ spinas & tribulos illi produceret. Genes.3. Laborantes a Deo iuuantur reficiuntúrque, & desidiosi reprobantur. Admonuit nos idem Deus Dominus & præceptor, D. Matthæi cap.6. versic.31. & sequenti. *Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt: scit enim pater vester cælestis: quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite igitur solliciti esse in crastinũ: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.* Et iterum D. Matthæi 19. vers. 21. *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.*

3 Apostoli dehinc discipulique Domini, & qui eo tempore nascente Ecclesia, sacra & cultum diuinum curarũt, & fidem seu religionem eãdem euangelizarunt, eadem annona & victus ratione contenti fuerunt, superflua contemnentes, & quo illa ætas perfectioris Christi nuperrimè sublati & in cœlum translati proximior erat, eò etiam & perfectius in modo viuendi se gerebat: & qui catechizabatur in fide, communicabat in omnibus bonis ei qui illum catechizabat, iuxta præceptum Dei & Apostoli ad Galatas 6. vers.6. Qui altari seruiebat, de altari viuebat. 1. ad Corinth. ca.9. cum secundum Apostolũ, 16. de Præb. Fiebant & col-

lectę eleemosynæ in diuersis regionibus, quæ distribuerentur & mitterentur his qui egerēt, ad Galat. 2. & ad Corint. 9. Erant & ea ætate Christianis omnia communia, factique Christiani vēdebant possessa, & deferebant pretiū ad pedes Apostolorum, qui distribuebant oblata, per diaconos iuxta necessitatem cuiusque, Actor. 4. & secundum præceptum Dei, Deut. 15. vers. 4. *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.* Et hæc fuerunt prima cunabula Ecclesiæ Christianæ, & diuitiarum eius.

4 Creuit postea numerus Christianorum & intra viginti aut trigiota summum annos, Euangelium, quod Romæ prædicatū fuit, peruenit in vniuersum orbem, ad Rom. c. 1. ad Colossens. cap. 1. vers. 6. & docet Irenæus in primo, & Iustinus aduersus Tryphonium. Quocirca tunc sunt publicè, vbique gradus ordinum Ecclesiasticorum constituti, ostiarij, acolythi, lectores, exorcistæ, diaconi, presbyteri: ex quibus & per ciuitates præfecti, præsules, seu episcopi, vt proponitur in c. cleros. 21. dist. & tota 23. distinctio. Et quia inter idololatras suis superstitiosis religionib. deditos, fuit disseminatum verbum Dei, quemadmodum tunc falsæ religioni vera opposita fuit, sic eorum sacrificulis & administris impietatis, oppositi sunt Ecclesiasticorum personarum sacri ordines. Et in locis vbi erant flamines illorum, positi Episcopi, vbi Archiflamines, Archiepiscopi, sacerdotibus illorum, obiecti sacerdotes & presbyteri Christiani. c. in illis, 80. distin. quod constituisse diuum Petrum, scribit Clemens Romanus eius discipulus, epist. 1. ad Iacobum. Leo 9. epistol. 3. Burchardus libr. 1. Decretorum cap. 155. vbi verum caput erat vniuersæ idololatrię, Romæ, inquam, ibi positum est caput sanctitatis: & culmen summi sacerdotij cap. B. Petrus & Paulus 2. q. 7. ex D. Ambrosij sermone 66. in natali DD. Petri & Pauli. Rursum in maioribus vrbibus, Apostoli & eorum successores constituerunt Patriarchas & primates, ad quod maiores causæ Episcoporum deuoluerentur. c. vrbes, 80. distinct. In minoribus ciuitatibus constituerunt Episcopos: in modicis pagis presbyteros. cano. Episcopi non in castellis, ead. 80. dist. Tenent Episcopi Apostolorum locum, iuxta prophetiam Dauidis. *Pro patribus nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.* cap. fi. 68. d. c. in nouo 21. distinc. cap. videntes, 12. quæst. 1. Elegerunt & Diaconos Apostoli, ca. Dominus, 93. dist. Et Diaconi quoque additi Episcopis in ministerium eorum, & vt tanquā oculi, dum illi diuina celebrarent, prospicerent ne insidiæ fierent ab Ethnicis, c. diaconis, c. diaconi septem, c. diaconi Ecclesiæ, c. diaconi qui quasi oculi, 93. dist.

5 Notat Damasus in vita S. Eucharistiæ summi Pontificis, & post eum Platina, Eucharistum titulos in vrbe Roma presbyteris diuisisse, & septem diaconos in ordinem redegisse, qui Episcopum custodirent prædicantem. Et isti sunt diaconi Episcopi qui & Archidiaconi distincti ab alijs diaconis presbyterorū, de quibus alibi, Eucharistus ita secundum diuisionem ciuitatis Romanæ per curias factam à Romulo, vt ait Dionys. Halicarnassæus in 2. constituit curiis proprios presbyteros, qui sacramenta cuiusque curiæ sibi commissæ hominibus præberent, anno Domini 112. vnde & curiones dicti, à curia, vel à cura, & presbyteri Parrochiani, quòd præberent sacramenta sibi commissis & vicissim, dicti cōmissi, parochiani, quòd presbytero præbēti sacramenta & alimenta spiritualia, illi vicissim præberent alimenta & necessaria temporalia, decimas & oblationes, ἀπὸ τοῦ παρέχειν, à præbendo, & de hoc instituto Eucharisti, meminit Platina in eo. Isidorus tomo 1. consilio. Cyprianus lib. epistolarum, epistol. 9. Et hîc aliud genus annonæ accessit Ecclesiasticis personis. Quod autem fecit Eucharistus Romæ, idipsum exequi tentauit per vniuersum orbem, Dionysius summus Pontifex, qui adeptus est sedem Pontif. ann. Domini 267. & diuisit parochias seu terminos Ecclesiarum parochialiū, per vniuersum orbē, singulisq; assignauit propria cœmeteria, & intra distinctos terminos excrescentes decimas. c. 1. 13. q. 1. c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis sine consen. capi. Et Dionysius ipse in epist. 2. Seuero Episcopo scripta; hoc se fecisse testatur. Diuisio illa fuit parochiarū tantùm nō Episcopatuum: quia iā limites Episcopatuum & Archiepiscopatuum erant distincti, vt notat gl. ad d. c. 1. 13. q. 1. idque conseruatis limitibus diœcesēon seu administrationum & prouinciatum, qui positi erant à principibus temporalibus antequam ibidem præponerentur Episcopi, ca. in illis verò ciuitatibus, 80. distinct. quare & Episcopatus iurisdictio suam diœcesim adhuc habere dicitur, & Archiepiscopatus, suam prouinciam: Διοίκησις Grǽcis dicitur administratio alicuius loci, vel certæ partis prouinciæ, vel totius. Quemadmodum legitur in libro qui inscribitur, Notitia vtriusque imperij, sub Illyricana regione orientali, fuisse illas maximas prouincias, Maceduniam & Daciam: & sub Macedonia fuisse diœceses, seu alias minores prouincias, Achaiam Proconsularem, Cretam Consularem, & alias pręsidiales. Sub Dacia, Mæsiam, Dardaniam & alias. Et sub Illyrico occidentali, fuisse Paononicas, Valeriam Ripēsem, Noricum & alias diœceses. Meminit de diœcesi Ægypti distinctè ab alijs prouincijs, l. vnica, de Priuatis carcerib. inhiben. lib. 9 C. tit. 5. Ex liberis ciuitatibus vel regionibus, Imperatores vel Romani, qui eas capiebant & bello subigebant, faciebant prouincias: nempe iure victoriæ, à vincendo sic appellantes: sic Vespasian. dicitur prouincias fecisse Achaiam, Lyciam, Rhodum, Bizantium, Samum, liberas antè ciuitates. Et Thraciam, Ciliciam, Tracheam & Comagenem, apud Suetonium & Eutropium lib 4.

6 Fuerunt igitur sacerdotes & prælati, iuxta determinationem parochiarum & diœcesēon & prouinciarum ordinati: verūtamen, non omnes, qui intra prędictos fines erant, Christianum nomen ab initio amplexi sunt, sed paulatim cum tempore ad finem conuersi, non sine sanguine fideliū Christianorum, qui non nisi cum periculo capitis ab initio plerunque apparebant. Nec tunc diuitiæ Ecclesiā onerabāt, principibus aduersantibus religioni. Cum enim metu Tyrannorum nemo sine periculo capitis auderet se profiteri Christianum, nec nisi in certis illisque paucis locis publicè cultus religionis fiebat, nec licebat templa ædificare, aut ædificatis quid relinquere. Romæ vbi imperarunt Pagani, ferè vsque ad imperium Philippi primi, Arabis, qui imperauit ante Decium sub Fabiano Pontifice summo 21. martyre, qui sedit anno Domini 239. vt scribit Orosius lib. 7. c. 13. Platina in Fabiano. Dicunt quidam hunc Philippum Gazas Imperatorias tradidisse Fabiano, ideóque iussum interfici à Decio, is enim Philippum & eius filium occidi curauit. Sicque scribit Ioannes Marius in tractatu schismatum, & Sabellicus & Bergonensis lib. 8. Incipiebat Philippus cultū diuinum Christianus publicè profiteri, verum eo sublato, prohibitiones ne quis Christianam religionem amplecteretur, factæ, ne fidem liberè omnes declararent, néve templa Deo publicè sacrarēt, & dotarent. Decidebant interim vbique terrarum paulatimq idolorum templa, obsistentibus audacter Apostolis, virisque Apostolicis & Christianis, & deficiebat & cedebat falsitas veritati; oportuit autem idolorū templa & superstitionem adimi & conuelli, priùs quàm fides publicè & Dei templa vbique reciperentur, sic enim vt verus Hortulanus Deus cœpit malas herbas euellere, priùs quàm bonum semen agris cordium hominum inseminaret. Et quia vberes sunt malæ herbæ, & difficulter euelluntur: sic pluribus tempestatibus prius agitata fuit Ecclesia fidelium, & diu laborauit, antequam idololatriam à cordibus hominum eruere posset, ideo experta est plures persecutiones ex quo voluit Dei operi insistere, sæpéque dum quiescere putaret commotos fluctus, tūc orti sunt sæuiores inimici: vt non mirum fuerit, potuisse nisi tardè, redditibus abundare. Referam insigniores eius afflictiones seu persecutiones, diuersis & interpolatis temporibus excitatas.

7 Prima fuit mota ab Scribis Herosolymorū, in qua D. Stephanus martyrij coronā propria morte obtinuit, Actorum 6. Euseb. lib. 2. c. 1. Secunda fuit concitata à Nerone, in

qua

qua DD. Petrus & Paulus cum aliis Romæ occubuerunt, & alij alibi, fueruntque Romæ Christiani insimulati incendij & miserè innoxij trucidati, vt scribit Cornelius Tacitus in 15. & Suetonius in Nerone. Tertia mota à Domitiano Cæsare, anno Domini 97. secundum Eusebium lib. 3. c. 12. & Eutropium li. 9. Quarta concitata per Traianum, & aliquádiu per Adrianum continuata, de qua meminit Plinius Nepos, qui eam excusatione Christianorum, aliquantulum temperauit, lib. 10. Epistolarum, & de ea Eusebius scribit lib. 3. ca. 26. Quemadmodũ Adrianus ab Aristide Philosopho Atheniensi, Quadrati Atheniensis Episcopi discipulo & Legato apprime nobili & Sereno Grannio persuasus, Christiano persequi destitit, teste Eusebio Pamph. lib. 3. c. 3. 8. 9. & Hieron. de viris illustr. Æquus & in Christianos postea fuit Antoninus, & in eos persecutiones cohibuit, vt scribit, Xiphil. ex Dione.

8 Verùm quinta persecutio, paulò post sub Marco Ælio Antonino vero Philosopho, & Lælio Commodo Verocius filio, in Asia & in Gallijs. Sexta orta sub Lęlio Septimio Seuero & filio eius Aurelio Bassiano Antonino Caracalla, anno Domini 205. maximè in Africa & Ægypto, vt scribunt Eusebius lib. 6. c. 1. & Paulus Orosius lib. 7. c. 17. Fuit hic Seuerus, qui octo primis annis Imperij non solùm Æquus & beneficus Christianis fuerat, sed etiam vulgo in eos furenti palam restiterat, vt narrat Tertullianus libro quem edidit de hac persecutione ad Scapulam: postea tamen sub graui pœna, Christianos fieri vetuit, vt scribit Spartianus. Circa tempora horum Cæsarum, puto editam leg. 1. de Iudæis. C. lib. 1. ti. 9. quia prohibetur quippiam legare Iudęis vel cotũ collegio Antiochensium, sic enim eo tempore Christianos vocabant Gentiles, Iudæos, vt plerumque.

9 Tẽporibus desinentis huius persecutionis, sub Vrbano I. Romæ Pontif. Max. qui sedem adeptus anno Domini 220. tempore Antonini Heliogabali, cœpit Ecclesia Romana prædia possidere, quorum prouentibus alebat Ecclesię ministros, & eos qui martyrum gesta conscribebant, secũdum Petrum de natalibus. Hic Pontifex eum qui ea alienasset vel violasset excommunicationi subiecit, vt legitur in epistola Vrbani decretali apud Gratianum, & apud Platinam, Sabellicum & Polydor. Virg. li. 6. de Inuen. rer. c. fi. Epistola ponitur in c. 16. videntes, 12. q. 1. vbi & ratio adfertur, cur præter morem Ecclesiæ primitiuæ, Ecclesia prædia & immobilia tunc retinuerit. *Videntes autem, inquit, summi sacerdotes & alij, atque Leuitæ & reliqui fideles, plus vtilitatis posse conferre, si hæreditates & agros, quos vendebant Ecclesijs quibus præsidebant Episcopi, traderent: eo quòd ex sumptibus eorum, tam præsentibus quàm futuris temporibus plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipsorum: cœperunt prædia & agros quos vendere solebant, matricibus Ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. Ipsa verò res in ditione singularum parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt vsque adhuc, & futuru debent esse temporibus: è quibus Episcopi & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, &c.* Meminit de hac epistola decretali Vrbani I. Ansel. lib. 7. c. 1. Burchardus li. 3. c. 3. Iuo parte 3. Decret. cap. 5.

10 Quieuit à fluctibus aliquantulum Ecclesia sub Alexandro Seuero, filio Mammeæ, qui & habuit inter statuas Heroum quas venerabatur in Larario, imagines Christi & Abraham, fauebátque Iudæis, vt refert Lampridius in eo, idq; fuit tempore Pontiani Romani sum. Pontif. qui sedem adeptus anno Domini 224. Scribit tamen Lactantius Vlpianum Alexandri tutorem, collegisse veterum principum aduersus Christianos edicta, idque li. 5. de officio proconsulis, vt rabiem iudicum aduersus eos inflammaret, quod forsan fecerat, quòd affinis esset Iudæis ex Tyro Syriorum regione, vt ipse ait, l. 1. de censib. ff. & faueret eis.

11 Quamobrem paulò post sub Maximino Imperij successore, septima Christianorum orta persecutio, maximè Præsulum & doctorum Ecclesiasticorum: verum quemadmodum ea cum eius crudeli imperio cœperat, sic etiã cum eodẽ finita, vt scribit Eusebius li. 6. c. 19. Oros. li. 7. c. 19. Iulius Capitolinus in eius vita: durauit autẽ per triẽniũ, in quo non solùm persequutus est Christianos, sed vltrà, ficta acta Christi, & Pilati vulgauit, quæ in collegiis docerentur, teste Eusebio. Quieuit itaque persecutio sub Philippo Arabe, qui Gordiano successit fertutque eum fuisse Imperatorem qui primum professus publicè fidem baptizatúsve fuerit cum filio & Seuera coniuge, vt paulò ante diximus.

12 Octaua rursum orta persecutio sub Decio anno 252. in odium Philippotũ quę durauit ad Galienum vsque, vt ait Eusebius li. 6. c. 21. Noua fuit sub Valeriano, Eusebius li. 7. c. 9 & seq. Orosius lib. 7. c. 22. verum captus fuit à Sapore rege Persarum Valerianus, apud quem in continua seruitute cõsenuit & mortuus est, quo claro Dei iudicio perterritus Galienus filius, pacem Ecclesiis trepida satisfactione restituit, vt refert Orosius lib. 7. c. 15. & permisit Christianis recipere quæ prius habuerant, veluti Cœmiteria, vt ait Eusebius lib. 7. c. 13.

13 Decima fuit sub Aureliano Imperatore, qui primus diadema capiti imposuit, vt narrat Vspergẽsis Abbas & Euseb. lib. 7. cap. 25. Vndecima grauissima sub Diocletiano in Oriente, & Maximino in Occidente: quemadmodum refert Eusebius li. 8. c. 1. & sequenti. Orosius li. 7. c. 25. circa annum Domini 302 fuitque nouẽnis, in qua ferè per vniuersum orbem subuersæ sunt Ecclesiæ & cunctæ sacræ scripturæ, quæ inueniri poterant, in plateis publicè combustæ, omnes ordines Christianorum trucidati, ita vt in aliquibus regionibus nullum vestigiũ Christianismi appareret; vt notat Gildas libro de excidio Britanniæ.

14 Duodecima per Maximinum eorum successorem renouata in Oriente, iuxta Eusebium li 8. c. 17. & Orosium li. 7. c. 28. In Gallia tamen & Germania, quas regebat Constãtius pater Constantini Magni, pax data Ecclesiæ, vt scribit Eusebius li. 1. de vita Constantini, Sozomenes lib. 1. c. 6. Post hæc factus fuit Constantinus magnus Imperator, qui Christianus effectus, vt ait idem Eusebius de vita Constantini, & lib. 9. Historiæ c. 9 & Sozomenes li. 1. ca. 3. sub Syluestro Romano Pont. qui adeptus est sedem Romanam anno Domini 315. Hic claudi Idolorum templa iussit, vt liquet ex L. 1. de Paganis. li. 1. C. tit. 11. Quam legem falsò quidam codices adscribunt Constantio eius filio, cùm tamen referat ad Cõstantinum Nicephor. li. 8. c. 18. & 25. & in C. Theodosiano. l. 16. tit. 10. l. 4 nisi dicamus & Constantium cum patre imperasse, quod verum est, & ita de vtroque lex erit intelligẽda. Misit & Constantinus ad omnes gentes Imperij vt repudiatis idolis Christianam religionem amplecterentur: vt narrat Theodoretus li. 1. c. 16. ipse templa vbique terrarum Deo ædificari iussit, teste Niceph. li. 7. ca. 49. Et ex publicis tributis per singulas ciuitates vectigal certum deduxit, ac cuiusq. locis & Ecclesiis & clericis deputauit: eámque munificentiam firmam & perpetuam haberi voluit, Sozo. li. 1. c. 8. aliáque pleraque in fauorem Ecclesiæ statuit: inter cætera permisit Ecclesiis relinquere testamento vel donatione, & Ecclesias liberè ædificare, can. futuram, 15. & seq. videntes. 12. q. 1. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Quod antea nõ docet diuus Ambros. aduersus Symmachum. Permiserunt idipsum Martianus & Valentin. Cæsares. l. generaliter, 17. de Sacrosanct. Eccle. C. Extat & constitutio Martiani in Nouella eius in Breuiario Alarici, vetuit tamen posteà Archadius Cæsar Ecclesiasticis quippiam donari, etiam testamẽto, l. 20. & 27. de Sacrosanct. Eccles. in C. Theodosiano. Christianus tamẽ erat, forsan hoc statuit propter abusum clericorum, qui bona Ecclesiæ relicta, in proprias voluptates transferrent, vel secundum voluntatem & intentionem qua relicta bona erant, nõ dispensarent, vel quòd nimium bonis temporalibus intenti, diuinum cultum segniùs exequerentur. Fuit enim & illa causa postrema, ob quam Vestales etiam inter Ethnicos, successionis & possessionis relictorum fuerunt

incapaces, vt liquet ex Gellio lib. 1. c. 12. & D. Ambrosio aduersus Symmachum. Cæterùm quemadmodum Symmachos conquestus est de hac lege contra Vestales edita, li. 10. epistola 54. CC. Valent. Theodor. & Archadio scripta: sic de lege Archadij conqueritur D. Hieronymus ad Nepotianum 7. part. 3. *Pudet*, inquit, *dicere: Sacerdotes idolorum, aurigæ, mimi, scorta, hæreditates capiunt, solis clericis & monachis id lege prohibetur? & prohibetur, non à persecutoribus, sed à principibus Christianis.* Cæterùm notabimus leges Archadij prædictas, non fuisse in Codicem Iustinianeum transcriptas, & ideo reiectas, admissa lege Constantini magni, quamquam in Gallia & alibi alicubi, ius non sit Ecclesiis nouas possessiones immobilia, sensus & feudales reditus, sine regio diplomate retinere, & nisi impetrato iure morticinij vel à rege vel ab aliis à quibus licet.

13 Fuit decimatertia persecutio Ecclesiæ sub Sapore secundo Rege Persarum in Persia, suasu Magorum & Iudæorum, vt scribit Sozome. lib. 2. ca. 8. Amian. Marcellinus li. 25. & sub Isdegerde & Gorrano filio eius, quæ durauit per triginta annos. Eodémque ferè tempore mota alia decimaquarta persecutio per Iulianum Apostatam, vt scribit Rufinus in 1. c 32. & 36. Amian. lib. 20. & Eutropius lib. 10. quam tamen sustulit eius successor Iouinianus: postea, non Ethnicorum, sed hæreticorum sæpe ortæ in Ecclesia impugnationes, & perturbationes, de quibus nunc dicere supersedebo.

---

## De Rationibus, quibus bona & reditus in Ecclesia retinentur.

### Capvt v.

1 *Libertas ædificandi Ecclesias, quomodo & quare restricta.*
2 *Offerentium Deo bonæ voluntates non sunt respuendæ.*
3 *Ratio cur bona etiam feudalia accesserint Ecclesiis.*
4 *Alia ratio.*
5 *Item quòd libera detur dominis disponendi de rebus suis facultas, tam in vita quàm in morte: & contractus sint irreuocabiles.*
6 *Quatuor aliæ rationes fructuum colligendorum in Ecclesia, ex quatuor causis ob quas diuidebantur fructus Ecclesiæ, de quibus & in sequentibus 7. 8. 9 & 10.*

1 IAM antea in 2. libro Syntagmatis iuris. cap. 28. tradidimus aliquas rationes cur vltra primitias & decimas, bona temporalia in Ecclesia retinerentur: vt nihil forsan addendum tunc videretur, cùm illa sufficere arbitramur, verum quia subit memoriam aliarum rationum probatio, prosequendo origioem beneficiorum, non putaui ab instituto alienum breuiter eam proponere. Cùm igitur primum Ecclesias ædificare & eis relinquere & donare licuit: ne libertas in detrimentum religionis conuerteretur, eadem libertas ędificandi, & modus relinquendi vel donandi, diffinitus est iure Pontificio & Imperatorum & Principum: nec Ecclesia sine cultu diuino deserta construeretur, distincta clericis ob nullum viuendi beneficium, & ne victus relicti prætextu, iam cœptum opus imperfectum relinqueretur. c. nemo, de consecr. di. 1. cap. ad audientiam, de Eccles. ædificat. c. 1. de censib. §. si quis ædificationem, de Ecclesi. tit. Nouella 131.

2 Bona voluntas primo loco offerentium prædia Ecclesiæ contemnenda non fuit, dum sponte Deo de suis offert in testimoniũ sui obsequij, non quòd Deus bonis nostris temporalibus egeat, ipse enim nobis dedit, sed quia Deus acceptabile habet donum in recognitionem superioris Domini oblatum, vt de decimis dicitur in c. tua nobis, 26. de Decim. & gratum Deo iure approbatum, dum se quis & sua Deo sanctificat, l. generali lege, 13. & Authen. ingressi, de Sacrosanct. Ec. C. Nouella 5. c. 5. munera Abelis acceptauit Deus, Gen. 4. & viduæ minuta duo, Marci c. 12.

3 Maluerunt plures se suaque potiùs Ecclesiæ subijcere, vt nutrici vel matri, quàm ditioni & Imperio principum. Et idcirco successu temporum, tot ducatus, comitatus, principatúsque quod nunc sunt & fuerunt, accesserunt Ecclesiis. Eo pacto Saxones superari à Carolo magno iniquis animis tulerunt imperium, nec prius quieuerunt, quàm abacto iugo secularis Imperij, Episcopis permitterentur vt diuina religione solum constringi viderentur, quamuis & gladius temporalis illis non deesset, & tributa quædam illis præstarent. Sufficiebat enim Saxonibus, ad speciem exhibita libertas, quòd regum & exactorum tributorum manus non paterentur, sicut scribit Cantius li. 2. Vandaliæ c. 22. Eadem ratione, vt idem scribit eodem lib. 2. c. 31. quiete regi cœpit à suis prælatis, & populus impleri Alderburgum ciuitas, postquam conuersa ad fidem, concessa fuit ditioni Pontificis Marconis primum, per Othonem magnum cum omni Obotritorum prouincia, vsque ad fluuium Panin, & ciuitatem Demyn. Addidit autem Otho rationem dum hæc faceret: nempe se hoc agere vt Episcopi temporalium rerum affluentiam haberent, vnde populi possent sibi cõciliare fauorem, & honorabiles essent regulis. Legimus etiam Iosue c. 20 & Num. 35. ex iussu Dei datas vrbes Sacerdotib. & Leuitis ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta eorum, de possessionibus filiorum aliorum Israël.

4 Fuerunt & oblationes istæ bonorum & principatuum Ecclesiis à principibus, regibus & Imperatoribus factæ, & redemtionem peccatorum, cùm ea bona relinquantur Ecclesiæ, vt distribuantur in alimoniam pauperum fructus, vt non immerito qui ea retinent tanquam sacrilegi ab Ecclesia eiiciendi sint, in c. qui oblationes defunctorum, & 2. sequentibus. 13. q. 2. clerici ex bonis Ecclesiæ alliti, peccata populi dicuntur comedere. ca. pastor Ecclesiæ, 1. q. 2. Oseæ 4.

5 Dehinc si istum & secundum naturam visum est voluntatem Domini rem suam alium trãsferre volentis, ratam haberi, §. per traditionem, de rerum diuisione, apud Iustin. l. in re mandata, C. Manda. cum similib. idipsúmque iustum visum sit in libertate concessa disponendi morituris, l. verbis legis, de verb. sign. ff. l. 1. ad leg. Falcid. ff. § disponat, de Nuptiis, in Auht. §. fin. de Leg. Fusia Caninia tollenda. si contractus irreuocabiles sint. l. sicut, de actionibus, l. in commodum, §. sicut, Commodati, si donationes firmæ sint, l. velles nécne, de Reuoc. donat. C. si liceat collegiis licitis vicis, ciuitatibus, municipibus, donare & legare, l. seculare, §. item si municipes, l. omnibus, 26. ad Senat. Trebel. in ff. l. 3. C. eod. l. ciuitatibus, l. si hæres, §. vicis, de legat. 1. l. hæreditatis, 12. de hæred. insti. C. l. collegium, eod. tit. C. Quid prohibet quominus possit relinqui, donari, Ecclesiis & earum præpositis? Certè ad inuidiam dignitas Ecclesiæ, vt neque vlla alia, est trahẽda. l. ad inuidiam, C. de his quæ vi metúsve causa fiunt, ne deteriores conditiones sint meliores inferioribus, vt ait, l. seruus, 4. Quod vi aut clam, ff. l. non solum, 13. de Noxalib. act. cap. cum qui, de Præb. in Sex. Nec personis Ecclesiasticis officium debet esse damnosum, arg. c. cùm nõ deceat, de elect. l. sed si vnus ex signatoribus: Quibus mod. testem. aperian. ff. Nec religionis ratio obesse debet quæ solet aloquin titubantia & dubitata firmare, & omissa stricta iuris ratione, maxima & potissima ratio habetur, quæ pro religione facit, vt respondit Papinian. in l. sunt personæ, 43. de Religios. & sumpt. fun. ff. Quare & omni remedio Pontificali & principali compelluntur hæredes, relicta à defunctis ad pias causas, præstare, & implere circa ea statuta, l. hæreditas, §. 1 de petitio. hæredit. l. nulli, C. de Episcop. & cler. Auth. hoc amplius, C. de fideic. §. si verò, de hæredib. & Falcid. Nouel 1. c. si hæres, cap. tua nobis, de Test. l. 3. tit. 26. Cõsensus gentium omnium est, diuinæ maiestati dicata non posse tunc grauissimo crimine sacrilegij templis adimi: sacrilegiumque grauius esse furto, haberéque capitale supplicium. l. aut facta, 16. §. locus, de pœnit. ff. de quo nos multa li. 33. Sintag. iur. c. 16.

6 Quatuor insuper rationes possunt colligi redituum

Ecclesia,

Ecclesiæ,ex quatuor partibus in quas statutum erat diuidi fructus. Prior erat pars destinata alimentis præpositi Ecclesiæ,seu Episcopi:secunda,quæ danda erat aliis clericis officio diuino vel ministerio ibi laborantibus: tertia, ad nutriendos pauperes:quarta ad fabricam Ecclesiæ, & ad eam sertam rectamque habendam.cap.quatuor,cap.Vulteranæ,c.de reditibus,12.q.2.Neque quisquam dubitat has iustissimas esse causas. Quod pertinet enim ad ministros,dignũ est eos ali ex lahore Ecclesiæ præstito,c.extirpandæ, c.cum secundùm Apostolum,de Præbend.D.Matth c.10.D.Marci 6.D.Lucæ 9.cap.cùm sit Romanæ, 9.de Simonia.& scriptum est,*Non alligabis os bovi trituranti.* Deut. 25. ad Galat.6. *Neque iniquum est, si qui spiritualia nobis seminant, metant temporalia*, 1.ad Cor. 9. quia alioquin merces labo is non est neganda mercenario.Leuit. 19.Deuter 24. Tob.4.S [illegible] rium laborum ex pactione peti potest,& si conuenit [illegible] stitutum nō est,extraordinario iudicio peti honeste p[illegible] l.1.de variis& extraord.cognitio.l.vn.c.C. de Salar.R[illegible] neratio naturalis est, & ad remunerationem labo[illegible] naturalis etiam obligatio, l.sed & si lege, §.consuluit, de petit hæred.ff. l.Atrilius,de Don.ff.Et quamquam procurator de litis parte cum cliente pacisci non possit,tamē nihil prohibet salarium ratione laboris à procuratore peti.l.si remunerandi,6.in princ.&§.Mimus,& § Salarium,7.Manda.ff. vide quæ dixi lib.27.Syntagma c.2.

7 Cler ci olim omnibus suis propriis renunciabant vel Ecclesiæ consecrabant: vnde æquum erat de parte quæ Deo datur nutriri,ratione eius nostri & clerici dicendi, 3 cap.cùm secundum Apostolum. [illegible] & clerosi [illegible] & quemadmodū & apud Græcos [illegible] dicebantur κλῆροι,quos Athenienses in vrbes à se captas deserias,aut [illegible] populosas, mittebant,certam portionem possessionis singulis assignātes,vt scribit Suidas in verbo κληρῦχοι. Reparationes etiam Ecclesiarum necessariæ sunt,ne [illegible] cultus diuinus tollatur & proinde cùm satis frigid[illegible] maximè seculis,& essent tempore persecutionem ad reædificandas & instaurandas Ecclesias,fructus isti Ecclesiarum subducto cultu diuino,tectius non poterunt reseruari,quàm ad hunc effectum,iuxta prædictos canones,& ca.decernimus, 10 q. 2.ca.vni.10.q.3.c 1.& de Eccl.ædificat.Reseruaruntetiam fructus reliquos in sanorem pauperum,nemo fane mentis potest reprehēdere,non minus quàm cùm Apostolorum tempore Christiani vendebant quæ habebant & ferebant pretia ad pedes illorum,vt distribuerentur secundum qualitatem & necessitatem cuiusque.Bona Ecclesiæ fuerunt, vt secundum prouidentiam prælatorum distribuerentur pauperibus,inter quos erant qui nihil haberes se Dei obsequio & seruitio mancipabant,& alij inopes bona sponsæ Christi Ecclesiæ in quā relinquunt,vt dispensatores eius, mēbris Christi distribuant,non vt sibi conseruent, c.aurom,c. gloria Episcopi,12.quæst.2.D.Ambro.lib.2. Officio. cap.28. *Bona Ecclesiæ sunt patrimonium Christi*,ca.cùm ex eo,de Elect. in Sext.& dominium eorum,penes Deum.Communis eorum vsus pauperum & præpositorum cùm & illi propria nō habent.ca.expedit.12.quæst.1.idipsum in cap.fin. quoniam quicquid,16.q.1.vbi distinguitur, vt ita demum participare debeat in bonis Ecclesiasticis præpositi,si aliunde nihil habeant,non aliter:additúrque sententia valde Ecclesiasticis meruenda,ex D.Hieronymo ad Damasum Papam, *Qui bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est* (de bonis Ecclesiæ agit) *accipiunt profectò sacrilegium incurrunt & committunt:& per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt.* Quod iisdem verbis iterum relatum in c. clericos,cum 3.canonibus sequentibus,1.quæst.2. & glo. in explicatione dicti cap.clericos, valde laborat & nihilominùs tandem concludit,deberi quidē clericis qui deseruiont Ecclesiæ portionem ex bonis Ecclesiasticis, si abundantes suscipiunt curam: quanquam nemo tenetur militare suis stipendiis:veruntamen peccare mortaliter, si abundantes accipiant,& ex cupiditate sua teserueant,ouū & sine Ecclesiæ &

pauperibus communicent. Citatur in eadem gloss.alij cōuenientes textus iuris Pontificij. Addamus Prosperum lib. 2.de vita contemplatiua,ca.9.& 10. cuius verba referuntur in c.7.pastor Ecclesiæ,1.q.2.addemus & Concilium Aquisgranense,ca.107.in quibus traditur,quod pastor Ecclesiæ, his quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare, quā illo nihil aliud sit habentibus dare quàm perdere. Et quod nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suu vnde pauper victurus erat, accipiūt,&c. D. Paulus gloriam suam,eamque maximā ducebat sibi esse, quamuis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debeant,quòd Euangelium gratis prædicasset,& manibus suis operando necessaria sibi suppeditasset,& 1.ad Corinth.c.9. *Ego autem*, inquit, *nullis horum usus sum quibus evangelizant bonu vsus sum,expedit enim mihi mori magis, quàm vt quis gloriam meam euacuet*. Euacuandam autem intelligebat, si ab his quibus prædicabat voluisset accipere vitæ temporalis expensas,sperans in futuro seculo maius præmium se accepturum,sicut explicatur in ca.9.sacerdos,1.q.2.Audi & D.Paulū dicentem Act.cap.20. *Argentum nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam ad omnia quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrarunt manus istæ*.D. Augustinus quoque in epistola 50.ad Bonifacium,relatus in c.3.quod autem uobis,23.q.7.bona Ecclesiæ dicit esse pauperum , & præpositorum si pauperes sint,& vt compauperum: verba eius, *Quæ autem bona, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum. Si autem priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procurationem quodammodo gerimus,non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus* Et rursum in cap.conuenior,23.q.8.bona clericorum dicuntur esse pauperum,quæ nec in potestate sunt Imperatorū,nempe quòd in tempore necessitatis sint egenis cōmunicanda.c.sicut hi, 47.d.l.sancimus,quòd de Sacrosf.Eccl. Videat & Ecclesiastici,quid de bonis Ec. lesiæ ab illis possessis sentiat D Chrysostomus in c.26.D.Matth.ho.86.Legimus apud Socratē li.7ō histor.Eccl.c.25.& Sozomenem li.8 c.12. Chrysantum Episcopum nihil præter duos panes pro victu , singulis diebus ex bonis Ecclesiæ accepisse.

8 Nec inutilis erit consideratio intentionis eorum qui largiti sunt bona Ecclesiis , ratione cuius & iuxta eorum voluntatem,si quod iustum est seruetur , expendi debent, nec possunt in alios vsus conuerti,l.1.& 4 de administ. rer. ad ciuit.pertinen.lib.50.ff.tit.8.nisi forsan ex causa in magis pios,arg.li.legatum ciuitati, 10. de vsu & vsufruct.leg.li.33. ff.tit.2.cum similib.ibi.nota. Non ignoro tamen hic quod dicunt ex cōsuetudine hodie ferè vbique receptum, vt perfecti vel beneficiarii possint de fructibus beneficiorum præceptis disponere & testari:quam certè consuetudinem non ausim dicere corruptelam,neque disputabo quid fiat , sed tracto quæ fieri sacrosancti canones iubent. Liceat mihi tamen per venerabiles & sanctos & bonos præpositos tantum referre, de hac consuetudine quod D. Augustinus dixit in tractatu 50.in Ioann.cap.12.qui refertur in c.12. exemplum Domini accipe.12.q.1.*Exemplum*, inquit, *Domini accipe conuersantis in terra: quare habebat loculos cui angeli me ministrauerint? nisi quia Ecclesia sua loculos habitura erat. Quare fures admisit, nisi vt Ecclesia patienter fures tolleret?* Neque his esset contemnendus principis secularis authoritas,vt in Gallia regis qui habet Imperium à Deo,& vt Christianus debet bona Ecclesiæ conseruare: per quā solicitè caueretur ne bona & reditus Ecclesiæ in abusum venirent. Vt olim res Iudæ Ioās cōsilio sacerdotis Ioiadæ,prohibuit sacerdotibus accipere pecuniam in templum Dei per sanctos & transeuntes consecratam & oblatam à populo , donec refectum fuisset templum:neque ex Gasophilacio pecunia ad illa opera accipiebatur,quin adesset scriba Regis,& Pontifex in numeratione pecuniæ.4.Reg.12 & 2.Paral.24 Cōstituere debet princeps Ecclesiæ præpositos in suis priuilegiis & libertatibus, verùm vltra in malis,potiùs debet in bonis Ecclesiæ prouidere:recipit | cæterum curam habet, & Ecclesiæ est in repu-

blica, non respublica solam Ecclesia, vt ait Opta. Mileuit. lib. 3. ad Parmenia. Sic & aliquando Concilium generale Chalcedon. ca. 26. & Carthaginense quartum dum videret Episcopos abuti dispensatione bonorum sibi cōmissorum, statuerunt Episcopatibus œconomos pro bonis temporalibus regendis, adempta administratione Episcopis: quod & firmatum Concilio 7. generali sub Iustiniano 2. probatur, & c. cùm simus, 9. q. 3. c. diaconū, ca. volumus, quia quibusdā, 89. distinct. Nouella instit. 6. 7. & 123. Cæterùm illa prohibitio disponendi de fructibus Ecclesiæ, déque illis non appropriandis intelligitur de clericis beneficiis habentibus administrationem: non de percipientibus fructus ex Ecclesia ratione mercedis, secundum glossam ad c. fin. ad verbum *reseruari*, de offic. ordinarij, in Sex. aut ratione laboris, aut magisterij, vt notat copiosè glos. fin. ad c. 12. de quibusdam. 37. distinct. Non dubitatur etiam, pauperem clericum, qui sine propriis est, & habet patrem, aut matrem, aut proximos pauperes, posse illis elargiri quippiam ex bonis Ecclesiæ ratione eleemosynæ. Si enim tenetur pauperibus etiam extraneis ex illis concedere, multò magis & proximis. c. 1. de cohabit. cler. & mulie. c. omnino constitemur & ibi plura Glos. congerit, 31. distinct. Dicūt tamen iura, id permitti eleemosynæ causa, non autem ob pompam & fastum proximorū, quia tunc & dantes & accipientes ad restitutionem tenerentur, ca. peruenit, 16 q. 7. c. peruenit, 1. qu. 3. vbi & Gregorius 7. Episcopos qui non sacerdotibus suæ diœceseos decimas & oblationes dabant, sed militibus laicis seruitoribus (sic loquitur) & quod grauius dicit, consanguineis, ponit inter maximos hæreticos & Antichristos & Simoniacos: vbi tamen glossa tergiuersatur, illud putans, de iure decimandi dictum, sed non de fructibus decimarum, cùm tamē textus de vtrisque agat. Atque Lambertus Scafnebergensis narrat, Episcopum quendam Bambergensem, contra excommunicationem & priuationem Gregorij 7. fauore militum, quibus multa largiebatur, Ecclesiam illam retinuisse per aliquod tempus: & in ipsius Gregorij regesto li. 5. simile quiddam reprehenditur in Hermanno Episcopo Metensi.

8 Dictum & in c. ad hæc, de testam. per viam eleemosynæ de fructibus beneficii posse beneficiatum disponere, non aliter. Addere licet quid de hac re senserit Clemens 4. qui factus sum. Pontifex scripsit nepoti de dotanda & maritanda sorore, & monuit, ne propter suam dignitatem eam vellet altiori tradere, & se tantùm ei opem laturum, si filio militis simplicis desponsasset, in trecentis libris Turonensibus non amplius. Refert eius epistolam Petrus Mischelus Hispanus, notarius Barchinonensis, scriptor Hispanicæ historiæ, in ea historia, pagina 69. & Onuphrius in annotationibus ad vitam Clemētis 4. apud Platinam. Putarem & ego, si quidem meum peteretur iudicium, nunquam fuisse eā intentionem Ecclesiæ permittentis bona clericis, neque largientium eadem eidem, vt prælati vel præpositi seu beneficiati fructus sibi proprios facerent, vel in suos vsus profanos, aut proximorum transferrent. Alioquin enim, & Ecclesia delinquendi occasionem dedisset, quod absit dicere: & qui bona largiti sunt Ecclesiis, si cogitassent quidem vel præsumpsissent leuiter, futurum vt prælati Ecclesiarum voluissent ex illis proximos ditare, nunquam donassent, & elegissent potius suis & proximis relinquere, quàm ita ad extraneos transferre vel videre talem vsum vel abusum contrarium intentioni. Quamobrem sublato abusu, non video, si tam sanctè institutum Ecclesiæ seruetur, de vtendis & distribuendis bonis Ecclesiasticis, prout diximus habuisse iustas causas, quomodo possit conuelli, prætextu eorum quæ in Ecclesia primitiua seruata sunt, vt bona oblata distribuerentur pauperibus & indigentibus. Nam & hoc etiam nunc fieri debere iura statuunt. Quemadmodum contrà, non video quomodo bona possunt defendi ab Ecclesia, si prælati, qui custodiæ & distributioni faciendæ iuxta sacros canones præpositi sunt, perniciosè illis abutantur in contumeliam Dei & largitorum.

Subinde non potest improbari quòd immobilia Deo cōsecrentur: nam & Deus hoc permisit, & vetuit proximis largitorum, redimere, Leuit. 27. & ca. nulli liceat, 12. quæst. 2. At nullam video me habere defendendi prælatos rationem, dum ea bona extra vsus destinatos, iuxta propriam effusionem, in profana conuertunt. Sed relinquamus hanc grauem nimium restitutionis lapsus causam, quæ curæ debet esse Pontifici maximo & Conciliis, imò verò quæ possit cuique Ecclesiasticæ personæ committenda, ne inimicis & hostibus fidei ipsi sint scandalo, obnoxii Dei ineuitabili iudicio, quod durissimè animaduertet in eos qui suæ perditionis fuerunt authores, & aliis scandalo. Et sperādum melius in futurum, siquidem verum sit quod legi in quodam libro inscripto, onus Ecclesiæ, c. 16. de sexto statu Ecclesiæ, §. 9. Refert enim Thelesphorum scripsisse, Ecclesiam in sexto statu reformandam, & propter excessus pœcorum puniendam; deinde rediturum ad paupertatis integritatem, &c. quæ sequuntur, quæ non transcribam, ne officio alieno à Iurisconsulti munere fungi videar. Propero ad finitionem beneficii.

---

## De Distinctione nominis beneficij, & finitione.

### CAPVT VI.

1. *De beneficij nomine in genere.*
2. *Beneficiorum in genere distinctio.*
3. *Beneficij Ecclesiastici Synonima.*
4. *Beneficij nomen quando omnia genera beneficiorum & quando tantum certa contineat.*
5. *Beneficij Ecclesiastici finitio.*
6. *Munus quid significet.*
7. *Beneficiarum onera realia.*
8. *De beneficiorum annatis.*
9. *De decima Pontificali.*
10. *Patronus ab Ecclesia nutriendus.*
11. *De horis canonicis dicendis à beneficiatis.*
12. *De pœnis non dicentium, & num teneantur ad restitutionem fructuum perceptorum.*
13. *Scholasticus vel clericus, num teneatur horas canonicas dicere.*

1 BENEFICII nomen, generalem habet appellationem, per quam, bonum omne vel priuilegium, vel aliud alicui datum, ex quo iuuari possit, vel melior fieri, cōtinetur. l. in commodato, §. sicut, Commodat. ff. Bonorum appellatio, aut naturalis, aut ciuilis est. Naturaliter bona dicūtur, quòd beent, hoc est beatos faciāt: beare est prodesse, l. bonorum appellatio, 48. de verb. sig. Beneficium dici non potest, quod nulla vtilitate sentitur, vt ait Cassiod. li. 11. c. 28. beatum dicit Isidorus, li. 10. Etymol. quasi bene auictum: sic Seneca 3. *Insolens est beata vxor*, Plautus in Penulo etiam videtur beatam vxorem referre ad bona quę vxor habet, bonā, ad probos mores. Dum ait, *Bonā ego quam beatā esse primò dici malo*. Sic apud Eustachiū ad Odyssea ζ. 6. ὄλβος apud Gręcos opes sunt. Et ὄλβιος diues & beatus, id est, vt loquamur cum superiori acceptione nominis, qui auctus est vtilitate [illegible]tiarū. Sic enim & Socrates in œconomico Xenophontis [illegible]xit τὰ χρήματα possessiones & diuitias, παρὰ τὸ χρῆσθαι, ab vtēdo, ex quibus vsus aliquis vel vtilitas percipitur: vt contrà, bona propriè dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent, vt notat Iabolenus, in l. propriè bona, 8 de verbo signific. Quare & bona dicta, deducto omni ære alieno. l. subsignatum, 39 §. bona cōtir. de verbor. signific. l. mulier bona, 2. de Iure dot. Ita in summa beneficii nomen ad omnem largitionem, vtilitatis alicuius concessionem, referri poterit, vt & in c. cùm liberum, de Sepult. dum religiosi, qui mortui corpus, quod effoderant in aliena Ecclesia, tenentur restituere, & omnia beneficia quæ inde consecuti fuerint.

2 Verùm quia non de omni beneficio instituta est tra-

ctatio

ctatio nobis, distinctione beneficiorum prius vtemur: dicemúsque beneficium aut esse seculare, seu temporale, aut Ecclesiasticum seu spiritale, vt in c. fœlicis. §. si qua verò feuda, de Pœn. in Sex. ibi, *si qua verò feuda, locationes, officium, beneficium vel spiritale vel temporale, &c.* & in Clem. 1. vers. à feudis, eod. tit. Ex his quædam sunt purè secularia, à secularibus seu laicis personis, secularibus, & de re seculari, concessa: id est, cùm dans, & accipiens res seculares seu temporales sunt. Quædam purè ecclesiastica, de rebus ecclesiasticis, viris ecclesiasticis, per ecclesiasticos concessa. Quædam ex his mixta, quæ possunt diuersi generis esse. Siquidem à secularib. seu à laicis res propbanæ donari possunt Ecclesiis vel ecclesiasticis personis, in causam piam vel ecclesiasticam. Quædam contrà, ex rebus vel prouentibus ecclesiæ, donari possunt personis laicis: vt feuda, præbendæ seu mercedes laborantium: purè beneficia secularia dici possunt, auxilia vel remedia, quæ dantur à principibus: vt beneficium Hadriani, seu epistolę eius, concessum fideiussoribus in §. si plures, de fideius. l. fi. de constit. pecun. C. Beneficium restitutionis in integrum, l. 7. de in integr. resti. ff. feudum seculare, tit. de duobus fratrib. à capitaneo inuesti. lib. 2. feudo. tit. 18. tit. De beneficio fratris, lib. 1. Feud. tit. 20. Participat cum secularibus, feudum quod datur laico ab Ecclesia, vt c. quæ in Ecclesiarum, 7. de constit. feudum & dictum Ecclesiasticum, cap. 1. & 2. de feud. lib. 3. tit. 20. Prouentus etiam vnius præbendæ, qui dantur magistro gratis docente Grammaticam c. pen. de Magistris. lib. 5. tit. 5.

3 Beneficiũ magis propriè Ecclesiasticum illud est, de quo nobis propoonitur tractatio, quod synonima hæc habet: vt in primis dicatur beneficium, cap. 1. de reg. iur. in sex. c. cùm in cunctis, de elect. dehinc sanctuarium Dei, c. cõsuluit, de iure patron. item Ecclesia, d. c. consuluit, & c. fi. Ne præla. vices suas, & sacerdotium à sacris tractatis, c. pen. Ne præla. vices suas, quo & nomine dictum apud Ethnicos, & apud Liuium lib. 9. *Gens potitia, cuius ad aram Herculis familiare erat sacerdotium, &c.* Inde apud Modestinum in l. 1. ad leg. Iul. de ambit. ff. *Vt magistratum, sic sacerdotium petere vltra præscriptã formam, habet centum aureorum mulctam cum infamia*, & in l. vitricus, 60. cum 2. sequentibus, de donat. inter virum & vxorem, in ff. sacerdotium superueniens dabat occasionem soluendi matrimonij bona gratia, quia vix vtrique vocare commodè quis possit. idem Nouella 26. cap. fin. agitur & sacerdotio, in l. non distinguemus, §. sacerdotio, de recept. arbitr. Erat & Ethnicis sacerdotium cum munere & cura exhibendi ludos populo in honorem suorum idolorum, quæ deos dicebant: quare pro diuersa populorum appellatione, & ludorum, diuersam quoque appellationem sortita sunt beneficia, quemadmodum in l. 1. de Naturalibus, li. 5. C. tit. 27. Constantinus meminit nõ licere senatoribus, præfectis, vel duumuiris, vel his quos sacerdotij Phæniciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta condecorant: donare aliquid filiis susceptis ex ancilla, &c. De sacerdotiis etiam Alitarchia, & Syriarchia meminit l. vnic. de offic. comitis Orientis. lib. 1. C. tit. 36. de Asiæ sacerdotio, & l. in honoribus, 8. de muneribus patrimonio. l. 10. C. Meminit & l. fin. de expens. ludorum in C. Theodosiano, de ludis Alitarchis, Syriarchis, Agonothetis, & Asiarchis. Et iterum de ludis sacerdotalibus Africanorum & aliorum, & editione illorum, mentio fit in l. 1. de spectacul. eodem. Cod. Theod. & in l. 145. de decurion. & l. 176. eod. tit. & l. fin. de Tyronibus, in eodem Cod Theod. Et apud Optatum Mileuitanum lib. 3. & Victorem de persecutione Vandal. D. August. in fine epistolæ 5. Sacerdotium etiam in iure Pontificio, pro ordine & dignitate eius qui accepit sacrificandi potestatem, pro presbyteratu, ca. translata, de constitutio. c. nemo, c. cum ex eo, de electiun. in sext facit cap. cleros 21. dist. Inde dicimus, quædam beneficia sacerdotalia, quæ presbyterum exigunt seu sacerdotem, quædam non sacerdotalia, vt dicemus De fauente suo loco, & interim doceri potest ex ca. cui nõ de sacerdotali, de Præb. in 6. Dicitur & aliquando episcopi at sacerdotium, l. si quenquam, de Episc. & cler C.

4 Rursum beneficij appellatio in iure, generaliter ad plures species beneficiorum refertur: aliquando ad certas contrahitur. Generaliter continet omnia in cap. 1. de regul. iur. in Sex. continet ita præbenda, quæ in victu & vestitu consistunt. cap. olim, de verb. signific. canonicatus, in cap. 9. ex multis, 1. quæst. 3. & alia, vt notat glo. ad c. vnic. de rerum permuta. in Sex. gloss. in c. execrabilis, in verbum, *beneficium*, de Præb. in Extraua. Ioan. 22. c. postulasti, de resc. Strictè cõtra aliquando beneficium intelligitur, quando profertur ab homine, maximè in impetrationibus, vt tradit Cardina. in Clem. si Romanus, de præben. Nec etiam appellatio extenditur ad alia quàm ad nominata in impetrationibus, vt in c. cum in illis, 16. de præb. in Sex. in materia odiosa restringibili appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, nisi expressè dicatur, vt Clem. 1. de sequestra. possessio. & fructuum. Clem. 1 de causa possess. Idipsum de curam habentibus dicito, ne veniant appellatione simplici beneficij, c. fi. de præb. eóque & curam habentia & dignitates transeant in aliud nomen elegans & proprium, alia autem beneficia innominata remaneant in puris terminis, vt de conuentionibus dicitur in l. iuris gentium, §. 1. de Pact. Si tamen à lege nomen beneficii profertur, generale ad omnia intelligitur, nisi exceptio vel ratio singularis beneficia distinguat, secundum Felinum ad c. postulasti, 16. colum. de rescrip.

5 Ecclesiastici beneficii, prout nũc tractamus, definitio, à nobis tradita & explicata lib. 17. Syntagm. iur. c. 2. erit: vt sit *distincta & spirituali muneri coniuncta iurium Ecclesiasticorum portio, certis ædibus sacris in hoc assignata, vt perpetuò per clericos ad vitam vtenda, clerico legitimè assignetur.* Duo in beneficio sunt temporalia bona, & munus spirituale: quemadmodum in homine, anima & corpus, si quis obiecerit, 1. q. 3. illáque bona temporalia, non quidem communiter à pluribus percepta, sed dum viritim sunt distincta, faciunt beneficium, in cap. ex parte, de cõcessio. præben. Munus spirituale, in beneficiis est officium, quod impendi debet Ecclesiis ab his qui titulum, vel reditus beneficii capiunt, quod propter qualitates diuersas beneficiorum diuersum est, prout impositum est, vt si præbenda detur cum onere dicendi singulis diebus Missam, in c. significatum, de præb. si oporteat Sacramenta administrare, prædicare verbum Dei, vt in curam habentibus animarum, vel cum alio onere.

6 Munus in iure, tria significat, l. tribus modis, 18. de ver. signific. ff. primum donum cũ causa. l. inter donum, 194. de verb. signif. & promiscuè pro dono hodiè. Mar. in l. munus, 214. de verb. signifi. vide Laurentium Vallam lib. 6. Elegãtiæ c. 39. Alciat. 3. dispunctio. c. 13. quamuis lex Cincia muneralis distinctionem quandam adhiberet, prohibendo ne quis ob causam orandam. donum munúsve acciperet, apud Festum & Liuium lib. 34. Secundò munus dicitur onus sine honore. l. honor, §. 1. de mune. & hono. ff. vt tutelæ, militiæve munus. Tertiò munus dicitur officium, vt militaria munera: interdum cum honore, interdum sine honore, dicta l. honor, & l. munerum, de muner & hono. ff. Munus quod necessariò obimus, more, lege, imperiò ve eius qui iubendi habet potestatem. l. munus propriè, 214. de verb. signific. Officium ab efficiendo, apud D. Ambrosium lib. 1. Officio. Munus interdum & personæ, interdum patrimonii quãdo res debent, vt personæ quod corporibus, labore, cum solicitudine animi ac vigilantia existit. l. 1. & fi. de muner. & honor. ff. Disputat porrò pluribus Ioannes de Selua, in tractat. de beneficio, 1. parte, qu. 7. num beneficia habeant munus spirituale, vt cum nos paucis dicimus, ea quæ muneris appellationi subiiciuntur, & in beneficiis inueniri posse, & officium quod & labore & animo sit exequendum. Neque quisquam est ordo Ecclesiasticus, qui non habeat sibi coniunctum munus & officium, quod clarè liquet ex titulis de Offic. Archidia. de Offi. Archipresbyt. de Offi. primiceru. de Offic. sacristæ. de Offi. custod. de Offi. vicarii.

7 Onera realia seu munera, quæ ratione rerum benefi-

ciorum

ciotum præstantur, multa etiam inueniuntur: inter quæ iura Episcopalia ordinaria & extraordinaria, subsidiaria, cap. de monachis, de præbeo. cap. conquerente, de offic. ordin. ca. cum Apostolus de censib. cap. requisiuisti, de testamen. Si exemptio vlla beneficium non defendat, cap. quoniam, 21. & c. penult. de priuileg. Sunt & pensiones onerãtes fructus beneficij, vt in cap. nisi essent viri prouidi, de præben. cap. quamuis, eo. tit. in Sext. cap. ad audientiam, in 2. de rescript. Docebit autem quid sit pensio, & in quibus rebus beneficij constituatur, & de aliis quæ ad eam pertinent, vltra Gigantem tractatu de pensionibus, Rebuffus in tractatu de pacif. possess. in decima octaua extensione, à num. 92. vsq. ad 139. Sed & tractatu de congrua portione examinat quæ pensio præstanda sit à beneficiario, eius vicario perpetuo. iuxta ca. extirpandæ. §. qui verò, de præben.

8 Sunt & rursus annatæ, quæ & vacantiæ dictæ, ad onera beneficiorum pertinentes, quæ dantur adueniente noua vacatione & collatione, de quibus tit. de annatis, in pragmati. & concorda. in Extrauag. suscepti, ne sede vacante. in Extrauaganti. communib.

9 Proxima annatis est decima pontificalis, de qua in Cl. vlt. de Decimis: quæ etiam potest ad principes pertinere, ex priuilegio summi Pontificis, alioquin enim imponi non potest, c. clericis. de immu. Ecclesia. in 6. quod tamen cap. ex parte correctum est, per Clemen. vni. eo. tit. Traduot etiam Regem Gallorum generali priuilegio suffultum, vt possit cùm videbitur hanc decimam à beneficiariis exigere nomine doni gratuiti, vt notatur in stylo parlamenti. 4. par. ti. 4. de priuileg.

10 Est & onus alendi patronum Ecclesiæ vbi ad summam peruenerit penuriam seu inopiam. cap. nobis, de Iure patron. Alia onera ponũtur, alimentatio pauperum, Ecclesiarum reparatio, alimenta clericorum, in c. vobis enim. 23, cum 8. sequentibus 12. q. 2. c. 1. & 4. de his, de Eccles. ædifica. Disputatur & de reparatione Ecclesiarum amplius in ca. fi. de his quæ fiunt à maio. par. cap. Imperatores etiam Theodosius & Valentinia. in l. neminem, 11. de Sacrosanct. Eccles. onus rerum Ecclesiasticarum in angariis & parangariis ponunt. *Neminem*, inquiunt, *ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere excusari præcipimus, cùm ad felicissimam expeditionem nostri numinis omnium prouincialium per loca, quà iter accipimus, debeant nobis solita ministeria exhibere, licèt ad sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant.* Rursum iidem Cæsares, in l. nullus penitus, 21. de Cursu publico. lib. 12. C. tit. 51. *Nullus penitus cuiuslibet ordinis dignitatis, vel sacrosancta Ecclesia, vel domus regia, tempore expeditionis, excusationem angariarum vel parangariarum habeat.* transcripta in lib. 5. Synop. Basilic. tit. 1. ca. 7. Angariarum nomine vigiliæ, stationes, gestationes, in vsum belli contineri, tradit Vegetius 2. de re milita. Quæ necessitatis causa tempore expeditionis subeũtur, angariæ nomen ipsum, necessitatem & accelerationem cursus & vectionis ostendit: vt non possit haberi ratio rerum aut personarum pro illis, siquidem, vt Herodotus libr. 8. scribit agens de publicis cursoribus. qui nobis *les Postes*, dicuntur, οὕτω, inquit, *τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήιον.* id est, Hunc cursum equorum Persæ vocarunt angariõ, ἀγγαρήιον, ibi Ionicè pro, ἀγγάρειον, quod est ipse cursus equorũ, vnde ἀγγαρεία officij eius præstatio, angaria. Suidas quoque annotat ἀγγαρείαν esse, *ἀναγκαίαν καὶ ἀκούσιον δουλείαν. καὶ ἀπὸ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν.* id est, Angariã esse, coactã & inuitam seruitutẽ, & seruitiũ quod aliquis vi adactus obit: quare angaria erit, illius officij præstatio, quum quis ad currendum vel baiulandum aliquid adigitur. Distinguitur ab angaria, παραγγαρεία: ἔστι enim, vt dicunt Græci, *ἀγγαρεία ἡ παρὰ ... τῆς δημοσίας ὁδοῦ ... ... ... παραγγαρεία ... τῆς ... ὁδοῦ.* Archadius Iurisconsult. in l. fin. §. cursus vehicularis, de Vaca. muner. libr. 50. ff. tit. 4. munus hoc dicit personale. *Cursus vehicularis*, inquit, *item angariarum præbitio, personale munus est.* Statuerunt aliquando Honorius & Theo. CC. l. ad instructiones, 7. de Sacrosanct. Eccl. C. ad instructiones pontium & itinerum, etiam diuinas domos & venerabiles Ecclesias teneri, eòque non essent inter solida munera. Fuerunt & alia onera & rebus Ecclesiæ imposita: cùm à personis Ecclesiasticis, tùm etiam à temporalib. seu secularib. magistratib. & princip. quæ tamen reiecta fuerunt, nisi in quãtum per Ecclesiam approbata sunt, vel ab ea liberè concessa auxilij charitatiui gratia, iuxta ca. 1. de immunita. Ecclesiar. in sex. & ca. 4. eius. tit. apud Gregor. facit authen. vel constitutio Friderici, Cass. de Sacros. Eccl. C. Pugnat contra has illicitas angarias exactas, & impositas Ecclesiæ & personis ecclesiasticis, aduersus Ludouicum Regem Galliarum Iuo Carnutensis, epist. 266. 73. 82. 151. 271. & ait summum Pontificem sub anathematis vinculo prohibuisse: & quamuis etiam secundum Iacobum de Arena, Iac. Rauennatem, Iacob. Butrigarium, Baldum ad l. ad instructionem. de Sacr. Eccle. C. teneantur Ecclesiæ contribuere cum laicis ad refectiones mœniorum & pro fortificatione, vt loquuntur, ciuitatis, tamen non possunt de iure cogi per laicum gubernatorem, vel per principem: sed per earum iudicem competentem, vt notant Cynus & Bald. ad d. leg. ad instructiones, vide Guido. Papę. decisio. 78. & d. 7. Distinguunt & Cynus & Baldus vltra, quòd si contributio fiat ad muros & mœnia ciuitatis, ad ornatum eius, quòd personæ ecclesiasticæ nec Ecclesia ad eam tenentur: si verò fiat ob necessitatem, & ob belli suspicionem, teneantur: ita tamen, vt per secularem iudicem non possint compelli, sed per Episcopum alleg. c. 1. de immun. Eccles. in sex. Obseruandum tamen, onera realia rebus imposita, transire in Ecclesiam: & eam ad præstationem obligare, vt disputat Guido Papæ. decis. 79. Bartho. Et Petr. de Bella Pert. in l. rescripto, §. fin. de muner. & hon. ff. quia constitutio principis ligat possessiones clericorum in eorum territorio sitas, c. postulasti, de for. compet. & temporalium bonorum ratione, clerici principibus sunt subiecti. §. his itaque, 11. q. 1. c. solite, de maior. & ob. facit cap. si tributum, & ibi Archid. 11. q. 1. Si tamen realia illa non sunt onera adhærentia rebus, superindicto non possunt onerari clerici clericaliter viuentes, pro rebus etiam rusticis, tamquam pro sordidis munerib. vt in l. placet, C. de Sacrosanct. Eccles. Plenius de hac re Guido Papæus, dec. 381. 382. 383. 384. vbi & de nobilibus, vt non contribuant etiam ad onera rebus quas acquisierint imposita.

11 Clericis hominibus insuper fuit iniunctum onus aliquod dicendi officiũ diuinum seu precum ordinariarũ, nec in summa datur beneficium nisi propter officium, ca. fi. de rescrip. in sex. c. pastoralis, 53. §. fin. de appellatio. Diurnum officium & nocturnum, preces sunt: quæ certis & designatis horis dici debent, iuxta sacrorum canonum sanctiones: vnde dicuntur horæ canonicæ; quæ quibusdam locis dici debent, vt in Ecclesiis collegiatis signo dato, pulsatis campanis. vt c. 1. de celebr. Missa. alicubi sufficit priuatim dicere: & ex causa permittitur, vt simul & semel omnes vno contextu mane dicantur, iuxta cap. 1. de celeb. Missa. Iam enim & tempore Clementis Romani, & Apostolorum, distinctæ sunt preces aliquomodo iuxta certas horas, vt liquet ex libris eius constitutionum Apostolicarum, & tempore Clementis Alexandrini, vt ipse scribit 7. Stromateωn, erant distinctiones seruatæ, & meminit de tertia, sexta, nona, cõmune hoc omnibus, vt obnoxij dictioni horarum, eas dicãt sine syncopatione attentè, deuotè, & sine interruptione. c. dolẽtes, de celeb. Missa. cle. 1. eo. ti. Intitulati Ecclesiis collegiatis, singulis diebus & horis tenentur in Ecclesia esse, vt pensum suum orationum, decretis temporibus persoluant, alioquin si non satisfaciant, & admoniti contemnant, possunt deponi, iuxta ca. fi. 92. dist. ex concilio Græcorum Bracharensi Martini c. 64. & Toletano 1. ca. 5. Cæterùm in quęstionem num omnes clerici teneantur ad munus seu officium dicendi horas canonicas: distinguendum est, de clericis & officiis precum: aut enim sunt presbyteri, & proculdubio tenentur d. c. 1. de celebratio. Missa. & clem. 1. eo. tit.

aut

aut sunt in minoribus ordinibus cõstituti, infra subdiaconatũ, in quo casu subdistinguendum, an habeat beneficiũ, an nõ habeat. Si non habeant, cõsiderãdo excusat, vt non teneatur ad horas canon. arg. c. cùm dilectus. de cõsuet. Panor. ad c. 1. de celebra. Missa. Quòd si quis ex patrimonio Christi viueret, & esset intitulatus Ecclesiæ, putarem eum teneri ad horas aliquas d. c. fin. 92 distin.

12 Quare Iohannes Calderi. ad cap. .de celebr. Missa. tradit beneficiatum non dicentem officium per negligentiã, & nulla rationabili causa excusatum, teneri ad restitutionem fructuum perceptorum tempore quo nõ dixit. Ratio poterit prior eius sententiæ dari, quòd ob nõ residentiam possit quis priuari beneficio, c. pen. & fin. de Cler. non resident. Si vocati contumaces non venerint, cap. vni. eod. tit. in Sex. nempe ob cultum diuinum nõn factum, ideò multò magis poterunt, quo tempore non dixerint officium, & cultum intermiserint, fructibus eius temporis. Secunda ratio, quia datum ob causam, ea non soluta repeti potest. l. 1. & sequentibus. de conditio. causa data causa non secuta ff. toto titulo. C. de condit. ob causam datorum, datur autem beneficium causa officij, vt dictum est. Et proinde dicebat repeti posse fructus Calderin. neque ferẽdum eũ qui lucrũ quidem amplectitur, onus autem subire recusat: l. vni. § pro secũdo, de Cadu. tollen. C. l. fi. §. sed cum in secundam, C. de fur. regula for secundum naturam. Dura tamen visa est hæc sententia Cardinali: neque etiam placuit Pano. ad d. c. 1. de celebr. Missa. n. 6. Cuius sententiæ cõtrariæ ratio prior esse potest, quæ respondet secundæ allatæ in fauorẽ sententiæ Calderini: Quòd beneficium nõ detur simpliciter, eámque ob solã causam, vt cõtinuẽ & perpetuò officiũ horãsve canonicas dicat, sed etiã quia clericus est, & vt assumptus in sortẽ vel partẽ Dei, nutriatur in sorte illa dominica c. 2. c. episcopus, 4. c. cum secundum Apostolum, de Præben. aliásque ob causas. Quamobrem etsi vna ex illis deficiat, nempe quòd non dicantur aliquando horæ canonicæ, tamen dum aliæ remanent, quæ suadẽt beneficium retineri, sustinebitur beneficij possessio. arg. l. liberorũ, in § 1. de his qui not. infam. Deinde 2. pro omissione diuini officij, alia pœna seu pœnitentia à iure negligẽtib. est imposita, quàm priuationis aut restitutionis fructuũ perceptorũ, vt in c. 29. si quis in clero. 91. q. 1. in quo ex Cõcilio Agathensi. c. 64. sic scribitur *Si quis in clero constitutus, ab Ecclesia sua dieb. solẽnib. defuerit, id est, in Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha vel Pẽtecoste, dũ potius secularibus lucris studet q̃ seruitio Dei parere, conuenit vt triennio a cõmunione suspẽdatur. Similiter diacon⁹ aut presbyter si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic danationi succũbat.* Requirit & ius admonitionẽ & correctionẽ ante depositionẽ c. fin. 92. dist. Possunt & indici à cõfessoribus aliæ pœnitentiæ ex arbitrio pro circũstantiis omissionis diuini officij, cùm hodie rigor canonũ pœnitentialiũ non seruetur, sed remittatur ex arbitrio cõfessorum. c. x. & ibi gl. ad verba, *visum fuerit*, & c. quæsitũ. de pœn. & remissio. li. 5. ti. 38. c. mensuram. de pœnit. dist. 1. c. tẽpora 26. q. 7. Neq; obest quod dicit n. propter nõ residentiam priuatiorẽ induci beneficiorũ: nã hoc verũ est, dilationib. & vocationib. reliqué cognitione adhibitis. Sed nec in illa priuatione quã fieri posse diximus, mẽtio habetur, quod ideò debeat damnari ad restitutionem fructuum perceptorũ ante priuationem ob nõ residentiam, etiam per decẽnium, quo absens fuerit, in c. ex parte, de Cleri. nõ residen. Arbitratur tamẽ Panor. ad d. c. 1. de celeb. Missarum, tutius esse in foro cõscientiæ & animæ priorem sententiam, de restitutione fructuum, credere veriorẽ. at in foro fori nolle cõtrariũ locũ habere: verũ pro omissione dicti officij, posse nihilomin⁹ absolutionẽ dari, imposita pœnitẽtia, vt qui omisit iterũ dicat officiũ, neque putat peccatũ mortale, si per obliuionẽ, vel ꝓpter infirmitatẽ, vel ob alia quędã impedimẽta, & nõ ex malitia fuerit omissum: quemadmodum & excusabitur qui non habet libros seu Breuiarium, vt dicat, dummodò officij omissionem suppleat, per Psalmos ali s, vel *Pater noster*, &c.

13 Porrò controuertitur, num absens studiorũ causa, teneatur horas canonicas dicere. In qua quæstione sunt qui dicant scholarẽ non teneri, si dimiserit vicariũ idoneum in Beneficio, vt Bal. in proœmio Decretalium ad verbum. *Gregarius*, n. 14. Ioannes Andræas ad c. 1. de celeb. Missa. Ioannes de Lignario, ad cle. 1. e. tit. Lucas de penna ad l. hac lege, de prox. sac. scrinio. li. 12. C. in 4. qu. Sũt alij qui dicant, scholasticũ siue is beneficiatus sit, aut nõ, siue in maiorib. siue in minorib. ordin. fuerit cõstitutus, teneri horas dicere, vt nec Episcopus ratione studij valeat dispensare, cuius sententiæ est Nicolaus de Plorre, in tract. de horis canonicis, parte 1. q. 6. post alios ibi citatos, & Albertus Trotius in tract. de perfectione clericorum, c. 42, & alij. Porrò Host. & Io. Andr. vt refert Alber. de Ferrariis. de horis can. n. 22. dicũt expressè ita hõ fuisse definitũ & sub ter audituros quòd de eo Ecclesiã statueret, vt refert Horatius Lucius de priu. schol. : tit. 100. Et mihi certè liberũ erit dicere scholasticis maximè profuturũ, si diuinis officiis incubant, postulantes à domino scientiã & scripturarũ intelligẽtiam: hæc enim est cõpẽdiosa via ad doctrinã vberrimam plus orare, quàm studere, vt plura notabilia hac de re tradidi, videnda in comm. ad lib. 2. Syn artis mirab. c. 1. to. 1. cõmen. Ordinatis verò in Ecclesia aliqua, aut intitularis seu beneficiatis, officiũ dicẽdũ erit, psallẽdive modus tenẽdus, secũdũ mores Episcopatus: in quo quilq. erit intitulatus vel beneficiatus, c. institutio Missarũ. de Cõsec. dis. 2. ex cõcilio Gerũdẽsi, & in c. altaria, de Conse dist. 1. c. fi. 12 dis. Potest & clericus inseruiens Episcopo, se accõmodare officio diuino quod ipse dicit. Clem. 2 de celeb. Missa. si ipse cũ Episcopo horas dicat, nõ aliter, secũdũ mẽtẽ eius Cle. Itẽ si quis habeat plura beneficia diuersorũ officiorum, precũ potest dicere horas, secũdũ vsum maioris seu digniotis beneficij. & magis dignũ trahit ad se minus dignũ. c. quod in dubiis, de cõsec. Eccl. vel alta. etiã in officiis diuinis aliis dicẽdis. Cle. dignũ. de celeb. Missa. c. de his, 12. dist. q. si beneficia sint æqualis dignitatis, potest eligere officium eius quod voluerit. et itq. locus gratificationi arg. c. duobus, de rescr. in Sex & l. fi. de relig. & sump. funer. ff. Si tamen publicè agendũ sit officiũ diuinũ, dũ ꝓsens erit in Ecclesia, eius Ecclesiæ ritũ & ordinẽ seu formulã psallẽdi & celebrãdi sequetur, secũdũ cõsuetudinẽ eiusdẽ, & aliis ibidem existentib. conformis efficietur, c. in his, 11. dist. c. cognouimus 12. qu. 2. c. quia circa, de priuilegiis, c. de monachis, 16. q. 1. Ex concilio Tridentino hodiè vsus communis Romanus receptus. antiquitus ex principio Pij 2. Mantuæ concesso, domestici regis & reginæ Franciæ, capellani & clerici eorum. poterant officium dicere ad vsum Romanum vel Parisiensem. Vide de his, & de pluribus quæstionibus de officio diuino per beneficiatos & alios clericos obeundo, apud Cosmam Guymier. in comment. ad §. 1. tit. qual. horæ sunt dicendæ extra chorum, ad verbum, *teneantur*.

---

## De residentia Beneficiorum.

### CAPVT VII.

1 *Quòd residentia in omni beneficia exigatur etiam minoris valoris.*
2 *Vel maioris in dignitatibus.*
3 *Cardinales residere tenentur in titulis.*
4 *De ratione residentia.*
5 *Alia est ædificiorum religionis & bonorum Ecclesiarum detrimentis, sumpta residentiæ ratio, & de præsentia magistratuum necessaria.*
6 *Præsentia præpositorum multum prodest.*
7 *Quomodo priuetur beneficio non residens. (nuentia.*
8 *Residentia absentis excusari potest dispẽsatione aut con-*

9 *Et quando pro præsente habetur, vt si qui adsint pro-*
*prio prælato, vel summo Pontifici.*
10 *Si absint studiorum causa, & rationes.*
11 *Quandiu duret hoc studiorum priuilegium. & 12.*
12 *De percipiendis per studentes fructibus beneficiorum.*
13 *De absentia rationabili excusante non residentiam,*
*vt infirmitatis causa.*
14 *Inimicitiæ capitales.* 15 *Peregrinatio.*
16 *Negotia Ecclesiæ.*
17 *Dispensatio, & quando cessant excusationes.*

1 VErba quæ in finitione ponuntur, quibus significatur portionem bonorũ temporaliũ esse certis ædib. assignatam, apertè probant, ratione ędiũ sacrarũ vel beneficij, præpositos fructus pcipere, & cũ fructib. munera spiritalia illius Ecclesiæ non alterius, curare debere, & ideò vt possint ea exequi, exigere assiduitaté præpositi. Quare cõstituitur regula generalis, omne beneficium requirere residentiam, c. ad hęc, 13. de Pręb. ex concilio Lateranen. sub Alexãdro 3. habito, c. relatum est, 4. c. quia nõnulli. c. quia in tãtũ, de Cler. nõ resid. c. fi. de off. Vic. c. puenit, de appellatio. c. singula, 89. di. l. generaliter sancimus, 40. de Epis. & cler. C. quantũuis sit minimũ, c. cõquerente, 6. de Cleric. nõ residenti. Quia postquã quis minimum acceptauerit, & de eo debet esse contẽtus, vel illud dimittere nõ cũ illo aliud iungere, d. c. quia in tantũ, §. c. præterea, 14. c. de multa, de Præb. c. execrabilis, circa finem, de Pręb. in Extrauag. communib. & vnicũ Vicariatum iure quis potest habere tantum, c. fi. de off. Vicar. neque licet iure cõmuni possidere vnũ beneficiũ & vnam Vicariam perpetuam maximè, nec duos Vicariatus, c. 1. eod. tit. de offi. Vicar. duab. enim Ecclesiis nemo commodè inseruire potest, & dum vtrãque curare properat, neutri fidem reddere quibit. c. presbyteros, 16. q. 1. l. nemo, de Assess. C. d. c. quia in tãtùm, de præb. & c. quia nonnulli, de Cleric. non residen. Placuitque vt habẽs Ecclesiam, si alteri se permittit intitulari, priori priuetur, c. literas, de concess. præb. c. si quis iã translatus, 21. q. 1. cap. super inordinata, & c. de multa, de Præben. Et si clericus non possit, vel nolit residentiam in beneficio facere, non erit ei conferendum, c. relatum est nobis, 4. de Clericis non resident. li. 3 tit. 4.

2 In maioribus etiam, multo magis habebit idipsum locũ, & residere tenebunt in illis eorum prępositi: sic in sessione 6. c. 1. de reformatione, in Cõcilio Tridẽtino in hęc verba cõstitutum *Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana seu Cathedrali Ecclesia, sibi quocũq. titulo, causa, nomine seu iure cõmissa, quacunq. illa dignitate, gradu & præeminẽtia præfulgeat, legitimo impedimento seu iustis, & rationabilib. causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diœcesim morando affuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Ecclesiæ, pauperib. loci, per superiorem Ecclesiasticũ occupandorum pœnã ipso iure incurrat. Quòd si per alios seu menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliã quartã partẽ fructuũ similiter applicandã, eo ipso amittat. Crescẽte verò cõtumacia, vt seueriori sacrorũ canonũ cẽsuræ subiiciatur. Metropolitanus suffraganeos Episcopos absẽtes: Metropolitanũ verò absentem, suffraganeus Episcopus antiquior residens pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per literas seu nunciũ Romano Põtifici denũciare teneatur: Qui in ipsos absentes, prout cuiusq. maior aut minor cõtumacia exegerit, supremæ sedis authoritate animaduertere, & Ecclesiis ac pastorib. vtiliorib. prouidere poterit, sicut in domino nouerit salubriter expedire.* Idipsum posteà confirmatum & explicatũ in eodem concilio. sessio. 23. c. 1. de Reformatione & porrectum ad Cardinales & in Bulla Pij 4. super residentia prælatorum, & aliorum residere debentium, sub data 7. Kalend. Decembris anni 1564. & Pontificatus eius anni 5.

3 De Cardinalibus, q̃ illi etiã in suis titulis teneantur residere & alioquin admoniti priuari possint, tractatur in c. 2. de Cleri. non resident. Iustinianus in §. & illud etiam definimus, c. 2. Nouellę 6. Quomodo oporteat Episcop. &c. statuit, vt nemo venerabilium Episcoporum foris à sua Ecclesia plusquam per totũ annũ abesse auderet, nisi per imperialem hoc fieret iussionẽ, túncque esset inculpabilis; alioquin sacratissimis vtriusq. diœceseos Patriarchis, iniungit, vt cõpellant Deo amabiles Episcopos suis inhærere sanctissimis Ecclesiis, absentes vocent & contumaces priuẽt Episcopatu. Et in Nouella 123. §. interdicimus, de Sanctissimis Episcopis prohibitũ, ne vltra annum Episcopus relinquat Ecclesiam suam, etiam ex necessitate, aut cum licentia Metrapolitani aut Imperatoris. Et si fecerit, prohibetur, ne ei ab œconomio Ecclesiæ administrentur expensę: dehinc statuitur, admonendos à Metrapolitanis vt redeant, & si non redierint, reuocandos iuxta canonicas sanctiones & regulas, & nisi intra definitum tẽpus rediissent, ab Episcopatu expellendos, & alios in locum eorum subrogandos.

4 Ratio residentiæ, vt monui à cura & solicitudine impendenda Ecclesiis, oritur, *vt attendant præpositi sibi & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit, regere Ecclesiã Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Actor. 20. Et vt aibi pręcipitur, *vt in omnib. laborent & ministerium suum impleant.* 2. Timoth. 4. D. Ioann. c. 10. c. si rector 43. distinct. c. aduersus, 7. q. 1. c. nisi de renunciatio. Implere autem non possunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, si custodiæ eorum non incumbant, quam sine peccato maximo omittere nõ possunt, obnoxij rationibus reddẽdis animarum quæ perierint eorum negligentia & absentia: sanguis enim illarum de manibus illorum à supremo iudice requirẽdus. Ezechiel. 33. & 34. & Act. capit. 20. Ephesiis 43. distinct.

5 Nemo etiã ignorat quantũ detrimẽti accedat reb. & ædificiis Ecclesiarũ, & religionis incultæ, ob absentiam Episcoporum & præpositorum, quot hæreses absentib. pastorib. sæuierunt in gregem destitutum custode, etenim lugubria hęc spectacula, ante oculos cuiusq. obuersantur, vt nõ opus sit memoriã narratione longa & vulnera refricare. Hócque cõmune malum, & maiorib. & minorib. Ecclesiis neglectis cõtigit. Testis erit ipsa Roma, quę postquam Clemens 5. anno Domini millesimo trecentesimo quinto, transtulit sedẽ & curiã in Galliam, sensit inæstimabilem rei suæ iacturã: nã per septuaginta quatuor annos, quib. ibi remansit, cum omniũ Christianorũ magno incõmodo, vt ait Platina in vita Clem. 5. tẽpla vrbis magna ex parte ob solitudinẽ, & situm corruere, absentib. iis ad quos ea restituere pertinebat: torãve Italia tumultib. & seditionib. propriis penè corruit, labefactatis moribus, donec restituta fuit sedes loco pristino, per Gregorium 11. qui omnia quoq. collapsa reposuit, & mores reformauit suo aduentu, vt scribit Plat. in Greg. 11. Volat. li. 22. Anthropologiæ. Magistratuum solicitudo & cura, præsẽtes sẽper desiderat prępositos, vt nõ sine ratione licitum nõ esset præsidi Prouinciæ egredi Prouinciam nisi voti soluendi causa, & ea lege ne abnoctare ei liceret, teste Martia. Iurisc. in l. illud, 15. de offic. præsid. in ff. Sicut nec Tribunum plebis per vnum diem abesse Roma licuit, vt ait Dio Cassius, lib 37. sic. n. scribit de Metello nepote, qui se, vrbe relicta ad Pompeium contulerat. καίτοι μηδ' ἡμέραν αὐτῷ νύκτα ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως ἐξόν. Atq. Gellius li. 3. c. 2. Titus Liuius li. 36. referunt edictum à Cõsule, nõ licuisse Senatoribus, quib. ius sentẽtiam dicendi in senatu esset, & minorib. magistratib. lõgius vrbe abire quàm eo die redire possent. Nec p̃tori licuit vrbe abesse vltra decem dies. Cicero 2. Philippica.

6 Rectius geritur negotium vbi pręsens ac testis est is cuius est ipsũ negotiũ, vnde ortũ adagiũ. *Frõs occipitio prior*, id est, potior & melior, apud Pliniũ lib. 18. c. 6. Meminit Plutar. in Apoph. Antigonũ Secundum, cùm esset aduersus Ptolemæi regis absentis milites pugnaturus,

guber-

gubernatorq. admoneret plures esse naues hostiũ, dixisse: Pro quot nauib. supputas quòd ego hic præsto sum? sentiens ad omnia negotia plurimum habere momẽti si princeps magis strenuus præsens cũctis rebus intersit.

7 Cęterùm non dicetur ipso iure priuatus beneficio, si in eo residentiã debitã nõ præstiterit, sed opus est causæ cognitione & iudicio, c.2.& c.relatum, de Cleri. non resid. Quia plures esse possunt causæ. quib. absentia sine dãno & culpa esse possit. Et proinde vocãdus est absẽs, vt cõtumacia conuictus, priuetur. c.inter quatuor, & c.fi. de Cler. nõ resid. quod si nesciatur vbi absens sit, vt difficile vocari possit, voce præconis publicè, vel in loco beneficij vocatur. c.tuæ deuotionis, 11. de Cler. nõ resid. in eius §.1. datur alia pœna absẽtiũ, vt in eos procedatur etiã per sententiam excõmunicationis & suspensionis, & in c.fi eius tituli, alia vt per substractionem prouentuum addicandorum Ecclesiis derelictis cogãtur redire.

8 Excusari autem potest absentia beneficiati, primũ per conniuentiam, in simplicib. beneficiis, c.cum iãdudum, de Præbend. 2. ex dispensatione plurium beneficiõrum possidendorum, sufficit enim dispensatum in altero residere. Glossa. ad §. sed insuper, in verb. *Pluralitatis*, de Collat. in Pragma. sanct. Cùm enim aliquid conceditur, omnia censentur collata, sine quib. concesso vti non possumus. l.2. de iurisdict. omnium iud. ff. l.fi. de Offic. eius cui mandat. est iurisd. ff. l. quidam consulebant, de re iud. ff. c. cum vigesimum de rescr. deleg.

9 Tertiò, quis excusatur à residẽtia in his causis absẽs, in quib. nihilominus habetur pro pręsente: cuius primũ exemplum sit, in absente existẽte in seruitio sum. Pont. etsi eius familiaris sit: c. cùm dilectus, c. ad audiẽtiã. 21. de Cler. non resid. & in personis quæ vidẽtur esse pars corporis principis. vt l. quisquis, ad leg. Iul. maiest. c. si quis cum militibus, 6. q.1. Idipsum si sint in seruitio vel familiaritate sui Episcopi, duo videlicet ex canonicis, nõ amplius: habent enim tanquam præsentes, integrã præbẽdã exceptis distributionib. quotidianis, c. ad audiẽtiam, 21. & c. de cætero, de Cler. non resid. Ecclesia in Episcopo & Episcopus in Ecclesia, d. c. scire debes, 7 q.1. Familiares olim dictos famulos, docet Seneca li.6. epist. quia & Oscis olim famul. seruus dicebatur: quemadmodũ apud Vlp. in l.1. de vi & vi arma. ff. familiæ appellatione serui continentur, & in l. ędiles aiunt. §. familiæ, de ædilic. edict. ff. Et qui subijciũtur nobis familiæ nomine cõtinẽtur, vel lege, vt vxor: vel natura, vt filij nepotes. l. pronunciatio, 195. § familiæ de verb. sign. Sunt & familiares qui frequenter cum aliquo conuersantur, vnde familiaritas, in l. obseruandum, de offi. præsid. ff. Atq; in dicto c. cùm dilectus, de Cleri. nõ resid. familiares suos summus Pontifex dicit eos, qui circa illũ se obsequiales exhibẽt, & qui in seruitio eius sunt. Sũt quippè & homines liberi, qui bona fide nobis seruiũt. l. qui bona fide, 24. & l. homo liber. de acq. rer. dom. ff. Familiares & commensales Papæ dicuntur officiales, & alij qui cupiunt panem seu annonã ex palatio eius, qui custodiã palatij habẽt. & alij, vt notat Gomes in fine procemij ad regulas Cancellariæ, Bonif. 8. in c. fi. de ver. sig. in Sex clericos proprios & domesticos Episcopi explicat dici, qui familiares existũt, & sunt eius expensis continuè domestici, commensales, etiamsi quos ex illis aliquando pro gerendis eius negociis abesse contingit. Omnis familiaris est domesticus, secundùm Felinum ad c. in literis, de Testib. Dominicus etiam ad d.c. fi. de ver. sig. in Sex verã dicit esse familiaritatem quę corpore & dentib. fit. Vide multa quæ ad explicationem familiaritatis, commensalitatis, & seruitij prelatorum pertinent, apud Gomes. ad regulã Cancellariæ, de impetrantib. beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium, q.13. quę omnia docent, in negotiis prælati familiares ei adesse, & ita pro pręsentibus in beneficio habendos, tanquam absentes pro necessitate Ecclesiæ, cum prælato Ecclesiæ inseruiant.

10 Secundò, pro præsentibus habentur, qui studiorũ causa absunt, l. Seia, 20. §. Pamphilæ, de fundo instructo, li.33. ti.7. iũctã lege Pauli, l. quæsitũ est, 76. de Lega. 3. Ideò beneficiati absentes studiorũ causa, excusãtur à residẽtia, maximè si absint de licentia Episcopi, cõstituto Vicario, c. cùm ex eo, de Election. in Sex. c. tuę, c. relatũ, de Cleri. non resid. c. licet, de præb. & c.2. de priui. in Sex. etiamsi sint religiosi, Clem. 1. §. cæterùm, de stat. mon. Idipsum si absint, non vt discant, sed vt doceant, c. fin. de Magistris. Videnda sessio 5. de reform. Concilij Tridentini. Ratio alia istius excusationis, quòd studiorum causa absens, videatur pro vtilitate Ecclesię abesse, d. c. cùm ex eo, de Election. in Sex. & c. fi de Magist. nam eruditi, & qui erudiunt, illustrant Ecclesiã, & ei veluti columnas ędificant, quib. sustineri & conseruari possit: necessariaq. Ecclesiasticis censetur etiam canonũ & temporalium cognitio, maximè prælatis, c.1 & 2. 39. dist. Sunt qui dicant, studentem, vt gaudeat hoc priuilegio absentię, petere & obtinere debere licentiam à superiore, cuius in arbitrio sit inquirere, nũ studiis quib. incũbere decreuit sit sufficiẽs & idoneus, gl. ad c. relatum, ad verbum, *prælatorum*, de Cler. non resid. & ibi Pano. & alij, qui dicunt etiã denegante Episcopo licẽtiã, posse adiri superiorem, vel eius vicarium qui concedat. Addit & gl. ad c. inter quatuor, ad verba *sine iusta causa*, de Cler. non resid. non debere clericum abire etiam ex iusta causa, sine licentia sui prælati, cùm bonum nec sit faciendum sine eius licentia, c. cùm monachi, 16. q.1. propter obediẽtiam, ne cõtemnatur, & propter quam omitti etiam debet bonum. c. 99. quid ergo, 11 q.3. ex Greg. c. 2. li. 35. in Iob. Sed & Episcopi olim quamuis iustam haberent causam absentiæ, tamen non excusabantur, nisi licentiam seu permissionem impetrassent, vel à Metropolitano, vel ab Imperatore, ex cuius iussu poterant Reipublicæ negotia alibi agere per annum, §. & illud, c.2 Nouell. 6. Quomodo oporteat Epis. & c. notat & Balsamõ in Cõcil. Chalced. c. 4. Neq. poterant ad curiam principis venire etiam pro necessitate Ecclesię, priusquam accepissent literas permissorias à suo Metropolitano vel principe, § nõ autem aliter, c.2. dictę Nouellę: Quomodo oporteat Episc. generaliter etiam presbyter vel alius clericus, transiens in alienam diœcesim recipi nõ debet, sine cõmendatitiis literis sui Episcopi, per totam 71. di. & 72. quæ etiam dari non debent nisi ab instanter rogato, c 2. d. 72. di. ex Cõci. Carth. 3. c. 21. & ex Concil. Antioch. c 7 c. fi 71. dist. Veruntamen receptior est sententia hoc beneficium absentię studiorum causa Indulgeri iure ipso sine licentia prælati. per d. c relatum de Cler non resid. Si sic legamus c. relatum, quòd absentes possunt remoueri nisi de licentia suorum prelatorum, vel studio literarum, vel pro aliis causis honestis contigerit eos abesse: quo loco distinguetur licẽtia ab studio literarum. Receptum & ita consuetudine ferè vbique, vt beneficiati se ad studia literarum conferant, sine licentia prelati. Panor. ad c. tuæ, n.5. & Imo. ad c. ex tuæ, nu. 9 de Cler. non resid. Legum autem optima interpres consuetudo. l. si de interpretatione, de leg. Dehinc & authoritate Apostolica licentia generalis studẽdi, & declarata causa legitima absentiæ, data est. in c. fi. de Magistris, quam inferior Episcopus non potest retractare. c. cùm inferior de malo. & ob. Quamobrem & dicunt, pro literis de non residẽdo, vel pro licẽtia studẽdi, nihil posse exigi, Archid. Prępositus, Dominicus ad c. de quibusdam, in 4. & 9. 37. dist. Reb. in praxi benef. ti. de dispẽsatione ratione ætatis, eò q hoc sit beneficium iuris & debitum. Addere licet, q si istiã precib. impetratur, quod iure communi conceditur. l. vn. de Thesauris li. 10. C. ti. 15. Hic excipio leges & statuta capitulorum, si quæ sint quę velint impetrari debere à capitolo licẽtiam studẽdi, vel ab Episcopo, eáq. de re tẽpus definitum sit: nam illę seruandæ erunt, cùm Canonici in receptione in canonicatum iurauerint statuta & consuetudines collegij

ſe ſeruaturus,ratione etiam obedientiæ clauſtralis, permiſſio in ſtudiis erit etiam prælati exigenda. Clem. 1. §. cęterùm,de ſtat.monach.

11 Cæterùm excuſatio conceſſa ſtudiorum cauſa abſentiæ,in perpetuum tempus non eſt,ſed ad certum,legitimum ſtudij perficiendi gratia.d.Clem.1. §.cæterùm, de ſta.mon.c.cum eo.de Elect.in Sex.ibi,*Elapſa verò ipſa ſeptēnia,&c.* vide de ſeptennio ſtudiorum cauſa conceſſo,& quando continuum & diſcontinuum iungitur eius ſeptennij tempus, apud Horatium Lucium, de priuilegiis ſcholaſticorum,priuil.96.& 94. Tempus ſtudiorum completorum conceſſum graduandis in Concordatis Gallicanis, decennium in Magiſtris ſeu Licentiatis aut Baccalaureis in theologia:ſeptennium, in Doctorib.ſeu Licentiatis in iure Canonico & Ciuili, aut Medicina: quinquennium in Magiſtris ſeu Licentiatis in Artibus, à Logicalibus incluſiuè,§.præterea volumus,verſi.tēpus autem,de Colla.in concor.vbi excipiuntur nobiles ex vtroque parente, pater videlicet & mater, in quibus,pro quinquennio expreſſè iuris ciuilis & Pontificij,non pro graduandis in theologia, dicetur ſufficere triennij ſtudium,quod firmatur conſtitutione Ludouici 12.art.7.9. 11. & concilio Baſilienſi ſeu Pragmatici ſanctione, in §. Tertia pars prębendarum,verſ.*videlicet*,de Colla.quinquennium ad minus in iure ciuili perdiſcendo requirit Iuſtin.in § ſed quia ſolitum,in procemio, vt mirari non poſſim de quorundam temeritate, quos aliquandò vidi accepraſſe poteſtatem contendendi ſtatuta Academiæ cuiuſdam, qui nunquam myſteria Academiarū cognouerant: imò nec per omnes gradus ad ſummum peruenerant,audacter inter alia capitula ſtatuiſſe cōtra ipſius ſcientiæ patrem Iuſtinianum,ſufficere triēnium. Verùm tranſeat hic articulus cum erroribus aliorum, ipſi viderint num qui nō norint colores, de his iudicare poſſint. Et poterit Academia trāquilla & viris doctis inſtructa, de tempore conuenienti graduandis,non addicta legib. incertis,pro ingenio & capacitate eorum qui profeciſſe & meruiſſe gradum oſtendent,diſponere. Verùm tēpus ſtudiorum definiri in ſua plenitudine oportuit,non tam fauore graduum, quantum perfectæ ſcientię adipiſcendę,cuius ratione abſentia ſtudiorum tempus quinquennij vel ſeptennij definitum eſt à ſacris canonibus,vt pudēdū fuerit lege velle minuere in aliqua Academia iure ſtatuti,tēpus à ſummis Pōt.ſtudiis cōceſſum,& inter priuilegia Academię repoſitū,contra eos qui erexerūt Academias priuilegiatas, & ita priuare perſonas eccleſiaſticas hoc priuilegio abſentiæ ſtudiorū cauſa.Erit ergo ſeptenniū ad minus,conceſſū abſentię ſtudiorū cauſa clericis & beneficiatis,per d.c.cum ex eo, de elect.in Sext. confir.Conc.Trid.ſeſ.5.c.1.de Refor.in fi.dūmodò in Academiis priuilegiatis ſtudeāt,non in villis aut aliis oppidis per ſeipſos ſine Academia priuilegiata,c fraternitatis,de Cleri.nō reſid.& nō poteſt tēpori ita fauore ſtudiorū cōceſſo, eiúſq; priuilegiis derogari per conſuetudinem aliquam,vt dicitur in c.fi.de Magiſt.Angel.conſ. 245.in 6.dubio.Anton.Butrig.conſ.42. Horat.Lucius in priuilegio ſcholaſticorum,98.in tertia ampliatione.

12 Hinc ſequitur quod etiā nominatim deciſum eſt, vt ſtudiorū cauſa abſentes habeant fructus beneficiorū, reſeruata pēſione,vel ſufficientib.fructib.Vicariis in eorum locum pendente tempore in Eccleſiis ſubrogatis, d.c.cū ex eo,de elect.in Sex.c.fi.de Magiſtris, c.licet,de Præb.c.2.de Priui in Sex in Cōc.Trid.ſeſ.5 c.1.de Refor. in fi. Si tamē de pbēdarū & canonicatuū fructib.percipiendis agatur à canonicis vel præbendatis ſtudiorum cauſa abſentibus,ſubducuntur diſtributiones quotidianæ,quæ non niſi pręſentib in choro dantur,d.c.licet,de Præb.& gl.ad c.fi.ad verb.*integrà*.de Magiſtris. quod & in aliis abſentib.excuſatis reſcriptū in c.cætero.de Cler. non reſid.apud Greg.c.vn.tit.in Sex.gl.fi.ad c.2.Priuil. in Sext. Obſeruandum tamen,vt ſi tantum quotidianę ſint diſtributiones,quę faciunt prębendam,& vltra ſit quædam diſtributio quæ in fine anni datur ſingulis , dicta gloſſa præſentib.debita,datur tātum ſtudentib. abſentibus, ſi verò fiant diſtributiones tantùm iis qui horis diuini officij interſunt,& non aliis qui nō interſunt, quāuis in vrbe vel in clauſtro præſētes ſint.neq. illæ illis qui ſtudiorum cauſa abſunt debētur. Niſi illę diſtributiones eſſent ſolæ quæ præbendam conſtituerent, nam tūc illę darentur ſcholaſticis abſentib.ne priuilegium ſtudiorum de cōſequendis fructib.prębendę in abſentia,ſit inutile,& vt aliquid operetur,vide Feli.conſ 18. & ad c.fi. de Magiſt.& ad c.Iacob.de Simo.Boerium deciſ.17.nu.3. Horatiū Luciū,de priuil.ſchola ſt.priui.98.limitatione 3, Nec obſunt gloſſæ antiquę , quę videbantur dubitaſſe, num eſſent dandi reditus eccleſiaſtici clericis,exiſtētib. in ſcholis, eò ꝙ reditus illis dantur pro ſedulitate ſeu diligētia adhibita officiis conceſſis, vt in c.26.conceſſo, 12.q.2.& ibi gl.fi.& can.generaliter,& ibi gl. & can.charitatem,16.q.1. Siquidem illud dubium hodie expreſſis conciliis ſublatum eſt & deciſum. Magis tamen videretur obeſſe c.fi.de Reſcr.in Sex.dum Boniſ.8.reuocat gratias à ſe & prædeceſſorib. per importunitatem petentium ambitioſam conceſſas. & per indulgentias perpetuas, de percipiendis fructib. beneficiorum ſuorum, diſtributionib.quotidianis duntaxat exceptis,ſiue in ſcholis eſſent, ſiue in altera Eccleſiarum ſuarum reſiderent. Cęterùm dicemus in illo c.Bonifacium agere de indulgentiis perpetuis ratione ſtudiorum, vel aliter conceſſis , non autem de temporalibus , ſtudiis iure conceſſis, quæ non incidunt in ambitioſam , & prohibitam petitionem vel impetrationem,eò quòd motu proprio ſum. Pont.ſine petitione vllius cenſeantur conceſſę in diſpoſitione legis generalis , quemadmodum alia priuilegia in corpora iuris clauſula,vt notat Bal.n.2.Barth.n.6. Caſtrenſ.n.6.Iaſon.nu.15. ad auth.quas actiones,de Sacroſ. Eccl.C. Neq. etiam ſummus Pontifex derogādo priuilegiis quibuſcunque , ideo cenſetur derogaſſe priuilegiis in corpore iuris clauſis,gl. ad Auth. qua in prouincia,ad verba,*omnia priuilegia*.Vbi de crimi.agi oport.C. gl.ad.§.hæc conſiderantes,ad verb. *priuilegia*, vt omnes obediant Iudicib.prouincia,in Auth.gl.ad l.2. §.legatis, ad verba,*non compelluntur*, & ibi Barthol. & ad l.hæres, in prin.& ibi Barthol.quoque,de Iudic.ff.

13 Sed hæc hactenus de illa excuſatione quæ ſtudiorum cauſam habeat.Videamus de illa quæ à reſidentia diſpenſat , ſi videlicet abſentia ſit rationabilis, dicta Clem.1.§.cæterùm,de ſta.mon.vbi notat gloſſa inter rationales cauſas eſſe,ſi abſit propter loci & aeris intemperiem,propter infirmitates, vel propter capitales inimicitias.Idem notat gl.fi.in ca.fi.de Cleri.non reſid.Infirmitas quippe excuſat abſentem non venientem, c ad audientiam,5.de Cleri.non reſid.c.præſentium,7.q.1. Et ſeruire intelliguntur,qui per infirmitatem prohibentur quominus reipſa inſeruiant,l.3.§.Stichus,de ſtat.li.& tales tempore infirmitates paſcendi ſunt,l.in rebus, §.poſſunt,commoda.ff.Alia ratio in c.1. de Clerico ęgrotāne metu huius priuationis tempore infirmitatis,alij deterreantur ab obeundis muneribus eccleſiaſticis. Tertia,ne afflicto detur afflictio , ſi daretur priuatio beneficij aut fructuum,c.cùm percuſſio,7.q.1.c.ex parte,cap.3.& fi.de Cleri,ægrota.l.diuus Marcus,de offi.pręſid. ff.l.iure ſuccurſum,de iure dot.ff.Quò fit vt beneficiato ſeu pręlato ægrotanti non imponatur priuatio , ſed detur coadiutor,c.ſcripſit,c.quamuis,7.q.1.& ferè per totum titul.de cleri.ægro. Coadiutoris prima & optima ratio fuit , vt daretur ad ſupplendum officium eius,qui illud non poteſt exequi , vel propter ſenectutem , vel propter morbum,vel alio modo,capit.2. de Supplen.negligen.præl. in Sext. vbi gloſſa 2. ait , coadiutoriam finiri morte eius cui datur , neque mortuo eo qui iuuabatur, cenſeri coadiutorem in locum eius ſubrogatum. Videbis autem

plura

plura de coadiutore & eius potestate. in gl. ad §.eoi rei graue, ad verbum, *Iurisdictio*, de Collat. in Pragm. sanct. & apud Rebuffum in tract. nominationum, q.8. num.26. apud Cardinalem, & Ioannem Andræam, ad cap. fin. de Cleri. ægrota. Oldrad. cons. 44. vide & c. vnic. de Cleric. ægrota. in Sexto.

14 Capitales inimicitiæ excusant à contumacia nō venientem, in c. bonæ memoriæ, in 2. de Elect. Intemperies quoque aeris, & mortis imminentis metus, c. quorundā, 74. dist. c. ad supplicationem, & ca. nisi cùm pridem, de Renunt. item alia legitima impedimenta itineris, iuxta l. 2. si quis cautio. ff.

15 Erit & causa peregrinationis excusatio, adhibita licentia sui prælati, glo. ad c. relatum, ad verb. *Prælatorum*, & ad c. inter quatuor, ad verba *Sine iusta causa*. de cleri. non resid. per c. 36. non oportet ministros altaris, de consecr. dist. 5.

Item si abest pro negotiis suis, c. præsentium, 7. q. 1. vel pro negotiis Ecclesiæ suæ, d. c. ad audientiam in fine. de cleri. non resid.

Postremò & à residentia excusatur cui indulgentia datur à summo Pontifice, ea de re, cap. pen. de cleric. non resident. Quæ tamen gratia, vt reliqua priuilegia, expirat reuocatione, vt c. si. de Rescript. in Sexto. vel necessitate in Ecclesia existente clericorum, c. pen. ea parte, de cler. non resid. c. placuit, 21. qu. 2. vel cessante causa excusationis, veluti ægritudine, impedimento &c. c. cùm cessante, de Appel. l. adigere, § quamuis, de iur. patr. ff. vel elapso tempore præfixo excusationi, vt in c. cum ex eo, de Elect. in Sext. elapso septennio.

---

## De titulis Beneficiorum.

### Capvt VIII.

1 *Titulus beneficij vnde formetur.*
2 *Titulus an alienari possit.*

1 Verba illa rursum, *Certis ædibus assignata*, posita in finitione beneficij, indicant titulum beneficij, ex quo beneficium, & beneficiatus appellantur. Mos antiquus fuit ne admitteretur in clerum, nisi in certa Ecclesia adscripti essent, in qua digni essent habiti qui stipendiis ecclesiasticis nutrirentur, vnde & clericus dicebatur, e cilm secundum Apostolum, de Præb. in Sext. c. cleros, 21. dist. torque tantùm in Ecclesia instituebātur, quot nutriri poterant, non plures, c. 1 de Institut. li. 3 ti 7. ca. quoniam, 9 de vita & honest. cleri. c. si de verb. sig. l. non plures. de Sacrosanctis Eccles. C. § 1. vt determinatus sit numerus clericor. in Nouel. & tot ordinabantur quot nutriri poterant, ea authoritate, de Institutio. cap. cùm Martinus, de Constitutionib. cum similib. Inde ab Ecclesia in cuius albo erant descripti clerici, eius Ecclesiæ & tituli esse dicebantur, vt clerici Ecclesiæ sancti Stephani, sancti Pauli, &c & ex illis clericis, eidem Ecclesiæ maioribus ordinibus inseruituri creabantur ordinati, vt formula ordinationis in ordine Romano docet, vbi sic ponitur pronuntiatio Archidiaconi nomine Episcopi, *De titulo sancti Stephani, eligimus Petrum in lectorem ad eundem titulum.* Et hoc est quod legimus in sacris canonibus, neminem sine titulo ordinandum, ca. sanctorum canonum, & c. neminem, in 1. 70 distin. ea Concilio Vrbani 2. habito Placẽtię, & Chalcedonēsi c. 6. meminit & Niceph. Calixtus li. 11 ea illis ordinatis, assumptos diaconos, subdiaconos, & ex diaconis, presbyteros: eò etiam pertinet diuisio fructuum Ecclesię, quorum vna pars, clericis scilicet, in ea intitularis, debebatur. in c. de redditibus, & ca. quatuor, 12. q. 2. Et quia illa portio à certa Ecclesia nominata, titulo aliquo distincto ab aliis percipiebatur, fiebat vt ei Ecclesiæ adstricti essent ordinati, sub eius annona & titulo, nec possent se ab eadem in aliam sine proprij Episcopi consensu, transferre, & si de facto id fecissent, possent reuocari, etiam per sententiam excommunicationis: quemadmodum refert Gregorius Turonensis, lib. 10 ca. 14 Factum de Theodulpho diacono Parisiensi à Raignimundo eius Episcopo excommunicato, quòd ab Episcopatu Andegauensi noluisset redire ad propriam Ecclesiam. Et in Concilio Tridentino, sessione 23. c 16. statutū, ne vllus in posterum ordinetur clericus, qui illi Ecclesię aut pio loco, pro cuius vtilitate aut necessitate assumitur, intituletur, vbi suis fungatur muneribus. néve incertis vagetur sedibus: & vt, si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitio interdicatur. Idem statutū antea in Concilio Niceno, c. 15. & 16. in Antiochen. c. 7. Chalcedonensi, c. 13. c. sanctorum, 70. dist. Trahi in argumentum potest, quod Constantinus, in l. mancipia, de seruis fugitiuis statuit, vt mancipia diuersis artibus prædita, quę ad Rempublicam pertinent, in iisdem ciuitatibus permanerent, nec inde auocarentur vel solicitarentur, & quod Valent & Theod. CC iubent in l. si eiusdem tituli, publicos seruos deputatos fabricis, vel aliis operibus publicis, si tanquam propriæ conditionis immemores se immiscuerint ancillis, vel domibus alienis, restituantur pristinæ conditioni cum vxore & liberis.

2 Hæ intitulationes, quæ requirebant assiduitatē seu residentiam intitulatorum & clericorum, imposuerunt necessitatem Episcopis ordinandi tantum eos qui haberent titulum alicuius Ecclesiæ, aut sufficiens patrimonium ad victum quod pro titulo esset, alioquin non habentem ordinantes eum nutrirent donec illi prouidissent de aliquo beneficio Ecclesiastico. c. 2. 4. & c. tuis quęstionibus, 23. de præb. Et proinde factum vt non minus obligari aut alienari possent bona pro titulo supposita, quàm bona ipsa Ecclesiastica, aut nisi obseruata solennitate, c. sine exceptione, 12. q. 2. & ita disputat glo. ad d. c. tuis quæstionibus, ad verbum, *Sustentari* & ibi Pan. videlicet si res certæ in titulum definitæ: nam tunc illæ sunt inalienabiles, nō etiam, si generaliter patrimonium pro titulo fuerit suppositum: nam eo casu ex patrimonio alienari bona poterunt, sicque intelligenda prædicta glo. ad d. c. tuis quæstionibus, alioquin fallax & dubia. Et ita quoque in comitiis Aureliæ habitis, art. 12. decretū. Prouentus vel bona supposita in titulum clericalem, ab ordinato vel alio eius nomine non posse alienari, vel hypothecę sobilci vel oppignerari à tempore promotionis: consentit Concilium Trid sess. 21 de Reform. c. 2.

---

## De reliquis verbis finitionis beneficii.

### Capvt IX.

1 *Beneficia perpetuò à prouisis. id est, quandiu vixerint.*
2 *Ratio prior argumento matrimonij corporalis.*
3 *Alia a beneficio principis permanente.*
4 *Alienatio rei Ecclesiæ permissa.*
6 *Beneficiati an vsuarij, an vsufructuarij sint, disputatur.*
7 *Beneficiorum Ecclesiasticorum capaces clerici tantùm non laici.*

1 Postrema verba finitionis beneficij docent perpetuò possideri debere beneficia à prouisis seu clericis, qui ea possideant, id est, quādiu vixerint. Perpetuum, intelligitur, primò per subrogationē similiū, & eiusdem qualitatis & officij, vt in l. proponebatur, de iudiciis. ff. l. eum debere columnam, de Seruit. vrb. præd. l. si grege, de Legat. 1. l. licet, §. pen. Quod cuius. vniuers. ff. l. seruitutes, § si sublatum, de Seru. vrb. præd. ff. Perpetuum ita beneficium inter clericos, quia vno mortuo alius in locum eius in beneficio substituitur. Item perpetuum, quod per vitam habentis conceditur, quandiu videlicet vixerit. l. 1. de iure dot. ff. §. 1. de perpetuis & temporalib. act. Item & in perpetuum datum, quod sine præfinitione temporis conceditur. l. 3 de Excep. ff. alioquin nihil simpliciter perpetuum sub sole dici potest, quod generationi & cor-

ruptioni obnoxium fit, ex motu continuo. § vt autẽ lea, de non alien. reb. Eccles. in Nouel. quod & secundũ Ptolomæum lib. 1. quadripartiti operis. ca. 2. procedit ea duplici materia circulo lonæ supposita, igne & aere, ea volubilitate, cursu, ortu & cunuolutione stellarũ. Sic omniũ rerũ semper quasi naturali lege, mutatio est. Aelius Spartianus in Seuero Imperatore. *Creata omnino & mutabilia.* Quotum enim esse à mutatione incœpit, ea omnia mutationi sunt subiecta, aut in interitum eum, aut sunt per electionem aui provoluntate mutabilia, vt ait Ioannes Damascenus, lib. 1. Orthodoxæ fidei. c. 3. Causam mutationis Rerumpublicarum, etiam esse censet Socrates in Repub. Platonis, quòd sic natura comparatum est, vt nihil permaneat, sed in ambitu quodam mutationem quandam temporis accipiat, quod & refert Aristor. lib. 5. Politic. c. 12. Moriuntur regna, principatus, imperia, ciuitates etiam quæ aratro subiiciuntur, l. si vsusfructus, 21. Quib mod. vsusfruct. amit. Horat. li. 1. Carmi. Od. 16. & in summa, vt ait Lucretius 1. de Natura.

*Et quasi longinquo fluere omnia cernimus æuo.*

Et boc modo perpetua non dicerẽtur beneficia, habita ratione mutationis, extinctionis & alterationis, quæ possunt aliquando beneficiis accidere, vt dicemus, Deo fauente, paulò post, in c. 19. & sequentib. vsque ad 25. Dicimus autem & perpetua, intentione erigentium, quę est vt perpetuò sint, & semper per clericos regantur, & clericis conferantur vtẽda quãdin vixerint, quæ & intentio legis & canonis est, vt etiã nolit semel prouisos illis priuari, sine maxima, eáque iustissima causa. c. 1. de Cler. ægro. c. scripsit, c. quamuis, c. qualiter, c. petisti, 7. q. 1.

2 Cuius rei prior ratio à matrimonij corporalis firmitate, quod non potest dissolui nisi morte coniugum, c. an quod in subditis, & c. quos Deus 33. q. 2. D. Matthæi c. 19. l. 1. de rit. nupt ff. & dotis causa perpetua, l. 1. de iure dot. Neque matrimonium ad tempus iniri potest. Aequiparatur autem coniunctio Ecclesiæ & prælati matrimoni. in bac indissolubilitate & aliis quibusdam, c. inter corporalia, de Transl. Epis. c. sicut vit. 7. q. 1.

3 Alia quòd beneficia principis non habent finẽ temporis vel loci, l. iurisperitos, de excus. tutor. ff. nisi ea potestate concedentis dicamus, quod verum est, à summo Pontifice beneficia posse conferri ad tẽpus, vt liquet ex c. pastoralis, 7. q. 1. c. si gratiosæ de Rescr. in Sex. vnde pendent commendæ. Hine etiam, quòd beneficia perpetua sint, concluditur non posse in viuorum beneficiatorum locum quemquam ordinari, nec viuentis beneficiũ antequam vacet, posse impunè concedi, vel possideri, ca. in primis, 2. q. 2. c. non furem, 2. eum qui. 7. q. 1. c. 1. 2. 3. & c. ex tenore, de Concess. præb. cum similib.

4 Sequitur etiã ex verbis finitionis, quibus dicitur, *Ad vitã vtendã, dari beneficiatis beneficia*: beneficiatos non habere alienãdi bona Ecclesiastica authoritatẽ, quia ius vtẽdi fruẽdi, est salua rerũ substãtia, §. 1. de vsufr. apud Iustin. in l. 1. en. ti. ff. minus autem est in vsu, l. 1. de vsu & habita. ff. §. 1. eo. tit. apud Iustin. c. fi. de Pign. extant ti. de reb. Eccles. non alie. apud Greg. lib. 3. tit. 13. & lib. 3. Sexti Decr. tit. 9. & lib. 3. Clementina. tit 4. tota 12. q. 2. Iiubemus cũ sequentib. C. de sacros. Eccles. & in Nouellis de Ecclesiastica. rerum alien. & simil.

5 Controuersia est, nũ vsuario an vsufructuario similis sit possessor beneficij, idq; ratione dispositionis inter viuos & in vltima voluntate, fructuũ, vt quærit glossa ad c. quia nos ad verbum *testamentum*, de Testamen. & nos tractauimus li. 42. Synt. c. 7. magna quippe inter vsuariũ & vsufructuariũ distinctio, §. 1. de Vsu & habit. l. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. de Vsu & habit. ff. l. 1. de vsufruct. §. 1. eo. ti. apud Iustin. vsusfruct sine vsu non est, vsus sine fructu, l. si habitatio. 10. §. si vsus, & §. per seruũ, 14. §. vsusfructus, de Vsu & habit. ff. vsus personalis non transfertur, l. 2. §. domus, cũ §§. sequen. de vsu & habit. Quidam putant beneficiatos similes vsufructuariis: quòd habeant potestatem locandi fructus Ecclesiæ, cápite fin. Ne Prælat. vices suas, c. 4. de Luca. verùm illa iura id non probant: quia nõ in sui gratiam, sed Ecclesiæ propriæ, locare illis permissum, vt c. 2. de locato docet. Alij contra dixerunt tantum vsurarios, quorum & nos sententiam sequimur, cũ solo victu & vestitu cõtenti esse debeant, c. clericus qui, & c. duo, 12. q. 1. & reliqua debeant vsib. pauperũ Christianorũ & cultui diuino, & aliis piis negotiis, quib. debẽt illa tribuere, ca. Episcopus, 10. q. 2. 1. ad Corint. 6. c. res Ecclesiæ. c. nulli, c. si priuatim, c. fi. 12. q. 1. Sunt enim dispensatores tantùm, nõ proprietarij vel vsufructuarij, c. præcipimus, 12. q. 1. c. non satis, 86. dist. Et vtitur Episcopus rebus Ecclesiasticis, non tanquam propriis, sed velut commendatis, c. sine exceptione, 12. q. 1. & reuocatur donatio fructuum ab eo facta, vltra 20. solidos, in c. 57. si quos de seruis, 12. q. 2. Nec licet mancipium Ecclesiæ emancipare Episcopo, nisi aliud quippiam valoris eiusdem donet ecclesiæ, & debeat consensum & subscriptionem clericorum, c. si quis qualibet, & c. qui mancipium, 12. q. 2. c. si quis episcopus, 12. q. 5. Alex. ab Imola. cons. 15. vol. 2. tradit, volentem testari de fructibus, & quæsitis ea beneficio, dispensationem obtinere debere, & licentiam à summo Pontifice, Panor. etiam ita resoluit, in c. cùm esses, nu. 21. de Testa. & ostẽdit pluribus, beneficiatum esse vsuarium & non vsufructuarium, nec facere fructus suos, nisi in quantum pro victu & vestitu sufficiant, si aliunde non habeat: suos tamen posse dicere, non vt proprios babeat, sed in quantum distribuere possit quibus debet, puta in pauperes. & alia à iure statuta non in proximos, vel alios non indignos, vel in alia, quàm pia opera, quod & probat c. a. si quos de seruis, 12. qu. 2. vbi donatio de fructibus, facta, reuocatur, facit & c. indicatum, 89. dist. vbi episcopatus & patrimonium episcopi, intelligi debent, quãtum ad dispensationem, quia clerici sunt dispensatores bonorũ ecclesiasticorum, c. præcipimus, 12. q. 1. c. non satis, 86. dist. & ita etiam oporter exaudire iura quæ fructus suos facere beneficiatos aliquando dicunt, alioquin inquit cap. 3. de Præb. ratio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datũ esse cognoscitur, propriis cuiusquam vsib. applicetur. Cætarùm glossa ad c. pręsenti, de Officio ordinarij. Seat. distinguit, & ibi ioan. Andr. & Hostien. ad c. si quis, de Pecul. clerico. inter clericum habentem administrationem & non habentem: vt clericus habens administrationem possit donare, moderatè tamẽ, quaudiu viuit: & ita comparari posse vsufructuario, c. cæterùm, de Donat. cùm verò cœperit infirmari, non possit: quòd tũc, inquit, nihil habeat præter vsum, & vsuario cõparetur. et addit Ioan. Andr. quòd hic administrator, dominus non sit, sed procurator, c. 2. de Dona. quare hic inquit gl. eleemosynam quidem facere potest, c. ad hæc, de Testam. testari verò non potest, c. cùm in Officiis, eo. tit. cum simil. Quòd si clericus non habeat administrationem, sed sit simpliciter clericus, & personaliter, vt ait glossa, beneficiatus, in vita & in morte cõparatur vsufructuario, quãtũ ad id, vt faciat fructus suos, & sic de perceptis & recõditis possit testari, & ait probari hanc distinctionẽ, ex c. requisiuit, §. illud de testam. Qui tamen §. loquitur de fructibus & bonis peruenientib. ad beneficiatum administrationem nõ habentẽ, aliunde quàm occasione ecclesiæ, de quib. non dubitatur quin non possit testari. vt in c. quia nos. 9. & c. relatum, 12. de Testam. Auth. licentiam de epis. & cler. C. Quare Panorm. ad d. cap. cùm in officiis, nu. 7. reprobat glossam, c. præsenti, & ait prohibitionem testandi de fructibus ecclesiæ, etiam habere locum in simpliciter beneficiatis, vt in canonicis & præbendatis, quamuis consuetud. sit in contrarium, quàm improbat, nisi in modicis, iuxta c. cæterùm, & c. relatum, de testam. sic idem 9. Panorm. in ca. 1. & pen. de pecul cleric. Nullo modo beneficiatum de fructib beneficij posse testari defendit Archidiac. ad c. statutum, §. assessorem, de Rescrip. disputat & idem Archidia. in summa, 12. quęst.

5 num

ςanm beneficlatus testari possit de fructibus ex præbēda.& Specul.in ti.de testa.mona.§.63.Io.Andr.ad c.relatum,in 2.de testam.Butrig.in Clem.fin.de pign. Porrò Guido Papæ. in decis.110.ait permissionem testandi de bonis quæsitis ex labore in Ecclesiam impēso, vel aliūde, intelligēdā in simplici clerico vel sacerdote administrationem vel curā animarū nō habēte,nō in aliis. *Nisi,* inquit, *sit cōsuetudo in cōtrariū,quo casu valeret,*per c. cæterùm,§. licèt,de Testam. canonicos verò regulares nullo modo testari posse.§.illud,de Monac.in Nouell.

6 Quòd si verum sit,vt verissimum puto,clericum beneficiatum non posse ipso iure disponere vel testari tāquam de propriis & patrimonialib.de fructib.beneficij: multò magis & prohibetur illi libera dispositio ipsius beneficij, ne possit illud iure hereditario in quem voluerit transferre,quia sanctuarium Dei iure hereditario transferri nequid,c.consuluit,de Iure patro. c.ex transmissa,de Iure patron. c.1.de Præb.c.ex transmissa, & c. ad extirpandas,de filiis presb.neq. quisquam eligit sibi successorem propria authoritate,c.Episcopo,in 1.& 2.& c.plerique,c.Moyses,c.Apostolica,8. qu.1. nisi accedat consensus superioris & electorū,vt in c.si transitus & ibi gl.79. dist.c.petiisti,7.q.1. Neq. enim hodiè defertur sacerdotium,at olim fiebat iure sanguinis filiis trib.electus,Nu.3.& 25.Exod.28.& 29. quo fit quoque vt neqoo coram ordinario, vel ordinario iure, quia possit beneficium in fauorem personæ à se electę beneficium renūciare,& nisi ex authoritate summi Pont. vt dicemus infrà c.28.in vacatione per renunciationem.

7 Postrema verba finitione beneficij, quæ tradunt clerico legitimè conferri debere beneficium:ostendunt & clericos tantùm beneficiandos,idq. iure & per legitimam collationem. Et ostendunt laicos beneficiorum esse incapaces:vt in c.cùm adeò,de Rescriptis,cap.2.de Institut.cum similib.& sine canonica institutione beneficium teneri non posse,c.1.de reg.iur. in Sext. de quib. suo loco,Deo fauente,postea tractabimus copiosiùs.hęc interim sufficient pro intelligentia finitionis.

## De diuisione,seu distinctione beneficiorum.

### Capvt X.

1 *Diuisio prior beneficiorum,in propriè & impropriè beneficia.*
2 *Subdiuisio in maiora,& minora,& quæ maiora sint vt summus Pontificatus.* 3 *Cardinalatus.*
4 *Patriarchatus.* 5 *Primatus.* 6 *Archiepiscopatus.*
7 *Episcopatus.* 8 *Chorepiscopatus.* 9 *Abbatia.*
10 *Alia relatione,maiore & minore.*
11 *Beneficiorum 3. diuisio, in curam habentia animarum,& non habentia.*
12 *Beneficiorum 4. diuisio, in regularia & secularia,& quæ sint illa.* 13 *De commenda.*
14 *De 5.diuisione,in collegiata & simplicia beneficia.*
15 *De conuentualibus & capitularibus.*
16 *De 6.diuisione,in patronata,& non patronata.*
17 *De 7.diuisione,in beneficia villa murata,& nō murata.*
18 *De 8.diuisione, in habentia dignitatem, personatum, officium,præposituram,administrationem.*
19 *De præpositura.*
20 *Prælatura sunt dignitates.*
21 *De 9.diuisione,in beneficia anominata,& innominata.* 22 *Prioratus,& species.*
23 *De Archidiaconatu.* 24 *De Archipresbyteratu.*
25 *De Primiceriatu.*
26 *De curatis & eorum synonymis.* 27 *De Monachatu.*
28 *De præbenda simplici,vel canoniali.*

1 Beneficiorum diuisionē iam tradidimus, li.17.Synt. c.4. quia tamē ordo institutos tractatus beneficiorum,& eam desiderat,paucis ea quæ ibi plurib.explicauimus,& ea quæ ibi paucis,hic pluribus explanabimus. Prima itaque diuisio erit, in beneficia quę propriè beneficia,& quæ non propriè talia.Propriè beneficia sunt ea,quę habent has notas vel signa, si insit portio distincta,si in perpetuum conferantur,& per Episcopū,& habeant munera spiritalia coniuncta, quib. alia adduntur à Panor.conci.47.incip.*Illud de iure quæritur,an in literis,*in volu.2.cons.Anchar.ad c.1.de Reg.iu. in Sex.Dec. ad rub.de Rescr.Si prouisus sit persona Ecclesiastica.& in summa, si conueniat finitio beneficij Ecclesiastici proximè explicata. Impropriè beneficia illa dicentur, quæ prædicta non admittunt,de quibus postea.

2 Subdiuidemus beneficia propriè accepta, primū in maiora & minora:& erit secunda diuisio,ex c.penult.de verb.sign. c.maioribus,de Pręb. Talia autem dicuntur vel ratione dignitatis,vel ratione prouentuum. Ratione dignitatis & ordinationis,primum beneficiū & maius, est summus Pontificatus,c.1.de Maled. ibi, *in depressionem officij,& beneficij nostri,*&c.ab ea enim potestate ōmnes reliquę Ecclesiasticæ tanquam eius adiutrices & suffraganeę pendent,cap.ad honorem,de authorit.& vsu pallij.Sedes Apostolica,prima sedes, post illam aliæ Patriarchales,c.vrbes,80.dist. in persona Petri omnis Ecclesia significata est,vt ait D.Augustinus super Ioannem tracta.50.ad c.12. c.6. quodcunque ligaueris,34. q.1. & Leo Papa ad Episcopos Viennenses,epist.87.Huius muneris scilicet publicationis salutis æternæ sacramentū; ita dominus ad omnium Apostolorum officium pertinēre voluit,vt in beatissimo Petro Apostolorum omniū summo principaliter collocaret: vt ab ipso, quasi quodam capite:dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini,qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere.quod refertur in c. ita dominus noster.19.dist.& quemadmodum ex li.7.Etym: Isidori,c.12.refertur,in c.cleros,§.Pontifex. 21.dist.Pontifex princeps sacerdotum,est quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos,ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atq. leuitas, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit, ipse quid vnusquisq. facere debeat,ostendit.ducetur & in c.in nono,c.21.di. De primatu eius sacerdotij etiam agitur,& quomodo Vicarius Dei in terris,sit sum.Pontif.in c.2.& 4.de Translat. Episcop.Nos copiosè iam egimus de sum.Pont.eiusque potestate,lib.15.Synt.c.3.

3 Secundò, inter maiora beneficia, Cardinalatus, ratione tituli adhærentis est,vt in c.2.de Cler.non resid. & ratione officij seu dignitatis, pars corporis sum.Pont.c. si quis,6.q.1. Vt de consiliariis Imperatorum in l. quisquis,ad leg.Iuliam maiest.C.Cardinales fratres coadiutores sum.Pont.c.fundamenta,§.docet,de elect. in sex.c. per venerabilem.Qui filij sint legit.collaterales, c.Constantinus,96.dist.communę Ecclesiæ,Clemen. si quis suadente,de pœn.Vide quę diximus de Cardinalib.& præstantia eorum,in 15.Syntagm.iur. vniuersi,c.4.Gomes. in proœ.Reg.Cancell.q.4.& ti.inocta gl.de Numer.& pręstantia Cardinalium.

4 Tertiò, Patriarchatus inter maiora beneficia, qui quatuor sunt.Romanus,Constantinopolitanus, Alexandrinus,Antiochenus,c.inter quatuor,de Priuil. c.sancta Romana,eod.tit.de Priuil.in Extrau.commun c.sancta Romana,de elect.Patriarchę minores summo Pontifice, maiores primatibus,c.vrbes,80.di. Diximus de Patriarchis,li.15.Synt.cc.5 6.7.8.9. Vide Iuonem epistol.238. de illis.

5 Quartò,primatia,aliud beneficiū maius,quę Metropolitanis pëst in aliquibus,veluti prima sedes & maior alicuius regionis,c.nulli Archiepiscopi,99.dist.& de reuerentia primatum.c.2.eadem 99.dist.diximus,& de primatibus,nos li.15.Syntagm.c.10: in primatiæ & Patriarchali potestate definienda ; antiquus mos seruandus: cap.duo,& Officio ordin. vide Iuonem epistol. 58.65.&

133.de primatu Lugdunensi apud eundem, epist.61.65. 68.& 122.

6 Quintò, Archiepiscopus, cui præest Metropolitanus, in præcipua ciuitate prouinciæ residens, habens sub se Suffraganeos Episcopos. in c. vni, 101. dist. c. nulli, 99. dist. Archiepiscopus, princeps vel primus Episcoporum, c. cleros, 21. dist. Nos multa de Archiepiscopis & Metropolitanis. in d. li. 15 Syntag. c. 11. vide c. saluator, de præb. in Extrau. comm.

7 Sextò, Episcopatus beneficium maius: Episcopi vocati sunt in partem sollicitudinis Archiepiscopi: in c. 1. & seq. 9. q. 3. quibus cura data est Ecclesiarum, Episcopi dicti, canon. cleros, 21. dist. est intitulatio beneficij Episcopatus, vt in c. 1. 18. q. 1. nos de Episcopis multa diximus, li. 15. Syntag. c. 12. & in explicatione c. conquerente, de Offic. ordi

8 Septimò, Chorepiscopatus, pars regionis vel diœceseos Episcopi, à particulari quodámodo Episcopo gubernata, constituebat beneficium, donec sublati fuerunt Chorepiscopi, vt inutiles, c. quamuis, c. Chorepiscopi, 68. dist.

9 Octauò, Abbatia inter maiora beneficia nunc. Abbas pater monachorum inter prælatos numeratur in c. 2. de Iud. Abbatia est virorum, & mulierum, c. indemnitatibus. de elect. in Sex. nos multa de Abbatiis, & Abbatibus, li. 15. Syntag. c. 13. vide gl. ad c. ex transmissa, de Renunciat.

10 Sunt alia beneficia etiam, quæ maiora & minora, relatione facta ad alia, dici possunt, quę ex aliis diuisionibus colligi poterunt, & ideò omitto, ne multoties repetere idipsum oporteat.

11 Tertia diuisio beneficiorum, vt alia dicantur habere curam animarum: alia minimè. De hac distinct. in c. cum singula. de Præb. in Sex. c. de multa, eo. ti. apud Gre. cũ simili. Cura animarũ dupliciter cõsideratur, vt notat. Inno. ad c. cùm satis, de offi. Archid. primum quando is qui beneficio pręficitur tenetur sacramenta conferre certis personis eiusdem beneficij, Clemen. dudum, vers. *verùm*, de sepult. & vt ibidem tenetur prędicare, seu proponere verbum Dei, & confessiones audire facit, c. 1 eo. ti. de sepult. apud Greg. cui etiam datur absoluendi & ligandi potestas, in can. omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiss. Quamobrem quæ eius generis sunt beneficia, exigunt præpositum actu presbyterum seu sacerdotem: vel qui talis intra annum fieri possit, c. licet can. & c. commissa, de electio. in Sext. excepto legitimo impedimento, can. cùm ex eo, de elect. in Sexto. Secundo loco, curam animarũ dicitur habere beneficiũ, ratione curę iurisdictionis contentiosę forensis, quæ adhæret quibusdá beneficiis, vt c. execrabilis, § si. de pręb. Extrau. comm. c. dudum, in 2. de elect. habet ita curã Archidiaconus, c. 1. de offi. Archid. & Archipresbyter, c. 2. de offi. Archipresbyt. Non curata vulgo, seu sine cura dicũtur. quę prędicta non habent beneficia simplicia simplicia, collatione facta curam habentibus, à quib. distinguũtur: & ita beneficij appellatione tantùm cõtinetur generali, cùm alia transeat in proprium nomen, c. si. de pręb. vt de iurisgentiũ conuentionib. dicitur, in l. iurisgentium, 7. §. 1. de Pact. ff. Dixi de curionibus, plebanis & Vicariis perpetuis, li. 15. Syntag. c. 24.

12 Quarta diuisio, vt beneficiorũ alia regularia, alia sęcularia sint: illa quę personis regulam religionis aliquã professi sint: hæc, quę clericis non religiosis cõferuntur, c. cùm de beneficio. c. cùm singula, de pręb. in Sex. Cle. 1. de elect. §. statuimus de Collationib. in Concordat. Quę sint regularia vel secularia. primũ cognoscimus ex fundatione, in qua statuitur per quos sint regenda, glo. in §. idem ordo, ad verb. *regularibus*, de Coll. in Prag. sanct. Ioannes de Selua, tractat. de beneficio, in 1. parte. quæst. 4. num. 13. Deinde contra erectionem, erunt vel secularia regularia: vel contra, regularia secularia, si per quadraginta annos pacificè fuerint possessa à personis alterius qualitatis quàm fundatio statuat, dict. c. cum de beneficio de præb. in sext. Rota decis. 32. quæ inc. *fuit dubitatum*, in Nouis. Ioannes Staphilæus auditor Rotæ, in tract. de literis gratiæ & formis expectatiuarum, forma 8. Requiritur autem vt possessio illa pacifica habeat titulum, scilicet institutionem, & bonam fidem, aliter non mutaretur qualitas beneficij, per c. vigilanti, de præscript. & latè probat Rebuffus ad §. volumus, ad verbum, *regularia*, de collat. in Concord. Tempus quadraginta annorum, commune est inter Ecclesia ad Ecclesiastica præscribenda, c. de quarta, de prescrip. cum similibus eius tituli, c. cum Ecclesia, de caus. possessionum & propriet. Authent. quas actiones, de sacrosanct. Eccle. C.

13 In hac quarta diuisione potest addi tertiũ genus beneficij, quod citra præscriptionẽ qualitatis, à persona alterius qualitatis quã beneficium exigat, natura, possidetur, sed sine præiudicio naturæ beneficij, & per dispensationem, eo commendato olim ad tẽpus certum, certæ personæ, hodie vt plerumque quandiu commendatarius vixerit. Vocant hoc beneficiũ commendatum, commendam, vt si regulare beneficiũ à summo Põtifice conferatur, nomine commendæ secularis: nam ideò non mutatur beneficij natura, nec fit ideò seculare. Meminit de hac cõmẽ. c. qui plures. 21. q. 1. c. nemo deinceps, de elect. in sexto. vbi legenda glossa. ad verb. *commẽda*, quæ plura notabilia de cõmẽda scribit. Nos etiã plura in 15. Syntag. iur. c. 18. interim annotabimus, duplici de caussis fieri commendã Eccl. nempe vel in vtilitatem Ecclesiæ, vel cõmendatarij: in primo commenda titulum non dat beneficij, commendario: dic. c. nemo deinceps, de elect. in sext. & dicitur potius custodia, quæ reuocari potest, quod repugnat beneficij naturæ, quod est perpetuum, vt diximus in finitione. In secundo autẽ casu, beneficium censetur, in vtilitatem cõmendatarij cõmenda facta, quam possidere potest quandiu viuet. Is Explicat Gomes, ad regulã Cancel, de Publican. resignatio q. 4. & ad reg. de Triẽnn. possess. p. 5. glos. ad §. licet euidenti causa, de election. in pragmat. sanctio.

14 Quinta diuisio, in beneficia Eccles. Collegiatæ, & simplicia. Collegiata, in quibus tres vel plures simul instituuntur, vt cultui diuino inseruiant, vt corpus faciant, habeantque cõmune & vnũ Colleg. sigillum, syndicum, arcamque communẽ. l. §. quibus permissum: Quod cuiusque Vniuer. nomine. capit. dilecta, de Excessib. prælat. Tres saltẽ in Colleg. requiruntur conficiendo, quamuis, postquam fuerit institutũ, penes vnũ possit retineri ius Colleg. l. Neratius, 85. de Verbo. signif. l. sicuti. §. fina. Quod cuius. Vniuers. nõ notat. gloss. ad capit. 1. de Elect. quemadmodũ in monasterij nomine tres saltẽ debent institui monachi, vt habetur in Nouella 14. de his qui monasteriũ institutum non absoluunt. & in l. de testatio. 40. de Verb. sig. Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur, nec duo quidẽ familiã faciunt. Intelligimus autẽ Colleg. in beneficiũ trãsire, si sit approbatũ à superiore, qui probandi authoritatẽ habet, non aliter: vt in l. 1. & l. cùm Senatus, 20. de colleg. illic. ff. Signa Ecclesiæ Colleg. in quib. cognoscatur, tradit Guido Papęus decis. 158. quæ notantur. in ca. dilect. de Excess. prælat. commune sigillum, ca. significauit, de Apel. cõmune refectorium, cõmune dormitorium, de quo Inno. in cap. postulanti. de iure patron. & notatur in capit. à nobis, de iure patron. attamen nõ requiri prędicta signa semper simul concurrere, vt scribit Franc. de Zabarellis ad dict. capit. dilect. & c. hi qui, de ætat. & qualitat. Simplex Ec. hic nõ collegiata dicitur in qua prædict. nõ sunt & cui clerici non sunt corpus vnũ facientes, quamuis ex illis qui in ea sunt, alij aliis subiiciantur, quod in omnibus ferè Eccl. locũ habet, maximè curã habentibus animarũ, in quibus presbyter necessariò saltẽ debet habere vnum

clericum

clericum qui secum psallat, & alia munera obeat, quæ tradit c.1. vt quisque. de vita & honest. cler. Interest valde inter ista beneficia, potissimum in iure patronatus, quod non liberum in collegiatis perinde ac in simplicibus beneficiis. ca. nobis, de iur. patr. & in aliis quæ ex superioribus colligi possunt.

15 Cæterùm Ecclesiarũ collegiatarum, quędam regulares, quędã seculares sunt. Collegiatæ regulares seu regularium personarum, conuentuales vt plerumque dicuntur, dict. ca nobis de iure patr. & cœnobia. Aliæ seculares, capitula. c. edoceri, c. capitulum, de rescr. Omnes Cathedrales Ecclesiæ, Collegiatæ sunt, sed non omnes Collegiatæ, Cathedrales: vbi sedem habet Episcopus & Cathedram, ibi consilium proprium, capitulum, quasi paruum caput post caput qui Episcopus est, cuius qui in capitulo sunt membra censentur, & cum quibus disponere debet negotia Ecclesiæ suæ Episcopus, c. nouit, 4. & c. quanto. 5. de his quæ fiunt à præla. sine consens. e. li. 3. ti. 1. nisi consuetudo esset contraria, quæ recipitur, c. 3. de consuet.

16 Sexta diuisio in patronata & non patronata. Beneficia patronata ea dicuntur, quæ ad præsentationẽ personæ idoneæ per patronũ, fundatorẽ videlicet, vel donatorem, vel eorum hæredes, Episcopi conferũt, institutione facta presentati per patronum laicum aut clericum: sine præsentatione quippe non fit institutio, nisi patronus laicus fuerit in mora presentãdi per 4. menses: patronus verò cleric. per sex. c. 1. §. fi. de iur. patr. in Sex. c. 3. §. fi. c. eã te, c. si verò, de iur. patr. c. 2. de suppl. neg. prel. facit pro iur. patr. c. nullus, c. cùm laici, de iure patron. Cui nec censetur etiam summus Pontifex derogare, per gratiam de conferendo beneficio generaliter emissam, c. cùm in illis §. illis verò, de preb. in Sex. Beneficia nonpatronata, liberè relinquuntur collationi, sine ope vel presentatione aliqua cuiusquam patroni.

17 Septima diuisio quæ in Gallia maximè consideratur vt alia sint beneficia villæ muratæ alia non muratæ. Villas vulgus vocat *villagium*, quasi villarũ coniunctionem, à villis & ago, id est, cogo, addo villa quippe ædificium est rusticum. fructuũ recipiendorũ causa. Ita Cato 4. de lingua Latina. *Vt*, inquit, *qua agebant, actus: sic qua vehebantur, via dicta, quò fructus conuehebant, villa: qua ibant, ab itu, iter appellarunt*, &c. villa fundi accessio est, l. fundi vsusfructus, 8. Quibus mod. vsusfruct. vel vsus amittitur. li. 7. ff. ti. 4. congregatio villarum in agris vicos agrestes facit, quia vicus constat ex domib. & in oppido vici à via, quòd ex vtraque parte viæ sint ædificia, vt ait Cato eod. li. 4. de lingua Latin. & vici in vrbibus quoq; villa ita propago, in c. 3. de Eccles. ædificand. Villa itaque non murata, erit vicus vndecunque apertus ruri. Villa murata, oppidum cinctũ muris vel vallo, in quo affluentia populi, & hominum insigniorum quàm sint in pagis rusticis, ideò in villis muratis, beneficia seu parochiæ exigunt capaciorem præpositum: quia populus ibi magis curiosus & peritus. Sicque beneficia villę muratæ, ab aliis distinguuntur, in § in Ecclesiis autem parochialibus, de collat. in Pragm. sanct. in §. statuimus, in 2. de collat. in concor. & ibi Rebu. multa adfert, & tract. nominationũ, q. 16. Alia porrò est ciuitas à villa murata: quòd ciuitas priuilegiata sit, & maior, & dignitatis præstãtioris: vrbs dicta, ab vruo seu aratro, ciuitas mœnibus cincta: nam in vrbe condenda aratrum circumducebatur, vt murorum spatia definirentur, l. pupillus, 239. de verb. signif. c. si ciuitas, de sent. excomm. in sex. Cicero pro Sestio, *Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuenta & diuina iure humana, mœnibus sepserunt*. Et iterum 1. de Rebpu, *Quam cùm locis manùque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum, oppidum vel vrbem appellarunt, distinctam, spatiisque communibus*, &c.

18 Octaua diuisio, vt alia dicãtur habere dignitatẽ alia personatum, alia officium, alia administrationẽ, alia prepositurãm. c. 1. de consuet. in sex c. de multa, de præb. c. execrabilis, eo. ti. de præb. in Extrau. communib. Dignitas generaliter potest accipi pro qualibet prærogatiua in Ecclesia, quæ alio nomine dici potest personatus, & ità gl. 1. ad ca. quia nonnulli, ibi accipi ait. & in c. ad aures, de rescr. & in c. de multa, de preb. secundũ verò Barthol. ad l. 1. de dignitatib. lib. 12. C. est honor, alicui propter merita, specialiter principis vel legis beneficio impensus: laudabilis cuiusque status, & hac lata appellationẽ continebitur personatus, Archidiaconatus, Primiceriatus, & similia, vt not. Archid. ad c. 1. de consuet. in Sex. Cùm tamen propriè personatus consistat tãtùm in prerogatiua sedis & aliorũ, sine tamen iurisdictione, vt not. Collectaneus, ad c. de multa, de præb. & Archid. ad dict. c. 1. de consuet. quod facilè cognoscitur, quando quis habet maiorem præeminentiam, quàm canonici alij, etiam antè recepti, in choro ac capitulo, & processionib. non tamen tantam habet prærogatiuam, quantam illi qui habent dignitatem, c. dudum, in 1. de elect. Singulariter autem dignitas in causa beneficiorum, dicitur facultas administrandi in aliqua Ecclesia cum aliqua iurisdictione. vt not. gl. & Archi. ad dictum c. 1. de consuet. Administrationem obnoxiam esse redditioni rationum videtur iudicare, cap. monach. §. qui verò, de stat. monac. Exempla administrationum ponit glos. ad d. c. 1. de consuet. in sex, ad verbum *administrationes*, sicut inquit est Cameraria, vel vt quis sit vestiarius, vel eleemosynarius. Comprehendit & generali nomine administratio, prioratus, & alia beneficia, Clem. 1. & ibi Cardinalis, qu. 6. de rescr. c. 2. de ętat. & qual. gl. tamen ad c. præsenti, ad verbum, *reseruari*, de offi. ordi. in Sex. videtur aliam explicationem adferre. & beneficia illa dici habere administrationem. in quibus præpositus subire debet curam, & sollicitudinem aliquorum bonorum Ecclesiæ, opponit autem simpliciter & personaliter beneficia. Gemin. ad dictum capit. præsenti. Beneficium sine administratione est, quando ei nulla dos est assignata; quando præpositis aduenient quædam ratione laboris seu personæ, quales arbitrantur prębendatos, & canonicos. Officium est rerum Ecclesiasticarum administratio, sine pręeminentia & honore officium dicere possemus, vt Sacristiam, c. 1. de offi. Sacrist. custodiam, cellariam, & similia in quibus aliquid fieri debet, officium enim ab efficiendo dictum, & est quod quisque efficere debet, obseruata locorum, temporum & personarũ ratione. Hic diutius immorarer, si certa regula diuersitatis nominum, officiorũ, personatuũ, & dignitatum adferri posset: sed quia mores Ecclesiarum in his sunt considerandi, subsistam: siquidem pro consuetudine illarum diuersa, quod in vna est dignitas, in alia est tantum officium: & contrà. sic de aliis vt latè docet gl. ad Extrauagantem, execrabilis, ad verbum, *personatus*. de præb. in Extrauag. communibus, quemadmodum primiceriatus interdum alicubi dignitas, alibi officium, alibi personatus, in c. cùm accessissent, de constitut.

19 Præpositura etiam per se dignitas est, quæ habet prioratum super alios & curam, vnde & præpositus est præfectus. c. quamuis, 9. de verb. sign. c. saluator, 1. q. 3. c. 1. de æt. & qualit. ordin. c. constitutus 2. de appell. c. ex parte, de cleri. non resid. c. ex ore. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capitul.

20 Inter dignitates non ambigitur esse cõnumerandas prælaturas, cuiusmodi sunt Episcopatus, & Abbatiæ, c. 2. de lud. ti. de Reg ad prælat. nominat. in Conc. c. ne pro defectu. & c. nihil, de elect. c. vbi periculum. § & ne eod. tl. in sex Minister fratrum minorũ seu guardianus, prælatus noncupatur. gl. in Cle. 1. ad verbum, *prælatum*, de elect. Priores cõuentuales perpetui, Cle. 1. de Suppl. neg. prel. Prælati, quasi aliis antepositi, præ aliis lati, vel elati, vnde perfecti aliis omnes in eo quo preferuntur, prelati censentur. maiores & minores, ratione subg

ordinationis & potestatis maioris,potioris,vel minoris: quare & sumpto largè vocabulo, curiones parochianis præpositi,plati illorú dicentur,vt in c. cùm ab Ecclesiarum prælatis,iuncta superinscriptione,de offi.ord. c.de rectorib.in fi.& c.tua,de Cleri.ęgrot.Inter prelatos etiã annumerantur qui iurisdictionem habent ordinariã, & non recognoscunt in superiorem Episcopum vel Archiepiscopum,& tantum possunt in sua Ecclesia quantum Episcopi in suis,cuiusmodi est Thesaurarius sacræ capellæ Parisiensis & Biturlcensis, gl. ad Clement.1.ad verbum, *propry*, de reb.Eccles.non alien.Felinus ad ca. decernimus,col.fi.de Iudic.

21 Nona beneficiorum diuisio, vt alia sint nominata, alia innominata. Nominata sunt ea quæ propriam habent qualitatem extra communia beneficij. Innominata quæ generali nomine beneficij dicuntur, cuiusmodi præbendę quas & continet beneficium, vt in c.ex multis,§.constituimus,1.qu.3. ibi, *Beneficium Ecclesiæ,quod quidam canonicam vel præbendam siue ordines vocant*, &c. Inter nominata sunt quæ proximè explicauimus, Pontificatus summus,Patriarchatus,Primatiæ, Archiepiscopatus, Episcopatus,Abbatiæ,Prępositura.

22 Sunt & prioratus beneficia nominata,de quib.diximus in lib.15.Synt.c 18. vbi duo in beneficio positi sũt, ibi honoratior,vel qui prius dignitatẽ habuit, prior dicitur.Ita priores seculares,& regulares:secundum qualitatem Ecclesiarum. Regularium autem,alij priores conuentuales,alij claustrales. Conuentualis,qui per se cœnobio præest.in quo non est Abbas. Claustralis,qui sub Abbate, & in eius absentia pręest,in claustro monachis. Vide Clem.2.de rescr. Clem.1.§. Cæterùm,de stat. monach. c.cùm ad monasterium, eo.tit.de stat.monach. In seculari Ecclesia prior dicitur vel rector primitiuus qui non habet curam animarum,rector habitu.Qui autem curam exercet,rector actu, Vicarius perpetuus dicitur,in c.extirpandę,§.qui verò, de pręb.Sunt & prioratus Ecclesiarum seu Collegiorum secularium.

23 Est inter nominata Archidiaconatus, de quo nos lib.15. Synt.c 20. cuius præpositus dictus Archidiaconus,de cuius officio in c.1.& 2.& toto ti.de offi.Archid.

24 Itẽ Archipresbyteratus & Decanatus,de quibus ti. de offi. Archipresbyter. & nos diximus li. 15. Syntagm. c. 21.

25 Primiceriatus, de quo in ti. de offi. primicerij,c. cùm accessissent,de constitutio. cuius prefectus primatum inter alios collegas vel collegiatos tenet, de quo nos dicto li.15 Syntag. c.22.

26 Sunt & beneficia curam animarum habentia,dicta curata vulgò,vel cũ cura,can.de multa, de pręb.dicta & Vicarię perpetuæ,vbi est alius rector qui prior dicitur, vt in c. extirp. qui §.qui verò, de præb. c.1.& fi.de offi. Vicar.c.postulasti,de rescr. item dicta parochię, tit. de parochiis.Rectoriæ,c.fi de præb.Plebaniæ,in c.fin.No cleri.vel monach. secul. negot. se immis.succursus seu auxiliatrices vel additæ Ecclesiæ matrici, vt in can.ad audientiam,de Eccles. ædificand.Decius ad ca.ex parte, de rescript.

27 Monacharus rursũ in Ecclesia Collegiata,est beneficium,nomen proprium habens,gl ad c.2.de iud.in Cle. Panor.ad c.monachi,de stat.monach.

28 Quamuis etiam nomen prębendæ possit accommodari generaliter omnibus beneficiis.c.ex multis,1 q. 3. c.postulasti de pręb.attamen contrahitur in speciẽ,& facit beneficium nominatum distinctũ ab aliis,quando portiones præbendales diuisæ sunt & certæ, vt in c.ex parte,de concess.præbend.cuius duæ species,simplex,& canonialis. Præbenda simplex est ius recipiendi certos prouentus in Ecclesia Collegiali, competens ex diuino officio, cui prębendatus deseruit. notatur ad c.cum Martinus,de Constitution. & c.fi.de pręb.& dator clericia secundi gradus in Ecclesia.Prębenda canonialis dicitur, cui omnia quæ diximus in pręben da simplici requiri,& alia vltra insunt,vt ius suffragij in comitiis vel consiliis, quod vocant vocem in capitulo,item sedes in choro, vocant stallum in choro & capitulo, & alia de quibus in c. dilecto,& c.pro illorum,de pręb. Clemen. vt hi qui,de ætate & qualitate & ordin. Canonicatus regularis alicubi per se facit beneficium nominatum, gl.ad Clem.2.de iudic.

---

## De Beneficiis innominatis & habentibus affinitatem cum beneficiis.

### Cap. XI.

1 *Beneficia innominata,quæ assiduis dantur titulo coadiutoria.*
2 *Affinia beneficiis,tamen impropriè beneficia,vt coadiutoria.*
3 *Feuda.* 4 *Patrimonium clerici.* 5 *Pensio super Beneficio,* 6 *Xenodochia.*
7 *Operaria.* 8 *Collegiatia loca, & quãdo.* 9. *Præstimonia.*
10 *De capellanis & capellis,quando sint beneficia.*
11 *De preceptoriis seu commendis sacrorum militum.*
12 *De manualibus beneficiis.* 13. *De commendis.*
14 *De collatis iure regalia.*
15 *De præbendis datis pro labore.* 16 *De Vicariatu & officiatu.* 17 *De officiis Ecclesiasticis non collatis in titulum.*

1 INter beneficia innominata annumerari voluerũt, quę assiduus seu assiduus percipit in Ecclesia, in c. pen. de Cler. non resid.item quæ in minoribus ordinibus constitutis datur, c.2. pręb.item coadiutorias,de quibus in c.grandi,de suppl.neg.prælar.in sex.

2 Et hæc hactenus dicta sint de beneficiis quæ propriè dicuntur beneficia Ecclesiastica, videamus nunc de his quæ habent affinitatem quandam & similitudinem cũ veris beneficiis,& tamen talia nõ sunt,de quibus & tractauimus alibi,li.15.Synt.c 24. Primùm tales erunt coadiutoriæ, quę non habent subrogationem in locũ coadiuuati,qui non est ideò minus titularius verus & possessor.c de rectoribus, cum sequentibus de Cler. ęgrot.& tot.7.q.1.

3 Secundò,feudum Ecclesiasticum, quod beneficium quidem dicitur, §.1.in quib. caus. feudum amitta.& tit. Quæ sit prima causa beneficij amittendi.

4 Tertiò, patrimonium clerici, quod pro beneficio supponitur,& dicitur titulus ordinandi, c. tuis quęstionibus,de Prębend.c.Episcopus,eod.tit.

5 Quartò,pensio super beneficio, imitatur beneficiũ, sed non est:c.quamuis plenissima,4.de præb.in Sex.c.ad audientiá, in 2. de rescr. quia & non clericis dari potest ob mercedem vel ob aliam causam. c. possessiones,16.q. 1.& facit c nisi essent,de pręb.potéstque extingui.

6 Quintò,Xenodochia,leprosarię,eleemosynariæ,non constituũt beneficium,si rector constituatur,ad bona illis destinata colligenda, conseruanda & distribuenda, Clc.quia contingit,de Relig.domib.vbi in §.1.prohibetur ne détur in titulum beneficij.*Nisi*, inquit, *in fundatione aliter dictum sit,aut sit de rectore loci per electionẽ prouidendum*. Videnda Cle.per literas,2.& ibi gl.singulares,de Pręb.Reb.in tract.nominationum, q.15.n.12.13. 14.15. Vnita etiam hospitalia vel alia loca pia Ecclesiis, pro beneficio habebuntur, d. Clem.per literas,facit vnio ex duobus vnum,c.sicut vnire,de Excess.pręl.

7 Sextò,operaria, id est,officium curandi fabricã Ecclesię,non est beneficiorum, sed affinis, quia laicus potest ei præfici,vt not. Dec. in c.definimus,n.11.de Iudic. æditui olim qui curam habebant publicarum ædium, & templorum,Aristot. 6. Polit.in fine, Plato 6.de legib. quęstores & asseruatores sacræ pecuniæ vocat. Æditui etiam Iustiniano,qui ædes tuentur, §.1.de tutel.l.1.§.tutores

tores

tores,de tutel ff.ædilium hęc cura Romæ secundū Varron.4 de ling Lat.Pompon. in l.2.§ item qui essent qui ædibus,de orig iu.ff.quamquā & vltra ieρoφúλακα, seu sępli custodē futile constet, vt liquet ex hypothesi l.annua hi verbis,20.§ At Titia,de ann.leg.lib.33.ff.tit 1.

8 Septimò Collegalia loca,quę ad tempus conceduntur, inter beneficia Ecclesiastica propriè non annumerantur:si tamen dentur in titulum,& perpetuò ad vitam in aliqua Ecclesia, cenientur beneficia, vt in Ecclesia S. Saluatoris , quæ est in suburbiis ciuitatis Montispessuli, & in Ecclesia sanctæ Trinitatis Magalonæ,Rebuff. tract.nominationum,q.15.num.21.

9 Octauò præstimonium non est inter beneficia,quādo consistit in sol.a temporalibus percipiendis,contra si habeat aliquod onus iniunctum spiritale, & habeat iniunctam residentiam.Oldrad.cons.81. Dominic.cons.89. nec quæ presbytero stipendij, & mercedis causa dantur, erunt inter beneficia, Oldr.cons.140.Tradit Gomes ad regulam Cancellariæ,de public.resign.q.2.in fin.Præstimonium non requirere aliquam residentiam,nec habere aliquam denominationem.

10 Nonò, Capellania imitatur beneficium , sed inter officia annumeratur,in c.Apostolica,&c.q.Capella dicitur locus in Ecclesia priuatus, consecratus Deo tamen, vel extra Ecclesiam,c.Ecclesiæ,de consecr.distinct.1.c.ad hæc,de Religios.domib.ex cuius constructione vel dotatione,fit quodammodo beneficium, si probetur ab Episcopo, & quæritur ius patronatus, cap. nobis, de iure patron.Potest & fieri & haberi in domo priuata capella secundum Innocentium,ad can.ad hæc,de Religios.domib.& in c.ex literis,de iure patron.cum authoritate videlicet Episcopi.Ioannes Fab. ad §.religiosum,de rerum diuis.Alexand.ad leg.t.de Relig.& sumpt.funer.ff. Vocatur alio modo capellæ in Ecclesia,altaria,quæ non construuntur sine consensu Episcopi,c.si quis, in 1.17.q.4.c. quæsitum,t.q 3.c.nullus,de consecr.distinct.1.Æquiparari capellanias beneficiis,& ideò in impetratione beneficij capellaniam iam possessam, vt reliqua beneficia tūc possessa,exprimi debere,scribit Rebuff.in tract.de pacif. possess.nu.85.& 88.& in tract.nominationum, q.9.num. 27.Differentiam tamen inter capellam & capellaniam, facere videtur idem Rebuff.in Comment.ad titulum de forma mandati,ad verbum, *capella.* in concor. quòd capellania solcat dici illa quæ nō est per se separatim. sed est intra aliam Ecclesiam fundata constructa.& iuxta Felinum ad c.ex parte,de rescr.& in c.cùm venerabilis,de except. Capella autem dici possit,Ecclesia fundata per se,etiamsi sit parochialis, vt liquet ex can. 1. de Capellis monachorum.c.nobis,de iure patronatus. Panorm.ad c. exposuisti, in §.notabili, de præbendis, ita capellæ & capellaniæ erunt beneficia:gl.t ad c.si beneficiorum, in fi. de Decimis, in Clem. quò pertinere potest quod statuit Carol.Magn.lib.5.capitularium,c.181 *Placuit*,inquit,*nobis vt sicut ab Episcopis & reliquis sacerdotibus ac Dei seruis admoniti fuimus,ne capella in nostro palatio vel alibi,sine iussu Episcopi. in cuius est parochia fiant.* Erant inde dicti Capellani minores capellis præpositi:maiores verò & summi capellani apud Francos erant clericorū causis prelati. Dicti porrò primitus capellani à cappa sancti Martini , quam Reges Francorum ob adiutorium victoriæ in prçliis solebant secum habere:quam ferentes & custodientes cū cęteris Sāctorum reliquiis clerici,capellani cœperūt vocari.vt omnia refert Valafridius Strabo,Abbas Augensis.c.ſi.de incremētis rerū Ecclesiasticarum: & alibi nos. Si tamen Capellanię fundatæ per laicos nō fuerint à diœcesano approbatæ,&(vt loquuntur) spiritualizatę,non censentur beneficia,nec ab Episcopo cōferri possunt,sed sunt sub eia dispositione fundatoris. Io.Fab. §.nullius, de rer.diuis.ideò fundatores & heredes eorum , possunt tales Capellanias donare sine Episcopo cui voluerint , tanquam profana beneficia. Guido Papa decis.187.

11 Decimò, præceptoriæ dictæ commendæ sacrorum militum, veluti ordinis hospitalij sancti Ioannis Hierosolymitani , beneficia quidem secundum quid Ecclesiastica dicuntur à Barbatia.ad Clem.causam, col.51, de elect. tamen non propriè dicuntur ex genere communiū beneficiorum, eò quòd personæ consequentes, & quibus conferuntur,non sint laicę vel Ecclesiasticę,sed tertij ordinis De his beneficiis fit mentio in ca exhibita, de priuil.in Extrauag communib.in c.dudum,de Decim.

12 Vndecimò, beneficia manualia regularia non propriè Ecclesiastica dicuntur nēpe ea quę ex arbitrio præpositi dantur & reuocantur , non conceduntur in titulū, c.vnic.de capel.monach.in Sex.ca. cùm ad monasterium §.tales,de stat.mona.ca 1.§ si de priuil.in Sext.beneficia quippe perpetua esse debent,c.pręcepta,55. dist. tamen beneficia dici,& in impetrationib. aliorum beneficiorū exprimi debere,placuit Rebuffo in tract.Nomin.q.9.nu 25.quia(inquit)talia possint esse perpetua,& ita pro perpetuis iudicabūtur,arg.l.sufficit,de cond.indeb.& quòd non possit Abbas à beneficio remouere prouisum monachum,ex malitia & sine causa:& si sine causa remotus fuerit,potuit restitutionem petere contra Abbatem, coram superiore Abbatis,gl.in §.& idem ordo,ad verbum *perpetuu*,de Collation.in pragm.sanct. vbi & concludit hęc manualia cum perpetuis posse permutari. Facit & Inno.ad c.insinuante. Qui clerici vel vouent. Rebuff.in tract.Nomin.q.9.nu.25 & de pacif.possess. & in tract.de pacif possess.§.limitatione,nu.275. vbi copiosè & de restitutione hac secundum quam iudicatum perhibet,additque manualia : hęc beneficia non censeri reuocata per mortem Abbatis,ex Panor.ad c.fi.de precar. Decius ad c.ad nostram, per illum textum, de confirm. vtil. vel inutil. At cum causa posset reuocatio permitti,vt in ca.2. §.fin. de stat. mona. multò difficilius tamen reuocabile erit manuale beneficium,si fuisset eius collatio per sum. Pontificem prouiso confirmata;quo casu non potest reuocari ab Abbate vt scribunt Ioan. Andræas,& Domini de sancto Gem.ad c.pręsenti,de offi ordin.in sexto Aliter in forma , quilibet prioratus regularis censetur ad nutum reuocabilis,nisi sit curatus,vel conuentualis, Aegid.decis.203.& nisi à Papa conferatur, aut confirmetur collatio Abbatis ex certa scientia summi Pontificis,non etiam si simpliciter.Pan.ad c. nisi essent,in fin.de præb. Cardin.ad Clem.1.ad verbum *reuocari*, de sepult.negl. prelat. Plena námque & libera dispositio beneficiorum, est in manu sum.Pontificis,Clem.1.in fine. vt lite pend. nihil innoue. aut nisi beneficium ab Abbate collatum sua natura esset perpetuum,quo casu non posset ab Abbate reuocari: quia talis collatio intelligatur facta cum sua qualitate. Clemen.vni.de supplend negligen.prælat. cap.vnic.de capel.monach.in sext. e. 1.eodem titul.apud Gregor.

13 Duodecimò, commenda beneficij ad tempus facta ab Episcopo,beneficium non est,quia & commendatarius amoueri potest,cap.nemo deinceps,de elect.in Sex. Rota decis.244. in antiq.

14 Decimotertiò,beneficia quæ conferuntur à principibus iure regaliæ,non propriè beneficia dicuntur,Molinæus ad regulam de infirmis renunciant.nu.186. quia à laicis beneficia Ecclesiastica iure communi non conferuntur,vt dicemus in collatione,Deo iuuante.

15 Decimoquartò , præbendæ assignatæ æditui vel symphoniacis, pueris, seu cantoribus, œconomis, magistris, syndicis , & aliis officialibus pro labore , non sunt propriè beneficia:assignantur æditus & assiduis in c pen. de præb.magistris,in c.1 & c.quia nonnulli de magist.de reliquis notatur in c.cùm Martinus,de consti. de salario syndici,in c.vn de Syndic.lib 1.tit.39. & de aliis præbendis profanis datis ab Ecclesia clericis pro labore, in cap. possessiones,& c.fin.16.q.1.

16 Decimo

16 Decimoquintò, Vicariatus generalis cùm datur pro pontifice, seu officialatus, siue generalis, siue ad certam partem Episcopatus, qui dicitur foraneus, non erunt inter beneficia, de quib. in Clem. 2. de rescrip. & ibi videnda gl. facit & cap. 1. & 2. de offi. Vicar. in Sext. nam potius hæc officia quàm beneficia dicuntur, vt liquet ex tit. de offic. Vicarij.

17 Decimosextò, officia Ecclesiastica, nisi conferantur in titulum, non erunt inter beneficia: qualia sunt conuentualia, eleemosynariæ, Cellarariæ, Sacristiæ, vt numerat glo. ad Clem. 1. §. ad hæc, ad verb. *officiis*, de stat. monach. custodiæ, c. 1. de offi. custod. c. 1. de offi. Sacristæ, Thesaurariæ, & similia.

## De erectione seu constitutione beneficiorũ per nouam fundationem seu creationem: atque primùm, de causa in ea consideranda.

### Caput XII.

1 *Dicendorum circa erectionem beneficiorum, ordinatio.*
2 *De noua fundatione seu creatione beneficij.*
3 *De causa sine qua ædificare non licet nouam Ecclesiã.*
4 *Causæ plures, si populus indigeat oratorio: si de nouo ad fidem conuertatur: si crescat multitudo fidelium: si parochia latos habet fines: si multiplicatus cultus diuinus: si fructus excreuerint.*
5 *Absque necessaria causa noua Ecclesia, in præiudiciũ aliquarum non debent ædificari.*
6 *Minus propter spem quæstus.*

1 SVperioribus explicationibus, quibus dictum est de origine, finitione, distinctione & diuisione beneficiorum, addendum nunc erit methodi causa, quomodo instituantur seu erigantur beneficia. Cui quæstioni triplex forma erigendi subnectetur & disputabitur. Prior est, quæ per fundationem nouam seu creationem fit. Secunda, quę accidit per restitutionem extincti: Tertia, quę per immutationem status antiqui beneficio contingit: de quibus ordine dicendum, & secundæ formæ erit cõiungenda explicatio extinctionis beneficiorum, vt possimus faciliùs intelligere restitutionis formulas. De fundatione itaque priùs agamus noua.

2 Noua fundatio dicitur, quando fit beneficiũ quod nunquam fuerit, ideò & dicitur beneficium creatum, ex non ante, & de nouo erectum: in can. dilecto filio, de Pręben. ibi *quoddam sui spiritale de nouo creando*, &c. & in Clem. fi. de rescr. vbi rescriptum de conferẽdo beneficio vacante, non comprehendit beneficium de nouo creatum: dicitur & creata noua dignitas præcentoriatus, in c. cùm olim, de consuet. hæc fundatio fuit ineunte religione vsurpata, & postea in locis quoque de nouo ad fidem conuersis, vt in c. 1. de verb. sign. in Sext. Considerabimus in noua hac erectione, causam, personas, locum, dotem, ædificium effectus.

3 Causa prior est, bona intentio ædificare volentis, ne sub prętextu religionis & pij operis, in perniciẽ ipsius aliquid cõmittatur: probandi enim sunt spiritus & zelus, num sint secundũ Deum: & num demum aliquod possit consequi. Nam, vt ait Iust. in. in §. 1. de Eccles. tit. Nouell. 67. *Multi simulantes ædificare orationis domos, suis medentur langoribus* [illegible] Orthodoxorũ Ecclesiarũ ædificatores facti sed speluncarũ illicitarũ. Ideò & mandat antequã ædificatio fiat haberi consensum Episcopi, & fieri disquisitionẽ intentionis. Speciosum nomen tẽpli & Ecclesiæ, & pietatis plenũ videtur opus per se ædificare Ecclesias & tẽpla: verũ imponi posset ab impiis his titulis simplicibus, vt factũ per hæreticos, de quibus Imperatores Archad. & Honor. in l. 3. C. de hæret. *Cuncti hæretici nouerint omnia loca sibi adimenda esse siue sub Ecclesiarum nomine teneantur, siue diaconica, appellentur siue decanica, siue in priuatis ædibus vel locis huiusmodi cœtibus copiam præbere videantur*, &c. & Theod. & Valentin. CC. in l. Arrian. l. 5. eo. tit. prohibent hæreticis, ne publicè coeant, néve sibi ædificare quasi Ecclesias possint. Martia. Imperator idem statuit in l. quicunque, 8. § vniuersi, eo. tit. de hæret. idipsum verbum l. 2. C. de summa Trinit. l. conuenticula. 15. C. de Episco. & Cler. & in §. nullus, Nouellæ 37. & in Nouella 131. c. 14. & Nouella 132. idipsum prohibitum de templis paganorum idololatrarum, in l. omnia, 5. & l. si quid datum, C. de Paganis. Antiqui Ethnici religionis causa coire permittebant: dum tamẽ hoc non fieret contra Senatusconsultũ, quod illicita Collegia prohibebat, l. 1. §. sed religionis, de Collegiis illic. lib. 47. ff. tit. 22. sic Vlp. in l. 2. de Extraord. crim. lib. 47. ff. ti. 11. *Sub prætextu religionis vel sub specie soluendi voti: cœtus illicitos, nec a veteranis tentare oportet.* Cultus diuinus & formula eius, locáque, nõ ex arbitrio singulorũ, sed ea lege & publica authoritate pendere debet. Sicut Deut. c. 12. dixit Deus. *Non facietis singuli quod vobis rectũ videtur, sed quod præcipio tibi hoc tantũ facito Domino nec addas quicquã vel minuas.* & Leuit. ca. 17. prohibitum ne alibi quis auderet sacrificiũ offerre quàm in loco destinato & publico. Quocirca causa qualis sit ædificandi est examinanda, eáque publicanda populo cõuocato per Episcopũ dũ instituerit publicam supplicationem indi[illegible] pro eligẽdo loco, & initiando orationibus factis, & crucis fixione. §. si quis autem, de Ecclesiast. tit. in Nouellis.

4 Causæ iustæ ædificandi Ecclesiam & fundandi, vel creandi beneficium, plures esse possunt, cùm necessitatis tùm honestatis & vtilitatis, & incrementi cultus diuini. Primùm si populus indigeat oratorio vel Ecclesia: quo causa noua erigi potest, & de reditibus aliarũ Ecclesiarũ illis non necessariis, ei poterit portio assignari per Episcopum. c. fi. de Eccles. ædif. Secundò, si de nouo conuertantur Ethnici vel Turcæ ad fidem, & nulla adhuc sit Ecclesia, fundanda noua erit. c. 1. de ver. sig. in Sexto. Tertiò, si crescat multitudo fidelium: quæ Ecclesiis iam cõstructis recipi, vel alimentis diuinis seu Sacramentis cõmodè non possit refici: quo casu etiam Episcopatus nouus posset creari, vt in ca 53. præcipimus. 16. q. 1. & noua primatia, in c. nulli, 2. 99. dist. Si quando vnus pastor nõ possit sufficere, vel si vnus ea quæ sunt boni pastoris nõ possit præstare, c. 1. de concess. præb. in Extrau. commun. cùm messis creuerit plures operarij mittendi sunt ad eã colligendam, c. in nouo, 21. dist. c. vnic. de off. deleg. in Extrauag. communibus facit DD. Matth. c. 9. Lucę 10. Quartò, si vna parochia habeat domos valde ab Ecclesia distantes, vt difficile sit, maximè in hyeme, imbribus vel niuibus impedientibus, in eam parochianos venire, vel deferri sepeliendos vel baptizãdos: poterit alia in loco cõueniente, quò possit pars parochianorum facilè conuenire, ædificari, constitutis reditibus & perpetuo Vicario, c. ad audientiam, 3. de Eccles. ædific. Quintò, pro multiplicando cultu diuino, ad honorem Dei vel Sanctorum eius, volentes ædificare & fundare, non sunt reiiciendi vel improbandi: imò verò excitãdi: quemadmodum eius rei gratia iura concedunt ius patronatus ædificantibus & dotantibus. gl. ad c. nobis, de iure patron. Archid. ad c. hortamur, 71. dist. Hugo ad c. piæ mentis, 17. qu. [illegible]. Sextò, eadem ratione, si excreuerint fructus & reditus Ecclesiæ vnius, qui sufficiant duabus vel pluribus, diuidi possunt, & aliæ addi quæ rationabilis causa scissionis beneficiorum, vel diuisionis prębendarum, visa est in c. vacante, de Pręb. quę ad cultus diuini augmentum pertinere potest, & ne [illegible] Ecclesiasticę pinguedinis nimię abusu bonorum Ecclesię, habeant delinquendi occasionem, vt pulchrè explicatur in c. Saluator. de Pręben. in Extrauag. communibus. Ratio etiam diuisionis beneficiorum, ad augmentum cultus diuini refertur. in c. vnic. de offi. deleg. in Extrauag. communib. cui rei debent auxilium vniuersi Christiani, in princip. 21. distinct. & c. ex parte, de constitution.

5 Planè si causa rationabilis non sit necessaria, noua Ecclesia in præiudicium antiquæ ædificari nõ debet: ca. 3. de Eccl. ædific. & si fiat, opus nouũ denunciari debet ædificanti nomine Ecclesiæ antiquioris, can. 1. & 2. de oper. noui nunci. Quare qui antiquæ Ecclesiæ præest curio, vel alius, potest intercedere seu se opponere ædificationi nouæ, si eius intersit: vel propter oblationes, sepulturas, vel alias obuentiones, vt resoluit per plura Guido Papæus in decis. 360. iuxta not. in c. dilectus, de Capel. monach. & not. ad c. 1. de rel. dom. sed melius facit d. c. 1. & 2. de oper. noui nunc. Itaque remedio nunciationis noui operis vti potest, & vtili actione, quæ datur & superficiario, l. 1. §. & l. 3. §. pe. de nou. oper. nunc. ff.

6 Multò magis prohibita erit ædificatio, si turpis quęstus gratia voluerit aliquis construere: veluti cum conuentione, vt quicquid ex oblationibus Ecclesiæ aduenerit, cũ clericis eius diuidat, quia pactionem huiusmodi ius prohibet, & ea lege ædificatum consecrari verat. c. si quis Basilicam, de consecr. dist. 1. Prohibuit aliquando Nicephorus Phocas Imperator Græcorũ, vt habetur inter constitutiones eius, ne de nouo construerentur monasteria, vel Xenodochia, vel nosocomia, néve eis vel aliis Ecclesiis nouis agri & alia darentur, ne propter multitudinem Ecclesiæ iam constitutæ desererentur, iussitque eam ædificatarum curam agi & geri.

## De personis in noua fundatione considerandis.

### Caput XIII.

1 *Personarum tres species consideranda, fundantium, approbantium, consentientium.*
2 *Omnes non prohibiti cuiuscunque sexus, fundare possunt Ecclesias, dummodò sint Christiani.*
3 *Episcopus cogi potest ædificare nouam Ecclesiam necessariam.*
4 *De personis quæ debent fundationem nouam authorare, déque Episcopalium fundatione.*
5 *Quomodo intelligatur, quòd Imperatores erexerint sedes Archiepiscopatus & Episcopatus.*
6 *Ecclesia fundantur authore & vocato Episcopo, imò & monasteria, & ibi ratio, ad euitandam ambitionẽ & vanitatẽ.*
7 *Si exempta loca, authoritate summi Pontificis quid statuendum sit.*
8 *Alia ratio, cur monasteria ex arbitrio non liceat construere, ne turbetur Respublica nouis religionibus.*
9 *Licentia libera religionũ, malorum causa in Republica.*
10 *Dauid quòd bello sanguinem fudisset, templum ædificare Deo prohibitus.*
11 *De personis quorum interest non ædificari, in noua ædificatione adhibendis.*
12 *De Abbatis facultate postulanda, in Ecclesiis sibi subiectis ædificandis, & num Ecclesia ædificata sine consensu Episcopi, & postea eo approbante, possit agere pro dote contra fundatorem.*

1 POST causam, quæ impellit ad erectionem, noui beneficij; quærendũ est de personis quæ erunt vel fundantes, seu quarũ sumptibus instituitur beneficium, & ædificatur Ecclesia: vel approbantes, seu quarũ authoritate fundationes & erectiones egent: item quæ consentire debent. Priores breuiter illæ dicũtur, quæ non prohibẽtur: & ita vtriusque sexus possunt fundare suis sumptibus Ecclesias & beneficia. Iura enim quæ tribuũt ius patronatus ratione fundationis, vel donationis Ecclesiarum, quamuis loquantur in masculino genere, ca. nobis, de iure patr. ca. Frigentius, c. piæ mentis, c. filiis, 16. q. 7. & similia, tamen & de mulieribus intelliguntur. Lex enim aut natura in negotiis agendis quæ pendent ex natura & potestate cõmuni humana, non introduxit sexus differentiam. l. maximũ vitium, de libe. præte. & maximè in his quæ spectant ad cultum diuinum non est masculus, non fœmina, seu distinctio sexus apud Deum: omnes enim mercedem domino expectare possunt. D. Paulus ad Galat. 3. cap. 1. 29. q. 2. c. de Coniugio seruorum. §. hinc autem, de Monach. in Nouell.

2 Verùm, fundatio Ecclesiarum à fidelibus seu Christianis fieri debet, vt in ca. piæ mentis, ibi, *omni Christiano*, &c. & , *qui Christianus*, &c. & in ca. quicũque fidelium, ibi, *fidelium*, 16. quæst. 7. Non posset ergo Paganus, Iudæus, Turca, imò nec hæreticus: quia separatus à fide non potest vti legitimis Christianorum priuilegiis, l. quicũque, l. quoniam multis, C. de hæretic. Iungenda sunt quæ in proximo ca. 9. superiori diximus. Videntur & hæretici destituti facultate fundandi: ex eo quòd bona eorũ sint fisco applicanda, in l. Manichæor. C. de hæretic. ca. cùm secundùm leges: eod. titu. in sext. Proximi sunt hæreticis schismatici, ca. inter hæresim, 24. qu. 3. & proinde diuisis ab vnitate pastoria, non tutum est permittere Ecclesias ædificare, ne eas subtrahant ab vnitate: idipsum de his qui à fide apostatarunt, & lapsi sunt, vel in Iudaismũ, vel Paganismũ: nam Iudæi possent cõuertere ædificationes in Synagogas, quæ eis interdicuntur nouæ, reliqui ad erroris possent transferre abusum. Vide Paulũ de Citadinis in tract. de iure patro. par. 3. causa prima acquirẽdi nu. 6. & sequentibus, vbi & tandẽ nu. 36. generalẽ constituit regulã, quòd omnes qui habent liberã rerum suarũ administrationẽ tantum & dominiũ, possunt construere Ecclesias, & ex fundatione ius patronatus sibi acquirere: quòd fundandi materia similis sit potestati testificandi: ideò omnes qui non prohibentur, possint fundare, dictis canonibus, quicunque & piæ mentis, 16. quæst. 7.

3 Potest, imò debet, & cogi potest Episcopus, nouã Ecclesiam fundare in locis, vbi populus illa indiget, vt in c. ad audientiam, in 1. & c. sequent. & fin. de Eccl. ædific. & iubet summus Pontifex Episcopo, populo crescente, ædificare Ecclesiam, & non obstante iuramento, de non alienandis bonis suæ Ecclesiæ, partem aliquam suæ Ecclesiæ dare nouæ. Oratorium & quilibet potest in proprietate sua ędificare, non solùm in domo, sed etiã extra; dum tamen in eo non celebretur sine licentia Episcopi, ca. vnicuique, cum duobus sequentibus, de consecr. dist. 1. ca. Religiosum, 12. qu. 2.

4 Personæ autem, quarum authoritas requiri & adhiberi debet, pro diuersa beneficiorum erigendorum qualitate, sunt quoque distinguendæ Ecclesiæ, námque Episcopales vel Archiepiscopales, non possunt erigi sine authoritate summi Pontificis, cap. 34. mutationes, 7. q. 1. Is quippe assignat singulis diœceses & prouincias, c. 1. & tr. de concess. præb. in Extrauagan. Ioann. 22. c. Saluator, in Extrauagan. communib. c. vnic. de offic. delega. in extrau. commu. Diuisio prouinciarum tamen duplici consideratione obseruanda est: vel habita ratione cultus diuini, vel ratione temporaliũ. Quòd pertinet ad cultũ diuinũ, adsignatio prouinciarũ & diœceseon fieri à summo Põtifice potest, sine præiudicio diuisionis principum: quẽadmodũ & diuisio prouinciarũ vel vnio fit per principes laicos, l. si eadem, de off. asses. ff. l. vnica, de Metropol. Beryto. li. 11. C. sine præiudicio Ecclesiarum. Cauendum enim est, ne cũ cuiuspiã scandalo diuisio fiat, c. nihil, de pręscrip. & ne cũ præiudicio alterius, c. vnic. de off. delega. in Extrauag. com. neque in tẽporalibus summus Põtifex debet vsurpare Regia, neque Rex in spiritualibus tẽporalia. c. per venerabilẽ: Qui filii sint leg. c. Imperiũ, & sequen. 10. dist. Quare in c. vnico, 101. dist. diuisio prouinciæ per Imperatorẽ facta, non constituit duos Metropolitanos: idipsum traditur in c. 1. lege imperatorũ, 10. dist. vbi hæc ratio, quod æquum visum est, ad necessitatum mundanarum mobilitatem, Dei Ecclesiam commutari, honoréque ac diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas senserit Imperator: Et cùm leges ciuiles canonicis sint inferiores, sic in c. querimoniam, de iure patro. absurdum videtur omnino, ad singulas patronatum se-

cundum humanam conditionem mutationes, Ecclesiarũ ordinationes mutari, & rursum in ca.10. hæc quippe est ordinatio Dei, 3.q.6. in fine. Neque Ecclesias Dei per discordias, regum diuisiones, aliquadamna pati necesse est. Et hinc pendet ratio quare hodie inueniantur Episcopatus habentes plebes, vel iurisdictionem spiritalem in diuersis regnis: in quorum confinio sunt: vel in diuersis prouinciis diuersorum principum laicorum: nẽpe, quòd post institutionem Episcopatuum, per seculares principes diuisæ sint regiones, & aliter distincti vel vsurpati fuerint limites, remanentibus tamẽ Ecclesiarũ prioribus finibus: solent tamen principes, vel reges. Episcopos alterius regni vel regionis, vbi habent sedẽ, hortari vel cogere constituere in regno vel regione sua, pro rerũ spiritualium exercitio & iurisdictione, officialem seu vicarium, quem ideò vocant officialem foraneum, de quo in Clem.1. & ibi gl. ad verbũ *Foraneo*, de rescript. & in c. Romana, de offic. ordin. in sex Talẽ habent Barroducæi, qui regis Galliæ subiiciuntur supremæ dominationi, quorũ Episcopus Tullensis est. Forsan hoc inductũ fuit ad personarum Ecclesiasticarũ leuamẽ, vel quia principes metuunt, ne sub prætextu religionis, secreta regni euulgentur, vel etiã quòd regnorum & prouinciarũ diuersa sint Ecclesiasticis personis indulta priuilegia, & leges aliæ dictæ, quæ discuti in proprio loco faciliùs possint à proprio iudice & officiali.

5 Posset tamen quod diximus, summum Pontificẽ solũ Cathedrales & maiores Ecclesias creare, aliquo modo dubium videri: ex his quæ legimus in historiarum & legum monumentis, Imperatores & principes sedes Episcopales & Archiepiscopales erexisse, nisi intelligamus erectionẽ illam fuisse ab illis procuratã, & redditibus fundatã, & per summũ Pontificẽ confirmatam. Proinde sic intelligendum est quod statuit Iustin in §.1. de Priuileg. Archiepiscopi Iustinianæ primæ, &c. Nouell.11. vt Episcopi primæ Iustinianæ ciuitatis Archiepiscopi haberẽt authoritatem, & ita fecit ex Episcopatu Archiepiscopatum Et statuit quoque, Aquis, quæ est Daciæ prouincia, ordinari Episcopum, quod in §. quod tamen, c.3. de Eccl. tit. Nouel.131. videtur profiteri se fecisse secundũ Vigilij sanctissimi Papæ definita. & in §. simili quoque modo quod est c.4. eius tituli, de Eccl. tl. idem Iustin. tradit, se dedisse ius Archiepiscopatus Iustinianæ Carthaginis, quod dederat Iustinianæ primæ. Et fuerũt tres ciuitates nomine Iustinianæ, & priuilegio Archiepiscopatus à Iustiniano donatæ, Iustiniana in Aphrica Carthagioensiũ dicta, Nouella 131. à Iustiniano vindicata ab hostibus, & restituta imperio Romano. Alia fuit Iustiniana secunda, in Cypro insula, quæ fuit patria Theodoræ vxoris Iustiniani, teste Nicephoro. Alia fuit Iustiniana noua, in Lazica prouincia, quæ ante Petreon dicebatur, vt scribit Iustinian. in Nouella 28. de Moderatore Hellesponti. Meminit de Ioanne primæ Iustinianæ Episcopo Gregorius 1. scribens Larisseo Archiepiscopo li.2. in dict.11. epistola 7. seu c.46. & in c.52. frater noster, 16. quæst.1. Sic legimus Carolum magnũ nouẽ Episcopales seu cathedrales sedes erexisse, Monasteriensem. Lugdero præside: Bremensem, Vnilicardo præsule: Mindensẽ, Heriberto præsule: Halberstadensem in Saxonia, Hildegenio præsule: Osnaburgensem, in Saxonia, Suuitione præsule: Padebrunensem, Hatimario præsule: Verdensem, Sumberto præsul. Hamburgensem, Heridago præsule: Hildemensem, Gunthero præsule: & erexisse duos Episcopatus in metropolitanas sedes, Hamtuagensem, & Saltzburgensem se Iuuarensẽ, vt scribit Albertus Crantius li.1. Saxoniæ, c.5.6.10. & li.2. c.24. Irenicus li.3.c.10. & 44. Refertur & in cõstitutione 8. Nouella Alexij Comneni Imperatoris Græci titulo de erigendis Episcopatibus in metropoles, fuisse factũ decretũ Imperiale in præsentia tunc conuocatæ synodi, licere Imperatori, Pontificalem thronum Ecclesiis largiri, & Episcopatus vel Archiepiscopatus in metropoles erigere, &c. Possem aliorum Regum & Imperatorum fundationes, & nouas erectiones aut diuisiones Episcopatuum & Archiepiscopatuum adferre, nisi ista exempla sufficerent. Solus ergo sum. Pontifex creat nouos Episcopatus, creatos diuidit & vnit solus, c. præcipimus, §. si cui, 16.q. 6.c. sicut venire, 8. & ibi glo. ad verbũ, *pertinere*, de excess. prælator. gl. ad c. quod translationem, ad verb. *rescripta*, de offic. ordin. Cùm tamen Episcopatus nouus in alterius iam facto Episcopatu erigitur, requiritur vt prior consentiat Episcopus & plebs. c.51. multis, & ibi gl.16 q.1.

6 Alia beneficia inferiora & creari, & diuidi, & vniri possunt ab Episcopo loci, d.c. sicut vnire, quamobrẽ dũ beneficia vel Ecclesiæ ædificari & dotari debent, vocandus erit Episcopus in initiis cõstructionis, dotationis, & consecrationis in locis non exemptis à potestate ordinarij, c. nemo, de cõsecr. dist.1. §.1. Vt nullus fabricet orator, domos præter voluntatem Episcopi, &c. Nouell.67. §. sin autem de Ecclesiastic. titulis. Nouell.131. atque in §. illud, c.1. de Monach. Nouell.5. Monasterium non potest ædificari, quin priùs licentia impetretur ab Episcopo loci, qui ibi manus extendat ad cœlum, & per orationem locum Deo consecret, figens in eo salutis nostræ signum, nempe venerandam & honorandam verè crucem. idem in §. si quis autem voluerit, c.7. de Eccl. tit. Nou.131. Placuit & in Concilio Chalcedonensi, ca.4. relato in ca.10. quidam monachorum, 18. quæst.2. neminem aut ædificare, aut constituere monasteria, aut oratorij domum sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi. Et in Agathẽsi Cõcilio, c.27. & in c.12. de Monachis, 18. quæ 2. cautum, vt de monachis, monasterium nouum, nisi Episcopo aut permittẽte aut approbante, nullus incipere aut fũdare præsumant. Rursum in eodem Cõcilio Agath. c.58. & Epaunensi, c.10. & in c.13. Cellulas, 18.q.2. Cellulas nouas aut congregatiunculas monachorum absque Episcopi notitia prohibitum instituere. Idipsum statutum in Concilio Aurelianensi, c.24. relato in c. nullus, 14. eadem 18. quæ. 2. ibiq. ratio adsertur, vt euitetur ambitio. Sic enim verba eius textus sunt: *Nullus monachus monasterij congregatione relicta, ambitionis & vanitatis impulsu Cellulam cõstruere, sine Episcopi permissione, vel Abbatis sui voluntate præsumat.* Reuocantur & Ecclesiæ ad dominium Episcopi, si velit quis eas sine eius consensu fundare, in c. cum olim propter, 14. §. insuper, de Priuilegiis e. placuit, 1. quæst.2. §. si quis autem, 1. de Ecclesiastic. tit. §. igitur, vt nullus fabricet orator domos. in Authentic.

7 Quòd si loca exempta sint à potestate ordinaria superior summus Pontifex consulendus in fundatione. Sic enim expressè Alexandr.4. de Priuilegiis, in sext. rescripsit. *Authoritate sedis Apostolicæ*, inquit, *de fratrum nostrorũ consilio statuimus, quòd oratoria vel capellas, in locis non exemptis, sine diœcesanorum ipsorum locorum licentia, exempti construere non præsumant, scilicet in locis non exemptis, in locis verò exemptis prohibetur id fieri nisi priuilegium speciale vel licentiam habeant sedis Apostolicæ.* Ibi tamen gloss. ad ea verba, notat diœcesanum censeri, in exemptis summum Pontificem, & eius legatum à latere, posse idipsum concedere: argu. c.1. de verbor. signific. in sext. & c. si Abbates, 36. de Elect. in sext. Antiquitus tamen, non licebat absque licentia sedis Apostolicæ Ecclesias construere, vel dedicare, cap. omnes Basilicæ, 3. cum quatuor sequentibus de Consecr. distinction.1. c. bonæ rei, 12. qu.2. & notat glo. ad dict. canon. omnes, ad verba, *absque præcepto*, vel illos 5 canones fuisse locales, vel de Episcopali fundatione agere, vel hodie in aliis Ecclesiis locum non habere præterquàm in Episcopalibus. Ratio alia præter ambitionem. & vanitatem, qua plures impellerentur ad nouas ædes, & monasteria construere, adsertur in Concilio Chalcedonensi, c. 4. hæc, *ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τό τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι πράγματα, περιϊόντες ἀδιαφόρως, ἐν ταῖς πόλεσιν οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾶν ἐπιτηδεύοντες ἔδοξε μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου.* i. *Verùm quoniam nonnulli speciem monachi-*

cam præ

*ram præ se ferentes, & Ecclesiam & ciuilia negotia perturbãt, in ciuitatibus indifferenter vagantes, ac præterea monasteria sibi ipsis construere aggredientes, placuit neminem quidem vsquam ædificare, neque constituere monasterium, vel oratoriam domũ, præter Episcopi ciuitatis consensum.* Sic in c. vnic. de relig. domio. in sext. vt euitaretur religionum diuersitas, quæ nimiam confusionem parere posset in Repub. Christiana Concilium Lugdunense prohibuit nouas religiones, néve quis eas nouas adinueniret, ne nouũ ordinem, vel habitum nouæ religionis assumeret: & subiicitur ibidem, præsumptuosam temeritatem diuersorum ordinum potissimè mendicantiũ, effrænatã quasi multitudinẽ adinuenisse. Idipsũ & antè definitum fuerat in Concilio Lateronensi sub Innocen. 3. habito, c. 13. relato in c. fin. de relig. dom. *Ne nimia*, inquit Synodus, *religionũ diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat, sed quicunque ad religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis assumat: similiter qui voluerit religiosam domum de nouo fundare, regulã & institutionem sumat de approbatis.* Peperit aliquando in Ecclesia Dei tempore Apostolorũ, hæc opinio præstantioris magistri, quàm pro exemplari ea arbitrio sequi volebant Christiani primi, schismata, & contentiones inter Christianos. Sic enim scribit Diuus Paulus 1. ad Corinthios 1. c. vers. 10. & sequentibus. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodẽ sensu & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos: Hoc autẽ dico, quòd vnusquisque vestrûm dicit: ego quidẽ sum Pauli: ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego verò Christi. Diuisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* &c. Et rursum c. 3. eiusdẽ Epist. vers. 3. & seq. *Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundũ hominẽ ambulatis? Cùm enim quis dicat, ego quidem sum Pauli: alius autem ego Apollo: nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat, Deus,* &c. Admonet & D. Paul. ad Colossenses, in Epistola c. 2. vers. 18. *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenẽs caput ex quo totũ corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructũ, crescit in augmentũ Dei,* &c. Luce meridiana hoc clarius est nimia religione vel veriùs superstitione, quosdam deceptos sæpius turbasse Rempublicã Christianam & hæreses inde prodiisse, hæresiarchas & asseclas, qui sub prætextu religionis, sibi proprium modũ & viuẽdi & intelligendi delegerunt, ex quo pernicies & clades, imò strages animarum & corporũ subortæ sunt: quid Catharorũ, Donatistarum, Arrianorũ, Anabaptistarũ, Vualdensium, Pauperum de Lugduno, & aliorum hæreticorũ hypocrises & vitæ reformatæ simulationes, inuexerint mali, res ipsa manifestè docet, & quot sub monachali habitu, vel prætextu religionis facta impia fuerint, non est quod referã: quantáve templariis fuerint imposita, aliisque viuendi separatis formulis. Quod inter probatas etiã regulas, hostis humanæ naturæ Dæmon seminauerit contentiones, satis etiam liquet, plures inter se odio Vaticanio se mutuò fuerint prosecuti aliis ea aliis prodeuntibus, vnde & alicubi disputatur quæ melior sanctiorve regula, num eiusdem ordinis etiã, qui alios produxerit integra remaneat forma viuendi: cũ tamen contendere deberent (pace regularium dixerim & cum bona venia) potiùs de formatione iuxta regulam, quã ab institutoribus acceperunt, quàm de laxiori forma viuendi amplectenda. Certè (vt sine inuidia & verè dixerim) existimo probos sanctósque viros, qui viuendi formam, & viam ad vitam æternam compendiosam præscripserunt cœnobiis, si resurgerent, vix vestigia alicubi suę institutionis agnituros. Sic enim paulatim desciuerũt alicubi à suis regulis monasteria & Ecclesiæ, vt tantùm nomen retineant. Sed hæc est malitia temporis & dierũ nostrorũ, & seniũ sæculi, quod videtur repuerascere, quantumuis per sacrosancta Concilia, & mandata summorum optimorúmve præsulũ, medicina adhibenda, fuerit decreta. Et hęc turbant Rempublicã Christianã, & probos, bonósque cœnobitas & monachos, in contemptum malorũ hominũ traducunt, ob malos mores eorum, qui eundem ordinẽ nomine tenus præ se ferunt. Quãobrem prospexerunt iura prędicta, ne temerè religiones nouę admitterẽtur: quòd plures sint qui veniant in vestibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces, & sub religioso habitu interdum fiant exploratores & proditores regnorum & sub specie pietatis sursum deorsúmque politica & temporalia regna, imperia, principatus, versent, turbent, agitent, & sępe subuertant, non contenti vacatione delecta orationis, verbi Dei & cultus diuini, nisi quoque rerum temporaliũ speculatores & peritos haberi & videri velint, quod iam reprobatũ est per l. consulta diualia, 23. de Testam. *Absurdum* (inquit) *est, si pensiscunis actibus rerum turbentur officia, & alij creditũ alius subtrahat, & præcipuè clericis, quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium.* Iustiniano tribuatur illa lex, ab aliis Iustino, quod magis probo, vel ea repetita erit ab altero illorum, quia eadẽ verba extant in l. repetita, de Episc. & cleric. C. *Nemo Deo militans implicat se negotiis secularibus.* 2. ad Timotheũ c. 2. can. sed nec procuratio, Ne clerici vel monachi seculari negotio se immisceant. li. 3. ff. tit. 50. Iniuriã cultui diuino facit, qui semel ei mancipatus, ad negotia curanda secularia se abiicit, & superbè tantũ, laicorũ, potestates & secularium prudentiã deprimit, vt prætextu religionis se illis pręferri, & in omnibus curiosè se immiscere appetat. Nec mihi reprehendẽdę magis videntur personę Ecclesiasticę, quę negotia secularia sibi vsurpãt pertractanda publicè, quàm laici qui impudenter & ambitiosè quę sacerdotũ sunt volũt pręstare, simplicitati sacerdotum illudentes, contra c. cùm ex iniuncto, de hęret.

9 Prodit ex omnia licentia data vnicuique, vel ex vsurpatione non reprehensa religionis liberę idololatrię impietas prius apud Ethnicos: qui ex nimio amore eorum quos amabant, vel metu eorũ quos sibi nocere posse arbitrabantur, cœperunt eosdẽ venerari. Dehinc cœperũt erroribus addi errores, & nullo prohibente sub religionis & diuini cultus nomine, ferè singuli pro arbitrio & prout sibi expedire videbatur, Deos & religionẽ cõfinxerunt. Et dehinc addicti propriis sententiis, cœperunt turbare Rempublicam: donec Senatus aliquando, reformandarũ religionum causa, potestatem quibusdã concessit: vt est apud Liuium, li. 30. & videda quæ diximus li. 33. Syntagmatis iuris c. 7. Statuitque Senatus, ne noui Dei, nouáve religio inconsulto Senatu admitteretur, iuxta legem 12. Tabularum in qua sic legebatur. *Separatim nemo habessit Deos néve nouos, siue aduenas nisi publicè ascitos priuatim colunto.* Quæ ideò refert Cicero statuta, ne confusio in religione fieret. Quẽadmodũ eadẽ ratione hodie nõ licet Sanctorum reliquias venerari, nisi eorũ quos Ecclesiam in numerum Sanctorum redegisse, auctoritate summi Pontificis constabit, c. 1 & 2. de religios. & vener. Sãct. li. 3. tit. 45. Hęc autẽ ita seruari curabit Episcopus, & ne sine dote conueniente, vt dicemus, ædificium fiat.

10 Prohibuit aliquando Deus Dauidi, ędificari sibi tẽplum, Paralipom. c. 22. & vers. 8. *Et factus est sermo Domini ad eum. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me: filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus, & ipse ædificabit domũ nomini meo, &c.* Fuit autem Dauid pręfigurator noui Testamenti, c. quod autem, 32. qu. 1. vt certè homicidę nunc prohiberi videãtur ab hac fundatione, vt notat gl. ad c. ad verba *prohibitus est*, de Cõsec. dist. 1.

11 Aliquando etiam personæ considerabuntur in erectione beneficiorum eorum quorũ interesse potest non ædificari nouam Ecclesiam, veluti si Episcopatus nouus in territorio alicuius Episcopi erigatur, eius consensus & plebis adhibetur, in c. si multis, & ibi gl. 16. q. 1. & gl. fin. in c. nulli, 99. distinction. in diuisione parochiæ debere requiri consensũ parochiani presbyteri, inuito tamen eo, si noluerit consentire, posse diuisionem fieri per summũ Pontificem, c. 1. de Ecclesiis ædific. Verùm si sine præiudicio antiquæ Ecclesiæ, & reditibus, ei & nouæ sufficientibus fiat diuisio, non poterit eius Ecclesiæ præpositus legitimè repugnare Episcopo diuidenti vel nouã construenti, quare Episcopi sententia in hoc executioni demandatur, non obstante appellatione quacunque: & ita resoluit Panor. ad d. ca. ad audientiam, nu. 16. & conciliat Glossas contrarias alioquin. Nam gl. c. ad audientiã, ait, non posse Episcopum etiam ex causa diuidere parochiã: contrarium autem, vt possit, tenet Gl. apertè in c. nulli 99. dist. gl. dehinc ad c. 1. 10. dist. ait existente necessitate & ista causa, Episcopum posse cogere rectorem Ecclesiæ & plebem ad contributionem nouæ Ecclesiæ ædificandæ, tanquam delegatum à sede Apostolica. Sic etiã statutum Concilio Tridentino sessione 21. c. 4. de reformat. facit in argum. c. 1. de reb. Eccl. non alien. & c. sicut vnite, de Excess. prælat. gl. in c. constitutus. de Religios. domib. Si verò diuisionem vellet facere beneficij vel Ecclesiæ Episcopus sine causa, non cogeretur prior Ecclesia vel eius præpositus consentire: idipsum dixit Glossa in Papa volente diuidere Episcopatus, nec debet aliis iugum imponere, quod Episcopus impositum subire recusaret, c. si scit se, 2. quæ. 6. Possunt & alio modo meo iudicio conciliari Glossæ in hac repugnantes: vt si in parochia aliena nouum beneficium creetur, nullis bonis à priore acceptis pro fundatione secunda, possit creari ab Episcopo ex iusta causa, inuita priore Ecclesia, nouum beneficium: quòd si quid à bonis prioris accipiatur, adhibendus sit eius consensus. Licèt enim vnio fieri possit Ecclesiarum titularibus possessoribus non vocatis: tamen (vt dicunt) dimembratio, seu bonorum Ecclesiasticorum alienatio, fieri nequit illis non vocatis sine tractatu causæ inquisitione, aut sine solemnitatibus in distractione rerũ ecclesię requisitis, in c. sine exceptione, 12. quæst. 1. ca. dudũ, de reb. eccl. non alien. in sext. & sic Rota decidit Decis. 219. incipien. *Quod in dimembratione*, in Nouis: Rursúmq. concluditur in Decis. 347. incip. *si Abbas*, in Nouis, quòd nec Abbas cum capitulo potest dimembrare (sic loquitur) prioratum, & ibi constituere beneficiũ custodiæ vel Sacristiæ cum fructibus, nisi vocato priore: cùm non sit nudandum vnum altare, ad aliud cooperiendum. c. cùm causam, de Præbend. statutũ, & in c. 74. bonæ rei, 12. quæ. 2. ex Concilio Tolet. 9. c. 5. vt si quis episcoporum in parochia sua seu diœcesi monasteriũ construere voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ cui præest ditare decreuerit nõ amplius ei quàm quinquagesimam partem dare possit, ne graue damnum adferat suæ eccl. Ad ecclesiam verò, quæ monasticis non informatur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non possit amplius quàm centesimam partem ecclesiæ suæ, cui præest, conferre: relicto tamen arbitrio episcopo, num monasteriũ vel ecclesiam aliam voluerit dotare: &, vt ibi gl. scribit, hoc episcopus potest facere sine consensu capituli sui, in illa quinquagesima vel centesima, quod & dixit c. pastoralis, 9. de his quæ fiunt a prælat. sine consensu c. non obstante iuramento præbito in adeptione possessionis episcopatus de non alienandis rebus ecclesiæ suæ, c. tua, de eccl. ædific. cùm lex ei hoc permittat. Cæterùm alterius ecclesię parochialis fructus, alteri dare monasterio vel ecclesię, vel de nouo illi in fauorẽ alterius imponere pensionem etiam consensu patroni, non licet sine consensu capituli sui, vel summi Pontificis. d. c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli. c. Pastoralis. 7. de donatio. fuit & deinceps permissa episcopo donatio quinquagesimæ, & centesimæ tantùm, si modò id sine graui detrimento suæ ecclesiæ faciat, & si semel, non amplius: alioquin factum reuocaretur, si præscriptio non obiiciatur. c. Apostolicæ. 9. de donation.

12 Addamus quę tradit Panorm. consi. 89 incl. *Ex themate*, li. 2. cons. n. 1. non posse sine authoritate diœcesani ędificari ecclesiam in loco non exempto, & Abbatẽ esse diœcesanum in ecclesiam sibi subiecta: ratione cuius possit permittere cum ea aliam quoque ędificari, vel ædificatam sine licentia, ratam habere. Notat & singulare eodem consil. nu. 2. non obesse ecclesiæ fundatę: quòd Episcopi consensus non fuerit petitus, nec ideò minus agi posse per ecclesiam ad dotem consequendam confirmãte & approbante ædificationem episcopo Eò quòd (inquit) Episcopi consensus in fauorem Ecclesiæ consideretur, ne quis incipiat ædificare, & cœptum opus imperfectum relinquat, quod autem fauore alicuius inductum est, non debet in odium conuerti, l. quod fauore, de legib. ff. c. quod in gratiã, de regul. iur. in sext. Ratificatio illud facit, & argumento erit quod statuitur in simili, c. si qua de rebus, 12. qu. 2. vbi si alienatio facta fuerit de rebus ecclesiæ à capitulo sede vacante, sine consensu superioris, relinquitur arbitrio futuri episcopi, an velit ratam habere alienationem, quia forsan vtilius est ecclesiæ habere pretium quàm rem. Et sic quamuis alienatio sit nulla ratione solemnitatis omissæ, c. sine exceptione, 12. qu. 2. tamen non debet retorqueri prohibitio in fauorem Ecclesiæ introducta in eiusdẽ præiudicium, si ea alienatio ei videatur vtilis: gloss. in c. 1. ne sede vacan. Idipsum firmatur, ea sententia in causa minoris lata, quę, si fuerit cõtra minorem indefensum prolata, inutilis dicitur omnino iure: quòd si pro minore feratur, quamuis indefenso, vtilis. l. non eò minùs, C. de Procurator. Subinde, quãuis ędificatio Ecclesię temeraria sit sine authoritate Episcopi facta, tamen non erit improbanda in vtilitatem eius qui temerè fecit: cùm prohibitio facta sit in odium non fauorem temerè ædificantium. §. si quis autem, cum sequentibus, de Ecclesiast. tit. quare odium in fauorem cõuerti eorundẽ non debet, c. si necesse, de donat. inter vir. & vxor. c. 2. de translat. Episcop. l. Papinia. 20. de minorib. vigintiquinque annis. Sicut nec contractus dolo initus, validus est, l. & eleganter, de dol. ff. attamen qui dolũ cõmisit, inuito eo cui dolum fecit, non potest ex capite doli per se commissi, contractum infirmare: l. transactione finita, C. de transact. sic in aliis, l. 2. ad Senatusc. Velleian.

## De loco nouæ fundationi commodo.

### Capvt xiv.

1 *Orandi locus, nec apud Ethnicos aut Christianos semper fuit certus: & qui primi aras, templa & simulachra statuerunt.*
2 *Certus locus & Iudæis & aliis cultus diuini causa determinatus aliquando.*
3 *Ecclesiis ædificandis congruus locus eligi debet.*
4 *De congruis locis in erigendis Episcopatibus & Archiepiscopatibus, ratione dignitatis.*
5 *Et de congruo loco ratione salubritatis vel securitatis.*
6 *Item ex arbitrio Episcopi eligi potest locus.*
7 *Quomodo Episcopus designet atrium Ecclesiæ ædificandæ.*
5 *An dominus locum teneatur vendere ad Ecclesiam ædificandam.*

1 SECVNDVM qualitatem vel dignitatem beneficiorũ, locus conueniens eligi debet: aliquando & inter ethnicos, & veri Dei cultores, certus non fuit orandi vel colendi Deum. Et Herod. in 2. scribit, Ægyptios primos diis seu idolis, aras, simulachra & delubra statuisse: apud Gręcos Cecropem primum omnium Iouem appellasse, simulachra & constituisse tradit Isidorus. Persę neque statuas, nec aras, neque templa construere, consuetudinẽ habuerunt: quinimò hoc facientibus insaniæ tribuere, quòd non, quẽadmodum Græci, sentirent Deos ex hominibus

fuisse

fuiſſe ortos,ſed in editiſſimis quibuſque conſcẽſis montibus Ioui hoſtias immolabant,omnem gyrum cœli Ioue̅ appellantes,vt ſcribit Herodot.in 1. In India, vt ſcribit Ctiſias de rebus Perſicis, eſt locus ſacer qui eſt in tractu inhabitabili regionis,quem ſub nomine Solis & Lunæ venerabantur.De Germanis li.de Morib. German. Cornelius Tacitus refert,eos templa nõ habuiſſe,neque cohibere parietib Deos,neque in vllã humani oris ſpecie̅ aſſimilare,ex magnitudine cœleſtiũ arbitratos fuiſſe,ſed lucos ac nemora conſecraſſe:deorúmque nominibus appellaſſe,ſecreta illa.Zeno Stoicus & Plato dixerunt,templa facere non oportere, quòd nihil quod eſſet compoſitum eſſet diis dignum,vt refert Clemens Aleſandri. li. 5.Stromatum.Fuerunt in illis regionũ diuerſi mores quibus poſtea & templa,& luci pro locis,vbi cultum diuinũ exhiberent,erant. Et apud Ciceronẽ in legibus ſic leges ſcriptæ antiquæ.*Conſtructa à patribus delubra habento:lucos in agris habento,& larium ſedes.*Fuerunt tandem in tot locis à gentibus templa apposita , vbi numen aliquod ſibi adorandum conſtituiſſent , vt neque caſtra eſſent ſine templo,quod in principiis caſtrorum,aut iuxta tabernaculum ducis,milites conſtruebant:nempe ædiculã,intra quam ſigna & Aquilam venerarentur,vt refert Alexand. ab Alexandro li.1.Genial.dierum.c 11.Fuerunt & diuerſa nomina locis dicatis numini impoſita, ſecundũ diuerſa (ſi credamus Cornel.Frontoni de differentiis vocabulorum)ait enim quòd fanum ſit locus Fauno conſecratus. Templum in loco augurato. Sacellum paruulum ædificium Diis conſecratum.Delubrum,in quo homines piacula ſua deluunt.Lucus locus fulmine ictus & arboribus tectus.A quo tamen Frontone diſſentiunt in aliquibus alii veluti in fano,quod à fando,dicũt, quòd fando conſecraretur,& in delubro,vt teſtis Macrob.li.3. Satur.c.4.

2 Qui verum Deum cognouerunt,vbique ipſum adorabant,quem ſciebant vbique auditurum & pręſentem, certa tamen loca vel aptiora orationi elegerunt, vel ſemota ab omni perturbatione:cœperũt & poſtea habere tabernaculum in caſtris,vt liquet ex Exodo,poſtea & ædificatum templum, in quo certus cultus diuinus eſſet. Denegatum aliquando templum Samaritanis,qui multum diúque diſputarunt cum Iudæis , in quo loco eſſet adorandum. Legitur apud Eliam Leuitam in hiſtorica Cabala Iudæorum,Cutheos ſeu Samaritanos,qui relicti erant in terra Iſrael à tempore Scenaſerib , exiſtentibus principibus eorum Sanballat & aliis,impetraſſe ab Aleſandro magno,vt liceret ſibi quoque templum ædificare:quod fecerunt in monte Garizim quod templũ Cutheorum hæreticorum ſtetit circiter per annos ducẽtos, donec euertit illud Ioannes filius Simeonis,filii Haſmonei cognominati Hircanii.Iuſſerat autem Dominus per Moſem populo,Deuteron.c.12.verſ.13.*Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris,ſed in eo quẽ elegerit Dominus.in vna tribuum tuarum offeres,& facies quæcunque præcepto tibi* Hinc illa quæſtio Domino Ieſu Chriſto propoſita,Diui Ioannis c.4. verſ.20. *Patres noſtri adorauerunt in monte hoc*(nempe in Samaria) *& vos dicitis quia Hieroſolymis eſt locus,adorare oportet.*Et reſpondit ei Ieſus:*Mulier crede mihi,Quia veniet hora,quando neque in monte hoc,neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem· vos adoratis quod neſcitis,nos adoramus quod ſcimus,quia ſalus ex Iudæis eſt : ſed venit hora, & nunc eſt , quando veri adoratores adorabunt Patrem ſpiritu & veritate,*&c.

3 Poſt aduentum itaque Chriſti, templa ſeu Eccleſiæ ædificatæ,vt diximus in origine beneficiorum : ſed non niſi cum electione cauſæ & loci conuenientis:quamuis enim in omni loco quis poſſet priuatim rectè Deum venerari,& colere, quemadmodum & Chriſtus formã deditam in montem oraturus ſæpe aſcendebat : D.Matthæi c.13. & D.Petrus in ſuperiorem partem hoſpitii,Actor.10.tamen publicè preces fieri debent in locis publicis,& in quibus multitudo populi conueniat ſupplicatura,ideò ei rei debent eſſe loca accommoda:ſic D.Clemens epiſtola 2. ad Iacobum fratrem Domini, *Eccleſias,* inquit,*per congrua & vtilia facite loca,quas diuinis precibus ſacrare oportet.*Refertur à Gratia.in c.28.Eccleſias,16.q.7.

4 Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum congrua loca deſcribuntur in c.3.Epiſcopi, 80.diſt.ex c.5.epiſtolæ 3. Sensceleti,*Epiſcopi in caſtellis,aut modicis ciuitatibus non debẽt conſtitui: ſed presbyteri per caſtella & modicas ciuitates atque villas debent ab Epiſcopis ordinari ſinguli per ſingulos titulos ſuos.*Additáque ratio,cur non niſi in maioribus ciuitatibus debeat poni Epiſcopatus: Ne nomen Epiſcopi alibi vileſcat,videlicet ratione opinionis vulgi , quòd potius exteriora quærit & conſiderat.Idipſum ſcripſit Leo 1. epiſtola 85.c.2,relatus in c.1.de Priuil.Quare Ioannes 22. in c.Saluator,de Præbend.in Extrauag.communibus diuiſit diœceſim Tholoſanam in quatuor alias, & quatuor oppida Montiſalbani,ſancti Papuli,de Riues, de Lumberis,erexit in ciuitates, & poſuit poſteà Epiſcopatus:erecto Epiſcopatu Tholoſano in Archiepiſcopatum.Statuit & Clemens 1.Papa epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini , in matricibus & præcipuis regionis cuiuſque ciuitatibus,ponendos Archiepiſcopos:& in regiis populorum ciuitatibus,Patriarchas,aut Primates:quod tranſcriptum in c illis,& c.vrbes,80.diſt.c.2.99.diſt Non debent etiam conſtitui Epiſcopi in diœceſibus quæ nullũ antea habuerint,illa autem diœceſis quæ aliquando habuit,proprium habere debet,c.50.felix,16.q.1.niſi in tantum Chriſtianorum multitudo excreuerit , vt alio indigeat:eo obſeruato ne vileſcat dignitas Epiſcopalis, c.53. præcipimus,14.quæſt.1.quo caſu authoritate ſolius ſum. Pontificis,non aliorum Epiſcoporum nouus Epiſcopatus ponitur.c.34.mutationes,7.q.1. Notat gl.1.ad c.præcipimus,11.quæ.1. Ita non erit diuidenda vna prouincia in duas , ne inueniantur in vna eadémque prouincia duo Metropolitani Epiſcopi.ca.vnic.101. diſt.c.1.10.diſt. niſi(vt dictum eſt)incrementum populi id exigeret. Sic in vna terminatione ſeu ſub iiſdem limitibus , non debent eſſe plures Eccleſiæ parochiales , ſed vna tantùm cũ ſuis capellis.Et ſi quæſtio fuerit de terminatione duarum matricum,plebes vtrarumque diſcernant:& ſi non conuenerint,lis Dei iudicio diſcernatur:c. 54.plures baptiſmales,16.qu.1.c 3.vnio,10.quæ 3.quia nec vnus præponi duabus Eccleſiis debet,ſed ſinguli ſingulis : facit c. in apibus,7. quæſt.1.

5 Congrua rurſum loca Eccleſiis dicentur, iuxta gl.c. ad Eccleſias,16.qu.7. quæ non ſint infirmitatibus obnoxia.nam & propter aerem peſtilentem,vel halitus terræ infectos permittitur Eccleſiam relinquere & in aliam tranſire c.6.quorundam,74. diſtinction. item congrua quæ perſecutoribus non infeſtentur, ſi difficilia non ſint aditu,ſi malorum ſocietate non grauantur. Etenim ea ſi accidant,poſſint iam conſtitutas Eccleſias aliò transferre:c.36.tribus,de Conſecrat diſt.1. permiſit & Eccleſiam dimittere canon,ei qui habitat,cum populo qui ei mortem minatur,in c.niſi cùm pridem de renunc.Et proinde in medio populi homicidæ,nõ benedicetur congruus locus ædificationi.Quinimò hæc fuit cauſa cur Gelaſius ademit Pontificatum & Pontifices proprios Scillacenis: quòd duos ſibi datos Epiſcopos necaſſent,ca 15. Ita nos, 25.quæſt.2.Debebit & eſſe locus fundationis liber ab omni ſeruitute & onere,vt ait Panormitan.ad c.1.de cenſib.quod & ibi probat textus.

6 In ſumma vbicunque videbitur Epiſcopo commodè ędificari poſſe Eccleſiam, ibi congruum dicemus locũ. Curauit & Conſtantinus magnus ſibi fieri Eccleſiã portatilem,quę vbi cunque locorum eſſet,& maximè in bello circumferri poſſet:ne in ſolitudine etiã agẽs vbi opus eſſet,Deũ colere,& diuina Sacramenta participare deberet,ędibus ſacris careret: ad quam veluti ad tabernaculum ſemper præſtò forent ſacerdotes & diaconi ſine intermiſſione miniſteria diuina, iuxta ſtatas Eccleſiæ ceremonias,obeuntes,vt ſcribit Nicephor.Calixt.li.7. Hiſtor.Eccleſ.c.46.Sozomenus li.1.Hiſtoriæ Tripartit.c.9.

7 Designatio loci Ecclesiæ ædificandę, ab Episcopo fit quoque. Statuitque Iustinian. in §. si quis autem voluerit, c.7. de Eccles. titul. Nouell. 131. ne priùs quis ædificare vel ædificium incipere posset Ecclesię, quàm Episcopus loci ibi crucem fixerit, & orationem ibidem fecerit, & atriū designauerit, quod & statutum in §. vt nullus ędificet oratorii domos, &c Nouella 67. & c. nemo, de consec. dist. 1. Nihil prohibet etiam, præsente Episcopo fundare volentem quantitatem & formá loci describere, sicut narrat Niceph. Calix. li. 7. Histor. Eccles. c. 34. Constantinum post baptismum suum sanatum à lepra, manibus suis ligone accepto in palatio suo, quod Lateranense dicitur, primùm terram fodisse, & ecclesiæ formam in nomine Domini nostri Iesu Christi Saluatoris, describere cœpisse. Designatio ædificationis, non tam iuxta artem architecti, quantum ex spirituali significatione fit. Siquidem iusserunt Apostoli Christianis fundere preces suas Orientem versus, vt paradisum vnde cecideramus, respicientes, suppliciter à Deo petamus, & à Domino nostro, vt in antiquam nos patriam & locum vnde cecidimus restituere velit. Fuit autem paradisus in Oriēte. Rursúsque scribitur, *Adorabimus vbi steterunt pedes eius*, Zacharias autē ait, *in Oriente pedes Domini stabunt in monte Oliuarum è regione in Hierusalem*, vt tradit Athanasius li. de diuers. quæst. qu. 14. eádem rationem adfert Ioannes Damascenus cur ad Orientem orandum sit. Idipsum & scribit Clemens Alexan. li. 7. Stromat. Dehinc, *Quod Deus visitauit nos oriens ex alto.* Lucæ c. 1. vers. 78. sic vocauit Christum Zacharias, c. 3. vers. 8. *Ecce enim ego adducam seruum meum orientem.* Malachiæ c. 4. vers. 2. *Et orietur vobis timentibus nomen meū. Sol iustitia, & sanitas in pennis eius*, &c. Atque in libro Sapientiæ, c. 16 vers. 27. dum loquitur de mannæ miraculo, quòd non poterat exterminari igne, & tamen exiguo radio solis calefactum tabescebat. Vt notum (inquit) omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare. Christus verus Sol iustitiæ, *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* D. Ioannis c. 1. Sicque & orationes fiebāt ad Orientem. Qui & mos adorandi quodam lumine naturali communis fuit etiam gentibus: precabantur enim numen ad Orientem conuersi recto vultu, manibus passis, seu expansis, & in cœlum sublatis & protensis, cuius ritus extant argumenta apud Ouidium 4. Fastorum.

*Hac dea placanda est, hac tu conuersus ad ortus*
*Dic quater.*

Et apud Virgilium, li. 4. Æneidos.

*Surgit, & atherij spectans orientia solis*
*Lumina, rite cauis vndam de flumine palmis*
*Sustulit, ac tales effudit ad athera voces.*

Sic etiam meminit Tertull. in Apologetico, *Sed & plerisque vestrum*, inquit, *affectatione aliquando & cœlestia adorādi ad Solis ortum labia vibratis.* Et qui sacrificia offerebant ortum respiciebant, vt indicat Virgilius li. 12. Aeneid.

*Illi surgentem conuersi lumina solem*
*Dant fruges manibus salsas*, &c.

Sic etiam Vitruuius li. 4. de Architect. c. 5. dum de ratione ædificandi ædes sacras agit, sic scribit. *Aedes autem sacra Deorum immortalium ad regiones, quas spectare debent sic erunt constituenda, vt si nulla ratio impedierit, liberáque fuerit potestas, adis signum quod erit in cella collocatum, spectet ad vespertinam cœli regionem: vt qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cœli Orientis, & simulachrum quod erit in ade, & ita vota suscipientes contueantur adem & Oriētem cœli.* De more ædificandi etiam Plutarch. in Numa consentit & Clemens Alexan. li. 8. Stromat. *Qua erant* (inquit) *ex templis antiquissima respiciebant ad Occidentem, vt qui stant vultu conuerso ad imagines doceātur verti ad Orientem.* Clemens Romanus rursum li. 2. Constitution. Apostolorum, c. 61. Episcopum admonet, *Curet vt Ecclesia sit longa domus ad Orientem conuersa, ex vtraque parte pastophoria habens: ad Orientem qua nauis habeat similitudinem: in cuius medio sit Episcopi sedes, ad cuius vtrumque latus considebant presbyteri, & diaconi assistant succincti & expediti*, &c. & paulò pòst, *omnes simul assurgentes & ad Orientem conuersi, post catechumenorum & pœnitentium exitum, supplicent Deo cœlum cœli tenenti, idque ad Orientem: in memoriam veteris possessionis paradisi, ad Orientem positi, vnde primus homo contempto mandato, consilio serpentis obtemperans, expulsus fuit*, &c. & li. 7. earundem constitutionum ca. 44. dum de benedictione vnguenti agitur mystici, *Oret autem versus Orientem*: nam id scriptum est in 2. Paralip. &c. videlicet 2. Para. c. 5. vers. 12.

8 Potest ad locum Ecclesiæ pertinere quęstio, num qui cogatur locum congruum ędificio vendere, de qua Paulus de Citadinis in tracta. iuris patro. in 3. parte & causa 2. acquirendi. nu. 87. vbi resoluit cogendum pretio iusto dato, fauore religionis & ex causa publica. Sicuti de itinere ad sepulchrum dicitur, in l. si quis sepulchrum de relig. & sumpt. funer. ff. & argumento libertatis ratione cuius seruum communem vendere cogitur dominus. l. 1. de commun. seruo. manu. C. l. vni, §. illud, de Latina libert. tolle. C. addit & alia, quæ apud ipsum videto. Quibus addo, quòd maxima ratio est, quæ pro religione facit, l. sunt personæ, de relig. & sumpt. fun. ff. & quòd causa animarum fauorabilior corporali, l. sancimus, C. de Sacrosanct. Eccl. & quòd ob causam publicam cogitur priuatus res suas etiam modico accepto pretio dare, l. item si verberatum, §. 2. de rei vindic. ff. vel nullo, l. Lucius de euictio. ff. cogitur & seruum vendere dominus, in l. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur. ff.

## De dote quæ fundationi nouarum Ecclesiarum accedere debet.

### Capvt xv.

1 *Fundatio de quibus dicitur in beneficiis erectis.*
2 *Patronus fundās, ad dotationem ipso facto, videtur se obligare.*
3 *An autem Episcopus consecrans indotatam, teneatur dotare Ecclesiam.*
4 *Dos Ecclesia in quibus rebus constitui potest.* & 6.
5 *Oblationes & alia qua aliunde personis beneficij dantur, non constituunt beneficium.*
6.7 *De Episcopatuum dote.*
8 *De distributionum diuersa qualitate in prabendis.*

1 Fvndatio Ecclesiæ seu beneficii, potest poni vel ratione fundi in quo ædificatur: vel ratione fundi qui pro reditibus colligendis constituitur: vel pro aliis prouentibus assignatis. Sic legimus Dauidem emisse aream Areunæ Iebusæi ad ædificandum altare Domino, 2. Regum c. 24. vers. 21. Et in Concilio Vuormacensi, c. 50. & in c. 1. de Censib. li. 3. tit. 39. statutum, vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer, absque vllo seruitio tribuatur Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atreis vel de hortis iuxta Ecclesiam positis, neque de prædicto manso aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum, verùm hæc dos non semper sufficiens esset oneribus ferendis ab Ecclesia: & proinde iudicium Episcopi adhibendum, vt sufficientem dotem constituat, vel definiri curet, antequàm permittat ædificari, vel dedicari quæ sufficiant ad luminaria, ad sacrum ministerium, ad custodiam incorruptionis Ecclesiæ, ad seruientium alimenta, eáque de re Instrumentū donationis confici, §. deinde non aliter quemquam. c. 2. Vt nullus fabri. oratori. domos, &c. Nouell. 67. c. nemo, de conse. dist. 1. can. placuit vt quoties, 1. qu. 2. in Concilio Bracharens. 2. c. 5. & Vuormacens. c. 3. ne tanquam domus priuata consecretur aliter Ecclesia. c. 2. de supple. negl. prælat.

2 Qui aggreditur ædificare Ecclesiá, ipso facto videtur se ob

se obligare ad eam dotandam: non aliter quàm pater generans filiam, ei dotem debet, c. piæ mentis, 16. qu. 7. notat gl. ad can. nemo de consec. dist. 1. gl. ad c. cũ sicut, de conse. Eccl. vel alta. Panorm. cons. 89. incip. *ex themate*, lib. 2. cons. Officium paternum est dotare filias, l. qui liberos, de rit. nupt. ff. l. fin de dot. promis. videtur autem is pater qui dat esse, vel initium fundationi, vnde & patronus dicitur. Pater creationis mundi Deus, adoptionis & regenerationis Christus, institutionis & formationis, mentis præceptor & institutor: formationis & artificij artifex: productionis rerum Oceanus, ætatis prærogatiua senecta: conseruationis patronus, aduocatus defensor, πατὴρ Græcis quasi, παῖδας τηρῶν, hoc est, eas le genitos seruans. Dos pro onerib. matrimonij datur l. dotis fructus, de iur dot. in ff. l. pro onerib. C. eo. tit c. salubriter, de don. int. vir. & vxor. Beneficio fructus percipiendi adsignantur beneficiato, vt seipsum nutriat, & onera beneficij ferre possit, c. de monachis, de præb. c. 2. de Suppled. negl. præl. Qui fecit Ecclesiã fundari aut consecrari, tenetur eam dotare. ca. cum sicut ex relatione, 8. de consecrat. Eccles. vel alta.

3 Vbi & gl. notat ad verbum, *consecranda*, ex Baziano, quòd si Episcopus omittat exigere cautionem, vel si sine dote consecret, ipsemet teneatur Ecclesiã dotare, sicuti tenetur ei prouidere quem ordinauerit sine titul. c. 2. c. Episcopus, c. c. cùm secundum Apostolum, de præb. Quod tamẽ Bernard. glossator verum credit, dũmodò Episcopus possit eam dotare sine læsione suæ Ecclesiæ: aliter non, nisi Episcopus haberet propriũ. Quia delictũ Episcopi, non debet nocere Ecclesiæ cui præponitur, c. 3. si Episcopũ 16. q. 7 gloss. etiam ad c. nemo, de consecr. dist. 1, consentit Bernardo, sed tamen ita demum cogendum Episcopum fundare suis sumptib. Ecclesiam nouã per illum sine dotatione congrua dedicatam, si prius discussæ fuerint facultates fundatorum, & fuerint inuentę nõ sufficientes: quo casu in subsidium dandã esse in ipsum Epm actionem, arg. l. 3. §. 1. si mensor falsum mod. dix. l. fin. §. fin de eo per quem factum fuerit, &c. ff. Nam si fũdator possit dotare, cogetur c. piæ mentis, 16. quæ. 7. & si mortuus fuerit, potest hæres eius ad idipsum compelli, §. si autem, & §. si quis ędificationem, de Ecclesia. titul. vbi & cogitur qui cœpit ędificare Ecclesiam, eam perficere intra quinquennium, & si sit Prochotrophium, vel Xenodochium, intra annũ. Leo Imperator Nouella 14. de his qui monasteriũ imperfectũ relinquunt, statuit, vt si quis ædificauerit monasterium, nec dotem sufficientem dederit, & moriatur ab intestato relictis liberis, si tres sint liberi monasterium, seu Ecclesia quadrantem bonorum eius habeat: si vltra ternarum numerum sobolis multitudo relicta procedat, inter succedentes liberos connumeretur monasterium, & accipiat, deducto ære alieno, quantum quisque acceperit. Quòd si defunctus mortuus fuerit sine liberis, relictis parentibus, diuidatur substantia inter parentes proximos, qui vnã partẽ, & monasteriũ, qui aliam partem dimidiam accipiant: si parentes non supersint, nec filij, sed tantùm agnati, bes bonorũ perueniat ad monasterium, triens ad cognatos pertineat: si verò fundator testatus sit, & nihil reliquerit monasterio, vt antistes loci sufficientem monasterio partem accipiat, reliquis iuxta testamentũ valituris. Vlpianus quoq. in l. 1. in princ. & §. item si sine causa, de pollicita. li. 50. ff. tit. 12. vult promittentem se facturũ opus Reipublicę, etiam sine causa, obligari si cœperit facere, & cœpisse intelligendum esse, si fundamẽta iecit, vel locum purgauerit, si locus illi petendi destinatus fuerit, si apparatũ siue impensam in publico posuerit. Et Paul. in l. æstimationem honoris, 16. §. 1. de muner. & honor. l. 50. ff. tit. 4. Qui pro honore pecuniã promisit, si soluere eam cœpit, totam præstare, operis inchoati exemplo, cogendus est. Modestinus rursum in l. ex pollicitatione, 9. & l. si quis ob honorẽ, 11. de pllicit. docet, & ipsũ promittentẽ & hæredẽ eius ex pollicitatione operis, ad complemẽtũ teneri. Dos Ecclesię & pro modo facultatũm patroni & dignitate præfecti seu qualitatis ecclesiæ erectæ cõstitui debet argumento constituendæ dotis à patre filiæ & genero, l. cum post, 69. §. gener à socero, & §. nuptiis, & l. quæro quantæ pecuniæ, 60. de iure dotium, ff Obseruabimus idipsum in fundatione Ecclesiæ nouæ, quæ dotãda est ex reditibus alterius, nempe vt oporteat reditus pro vtrinsque dote sufficere, vt in c. ad audientiam, 3. de Eccles. ædifican. c. Saluator, de præbend. in extrau. communi. c. vacante, eod. tit. apud Gregor. aliter non permitteretur diuisio, c. quicunque, c. Ecclesiæ, 16. quæst. 1. cum grauamine alterius Ecclesiæ, c. bonæ rei, 12. quæst. 1. Hic exigimus vt fundator de suis bonis & legitimè quæsitis fundet: nam illud certũ est, quia etsi monasteria aut Xenodochia vel quid aliud de pecunia quæ pro sacris ordinibus datur, constructor, mercedi non proficit, c. non est putanda eleemosyna, 1. quæst 1. ex Epistolano. Leonis li. 7. Epist vbi additur quòd quicquid in Dei sacrificio ex scelere offertur, Dei non placat iracundiam, sed irritat, vt in Prouerbio. c. 21. scriptum. *Hostia impiorum abominabiles quæ offeruntur ex scelere.* Quæsita ex vsuris eandem habent causam, & maiorem prohibitionem: quòd fiant largitiones de alienis quę restitui debent, c. 1. & 2. de vsur. li. 5 tit. 19. c. debitores, de iureiur. & ita in c. cùm tu manifestos vsurarios, eod. tit. de vsuris. Statutum restituendas vsuras acceptas ab his à quibus acceptæ, & si mortui sunt, eorũ hæredibus, & si nulli sunt, pauperibus. Dictum est Prou. 3. *Honora Dominum de tuis iustis laboribus*, & rursum Ecclesiastici 44. *Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimas filium in conspectu Patris*, &c. immolãtis, 14. q. 5. Id. ipsum in aliis ex rapina, tyrãnide, & impiis artibus quæsitis dicendum, ex quorum eleemosynis seu fundatione quis non meretur nomen patroni, vt scribit Paulus de Citadinis in tractatu de iure patro. 3. parte in causa 1. acquirendi, nu. 56. & sequentibus, vsque ad 65. Si tamen de malè quęsitis, in quibus non est locus repetitioni, agatur, dicunt interpretes in remissione peccatorum fundari, & dotari posse Ecclesiam, eleemosynas fieri, vt explicat gl. ad dic. c. 27. non est putanda, 1. quæst 1. ad verba. *ex alienis rebus*. Quòd si ea rebus alienis de facto ædificata Ecclesia vel consecrata, quia quod semel consecratũ est nõ potest restitui, debet pretiũ dominis ab Ecclesia reddi, c. cõperimus, 14. quæ. 6. semel enim Deo dicatũ non debet in vsus profanos conuerti, c. ligna, de cõsecr. distin. 1. c. aurũ, 12. quæ. 2. l. inter stipulantem, §. sacram. de verbor. oblig. regul. iur. semel Deo dicatum, in Sext. l. ædes sacra, de cõtrah. emptio. ff Dotis sufficientia considerãda erit habita ratione temporis fundationis, quia eo tempore conueniens esse debet: dicto c. nemo, de conse dist. 1. c. placuit, 1 quæ. 2. notatur in c. conquerente, de Episc. & cler Quare si tũc sufficiat, & postea, vel ratione cladis superuenientis, vel caritatis annonę, desinat esse sufficiens, vel fuerit imminuta lapso facultatibus patrono, erit maximè Episcopus sine onere, arg. l. 2. §. si eo tẽpore, de administ. rer. ad ciuit. pert. li. 50. ff. tit. 8. imputareque sibi debet Ecclesia si patronum antequam laberetur facultatibus nõ interpellauerit, quemadmodum responsum de Republica, quæ suo tempore officialem suum sibi obnoxium non exegerit, antequam destitueretur facultatibus. l. 1. de Per. nominator. li. 11. C. ti. 33. Quanta autẽ esse debeat dos Ecclesiæ, & eius sufficientia, explicat glo. ad c. cùm sicut de conse. Eccl. vel alta. & ibi Panor. ad c. vni. §. sanè, de stat. regula. vt si de rectoria, vel Ecclesia parochiali agatur, reditus sufficiant saltem victui duorũ, presbyteri, inquam, & clerici ad minus: quia non possit presbyter celebrare & diuina officia solus exequi, c. vt quisque, de vita & honestate clericor. c. proposuisti, de filiis presbytero Expediret tamẽ, si fieret posset, duobus presbyteris parari necessaria, vt si fortè vnus celebrans in casũ aduersũ ægritudinis incideret: quo non posset mysteria inchoata perficere alius vices subiret, iuxta c. illud, 7. q. 1. Et aliquãdo placuit, vt dos trib. sufficeret, c. vt quoq. de cõs. dist. 1. vltra

etiam debet sufficere duos ad iura & onera Episcopalia soluenda,& ad hospitalitatem conseruandá,vel exercendam,c.de monachis ,de præbend.c. 2.de Supplend.negl. prælator.c.1. de præb.in sexto.Quòd si de monasterii fundatione agatur,tunc dos sufficere debet ad nutriendos presbyteros,diaconos,subdiaconos , cantores & lectores secundum numerum destinatú,§.1. Vt determinat,si nu. cleric.c,1.de institution Nisi forsan monasteria sint mendicantium , quibus sufficit habitandi congruum locum dare,cum ea tamen prouidentia,vt consideretur populi liberalitas num possint ibi commodè ex liberalitate ciuium nutriri. Cùm enim eleemosynis contenti esse debeant,nõ licet illis bona proprietatis iure possidere:sed vel mendicare debent, vel labore proprio viuere,c.exiit qui seminat.3.de ver.significa.in sex. habenda etiam hic ratio ne numerus monasterio designatus mendicantium possit esse oneri ciuitati,& ne nimia paupertas cogat ad turpia. Poterunt nihilominus in causa necessitatis cogi ciues officio iudicis laici illis elargiri eleemosynas,gl.in c.1.ad verbum *inferre*,1.distin.cùm ad opera misericordiç omnes teneantur. c.Domino sancto,50.distin.c.exigunt, quæst 7.Panorm.ad c.1.de emptio. Grandis enim culpa est,si sciente te fidelis egeat,qui præsertim egere erubescat,& si omnibus debetur misericordia,iusto amplius,c. non satis,86.dist.LeoImperator in nouella 14.de his qui monasterium imperfectum relinquunt , tradit monasterium non dici absolutum.& ideo relinqui imperfectum, nisi saltem ibidem tres constituantur , iuxta vocem Domini,*Vbi duo vel tres congregati in meo nomine fuerint,in medio illorum sum*.Diui Matthæi c.18.vers.20. Cùm quæstio erit de Ecclesia collegiata,idipsum respondendú,vt saltẽ pro duobus aut tribus sufficiens dos esse debeat.Duo faciunt congregationem,tres collegium.gl.in c.1.de elect. l.Neratius,de verbor signif.Quamuis ius collegij possit remanere penes vnum omnibus sublatis aliis:cùm ius in vnum reciderit,l sicut.§.fi. Quod cuiusque Vniuers.nomin.ff.l.filiusfamilias, 114.§.penul.de legat.1. sicut familiam non faciunt vnus aut duo,sed tres,l.detestatio,40.§. 1.de verb.signif.Et Cicero pro Cecinna,disputans de interdicto vnde vi,*Facile*(inquit) *probatur in qui Latine scriunt, in vno seruulo familiam non valere*. Et rursum,*Familia cõstat ex pluribus seruis,& vnus homo familia non est*.Cardin.ad c. 2.q.14.de rescript.in Clemen.& Panorm. ad c.1.de elect. collegium Ecclesiasticum posse constare dicit duobus, quamquam in collegio seculari tres requirantur:tamen glossa ad c.nobis,de iure patron. ait tres facere ecclesiá Collegiatam,& prioratum conuentualem, idem glos.in Clemen.2.de præscript.ait. Potest vtraque sustineri sententia per l.vbi numerus,de testib.c.pluralis, de reg.iur. Sed tutius & honestius erit, non fundare collegium vel conuentum,nisi saltem tres sint. Nã faciliùs per tres expediri negotia cõmunia quàm per duos poterunt. Cùm enimduo tantùm erunt,poterunt ab inuicem dissentire, & pares in sententia,negotia infecta relinquerentur,naturali existente ad dissentiendum facilitate. Si verò tres sint,duorum sententia vnius opinioni præferetur , & secundum eam expediri poterit negotium, l.itẽ si vnus,17. §.principaliter,de receptis arbitris.ff. Quot capita,tot sententiæ,l.quia poterat.ad Senatusconsultũ Trebellianum.c.quia diuersitatem,de concessio.præbend. Hocq. vel maximum malũ in societatibus & collegiis, aliisque conuentibus hominum,vt potius numerentur quàm põderentur sententiæ suffragia,& vbi numerus suffragiorũ præponderat,ibidem sistatur conclusio:de quo conquestus aliquãdo Plinius Iunior,li.12.Epist.Ep.12.ad Ariá,dũ agit de Senatus cuiusdam placito,quod non probat. *Sed hoc* (inquit)*pluribus visum est,numerantur enim sententia,non ponderantur,nec aliud in publico consilio potes, in quo nihil tam inæquale est quàm æqualitas ipsa.Nam cùm sit impar prudentia, par omnium ius est*,&c.

4 Rogaret forsan aliquis ex quibus rebus constare dos ecclesiæ fundandæ possit: Possemus autem respondere, & vniuersa bona,patronum in dotem ecclesiæ suæ dare posse exemplo l.mulier bona , de iure dot.ff.l.nulla lege, C.eod.tit.Sed rursum dicimus eam posse constare vel ex pluribus,vel paucioribus:est enim beneficij nomen vniuersale:quemadmodum notat Panormit. ad c.significatum,de præb.c.cum venerabilis,de exceptio. Quare dos vel fundatio non continet singulares in specie res,sed omnes quæ eius iuris censentur,vt dicitur de appellatione hæreditatis:l.hæreditas,50.de petitio.hæred. talisque hæreditas dicitur,licet res vllæ in ea non sunt,l.1.C.de euict.l.pecuniæ verbum,178.§.hæreditas,de verbor.sign.l. pœnales,32.§.honorariæ,ad leg.Falci.ff.l.1.§. incorporales,de rer.diui.vt generaliter,& ea quę in iure vniuersali consistunt remanente nomine accessionem & decessionem accipiunt. vt peculium,l.peculium,40 de peculio. Grex,l.si ex toto,8.l.si ex grege, 11 de legat.1,& dos,l.4.de iure dot ff.Rex etiam beneficij & Ecclesiæ,iura ecclesiastica appellantur,c.2,de reb.ecol.non alien.c.fin. de Pactis.in sex.Consistẽt itaque iura Ecclesiastica,aut res dotationis eius esse poterunt,mobilia immobilia, c.terrulas,& seq.12.q.2.c.hoc ius,10. q.2. Fundus qui mansus dicitur,pen dote,in c.1.de censib.vbi gl.existimat mansum dici Italico sermone,idem quod iugerum terræ,quantũ possint vno die arare boues. Forsan Latinè loquentibus mansum à mandendo,vt apud Nonium Marcellum.Nisi dicamus iuxta priorem significationem , mansum quod die exacto subsistit ab opere aratrum, & in eo iugero remansum sit.Poterit & generalius mansú dici immobile prædium cuiuscunque sit quantitatis,Ecclesiæ ędificã dę proprium additum.Dehinc possint dari in dotem iurisdictionis seculares, vt in c.fin. Ne clerici vel monach.in Sext.itẽ decimæ,primitiæ,vt in parochialib.c.1. 13.q.1.titulis,de decimis,& diximus suprà in orig.benefic.c.2. Itẽ oblationes,vota & à fidelibus elargita,c.omnis,de conse. dist.1,c.causa Carpensis,8.& c.cùm inter vos,de ver.sign.

5 Illud tamen notandum,in solis oblationibus nó posse nouæ Ecclesiæ seu beneficio dotẽ constitui, aut congruam pensionem seu portionẽ Vicario perpetuo,vt obseruat Rebuff.tractat.de congrua pensio. c.10.& 11.quia incertũ est,num futuræ sint oblationes.Idipsum dixit de distributionibus quotidianis, quæ non solent dari nisi assistentibus officio diuino,& fieri possit incertum,num quis interesse possit : & ideò illæ non constituuntur pro congrua portione.Rota dec.134.in nouis.incip. *quando*, &c & decis.706.in antiquis.Computantur autẽ in congruam portionem ea,quæ quis potest habere ratione sui beneficij,non quæ aliunde consequi potest : licèt accedant beneficio iam constituto. Quemadmodum hæres computat in quartam Falcidiæ, quæ iure hæredis capit, non quæ alio iure,l.in quartã,ad leg. Falci.Sicq. Anchara.ad Cleme.de decim.tradit, distributiones quotidanas non esse computandas in valore censendo beneficii,sed fructus tantũ,qui percipi solent de corpore beneficii:& illi grossi fructus qui veniunt in portatis, queadmodum etiã in propriis terminis ait regula Cancellar.60.& quia distributiones quotidianæ non percipiuntur de corpore beneficii,sed ratione personalis seruitii.Oldrad.cons.118. incip.*ex virtute*,Bellamera cons.34.incip *supposito*,in 4.dubio.Rota d.decis.134 in Nouis. Rebuffus tract.nomina. q.9 n.39. Neque etiam imputãtur in congruam portionem Vicario aliæ fundationes posteà factæ in Ecclesia, quòd eas non capiat iure Vicariæ. Rota d.decis.134.in Nouis,& 766.incip.*quæritur*, plenè.si modò alius etiam non Vicarius habere posset:nam tunc eas recipit ratione maioris oneris iniuncti quàm Vicariatus, & ratione remunerationis, ideò non imputabuntur in congruam portionem,argu.c.cùm in officiis,de testa. multò minus etiã computabuntur,quæ recipere potest Ecclesiæ præpositus,pensionis causa ob laborem docẽdi pueros,quòd aliunde ea adueniant quàm ex munere Vicariç,& alteri dari possint.

6 Erũt & sub nomine beneficii seu dotis sufficientis,

conclu-

concludenda iura quæ debentur ea laudabili consuetudine ratione benedictionis nubentiũ, & sepulturę mortuorum, quæ licitè exiguntur sine pacto, c. ad Apostolicam, 42. de Simon. quarta mortuariorum, quæ debetur ab aliis Ecclesiis parochiali Clem. dudum, de Sepult. itẽ ius eligendi, vel conferendi beneficia, vt c. cùm olim, 14. de maior. & obedient.

7 Sunt & vltra hæc quædam propria certis beneficiis maioribus & minoribus, quibus possunt reditus colligi. Quemadmodum Episcopatuum dos habet singularia iura pro dote, quæ ponuntur in ca. conquerente, de offi. ordin. velut i cathedraticum, c. 1. 10. q. 3 ἐνθρονιαστικὸν, nempe pecuniam quę datur ob inthronisationem vel confirmationem prælatorum inferiorum, § si quid autem Episcoporum, & §. sed neque clericum, de Sanctiss Episc. procurationem, c. cùm Apostolus, de censib. quartam Episcopalem, c. officij, c. requisisti, de testa. c. de quarta, de præscription. Indictiones extraordinarias ratione charitatiui auxilij, d. c. cùm Apostolus, de censib. & d. c. conquerẽte, de offic. ordin. multarum compendia, & reditus ex iurisdictione, Clem. penult. de elect. c. licet, de pœn. c. irrefragabili. § fin. de offic. ordin.

8 Habet Pontificatus maximus vltra peculiares reditus ex decimis clericalibus, ex annatis, in extrau. vnic. de decim. in extrau. commu. ideò in §. fin. de mandat. Apostolic. & tit. de annat. in concord. statutum, in impetrationibus beneficiorum obtentis à summo Pontifice, exprimẽdum esse verum valorem beneficiorum, & de quo per Doctores, ad c. ad aures, de rescript. per gl. ad Cleme. 1. ad verba, *vel alteri*, de præbend. quæ tradit non inueniri iure communi cautum, exprimendum esse in Impetrationibus verum valorem beneficij, sed hoc primum introduxisse Vrbanum 6. Fuit & facta taxa beneficiorum impetratorum à Curia Romana, sublata in Concilio Constantiensi, & moderata in fauorem viuentis tunc Pontificis tempore Concilij Basiliensis, vsque ad quintã partem pro subsidio status eius & Cardinalium, in reliquis prohibita annatorũ exactione quocunque tit. c. 1. de annat. in pragmat. sanction. In Gallia tamen non seruatur, nec recipitur illa decisio de annatis, quòd causæ ibi sint constitutiones quas dicunt bursales, & sufficit in Gallia in Impetrationibus factis beneficiorum, seu in supplicatione facta summo Pontifici de conferendo, dicere quòd fructus eius beneficij non excedunt summam 24. florenorum de Camera. Sic etiam taxæ beneficiariarum annatarum fuerunt factę nominatim sine præiudicio libertatum Ecclesię Gallicanæ §. itẽ quod huiusmodi, de annatis, in pragmat. sanct. Fuit & regula Cancellariæ de valore beneficiorum in impetrationibus exprimẽdo, olim tantũ in dignitatibus seruata, non in aliis minoribus beneficiis, aut in motu proprio concessis: posteà tamen ab vtraque extensionẽ accepit, vt ibi notat glossa. Ferunt autem expressionem illam valoris statutam primùm, ne fraus fieret taxationi, & ne in pluralitate beneficiorum quisplam plurium stipendia reciplat, contra c. quia non nulli, de cler. non resident. c. ad aures, de rescript. Non exprimebantur tamen olim in beneficiis in quibus nõ est taxa, in hospitalibus administrationẽ habentibus, in monasteriis monialium: hodie contrà quia & annatæ scrũtur introductæ ad subuentionem Papæ & Cardinaliũ, tanquã charitatiua subsidia. Habentur & in Curia duo libri taxarũ, vnus pro officialibus, alius pro annatis quorum inuentor fertur Ioan. 22. & Benedictus 12. eius successor taxas pœnitẽtiariæ sacrę ordinauit: vt scribit Polydor. Vergilius lib. 8. de Inuent. rer. c. 5. vide Felin. ad c. 2. de rescript. Easdem has taxationes nimium excrescentes habuisse Alphonsum Regem ex Antonio Panorm. de dictis & factis eius, refert Gomes ad dictam regulam de valore exprimendo in impetrationibus beneficiorũ, eúmque dixisse Harpias non amplius insulas colere, sed ex insulis in Romanam curiam migrasse. Habet insuper Pontificatus summus res alias quæ dicuntur de temporalitate Ecclesiæ, & reditus ex regum & Imperatorum liberalitatibus, ex regnis fundatariis seu tributariis, veluti ex regno Siciliæ, ca. Constantinus, 96. distinct. de cuius patrimonio tractat Gregorius li. 1. epistolarũ, epist. 2. 68. 70 scribit & de patrimonio Ecclesiæ in Africa, li. 1. epist. 73. de Patrimon. in Neapoli. li. 5. epist. 11. de Patrimonio in Cãpania. li. 2. epist. 40. de Patrimonio in Dalmatia. eod. li. 1. epist. 41. 44 61. de Patrimonio in Galliis. li. 5. epi. 50. & epist. 52. & 55. Fuit & alibi Patrimonium Ecclesiæ de quo nihil vltra: exempla enim hæc pauca sufficient. Lõgum enim esset si Episcoporum, & Patriarcharum, Primatum, Metropolitanorũ, patrimonia persequi vellem, Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & ditiones adiicere: quæ omnia quilibet habent ita sibi cognita, vt aliquando aliquibus ea sint notiora magis quàm diuinum officium & munus coniunctum.

9 Admonebimus tantum in collegiatis Ecclesiis beneficia seu præbendas ex distributionibus variè conflari & distribui, iuxta fundationum leges, quæ ad quatuor capita referri possunt, vt ait Henricus Bohic. ad c. cũ omnes, de constitut. & gl. antiqua ad tit. Quo tempore quisque debeat esse in choro, in Prag. sanctio. ad verbũ, *distributiones*, & notatur in c. cùm Martinus de constit. c. vni. de cle. non resident in Sex. prima quippe species distributionũ est in quibusdã Ecclesiis: vbi præbendæ non sunt distinctæ, quamuis numerus clericorum vel præbendarũ sit certus vel distinctus, inter quos quidem omnia communia, sed tamen ex cõmunibus singulis diebus datur certa præbenda, vel demensum, singulis præsentibus in loco Ecclesiarum, quamuis non intersint horis, vel officiis diuinis, nempe aliquot libræ panis vel mensura vini, vel aliorum, & istæ distributiones præbendæ sunt, c. cùm nõnullæ, de præbend. & dignitat. in extrauag. commun. Idẽ dicitur de maioribus fructibus quos grossos dicunt, qui annuatim distribuuntur, in c. relatum, de præb. Secunda species distributionum est in Ecclesiis, in quibus præbendæ sunt quidem distinctæ, & vltra est mensa communis, ex qua dantur distributiones etiam illis qui non intersunt horis officiorum, dummodò sint præsentes, quales fiunt in Ecclesia Parisiensi quotidianæ de pane: dicitur tamen quòd ad lucrandũ panem illius diei oporteat præbendatis vel canonicis interesse vel Matutinis, vel Missæ, vel Vesperis vide gl. ad d. c. vnic. de cler. non resident. in sext. & ibi Ioan. Andręam. Tertia species est, distributionum quotidianarum, quę fiunt in pecunia tantũ pręsentibus, & qui intersunt horis sine fraude in quibus fiunt distributiones: & istę sunt veræ distributiones quotidianę, vt in d. extrau cùm nonnullæ, de præben. in commun. extrau. & in extrau. Ioannis 22. dilecto, aliàs incipiens, *postulasti*, eod. tit. de pręb. Quarta species distributionum generaliter erit, omnium emolumentorum quę distribuuntur, vel diuiduntur pręsentibus, & qui intersũt tantùm diuinis officiis, vt anniuersaria & alia, de quibus in Clemen. vt hi qui, de ætat. & qualit. ordinan.

---

## De dedicatione & consecratione Ecclesiæ fundandæ.

### Capvt xvi.

1 *Dedicatio quid, & quomodo fieret.*
2 *Sacrum quid, & consecratio.*
3 *Delineamenta prima, & progressus dedicationis templorum & de forma consecrationis Ecclesiæ.*
4 *Semel consecrantur Ecclesiæ, quod explicatur.*
5 *Consecrationis minister solus Episcopus.*

1 Ecclesia de nouo fundata, post ędificationem dedicanda & consecranda est: ab iis quibus oportet iússe est. Omne, inquit Isidor. li. 6. Etymolog. quod Dedatur, aut dedicatur, vel consecratur: quod dedicatur dicando datur, vnde & appellatur. Liuius lib. 1. *Multa alia*

*sacrificia locáque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit.* Fana Varro 5. de ling. Latina, ait nominata quòd Pontifices in sacrando fati sunt finē. Verbis enim solemnibus vtebantur,& verba præibant consecrando ędes Pōtifices, cùm Imperator vel magistratus dedicarēt: vt liquet ex Liuio li. 9. dū de dedicatione ædis Cōcordiæ in area Vulcani agit,& Varro 5. de lingua Latina. Verba significabant,& pronunciabant verbis conceptis dedicationem veluti exemplū ex Liuio in 1. Romoli: *Iupiter* (inquit) *Feretri, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero, templúmque his regionibus, quas animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ regibus ducibúsque hostium cæsis, me auctorem sequentes posteri ferent.* Et li. 10. Virginius. *Hanc, ait, ego aram plebeiæ pudicitiæ dedico.*

2 Sacrum erat Deo & cultui diuino consecratum, siue locus, siue pecunia, siue ædes, siue ara. l. sacra, 9. de rei. diuis. ff. §. sacræ res, de rerum diuision. consecratio fiebat olim à Consule vel Imperatore accenso foculo, cum Tubicine, verbis priscis & solemnibus, præeunte verò Pontifice maximo præfante carmen capite velato, concione aduocata ac iussu populi, & postea decreto Senatus. De quibus omnibus Alex. ab Alex. li. 6. Genialiū dierū c. 14. Cicero Oratione pro Domo sua, vbi & constat in consecratione templorum & dedicatione, Pontifices præeuntes, postem manu tenuisse, veluti in symbolū, quòd munus, oblationem, dedicationem Deo factam, mancipi sui facerent nomine Dei cui res quæreretur in perpetuum, seu perpetua religione. Quare & apud Cicero. 2. de Legibus, non tantùm verbis consecrationes, sed etiā manu fieri dicebantur: vt innuit Ouidius 1. Fastorum,

*Sacra vocant augusta patres: augusta vocantur*
*Templa, sacerdotum ritè dicata manu.*

Diuini iuris, sacra, vel dicata dicuntur. l. 1. de rer. diuis. Manum postibus admouendo, Pontifex possessionem loco Dei capere videbatur. Cum traditionibus visum fuerit dominia trāsferri posse, l. traditionibus, C. de pact. §. per traditionem, de rerum diuis. Propemodū similis formula transferendi res in Ecclesiam proposita, in ca. 2. de consuetud. quæ ibi scotatio vulgò dicta traditur, forsitan & vulgus malè pronunciabat,& corrumpebat nomen, consecratio, quæ fiebat per Pontificem admota manu ad postem. Refert autem Innocent. 3. ibi in hæc verba: *Si quis possessiones aliquas claustris vel aliis religiosis locis, in bona valetudine vel vltima voluntate pro suorum vult remedio peccatorum conferre, hanc conferendi formam esse proponitis, quòd in huiusmodi donationibus, modicū terræ consueuit in manu accipere, vel in extremitate pallij quod manu prælati Ecclesiæ sustinetur, aut super altare ponendum sub testimonio videntium & audiētium sub dicta forma quæ scotatio vulgariter appellatur,* &c. Iubetúrque donationem illam irritam esse, cùm huiusmodi (inquit) signum quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit euidens argumentum.

9 Definitionis templi rudimenta fuerunt, quando Iacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo,& erexit in titulum, fundens oleum desuper: & post conceptum votum ait, quòd lapis ille vocaretur domus Dei. Genes. c. 28. ver. 18. & sequentibus, & rursum quando in Sichem erecto altari inuocauit super illud fortissimum nomen Domini, Gen. 33. ver. 20. & c. 35. ver. 6. & 14. Moyses sacrauit Deo tabernaculum cum mensa & altari, cum vasis æneis,& aliis ad diuinum cultū necessariis, idque diuinis precibus,& sancti olei vnctione, Exod. c. 30. & c. 31. & de dedicatione & vnctione altaris, Num. 7. sic Leu. c. 8. Moses vnctionis oleo liniuit tabernaculum cū omni supellectile sua, cúmq. sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud & omnia vasa eius, labrúmque cū basi sua sanctificauit oleo, &c. Inuenitur & consecratio tēpli Salomonis 3. Regum c. 8. agitur & de dedicatione altaris noui, Machab. 1. c. 4. Obseruata antiquitus multa in dedicatione templi, quæ non minus hodie seruantur, vt locus ab omni possessione & potestate, insidiisque dæmonis expurgatus, sacris precibus, & mysteriis orationis & sacramentorum puritati sit idoneus,& lubentius à Deo supplicantes exaudiantur, vt refertur in concepta formula consecrationis & dedicationis, 3. Reg. 8. c Forma consecrationis & dedicationis docetur à Durando li. 1. Rationalis diuinorū officio. c. 6. vt primùm ędificata Ecclesia, accedente Episcopo cum clero, prius intus duodecim cruces in Ecclesię parietibus pingantur: & iuxta totidem accendantur luminaria, exeant deinceps omnes ab Ecclesia, vno tantùm ibi relicto & concluso diacono. Episcopus verò cum populo interim circuit Ecclesiam exterius cum orationibus, aspergens parietes aqua benedicta cum fasciculo hysopi: veniens autē ad occlusam portā percutit super liminare baculo pastorali, dicens, *Attollite portas principes vestras, &c.* cui respondet inclusus diaconus, *Quis est iste rex gloriæ?* Cui iterū Episcopus, *Dominus fortis & potens:* & eadem repetuntur singulis circuitionibus. In tertia verò aperto ostio Pontifex ingreditur Ecclesiam cum paucis ministris, dicens, *Pax huic domui.* reliquo clero & populo foris remanente, incipitque Litanias. Fit posteà in pauimento Ecclesiæ crux ex cinere & sabulo, in qua dehinc totum alphabetum Græcis & Latinis literis describitur. Atque iterū Episcopus aquam benedicit admixto sale, cinere,& vino, dehinc cruces in parietibus depictas vngit chrismate. Et quemadmodum hæc visibiliter per Episcopum fiunt, ita Deus per inuisibilem virtutem operatur. Legimus apud Abdiam Babylonicum, D. Bartholomæum in purificatione templi dæmonis Astarot, quod sanctificauit, & in Ecclesiam conuertit, fuisse vsum signo crucis impresso muris per lateta,& benedictione: quod & cæteri quoq. Apostoli & Discipuli Domini fecerunt in diuersarum Ecclesiarū erectione seu fundatione. Nunc & vltrà, omnes Basilicæ cū Missa debent consecrari, c. 3. de cons. dist. 3. tamen ibi gl. ait, non esse de substantia Missam: diuinis tamē precibus sacrandas, can. Ecclesias per congrua, 13. de consec. dist. 1.

4 Semel porrò tantùm consecrandæ, nisi aut dubitetur num fuerint consecratæ, aut nisi postquam consecratæ fuerint, sint pollutæ vel destinctæ omnino, c. solemnitates, 16. §. 1. ca. Ecclesiæ, 18. ca. Ecclesiis semel, 20. de consecrat. dist. 1.

5 Solus consecrationis minister hodie Episcopus est, §. sacræ res, de rerum diuis. c. nemo, de cons. dist. 1. sic nec in consecrata Ecclesia, altaria consecrari, vel profanari, seu destrui sine Episcopo possunt, c. nullus, c. placuit, de cōs. dist. 1. qui & in ædificatione altaris immobilis, debet prospicere, ne sine sacris lipsanis Sācti alicuius erigatur, aut ne sine dotatione, dic. c. placuit, in mobili altari non ita, quod fit ex tabella lapidea consecrata, super qua vbicunque in loco non consecrato, potest celebrari Missa, & dicitur altare portatile, de quo in c. fin. de priuil. in Sexto.

## De effectu nouæ erectionis vel fundationis.

### Capvt xvi.

1 *Mandatum de prouidendo, non continet beneficia de nouo creata, nec reseruatio beneficiorum.*
2 *Episcopatus erectio facit ciuitatem.*
3 *Fundans Ecclesiam legitimè, fit patronus, & acquirit ius præsentationis ad beneficium.*
4 *Patronum faciunt, fundatio, dotatio, dummodo ante consecrationem fiant.*
5 *Patroni plures possunt esse eiusdem Ecclesiæ, etiamsi æqualiter non contribuerint dotationi vel ædificationi Ecclesiæ.*
6 *Noua fundatio non mutat qualitatem loci Ecclesiæ.*

1 Singvlaria quædam consideranda erant tandem nouæ erectionis, primum vt beneficia de nouo creata non veniant aut contineantur sub mādato. Clem. fin. de rescript. Existimauit & Iacobus Simoneta aliquando

sacri

ſacri palatij Apoſtolici auditor,in tract. de reſeru.q.12. non contineri ſub reſeruatione beneficiorum alicuius Eccleſiæ,beneficia de nouo creata,citat Rotã dec.32.n.7.in antiq. ſed ego eam deciſionem non inueni, & per Clem.fin. de reſcript. contrariã tamen ſententiam firmauit in terminis,vt dicunt,Gaſpar de Perusio in tract. reſeruationũ,verſ.*quæ autem beneficia reſeruantur*, n.8. & Mandoſa in 7.qu.tertiæ regulæ Cancellariæ, quo loci reiectis contrariis, concluditur aduerſus ſententiam Simonetæ,n 12.ibi,*Contraria opinio verior eſt tenenda.*

2 Secundò, hoc ſingulare vt quando Epiſcopatus alicubi ponitur,fiat ciuitas, ca. Saluator,de præbend.in Extrauag.communib. tractatur ad Extrauagantem iuris ciuilis,qui ſunt rebelles.

3 Tertiò, vt qui de conſenſu ſuperioris Epiſcopi vel ſum.Pontificis, ædificauerit, ſeu fundauerit Eccleſiã,efficiatur eius patronus,c.decernimus,16.q.2.ca.nobis,de iure patron.& habeat ius prouidendi,conſulendi,& ſacerdotem inueniendi ſeu præſentandi ad regimen eius Eccleſiæ,c.quicũque 30.§.1.16.q.7. Sine præiudicio tamen prioris Eccleſiæ & patroni eius,ſi ex prioris Eccleſiæ reditib.ſecunda noua ope alicuius ſundetur.Et proinde,cũ diuiditur Eccleſia parochialis, qui eam fundauit,remanet patronus,& præſentat in ſecunda Eccleſia, & etſi eo maioris & primæ Eccleſiæ rector,ca.ad audiẽtiam,3.de Eccleſ.ædificãd. Patronus quoque & is in diuiſione nouæ creatæ addidit, vt in d.c.ad audientiam, Dominus loci qui addidit nouæ ædificationi 30. acras terræ,fit patronus,vt ibi notat Pan.n.3.Acra terræ iuxta Hoſtienſ.menſura terræ apud Anglos,*Ane Acre*,Gallis aripentum vel arepennum, dimidium iugeri:quod cõtinet 120.pedes in longitudinem, & 60.in latitudinem: ſicque Columella lib.5.c.1.Gallos dixiſſe arepennum teſtatur. Quanquam alij exiſtiment iugerum acram dici, quantũ videlicet par boum poteſt vno die arare : quod conſtat ex duobus actibus quadratis, & quòd actus iũcti ſint iugerem dixerint:Colum.d.lib.5.c.1.actus quippe quadratus,qui & latus pedes centum viginti,& longus totidem,ita duo arepenna Gallica , habent iugerũ. Dicunt & vt opinor , Normam *Acre* , à nomine actus quadrati qui iugerum facit.

4 Patronum faciunt,dos,ædificatio,fundus.De dotatione & conſtructione,in ca.filiis,16.q.7 de fundatione in ca. Abbatem,18.q.2. Oportet autem hæc interuenire ante conſecrationem:nam ſi poſtea accedant.non dant ius patronatus:quippe quia patronus à patre,qui ad eſſe produxit. Neque etiã poſt conſecrationẽ poteſt imponi ſeruitus vel onus rei ſacræ, vel ius patronatus, ſecundũ gloſ.ad c.piæ mentis,16.q.7.facit l.ſeruitutes,14. §.fi.de ſeruit.ff.l.caueri,com.pręd ff ca. præterea,24.de iure patr.c.3.§.1.de iure patr.& ibi gl.ad verb. *ab initio* c.Eleuterius,18.q 2.Cęterũ Paulus de Citadini in tract. iuris patr.3.parte in cauſa 2.acquirendi,n.77.13.q.exiſtimauit & poſt conſecrecationem poſſe quęri ius patronatus,dotatione,fauore Eccleſiæ, vt retrotrahatur perinde ac ſi ab initio facta fuiſſet, pro quo mihi videtur textus expreſſus in c.cũ ſicut,de conſec.Eccleſ. vel alta, *Sicut dicitur de filiis qui legitimantur conſequente matrimonio, perinde ac ſi ab initio interueniſſet matrimonium*,in c.tanta,Qui filij ſint legit.§.fin.de nupt.cũ ſim. Sed & obſeruanda ſingularis gl.ad princ.63 diſt. dũ ait, neq. ob omnẽ donantem ante conſecrationẽ,ideò effici ſemper patronũ, niſi tantũ dederit de bonis , vt ſufficiant ad luminaria,& ad neceſſaria miniſtrorũ.Sicq.notat gl.ad c.quicunq. fideliũ,30.ad verb.*aliquid*,16.qu.7. Neque etiã ex fundatione vel dotatione ius ſibi hoc acquirẽt infideles,Iudæi,Hęretici,Pagani,vt docet Paulus de Citadinis tract.de iure pat.in 3.parte,cauſa 1.qu.5.& ſeqq.per c.piæ mentis,& c.quicunque fidelium,16.q.7.

5 Poſſunt autẽ plures eiuſdẽ Eccleſiæ eſſe patroni, ſi plures ſufficienter fundauerint,vel dotauerint:& quãuis vnus plus quã alius contribuerit in fundatione, nihilominus æquè omnes ſunt patroni,nec vnus plus quam alius,vel magis minúſve patronus dicitur , quia vnus ex ſociis qui minus contribuit pecuniarum,æqualiter cenſetur ſocius cum magis contribuente, quòd induſtria vt plerũque in defendenda Eccleſia ſuperet pecuniam alterius,per.l.ſocietates contrahuntur,5.& l.ſi.non fuerint, pro ſocio. ff. Patronatus etiam cauſa magis reſpicit ius, quàm res patrimonij,&pro indiuiſo pluribus vni patrono etiã ex diuerſis partibus ſuccedentibus,æqualiter cõpetit.Clem.2.de iure patr.c.1.& 2.eo.apud Greg.Inueniũtur ideò vnus Eccleſiæ plures patroni,quãuis non ęquales in dotatione,vt in c.ad audientiam,de Ecc.ædificãd. dũ nouæ conſtitutæ Eccleſiæ in ſubſidiũ alterius fit patronus Dominus terræ,qui triginta acras terræ dedit:itẽ Eccleſiæ matricis rector,ex cuius bonis aliquid pro fũdatione ſecundæ acceptũ:item & fundator matricis Eccleſiæ. Si tamen nihil contribuetur matrix & primitiua Eccleſia,non haberet ius patronatus, vt ſingulariter notat.ad dic.c.ad audientiam.nu.11.& 12.

6 Cæterùm noua fundatio & erectio in diuiſione prioris Eccleſiæ,non efficit quominus executores gratiarum, & iudices cauſarum à ſede Apoſtolica deputati, procedere poſſint in diœceſibus,diuiſis,perinde ac ante diuiſionẽ.c.1.de conceſſ.pręb.in extrauag.commun.c.vnic.de off.de lega.in extrau.com.Dehinc præceptũ,& ſtatutum vniuerſis prælatis,capitulis,& aliis quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis directum,non impeditur per deciſionẽ vel erectionem Eccleſiarum,quominus vires ſuas ſortiatur in viſitatione,& procuratione, & iuriſdictione earũ, vt antea niſi mandato Apoſtolico poſtea expreſsè derogatur,c.2.de conceſſ.præbend.in extrau.com. Et poſtremò non permutat diuiſio Eccleſiaſtica beneficiorum limites ſecularis iuriſdictionis:quemadmodũ diuiſio prouinciarum per ſeculares facta, non turbat limites iuriſdictionis aut poteſtatis ſpiritualis c.vni.101.diſt.l.vnic.de Metropo.Beryto lib.11.C.

---

## De ſecunda ſpecie Erectionis Beneficiorum, quæ fit per reſtitutionem extinctionis: primum in genere.

### Capvt xviii.

1 *Reſtitutio & reſtituere quid.*
2 *Reſtitutio eſt & reſtauratio deperditi vel extincti.*
3 *Beneficia quibus modis extinguuntur.*

Reſtitutio præſupponit aliquando fuiſſe beneficiũ, ſed eo tempore quo fit reſtitutio non exiſtere:reſtitutio id reparat quod læſio ademit,l.in Fabiana,§.videamus,de Vſuris.ff.& quantũ ablatum fuerat, l. reſtitutio,24.§.reſtitutio,de minor.25.annis.ff.l.vn. C.de reputat. *Reſtituere*,inquit Paul.l.reſtituere,75. de verb.ſig. ff.*is videtur, qui reſtituit quod habiturus eſſet actor, ſi ei controuerſia facta non fuiſſet.*Et rurſũ in l.reſtituere autẽ,35.eod.tit.*Reſtituere is intelligitur,qui ſimul & causã actori reddit,quam is habiturus eſſet,ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet.* In sũma reſtitutio omnem causã,acceſſionem,& fructus continet,l.plus eſt reſtituere,& l.ſi.de verb.ſig.l.hęc verba in ſtipulatione, 73.eod.tit.l.in condẽnatione,124. de reg.iur. ff.l 1.de interd.ff.§.reſtitutoria,eod.tit.apud Iuſtin. & in l.1.de ſẽtentiã paſſis & reſtit. C. Antoninus exuli Licimano ait, reſtituo te in integrum:vt autem ſcias quid ſit in integrum reſtituere , honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris te reſtituo.

2 Vtimur & reſtitutionis ideò nomine pro inſtauratione,renouatione, & in priſtinũ ſtatũ reductione, quẽadmodũ & reſtitui vina dixit Plin.lib.14.c.17.*Vina* (in-

quit) *in apothecis carnis orin mutantur quadã, posteaque restituuntur sibi.* Dicitur & paries restitutus, postquam dirutus reædificatus fuerit, l. sicut autẽ refectio, 7. Si seruitus vendicet. ff. eaque restitutione ius dicitur reuiuiscere seruitutis quod erat in pariete antequam deponeretur, vt ibid. dictum, & in l. & si fortè, 6. Si seruitus vendic. ff. restitutio ita beneficij est, quãdo beneficiũ extinctum reponitur in primum statum quo antè fuit, sublato impedimento, vel extinctione suscitata.

3 Circa quam restitutionẽ cogimur antequam de ea agamus, de extinctione priùs agere, vt possimus singulis speciebus singulas restitutiones adiicere. Proinde dicemus extingui beneficia, vel per suppressionem, vel per vnionem, vel per destructionem ædium, vel sublato omnino beneficio, de quibus ordine pauca admonebimus vt præuia restitutionum.

## De suppressione Beneficiorum.

### Capvt xix.

1 *Suppressio Beneficij quid.*
2 *Causa suppressionis Beneficij.*

SVppressione beneficia desinunt esse, veluti si in Ecclesia collegiata, deficientibus facultatibus, numerus restringatur præbendarum, & ita inter præbendas sublatæ non numerentur, sed taceãtur: hoc. n. est supprimere, quod facile tamẽ non permittitur, de minuatur cultus diuinus: c. ex parte, 13. de constit. sic supprimi dicitur dignitas primiceriatus in Tullensi Ecclesia, in c. cùm accessissent, eo. tit. de constit.

2 Causa suppressionis numeri præbendarum, generaliter vt & communiter est, diminutio fructuũ Ecclesiæ, in c. fin. de verb. signif. eò quòd in Ecclesia non debeant plures clerici recipi, quàm nutriri ex reditib. sine penuria possint, c. 1. & c. authoritate, de institut. c. quoniam vt ait, de vita & honest. cler. ca. cùm Martinus, de const. §. 1. Vt determinat. sit num. clericorum Sanctissimę maioris Ecclesiæ, & cæterarum Eccles. Constantinop Nouell. 3. & in tit. de mensura ordinandorũ clericor. Nouell. 16. & in §. sed neque effusas: Quomodo oporteat Episcopos, &c. c. 8. Nouella 6. In quib. omnibus fit suppressio clericorum super numerũ ordinatorum, per mortem illorũ, donec perueniatur ad mensuram seu numerum institutioni Ecclesiæ definitũ. Idipsum vidẽtur statuisse Theodosius & Honorius in l. non plures, 4. de Sacros. Eccles. C. Ex quib. duæ rationes suppressionis eliciuntur: prior ne plures sint quàm nutriri possint, & ita mẽdicitas clericorum in opprobrium veniat cleri, ca. diaconi, 93. dist. si quidem vbi expensæ fiunt vltra reditus, sequuntur debita ex mutuo acceptis, & paulatim Ecclesia ad nouissimam inopiam peruenit. Et alia, quod contra intẽtionẽ & prouidentiam fundatorum, plures admittantur, in §. 1. Vt determinatus sit num. cleric. Nouel. 3. Tertia potest accipi ea Nouella 10. de Referendariis, vbi Iustinianus referẽdariorum numerum contrahit ad octo, & ex quatuordecim tunc existentibus, vult suppressionem fieri per mortem eorum, donec peruenerint ad dictum numerum. *Vtpote, inquit, causa à nobis honorata deinde in multitudinem effusa, ne propria imminuatur honestate.* Etenim multitudo interdum confusionem habet, & officij & ministerij quibusdam facit vtilitatem, quemadmodum in cap. legimus, 24. in fin. 93. dist. ibi, *Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit.* Et multi sacerdotes, pauci sacerdotes, multi nomine, pauci re. cap. multi sacerdotes, fin. 40. distinct.

## De Vnione.

### Capvt xx.

1 *Vnio, extinctionis beneficij species est.*
2 *Vnio quid, & eius species.*
3 *Vnio perpetua, quid differat à temporali.*
4 *Vnio fit beneficiorum vacantium, & antequam vacent.*
5 *Quæ Ecclesiæ vniri possunt.*
6 *Vnio Episcopatuum ad summum solum Pontificem pertinet, & vnio prouinciarum ad principem pertinet: qui alij alia vnire possint.*
7 *Vniendi ius præscriptibile est, & Abbas quomodo vniat.*
8 *Capitulum sede vacante, num possit vnire beneficia Episcopatus.*
9 *Vnio diuersarum diœceseon, vel exemptarum à quo fiat.*
10 *De solemnitate vnionis.*
11 *Temere vniones fieri quare non debeant, alioquin cur dissoluenda.*
12 *Vnio cum iusta causa fieri debet.*
13 *Eáque vera, & quid si sub falsa fiat.*
14 *Vniendi beneficia, quæ possunt dici iustæ causæ.*
15 *Vnionis effectus.*

SEcunda species extinctionis beneficiorum erit vnio, sic enim scribit Rota decis. 370. *nota quòd vbi,* in antiq. nota quòd vbi initum est beneficium & alteri annexum, perdit nomen beneficij, & non debet dici beneficium sicut ante vnionem dicebatur. siquidem pars separata per se totum non facit, & vna eadémque res diuerso iure censeri non potest, l. eum qui ędes, de vsucap. ff. c. quia circa, 22. de priuileg. Sic & glos. ad Clemen. per literas, de præben. tradit, per vnionem extingui, vel supprimi nomen beneficij, quare nec per se dicuntur talia beneficia vacare, Clem. 1. & ibi Ioa. Andręas de rescript. & Clem. 1. de suppl. neglig. prælat. Frederic. permut. q. 33. Gomes ad reg. de triennali possess. q. 8.

2 Vnio beneficiorum, *est duorum vel plurium beneficiorum in perpetuum coniunctio,* c. sicut vnire, de excess. prælat. Hic porrò vnionem in propria significatione dicimus, quando ita beneficia coniunguntur, vt ex duob. vnum tantùm & veluti tertium quoddam genus fiat, retentione facta in vno priuilegiorum vtriusque, veluti in c. cùm dilectus, de eo quod vi metúsve causa fit, & c. recolentes, de statu monach. Omittemus namque alias vnionis species, quæ tres hac inducta ponuntur à gloss. ad c. & temporis, 48. ad verbum, *vnire,* 16. q. 1. & gloss. ad c. 1. Ne sede vacan. ad verbũ, *vniendo,* vbi tamen Hostiẽsis quinque ponit: nos autem tres tantùm cum glossa admittimus. Primam propriam, alias minus proprias, nẽpe quando Ecclesia vna alteri subiicitur, in qua quæ iũgitur, non extinguitur, sed amittit nomen suũ, & accipit eius cui subiicitur. Fitq. in ea subiectio per modũ vnionis: alloquin. n. sola subiectio non facit vnionẽ: cùm per illam subiectionẽ non transferantur bona subiectæ in eam cui subiicitur, c. pastoralis, de don. & ibi gl. magna. Tertia species vniendi, quando Ecclesiæ vnitæ remanẽt quidẽ in suo statu, sed vni personæ subiiciũtur, vt si duo Episcopatus, vel aliæ Ecclesiæ ita vniantur, vt ab eodem prælato teneri possint, c. 1. Ne sede vacante, ca. & tẽporis, 16. q. 1. formulæ autem vniendi diuersas vniones exprimunt, vt opus non sit diutius in illis immorari.

3 Distingui & potest vnio tẽporalis à nostra perpetua, nam quędã fit vnio in gratiã, & vtilitatem personæ alicuius, quædã in fauorem & vtilitatem Ecclesiæ. Quæ in vtilitatem fit personæ, tẽporalis est: dupliciter, vel quãdiu is qui vniuit viuit, aut reuocauerit, si sub beneplacito suo cõcesserit: vel quandiu is cui est concessa, viuet, c. si gratiosè, de rescript. in sext. aliter. n. si ad beneplacitũ sedis Apostolicæ concederetur: vel si dignitati nõ personæ fieret vnio, si quidem dignitas non moritur mortua persona administrante, d. ca. si gratiosè, c. quoniam Abbas, de offic. deleg. Dicetur etiã temporalis: si ad vitã

prælati

prælati certi conceditur, eo n. q. mortuo vnio desinit esse, c.t. Ne sede vac. de hac vnione, in ca. relatio, & sequenti 21. q.1. pleruq. in fauore personarū vniones factæ reprobantur, vt neque etiam fieri possint per summum Pontif. in locis vbi reseruationes summi Pontif. sunt sublatæ vel propter pragmaticam sanctionē, vel propter concordata, gl. ad c. finale, §. fi. de Elec. & reseru. in prag. sanct. ad verbum *exceptis*: quia, inquit, vniones personales sunt in directæ reseruationes, & quod vna via prohibetur alia permitti nō debet, l. fi. Si manci. ita fuerit alie. C. c. constitutus, de conc. præb. ca. tue, de procu. Et quamuis fauore personarū possit concedi dispensatio ad plura beneficia, c. de multa, de præb. In earundē tamen fauorē non debet fieri vnio, per quam præiudiciū fieret Ecclesiis, per quā vna alij subiiceretur, & sic fuisse olim in Senatu Parisiēsi iudicatū refert gl. in d. prag. sanct. Rarò etiam permitti istam vnionē in fauorem personæ, tradit in c. 1. 21. q. 1. q. in ea sit species negotiationis, & turpis lucri, pprū, & ab Ecclesiastica consuetudine alienum sic eodem tempore in diuersis Ecclesiis clericum annumerari.

4 Vnio fit Ecclesiarum & antequam vacent, & cum vacant, in Cle. 2. de reb. Eccl. non alien.

5 Vniri solent Ecclesię quæ symbolum & qualitatē propè similem habent in qua conuenire possunt, aliȩ vix aut nunquam patiuntur vnionem veram, cōmuni iure, quemadmodum non possunt vniri regularia beneficia parochialib. Ecclesiis ab Episcopo, ex statuto Concilij Trid. sess. 24. ca. 13. de refor. In vno. n. & cōmuni officio nō debet esse dispar professio, iuxta pręceptū Dei *nō arabis in boue & asino*: id est, homines diuersę professionis in vno officio non sociabis, Deut. 22. c. 12. in noua actione, 16. q. 7. & ibi: qui sociantur non debent, discrepat professione vel habitu. Non possunt vniri etiam beneficia iuris patronatus laici, sine consensu patronorum ab Episcopis, aut coniungi Collegiatis Ecclesiis, vel in eas conuerti, gl. ad ca. nobis, ad verba, *in capella*, de iure patr. Nec hoc ipsum facere posset legatus à latere. Vt ait Ioan. Baptista de Cassialupis, in tract. de vnion. art. 3. n. 12. quia non potest Episcopus derogare. c. cū dilectus, de iure patr. ca. decernimus, 16. q. 7. Aliter in Ecclesiastico patrono, qui haber ius patronatus ratione Ecclesiæ, & non ratione patrimonij, vt notatur ad d. c. cum dilectus, de iur. patro. & c. dilectus. de off. delc. & de Cassialupis vbi sup. Prohibet & concilij Trid. sess. 14. ca. 9. de refor. ne confundantur termini seu limites diœceseon & parochialiū Ecclesiarū: ne vna & eadem Ecclesia fiat diuersarum diœceseon cum graui incommodo subditorū, ne parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetuę, vel simplicia beneficia vnius diœceseos coniungantur, aut vniantur perpetuò beneficiis, monasteriis, aut locis piis, alterius diœceseos. etiā prætextu augmenti cultus diuini, aut ratione augendi numerum beneficiatorum, aut qualibet ex causa: ex eo enim offenderetur ius commune, & confusio generaretur, contra distinctionem Dionysij summi Pontif. in c. Ecclesias, 13. q. 1. c. pastoralis. de hss quæ fiunt à prælat. sine consen. capit. Sede vacante, etiam eius beneficium vniri non potest, & vnio facta reuocatur desensore sede carente, c. 1. Ne sed. vac. quanquā ab Episcopo beneficia vacantia vniri possint, Cle. 2. ibi, *vel si vacabat*, iuncta gl. de reb. Eccl. non alie. Non impedit vnionem reseruatio beneficij vniendi facta per summum Pontif. Rota decis. 19. *nota quòd reseruatio*, in nouq. Calde. cons. vltimo, sub titu. de reb. Eccl. non alie. Quia vnio concernit proprietatem beneficij, & collatio Papę quæ fit ppter reseruationem, concernit fructus beneficij, ideò vnio tenet, licèt effectus vnionis, Papę reseruatione suspendatur pro eo tpe quo confertur beneficiū. Quamobrem & vniri posset beneficiū ab ordinario antequam vacet, quod conti neretur sub expectatione generali vel mād. Apostoli co si vacaret, Rota decis. 153. *nota beneficia ad quod*, in antiq. quamuis processus factus fuerit per executorē mandatis, vt c. cum accessissent, de constit. Ioann. And. in addit. ad speculatorem, tit. de præb. & ad c. literas, ad verbum *statutum*, de rescr. Ratio prior, quòd cum vnio fiat maximè ex necessitate Ecclesiæ, valere debebit l. pecu. 69. §. 1. de leg. 1. Secunda, quòd mandatarius generaliter est expectans, ad omnia beneficia prius va catura aspirans: quare beneficium singulare nō videtur deberi, arg. l. fi. §. cum optio, de opt. leg. lib. 33. ff. tit. 5. Item 3. per vnionem non dicitur vacare beneficium quod vnitur, Rota decis. 170. in antiq.

6 Vnire porrò potest solus summus Pontif. Episcopatus, c. sicut vnire, de exces. prælat. c. quod translationem, de off. leg. c. & temporis, & ca. postquā hostilis, 16. q. 1. cum sim. quemadmodū ad solum Imperatorē pertinet, ex duab. prouinciis vel duobus officiis, vnionem facere, vt in illud, Vt iudices sine quoquo suffragio in Nouel. Officia dominationis Asiæ, & Phrygiæ, & Pacasianæ Prouinciæ ad vnum officium iudicis per Iustinian. reducuntur, idipsum de Archiepiscopatibus & maioribus beneficiis dicādum, vt eorum vnio ad summum Pontificē pertineat. Archiepiscopus in sua diœcesi, non etiam in suffraganei nisi cum eius consensu vnire beneficia ex causa potest, & Episcopus quoq; in sua diœcesi, d. c. sicut vnire, de exces. prælat. & ca. vnio, 10. q. 3. quia Episcopus habet sub sua potestate liberam dispositionem Ecclesiarum suę diœceseos. c. Sanctorū, 70. dist. c. decretum. c. regenda, 10. q. 1. c. 1. ca. vnaquaq;, 9. q. 3. Verum vnit cum consensu sui capituli, nisi præscripserit, vt solus possit, Clem. 2. iunct. gl de reb. Eccle. non alie. interpr. ad c. sicut vnire, de exces. præla. per c. 1. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capit. c. 1. de reb. Eccle. non alie. in 6. Quòd si capitulum nollet vnioni ex iusta causa faciendæ consentire, posset compelli si iustam contradicendi rationem non habeat, vt dicunt Archid. Hostiensis & alij, ad d. c. sicut vnire, nisi vellet Episcopus vnire mensæ suæ, vel mensæ capitulari: nā non posset etiam cum consensu capituli sui, non obstante consuetudine contraria, quæ velut corruptela reprobatur, in Clem. 2. §. fi. de reb. Eccl. non alien. quia nō potest sibi in facto proprio esse autor Episcopus, vt docet ibi gl. & Alex. cons. 79. *circa primū*, vol. 1. & cōs. 106. incip. *quoad præsens*, eod. vol. 1. veluti nemo seipsum instituere in beneficio Ecclesiastico potest, c. fi. de inst. Nec œconomus suum factum authorare potest, ca. hic vsus in fi. 10. q. 2. nec tutor. l. 1. & l. pupillus, de auth. tut. ff. Poterit tamen Episcopus Ecclesiam Abbati subiectam, eius consensu cum sibi subiecta vnire. Clem. 1. §. ad hæc, de stat. monach. Poterit & legatus à latere, in prouincia sibi decreta, vnire Ecclesiam parochialem mensæ Episcopali, eius prouinciæ, vel alteri dignitati ex causa: Rota deci. 118. incip. *secundum maiorem partē*, in Nouis. & decis. 58. incip. *legatus de latere*, in Nouis. Aegid. deci. 513. dummodò non fiat vnio in præiudiciū iuris Episcopalis. Et hæc latius explanant Innocentius & alij, ad c. fi. de confir. vtil. vel inutil. Specul. in titulo, de legato, §. nunc verò videndum, & ibi Ioan. Andr. in addit. fusè Ioan. Baptist. de Cassialupis, tracta. de vnionib. art. 3. Legatus quippe maior ordinario in prouincia sibi commissa, c. 1. & 2. de off. legat. Nisi Ecclesię vniendæ reseruatæ essent sedi Apostolicæ, vt notatur per Rotam in d. decis. 118. in cuius additionib. citatur extrauagans Benedicti 12. quæ incip. *Audum falicis*. Excipiuntur & Beneficia electiua collegiata, Ecclesiarū cathedralium dignitates, & ipsæ cathedrales Ecclesię, quæ non permittuntur collationi legati, ca. deliberatione, de off. leg. in 6. Legatus etiam qui non est de latere, non poterit vnire: quia non potest conferre. c. 1. de offi. leg. in 6. vbi inuenis muenier distinctionem legati missi, nati, & de latere.

7 Potest alius quā Episcopus aliquādo vnire benefi-

cia,si ius hoc præscripserit: quia vnire iurisdictionis est,ideò prescribi poterit vt similia, Cle.1.§. ad hæc,de stat.monac.& ibi Iuan.And.Pan.& Innoc.ad d.c.sicut vnire.Notar & Pan.Abbates qui habent Ecclesias pleno iure sibi subiectas,aliuarum ratione videntur plenè habere iura Episcopalia vnire posse.gl.in Clem.de rebus Eccl.non alien.Pan.ad c.significasti,de foro compet.& ego ita puto verum,si regulares Ecclesię sint ei pleno iure subiectæ:non etiam omnino si seculares sint,vt in c.1.de capel.monach.nisi haberet iura Episcopalia in illis,c.quoniam,21.de priuil. can vnic.de capellis monach.in 6.non aliter,c.cum ex iniuncto,de hæret.subiectio quippe facta Ecclesiarum Abbati non officit iuribus Episcopalibus.

8 Capitulum sede vacante etiam poterit Ecclesias diœcescos vnire ex causa,dummodò nihil ex beneficiis depereat quod ad ius Episcopale pertineat.secundum Lapum,Zabarellam,Ioan.ab Imo. ad Cle.1. §. ad hæc, alias,si quis autem,de stat.monac.facit quod notatur ad c.vn.de maior.& obe.videndus & Baptista de Caccialupis,tract.de vnio.ar.3.n.19.

9 Quòd si res duarũ Ecclesiarum vniendarũ sint diuersis prelatis subiectę,ab illis authorisatio vnionis petenda,Rota dec.17?.incip.*Emancipatio facta*,in nouis, quę tradit illud notari in c.1.dudũ de reb.eccl.non alien.in sex.Clem.si vna,eo.tit.melius in glos.canonis,in venditionib.40.17.q.4.facit c.sanè,de foro comp. Alioquin enim si Ecclesia alterius diœcesani vniatur, iurib.diœcesani nullum fiet præiudicium, ca.2.de relig.domib.gl.ad Cle.1.ad verba,*alteri Ecclesiæ*,de reb.eccl. non alien.Exempta Ecclesia exemptæ vniri potest per Episcopum:at non exempta vniri non potest exemptę nisi per summum Pontificem:quia in præiudicium Episcopi fieret,cum per vnionem eam alienatio fieri videatur,vnde consulendus summus Pontifex,ca.fin.de reb.eccl.non alien.

10 Solẽnitas in vnione nõ magna exigitur,prętereã quę cauet,ne vlla iniuria aut dãno Ecclesię afficiatur: quo fit,vt dũ ea executioni demãdatur,inuentariũ seu repertoriũ cõscribatur rerũ Ecclesię vnitę,ne si dissolutionẽ fieri cõtingat,ea amittatur vel retineãtur. nec eã impedit,si dicatur ꝙ ante eã nõ fuerit tractat⁹ adhibitus,Rot.decis. 6?.*nota ꝙ vbi fit vnio*, in antiq.& in dec.658.*dic ꝙ vnio*.in antiq.Aeneas de Falconib.tract. de reseruationib.in 4.q.princ.23. effectu. Quod forsan quis intelligeret si iusta necessaria & euidens causa esset,vt Ecclesia vnita haberet prępositũ vel defensorẽ, alioqui nõ valeret decretũ quod sine tractatu & solẽnitatib.ꝙ vnius Ecclesię decimę alteri adiudicarentur,vt expressè decisum videtur,in c.1.de reb.eccl.non alie.nisi dixerimus,in eo c.1. agi potius de alienatione, quã de vnione,quod verius est, quia in symbolizãtib. facilior est transitus,l.t.Nõ licere habitator.Metrocomię.li.11.C.ti.55.l.cũ pater,77.§.libertatis,de leg.2.Solẽnitatis adhibitionis capituli multa exigit,nec in sola vacatione,nisi vocetur decanus,qui faciat cõgregare capitulũ,si quid tamẽ ex solẽnitatib. omissũ fuerit, sum. Pont.poterit supplere defectũ vnionis ex certa sciẽtia, vt docet Alexan.li.6.cõcilio.cõs.219.Poterit & capituli cõsensus post vnionẽ adhiberi,vt idem ait, & docet,c. circa,vers.*postea consensum*,de iure patron.c.cum vos, de his quæ fiunt à pręla.sine consen.capit.c.si qua de rebus,12.q.2.Consensus porrò possidentium beneficia, cum vniuntur,non exigitur,si tantum post mortẽ illorum vnio sit sortitura effectum, & sine pręiudicio illorum quod melius explicari nequit quàm verbis cõstitutionis Clementis 5.in Clem.2.de reb. eccl.nõ alie. *Si vna Ecclesia*, inquit, *alteri Ecclesiæ vel dignitati aliàs vel prebẽda, per Episcopum suo consentiente capitulo vniatur,aut religioso loco donetur:ex eo quòd rector ipsius ad hoc vocatus,vel si vacabat defensor ei super hoc datus non extitit,nequaquam id poterit infirmari,&c.*

11 Vniones temerè nõ sunt faciendę Ecclesiarum, quòd videatur per illas imminui cultus diuinus,& reditus,qui plurib.sufficerẽt ad vnam Ecclesiam reuocari.c.fi.de ver.sig.Atq; Cõciliũ Trid.in ses.7. ca.6.statuit, vt vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factæ examinẽtur ab ordinariis,tanquam à sede Apostolica delegatis;& quę per subreptionẽ vel obreptionem inuenientur factæ: declarentur irritæ; & vt illæ quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in totũ vel in parte sortitæ sint effectum,& quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fient, nisi eas ex legitimis aut aliasrationalib. causis, coram loci ordinario vocãdis, quorũ interest,verificandis,factas fuisse cõstiterit,per subreptionem obtentæ præsumantur. Et propterea nisi aliter à sede Apostolica declaratum fuerit, virib. omnino careant Eandem etiam reuisionem vnionum Episcopis demandat idem Concilium Tridentinum, rursus sess.24.c.13.& sess.25.de refor.c.9.

12 Neque omnis causa quę videtur quibuscũq; sufficiens ad sustinendã vnionẽ,iusta censetur perpetuò, sunt enim Episcopi qui interdum ob lucrum,vel ambitionem,vel inuidiam Ecclesiarum,vniones permittere possent.Et sunt quędam collegia quæ ita opiparè viuere decreuerunt,vt victum clericalem sibi sufficere non arbitrentur, nisi vocentur Rabini, & ea ratione vel per obreptionem,vel subreptionẽ, vniri sibi procurant beneficia,parum posteà de cultu Ecclesiarũ illarũ solliciti.Non.n.cultũ augere,sed culinã satagunt, qđ abominabile corã Deo:& quãuis quoad homines,per dispẽsationẽ & vnionẽ subreptitiam à sum. Põtifice extortã fucum faciat tamẽ nõ arbitror posse defendi erga Deũ per literas obreptitias vel subreptitias,vel per importunitatẽ & fucũ obtẽtas, quominus reddituri sint rõnẽ de fructib.eo modo traductis.Quẽadmodũ & improbatur vnio ab Epõ facta Ecclesię sibi subditæ cũ monasterio, in cõpensationẽ damnorũ quondam per illũ monasterio illatorũ: quia delictum personę nõ debet cõuerti in damnum Ecclesie,c.cum olim,2.de priui.Sed monasterio pro damnorum repetitione cõtra inferẽtẽ reseruatur actio corã superiore,& in hac hypothesi sic desẽdunt auditores sacri Palatij,in decis.Rotæ 611.inci *dic q si Episcopus*,in Antiq.

13 Debet itaque fieri vnio cum iusta causa,eaq; vera:attamen si sub falsa fiat non redditur vnio ipso iure nulla, dummodò aliæ iuris formulæ & solennitates fuerint obseruatæ. & ideò impetrans beneficium quod sub falsa causa vnitũ dicit,non potest acceptare,donec ea fuerit annullata,quę tamen probata falsitate annullatur.arg.l.si Pręton,75.§.Marcellus de Iudi.ff.Et ita concludunt Dom.de Rota,deci.16 *nota ꝙ falsitas causæ*,in Antiq.& deci.169.*nota ꝙ vbi beneficio*, in Antiq.vbi & hoc singulare dicitur,vnionem non egere expressione causę, ne ex falsitate causę expressè annulletur. Cæterum sine vlla causa facta vnio non valet,dec.Rot.511 *nota ꝙ vnio èx falsa causa*, in Antiq. Quod intelligendũ de vnione quam constat factam esse per superiorem: non autem quando præscriptio firmaret vnionem:quæ videtur fortior. Siquidem triplici medio quis potest asserere iure vnitum esse beneficium;nempe vel quia vnitũ ab ordinario,vt Cle.si vna,de reb.Eccl. non alie.aut per concessionem sum. Pont.aut per pręscriptionem. Sicque sufficit probare beneficium esse vnitum à tanto tempore cuius initij non extet memoria,Rot.dec.205.*nota ꝙ vbi qs dicit beneficiũ vnitũ*,in Antiq.& in deci.375. *nota ꝙ vbi allegatur*, in Antiq. sufficitque in his quæ acquiruntur immemorabili tempore,allegare tempus sine titulo, vt ibidem dicitur,post Innocentium ad c.dudum, de Decim.& interpretes ad c.si diligenti,de Pręscrip.iuncta l.hoc iure,§.ductus aquæ,de aqua quotid.& æstiua.

14 Causa aũt iusta aut legitima vnionis esse poterit multiplex,veluti primũ, si monasteriũ diuiserit Eccles. sibi sub

ſibi ſubditas prętextu penſionum ſine authoritate ſuperioris, fit.n.tūc iure reuocatio & vnio diuiſionis, c. authoritate, in fi.de pręb. Secūdò, iuſta cauſa vniendi Eccleſias maiores vel minores ipſa paupertas : ſi non poſſint per ſe nutrire deficiētib. facultatibus, propriū præpoſitū, vt in Cōc.Trid.ſeſ.24.c.13. de refor. c.1.§.ad hæc, de ſtat.mona.ca.48.& tpis,16.q.1.luber & Cōciliū Trid.Epiſcopis, ſeſs.21.c.7.de refor. ſi Eccleſię nimia egeſtate laborent, & earum patroni, vt refici nequeāt vel cultui diuino ſatisfacere, eas tranferant ad matrices vel viciniores Eccleſias. Tertiò, ſi tam vicinæ ſint ſibi Eccleſiæ, in quib. ſit penuria populi, quæ poſſint ab vno præpoſito facilè regi, vnio cenſetur permiſſa, d.c.& temporis,16.q.1.ex epiſtola Gregorij li.2.Epiſtolar.epi.31.Benenato Epiſcopo ſcripta. Quartò, ſi vna Eccleſia habeat minus quàm decem parochianos, alteri iungenda.c.vnio,3.§.fi.10.q.1.Quintò, quēadmodū paupertatis neceſſitate, ſic hoſtili incurſu deſertæ Eccleſiæ, aliis iunguntur, ſi nulla ſit ſpes reſtitutionis & refectionis, vel populo deficiente, in c.49.poſtquā hoſtilis,16.q.1.c.fi.§.hoſtilitatis,25.q.2. Sextò, ſi ob prædonum vel latronum incurſus, vel propter morbos, Eccleſia deſtituta ſit populo, c.2.de relig.domib.dicto c. fi.hoſtilitatis,25.q.2.Septimò, transfertur vna in aliam Eccleſiā cui iūgitur, ſi monaſterium ſit poſitū in loco nationis peruerſę, c.officij,38.de elec.Octauò, ſi capiatur locus beneficij ab infidelibus, illud alteri annectitur.c.fi.de Parœc. Nonò, ſi præbendis pauperib. vniātur, relicta congrua penſione Vicario in loco beneficij, c.expoſuiſti,33.& c.extirpādæ,§.quia verò, de pręb. Decimò, inuēta eſt iuſta cauſa vnionis, fauor collegiorum & inſtitutionis iuuentutis: vt illis beneficia prioratus maximè & capellæ pingues vnirentur. Fauor etiam religionis fecit vt monaſteriis Eccleſię iunctæ ſint, interdum parochiales, interdum alterius generis, vt liquet titulo de Capellis monacho.

15 Vis & effectus vnionis eſse primo loco poterit, vt annexū & id quod annectitur, pro vno beneficio habeātur, & poſſint ab vno ſine diſpenſatione ad plura teneri, c.ſuper eod.6.de pręb.in ſex.ca.eā te, de ærat.& qual.ord. Secundò, beneficiū menſæ vnitū, nō dicitur vacare mortuo eo cui adminiſtratio eius data eſt, Cle.1.de ſuppl.negl.prel.Cle.frequens, de exceſs.præl. Tertiò, beneficiorū vnitorū vacatio nō fit alterutrius: ſed aut ambo vacant, vel nō, vnóve collato annexum collatum cēſetur.gl.ad c.gratia,7.ad verba *de iure cenere*, de reſcr.in ſex.facit l.ſi cōmunē,14. Quēad.ſeruit. amitt.ff.l.vna eſt via,18.de ſeru.ruſt.pręd. acceſſorium ita ſequitur principale, c.acceſſoriū, de reg.iu. Quamobrē ſi viuente poſseſsore titulario, beneficium eius alteri ſit vnitum, & poſteà is moriatur, beneficium nō dicitur vacare, neq; tanquā vacans impetrari poterit per mortem vltimi poſseſsoris, vel alio modo, quia per vnionem extinctum videtur nomen beneficij, vt tractant interpretes ad c.cum acceſſiſsent, de conſtit.gl. ad Cle.per literas, de pręb.Ludoui. Gomes ad regulā de Triennali poſs.q.8. Baptiſta de S.Seuerino tract.de vnione, Ioan.Audr.ad Cle.1.de reſcr. & ad Clem.1. de ſuppl.negli g.præl. Hincque deciditur quoq; dubium de mandatario expectante vacationem, vt non poſſit in vim mandati poſt mortem vel ceſſionem eius cuius in vita beneficium vnitum eſt, petere beneficium tanquam vacans ſibi conferri, etiamſi in mādato poſita ſit clauſula, *anteferri:* nam cum mandata eſt fieri vnio beneficij poſseſſi, dat ius in beneficio ſeu in re ei Eccleſiæ cui vnio fit, quamuis effectus vnionis ſit ſuſpēſus ad diē deceſsus, vel deceſsus poſseſsoris beneficij.Fit.n.vnio, vt dictū eſt, antequā vacet beneficiū, d.c. & tēporis,16.q.1.& ca.1. Ne ſed.vac.etiāſi Papa nondū vniſset, ſed mandaſset vniri.Neque clauſula, *anteferri,* poteſt impedire Eccleſiam cui vnio facienda vel facta viuente poſseſore ; adò quòd clauſula illa, *anteferri,* poſita in gratiis beneficialibus, non extēdit robur ſuū niſi ad gratias ſibi ſimiles, non ad maiores.arg.eorum quæ traduntur ad c.ſedes,15.de reſcr.& c.qui ad agendum, de procu. in 6. Gratia verò vnionis, maior diſſimilis eſt à gratia mandati.Cum vnio perpetua ſit, & in fauorem Eccleſiæ, vtilitatémque plurium: Mandatum verò odioſum, & ambitioſum, temporale, & ſingularis perſonæ, & reſtringendum, c.quamuis,4.de præb.in 6. in caſu tamen quo Papa mandauit fieri vnionē, ſi antequam facta fuerit mandauerit fieri prouiſionē mandatario cum clauſula, *anteferri,* mortuo poſseſsore ſuſpendetur pro eo tempore faciēda cum effectu vnio, ſeu vnionis effectus, & mandatariu quādiu vixerit dabitur: Sicuti collatio quæ fit impetranti beneficium in titulum, etiamſi fiat reſeruationis Papalis, non impedit vnionem reſpectu proprietatis beneficij, ſed ſuſpēdit pro eo tempore eius effectum, vt notat Rota deciſ. 19. *Rota quòd reſeruatio,* in antiq.& iſtis omnib.ſubſcribit Gomes in tract. mandatorum de prouidendo, nu. 9 & 10. Quartò, efficit vnio, vt qui vnita poſſidet beneficia poſſit in alterutro reſidere , & liberetur ab alterius reſidentia, ſeruiendo ei per ſubſtitutum. ca.extirpandæ,§.qui verò, de præb.d.c.& temporis,16.q.1. perpendendo ibi verba, *quòd ibi reſideat, vbi commodius & vtilius erit.* Quintò, quando Eccleſia vnitur alteri, quæ vnitur aſsumit naturam eius cui additur ſua amiſsa. vt in c.recolentes, de ſtat.monac. Quòd ſi duo beneficia æqualiter ſibi vniantur, communicant ſibi mutuò meliora priuilegia, quæ ideo cōſeruantur. Sicut & malus boni ſocietate eius priuilegij ſit particeps. c.nō eſt culpandus,32.q.1.l.1.in prin.de rei vxo.act. C.l.2.circa fin.comm.de legat. At verò ſi duæ Eccleſiæ ita iungātur, vt non fiat confuſio: vt duo Epiſcopatus duorum Archiepiſcopatuum remanent in ſuo iure Eccleſię ſingulæ, & vnus Epiſcopus erit diuerſorum Archiepiſcopatuum, ſecundum Eccleſias ſibi ſubiectas, cum vterque Metropolitanus retineat ſuum ius, c.quia monaſterium de relig.domib. Siquidem vnio nihil demit ex iurib.Epiſcoporum, quæ in vnitis habebāt ante vnionem, c.2.de relig.domib.etiamſi confirmetur per ſum. Pontific.vnio ab inferiore vel legato facta, c.fi.de confirmat.vtili.vel inutili. Quia ſum.Pontiſ.honorē ſuum non reputat, vbi ſuum Epiſcopi amittunt.ca. ecce,99. diſt.neque ideo quòd ſum. Pont. ſuſcipit aliquē in ſuā protectionem, illum eximere cenſetur à iuriſdictione Epiſcopi proprij.c.ex parte, de priuileg.& ordo Eccleſiaſticus confunditur, quando ſua cuique iuriſdictio non ſeruatus, c.peruenit,11.q.1.ſicuti nec recepti in eā fraternitatem ſeu ſocietatē hoſpitaliorum vel templariorum militum, non eximuntur à iuriſdictione ſuorū Epiſcoporum, c.ex tuarū, & c.pen.de priuileg. Sed hæc hactenus de ſecunda ſpecie extinctionis beneficiorū, de vnione: de qua plura videre poterunt qui egebunt apud Petrum de Peruſio, in tractatu vnionum, & Baptiſtam de Caſſialupis: nunc de tertia extinctionis ſpecie, quando beneficia deſtruuntur, dicamus.

## De tertia ſpecie extinctionis Beneficiorum per diſtinctionem.

### Cap. XXI.

1 *De extinctione beneficij per deſtructionem eius, & de mutatione noui operis, & de ſententia excommunicationis timenda.*

2 *Extinctum & videtur beneficium, ademptis dignitate, cultu diuino, & miniſtris.*

3 *Si conuertatur in proprios uſus.*

4 *Si reliquia deſint, vt fiat abuſus.*

5 *Si ab infidelibus occupetur beneficium.*

6 *Si ordo vel regula beneficij collatur.*

7 *Vel religio eius reprobetur.*

1 EXtinguuntur rursum beneficia, quando authoritate Pontificia seu Episcopali vel alio modo ædes sacræ destruuntut vna cum reditibus;quod accidere potest plurib.modis.Primum, quando improbatur fundatio & subruitur eius ædificium in præiudicium alterius Ecclesię vel prælati ædificatum : euius modi erit ædificatum post operis noui uunciationem, siue iure,siue iniuria,coutra probibitionem seu deuũciationem fuerit ædificatum,c.1.& 2.de ope.no. nunc. l.2.& l.prætor,ait,§.ait prætor,de ope.no.nunc. ff.Maximè,quando denunciatio facta fuerit ex iussu iudicis seu superioris prælati:quia sentcutia pastoris, siue iusta,siue iniusta,timenda est,ca.11.q.3.vbi agitur de sententia excommunicationis , quę semper à snbdito timenda est propter periculum auimæ:nisi forsan quis excommunicaretur à iudice à quo appellauit,post interpositam iuterpellationem,ob causam ob quam appellatum est vel nisi excommunicationis sententia cõtineret intolerabilem &irreparabilem errorem,c.personas,40.de sent.excom.aut si pro indebitis exactionibus quis excommunicaretur,c.ad quotundam. de excessib.prælat.& in quibusdam aliis,in quibus sentẽtia excommunicatiouis ipso iure declaratur nulla.

2 Secundò,extingueretur beneficiũ, si à loco vbi est, eius dignitas subtrahatur,veluti quando in c.fi.25.q.1. ciues priuãtur dignitate & sedeEpiscopali,quòd duos Episcopos sibi datos necassent: vel si propter delictũ, clericorum statutum fuerit, ne iu posterũ talis Ecclesiæ dicatur quisquam clericus : videtur namque tunc Ecclesia illa sua priuilegia & ius suum amittere,vt ca. placuit,ca.trabes de consec.dist.1.c.& hoc diximus,16. q.7.aut si inhibitum sit amplius ibidem missas aut diuina officia peragere: cùm inutilis sit eius fundatio & mortua fiat,actus viuenris nullo modo exercens, nou secus quàm mors ciuitanbus accidit, quando inducitur aratrũ , uec ibi societates hominum quę ciuitatis viuere faciunt,exetcentur,l.si vsusfructus ciuitati, 21. Quemad.vsusf.amit.ff.l.vsusf.§.fin.Quando dies vsusf. legat.ced.

3 Tertiò,extingueretur si summus Pontifex permitteret monasteriis Ecclesias in proprium vsum conuertere,c.pastoralis,de priuil.

4 Quartò,si propter defectum reliquiarum,vel abusum deiiciatut templum,vel altare,veluti in c.placuit de consec.distin.1.c.& hoc diximus,16.q.7. ex Origenis homilia 15.iu c.21.D.Matthæi.

5 Quintò,nõ cẽsetur esse beneficiũ, quod ab infidelibus occupatur,&vbi nullus fit cultus diuinus:quod vel ex eo liquet,quòd qui tale habet beneficium ad aliud vocari posset,perinde ac si nullũ haberet.c.pastoralis,7.q.1.Et proinde etiã Ecclesiæ Cathedralis occupatę ab infidelib.capitulũ,alibi translatũ, non potest sibi eligere pręlatũ,sed eius prouisio ad solũ summum Pontif. pertinet, ca.sancta Romana,de elect.in extrauag.commun.& tempore hostilitatis, Ecclesia censetur sine pastore & defensore:ideò eodẽ pendeute, cõtra eam in reb.eius quiescit nec cõtinuatut vel fit pręscriptio.c.ex transmissa,de pręsc. c.prima actione 2. in fi.16.q.3.c.si sacerdotes,10.§.fi.eadem 16.q.3.

6 Sextò,destruuntur beneficia, quãdo vniuersus ordo regulæ extinguitur , vt quando templariorũ ordo per vniuersum orbem sublatus,qui anteà probatus.c. cum & plantare. de priuil. vbi & de abusibus quibusdam illorum tuuc apparentibus.

7 Septimò,idipsum dicemus,quãdo uouę religiones inuẽtę & reprobatę reiicnũtur:nã eorũ bona & collegia dissoluũtur,vt in c.fi.de relig.domib.apud Greg.c. 1.eod.tit.in 6. vt & in l.3.de colleg.illicit.lib.47.ff.tit.22. Neque facessit,quòd semel Deo dicatum non possit in vsus profanos conuerti, ca.quod semel,de reg.iu.in 6. can.qui semel,9.quæst.3.ca.aperuit,14.quæst.7. cap.ad hæc,de religios.domib.Clem.quia contingit,eodem ti. Nam hoc verum est , quãdiu remanet dicatio vel cõsecratio:non etiam quando res deducitur ad non esse, & illud amittit quod probibebat, & efficitut tanquam non Ecclesia, vel tanquam non consecrata , euocatis sacris,vt in l.sacra loca,de rer.diui.ff. & apud Liuiũ li.5.& euocari posse docet Macrob.li.3.Saturn. c.7.l.inter stipulantem,§.sacram rem,de verb.oblig.

## De extinctorum per species Beneficiorum restitutione.

### Capvt XXII.

1. *Suppressum beneficium quomodo restituatur.*
2. *Vnio diuisione restituitur,expressè vel tacitè, & quomodo.*
3. *Dissolutio vnionis,causa cognitionem exigit, & vocatione eorũ quorũ interest,& eorum qui vnire possint.*
4. *Extinctio beneficij destructi,quomodo restituatur.*
5. *De consecratione Ecclesiarum hereticorum.*
6. *Et de reconciliatione pollutæ Ecclesia per fusionem sanguinis aut seminis.*

1 PRæcognitis causis & modis extinctiouis beneficiorũ , facile nuuc erit ex submotione causarũ, & veluti ex antithesi,restitutionẽ coniicere. Quãobrẽ dicemus,beneficium per suppressionẽ sublatũ,restitui emersione,& redintegrato statu, vt in cap.cum accessissent.& capit.cũ Martinus,de constit. facilius autem suppressum quàm extinctũ restituitur. Quia volũtate ipsorum quorum interest suppressum, eorundem cõsensu contrario & voluntate detegitur , & in pristinũ statum reponitur. Sicut libertas suppressa per seruitutem,facilè per manumissionem detegitur, in l. manumissiones,de Iustit.& iure.ff.veluti,si diminutis fructibus fiat suppressio præbendæ , illis excrescentibus restituetur, vt cessante ratione & causa permissionis suppressionis, cesset permissio. argu. c.cum cessante, de appel.l.adigere,§.quamuis,de iure patron. ff.facit & propius c.ex parta,13. de Coustitut.

2 Ita in vnione,restitutio fiet per diuisionẽ vnionis, c.1.Ne sed.vac.c.sicut vnire,de excessib.præl. Fitq; illa diuisio expressè,vel tacitè:expressè,quando ita nominatim statuitut,vt diuidatur, d.c.sicut vnire, vel si reuocatur vnio,c.si gratiosè,de rescr.in Sex. Tacitè,primò per contrarium actum reuocationem inducentẽ, vt si Epus aut Abbas, Ecclesiã mensæ suæ vnitã cõtulerit alicui in titulum, videtur à se separare & dissoluere in sui præiudicium;nõ autem successoris. Cle.1. & ibi Barba.de rescr.Reb.in tract.congruę peusionis, n.101. Secundò,si vnitum beneficium mortuo illo qui illud tenebat separatim conferatut nemine contradicente;quemadmodum olim quidã prælati faciebant, conferentes beneficia monachorum mensis vnita, reprehẽsi in Cle.1.de Exces.pręl. Tertiò,dissoluuntur vniones pet obreptionẽ vel subreptionem obteutę,sub quacunque verborum forma, vel derogatione impetratæ; vt beneficia ita vnita cum vacauerint separatim cõferri possint,ex Concilio Trid.ses.25.de refo.c.9. Quartò, si per vnionem tollatur hospitalitas, vel fiat dissolutio religionis,& illa dissoluitur.c.1. Ne sed.vac. Quintò,si cesset causa vnionis,cessabit vnio.arg. c.cũ cessãte, de app. c.suggestũ,de Decim. veluti si vnione facta per paupertatem,vt in c.1.§.ad hęc,de stat.mon. superueniãt diuitię,ca.cũ Martin.de Constit. Si facta, ob metũ hostiũ,prędonũ,ob aeris intemperiem, causę illę amplius non sint.Sextò,si vnio incipiat nocere Ecclesiis,tollitur, atq.ca.suggestũ, de Decim. ex qua etiã causa,reuocãtur statuta facta in præiudiciũ Ecclesiarum.c.quæ in Ecclesiarum,& c.Ecclesia,de Coustit. c. fi.de Reb.Eccl.non alie.c.non minus,c.aduersa,de immu.Eccl.c.fi.eo.tit.in Sex.Septimò,dissoluitur vnio ad tempus facta,adueniente tempore,vel morte eius cuius causa indulta est,ca.nouit.1. Ne sed.vac.Octauò,in summa,

summa, causæ superuenientes contrariæ his quę persuaserunt vnionem, possunt persuadere solutionem: cum res de facili ad suam naturam, reuertatur, c. ab exordio, 35. dist. l. si vnus, §. pactus ne peteret, de pact. ff.

3 Cęterum in hac dissolutione, causę cognitio quoque erit adhibenda, num fieri debeat, num causa pręsupposita vera sit, & si sine scãdalo Ecclesię fieri possit, c. r. Ne sed. vac. vocatis his quorum interest velnti si agatur de dissolutione vnionis factæ à capitulo, vt canonici vocentur, c. exposuisti, de præb. c. super eod. tit. in Sext. l. de vnoquoque, de re iud. Debet & fieri per eum qui habet authoritatem vniendi, quod fusè explicat in legato summóve Pontifice Petrus de Perusio, in tract. de reuoc. vnio. c. 4. Et sine dubio, summus quidem Pontifex potest vniones dissoluere & reuocare, & Legatus à latere in prouincia sibi decreta, vt in ea possit quæ potest Episcopus ordinarius, c. a. 1. de off. deleg. in Sexto. Si tamen agatur de reuocatione vnionis factæ per summum Pontificem, distinguerur num ea fuerit plena & extraordinaria potestate facta, & tũc non poterit dissolui à legato vel ordinario: cum beneficium principis debeat perpetuò manere, c. decet, de reg. iur. in Sex. l. iurisperitos, de excus. tut. ff. Quòd si Pontif. summ. ordinaria potestate vniuerit, potest ea vnio dissolui à legato de latere, & ab ordinario. Exceptis hospitalium vnionibus: cum circa hospitalia potestas legati sit restricta, videnda gl. ad Clem. per literas, de pręb. quemadmodũ nec potest legatus cognoscere, seu (vt dicunt) se intromittere de dignitatibus, de quib. in c. deliberatione, de offi. leg. in Sex. Si verò agatur de beneficiis vno exempto, vel ambob. exẽptis, & immediatè summo Pont. subiectis, nõ poterit legatus aut Episcopus vnita dissoluere: sed tantũ summus Ponc. c. authoritate, de priu. in Sex. Potest nihilominus Episcopus ex causa, dissoluere vnita per legarum: quia vtraque potestas par, c. 1. de offic. legato in Sex. Multò magis ex causa, Episcopus poterit reuocare per se factam vnionem, c. sicut vnire, de exces. prę. cũ consensu aliquando capituli, vt Cle. si tua, de reb. Eccl. nõ alie. Potest & capitulum sede vacante, dissoluere: verũtamen Episcopus postea electus posset illã solutionẽ reuocare: quia capitulum, & qui temporalem sede vacante habet potestatem, alienare non potest res Episcopatus, vt plurib. explicat prędictus ff. de Perusio d. tractatu de reuoc. vnionis, c. 4. & 15. & 16. & hæc de restitutione beneficij secundæ, per vnionis solutionem.

4 Tertiò autem restituũtur beneficia extincta ratione ædificij destructi, si ædificium reparetur vel restaurerur, & si ob defectum reliquiarum id acciderit reliquiis vel sacris lipsanis appositis. Si ob necatum Episcopũ, Episcopatus fuerit ademptus, poterit restitutis priuilegiis venia concessa reddi. Si ab hostib. fuerit occupa tũ beneficiũ hostib. expulsis poterit iure velut postliminij restitui in integrũ. c. pastoralis, 7. q. 1. l. cum loca, de relig. & sump. fun. Poterit & generaliter reuiuiscere beneficiũ vel restitui sublata causa, quæ eũ vivere impendit, vel quæ cultum diuinum non permittebat exercere. Veluti, si parietes Ecclesiarum deiiciãtur, vel igne conflagrauerint: aut confractum omnino altare consecratum, tunc certè ædificium sacrum interire dicemus. Et denuò ędificata Ecclesia eget noua consecratione & restitutione. Non ita si corruerit tantum tectũ Ecclesię vel aliqua pars ædificij, maiori parte, cũ altari subsistẽtib. illæsis, c. ligneis, & c. proposuisti, iũcta gl. ad verb. *reconciliari*, de consec. Eccl. c. de Fabrica, 25. de consecratio. dist. 1. Ex cõcilio Triburẽsi aliquando propter necessitatem permisũ, vt sicubi à Normannis, Sclauis & Hungaris, aut aliis malis Christianis, Ecclesię fuerint quocũq; modo succensæ, & exustæ, possit in capellis cum tabula tamẽ consecrata, Missa celebrari, c. concedimus, de consecr. distinct. 1. Ecclesiæ nihilominus dedicatæ, nõ cõsecratæ, immunitate Ecclesiastica vtuntur, c. Ecclesię, de iure immunitatis. Potissimũ dũ tabula cõsecrata inducitur. Nam ea per se cõsecrata facit, vt vbicũque posita fuerit, altare faciat consecratũ, quandiu ibi est. Eaq; veluti Ecclesia portatili vsus Cõstãtinus Magnus, vbicũq; esset locorũ, secũ iubens eam circumferri, & ad quam velut tabernaculũ, præsto erant diaconi & sacerdos, qui sine intermissione mysteria, & ministeria diuina exequebantur, vt ait Sozomenes li. 1. Hist. Tripart. c. 9.

5 Solent & Ecclesię pollutæ per Arianos hæreticos, de nouo cõsecrari, si antè non fuerint per Catholicos consecratæ, eo quòd per illos nõ fuerint in forma Ecclesiæ consecratæ, cõtrà si fuerint à Catholicis consecratæ, & postea pollutæ ab Arianis, quo casu reconciliantur tantum, c. Ecclesias Arianorum, 21. & ca. Arianorum Ecclesiæ, 21. & seq. 23. Agapitus, de consec. dist. 1. Ecclesiæ ab Arianis sacratæ, vel dedicatæ nõ Ecclesiæ, sed prostibula dicuntur ab Optato Mileuitano li. 1. & in prin. 1. contra Donatistas. Transferuntur autem Arianorum & aliorum hæreticorum templa, vt paganorũ, in cultũ diuinũ, inuectis in illis sacris lipsanis vel reliquiis Sanctorum, d. c. Arianorũ. Et ibi ex D. Gregorio li. 3. dialog. c. 30. refertur miraculũ, quod factũ fuit in vna dedicatione Ecclesiæ Arianorũ. Nempe quòd quando, cũ supplicatione publica, ad dedicandũ Deo illum locum clerus cũ populo venisset, & magnus esset cõcursus, senserunt inter pedes porcum grunientẽ discurrere huc illuc velut portæ exitum quærentem, à nemine tamẽ visum, vt signum credirũ fuerit, quòd ab illo loco immũdus Spiritus exiret habitator & incola antè eius. Testatur autẽ se adfuisse Gregorius. Missaq; celebrata populum clerũmq; abuise: & eadẽ nocte supra tectũ Ecclesiæ magnum strepitum auditum, perinde ac si quis errãdo in illo discurrisset: sequẽte verò nocte, longiorẽ sonitum auditum, subitòq; posteà tãto fragore intonuisse, vt à fundamentis tota Ecclesia crederetur conuulsa, vltra tamẽ in posterũ nullã antiqui hostis inquietudinem apparuisse, vel auditam fuisse.

6 Si Ecclesia etiam fuerit polluta fusione seminis, vel sanguinis ex malitia fusi, reconciilianda, nõ recõsecrãda erit cum aspersione aquæ benedictæ per Episcopũ uõ alium simplicem sacerdotem, mixto cinere & vino, ca. proposuisti, & c. aqua, c. si. de consecr. Eccl. vel alta. ca. de fabrica, 25. de consec. dist. 1. Idipsum si polluatur per sepulturam excõmunicati, c. consuluisti, eo. ti. Mirandũ autem non est, quòd tanta vis sit aque lustralis, vel benedictæ, vt expiare & purificare possit polluta & cõspurcata: id enim enim elemẽtaris aquæ natura & vis non efficic, sed virtus Dei impressa per sacras orationes. Aqua naturalis lauat spurcitias corporales, vitrua verò diuina purificat spiritales supra naturalẽ aquæ operationem, darq; secundũ benedictionem naturam aliam. Vt de aqua Zelotypiæ dicitur Numerorum c. 5. cui miscebatur terra de pauimento tabernaculi. Deinque benedictio facta aquis à Deo potestatem generandi pisces & alia, Gen. 1. vers. 21. & 22. ita aqua lauacri consecrati Christo Christiani, D. Paulus ad Ephes. 5. & regenerantur, Diui Ioannis cap. 3. uos multa de aquæ in purgationibus, vel expiationibus vi, diximus libr. 31. Syntag. c. 8. & lib. 16. c. 5.

## De Erectione Beneficij quæ fit per transformationem.

### Cap. XXIII.

1 *Transformationem beneficiorum species.*

1 Prӕter nouam creationem & restitutionem, beneficij erecti alia inuenitur, quæ mutatione formæ primæ in aliam fit: veluti, si ex Abbano fiat Episcopatus: ex Episcopatu, Archiepiscopatus: vt in c. Saluator, de pręb. in Extrau. cõmunib. si ex parochia, monasterium, vt in c. si Episcopus, 12. q. 1. ex capella, Collegiata

Ecclesia, Gl. in c. nobis, ad verb. *in capella*, de Iure patr. ex beneficio regulari seculare: vel contrà, ex seculari regulare: in c. cum de beneficio, 5. de præb. in 6. ex non curatis, curata seu curam animarum habentia. ca. dudum, de Elec. Sic de similibus, in quibus mutatur quodammodo natura eum per eam mutationẽ suscipiant diuersitatem in gubernatione & prouisione, c. si eo tẽpore, de rescr. in 6. cum in illis, de præb. in 6. Quemadmodum & dum regulare vnius ordinis beneficij in alterius ordinis regulam, fit translatio, nam laxior vel strictior regula, & diuersi habitus, alterant quodammodo ius beneficij, vt in c. vnic. de relig. domib. in 6. c. sanè, de regularib. Idipsum, si ex non patronata, fiat patronata Ecclesia, ex non exempta, vel contrà. Vide quę de forma & eius distinctione & regulis, diximus lib. 1. Syntag. iur. vniuersi, c. 11.

## De vacatione beneficiorum, sub qua continẽtur modi amittendi etiam beneficia: & de vacatione in curia Romana, & extra.

### Cap. XXIV.

1 *Beneficium vacans quando dicatur.*
2 *Vacatio quæ ficta, & quæ vera.*
3 *Vacatio in curia Romana per reseruationem clausam in corpore iuris.*
4 *Et per alias reseruationes summi Pontificis.*
5 *Quæ beneficia in specie vacare dicuntur apud sedem, & tanquam reseruata à solo summ. Pontifice conferri possunt: quid si reseruatio sit pensionis?*
6 *Si vacet per depositionem prælati.*
7 *Si electores eligant scienter indignum.*
8 *Si beneficium sit datum in commendam.*
9 *Si vacet per adeptionem aliorum beneficiorum.*
10 *Aut per promotionem ad Episcopatum.*
11 *Aut fuerit resignatum in curia.*
12 *Aut resignatum ibidem ex causa permutationis.*
13 *Aut si essent beneficia in curia litigiosa cũ distinctione.*
14 *Aut si vacent per priuationem in ea curia.*
15 *Si collatio reseruati non sortiatur effectum.*
16 *Si maiores dignitates sint post Pontificalem, vel aliter reseruata specialiter sint beneficia, exceptis quibusdam nationibus.*
17 *Quando dicatur beneficium reseruatum generaliter.*
18 *Reseruationes Papæ, quando expirent.*
19 *Beneficia quæ vacare dicantur in curia per reseruationẽ specialem vel generalem, & quid sit reseruatio.*
20 *De reseruationibus ex concordatis Germaniæ, & de alternatiuis collationibus cum ordinario.*
21 *De tempore quo cœperunt reseruationes: déque diuersitate illarum generalium & specialium, & ad quæ beneficia pertineant.*
22 *De mentalibus reseruationibus & Papæ potestate in beneficiis.*
23 *Reseruationum causæ.*
24 *Legatus de latere facit reseruationes, & ibi de quatuor modis conferendi vacatura beneficia.*
25 *Reseruationum effectus.*
26 *De affectione beneficij & quando extinguitur affectio & reseruatio.*
27 *Concilium Tridentinum quas sustulit reseruationes.*
28 *Vacantia beneficia, sede Episcopali vacante, vacant in curia Romana.*
29 *Expirant reseruationes prouisione, etiã nõ adepta possessione.*
30 *Beneficia quæ dicantur vacare extra curiam.*

1 Explicationẽ erectionis beneficiorũ sequitur cõsideratio vacationis & vacationẽ collatio. Beneficiũ vacans dicitur, quod à nemine possidetur seu occupatur, vt not. ex Rubr. de conces. præb. vel Ecclesiæ non vacantis, iuncto c. 2. eius tituli vbi prohibetur ex Cõcilio Lateranẽsi, ne cõferantur beneficia antequã vacẽt. Probat & gl. ad c. vn. ad verb. *vacantium*, Ne sede vacante. in extrauag. cõmunib. vt hæreditas vacãs, quæ iacet à nullo adita. l. 2. de crimi. expil. hęred. li. 47. ff. ti. 19. l. hæreditariæ, de Fur. ff. & bona vacantia quæ à nemine saltem iure, possidẽtur titulo de Bonis vacãtib. li. 10. C. ti. 10. vacans mulier, quæ nupta non est, & à nemine iure possessa, l. qui cœtu, 5. s. q. vacãtẽ, ad leg. Iul. de vi publ. ff. Vacantia beneficia dicentur, & quæ de nouo creata sũt, à nullo possessa antea, quib. nõdũ prouisũ est de pposito, Cle. si. de resc. & ea quoq; quę post collationẽ destituta sunt pastore, quia priuatio pręsupponit habitũ, c. ad dissoluendũ, de despõsa. impub. l. Iulianus, de diuort. ff. l. decem, de verb. obl. ff.

2 Beneficij vacatio triplex; aut ficta, aut non vera, aut vera: ficta, quod ad effectũ tãtum certum, nõ absolutè quis eiurat beneficium: vel ob causam permutationis quia non videtur verè vacare, nec ideò potest alteri quàm compermutanti cõferri, c. vn. de rer. permut. in Sex. quando etiam renũciatio non admittitur à superiore, non censetur verè vacare beneficium, vt conferri alij possit, ca. admonet, de renun. ca. si qui verò, 13. & c. si quis presbyter, 24. 7. q. 1. ex Conci. Niceno, c. 16. & Antiocheno, c. 3. Non vera etiam vacatio beneficij dicetur, quæ solo facto, non iure inducitur, de qua agemus, Deo fauente, mox. Vera vacatio contrà, ea erit, quando potest beneficium conferri veluti destitutum præposito, de quo etiam posteà.

3 Rursum beneficia vacantia dicuntur vel vacare in curia Romana, vel extra curiam: quidam addũt & apud sedẽ Romanam. Gomes ad Regulam Cancellariæ, de Triennali possessor. Vacatio apud sedem Romanam dupliciter intelligitur: primo modo propriè: & tunc dicitur illa quæ est in corpore iuris clausa, iuxta c. 2. de præb. in Sex. Ea enim, quæ dum vacant sedis collationi reseruata sunt, ab alio conferri nõ possunt quàm à sum. Pontifice, d. c. 2. cuius generis dicuntur quæ vacant per mortem nunciorum, vel legatorum, euntium Romã, vel redeuntium, si in Curiæ loco moriantur, vel in vicinis locis: itẽ beneficia curialium si in loco Curiæ, vel in vicinis locis moriãtur, ad quæ profecti fuerint infirmitatis, peregrinationis, recreationis, aut alia ex causa: & si profecti eum intẽtione redeundi ad Curiã. Loca verò vicina dicuntur intra duas dietas, remota, vltrà. Itẽ & beneficia eorum, qui, dum Curia de loco in locum se trãsfert, moriuntur in itinere, vel si ægroti relicti in loco vbi Curia residebat mortui sunt. Sicq; omnia hæc beneficia apud sedem vacare dicuntur, etiamsi ipsa sedes vacet, vt probatur in c. præsenti, 34. de pręb. in Sext. Censentur quoque vacare apud sedẽ Ro. beneficia Cardinaliũ, & officiorũ summi Põt. dũ moriuntur: ita vacabũt apud sedẽ beneficia possessa per morientes, Vicecãcellariatus, camerarij, auditorũ causarum, & literarum contradictarum, & aliorum Curię officialium, c. ad regimẽ, de pręb. in Extrau. cõmunib. Vide Gomes. ad reg. Cãcel. de Impetrat. benef. vacãtis per obitum, q. 15. Excipiebantur aliquando Ecclesiæ parochiales, quæ dũ vacabant, sede Rom. vacante, vel antequã sedes Romana vacaret, si prospectum de collatione illarũ nõ esset, poterãt ab ordinariis conferri, nõ expectato nouo Pontifice, c. statutum, 3. de præb. in Sex. propter periculum imminẽs animarum ob diutinam vacationẽ. Quẽadmodum & postquã beneficia vacassẽt in Curia, si nõ fuissent collata à sũmo Põt. intra mensẽ, poterãt conferri ab ordinario liberè, c. 3. de pręb. in Sext. quod tamen fuit postea prohibitũ in ca. 1. de pręb. in Extrau. communib. vbi non permittitur ordinariis per quantumcunque vacauerint Ecclesię in Curia, conferre.

4 Secũdò, vacare intelligũtur beneficia apud sedem, quęcũq; vacãt in Curia extra reseruationẽ pdictã cõclusã in corpore iuris cõmunis, per alias reseruationes sũmi Pont. vt notat Gl. ad d. ca. statutũ, 3. de præb. in Sext. Ita, propriè loquendo, omnis vacatio apud sedem, potest dici vacatio in Curia: sed non contrà,

omnis

omnis vacatio in curia, nō potest dici vacatio apud sedem. Quia licet reseruata per Extrauagantē, ad regimen, cōtingat alibi q̄ apud sedē vacare; tamē in curia vacare videntur, nō tamen apud sedē, quia illa nō est ex vacationib. reseruationū conclusarū sub corpore iuris. Sicq; Rotam definisse mense Nouemb. 1533. referr Gomes, in cōment. ad regulam Cancellariæ, de Trien. poss. qu. 31. Disputant interpretes latius quæ beneficia dicantur vacare in curia, quę apud sedem nos diutius non immorabimur, & quod ptinet ad pręsentem quęstionem vacationis, dicemus vacare in curia vel apud sedem eā beneficia, quæ solius summi Pont. reseruata sunt collationi: qualia sunt pdicta, & quæ vel expressè vel tacitè censentur reseruata, maximè autem expressè reseruata: quia reseruatio habet vim nouæ prouisionis, ppter clausulā *ex nūc prout ex tūc prouidemus*, vt notat Gomes ad regulam de impetratione beneficij viuentis, q. 4. Notandum tamen quod scribit Pan. ad c. cum venerabilis, n. 2. de præb. beneficia per deuolutionem apud sedem vacantia, posse legatum Papę cōferre, non autem vacantia in curia: quia quæ iure deuoluto ex negligentia inferiorum collatorum per Concil. Lateranense, deuoluūtur ad collationem sum. Pont. conferuntur à sum. Pontifice, nō tanquam reseruata, sed tanquam ab ordinario, vt notat Æneas de Fulconib. qu. 2. principali n. 12. sic legatus deuoluta potest conferre, in d. c. cum venerabilis, de præb. non autem reseruata, Ægidius decis. 106.

5 Admonebimus porrò nunc in quibusdam casibus beneficia dici vacare apud sedem seu in curia. Primū si Papa propter bonum pacis, & cōcordiæ in resignatione beneficij de consensu duorum, alicui cōstituat pensionem. Dicunt enim beneficium sic pēsione grauatum ita affici, vt adueniente vacatione nullus pręter Papam de eo disponere possit, & censeatur reseruatum, si credamus Guillelmo de Montferrato in cōmentariis ad pragmaticam sanctio. fol. 51. dubitat tamen de hac resolutione, etsi singularis videatur, Gomes ad Rubr. de Trienna. poss. q. 31.

6 Secundò, quando Ecclesiastica dignitas, vt Episcopalis, vacat per dispositionem prælati, cēsetur vacare in curia. c. ad regimen, de præb. in Extrau. com. c. post translationem, de renun. c. nisi cum pridem, eod. c. inter corpporalia, de translatio. Episcop.

7 Tertiò, si electores eligant ad Episcopatum scienter indignū, vel non obseruata forma Concilij, c. quia propter. de electio. potestas eligendi non deuoluitur ad proximum superiorem, vt in aliorum beneficiorū electionibus, sed ad summum Pontificem, qui solus conferet, per c. quanquam 18. de elect.

8 Quartò, quando sum. Pont. dedit pontificiū in cōmendam, licet antè vacauerit extra Curiam, per talem tamen cōmendam manet reseruatū, vt vacatione cōmendę adueniente, nullus inferior possit posteà de eo disponere, teste Feder. Senēsi in tract. permutat. qu. 15. Rom. consi. 150. Archid. & alij, ad c. 5. cui procuratio, 42. de elect. in 6. per illum textum, vbi & gl. ad verbum, *confirmatis*, ait. Nota quòd eo ipso quòd Papa dat administratorem vel visitatorem Ecclesię Cathedrali, si posteà canonici eligant & ignoranter Episcopum, nō tenet electio, quasi Papa dādo visitatorem, ad se prouisionē reuocauerit: & sic dixisse Compostellanum ad c. cum nobis olim, in fi. de elect. fuisse pronunciatum in curia, sed nō benè iure probari. hęc gl. ibi ad quem Io. And. posteà addit, quod prędictus Compostellanus allegat, c. vt nostrū, de appel. c. quia cunctis, de concess. præb. l. qui absenti, de acquir. poss. ff. & sic iure probari. In Gallia tamen beneficia commendata vacant, per mortem commendatarij, & sic etiam impetrātur, vt refert Reb. tract. de pacif. poss. n. 44. Nauarrus etiam in Enchiridio seu Manuali confessorum, c. 25. 126. tradit vacante beneficio per mortem commēdatarij, censeri beneficium vacare eo modo quo vacabat tēpore quo fuit ei cōmendatum: quod, inquit, stilus Romanæ curiæ hodiè seruat palā. Paris de Puteo decis. 158. nec refert an quis moriatur in curia. Moheda decis. 99. Reb. in Praxi benef. tit. de reseruat. n. 31. Sicq; si beneficia erunt affecta & reseruata summo Pontifici, & fuerint cōmendata, post mortem commendatarij, remanent affecta, quod accuratè disputat Iacob. Simoneta tractat. de reseruat. benef. q. 59. quæ & Cardinales, & cōmendatarij debent tenere Ecclesias commendata in priori statu, non diminuto cultu solito. ff. ad c. querelam, de elect. & ad c. de monachis, de præb.

9 Quintò, beneficia possessa, quę Papa statuit vacare per adeptionē aliorū beneficiorū secundorū, censentur reseruata collationi sum. Pontificis: & dicuntur vacare in curia. Rota decis. 63. de reformat. in antiq. sicq; seruatur. Est & regula cancellariæ 64. quæ de illa reseruatione & vacatione disponit. videndus Reb. in praxi beneficiorum de reseruat. n. 40. Mandosa in quintam regulam cācellariæ, proinde Rota decis. 14. de rer. permut. in antiq. ait, beneficia huiusmodi reseruata & vacantia per adeptionem secundi, interim nō posse permutari, idipsum in d. decis. 65. & semper hoc promulgata fuit Extrauagans Bonifacij, ad regimen, in fi. de præb. in Extrau. commu. quæ & per alios Pontifices innouatur, vtpote quæ sublata & expirasset per eius obitum, quòd sno tempore tantum valere voluerit. Cassador. decis. 3. in fin. de constit. rota etiam decis. 250. inci. *nota quod vbi Papa*, in antiq. ait. Quòd vbi Papa gratiam facit habenti beneficium, obtinendi beneficium in futurum, ea lege vt per assecutionem secundi dimittat, primum, assecuto secundo vacat primum apud sedem, ne possit etiam permutari à possessore.

10 Sextò, hodiè beneficia eorum qui promouentur ad Epatum, sunt sedi Apostolicæ reseruata, & in curia vacant, per dictam Extrau. ad regimen. rota in decis. 1. de rer. permut. in Nouis. Sicque emendatum ius antiquū, c. cum in cūctis, §. cum verò de elect. vbi ordinarij poterant conferre beneficia vacantia per promotionē ad Episcopatū, vide Mandosam ad primam regulam Cancellar. q. 13. & 14. vbi & vacare putat post consecrationem, etiam ante adeptam possessionem: secundum autem Cassiodorum decis. 2. non nisi post adeptam possessionem: cuius sentētia verior putatur. Explicat & fusè, glo. ad Clementinam 1. ad verb. *collatio*. Vt lit. pend. & Pan. quoque concil. 103. n. 3. vol. 2. post confirmationem & possessionem putat tantum.

11 Septimò, resignata omnia beneficia in curia, sunt summ. Pontific. reseruata, & dicuntur vacare in curia Romana, per c. 2. de preb. in 6. quamuis procuratio ad resignandum alibi facta fuerit. gl. Arch. & Io. And. ad Cle. 1. ad verbum, *collatio*. Vt lit. pend. nihil innouet. & ibi Pan. r. 6. addit rationem, Quia ibi renuncians censeatur mori. Vide Rotam decis. 33. in antiqu. de præb. ibi, *nota quòd vbi beneficium*, &c. Simonetam tractatu de reseruat. q. 18. Hodie tamen beneficia resignata in curia per eum qui nō superuixit per viginti dies, iuxta regulam cancellarię nō vacant in curia, sed extra, & conferuntur per ordinarios vt vacantia per obitū, quamuis olim diuersum seruaretur. Simoneta tractatu reseruationum, q. 28. in fine.

12 Octauò, beneficia etiā resignata in curia ex causa permutationis, in curia vacant, licet permutatio non fuerit sortita effectū, rota decis. 1. & fi. de ret. petmut. in antiq. licet decis. 4. eiusdem tituli videatur contrariū asserere. Sed verior prima, iuxta Felin. ad c. cum venerabilis, col. ad fi. de excep. Simoneta in d. q. 28.

13 Nonò, si duo vel plures de beneficio litigāt in curia Rom. & q possidet moriatur ibi, alius vel alij extra, vacabit in curia & solius erit collationis Pōt. Maximi, Cōtrà si is q possidet moriatur extra curiam, alius in curia, & ibi ordinarius conferet vt vacans extra curiā,

quòd si superstes adhuc vnus ex collitigantib. sit, determinatur lis, & ex euentu iudicij nũ mortuus in curia ius habere, vt conferatur à sum. Pont. non aliter. Cle. 1. Vt lite nõ cõtest. nihil innone. Nõ vacabit tamẽ in curia Romana beneficium q ad confirmationem sum. Pontificis pertinet: nã confirmatio non facit ea vacare, sed adeptio possessionis, etiamsi de confirmatione litigantes in curia Romana morerentur; durat enim prima vacatio vsque ad confirmationem factã. c. quàm periculosum, & c. quàm sit, de elect. Decim. ad c. 1. de confir. vtil. vel inutil. & cons. 149. & ita concludit gl. ad d. Clem. 1. ad verbum, *collatio*, vt lite penden.

14 Decimò, beneficium dicitur vacare in curia Romana, si quis eo fuerit in curia priuatus, vt nemo alius q̃ Pontifex Maxim. illud conferre possit. Simoneta tract. Reseruat. c. 29. citat Bar. & Bal. ad l. si quis sub conditione, de testa. tutel. Dicitur & ibidem beneficiũ dici vacare in eo loco, in quo eo priuatus quis fuit p sententiã, nõ in loco, in quo beneficium situm reperitur, Rot. dec. 56. inci. *Nota quòd vbi*, de prēb. in antiq. firmat Gambara tract. de leg. n. 124. 125. Constat & per Extrauagantẽ, ad regimen, de præb. in Extrauag. com. quã omnes Pontifices in initio Pontificatus innouãt, beneficia vacãtia per depositionem vel priuationem specialiter reseruantem. Verumtamen Æneas de Fulconib. tractatu de resignatione. in 3. q. principali, nu. 32. hoc intelligit de priuatione iuris: contrà in priuatione hominis; nam tunc ait collationem beneficij ad ordinarium pertinere.

15 Vndecimò, si beneficium, quod vacat id curia Romana, alicui confertur per sedem Apostolicam, isque mortuus fuerit antequã acceptauerit illud, iterũ dicitur in curia vacare, cum collatio non censeatur effectum sortita, nisi per acceptationem. c. si tibi absenti, de præb. in 6. Gemin. ad c. 2. de præb. in 6. Old. cons. 57. incip. *reseruauit*. Iacob. Simoneta q. 31. vbi enim, qui iure proprio prouidet, si prouisio non habeat effectũ, iterũ potest ꝓuidere, c. si electio, 26. & c. si compromissarius, 37. de elect. in 6. Beneficium enim affectum, vt dicitur, seu reseruatum semper durat affectum, etiãsi non duret causa, propter quã affectum fuit: & postq̃ in manus Papæ peruenerit, non redit ad inferiores, donec de ipso Papa disposuerit, vt scribit Bernardus de Bisigneto, in regula. 20. inci. *Papa reseruauit*, in antiquiorib. decis. Rotæ. arg. l. si cognatis. de reb. dub. ff. & l. 2. de noxalib. actio. Ideò, inquit, si qua officialium vel familiarium Papæ beneficia sint reseruata, & designant esse officiales vel familiares, nihilominus beneficia eorum reseruata censentur, etiam ea quæ ante officium vel familiaritatem, vel tempore eorum habuerunt, donec de de his Papa disposuerit.

16 Duodecimò, in regula Cãcellariæ 3. & in Extraua. Io. 22. Execrabilis, de prēben. reseruat sum. Pontifex. suæ collationi & dispositioni oẽs dignitates maiores post Pontificalẽ in Metropolitanis & Cathedralib. Ecclesiis. Meminit & Iacob. Simoneta tract. Reseruationũ, q. 99. cõstitutionis Pij Papę V. sub data Romę apud sanctũ Petrum, an. 1566. 6. Kalen. Februar. per quam omnia beneficia vacatura per crimen hæreseos sibi reseruauit, quo loci tamẽ ait, illam, aut similes reseruationes, q̃ nõ sunt in corpore iuris clausæ, non impedire in Germania collationes ordinariorũ: q & dicendũ in Gallia, in qua reseruationes generales vel speciales sublatæ sunt, nec impediunt ordinarios collatores, §. 1. de reseruationib. tã generalib. q̃ specialib. sublatis, in concor. exceptis trib. casib. in quib. Rebuff. ad d. §. 1. ait admitti reseruationes: primus, quãdo vacatio inducitur in curia Romana iuxta reseruationẽ clausã in c. 2. de prēb. in 6. Secundus, si agatur de beneficiis officialiũ curiæ Apostolicæ, per Extrau. ad regimen, de præb. in Extrau. commis. nisi in iure regaliæ vacẽt, vt ait Reb. conclusum in Senatu Parisiensi 3. Iulij 1338. Tertius casus est, in beneficiis maiorib. & dignitatib. cõclusis reseruationib. in corpore iuris, de quib. in Cl. vni. de rer. perm. Enumerat illas Probus in additionib. ad Ioa. Monachum, ad c. præsenti, de offi. ord. in 6.

17 Dicetur autem generaliter beneficium reseruatũ collationi summi Pont. vbicũq; Papa apposuerit manum, c. vt nostrum, 56. de appell. Rom. cons. 335. incip. *Circa primũ, &c.* veluti si facta collatio per sum. Pont. vel legatum eius non tenet, vel propter subreptionẽ literarum, vel propter indignitatẽ personæ, aut super nullitate prouisionis Pontificalis, requiratur cognitio causæ: tunc enim dicitur ita beneficium Papæ affectum, vt ab alio non possit conferri. Pan. & alij in c. inter dilectos, de Excessib. prælat.

18 Reseruationes tamen Papæ expirant per collationem ab eo factam, Rot. dec. 9. & 11. de præb. in Nouis. & 24. eo. ti. in Antiq. Gomes ad regulam de Triennali possess. q. 5. & 30. & sic tenet Old. cons. 57. & Dec. 20. tit. de Prēb. & licèt beneficiũ sit ex reseruatis, ex c. 2. de Prēb. in 6. nihilominus eo ipso ipso q Papa disposuerit de ipso beneficio, censetur per illam collationẽ cessare reseruatio, vt possit deinceps ordinarius de ipso prouidere, vt & de litigioso cessante lite, in c. 2. Vt lite pend. in 6. Cle. 1. eo. ti. Etiamsi collatio sum. Põt. ex sua causa sit inutilis, vt declarat Roma. cons. 335. eãmq; esse communem sententiam tradit Gomes. in d. q. 30. in regulam Cancell. de Triennali possess. dummodò, inquit, summi Pont. literę de collatione sint expeditæ, non autem si simplicem concesserit supplicationem, per quam non extinguitur reseruat. iuxta Felinum ex mente Rot. ad rub. de constit. Quemadmodum nec extingueretur reseruatio omnino, si ex noua collatione iterum fieret reseruatio, veluti si sum. Pontifex vacans beneficium reseruatum, conferat familiari vel officiario, vel si det in commendam, vt ibid. docetur. Aut si prouisus per Papam ante acceptionẽ collationis moriatur; nam & eo casu adhuc resider sub reseruatione beneficium: Oldr. cons. 57. si tamen acceptasset, quamuis moretur ante adeptam possessionẽ, expiraret, sic intelligenda decis. Rot. 882. inci. *nota quòd vbi gratia*, &c. in antiq. & decis. 283, *nota quod vbi Papa*, in antiq.

19 Decimotertiò, expressè sũmi Pontifices, vel in specie, vel in genere aliqñãdo reseruãt suę collatióni beneficia, quę ab aliis non reseruntur. est enim reseruatio collationis vel electionis Ecclesiastici beneficij, p potestatẽ habẽtẽ ab ordinariis ad se facta euocatio; vt tradit Æneas de Fulconib. in q. 1. principali, nu. 1. facit decis. Rotæ 2ª. 30. & 31. de prēb. in Antiq. Lapus allegatione 84. Cõplectitur, n. electionẽ vt collationẽ, vt in c. si eo tẽpore, de elect. in 6. Reb. in praxi, titulo de reseruat. n. 32. & seq. Referam exempla ex Bullario collecto per Laertiũ Cherubinum, vt Pius V. ibi, cõstitutione ordine 164. inci. *Sanctissimus in Christo*, 24. Ianuarij 1568. statuit, & reseruauit sibi à tempore illo vsq; in quinquennium; omnia conferenda beneficia & singula Ecclesiastica, cum cura & sine cura, regularia cuiusque ordinis & secularia, vbilibet vacatura, in singulis mensib. Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, aliàs q̃ per resignationem extra Romanam Curiam, ad collationem cuiuscunq; prouisionẽ, præsentationẽ, electionẽ, seu quãuis aliam dispositionẽ, pertinẽtia. Permisit tamen Epis residentibus in sede duntaxat, & quandiu resiederẽt in sua diœcesi, vt possent de quibusuis dignitatib. personatibus, officiis, administrationibus, canonicatibus & præbendis, ac aliis beneficiis cum cura ac sine cura, secularibus ac quorumuis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, pręsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionẽ (non tamẽ simplicem institutionẽ) pertinentibus, quæ antea in singulis mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris,

Septembris&Nouemb.vacare contigerit: dũmodò aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata generaliter, vel ex generali reseruatione sedi Apostolicæ affecta non essent liberè disponerdi facultatē: Voluit tamen, q Archiepī, Epī, & Patriarchæ, de collatione, & ꝓuisione seu alia dispositione beneficiorum, in reliquis mẽsib. scilicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouẽbris, ꝓ tempore vacantium, quæ ex tunc prout ex ea die, & è cõtrà, reseruauit (vt præfertur) suæ dispositioni, se intromittere non possent, &c. Mẽses reseruati in Germania collationi beneficiorum sen Apostolicæ Iannarius, Martius, Maius, Iulius, Septẽber, Nouẽber. Mẽses ordinariorũ, Februarius, Aprilis, Iunius, August. October, December. Sicq; confert sum. Pont. in primo, posteà ordinarius Eps aut capitulnm in secundo: sum. Pont. in tertio; ordiniarius, in 4. & sic alternatiuè, exceptis aliis reseruationib. si quæ sint. Similis constitutio reseruationis & alternatiuæ in mensib. sex collationis beneficiorum vacaturorum, extat eiusdem Pij V. ordine Bullarij prædicti 165. inci. *Sanctissimus in Christo Pater*, & Gregorij 13. incip. *Sanctissimus*, ordine 6. & alia Sixti V. in fine Bullarij atq; Gregorius 13. cõstitutio. 68. incip. *In Ecclesiis*, anu. 1580. 18. Nouembris annullat dispositiones se collationes beneficiorũ etiam par obreptionẽ à sede Apostolica vel ab aliis, quocunque modo factas, personis prohibitis propter genus, propter hæresim, & apostasiã à fide; & declarat omnia beneficia eisdam quomodocumq; collata, ad nouã sũmi Pontificis dispositionẽ pertinere. Similẽ edidit constitutionẽ Pius V. ordine 19. incip. *cùm ex Apostolatus*. Sixtus rursum V. in ordinationib. & constitutionib. Cancellariç Apost. constit. 17. incip. *Sanctissimus*, inter cętera beneficia sibi reseruauit reseruata iuxta constitutionem Benedicti 12. *Ad regimen*, de præb. & per constitutionẽ Ioa. 22. *Execrabilis*, & omnes Ecclesias Patriarchales, Archiepales, Episcopales, Monasteria virorum, item dignitates, beneficia omnia: ad collationem, præsentationem, electionem, quãcumq; aliam dispositionem Episcoporum, Archiepiscoporũ, Patriarcharum, seu Abbatũ, & aliarum Ecclesiarum, sede vacante collatoris, donec prouideatur eis de successore: itẽ dignitates suorũ Cardinaliũ & familiariũ, & eorundẽ beneficia vacãtia: beneficia etiã collectorũ & subcollectorũ fructuũ sedi Apostolicę debitorũ, curialiũ, dũ curia trãsfertur, cubiculariorũ, cursorum titulorũ Cardinaliũ, & reseruata per prædecessores.

20 Inuenitur & reseruationis species in concordatis initia à Nicolao V. summo Pontifice per Ioannem sancti Archãgeli diaconũ Cardinalẽ, in partib. Germaniæ sedis Apostolicę tunc legatũ de latere, ex vna parte, & Fradericum Imperatorem, & alios principes Germaniæ secnlares & Ecclesiasticos, ex alia: quæ approbata fnerunt per eundem Nicolaũ V. an. Dom. 1447. 14. Kalẽdas Aprilis, Põtificatus sui anno 1. vt liquet lex eius cõstitntione incip. *ad sacram Petri fidem*, & in Bullario Cherubini, inter Nicolai V. constitutiones ordine 1. Fnit autẽ in his cõcordatis, vt ibidem probatur, statutum super modificatione & prouisione Ecclesiarũ, & Ecclesiasticornm beneficiorum quorumcunq; iuris scepteri reseruatione, & constitutioonum, *execrabilis*, &, *ad regimen*, atq; reductæ tantum reseruationes ad præscriptas iuris cõmunis peculiares retẽtiones. Permittitur etiam iisdem cõcordatis. in Metropolitanis, cathedralib. atq; immediatè non subiectis Ecclesiis, monastariis, sedem Apostolicam immediatè recognoscentib. canonica electio infra tempus constitutionis Nicolai 3. incipientis, *cupiẽtes facienda*. Alioquin vt ad dictã sedẽ deuoluta beneficia censeantur; confirmatione tamen prędictæ electionis petenda à Papa. tali clausula addita. *Nisi ex rationabili & euidenti causa ac de dictorum fratrum nostrorum Cardinalium consilio, de digniori & vtiliori persona duxerimus prouidendũ.* Reseruat etiã ibidẽ si Papa monasteriorum monialiũ dispositionẽ & tunc per cõmissionem ad partes. Cætera verò beneficia & dignitates, vult vt illi conferat, ad qnos anteà spectabãt, in mensibus tantũ Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decẽbris, dispositione quauis alia, reseruatione, gratia expectatiua, quacũque sub forma verborum factis & faciẽdis, non obstantib. In reliquis autẽ sex mensib. collationẽ sibi reseruat, si tamen eam intra tres menses nõ fuisset, seu si beneficia suorum mensiũ intra tres menses non cõtulisset, potestatem conferendi illis ipsis eandem permittit. Statuit insuper annatas, secundũ taxam mediorum fructuum soluendas, aut si excedant, moderandas. Et Clemens pnsteà 7. in dicto Bullario cõstitutione eius 46. incip. *admonet nos*, dicta cõcordata Germanica cõfirmat, atque statuit irritas esse à prælatis & principibus factis collationes in mensibus sum. Pont. & prouisos per eos teneri ad restitntionem fructuum; reseruatq; prouisis à sede Apostolica, contra intrusos actionem. Dehinc tamen Gregorius 13. in constitutione 42. inter constitutiones eius insertas in dicto Bellario collecto per Cherubinum incipiente, *quæ in Ecclesia*, cõstituit, ne, quod supra statuerat Nicolaus V. quòd post tres menses si non contulisset sum. Pont. ordinarij conferre possent, locum haberet: vnlt tamẽ vt prouisi, à tempore collationis intra tres menses, teneantur ordinariis collationem significare.

21 In summa colligere debemus paucis, reseruationes omnes pẽdere ex summi Pont. potestate qua euocat ab ordinariis collatorib. vacatnri beneficij futurã collationẽ, neq; hoc inuentũ antiquum dicitur, cũ alij referant ad Nicolaum I. qui sedit an. Dom. 1160. vt Thomas Fletrins tractatu reseruationũ. alij ad Ioann. 22. qui præfuit anno 1122. vt Gomes in proœmio regularum Cãcellariç, alij ad Clem. 5. qni sedit ann. 805. & deinceps dicunt à successoribus ampliatas iustas ob causas, sine quibus, vt præsumi debet pro sum. Pont. non fuisset potestati ordinariæ derogatum, c. nõ nos, 40. dist. c. quãuis, de rescr. in 6. ideò propter causarnm varietatẽ reseruationes fuerunt & diuersæ speciei, vel generales, vel speciales, de quib. ex professo Iacobus Simoneta tract. de reseruationib. beneficior. qu. 4. Generales, qnando generaliter reseruantur collationi sum. Pont. vel alterius, beneficia vacatura, putà in diœcesi. Freder. de Senis in tract. de rer. permut. arg. c. cum in partib. de verb. sign. in 6. talis & illa potest esse quæ est ex dispositione iuris cõmunis, in c. 2. de pręb. in 6. c. pręsenti, eod. Extrau. ad regimen, de præb. cuius tamen generalitas non extenditur ad Episcopatus, gl. & ad d. c. 2. de præb. in 6. facit cons. Lud. Rom. 340. Veniunt tamen Abbatiæ, secundum Gemin. ad d. c. 2. qui improbat ibi glossam contrariam, quę tamen cõmuniter approbatur contra Geminiatium, per Ioa. And. Philippum in dict. c. 2. Collectaueum ad c. fi. de præb. q. 8. Ioan. Monachum ad c. inquisitores, de hæretic. nisi forsan & reseruationes de his & aliis exceptis mentionem expressè facerent; vide latè, quæ comprehendantur sub reseruatione generali, Iacob. Simonetam in d. tract. reseruationum, quæ. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. Speciales reseruationes possunt dici, quæ sunt extra ius commune, per regulas cancellariæ, vel per sum. Pontificem factæ, aliqua etiam Extrauagante decretali, vel si ad indiuiduũ restringatur, vt si reseruetur certum beneficium, vel à certa persona possessum: suntque variæ ita, de quibus agit Geminian. cons. 12. & Ægidius consil. 33.

22 Eò ptinere possũt reseruationes dictæ mentales, quib. aliquãdo Pontifex Max. reseruat beneficiũ vel in specie, vel in genere, per bullã, vel breue, vt psonę gratæ ꝓuideat q̃ nõ exorimar, sicq; in mẽte retinet: & ita fit in nullius expressæ personę fauorẽ, de quib. Simoneta in dicto tractatu, quæst. 15. sufficit enim in reser-

natione sola summi Pontificis volũtas,c.in memoria, 19.dist.Gl.ad verbũ,*canonisco*,in fine,c.olim, de verb.signif. qnia potest sum. Pont. ex plenitudine potestatis supra ius positiuũ dispensare.c.proposuit , 4.de Concess.præb.c.2.de pręb.in 6. facit c.cuncta per mundũ, & seq.9.qu.3. c.ex tuarum,de authoritat.& vsu pallij, Cle.1.ad finẽ,Vt lit.pend. Et Papa est ordinarius ordinariorũ totius orbis,iurisdictionem habens vniuersalẽ,vt ait Gl.ad c.felicis,§.fi.ad verb.*priuata*,de pœn.in 6.& nullus ordinarius maior ipso Põtifice maximo in collatione etiam beneficiorum,vt ait Rom.cons.335.n.7.alij námq; in partem tantũ solicitudinis, hic antem in plenitudinem assumptus potestatis,c.ad honorem, de author.& vsu pallij. Quare,vt tradit Bald. ad l.rescripta,C.de precib.Imperat.offeren.omnia beneficia mundi Ecclesiastica,sunt Papę manualia,idipsum ait & Lud.Gomes in proœmio regular.Cancellariæ,& ad regulam.de non tollendo iure quæsito,q.1.versic.*illud tamen.* Et ita priuare potest quẽlibet in beneficialib. iure suo,etiam sine causa,iuxta ea quæ tradit Archid. tractatu de hæresi,quod & tract.Fel.ad c.quæ in Ecclesiarum. de cõstit. Aymon.tractat.de antiq.temp.1. parte,n.37.Gabr.li.3.de Iure quæsito nõ tollẽdo. Conclusiones 1,limitat.1.n.9.Pari modo potest sola voluntate præuenire in collationa omnes orbis collatores ordinarios,Feder.de Senis,in 4.q.de rerum permutat. Ioannes de Selua tractat. de Benes.3. parte q.60. Rot. dec.17.incip.*licet de more*,in Nouis.

23 Neq; carere ratione existimandum est reseruationes,cum dicantur introductæ non solum ratione potestatis,verũ etiam vt per illas sum.Pont.possit prouidere facilius de beneficiis viris literatis & virtute pręstantib.qnib.Ecclesia maximè eget,c.cum ex eo,de Elect. in 6. quibúsq; mũdus illuminatur,Auth.habita, C.Ne filius ꝓ patre:quẽadmodum eadẽ in causa sunt cur in pluralitate beneficiorum personis gratia & dispensatio fiat,in c.de multa, de præb.fuit & causa reseruationum abusus ordinariorum,& electorum,qui tantum suis proximis & amicis contemptis idoneis,& literatis cõferebant:& ea antiqua causa fuit,cur Nicolaus 1.sum.Pont.in c. 4.porrò,63.dist. reseruauit sibi collationẽ Ecclesiarum Ep̃atuum Treuerẽsis & Coloniæ Agripinẽsis,tract.& Bursat.cons.126.n.13.incip.*Nicolaus* 1.li.2.Et hodiè pręsumendum est non nisi ex iusta causa reseruationis fieri,cũ non præsumatur sum. Pont.velle sine causa iurisdictiones aliorum turbare & inuartere,c. quáuis,de rescr.in sex.c.nõ nos,40.dist. etsi voluntas propria Pontific. pro iusta habeatur ratione,quia & motu proprio maximè reseruationes ab eo fiant & concedantur,Iacob.Simoneta tractat. reseruationum,qu.80.Felin.ad c.fi.de testib.

24 Concessæ reseruationes legatis etiam de latere, cũ tẽperamento seu modificatione tamẽ , ca.pręsenti, & c. deliberatione,de offi.leg.in 6. & per gl.fi.c.fin.de concess.pręb.in 6. & ibi Gemin.notat.olim fuisse modos quatuor prouidendi de vacaturis beneficiis,quorum vnus per illud ca.correctus est,alij non:quorum primus refertur quando per Papam prouidetur per dictum c.proposuit,de concess.præb.alius,quando legatus reseruar, iuxta c. cum dilectus,de iur.patr.ternus ex dispositione iuris communis, vt si recipior in canonicum, babeo ius ad præbendam vacaturam ex dispositione,c.relatum,de præb.& ca.cum super,cum ibi notatis,de concess.præb.

25 Reseruationis effectus est, non vt Papa sibi velit ius conferendi acquirere; nã iã hoc babet,& per concursum cum omnib.ordinariis per pręuentionem cõfert,c.cuncta per mundum,c.per principalem,9.q.3.& q semel meum est amplius meum fieri nõ potest, §.sic itaq; discretis, de act.Sed vt alus, reseruando, ius adimat collationis. Et nihil interest facta fuerit reseruatio cũ decreto irritandi,aut sine eo , vt plurib. disputat & concludit Iacob.Simoneta,de reseruat.q.18.

26 Alius effectus dicitur,affectio, quia per reseruationem à sum. Pont.factam sequitur vt beneficia sint affecta collationi eius,hoc est,ad eius solius pertineant dispositionẽ:attamẽ nõ solũ ex reseruatione expressa vel tacita iuris vel hominis, affecta dicuntur beneficia, quia aliunde possunt fieri affecta: & generaliter, vbicumq; sum.Pont. apponit manũ,ea affectio nascitur;eáq;est prærogatiua supremę potestatis,vt in quibuscumq; manum apposuerit,alij de iis non se intromittant,vt in cognitione causæ eius.in c. vt nostrũ,de appell.c.1.& 2. de Confirm.vtil.vel inutil. Sic si Papa cõtulit beneficiũ alicui,& ille in eo egeat dispensatione , ab alio q̃ ab illo impetrari nequit , etsi Ep̃s alioquin posset cõcedere.Pan.ad c.postulasti, de Cleri.ægrot Pari modo si manum apponat collationi beneficij,siue per reseruationẽ expressam vel sine ea,tamen beneficium est affectum: & licèt extinguantur reseruatio,vel per obitum Papæ vel aliter,tamen remanet beneficium affectum,& caussa affectionis nẽpe reseruatione cessante , remanet causatum nempe affectio: ita simpliciter etiã beneficia affecta sine reseruatione expressa,affecta tacitè sunt,vt canonicatus & p̃bendæ per mandata Papæ de prouidendo. vt in c.si capitulo , c. executor,c.soli,de Concess.præb.in 6.quibus porrò modis affecta dicantur beneficia per prouisionem Papæ,vide Philippum & Dominicũ , ad c.si postquã,de præb. in 6. videbis & in vna & eadem gratia seu prouisione de beneficio Pontificali tria concurrere posse,quorũ vnum quodlibet per se,afficere posset beneficium,in c.dudũ,& ibi fi.de Ancbar.notat,de pręb.in 6. Nempe canonicatum,reseruationẽ expressam,& decretum irritans ; quæ omnia afficiunt præbendam & beneficium,scilicet ne tunc, & quãdiu affecta vel reseruata remanent beneficia per appositionẽ manus summ. Pont.conferri possunt ab inferiori, cuius manus dicuntur ligatæ etiam eo ipso quòd Papa appositione manus suæ signat supplicationem,seu prouideri mandat,vel aliàs disponit de vacãti vel vacaturo certo vel incerto:idque à die datæ signationis factæ per Papam, maximè si adiactæ essent clausulæ reseruationis & decreti.Rot.dec.25.in ant:.&6.in Nouis:verum si dispositio Papæ ex aliqua esset restricta, hoc non procederet de iure vbi Papa apponeret manum sine decreto & reseruatione,ad beneficium vacaturũ;imò de iure posset acceptari ab expectãte c.1 §. ex parte,de concess.præb.in 6.c. si capitulo,cap.si soli, eo.ti.c.dilectus, 2.c.inter cætera , de pręb.cancellaria quáuis videatur sine distinctione sequi,solam supplicationem afficere,vt tradit Rot.dd.decisionib.Simon. tract.reseruat.qu.60. Dicitur autem beneficium affectum,semper durare affectum,vt babetur in dec. 1.13. 14.15.de præb.in antiq.11. in Nouas. 20. in antiquior. Anch. cons. 138.Videlicet in reseruatis à iure summi Pont. nam possessoribus mortuis vel sum. Pontif. adhuc durat affectio, vt in curabilibus & alius aliter in alus beneficus affectis per solam manus Pontificis appositionem,quæ postquã sortita est semel effectum,per mortem possessoris desinit esse affectum, & per nouam vacationẽ conferri potest ab ordinariis. gl.in regula.contra nostri temporis,per illum textum sumptum à contrario sensu , Iacob. Simon.tractat.de reseruat.q.33.nu.7.fusè in quæst.58.& 59. refert autem contrarias sententias in 58. num ex prouisione inutili sum.Pont.censeatur beneficium affectum : & distinguit & concludere videtur , quòd ex prouisione facta incapaci,inhabili,nulliter,remaneat beneficium affectum & reseruatum, iuxta c.inter dilectos , de excess. prælat.quod & tuetur Rebuffus in praxi beneficior. c.de reseruatione,num.30.Roman.cons.335.& ibi fusè Mandosa in additionib. Extinguitur etiam affectio si reseruatio esset temporalis , elapso tempore : vt in

c.2.& 3.

c.2.& 3.de præb.in 6.Gemin.conf.93. Simon.d.q.58.nu. 14.&15.nisi quid aliud in reseruatione contingat fieri, quod gratiam perficiat ante lapsum temporis, vel si reseruatio cum tẽpore, aliam contineat substantiá. Si quidem aliquádo, Papa reseruat suæ dispositioni aliqua beneficia, & morte eius tunc extinguitur reseruatio: non ita si reseruauerit dispositioni sedis Apostolicæ, quia est tũc perpetua, cũ sedes sit perpetua, nec extinguatur, c.si gratiosè, de reser.in 6. & ibi Archid.Ioan. And.& alij, & gl.& interpretes ad Cle.1.de probat.Feder.de Senis conf.112.in princ.Lud.Rom. cõs.260. Cassado.de constit.decis.1.n.3.Gábara tract.de Legato, li.3. n.195. Quòd si facta fuerit reseruatio sub clausula, *dispositioni nostræ, & sedis Apostolicæ*, &c. licèt præcedant verba, *dispositioni nostræ*, tamẽ si facta fuerit reseruatio motu proprio, large intelligitur, vt morte non extinguatur, Domin.ad d.c.si gratiosè, ad finẽ de reser. in 6. Sed & si Papa concesserit ordinario collatori, vt possit quatuor vel plura aut pauciora beneficia reseruare, & mortuus fuerit antequá is reseruauerit, durat reseruatio post eius obitũ: quia res nõ est integra quod ptinet ad Pontificẽ, sed eius respectu, est perfecta, ideò nõ expirat morte eius, p nota.ad c.si super gratia, de offi.deleg.in 6.c.si cui, de præb.in 6. idem dicendum si Papa concedat ordinario potestatem de conferendis tribus aut plurib. beneficiis vacantib. in curia, nam ea gratia transit ad successorẽ concedentis. Simon, q.47.n.5.& 6. Sciendũ tamen reseruatione sublata, remanere affectionem, per impositionem manus Papæ, donec effectum sortiatur per regulam 9. cãcellariæ, vt nullus præter Romanum Pontificem possit conferre, vel in illis se ingerere. Cassado. dec. fin. incip. *verum reseruatio*, nu.7. de præb. Mandos.in 1.q.11. regulæ Cancell.& hæc secundum iura anteriora.

27 Cęterũ in Cõcilio Trid.hodiè ex sess.24.c.19.de Reformat.sic legitur: *Decernit Sancta synodus, mãdata de prouidendo, & gratias quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius etiá Collegiis, Vniuersitatib. Senatib. & aliis singularib. personis etiá, sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus cocessis cuiqua vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec alia quæcunq; gratia ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias vel monasteria, alicui, etiam ex sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinalib. cõcedantur, & hactenus concessa abrogata censeantur.* Abrogationis rationes fuerunt quę olim iustę ad vacatura puisiones inhibuerũt, in c.2. de Concess.præb.& c.detestãdę, eod.tit.in 6. reseruationes tamẽ in corpore iuris insertæ nõ videntur reuocatæ neque ab ordinariis ex illis affectiones possũt vsurpari, nisi in casib. à iure permissis, vel à Sacrosanctis Cõciliis. Vt si ex beneficiis apud sedem vacantib. in Curia, Papa defuncto, parochialis Ecclesia vacauerit, ordinarius poterit ante mensem cõferre, p c.si Apostolica, de præb.in 6 p rationẽ à Rebuffo positá in forma nouæ puisionis, vers. *dũmodo tẽpore data*, n.14. quo loci etiá ostendit, ordinarium, sede vacante simplicia beneficia alia conferre nõ posse, posteà verò posse rectè, capit. statutũ, de Elect. In Sext. in reseruatis quippe beneficiis iure præfixus est terminus quo debeat sum. Pont. conferre, & quo elapso tedeat potestas ad ordinariũ, cũ tamen in cæteris beneficiis in curia non vacantib. nullum summo Pont. constitutum sit tempus ad conferendum, vt ait Æneas de Falconib. 4.q. principali, effectu 20. Gaspar de Perus. tractat. reseruationũ, q.5. Potest & Eps per potestatem cõcessá à Concilio Trid. sessio.24.c.15. de reform. ad pauciorem numerum reducere & supprimere præbẽdas & canonicatus in Ecclesiis Cathedralib. & Collegiatis, si tenues sint præbendę; & vnire beneficia aliquot simplicia cum consensu capituli, & patronorum laicorum, si qui sint: non obstantib. quibuscunque constitutionibus, priuilegiis, reseruatione generali, aut speciali, aut affectione.

28 Quatuordecimò, beneficia quæcunq; vacantia & vacatura, sede Epali vacante, ex peculiari regula Pij V. die 9. Martij publicata, an.1567. sunt reseruata collationi summi Pont. solius, cũ irritanti decreto & clausula. idem in constitutione Ioan.22. execrabilis. constit. Sexti V. ordin.17. de Cancellaria Apostolica.

29 Cæterum hîc generaliter obseruatur, reseruationẽ Papæ etiá expirare p vnicá collationẽ, possessione etiá nõ secuta vel apprehensa. Rot.dec.14. de præb.in antiquis.& 9. de præb.in antiquiorib. ius enim collatione in beneficio datur à cõcedẽte, c.si tibi absenti, de præb. in 6.c. fi. de concess.præb.in 6. Iacob.Simon. tract.de reseruat.q.55.& 56. Rot.dec.28. in c. *nota q vbi Papa*, in antiq.& proinde si prouisus de reseruato beneficio p collationẽ sum.Pont. in apprehendẽda possessione cõmiserit violẽtiam, & ita ius suum amiserit, iuxta c.eum qui, de præb.in 6. ordinarius poterit illud conferre velut non amplius reseruatum. Lapus allegat.127. Sic enim etiam reseruatio vacãtis beneficij in curia, per solam Papæ prouisionem expirat, si prouisus extra curiam decedat, postquá prouisionẽ ratam habuerit. Rot. dec.9. de præb.in antiquiorib. Philipp. ad c.præsenti, §.fi. ad finẽ, de præb. Sed hac hactenus dicta sint de reseruationibus, & vacationib. in curia, seu apud sedem Apostolicam.

Nunc porrò sufficiat notare breuiter, extra Curiam Romanam vacare beneficia quæ iure ordinario ab ordinariis conferri possunt.

## De amissione & vacatione Beneficiorum certis modis vacandi: & primùm de vacatione ipso iure extra delictum inducta.

### Caput XXV.

1 *Vacationis beneficiorum generales modi, & quid vacatio ipso iure ex delicto, vel quasi.*
2 *Vacatio sine delicto ipso iure, ex quibus indicatur, & quod accidat ex adeptione secundi beneficij.*
3 *Per illam tamen possessione prioris de facto non priuatur, & eam defendere potest pluribus ex causis.*
4 *Matrimonio clerici contracto, vacant ipso iure eius beneficia, etiam si matrimonium postea separetur.*
5 *Sed num idem verum sit, si clericus sit in maioribus ordinibus constitutus, qui contraxerit matrimonium qui vxorem ducere legitimè non potest.*
6 *An concubinarij priuentur beneficiis ipso iure, disputatur, & de pœnis & ordine pœnarum in concubinarios.* 6 *Concubinarius quis dicatur.*
8 *De vacatione ipso iure per non promotionem ad sacerdotium.*
9 *Promotionis non factæ excusationes dari possunt.*
10 *Pacificus possessor quando dicatur vel non.*
11 *Per non promotionem beneficium vacans, an possit permutari vel renuntiari per non promotum.*
12 *Ex causa electionis quãdo inducitur ipso iure vacatio.*
13 *De beneficio possesso sine dispensatione, & de regula de Triennali possessore.*
14 *Sequestrationem beneficij turbans, amittit ius quod in eo habet.* 15 *Intrusus ius suum amittit.*
16 *Alienans immobilia suæ Ecclesiæ temerè, illa priuatur ipso iure.*
17 *Commenda beneficij data ab Episcopo & data à sum. Pontifice quando expiret.*
18 *Ingressu & professione religionis beneficiati, vacant ipso iure eius beneficia.*

1 Beneficia rursum vacare, & pro hoc amitti dicuntur; aut ipso iure tantum; aut ipso facto tantum; aut ipso iure & facto simul; aut p sẽtentiá. Ipso iure vacare dicitur, quádo possessor amittit ius beneficij vel eo priuatur, ita vt possit alteri cõferri quãq de facto

possessionem detineat.c.licet Eps, in 2.de præb.in 6.c. cum nostris,de Concess.preb.Ipso iure & solo aliquid fieri dicitur,quãdo sine hominis ministerio,auctoritate legis,& sine sententia fit.Gl.in l.iubemus,§.œconomus,ad verbũ,*priuetur*,C.de Sacrosãct.Eccl.&sine alia admonitione q̃ legis,l.magnam,de Contrah.& cõmi. stip.C.Porrò ipso iure tantũ beneficiũ vacare dicetur, vel ex quasi maleficio, seu sine maleficio:vel ex maleficio possessoris. Ex quasi maleficio, quandoquidem ob crimẽ aliquod nominatum non inducitur priuatio,sed ob alia q̃ culpã,vel aliq̃ speciẽ maleficij habẽt, iuxta 1.de Obl.quæ ex quasi delict.nascun.vt cõtrà,ex maleficio inducetur ob crimen aliquod nominatum, l.ex maleficio,4.de Obligat.& action.

2 Ipso iure sine delictu vel sine crimine psonę,vacare dicemus beneficiũ, primũ quãdo possessor beneficij,alterius de nouo collati nãciscitur possessionem, q non potest possideri cum iam possesso sine dispensatione,nam adeptione incõpatibilis vacat primũ, c. cum nostris,de Cõcess.pręb.ca. cum in cunctis,7.§.1.de Elect.c.1.&fi.de Offi.Vicar.c.cõstitutus,de filiis presby.c.de multa,de Pręb.c.cum singula,eod.tit.in 6.c.si plures,eo.tit.in Cle.q maximè obtinuit postConciliũ Lateranẽse,quo in d.c.multa,phibita pluralitas,&inducta vacatio prioris,olim non ita,sed dabatur optio possessori retinendi q voluisset ex duob. incompatibilib. si imposita esset necessitas alterum relinquẽdi. c.eam te,de ętat.& qual.&ibi sic explicant Io.And.& Pan. eoq; modo intelligenda optio in c.referente,de pręb.Hodiè tamẽ & dabitur electio alterutrum retinendi, si conferantur simul à diuersis eodem tẽpore duo vel plura beneficia, vt ait Pan. ad d.c. de multa, nu.11.de pręb.Ponitur porrò istiusmodi prioris vacationis ipso iure resolutio aperta, in c. licet Eps,27.de pręb.in 6.cuius verba: *Licet Eps beneficiũ q cũ animarũ cura tenebas(postq̃ aliud accepisti cõsimile. ac ipsius possessionẽ pacificã habuisti,vel per te stetit quominus haberes eandẽ) possit alteri de iure cõferre,illũ tamen cui cõtuleris non debebis,ne non vocato,cùm forsan possis ius tibi cõpetere retinendi, in possessionẽ ipsius inducere corporalẽ:* ex quib.nota,ipso iure vacare beneficiũ.q possit conferri: non antẽ de facto, cum possessio ab alio retinetur. Nam collatio quæ est donatio iuris,q est in potestate collatoris, non exigit vocationẽ eius qui eõ iure priuatur.Quẽadmodum non obstante q quis rẽ meã de facto detineat, eo nõ vocato possũ de ea disponere, & ius q in ea habeo,in alium transferre,l.qui potest,26.de reg.iur.toto tit.de hæred.vel act.vend.l.qui tabernas,de contrah. empt. ff.c.venerabilis,de præb. At aliter in possessione corporali statuendum,quæ adimi cuipiam requirit inuito sine causę cognitione,l. extat.Quod metus caus.l.si quis in tantum,C.vnde vi: quia qui possidet,videtur quodãmodo cũ titulo possidere,quãuis iniusto. c.volumus,16.q. 4.nec itaq; possessio beneficij beneficiato nisi vocato & audito, adimetur,in c.cũ nostris, de concess.pręb.c.2.Causa poss.c.in literis, de restit. spol.imò pro possessore interimerit pręsumptio iuris, quãdiu de iure actoris non constiterit,l.fi.C.de rei vendi.&si puisus alio potissimũ possessore, vellet ppria authoritate ingredi possessionẽ,tanquam intrusus iure suo priuaretur,c.eum qui, de præb.in 6.Idcirco debebit iudiciali formalia experiri contra possessorem vocatum, vt sibi tradat possessionem,l.fi.Si per vim vel alio mod.&c.C.

3 Possessori aũt exceptio vel defensio nõ erit denegãda:cũ possit eam possessionẽ plurib. modis duorũ beneficiorũ,vel iuris sui causam tutari, veluti si excipiat ius sibi p dispensationẽ esse possidendi vtrũque beneficiũ, vt c.si gratiosè, de rescr.in 6.c.de multa.de præb.vel si ad tẽpus concessũ fuerit vt possit possidere fructus prioris.ca.non pote 21.de præb. vel quod habeat vnum beneficium in commendam,aliud in titulum,ca.qui plures,21.q.1.vel quod fructus possessionis tanquam commẽdatarius cõmissus per Episcop. possideat,c.nemo deinceps,de elec.in 6.potest&beneficiatus de nouo prouisus, retinere possessionem primi pro expẽsis in eum factis,ca.quicunq; 12.q.4.vel si superior secundi beneficij prouisionem noluerit cõfirmare,vel noluerit ratam habere acceptionem per eum factam,& illum ad primam Eccl.reuocet.ca.admonet,de renunt.& ibi Pan.n.11.&ad c.de multa,n.15. de præb.nisi ad secundum transierit ex licentia superioris ratũ habentis aut expressè, tacitè, tacendo per sex menses. Possunt & alię rationes coniungi, ob quas etiam qui habet ius confirmatio. elect.nõ debet celeriter electionem confirmare electione non facta ex concordia, vbi est competitor, & nisi eo vocato cum peremptoria dilatione,c.fi.de Elect.in Sext.

4 Secundò, vocat beneficium ipso iure extra maleficium per coniugium clerici qui beneficium possidet,c.1.& 3.de Cleri.coniugat.c.diuersis fallaciis, 5.eo. tit. vbi tamen mandatur, vt priuentur beneficiis qui vxores acceperint, quib. verbis videretur dicendum, non ipso iure,sed per sententiam clericos vxorem ducentes spoliandos esse beneficio:nisi dicamus cum gl. ad dict.c.1.ad verbum,*relinquenda*,de Cleric.coniuga. iussionem illam referri ad priuationem detẽtionis de facto,vacare tamen nihilominus ipso iure.Sicq; & intelligendũm, c.cum decorem,8.eo.ti.dum dicitur cõiugatis beneficium conferri non posse,et si habeant adimendum.Et eo casu possessionis priuatio fit per ordinarium,nisi ipse ordinarius clerico coniugato contulisset beneficium: tũnc enim quod ipse malè egit, non poterit emendare: sed facienda erit priuatio per superiorẽ Epi,d.c.diuersis fallaciis.His tamen videtur resistere vnum c.Ioan. 7. de Cleri.coniug.dum statuitur clericum coniugatum non esse molestandum, si non deferat clericalem tonsuram,dummodò nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum, ex quibus videtur concludendum clericum tonsuratum, quamuis habeat vxorem,dummodò tonsuram deferat, posse habere beneficium Ecclesiasticum: sed respondet ibi gl. per verba,*beneficium Ecclesiasticum*, intelligi posse stipendium ex Ecclesia ob officium gestum à clerico, quodve clericus vxoratus potest gerere, non autem de beneficio q datur in titulũ. Possemus & dicere,olim clericos vxoratos habuisse beneficia Ecclesiastica etiã in titulũ, si perpetuam voluissent castitatẽ, & essent virginis vnius mariti singulares, vt in c.sanè,2.de Cleri.coniug.&si ordinati essẽt cõsensu vxorũ ex Cõcilio Agathen.c.17.c.Eps Benedicti,6.§.1.-7.dist. Eo modo in c.sanè si coniugati,6.de Conuersion. coniug.li.3. ti.32.potest clericus cõiugatus eligi in Epm, si vxor eius prius professa votum castitatis factũ sibi velamen imponat,& religiosam vestem assumat. Hoc modo etiam in c.11.omnino,31.dist.constitutum,nõ licere Epo abiicere à cura propria & alimentorum eius vxorem. Clerici in minoribus ordinibus Ecclesiasticis cõstituti,infrà subdiaconatum possunt vxores ducere: & si beneficia habent,ea tenẽtur relinquere & vxores retinere.dict.c.1.de Cleri. Matrimonium dicitur per cõsensum,& verba de præsenti,c.tuæ fraternitati, 25. & c.fi.de Spons.Idipsum dicitur, si sponsalia per clericũ contracta fuerint per verba de præsenti, etiã nuptiis non celebratis, quia illa sponsalia matrimonium faciunt. Gloss. ad cap. vnic. ad verbum,*clericalibus*, de Cleric.coniuga.in Sext. Aufr. decis.capellæ Tholosan.r 239.Panorm.ad cap.1. de Cleric. coniuga.numer. 5.gloss. & interpretes ad cap. gratiæ, de rescrpt.in Clem.vbi & gloss.ad verbum,*resignantes*,notat singulare; Quòd si clericus cõtraxerit matrimonium,quod postea dissolutum fuerit per ingressum religionis vxoris non cognitæ, iuxta c.ex publico, & c. quorundam,de Conuersion. coniug. amittere nihilominus

ipso iure

ipso iure beneficium,quod & firmat & tradit obtinere Pan.ad c.1.de cler.coniug.n.6. si post matrimoniũ cõtractũ vxo intrauerit religionem,idq; sum si dissolua tur,postea,q; vxor inueniatur consanguinea.semel .n. p contractũ matrimonij extinctum fuit ius quod habebat contrahens in ipso beneficio,quod ideo vacat, nec reuiuiscit,licèt cesset posteà causa extinguens,c. q̃ periculosũ,8.7.q.1.c.quæris,de consect.dist.4.& gratia semel perempta nõ reuiuiscit,licèt res reuertatur in pristinũ statum,submota causa ex qua iam inducta peremptõ,d.c.gratiæ,de rescr.in Cle. cum etiam qui cõtraxit matrimoniũ de facto,videatur ex eo renuntiasse iure beneficij , cum renuntiatio iuris fiat, per factum actum contrarium iudi.c.ex ore,de his quæ fiũt à maio. parte capitul. vbi in Gl.fi.Iura similia plura. citantur.facit & l.1.de iure domi.impetra.C.

5 Et in his ferè omnes cõueniunt,dũ agitur de clerico beneficiato vxoré ducente existente in minorib. ordinib.cũ vxorem,retinere cogatur. At nõ ita facilius quęstio,nũ si clerici beneficiati in maiorib. ordinibus cõstituti, putà si subdiaconi,diaconi, presbyteri,si vxoré de facto duxerint, cũ eas iure nõ possint retinere,sed cogantur relinquere, priuentur beneficiis,& ita nunc vacẽt ipso iure.In qua quæstione diuersæ etiam sunt & penitus contrariæ sententiæ, quas refert Stephanus Aufret.in decis.139.capellę Tholos.& Pan.ad c. 1.n.8.& ibi Henric.Bohic.& Io.And.de Cler.coniugatis, putant ipso iure etiam hos clericos in sacris ordinib. constitutos,priuari beneficiis,ideoq; ipso iure vacare. consentit gl.ad §.& nihilominus,ad verb.*dispensatum*, de concubin.in Pragm.sanct. Si enim,inquiunt,qui licitè contrahunt matrimonium in inferiorib. ordinib. constituti,priuantur beneficiis : multò magis qui illicitè in maiorib.exist ẽtes, ne melioris cõditionis videatur illicitè agẽtes,q̃ qui licitè agunt:quod esse nõ debet,c.nuper,de Biga.c.cum qui,de Præb.in 6. Alia tatio , quòd in maiorib.ordinib. constitutus,videtur tacitè renunciasse beneficio p matrimoniũ , veluti per actũ contrarium constituti , & quantũ ad illũ ptinet, videtur habuisse beneficiũ ,p derelicto,c.ex transmissa,de re nunciat.idq; à simili ,pbatur,ex c.eum qui, de præb.in 6. dum quis adeptione secundi beneficij priuatur primo,quáuis & secundo priuetur per intrusionem. Et rursum in c.quanto de Translat. Episcop.Eps qui propria authoritate à sua Ecclesia in aliá se transtulit priuatur propria & ea quã ambiuit. Atque hanc sententiam puta vetiorem d.gl. d. Pragmaticę sanctionis:consentit gl.ad c.1.ad verbum,*relinquenda*,de Cleri.coniug.& in Innoc.V.Conc.Rom.c.5.& in c.2.decernimus,28.dist. *Decernimus* (inquit) *vt qui in ordine subdiaconatus & suprà, vxores duxerint aut cõcubinas habuerint,officio atque eos*(inquit)*beneficio careant*, & iterũ in c.eos 32.dist. *Ecclesiastico qui post subdiaconatum vxorib.va care volunt , ab omni sacro ordine remouemus, officioq; ac beneficio carere decernimus. Quod si ab Epis cõmoniti nõ se correxerint , principib. indulgemus licentiá,vt eorũ fœminas mãcipet seruituti si vero Epi cõsenserint,eorum prauitatib.ipsi officij interdictione priuentur*: quod sumptũ ex Cõcilio sub Vrbano 2. ad Melphiam habito.c.13. Perpendi ,p eadẽ sententia posset ca.sanè sacerdotes,4.de cleri.coniug.dum ait, *sanè sacerdotes illi qui nuptias contrahũt,quæ non nuptiæ , sed contubernia sunt potius nuncupanda ; post longã pœnitentiam,& vitam laudabilem continentes,officio suo restitui poterũt, & ex indulgentia Epi sui indulgentiam habere* : verba quippe,*restitui poterunt* , indicant priuationẽ præcessisse : facit insuper quod presbyteri qui nuptias attentantex hoc facto, incidunt in suspicionem hæreseos, vt scribit Diaz in praxi Canonum criminali,c.74.post Ioannem Lapũ ad Rubricã,de dona.inter vir.& vxor. Simancas in Catholicis institution.c.4. statutúmq; est presbyteros de facto matrimoniũ contrahentes, deponẽdos,c.presbyt. 28.d.etseq; irregulares,vt neq; in minorib. ordinib. susceptis ministrare possint , nec ad maiores possint subdiaconi conscendere sine dispensatione,c.1.& 2. Qui cleric.vel vouẽtes matrimonium cõtrahere possunt. Alij dicunt per matrimonij contractum , ipso iure non priuari beneficio in maiorib. ordinib. cõstitutũ:verum per sententiam priuãdum, & ideo ante priuationem teũ huius matrimonij posse tenuciare beneficiũ,& ita iudicatũ in Senatu Parisiẽsi in causa renunciationis Ioãnis Panfficis , refert Papus in secunda parte notariorũ lib.8.pag.565. Io.And. eius videtur sentẽtię,quę mihi humanior & maior videtur,& sic etiá explicati iura pro alia sentẽtia adducta possunt,sicq; cogitur distinguere Pan.ad c.1.nu.7. de cler.cõiug.dum disputat ,'an promotus ad subdiaconatum & vltra,amittat ipso iure beneficia per matrimoniũ,proq; cõcordia glossarũ , & Io.And.ad c.Io. de Cleri.coniug. Quandoq;inquit matrimoniũ nõ tanet ex defectu cõsensus,vt quia clericus erat furiosus quo casu eius beneficia non vacát:quia non peccauit furiosus, nec matrimonium contrahere potest.c.dilectus filius,24.de Spõs.& matt.c.neque furiosus,32.q.7. Quandoq; matrimonium non tenet ex defectu ætatis spõsę,& idẽ dicendũ, quia illud matrimonium habetur ,p spõsalib.de futuro.c.1. de spõs.in 6.c.fi.de despõsat.impub. Quandoq;nõ tenet ,ppter ordinẽ sactũ,& tunc Io.And.ait,nõ priuatum ipso iure beneficiis, sed priuandũ per sententiá,quia cogitur vxorẽ dimittere in Ecclesia Occidẽtali,si ab Orientali in hoc differt:& presbyteri Orientales inueniũtur & feruntur vxorati. Quia Orientalis Ecclesia nõ acceptauerit võtum castitatis, vt habetur in Synodo 6. Nicena ca.11.c. Nicena Synodus,31. & seq.quoniã in Romani ordinatione canonis,31.dist. Socrat.li.2.historiæ Tripartitæ c.14. Sozomenes li.1.c.22. Nicephorus Calix.lib. 8.19. Explicat Gl.in c.diaconi.28.dist. vbi dicitur in Ecclesia Oriẽtali & Occidentali licitẽ contrahi matrimoniũ à constitutis in minorib.ordinib.c.si quis eorũ,32.dist.A cõstitutis verò in superiorib.scilicet in subdiaconatu & supra:nunquã licuisse contrahere matrimonium, etiam à tẽpore Apostolorum. Differentiá autẽ esse inter Orientales & Occidentales clericos in sacris constitutos, q Orientales si cõttaxerint ante susceptionem ordinis sacri,possint vti licitè matrimonio iá cõtracto;sed vlterius non possint contrahere , si illorum vxor moreretur:Occidentales autem etsi ante susceptionem ordinis sacri contraxissent, non possint vti matrimonio iá contracto licitè:de quo per totá dist. 31. apud Gratia. quod interdictum à tẽpore Innoc.& Syricij Pap. qui continentiá ita indixerunt diaconis,c.proposuisti, & c.plurimos,82.dist. Antea nãmq; poterant Occidẽtales sicut Oriẽtales vti matrimonio in sacris cõstituti,contracto ante ordinationem Subdiaconis , etiam quantũ ptinet ad vsum matrimonij iam ante ordinationem contracti,continentiam indixit, vt se abstinerent ab vxorib. Grego.sum.Pont.c.ante triennium, 31. dist. Sicq; putant intelligi dictũ Stephani Papæ in c.aliter.14.c.a.31.dist.dum ait,Sacerdotes & diaconi Orientalium in matrimonio copulantur, id est,copulato vtuntur, & ita etiam tradit Antonius Florent.in 1.parte Historiæ,ti.9.c.1.§.1.sic Nicolaus ad Consulta. Bulgarorum, c.40. vtrum presbyterum habentem vxorẽ sustentare & honorate deberent,respondit,debere, & esse ferendũ, eò quòd tunc Bulgari habeant à Græcia & Arameis sacerdotes , antequam à sede Romana prælatos accepissent.

6 Sed quid dicamus de cõcubinariis publicis vidẽdũ, nũ ipso iure priuentur beneficiis , vt confestim possint sine alia admonitione , & illis non vocatis. Et vt breuiter absoluamus,arbitor cõtra eos ordinario iudicio seu extraordinario cõtẽdẽdũ , vt per sentẽtiá illis priuari debeat anteq̃ vacare cẽseantur. Monendus ergo

primũ concubinarius, vt ab hac impudica vita desistat, &si cõtumax sit, ꝑ sentẽtiã deponẽdus priuãdúsve erit, vt incorrigibilis & insanabilis, §. nec nõ & huiusmodi, de Publicis cõcubinariis, in Prag. sãct. vbi & pœnę aliç. Quia verò monitio requiritur, ideo nõ ipso iure, sed ꝑ sententiã inducitur priuatio. Triplex aũt ad verã contumaciã monitio requiritur, c. de illicita, 24. q. 3. sacro, c. contingit, de sent. excom. vel vna peremptoria ꝓ omnib. potissimũ in notoriis, l. nonnũquã, de indi. l. tres denunciationes, C. quõ & quando iudex, vt in quęstione publici cõcubinarij, & in c. cum sit, de appell. c. constitutionẽ, de Sent. excom. in 6. Siquidẽ si occulti essent cõcubinarij, nõ sufficeret vna monitio ad priuationẽ beneficij, nec sufficeret generaliter monere, vt clerici abiiciant cõcubinas, nisi nominatim illis, vt hoc faciant, insinuetur, Glo. ad d. §. nec non, sic vt qui priuilegio clericãdi priuandi sũt, debẽt nominatim & ter prius moneri, vt se corrigant, Cle. 1. de vita & honesta. cler. vt & quando ꝓceditur ꝑ modũ contumaciæ ad criminis vindictam in aliis, fieri ita expedit. prout Gl. & Doctores notant ad c. vestra, de cohab. cleric. & mulier. Neq; occulto cõcubinario põt imponi pœna à iudice; verum ipse in sua conscientia scire debet, ad celebrandũ accedere sibi non licere, & se haberi apud Deũ ꝓ deposito seu suspẽso ab officio, donec dignè fuerit confessus & pœnituerit, c. fi. 33. dist. Si tamen Cõcubinatus ita esset notus & manifestus, vt nulla tergiuersatione dissimulari possit sine scandalo, poterit Epũs sine alia monitione vti depositione, c. decernimus, 28. dist. c. qualiter, 2. de accus. idq; de rigore iuris & interueniẽte scandalo, c. non debet, 30. q. 1. diúq; contumacitar continuato delicto, c. 1. de cleri. peregr. c. presbyter, 81. dist. quemadmodũ & concubinę ipsę nolẽtes relinquere clericos, excõmunicandę, c. si concubinæ, 55. de sent. excom. Obseruandũ tamen, postremũ quodãmodo fuisse publicorũ concubinariorum remediũ: nã non statim ad illud ꝑueniebatur: sic. n. statutũ fuerat, vt clerici tenentes concubinas moniti, si reliquissent, excõmunicarẽtur: dehinc cõtumaces, ab officio & beneficio suspenderentur; postremò nõ resipiscẽtes priuarẽtur & deponerentur, c. 3. 4. 6. de cohab. cleri. & mulier. ꝓhibita etiã cõfabulatione cũ suspecta, aliter nõ abstinente excõmunicato, c. 2. eo. ti. neq; rigor etiã nũc omnino sequendus, eò q; defectus nostrorum tẽporum, quib. non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtius in omnibus nõ patitur remanere censuram, c. 7. fraternitatis tuæ, 34. dist.

7 Cõcubinarius hîc dicetur ꝓpriè, q solutã mulierẽ & corruptã, nulláq; sibi ꝓpinquitate sanguinis vel spiritualitatis vinculo coniunctã, domi vel alibi detinet, & cum ea cõmiscetur. Alioquin si cõmisceatur cũ maritata, dicetur nõ cõcubinatus, sed adulterium; cũ virgine, stuprũ: cum proxima, vel consanguinea, incestus: c. lex illa, §. cum ergo, 36. qu. 1. Dicuntur & publici concubinarij, qui mulierem de incontinentia suspectã & diffamatã tenẽt, & ꝑ superiorẽ suũ admoniti ipsã cum effectu non dimittunt, §. publici aũt concubinarij, de public. concubinariis, in Concordatis. Atque in Concilio Basiliensi sessio. 20. publici concubinarij intelligendi sunt, non solum hi, quorum concubinatus ꝑ sententiã, aut ꝑ confessionem, in iure factam, seu ꝑ rei euidentiã, q̃ nulla possit tergiuersatione celari notorius est: sed & multò magis ij, concubinarij erũt publici, q penes se habentes concubinam, tanq̃ vxorem nutriunt, publicéq; filios vt veri patres nutriunt; talésq; nominãt impudẽter, à quib. tunc omninò abstinendum censet Bernard. Diaz, in practica criminali canonũ, c. 73. ita quod nõ sit licitũ (inquit) ab illis audire diuina, quãuis nulla non sit monitio superioris: eò q; talis sit suspensus ab officio & beneficio, vt si celebret incurrat irregularitatem: q; colligit ex Pan. ad c. vestra, da cohab. cleri. vel muli. vbi & textus hoc ipsũ ait cum distinctione, vt quandiu occultus est concubinarius, vel toleratur, non depositus, possit Missa ab eo audiri, & sacramenta sine scrupulo ab illo accipi, q̃ non habent vim à ministri ꝑsona, sed ab ordine eius & verbis Dei à ministro ꝓlatis. Contrariũ si notus & manifestus asset concubinarius, vel dãnatus: nã nemo debet ab eo audire Missam; non q; potestatẽ consecrãdi ideo habere nõ dicatur: sed vt ita contẽptus, à peccato resipiscat: eò ꝑtinet c. nullus Missã audiat, 5. & c. præter hęc aũt p̃cipimus, 6. 32. dist. & Glossa in dicto c. nullus ait. Illud tenendũ ꝓ certo, q; si cõcubinarius sit notorius, siue ꝑ sententiã, siue ꝑ confessionem, siue per rei euidentiã, quod debeat euitari. In Cõcilio Trid. sess. 24. c. 8. de reform. positę sunt generaliter pœnæ cõtra cõcubinarios, laicos & clericos: & sess. 25. c. 14. de refor. relatę contra clericos, q̃ à canonib. imponuntur, vt si à superiorib. moniti nõ se abstinuerint, si beneficia habent tertia parte obuentionũ & ꝓuentuũ fructuum priuentur, q̃ fabricę Eccl. vel alteri ꝓ loco arbitrio Epĩ applicẽtur: si perseuerauerint, secundę monitioni nõ parentes, fructib. omnib. priueotur, p̃dictis locis addicendis; à beneficiorũ administratione auulsi, quãdiu voluerit ordinarius Epũs. Et si ita suspensi adhuc non obediant, ꝑpetò ab officiis & beneficiis amoueantur & priuentur, inhabilésq; sint ad officia & benefica Ecclesiastica, donec se emendauerint, & cum illis dispensatũ fuerit à superiore. Inhibetur aũt hæc cognitio Archip̃sbyteris & Archidiaco. ea solummodò permissa Epis. Quòd si beneficia isti concubinarij non habeant, nec pensiones Ecclesiasticas iussũ in eodem Cõcilio, iuxta delicti qualitatẽ & ꝑseuerantiã, vt ab Epõ carceris pœna, vel suspensione ab ordine vel inhabilitate puniãtur; aliisve modis iuxta sacros canones, veluti ꝑ sentẽtiam excõmunicationis, vel aliter. Immunditia & scandalũ cõcubinatus, sine pœna in puritate Ecclesiastica locum habere nõ debet; cum & inter laicos sit improbatus ex lege diuina: *non mœchaberis*, c. meretrices, 32. q. 4. c. pœnale, 14. q. 5. quo p̃cepto oẽs cuiuscũq; generis & qualitatis sint, cõtinentur. Imò multò magis sacerdotes & ꝑsonæ Ecclesiasticæ, q̃ lumen dicũtur mundi, c. sacerdotes, 92. dist. & mente & corpore debent esse mundi, c. necesse 1. q. 1. c. in grauib. cum 2. seq. 3. q. 7. quia magnum incõueniens dicitur sacerdotem corpus Domini cõsecrantem, esse immundũ, c. sacrosancta, & seq. 1. q. 1. vita clericorum bono debet exẽplo esse laicis, c. qualis, 8. q. 1. c. beatus, 6. q. 1. Prohibuit Leo Imperator omninò omnib. concubinas Nou. 91. tanquam religioni & morib. Christianis & naturæ cõtrarium. Videnda q̃ de hac ꝓhibitione diximus li. 10. Synt. iuris vniuersi, c. 1. & de meretricib. c. 2. Affines enim sunt meratrices & concubinæ, eo excepto quod creditur peccare cõcubina cum vno: meretrix, cum multis, vt notat Balsamon ad c. 26. Epist. Basilij ad Amphiloginm: verum de his hactenus & de secundo modo vacandi ipso iure.

8 Tertiò, igitur dicemus vacare ipso iure extra crimen beneficia, nulla monitione p̃cedente, ꝑ non promotionẽ ad sacerdotium intra annũ, à die, adepti regiminis seu adeptæ pacificæ possessionis, vel à die quo stetit per ipsum quominus adipisceretur, si beneficium parochialis Ecclasia sit, vel si egeat sacerdote, c. licèt can. 14. & c. commissa, 35. de elect. in 6. quod & locum babet in vicarus ꝑpetuis, in Cle. vnica. de offi. Vic. li. 1. ti. 7. Quod ex iure nouo Pontificio decisũ fuisse quidẽ arbitrantur, cum antea, vt aiunt, non priuaretur ꝑ non promotionem, ipso iure beneficio prouisus nisi necessitas Ecclesiæ vrgeret, & admonitus esset ꝓuisus à superiore, vt ad presbyteratum, diaconatum, vel subdiacona. vel alium ordinem Ecclesiasticũ se ꝓmoueri curare quo egeret beneficium, & id facere cum posset, noluisset: nam tunc tãtum priuari poterat officio vel beneficio; c. cum in cunctis, 7. §. inferiora, de elec. Quanquam & gl. ad c. licèt canõ, ad verbum,

bum,*priuatus*,dicat eam decretalem remanere incorrectam hodiè. Quòd si verum erit,dicendum est tempus c.licèt canon,habere locũ in priuatione,& vacatione iuris sine admonitione, quando tempus lapsum est.At §.inferiora,habere locum, quãdo intra tempus annuum Ecclesię necessitas suadet habere sacerdotẽ: quo casu non ipso iure p non ꝓmotionem intra annũ, sed tantum post admonitionem , causa cognita induceretur tantum per sententiam priuatio , cum & necessitas Ecclesię possit efficere,vt non obstante priuilegio de non residendo,absentes reuocẽtur ad Ecclesiam,c.penult.de cleri.non resid.Simile adduci potest in argumẽtum, quod de aditione hęreditatis dicitur, dati à lege tempus hæredib. ad delibetandum,nũ repudiare vel adire velint,& si nemo illos intetpellet vsque ad triginta annos si extranei sint hæredes,& si sui, vsq; ad 60.l.licèt incõtinenti,8.de iure delib.Aliquãdo tamen breuius tẽpus definiri posse à iudice,intetpellantib.creditorib.num velint adire hęredes vel repudiare,idq; breuius intra quod respondete teneantur, l.si curatoris quõdam C.de iur.delib.li.6.C.ti.30.Multa etiam accidera possũt q̃ celeritatẽ desiderant , nec patiuntur,longiorem dilationem, quorũ aliqua enumeratGl.ad c.fi.ad verb.*celeritate*,de elec.in 6.& Iurisc. in l.1.§.fi.&l.2.&3.de Ferus,li.2.ff.ti.12. Eò ꝑtinent,c.1.c. quæris,6.de ęta.& qual.ord.c.iniuriã,60.d.c.fi.de offi. Vicarij : in quib. põt quis cogi p subtractionem beneficiorum,promoueri ad ptesbyteratum,&alios Ecclesiasticorũ otdines , si qua sit causa p quam nõ possit ꝓmoueti,alteri debet dari beneficiũ.Et Gl.ad Cle. vni.ad verbum,*promoueri*,&ibi Pan.deOffi.Vic.ttadũt pœnam,c.fi.de offi.Vic.non esse sublatam per dictam Cle. vnic.aut pet c.licet canon, de elect.in 6.Id est,inquitGlo.quod etiam intra annum ptiuari possint,qui moniti nõ se promouetint ad sacetdotium.Cæterum cum dubitem, nũ iudex possit abbreuiare terminum seu beneficium temporis à iure cõcessum ad promotionẽ faciendam,quòd iudex non sit supta legem,sed secundum eam iudicate debeat,l.nemo.de sent.& interlo.omnium iud. c.1. de constit.cum simil.vt executor iuris, l.2. post originem,de orig.iut.ff.c.ꝑ tuas,40. de sent. excomm. dubito quoq;,num ordinarius ante annum tempus possit beneficiatum ad ordinationem sacerdotij cõpellere. Quocirca si velimus vitare correctionem iurium dicẽdum erit,iuxta Gl.ad d.c. licet canõ,ad verb.*priuatus*, ꝙ quando agitur de beneficio sacerdotali,post annũ per non promotionem sine alia admonitione ipso iure vacat beneficium, d.c.licèt canon. Si verò agatut de aliis beneficiis non sacetdotalib.vel non parochialib.si habeant certum ordinẽ annexum, non induci vacationem per non promotionẽ etiam post annum sine admonitione & sentẽtia:quẽadmodũ, inquit, dũ de Ep̃atu agitur, ad negligẽtiam arguendam sine alia monitione,sufficit tempus à canonib.constitutum,c.1.circa finẽ,100.dist.sed nec mihi hoc placet diffugium,eò ꝙ §.inferiora,c.cum in cunctis, loquatur etiam de beneficiis curam animarũ annexam habentibus.ideò melius (vt opinor) dicemus cum principioGlossę d.c.licẽt canon, ad verbum, *priuatus* , olim factam fuisse tãrum priuationem beneficij habentis curam animarum , pet sententiam tantũ ob non promotionem iniunctam.Nunc verò post annum & non ante,ipso iure per non promotionem induci vacationem ex Concilio Lugdunensi in d.c.licèt canon. Quod & expressè mihi videtur cautum in eodẽ Concilio in c.commissa,35.eo.ti.in 6.de elec. p illa verba,*Commissa tibi parochialis Ecclesia , quantũ tantundẽ de anno trãsieris.quod infra ipsũ nequeas iuxta statutũ generalis Cõcilij Lugdunensis ad sacerdotiũ ꝓmoueri,nõ est, nisi tũc demum cum ex toto fuerit ipse annus elapsus cẽsenda vacare, nec potest antea alteri te nolente cõferri*, verba quippe ibi notanda sunt. *Quanquã tantũdem*, *&c.* quæ adimunt potestatem conferendi ordinariis per non promononem, quamuis constet ex anno dato ad promotionem ita exiguum tempus superesse, vt non possit ꝓmoueri.Ratio erit, ꝙ licet certũ sit cõditionem exituram,tamen expectandum est, donec existat,l. huiusmodi legatum,13. Quãdo dies legat.ced.ff. li.36.ti.2.maximè in Pœnalib. & odiosis sanctionib.l.in illa stipulatione,&l.insulã,124.de verb.oblig.ff.in quibus,si stipulatus sum intra certum tempus mibi ędificari insulam,sub pœna,& tantũ ex illo tẽpore elapsũ fuerit,vt cõstet intra illud quod superest,nõ posse ædificari insulam, tamẽ agi non põt ad pœnã,nisi totũ tempus præterierit,quod ædificatum constitutũ fuit: quamuis agi posset ante diem,in quantum interest opus cœptum ꝑfectum nõ fuisse,&imperfectum relinquis; sic intelligendæ leges alioquin superioribus cõtrariæ , l. hoc iure, 10.l.si ita stipulatus esse,de vetb. obl.ff. Nisi dicamus cũ Speculatore in titulo de obligationib.&solutionib.versic.*quod si promisisti ante diẽ*: pœnam quidem committi,sed exigi non posse.

9 Potest&alia ratio dari cur ante anni integri lapsũ, nõ possit conferri beneficium per nõ promotionem, quod possit &die postremo dispẽsatio de non promouendo obtineri , vel à sum. Pont.vel ab Ep̃o,q potest dispensare vsq; ad septenniũ studiorum causa; dummodò prouisus promoueatur ad subdiaconatũ,& Vicariũ sui loco idoneum pręponat Ecclesiæ parochiali,ca.cum ex eo,34.de elect.in 6.Cle.vt hi qui,de ęta.& qual. Vide Concilium Trid.sess.7. de reform.c.11.& sessio.24.c.12.Sunt& subducenda ex anno vtili ad promouendum impedimenta legitima, quib. quis ptohibitus est sine culpa sua promoueri ad sacerdotium, dicto c.commissa 35.§.1.de elect.ibi , *rationabili causa cessante*,& ibi,*si promoueri iusto impedimento detentus, intra tempus non potuisti*:veluti si post impetrationem beneficij quod sacerdotium desiderat , intra annũ efficiatur sine culpa sua irregularis, ex quo non potuit promoueri,putà si casu,vel motbo amisit oculum,vel manum; nam tunc nec priuandus, nec compellãdus, c.cum in cunctis , §.hoc sanè,de elect.& ibi Gl. Aliter autem si culpa propria incidisset in talem itregularitatem,quo casu priuandus esset beneficio, vt nor.Gl. ad c.licèt canon,ad verbum,*priuatus* , de elect.in 6.Et sic putat intelligendum c.1.de æta.& qual.ord. Addit insuper dictaGlossa, eandem irregularitatem præcedentem impetrationem exprimi in impetratione debere,alioquin per eam non excusari à non promotione,quia eam tacere non debuit , c. quando, & c. fin. 24.dist.c.exposuisti,de corpore vitiatis, c.nisi cum pridem.§.personæ,de renunc. Posset etiam excusatio legitima esse promotionis non factæ , si prouisus non potuit adipisci possessionem pacificam : putà quia lis ei mota est,d.c.cõmissa,de elec.in 6.Itẽ vt ibi Gl.notat hęc verba,*Iusto impedimento* , si post possessionẽ adeptã pacificã,per totum annũ ægritudine detẽtus fuerit:vel si absẽs fuerit Ep̃s,&cõmendatarias literas habere nõ potuerit:si Ep̃s noluerit eũ ordinare: ob quas & similes iustas causas si propter nõ promotionẽ collatum fuetit alteti beneficium, excipiet nõ ptomotus ac iustè se defendet, eritque secunda collatio improbanda,per c.cum Bertholdus,18.de re iudica.

10 Porrò excusationem,quòd quis non curauerit se ptomoueri intra annum ad sacerdotium,propter litẽ motã admittimus:ne si presbyter factus cadens à lite & beneficio priuatus sit , cogatut mendicare in opprobrium cleri,cap.diaconi, 93.dist. litis enim dubius est euentus,l.quod debetur, de pecul.ff. oportet autẽ litem motam esse super titulo & iure beneficij. Nam de rebus beneficij mota , non videtur turbare titulũ, vt ideo minus pacificè dicatur possidere,quemadmodum & pacificus intelligendus possessor, si statim nõ fuerit passus controuersiam,vel posteà per vnum aut

duos mẽſes, vt ait Lapus per c. fraternitatis, de Frigid. & maleficia. & ad hoc vt pacifica adhunc effectũ q̃ſita dicatur poſſeſſio, ſufficit quod ſemel inceperit pacificè poſſidere, nec habetur ratio litis poſteà ei motæ, c. dudum, de elect. l. ex empto, de act. empt. ff. aliter facilè poſſet quis ſibi litẽ cõfingere aut certè facilius q̃ nũc fiat, cum doloſè ſupponuntur nnui impetrantes, non alia de cauſa quàm ſuſpendendę promotionis, vel piſcandi aliud pinguius beneficiũ, & ita dolo malo: quẽ forsã in aliis quis diceret bonũ dolum, ſi id agetetur vt euitaretur mala de ſupponẽte ſuſpicio, & bono animo, l. at qui natura, §. cum me, de neg. geſt. ff.

11 His obſeruatis reſoluemus, in sũma, beneficiũ tertio loco vacare ipſo iure per non ꝓmotionẽ intra annũ, beneficio requirẽte ſacerdotẽ, quare nec poſt annum, prouiſus poterit illud corã ordinatio renonciare, aut ꝑmutare, quia vacat: ideo in vim reſignationis nõ poterit ordinarius cõferre, nec vti clauſula collationis, *vel aliàs quouis modo vacet*, q̃ tamẽ adiici cũ poſſit ſolum à ſum. Pont. poterit & efficere in renũciatione permutatione coram eo facta, vt prouiſio ſuſtineatur, vt notat Rebuff. in practica beneficiorum, in formula ſignaturæ, & in titulo de Requiſitis in literia collationis. n. 16. per cap. 2. de pręb. in ſexto.

12 Quartò autẽ in cauſa electionis beneficium vacare poterit multipliciter: veluti primum, ſi electus intra menſem, à tempore electionis ei p̃ſentante, aut ſi intra tempus ſibi præſtitutũ, electioni non conſenſerit, vacat prælatura, c. ſi religioſus, de elect. c. q̃ ſit, de elect. in 6. niſi cõditionis eius ſit electi pſona, q̃ nõ poſſit præſtare cõſenſum ſine licentia ſuperioris, quo caſu longius templis concedendũ, in quo cõmodè poſſit per electores à ſuperiore conſentienti peti licentia, quo elapſo, electus iure priuatur, & poſſunt electores de nouo eligere, c. ſi electores, de elect. in Extrau. cõm. item ſecundò, ſi electus intra tres menſes poſt conſẽſum electioni pręſtitũ, nõ petierit confirmationẽ, priuatur iure quod habuit per electionẽ. c. q̃ ſit, de elec. in 6. Et tertiò vacabunt beneficia Ep̃i electi, poſt conſecrationem, aut poſt menſes datos ad conſecrationẽ obtinendam, c. cum in cunctis, §. cum verò, de elec. Suprà autem c. 24. dum ageremus de quinto modo vacandi apud ſedem Apoſtolicã, diſputatũ ab interpretibus, monuimus an vacatio potius à tempore adeptę poſſeſſionis pacificæ, q̃ à confirmatione fieret: ſed tamen in omnib. iſtis temporib. perẽptoriis excipienda erit cauſa iuſti impedimẽti q̃ excuſat. Impeditus enim non differt, c. quia diuerſitatem, de cõceſs. præb. ſic in Cle. 2. §. attendẽtes. §. ſtatuimus, de ſtat. monach. ſtatutum, vt ad ad regimen Abbatiarum aſſũptæ: in monaſteriis in quib. Abbatiſſę ſunt ſolitæ benedici, infra annũ à ſuæ cõfirmationis tempore computandũ, munus benedictionis ſuſcipiant: alioquin à iure ſuo, niſi ſit cauſa rationalis, prorſus ſe nouerint cecidiſſe, per illos ad quos id ptinet, prouiſione de Abbatiſſa monaſteriis ipſis canonicè facienda: notanda verba, *niſi ſit cauſa rationabilis*. Quemadmodum & electio Epiſcopi, quæ facienda eſt intra tres menſes, extenditur ex iuſto impedimẽto & cauſa vltra ad plures mẽſes, ſine periculo priuationis iuris electorum, c. ne pro defectu, 41. de elec. c. de Syracuſ. 28. & c. bene nouit, 61. diſt. poſſunt dici impedimenta ægritudo, viarum periculũ, bella, ſuperioris cauſa, Curiæ frequẽs mutatio; Gl. ad c. q̃ ſit, §. fi. ad verbũ, *impedimento*: lege quoq; impedimẽta excuſationẽ p̃bent poſita in l. 2. ſi quis cautio. ff. c. ſignificante. 6. de pig. c. cum parati, de appell. c. Ep̃s ad Synodũ, 18. diſt. Quartò, ſi electi ad regimen Eccleſiarum, ante confirmationem electionis de illis celebratæ, ſe ingerant adminiſtrationi Eccleſiarũ, vel eam ſibi cõmitti, tanquã procuratorib. ſeu œconomis procurauerunt per ſe vel per alium, pro parte, vel in totũ, iure ſi quod per electionem quæſitũ illis fuerit, eo ipſo priuati ſunt, c. auaritiæ, §. de elec. in 6. & ibi gl. ad verbum, *priuatos*, ait, olim fuiſſe priuatos ex eo caſu p ſententiã, hodiè verò ipſo iure. Ad cauſã electionis quoq; quinto loco ptinere videtur, quod dicitur in c. cupientes, 16. §. cæterũ, de elec. in 6. quod ſi electores electione facta per concordiam, vel in diſcordia intra octo dies poſtq̃ cõmodè poterunt, non præſentent electionem electis, qui culpabiles ex ipſis in hoc extiterint, omnib. beneficiis ſuis quæ in ipſa Eccleſia de cuius paſtoris electione agitur obtinent, per triennium continuũ ex tũ cinchoandũ, ipſo iure declarantur ſuſpẽſi: ad q̃ ſi intra illud tempus ſe propria temeritate vel alio quęſito colore ingeſſerint, ipſo iure illis perpetuo priuantur. Subinde qui opponit aliquid electióni factæ, vel appellat ab ea proponens aliquid cõtra formã electionis, vel cõtra pſonã electi, ſi deficiat in probatione, à beneficiis quę habet in Eccleſia de cuius electione agitur ſit per triennium ſuſpenſus, & ſi intra triennij tempus propria authoritate adminiſtrationi illorum ſe immiſcuerit, ipſo iure illis priuatur, in c. 1. §. fin. de elect. in ſex.

13 Beneficia ruſſus quinto loco, ipſo iure vacabunt abſq; delicto, q̃ quis de facto poſſideat, ſi illa ſine diſpẽſatione poſſideri nõ poſſint; q̃ tamẽ legitima oſtẽdi nõ poſſit nec eius titulus intra tempus exhibitioni cõſtitutũ ab ordinariis Ep̃is, quib. authoritatẽ Apoſtolica munus hoc de titulis & diſpẽſationib. inquirendi delegatũ eſt, quibuſq; ſi fidẽ nõ faciãt, ita vacare cenſẽtur beneficia, vt à collatorib. aliis cõferri poſſint, c. ordinarij locorũ, 3. de offi. ord. li. 1. 6. ti. 16. quia beneficium ſine canonica inſtitutione poſſideri non poteſt, c. 1. de iur. ſic non exhibita diſpẽſatione duo vel plura beneficia ab eodẽ poſſideri non poterũt, cũ pluralitas ſit iuribus inimica, c. quia nonnulli, de cleri. non reſid. tota 21. q. 1. cũ ſimilib. Hîc tamen erit obſeruãdũ ne poſſit obiici regula de pacificis poſſeſſorib. triennalibus. Quod cũ ſæpè diſputatum fuiſſet in Rota, tandẽ concluſum, regulam de Triennali poſſeſſore nõ moleſtando, habere locum in poſſidente duo beneficia curã animarũ habentia per triennium, & ſic in incõpatibilib. imò & in beneficio poſſeſſo à nõ ꝓmoto p trienniũ. & dãtur plures huius ſententiæ rationes p Ludonic. Gomeſiũ ad regulam de Triennali poſſeſſor. q. 10. ibiq; cõprobationes, & cõtrariorũ rationũ reiectiones, & Gl. antiqua ad eãdem d. regul. Cãcell. notat habere illam locũ in beneficio poſſeſſo, ꝙ alioquin ipſo iure vacaret, vel per ſentẽtiam priuationẽ facta: arg. l. in rebus, 4. §. fi. de precar. Ratio principalis eſt, quòd illa regula de Triennali poſſeſſore, excludit tantum duos caſus, in quibus locum non habet, nempe ſi per ſimoniam, vel intruſionem poſſeſſionem quis nactus ſit, & exceptiones in non exceptis firmant regulam, l. nam quod liquidè, de penn. lega. Deinceps & rationes quibus præſcribendi cauſa ſubnixa eſt, habent locum in incompatibilibus, & obtinent vim diſpenſationes, nempe vt lites finiantur, vt dicitur in dicta regula, & c. finem litibus de dolo & contumac. & l. properandum, C. de iud. Item ne dominia beneficiorum ſint ſub incerto, l. 1. de vſuc. ff. certique ſint proprij Paſtores, qui mercenariis à Deo præferuntur.

14 Sextò, vacat ipſo iure beneficium, & veluti ex quaſi delicto adimitur, ſi is qui litigat de ipſo ſequeſtratione de eo ſtatuta, ſequeſtrationem impedit, vel fructus ſequeſtratos quoq; modo præſũpſerit occupare: idq́ue vltra ſententiam excommunicationis in quam incidit; Clem. 1. de Sequeſtra. poſſeſſ.

15 Septimò, qui propria authoritate alio poſſidente, beneficij poſſeſſionem nactus fuerit, priuatur ipſo iure beneficio, c. eum qui, de præb. propter violẽtiam & vim l. extat. Quod met. cauſ. ff. cum ſimil. ibi nota. & ita etiam nominatim ſtatuit Franciſc. 1. rex Galliar. eius nominis, edicto lato 1539. artic. 60.

16 Octauò, est casus in ca. vn. ambitiosæ de reb. Eccl. non alie. in extrau. commun. vt qui alienat immobilia quomodocunque sui beneficij, sine authoritate sum. Pontific. vel superioris, censeatur ipso facto priuatus Ecclesia cuius bona alienauerit, quæ absque vlla alia declaratione vacare censetur vt possit à collationib. cõferri, & nihilominus alienata possint reuocari, Paulus Papa 2. cõstitutionẽ edidit hãc ann. Dominicę incarnationis 1468. Cal. Martij Pontificatus sui anno 4.

17 Nonò, beneficiũ datũ in commẽdã per Episcopũ, si Ecclesia parochialis post sex menses à commẽda, liberum est, & alij dari potest, quia commenda illa in vlterius tempus dari vni non potest, c. nemo deinceps de Elect. in Sex. Notandum tamen in hoc casu, ex defectu temporis commendæ Episcopalis, non propriè dici vacare Ecclesiam ex persona cõmendatarij, sed ex causa qua vacabat antequam commendaretur, quia hic cõmendatarius est tãquam procurator qui administrationem habet Ecclesiæ tantum, c. relatio, 21. q. 1. c. cũ nobis olim, 2. §. fi. de elect. Cõtrariũ tamẽ dicemus de commenda quæ datur à sum. Põtifice in perpetuũ hodiè & veluti in titulum; vnde & vero titulario æquiparatur commendatarius, vt docet Reb. in tract. de pacifi. possẽs. à n. 35. vsque ad 50. & gl. ad d. c. nemo deinceps, ad verb. *commendare*, de elect. in sext.

18 Decimò, per professionem regularis vitæ ipso iure vacat beneficium post annum probationis, postquã ingressus est beneficiatus religionem: & intra annum, etiamsi eo tempore expressè eius accedat assensus, i. si velit ex integro vitã mutare, & renũciauerit beneficio, vel expressè professionem fecerit seu scienter habitum professorum receperit; aliter non, nisi post annũ probationis professione facta: quo casu & tanquam vac. ns al j cõferri potest c. beneficium illius, 4. de regu. li. 3. Sexti. ti. 14. c. ex transmissa, de renunc. ca. 1. Gonsaldus, 17. q. 2. & habetur in reg. Cancellariæ 44.

## De vacatione Beneficiorũ ipso iure, inducta ex causa delicti possessoris: & de effectu vacationis ipso iure.

### Capvt XXVI.

1 *Quomodo per simoniam vacet beneficium ipso iure: & de triplici simonia, & de ea quæ non est commissa à possessore beneficij. (obtenta.*
2 *Num simoniacus amittat alia beneficia sine simonia*
3 *Num possint beneficia simoniacè impetrari, ante simoniam declaratam.*
4 *A laico beneficij inuestituram impetrasse, pro simonia & hæresi habitum.*
5 *Hæreticus quomodo ipso iure priuetur beneficio. (stico.*
6 *Schismaticus quõ ipso iure priuetur beneficio Ecclesia-*
7 *Homicida quando priuetur ipso iure suis beneficiis.*
8 *Occidens suæ Ecclesiæ rectorem, ipso iure priuatur beneficiis Ecclesiasticis: item si parentes occidat. (est.*
9 *Nõ autẽ si alios occidat, ipso iure priuatur, sed priuãdus*
10 *Cardinalem vel Episcopum persequens, vel consentiẽs persequentibus, ipso iure priuatur suis beneficiis, si animitè hoc agat.*
11 *Includens beneficiatum, & cogens eum beneficium suum renũciare, ipse quoque ipso iure suis priuatur.*
12 *Falsarij literarum Papæ, an beneficia vacẽt ipso iure.*
13 *Beneficium quod vacat ipso iure, est impetrabile.*
14 *Priuatus ipso iure beneficio nõ facit eius fructus suos.*
15 *Et amittit dispositionem beneficij.*
16 *Nec agit petitorio.*
17 *Neque beneficium quo quis ipso iure est priuatus, impetrabile est per mortem eiusdem.*

1 Expedita parte vacationis ipso iure extra delictum, videamus quomodo vacet beneficium ipso etiam iure per delictum. Quod pluribus modis potest accidere: primũ ex crimine simonię. deci. Tholo. c. pellæ 438. Fel. ad c. in nostra, de resc. quod olim non ipso iure, sed per sententiam inducebat priuationẽ, c. presbyter, 1. q. 1. ibi *Ecclesia priuetur*, c. 2. de cõces. præb. Hodiè beneficia simoniacè impetrata vacãt, & impetratio per simoniam obtẽta nulla est, nec collatio valet, ca. cùm detestabile, 2. de Simo. in Extrau. comm. Vt neque, inquit, prouisi possint fructus suos facere, sintque vltra excommunicati, nec possint absolui ab excõmunicatione ab alio quàm à summo Põt. nisi in solo mortis articulo, & teneantur ad fructuum restitutionem cum periculo animæ suæ perceptorum. Iubetur & in c. insinuatũ, 13. de Simo. vt si quis sit notoriè diffamatus habuisse simoniacum ad beneficiorum ingressũ, admatur ei beneficium (id est, possessio beneficij, cũ ius nullum habeat) si verò occulta sit simonia, ex qua tamẽ infamia laboret, debeat se purgare canonicè. Neque etiam iuuatur temporis præscriptione, qui habuit ingressũ per simoniã, per reg. Cãcel. de Triennali possessor. quia habet vitiosum ingressum, can. ordinationes, 113. & seq. sunt nõnulli, 1. q. 1. cũ pacta simoniaca, imò pretiũ, fauor, & obsequium, pro beneficio requiratur, ibidẽ, & in c. cum pridem. & fi. de Pact. c. constitutus, de transa. Intelligimus tamen hic de simonia reali nõ mentali, de ea quæ cõsistit in dando vel accipiẽdo, & sic sepè iudicatum fuisse in Rota tradit Ludou. Gomes, ad d. regu. de Triénn. posses. q. 12. verba. n. cum effectu intelligi debent, c. relatum, de cler. nõ res. d. Intelligetur quoq; de cõuẽtionali, seu de ea q̃ in promissione fit, vt eodem notat Gomes per eandem rationem quòd verba cum effectu intelligi debẽt, d. c. relatum, de cler. nõ resid. & l. si quando: de lega. 1. ff. Et cum æquiparantur dare & promittere pro beneficio, Pan. & Fel. ad c. tua nos, de Simo. sic vera putatur simonia realis, & conuentionalis, quæ maius crimen habent, quàm mentalis, quę per solam pœnitentiam, vt dicunt omnes, ad c. fi. de Simon. elui potest: quod & ibi textus probat. Quamuis. n. nomine simonię generali cõtinetur mentalis, cum reali & cõuentionali, d. c. sunt nonnulli, 1. q. 1. tamen propriè realis & conuentionalis [illegible] lum continentur, iuxta c. cum super, de confess. c. Matth. de Sim. Pano. ad c. cum clerici, de Pact. Neq; etiam solę preces in dubio emissæ, inducunt simoniam punibilem, c. tua, c. cum essent, de Simo. Quanquam in beneficialib. actus reciproci, *facio vt facias*, vel, *do vt facias*, inducunt simoniam, iuxta tradita per Corneũ, c. [illegible] & per interpretes ad c. pastoralis, de resc. & ita iudicatũ fuisse tradit Gomes in citato loco. Attamen singulare est quod notat idẽ Gomes in fi. q. 12. ad reg. Cancel. de Trienn. poss. q. illi qui sola cõuẽtione simoniam cõmittunt beneficio non sunt ipso iure priuati, sed priuandi per sententiam, nisi simonia realiter dando vel accipiendo committatur, vt latè probat Guillelmus Collectan. in collection. decisionum ti. de consti. dec. 5. Nec hic sequendus Pet. Ancha. dũ in consil. 197. ait, indistinctè simoniacũ non esse priuatum ipso iure beneficio, & consequenter habere titulum coloratum: vel intelligendus est loqui de simoniaco occulto, & quandiu occultus est, quia Ecclesia non iudicat de occultis, c. nobis, de sen. exc. c. vn. vt Ecclesiast. benef. sine dimin. confer. Paria. n. sunt secundum indicium exterius, non esse vel non apparere, l. in lege, de contr. empt. ff. ideò simoniacus eo modo quandiu occultus est, censetur vel præsumitur habere titulum coloratum, ex communi præsumptione, quod bonis quilibet habeatur donec de contrario liqueat. c. fi. de præsum p. Aliter Simoniacus manifestus, & ipso iure priuatus beneficio, & dicitur detestabilior omni peccatore, c. tanta est, c. per tuas, de Sim. grauissimum enim scelus, de quo vide quæ diximus li. 32. Synt. c. 13. & pulcherrima & notabilia. Quæri tamen posset, num Simon. possit priuari beneficio, ratiõne cuius non ipse,

ſed alius ſimoniam commiſit? Et reſpondetur nō poſſe poſſideri beneficium ad quod ſimoniacè quis electus eſt; neque ita electus alio committente ſimoniā iure electionis gaudet: ſed debet dimittere tale beneficiū. Atq; in p̄latuti seo modo obrentis nō poteſt quis ab Ep̄o ſuperiori diſpēſationē habere; in inferioribus beneficiis contrà, c. pe. de ele. & ibi Pan. ait ibidē, ideo beneficio priuari ipſo iure. Idipſum dixit in c. nobis, de iure pat. ſententiáq; eius approbata eſt per Rotā, vt tradit Lud. Gomes, ad regul. de Trien. poſ. in menſe Martio 1536. Sūt quędā quæ licèt non imputentur ad pœnam, impediunt tamen ſacramenti ſignaculū: ambitio quippe parētū nō imputatur filio ad pœnā, obeſt tamē ei ad munus Eccleſię accipiēdū, c. ſi quis inſapiēs, 11. §. fi. 15. q. 1. c. 1. q. 5. Si tamē q̇s data opera in odiū electi cōmiſerit ſimoniā, vt per eā, electus iure ſuo priuaretur, non ei nocebit inſcio; vel nec etiam ſcienti, ſi reclamauerit. c. tuis literis, c. ex inſinuatione, de Simo.

2 Quærit & rurſus Angel. Clauaſius, ad verb. *ſimonia*, 6. an qui in beneficio cōmiſit ſimoniā, aliis priuetur quàm per ſimoniam adeptis & poſſeſſis? Reſpōdetur ſimoniacum ſuſpendi à beneficiis, & interdū deponi per ſententiā, c. ſanè quiſquis, 5. q. 3. c. inquiſitionis, de accuſ. & Papus Tomo 3. notar. li. 1. pag. 90. tradit, quòd ad priuationē beneficij alicuius ſufficit, quòd is in alio beneficio cōmiſerit ſimoniā, eáq; de cauſa priuahitur nō ſolū beneficio empto, ſed etiam aliis beneficiis; quia Simoniacus eſt incapax poſſeſſionis beneficiorum vt infamis, niſi abſolutus, aut diſpēſatus fuerit cū illo, c. ex diligēti, 7. & ibi gl. ad verb. *infamia*, de Simo. Occultus Simoniacus ſuſpēſus ēt erit quod ad ſe pertinet; nō quoad alios, ſed ſuſpēdēdus, c. 1. & 2. 1. q. 3. Vnde ſi renūciat beneficio ita acquiſito, poteſt vti ordine ſuo, poſt peractam pœnitentiam, & aliis beneficiis licitè habitis: at eo beneficio in quo ſimonia cōmiſſa eſt retēto, nō poteſt agere pœnitētiam, c. inquiſitionis. de accuſat. Quod ſi manifeſtus ſit ſimoniacus ſuſpenſus eſt quoad ſe pertinet & quoad alios ipſo iure, c. præter hoc §. verū, verſ. *officiorū*, 32. diſt. & quāuis beneficiū renūciet vel dimittat, tamē eget diſpenſatione; at quilibet notorius criminoſus, c. fi. de temp. ordi.

3 Praxis in Gallia obtinuit aliquando, vt beneficia vacantia per ſimoniam impetrari etiam ante declarationem ſimoniæ poſſent, atque poſſeſſionem nanciſci & defendere impetrantes contra antiquū poſſeſſorem Simoniacum poſſent. Et ſi ipſe intercederet vel ſe opponeret, ſufficeret lite introducta, per titulū, acta, & teſtes, docere de Simonia. Quod & puto adhuc obtinere, non obſtante conſtitutione Regia edita in Comitiis Aureliæ habitis, art. 4. quæ vetat iure deuoluto conferri alicuius beneficia per eius incapacitatem, niſi incapacitate prius declarata. Quippe quod incapacitas præſupponit titulum poſſeſſoris: at ſimonia nullū dat titulū, ob vitioſū ingreſſum, vt diximus.

4 Inter ſimoniacas prouiſiones habitū eſt, accipere à laicis beneficiis inueſtituram, vnde & Henrici 4. Imperatoris tempore, qui ſibi mordicus inueſtituras vendicabat, dicta eſt Henriciana hęreſis, vt ſcribit Abbas Vſpergenſis, & illam ſimoniam & alia quædam, fertur illi ademptum ab electorib. imperiū & datū filio eius Henrico, vt ſcribit Helinoldus in Chronicis Sclauorū, c. 32. Extat & conſtitutio ex Cōcil. Pariſienſi, c. 8. & in c. ſi per ordinationem, 5. ſub 63. diſt. vt ſi quis per ordinationem regiam, honoris ſcilicet Epiſcopalis, culmen peruadere nimia temeritate prçſumpſerit, à cōprouincialib. loci illius Epiſcopis recipi nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatū cognoſcūt, &c.

5 Secūdò, ob crimen hęreſeos; ſi quis manifeſtus ſit hæreticus priuatur beneficiis & officiis Eccleſiaſticis, c. ad abolendam, de hęret. vbi gl. notat, manifeſtū hæreticū dici, qui ſe talem eſſe profitetur & aſſerit, vel qui pro tali damnatus eſt, vel qui prędicat dogma hæreticum, aut aſſerit vel defendit. Eadémque dicenda de his qui conſentiūt fauéntque hæreticis, aut eos defendunt, qui hæreticorum pœnis puniuntur c. excōmunicamus, de hęret. c. vt cōmiſſi, eo. ti. in ſex. Ratio poſſet eſſe, quòd bona hæreticorū fiſco addicantur ipſo iure, c. cum ſecundum leges 19. de hæret. l. 4. C. de hæret. & li. 16. C. Theodoſ. ti. 5. l. 43. 52. 54. ita & vetitum, vt qui impugnant Eccleſiam, ne nomine aliquid Eccleſię poſſideant, c. quo iure, §. legantur, 8. diſ. Ita & hęretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorúmque filij vſque ad ſecūdam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, vel officiū publicum admitti debent: quod ſi fiat, factum declaratur irritum & inane, c. 2. §. hæretici, de hæret. in ſex. imò qui ad preces harū perſonarū dignitates, perſonatus & alia quæcunque Eccleſiaſtica beneficia fuerint aſſecuti, priuantur acquiſitis, per d. c. 2. §. ad hoc quoſcūque, de hęret. in ſex. Notat Prępoſitus poſt Dominicū ad d. c. quo iure, 8. diſt. & Cōpoſt. ad c. quod ſicut, de Elect. crimē hęreſeos, facto inducere beneficij priuationē; Idipsū Anchar. conſ. 288. incip. *vltra alia ſolenniter*. Fel. ad c. 2. de reſcri. Nicola. de Miliis, in ſuo Repertorio. Panor. poſt Innocentium ad c. inter dilectos, de Exceſ. prę l. Refert Papus li. 3. Rhapſ. areſt. ti. 6. duo areſta Curiæ ſupremæ Pariſiorum, quibus iudicatum fuit impetrata beneficia tāquam per hæreſim vacantia, rectè etiam ante declarationem hęreſis impetrata videri, dummodò vocentur in adeptione poſſeſſionis controuerſa, priores poſſeſſores, ex quorū hęreſi fuerunt collata; vt ſciatur num ſe eſſe nouæ religionis, quæ hæreſis eſt, aſſeuerent; nam ſi denegēt non damnati, relinquitur eis reſtitutionis ad beneficiū ſpes, ex c. 112. omnes cuiuſlibet, 1. q. 1. & ex c. 1. §. fi. de præſcrip.

6 Si quis etiam in ſchiſmate adhæſerit Antipapæ, ſuis beneficiis cenſętur priuatus, ſecundum Iacobinū in Tract. feudorum, in verb. *de adhærentibus*, Rebuf. ad ti. de Regia ad prælaturas nomina. §. monaſteriis, ad verb. *vacantibus*, in 31. modo vacandi. in concor. qui & id probari putat, per ca. olim, de accuſ. Et notat ſolere Papam priuare beneficiis adhærentes Antipapę, & breui manu, quando notoria eſt adhæſio, etiam illis non vocatis aliis conferre beneficia.

7 Tertiò, vacat beneficium ipſo iure homicidio per aſſaſſinū, vt dicunt, facto, quod ꝓbatur ex Cōcil. Lugdunenſi, c. 1. de Homic. in ſex. cuius ſumma; vt quicūq; Princeps, Prçlatus, ſiue alia Eccleſiaſt. ſecularíſve perſona, quépiam Chriſtianorum per aſſaſſinos interfici fecerit: vel etiam mandauerit, quamquam mors forſitan ex hoc non ſequatur: aut aſſaſſinos receptauerit, vel defenderit ſeu occultauerit, excōmunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, incurrat ſententias ipſo facto: & illa liberè aliis, per illos ad quos collatio pertinet, cōferātur, &c. ſit diffidatus omni populo Chriſtiano, &c. in Conciliū ibi Lugdunenſe de aſſaſſinis tantum loquitur. Aſſaſſini ꝓprio nomine Arſacidę dicti ex genere quodā Perſarum tempore Inno. 4. qui cum impietatis eſſent Mahometicę cōiurarūt in necem Chriſtianorum tanta cum pertinacia, vt ſibi perſuaderent vitā ſe conſecuturos æternā, ſi aliquem ex Chriſtianis necaſſent. Et ideo, quo ſcelus facilius hoc nefandum implerent, diſcebant Chriſtianorum idiomata, vt cum didiciſſent, poſſēt ꝓditoriè incautos & nō ſibi ꝓſpiciētes tollere, nihil metuentes mori ſi id executi deprehenderētur. vt ait Paul. Aemil. in 5. in Ludou. Iuniore. & li. 7. in diui Ludou. vita. & Polyd. Verg. li. 16. hiſtorię Anglicæ. Arſaces primus rex eius nominis Parthorū, ſucceſſoribus regibus nomen dedit, qui ideo Arſacidæ dicti, de quibus Iuſtinus ex Trogo, li. 41. & 42. Ille Arſaces poſt annū 100. Alexandri Macedonis, vt ſcripſit Nicephorus, libertatem Parthis reſtituit, cuius deinceps poſteri imperium tenuerunt annis 400. vſque ad Artabanum

poſtremum,

postremum, subiugatis Medis & Persis. Artabanũ autẽ Artaxerxes Persa deuicit, & Persis veterem Imperij gloriam & nomen restituit. Remanserũt tamen plures ex illa regum familia qui posteà Mahumetani facti, Christianorum nomen & personas irreconciliabili odio persequebantur: de quib. prędicta cõstitutio Logdunẽsis in c.1. de homicid. in 6. Sic Ioan. And. & Arch. ad d.c.1. & Aret. cons. 163. & alij, & gl. ibid. ad verb. *Formidantes*, dixerunt prædictam constitutionem habere tantum locum in illis qui Assassini dicebantur & mittebantur à Domino cui subiiciebantur. At Iul. Cla. li. 5. Sentẽtiarum, §. Assassinum, adfert plurium interpretũ authoritatem, qui tradunt dispositionem ca. 1. de homicid. in 6. habere locum non tantum in eo genere hominũ qui ex Persia Assassini vel Arsacidæ dicebantur, sed etiam in aliis qui occidi Christianum pretio mandant, vel fideli, vel infideli: requiri tamen quòd interfectus fuerit Christianus, quod & asserit Alex. cons. 164. incip. *videretur fortasse*, vol. 7. Aug. cõs. 14. incip. *Nos Carolus*, &c. Quæ tamen vera putanda sunt per similitudinem. Siquidem aliter constitutio tãtum lata est de assassinis, & in eos qui ministerio Arsacidarum vtebãtur ad necandos Christianos proditoriè, ne ipsi id egisse viderentur quod per infideles fieri iubebant. Pretio necare hominem grauissimum crimen & capitale habitum, in l. Cicero, de pœn. ff.

8 Quamobrem & per similitudinem, si beneficiatus rectorem suæ Ecclesiæ occiderit, protsus declaratur suo beneficio ipso iure priuatus. in c. in quibusdam, 11. de pœn. idipsum & ait habere locum Felin. ad c. inquisitionis, de accus. si occiderit clericum, vel parẽtes, aut alterum eorum, vel fratres. Videndus Ioannes de Anania cons. 63. incip. *præsupposito*.

9 Aliter homicida quamquam propter irregularitatem nõ possit cõsequi beneficia de nouo sibi collata, tamen iam tunc possessa & collata per superueniẽs delictum homicidij, ipso iure non amittit: nisi post sententiam & priuationem expressam. Pan. ad c. vlt. de excess. prælа. Innoc. ad c. cum nostris, de conces. præben. Bal. ad l. cũ fratrẽ, de his quib. vt indig. C. Phil. Dec. cõs. 166. inci. *Ego Philippus*, 1. vol. Diaz de Luco in pract. crimio. can. ca. 88. Rebuff. tract. de Pacif. posses. n. 261. 262. 263. 264. Io. de Anan. ad c. fi. de homic. Iul. Cla. 5. sententiarum iuris, § homicidium, nu. 21. Probat & c. clericis 5. Ne cler. vel mon. sec. neg. se immisc. ibi, *qui truncationem membrorum vel per se, vel per alium intulerit, honore priuetur quem gerit in Ecclesia*, & in c. ex literis, 10. de excessib. præla. Episcopus qui consentit directè vel indirectè homicidio seu suspensioni furis, qui inferri cadentis pro innocentie probatione defecerat, debet cedere Episcopatui, aliter eo priuato, alij conferetur. facit & c. 2. de cler. pugn. in duello. Et hoc ipsum verũ esse putant, etiamsi homicidium factum fuerit ex industria per insidias, dicunt *de guet à pens* Galli, vt nõ priuetur homicida beneficiis ipso iure, sed per sententiã. Aufr. decis. 207. Collect. ad ca. inquisitionis, de accusat. Singulare quoque illud, vt quamuis homicida fuerit de homicidio condemnatus, non dicatur ex eo solo beneficiis priuatus, nisi expressè per sententiam illis priuetur. Prępositus in c. studeat, 50. dist. facit c. fraternitati, 6. de ele. excomm. minist. dum dicitur, vt si propter suos excessus excommunicatus celebrat, possit spoliari beneficio: vnde colligitur, per condemnationẽ non fuisse priuatum. Id asserit & Bald. ad l. cum fratrẽ, de his quib. vt indig. Aufr. deci. 436. inci. *item & cætera an si contra*. Multò magis reus homicidij factus non censetur ante sententiam priuatus beneficiis: vix autẽ accidit vt in sententia condemnationis homicidij potissimum ex insidiis facti non interueniat priuatio, quia quãdocunq; homicidium committitur per clericum, facto, præcepto, lingua, consilio, seu adhortatione, homicida est ab ordine & gradu deponendus, gl. ad cap. sicut dignum, §. clericos, ad verb. *concilium*, de homicid. cum simil. ibi nota. text. in c. cum non ab homine, de iudic. c. inquisitionis, de accus. c. 4. miror, 50. distin. Nisi forsan tam atrox homicidium vt clericus homicida sine degradatione cõdemnetur à curia seculari morte. Is enim priuare beneficiis sua sententia non potest: quamuis post condemnationẽ vltimi supplicij, remittat ad forum Ecclesiasticum, ante executionem, pro exauthoratione vel degradatione facienda.

10 Quartò, vacat beneficium ex delicto ipso iure, in specie, c. fœlicis, de pœnit. in 6. quando quis persecutus fuerit Cardinalem hostiliter, vel percusserit, aut cœperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, aut factum ratum habuerit, aut consilium dederit, aut fauorẽ, vel posteà scienter facientẽ receptauerit, vel eundẽ defenderit, vt sicut reus læsæ maiestatis sit infamis, diffidatus, intestabilis. &c. etsi quod beneficiũ vel officium Ecclesiæ habeat, si eis ipso iure priuatus, & possit conferri liberè, &c. & ad beneficium & officiũ Ecclesiasticum in posterum sit inhabilis. Simile statuitur in Clem. 1. de pœn. de eo & beneficiis eius qui persecutus est, occidit, aut consilium & fauorem dedit persequentibus aut occidentibus Episcopũ, vt priuetur ipso iure beneficiis quæ habet in Ecclesia eius Episcopi, & possint liberè aliis conferri. Quod tamen olim fiebat per sententiã, si necati essent Episcopi à beneficiatis, ca. ad aures, 10. c. in quibusdam, 12. de pœn. apud Greg. Notat tamen gl. ad d. ca. fœlicis, ad verb. *percusserit*, de pœnit. in 6. intelligi decretalẽ, quãdo illa facta essent iniustè cõtra Cardinalẽ, non etiã si se defendendo, quo casu cessaret dispositio & pœna, c. significasti, 2. de homic. ca. si verò, 1. de sent. excom. permittit defensionẽ ius naturale, & lex. l. vt vim, de Iust. & iur. ff. cum simil. ibi nota. & qui authoritate legis facit, pœnam nõ meretur, c. qui peccat, 23. q. 4. l. Gracchus, ad l. Iul. de adult. C.

11 Quintò, qui veros Ecclesiasticos cœperit, & captos sua beneficia renunciare coegerit, si prælati sunt, suspenduntur per trienniũ à perceptione fructuũ Ecclesiarum suarum: si inferiores, eo ipso obtẽtis beneficiis sunt priuati, Clem. multorũ, 1. de pœn. renunciationib. vt ibi dicitur, nihilominus etiam per superiorem receptis & ratis habitis, nullis existentibus.

12 Sextò, propter falsum commissum in literis sum. Pont. beneficiatus priuatur suis beneficiis, c. ad falsariorum, de crim. fals. quod caput intelligunt interpretes de priuatione ipso iure: quamuis textus nõ meminerit: sed declaret priuandũ. Sicq; intelligit de ipso iure loquutum textum, Rebuff. in tract. de pacif. pos. nu. 265. Tutius autem erit statuere, non vacare ipso iure, sed per sententiam, eò quòd falsi crimen longã exigat indagationem, & sic quoque resoluit Papus tomo 3. Notar. li. 2 pag. 91. Neq; etiam dicemus in omnib. criminib. in quib. etiam depositio ordinis, & carcer perpetuus imponitur, vel pœna etiam mortis, statim vacare beneficium admisso delicto, quamuis grauius sit superioribus, & nisi per iuris dispositionem expressè dicatur, delicto cõmisso, id est, ipso iure, vacare: quamquã per condemnationem criminis priuatio fieri debeat. Si inueniantur alij tamen casus, superioribus addi poterunt, isti namque mihi nunc tantum occurrerunt. Proinde perueniamus ad vtilitatem & effectus vacationis inductæ ipso iure.

13 Effectus itaque primus erit qui ex superioribus in summa colligitur, vt beneficia quę vacant ipso iure, possint impetrari ante sententiã condemnationis, vel sine vacatione possidentis de facto, & sufficiat docere post impetrationẽ de causa vacandi, si priuatus intercedat, vel se obiiciat, c. licèt Episcopus, in 2. de pb. in 6.

14 Secundò, quòd priuatus ipso iure, posteà nõ facit fructus suos, sed teneatur ad restitutionẽ perceptorũ, ca. cum detestabile, de Simon. in extrauag. communib. Diuersum si per sententiam tantũ sit priuandus, nã tunc

vel à tempore litis contestatæ secundam aliquos, vel à tempore priuationis & sentẽtiæ teneretur ad restitutionem. Pan. ad c. item cum quis, de rest. spol. Postquá autem condemnatus & priuatus restituer ranquam prædo & intrusus, l. prædonis, de pet. hære. & ibi Ang. & Paulus, & Rebuff. de pacif. posses. 263.

15 Tertiò priuatus beneficio ipso iure, amittit dispositionem sui beneficij à tempore quo ex facto inducitur priuatio: vt non possit renunciare aut permutare: quia nullum ius haber amplius in eo quo priuatur: cũ tamen posset renunciare & permutare ante condemnationem, qui tantummodò per sentẽtiam priuandus est, quandiu in reatu esset. gl. ad c. 2. ad verb. *finita*, Vt lite pend. in 6. in decis. capellæ Tholos. 436. Rebus. trac. de pacif. posses. num. 261. 262. latius posteà in effectu t. vacationis per sententiam.

16 Quartus effectus, quòd priuatio ipso iure, agenti pro eo quo priuatur beneficio, in petitorio obiici possit causa ex qua priuatus, vt quia hæreticos, Pan. ad c. inter dilectos, de excessib. prælat. Bernardinus Diaz in practica criminali ca c. 106.

17 Quintus effectus, quando moriente reo criminis ex cuius delicto ante mortem vacabat beneficium, nõ debet beneficium impetrari per mortẽ, quia per mortem non vacat, cum ante vacaret, sed ex causa delicti, vel quasi, vt per hæresim, per non promotionem, &c. contrà in beneficiis quæ non adimuntur nisi per sententiam, quæ in reatu mortuis possessoribus, ante priuationem, imperrari possunt per mortem. gl. in d. c. 2. ad verbum, *finita*, Vt lite penden. in 6. cum & morte rei si sit lis, de reatu, illa etiam extinguantur & crimen. c. quorundam, 23. dist.

## De vacatione Beneficii ipso facto tantùm.

### Capvt XXVII.

1 *Modi vacandi ipso facto tantum, sunt per retentionẽ.*
2 *Per coactam renunciationem.*
3 *Per absentiam.*
4 *Ante acceptationem collationis.*

1 Beneficia amittuntur seu vacant ipso facto tantũ, & non iure, quãdo quis priuatur detentione corporali, & tamen remanet titularius. Primò, si quis deiectus vi fuerit de possessione, vt in c. accepta conquestione, 3. & c. olim, 18. de rest. spol. cum simil.

2 Secũdò, si legitimè electus, fuerit coactus renũciare iuri suo per terrorẽ incussum à populo, ca. ad aures, 3 de his quę vi metúsve causa fiũt. li. 1. tit. 40. vel per metũ principis, c. ad audientiam, 4. de his quę vi met. fiũt.

3 Tertiò, possemus dicere vacare beneficiũ ipso facto solum, quod pro derelicto habetur, non residentibus & absentibus titulariis, c. 2. & 3. de cler. non resid.

4 Quartò, vacare dicetur ipso facto, quandiu post collationem nõ fuerit acceptatum, vel non fuerit data realis possessio. c. si tibi absenti, de pręb. in 6.

## De vacatione seu priuatione aut amissione Beneficiorum, ipso iure & facto: & primum per renunciationem simplicem, & in fauorem certæ personæ.

### Cap. XXVIII.

1 *Renunciatione, & morte, ipso iure & facto simul, amittuntur beneficia: & renunciatio quid.*
2 *Resignare quid.* 3 *Cessio quid.*
4 *Renunciationis diuisio in tacitam & expressam, & de tacita.*
5 *Expressa quid.*
6 *Subdiuisio renunciationis, in puram, conditionalem, & quæ sit pura: & quare non possit conditionalis fieri coram ordinario.*
7 *Quomodo tamen propemodum in fauorem fieri coram ordinario possit.*
8 *De renunciatione conditionali, & in fauorem certæ personæ, & quare non fiat coram alio quam summo Pontifice.*
9 *Renunciatione in fauorem non admissa, remanet titularius resignans.*
10 *Et percipit fructus beneficij resignati, donec videat admissionem.*
11 *Quandoque vacatio inducitur ex renunciatione in fauorem.*

1 Amittuntur & vacãt beneficia ipso iure & facto, quando nec ius, nec possessio beneficij apud vllum est. Quod accidit plurib. modis, quorum potiores per renunciationẽ, & per mortẽ titularij, c. susceptum, de rescr. in 6. c. quãuis tibi, 38. de pręb. in 6. c. fi. de verb. sig. in 6. Dicamus primum de renunciatione, de qua & egimus li. 17. Syntag. ca. 27. vbi renunciationem definimus: iuris esse proprij remissionem, secundum Cardinalem ad rub. de renunc. in 6. Inueniuntur synonima & pro eodem actu renunciare, resignare, cedere: vt renunciatio, resignatio, cessio, secundum glos. ad rub. de renunc. in Clem. quanquam inter Latinè loquentes & horum nominũ aliæ possint esse significationes. Quẽadmodum sæpius vsurpant renunciare ꝑ simplici nũciare, referre, dictum factúmve narrare: nec tamen respuit puritas recti sermonis, dicere renunciare: ꝑ einrare, dimittere, recusare, vt apud Cic. 3. Verrina. *Atque idem Sthenio vehementer infensus, hospitium ei renunciat, domo emigrat.* Dixit & idẽ ad Atticũ, *Renunciare conditionẽ*, id est, vt ait Ascon. Pędia. *Irritam nũciare.* Sic apud Caium in l. 2. §. in repudiis, & seqq. de diuor. li. 24. ff. ti. 2. *In repudiis* (inquit) *id est, in renũciatione comprobata hæc sunt verba, tuas res tibi habeto: itẽ hæc, tuas res tibi agito: in spõsalib. quoq; discutiẽdis placuit renũciationẽ interuenire oportere: in qua re hæc verba probata sunt, conditione tua non vtar: siue autem ipsi præsenti renuncietur, siue absenti per eum qui in potestate eius sit cuiúsve is cúve in potestate eius sit, nihil interest.*

2 Vtimur & nomine resignationis pro renũciatione, & ita resignare aliquando inter probè loquentes, reddere est, vt apud Horat. lib. 3. carm. Ode 29. de fortuna.

*Si celeres quatit pennas, resigno quæ dedit.*

Et 1. Epist. 1. Epistola.

*Hac ego si compellar imagine cuncta resigno.*

Sic in c. 1. de renunc. in 6. ꝙ ꝓponit Bonifacius quæsitum, num sum. Pont. possit Pontificatum sum. renunciare, resolnit, statutum esse, posse eũ liberè resignare.

3 Vtimur & nomine cessionis ꝑ renunciatione, vt in c. ex literis, 10. de exces. pręl. iubetur vt beneficio cedat, i. vt resignet. & in c. susceptum, de resc. in 6. quod dictũ est beneficium vacare per resignationẽ vel mortẽ, postea explicatur per cessionẽ, vel mortẽ. Sic vsurpatur & in c. quidã cedẽdi, de renunc. & in Clem. 1. eo. tit. de renunc. Cõfunditur autẽ nimium subtilis differẽtia, quã adfert gl. ad reg. Cancel. 43. dum tradit cessionem dici, quando quis tantum dimittit ius quod habet: renunciationem verò, quando quis possidet beneficium & illud dimittit. Nã & renunciare liti dicimus, etiamsi de iure lis mota est, l. postquã liti, 4. de pact. C. Et cessio cõtra honorum dicitur, quando dimissis bonis, eorum possessionem relinquimus, toto tit. de ces. bon. li. 42. ff. tit. 3. & qui bonis ced. pos. lib. 7. C. tit. 71.

4 Renunciatio beneficij aut tacita, aut expressa. Tacita est, quę & ꝓsumpta, & ex cõsequẽtia actus cõtrarij retẽtioni colligitur, vel ex rei euidẽtia, vel ex authoritate canonis seu legis, quãdo q̃s facit actũ ex quo lex inducit vacationẽ, veluti dũ adeptione secũdi beneficij incõpatibilis cum possesso, vacat primum, c. de multa, de pręb. c. 1. de off. Vic. cum sim. vel si aliud incõpatibile acceptet, Cle. gratię, de rescr. si ingrediatur seu ꝓfiteatur

seatur religionem, vel alia faciat ex quib. paulò antè diximus ipso iure vacare beneficium. Si etiam qui ius habet patiatur adnersariū in possessione per triennių, nec persequatur litē, in reg. Cācel. de triennali possess. Cæterū vbi canon vel ius nō inducit amissionem vel renunciationē ex actu, diligens indagatio voluntatis præsumptæ eius qui ex aliquo actu presumitur renūciasse, exercere debet. Cum nemo præsumatur facilè spōte resignasse beneficiū, quod forsan multis laboribus & expēsis quęsiuit. c. super hoc. 5. de renun. c. quia verisimile, de presump. li. 2. ti. 23. vt neq; præsumitur renunciasse spontè qui spoliatus renūciat: quamuis non reiiciatur omnino exceptio, quòd spōtè renūciauerit, si ꝓbetur, c. 2. de rest. spol. li. 2. ti. 13. Quamobrem & qui reddit suas literas ꝓuisionis beneficij capitulo se subiiciēs eius misericordiæ, nō cēsetur renūciare iuri quod in beneficio habebat, ratione literarū, ca. fanè dilecto filio, 7. de renū. nisi expressè instrumēta collationis vel beneficij, in manibus superioris ea intētione resignauerit, vt in c. cū pridē, 4. de pact. eo enim modo contenta in instrumento vidētur vnà resignata, l. 2. Quæ res pig. oblig. pos. Cod. l. qui Chirographum, de leg. 3. alioquin nemo generaliter præsumitur iactare suum, l. cum de indebito, de prob. ff.

5 Expressa resignatio dicitur efficax, quæ à vero titulario spōte fit, & verbis accōmodis & voluntatē apertè declarantib. vt in c. 1. de renū. in 6. & Clem. quemadmodū expressum dicitur, illud quod fit specialiter per verba clara & aperta, nō per signū aut per verba generalia, vt colligitur ex Cle. appellāti, de appel. Illud & in hac distinctione notabile, vt quoties cōsensus expressus in iure requiritur, nō sufficiat tacitus: sitq; maxima differētia ita inter expressā & tacitā renūciationē, c. admonet, de renūc. c. quod in dubiis, eo. ti. quēadmodū inter expressā & tacitā professionem maxima est differentia, c. porrectum, de regul. & ibi Host. quia magna est vis in verbis, pro quo & facit c. tuæ, & c. fin. de sponsa. cum Matth. de celeb. Miss. c. 1. de Baptis. c. fi. de re iud. in 6. & vbicumque iura statuunt de expressa facienda mentione alicuius rei, ibi nō sufficit tacita etiā æquipollens, vt in c. cæterū, c. si proponēte, c. ad aures, c. ad audientiam, c. cum adeò, c. constitutus, de rescr. c. 1. de constit. in 6. c. si motu proprio, de præb. in 6.

6 Resignatio expressa rursus, vel pura, vel cōditionalis est, pura simplex dicitur, fine modo, die vel cōditione, vt & purā dixit stipulationē Iustin. in §. omnis stipulatio, de verb. obli. quę nihil aliud habet admixtum, & præsentē habet effectū, non ad diem, vel sub cōditione suspensum. iunge. §. sub conditione, einsdē tit. l. obligationū ferè, 44. de actio. ff. Pura itaq; renunciatio fit & simplex, quādo quis à se beneficiū submouet & dimittit in manibus superioris vel collatoris, qui de eo tanquā vacante possit liberè cui voluerit prouidere, vt in c. 2. 3. 4. & seq. de renū. Et hęc est quę tantū fieri potest corā ordinario collatore, corā quo prohibita est renūciatio in fauorem alicuius certæ personę, sine vitio simoniæ, quamuis ea fieri possit coram sum. Pont. Fel. ad c. ad audientiam. in 2. de rescr. Gomes ad reg. Cācel. de trien. poss. q. 11. nisi & qualitas beneficij renunciandi ꝓhiberet eo ram alio fieri quàm sum. Pont. non sic nec pura coram ordinario posset fieri renunciatio, vt si de Episcopatibus agatur, à quibus abire prælati nequeūt nisi dispensante & volente summ. Pontif. c. pen. & fi. de transact. Episc. c. t. & c. nisi cum pridem. in fi. de renun. § quibus, & ibi Glo. de elect. in prag. sanct. Constituunt & aliqui aliam exceptionem prohibentem renunciationem puram etiam fieri coram summo Pontifice, si procuratio facta iam fuerit ad resignandum in manibus summi Pontificis, & iam procuratio Romā missa fuerit, & manus (vt dicunt) summus Pontif. apposuerit in beneficio fine purè, fine in fauorem, si ne ex causa permutationis. Dicūt enim exeo, habere manus ligatas, nec posse resignantem etiā post reuocationē procuratoris in Curia, resignasse corā ordinario. Inan. de Selua tract. beneficiorum 3. par. q. 6. Barba. cons. 48. vol. 4. Felin. tamen cōtrariam sententiā defendit, ad c. ex parte, de resc. quæ & videtur æquior & receptior, dūmodò renocatio procuratoris in Curia Rom. cōstituti, fiat re integra, & cognita fuerit procuratori, & ita videtur expressè textus cōcludere in Cle. vn. de renūc. Et proinde Felino quoq; subscribo, etiāsi iurauerit qui dedit ꝓcuratorē se nō reuocaturū. Nā licèt periurus efficiatur reuocando, & ex eo imponi ei debeat pœnitētia, tamē re vera post renocationē procuratori deest cōsēsus: ideo nihil efficaciter ex mādato reuocato age re poterit gl. ad c. fi. ad verb. *reuocatus*, de procu. in sex. & p c. ficut, & c. inter de spōsalib. nisi procuratio esset ad renūciandū ex causa permutationis, quia tūc pars illius cōtractus renūciationis, videtur esse procuratio ad resignandum & innito alio cuius interest reuocari non potest, Fel. ad d. c. ex parte decani, de rescr.

7 Nihil tamen vetat, renunciationē hoc modo fieri coram ordinario, & rogare eundē renunciantē ipsum ordinariū, vt velit illud beneficiū renūciatum tali cōferre, dūmodò idipsū sine pactione fiat, neq; inducetur inde simonia collatione alteri ad preces renunciantis facta, quia liberā est collatori, cōferre cui voluerit. Quēadmodū reputatur quidē simoniacū, si clericus offerret omnia bona sua capitulo, ea pactione vt reciperetur in canonicū, & bona data sibi relinquerētur pro præbenda: non etiam si offerret quidē bona sua, & rogaret se recipi in canonicum & retinere bona quandiu viueret, cessante pactione, c. tua nos, 34. Simo. c. etiam in Domino, to. de ætа. & qual. ordinan.

8 Sub conditione & non purè fieri potest renūciatio, in fauorē alterius, cū reseruatione pēsionis cū regressu, ex causa permutationis & non aliàs: videamus pauca de singulis. Renūciatio in fauorē certæ personæ tantum, & non aliàs, nec aliter, fit coram sum. Pōtifice, vt in ca. ex parte, 12. de off. deleg. & ibi Glo. & interpretes. Reb. in prax. benefi. ti. de resignatione cōdit. n. 1. & 2. Panor. ad rubri. de Sim. & in c. susceptū, de rescri. in sex. Refert Papus in Rhapso. arest. li. 2. ti. 8. arest. 10. ex Rebuffo in tract. de pacif. possess. n. 154. Resignationes factas coram ordinario, vel coram alio quàm sum. Pōtifice, reddere nullas collationes in vim earum factas, & sine effectu, & quòd illis non obstantib. resignans remanet beneficij resignati Dominus, vt ante resignationem, vt neq; ex ea vacet beneficiū: & ita iudicatum Parisiis in Senatu: an. Dom. 513. inter Hardoninm Fornerio appellantē à præposito Parisiorum, & Renatū Vallaniū appellatū. Cur autē corā sum. Pontifice solum, & non coram ordinario possit fieri hæc renunciatio in fauorē certæ personæ, erit ratio, quòd renūciatio in fauorē habere videatur speciē simoniæ, dū collatio fit sub eo pacto si tali personæ cōferatur & non aliter, nec alias velit renunciare, & pactum simoniam in beneficiis inducat. c. quam pio, q. 2. c. cum pridem, & c. fi. de pact. Et committitur simonia, non tantum ex pacto pretióve, sed etiam ex obsequio & gratia, c. ordinationes, c. sunt nonnulli, 1. q. 1. Sūmus antē Pōtifex potest dispēsare in his quæ simonia ca præsumuntur ratione prohibitionis iuris: & quę simoniaca dicūtur, quod tanquam simoniaca sint à iure positiuo definita, quamuis non possit dispensare in simoniacis quæ talia sunt, non ideo quia fuerunt prohibita, sed quia fuerint prohibita, quia talia erant, qualia venditio Sacramentorū, & rerum spiritualiū negotiatio. vt notat Gl. ad d. c. ex parte, in primo, ad verb. *dimittet*, de off. dele. Gl. ad c. tuam in Domino, ad verba, *nullum prorsus*, de æta. & qual. quam impugnat Durandus li. 4. sententia. dist. 25. q. 5. defendit tamen Sotus li. 9. de inst. & inte, q. 5. art. 2. Quare summus Pontifex sowc onfirmat pactiones, sub nomine amicabilis

compositionis factas à litigantibus de beneficio, sub beneplacito sum. Pontificis, quib. vnus ex contendentib. aliquo recepto alij cedit beneficium litigiosum, c. super eo, 7. de transa. ca. nisi essét viri prouidi, de præb. eoq; summus Pontif. sit supra ius positiuum, & plená habeat potestaté, maximè in causa beneficiorũ, c. proposuit, de conces. præb. & de eo quod ius non est, ius facere potest, vt collignnt ex c. 10. hæc quippe, 3. q. 6. Sic simonia eo hoc modo distinguête & approbante, non dicitur committi in Curia Romana: quemadmodum nec in Curia principis dicunt habete locum legê Iuliam de ambitu. l. 1. ad leg. Iuliam, de ambit. ff.

9 Singulare in hac resignatione quæ fit in fauorem & non alia, &c. si sum. Pont. non admiserit renũciationem in fauorem eius, cuius causa resignatio fit, & nõ alias, vt is qui resignauit ea cõditione censeatur esse semper Dominus vel possessor seu titularius beneficij: ne alij conferri queat, ca. inter cętera, 7. de præb. vbi videtur textus expressus, quia & potest reuocari procuratio ad resignandum facta antequá ea impleatur, Cle. vni. de renun. nisi sit procuratio facta ad resignandũ ex causa permutationis, conuentione facta permutaudo, quia tunc constitutio procuratoris in ea connentione facta, non potest renocari, veluti pars contractus. Bal. ad l. fi. de cõtrah. empt. ff. Pau. ad l. post rem, de re iud. ff Guid. Papęus, sing. 273. Boer. decis. 207. incip. *ad secũdam*. Alioquin dum quis renũciat vt cõferatur tali N. nec alias, nec alio modo, talia verba habent vim cõditionis, Bal. ad auth. ingressi, col. 4. de Sacros. Eccl. atq; efficiunt, vt nihil videatur actũ quod contra determinationem illorũ fuerit Gl. & Bal. ad l. si quidem, C. de exceptionib. Bal. ad §. denique, col. vltima, quæ fuit prima causa beneficij amittédi. in vsib. feud. Atq; illa verba idipsũ operari tradit Gl. 1. ad d. l. si quidê, Ias. cõs. 86. inci. *in causa*, in fi. volum. 4. limitata causa limitatũ producit effectũ, l. in agris, de acq. rer. dom. cum fines mandatis diligenter seruãdi sint, c. cũ dilecta, vbi & plenè Feli. de rescr. l. diligenter, manda. ff. tract. & in hypothesi, de renunciatione contra modum procurationis factæ, vt non valeat. Pan. ad c. cũ pridê, de rescr. quia nec actus agentium operêtur vltra eorum intentionem, l. non omnis, de reb. credi. & conditiones implêdæ sunt in forma expressa in specie, l. qui hæredi, l. cum quædam, l. Mæuius, de cond. & demonst. ff. l. 2. §. fi. de donat. causa mor. Et proinde antequam is qui ea conditione in fauorê & nõ alias renũciauit beneficio, priuetur eodem opus est vt is cuius fauore renũciatio fit, acceptauerit beneficium, & adeptus sit eius possessionem, vt annotauit Rebuff. in prax. benefi. c. ti. de resignat. cõditionali, n. 4. 15. 16. 17. 18. 19. sicque textus prouisionis fieri debere monet. Neq; enim intelligitur amissum, quod alteri quæsitum non est, l. nec vtilem, 20. Ex quib. caus. maio. li. 4. ff. ti. 16. Notat & Gl. ad c. inter cætera, 17. ad verba, *assignari debeat*, da præb. non videri possessionê beneficij amisisse renunciantem ex causa permutationis, si alij collatũ esset quàm cõpermutanti: quia sub modo tradidit, facit l. verba, de condit. insti. l. actus, de reg. iur. ff. videtur enim sub conditione tradidisse, c. olim, 1. de restit. spol. & qui sub conditione tradit possessionê, & ab ea ita recedit, non amittit eá si nõ impleatur cõditio, l. si fine, 34. l. qui absenti, 38. §. si quis, de acq. poss. ff. quamquá inquit d. Gl. verũ sit, vacationem inductá per resignationé: sed nõ impleta permutatione Papá vtriq; restituisse beneficium. in d. c. inter cætera, de præben. Scribit & Reb. in tract. nominationũ, q. 21. n. 22. pronũciatum aresto Senatus Parisiẽsis, 23. Ianuarij, ann. 1594. pro quodá Bochetelo canonico Cathedralis Ecclesię Bituricensis, qui resignauerat in fauorem nepotis qui noluerat acceptare beneficium, penes eum remansisse vt antea, & semper canonicum fuisse. Et quia capitulum ei noluerat fructus præbẽdę canonialis distribuere, condemnatum fuisse ad damnum resarciendũ, & id quod eius intererat & expensas. Scripsit & idem de hoc ipso plenè in praxi beneficiali, in rescripto resignationis permutationis causa.

10 Sic etiã is qui cõstituit procuratores ad resignandũ, quãdiu resignatio facta nõ erit ei insinuata vel quandiu erit incognita percipit fructus beneficij etiam in conscientia, vt ait Gl. fi. ad §. volumus, ad verb. *vacãtia*, de collat. in concor. Quia antequá certior factus fuerit admissionis renunciationis potuerit verisimiliter præsumere quòd superior noluerit admittere resignationem, vel quòd procurator non resignauerit: vel quòd is in cuius fauorem resignauerit, noluerit acceptare: arg. l. sed & socius, 17. §. si absenti, pro socio. in ff.

1. Hîc tamen obseruandũ erit, quòd resignatio inducit aliquando vacationem in fauorem alicuius facta, etiam si admissa non fuerit: videlicet si dolo vel culpa ipsius resignantis vel resignatarij non possit sortiri effectum, vt si beneficium quod est iuris regaliæ, renuncietur in fauorem alicuius, spreto nec habito cõsensu vel authoritate regis, nam statim vacat post renunciationem in regalia: & quamuis impediatur resignatio sortiri effectum, quod dolosè vel culpa resignantis omisso consensu principis facta fuerit: tamen non pertinet ad ipsum renunciantem, sed vacat, & cõferri potest iure regaliæ, vt not. Rufens de iure Regal. In simili casu tractat etiam Rebuff. ad §. 1. de regia ad prælaturas nominatio. ad verba, *per cessionem*, in concor. Quod si quispiam resignauerit coram sum. Pont. Episcopatũ in Gallia existentem in fauorem nepotis, & non aliter, nec aliàs, &c. & sum. Pont. huic sine nominatione & cõsensu regis contulerit, & alius, à rege, ad eundem Episcopatum fuerit nominatus, potior erit nominatio regis, nepote excluso, & renunciante, qui voluerũt dolo suo, aut culpa quod non consuluerint regem, eundem suo iure fraudare: maximè si in constitutione procuratoris ad renunciandum Episcopatum, non sit apposita clausula nominationis habẽdæ, vel consensus regis. Et ita etiam generaliter tractant Docto. ad c. licet, de rer. permut. in 6. & ad Clem. vnic. eo. tit. quod si resignatio non potest sortiri effectũ propter dolũ vel culpam compermutantium, tunc resignatio & ex ea vacatio firma remanent. Sed hæc hactenus de renunciatione in fauorem: agamus nunc de renũciatione cum modo aut conditione reseruationis pensionis.

## De renunciatione conditionali, seu sub modo reseruationis pensionis.

### Caput XXIX.

1 *Resignatio cum reseruatione pensionis in pecunia, vel fructibus, & de eius permissione.*
2 *Quomodo reseruatio pensionis repugnet iuri communi.*
3 *Quibus & quomodo permissum alius quàm summo Põtifici imponere beneficiis pensionem.*
5 *Pensiones aut personales aut reales sunt, & de vtrisq;*

1 Secunda species conditionalis renunciationis est, quæ fit cum reseruatione pensionis certę, in pecunia, vel fructuum parte, c. nisi essent, 21. de præb. quę etiam coram summo Pontifice fit tantum: propter suspicioné simoniæ ex reseruatione illa Rebuff. in 3. parte praxi benefic. tit. de resignatione in fauorem, num. 23. fit aliquando in renunciatione Abbatiæ vel Episcopatus, retentio vel reseruatio collationum beneficiorum, vt meminit Rebuffus ad §. 1. ad verbum, *vnum*, de mandat. Apostol. Prohibita in Gallia reseruatio omnium fructuum beneficij resignati pro pensione, Aufrerius in stilo parlamenti, aresto 192. ibi, *Item die 19. mensis Aprilis*, &c. Boetius decis. 2. primę partis. Neque verisimile est, aut non pręsumitur summum Pontificé

tales

tales resignationes admisisse facilè, vt ait Fel. ad c. nónulli, de rescr. Addit tamē idem Boerius prędicto loco, reseruationē medietatis fructuū pro pēsione tecepta aliquando per arestū Curiæ Parlamēti Burdegalēsis, mense Aprilis, ann. 1534. quia ex media parte fructuum resignatarius viuere possit, quod aliter accidit si vniuersi fructus remaneant penes resignantē, & resignatarius cogatur munus obire Ecclesiasticū in beneficio, & de suo viuere, cōtra c. cū secūdū Apostolū, de pręb. Qua ratione ego quoq; dicerē, pensionē relictam resignanti medietatis fructuū non esse recipiendā, si tam exigui fructus sint, vt de alia parte media resignatarius viuere nō possit, quare si imposita sit pēsio beneficio, resignatario mortuo, eius in beneficio successor potest experiri ad supplementū portionis, vt cōmodè viuere possit contra resignātē, c. auaritię, de pręb. Hīc singulare, φ resignatio facta cū reseruatione omnium fructuū, est reprobanda tanquā abusiua. Et quamuis post procurationē ad renunciandū cum reseruatione omnium fructuum, procuratur, qui viderit ita fieri nō posse, consentiat ad mediam partem tantū, & ita fuerit admissa renunciatio cum reseruatione medię partis adhuc dicamus renunciationē ita factā & admissā nullius esse momenti. Ideò mortuo resignāte possessore vacare dicatur beneficium per mortē resignantis, & excludatur resignatarius. Cōtra si procurator cum potestate resignandi cum retētione omnium fructuū, eo modo tantum cōsentiat, nēpe omnib. fructib. reseruatis. Papa autē in amissione renunciationis, ex officio admittat eum restrictione ad mediam partem: valebit enim tunc admissa ea lege renunciatio, dummodò postea renunciās cōsentiat huic reductioni, vel restrictioni nō aliter: quia is sub cōditione tantū fecit renunciationē, quę si nō admittatur in sua specie reseruationis omnium fructuum, nō cogitur aliter ratā habere admissionem renunciationis, c. cum dilecti, de rescr. & ita hæc fuēre decisa duobus Senatusconsultis Curiarum supremarum, Parisiens. & Burdegalens. relatis in Rhapsodia arestorum. lib. 2. tit. 8. arest. 6. & 27.

2 Reseruatio pēsionis vel cōstitutio eius super beneficio videtur habere ius quoddam singulare à iure cōmuni semotum, quia prohibitum, tanquam simoniacū, prioratus & alias Ecclesias annua distractione vēdere c. non satis, 8. de Simon. & iure ipso cōmuni diuisio beneficiorum quę inducitur per pēsiones, prohibita est, iuxta Concil. Turonensē, c. maiorib. & c. vacante, c. auaritiæ, & præb. permissio autem constitutionis vel reseruationis pensionis oritur, vel ex potestate permittētis vel ex causa iusta concessionis. Potestas & authoritas sum. Pont. sine causa expressa, sufficit ad reseruationē pensionis defendendam, vt tradunt interpretes ad ca. quæ in Ecclesiarum, de constit. Gigas tract. de pensioni. q. 6. n. 7. ex qua & fieri ita potest reseruatio super beneficio, vt transeat etiā pręstatio ad successores in beneficio, vt in c. prohibemus, de censib. & ca. pastoralis, de his quę fiunt à pręla. sine consens. c. Fel. ad c. ad audientiam, n. 2. de rescr. cum in his quę sunt iuris positiui, sufficiat voluntas sum. Pont. φ iusta causa: Innoc. & Pan. ad ca. cum ad monasterium, de stat. monach. vide quæ traduntur in ca. non est, de Voto. Cuius generis esse sæpè dictum est fructus beneficiorum & ipsa beneficia corūmque dispositio quę subiicitur plenę potestati vt iuris positiui summi Pontificis, ca. proposuit, de concess. præb. sicque potest concedere, vt & qui titulum benefici nō habet, possit fructus percipere beneficij, vt in c. si propter, de rescr. in 6. c. si tibi concesso, de præb. in 6.

3 Aliis quàm sum. Pōt. hęc potestas tributa nō est, sed si pēsiones illis permittatur imponere beneficiis, eum quadā definitione & limitata potestate, interueniente iusta causa, cōceditur, aut cum φbatione sum. Pōt. Sic φ bono pacis & cōcordię permissum, approbāte sum. Pont. in c. nisi essent, de præb. Statuitur & regula generalis, quòd prælatus vel possessor beneficij, prior vel alius, potest alteri Ecclesiæ, clerico vel laico dare pensionē super fructib. beneficij ad tēpus & quandiu vixerit, sine cōsensu capituli & superioris, cōtra si velit in perpetuum constituere quæ de facto constituta, & reuocaretur per successorē in beneficio. Archid. ad ca. possessiones, 16. q. 1. & c. 1. in fi. de reb. Eccl. nō alie. & ita iudicatū tradit Guido Papens, dec. 179. Ita Episcopus potest authorare pensiones à possessorib. beneficiis impositas, pręstandas quandiu illi qui imponunt vixerint ex causa: sed ita demum, ne oneretur beneficiū, ca. prohibemus, 7. & seq. 8. præterea, ad Cēsib. Prohibetur & ne imponantur pensiones in fraudē Concilij Later. quod vetat pluralitatē beneficiorum, c. ad audientiam, 31. de rescr. ca. extirpandæ, in fi. de pręb. c. audiuimus, de collusion. deleg. In fraudem autē fiet, si is qui beneficia nō potest tenere vnum habet tantū, & plures pēsiones cōstitutas super aliis. Abbas, prior, aut prælatus alius, potest imponere pensionem beneficio sine consensu capituli pro remuneratione seruitiorum & obsequiorum præstitutorum ipsi beneficio, ad certum vsque tempus, non in perpetuum sine consensu capituli, vt dictum est.

4 Pensiones, aut personales, aut reales sunt. Personales sunt illæ pensiones quæ ita constituuntur, vt soluantur quandiu qui soluit, vel is cui soluenda vixerit: quare extinguuntur eum personis, l. quia tale, sol. mat. ff. Reales, quādo nō persona beneficiati, sed beneficium pensione oneratur, vel quando præstandæ sunt pensiones, non certo præposito Ecclesiæ, sed ipsi cuipiam Ecclesiæ: quare & hæ pensiones transeūt in successores beneficij, si modo authoritate summi Pōt. confirmētur, & causa cognita. Guid. Papæus, deci. 179. Si tamen qui succedit in beneficio onerato pensione, inuenerit nimium onerosam pensionem, poterit experiri pro reductione pensionis, vt non excedat tertiā partem fructuum, quanquam qui constituerit excedentem si viueret, nō posset ad reductionē agere: quia sibi imputare debet, quòd onere se spontè subiecerit: at non potuit in præiudicium successoris, beneficium supra modum onerare, ideóque successor pro reductione & extinctione agere poterit, c. si quis presbyterorū, de reb. Eccl. non alie. c. vn. Vt Ecclesia. benef. sine dimin. confer. & ita iudicatū refert Papus li. 3. Rhaps. arest. tit. 5. arest. 8. Reuocatur facilius pensio imposita beneficiis quæ nihil amplius quàm quotidianas habent distributiones, quia illis imponi non debent, per rationem quæ prohibet alimenta futura venire in remissionem & transactionem, l. cum hi, 8. de transact. ff. l. de alimentis, 8. C. eo. tit. Neq; clericus potest obligare omnes decimas sui beneficij, pro pensione, in c. peruenit, de arbitris, & ibi Bald. nec athleta spem præmiorum futurorum, l. spem præmiorum. Quę res pig. obli. possunt. li. 8. C. ti. 17. facit, l. 4. de executio. rei iud. C.

## De renunciatione, cum regressu, & ex causa permutationis.

### Capvt XXX.

1 *Renunciatio cum regressu, & accessu, quæ, & quando renciatur, & quare.*
2 *De regressu & coadiutoriis prohibitis.*
3 *De renunciatione & causa permutationis.*

1 Renunciatio cū regressu ea fieri dicitur, quę illa conditione fit, vt si quando contingat eū cuius fauore resignatio fit, præmori resignanti possit resignās mortuo resignatario redire ad beneficiū, de quo Reb. in prox. benef. in ti. de resig. in fauorē. Habet resignatio hęc cū accessu & regressu speciem quādā successionis hęreditarię, quę reprobatur in c. Apostolica,

8.q.1.c.ex transmissa,& c.ad extirpandas, de fil.presb. c.consuluit,de iu.patr.c.ad hæc,de Decim. quamobrẽ & in Gallia hęc species resignationis non admittitur magis quàm reseruatio omniũ fructuũ,vt notat Papus li.2.Rhapsodię,ti.8.arest.3.& Rebuf.qui ita fuisse iudicatũ dixit,ad rubr.de reseru.in cõcor. in Senatu Parisiensi,an.Do.1496.Addit tamẽ,ꝙ etiá in Gallia hodiè si quis resignauerit cũ regressu, valebit resignatio, quãuis inualidetur regressus: quia vtile per inutile nõ vitiatur in his quæ diuidi & separari possunt, c.vtile,de reg.iu.l.sancimus.C.de dona.l.1.§.pen.de verb.obl. c.si eo tẽpore,9.de rescr.in sex.Non prætermittam tamen arestum singulare quòd videtur repugnare reprobationi regressus, prolatum in Sacro regis Galliarũ cõs. 29.Aprilis an.1558.quo Ioan.Benedictus Doctor Theologus,restitutus est suis beneficiis quę renũciauerat in infirmitate constitutus presbytero,suo Vicario nomine Semelle,ea cõditione,ꝓmissione & fide data,quòd ei restitueret si ab infirmitate illa conualesceret, non aliter, & nisi sub ea fide data renunciaturus. Statutúmq; dictum Semelle in restitutione contumacẽ, cogendum renũnciare per captionẽ etiam personæ in manib. ordinariorum collatorum, quib.quoq; iniunctum, eadem conferre iterum dicto magistro Benedicto: cautum insuper per modum edicti generalis,per vniuersam Galliam huiusmodi placitum seu arestum publicãdum, vt pro lege in posterum esset in similib. causis cõtingẽtib.Iniiti autẽ mihi videtur æquitas huius edicti fidei datę de restitutione faciẽda in casu cõualescẽtiæ ab infirmitate, sine qua non renunciasset infirmus,c.sup hoc,de renun.ibi, *aut promissione extortũ.* Quẽadmodum & placuit fideicõmissa necessitatẽ restitutionis continere debere, quanquam fideicommissa ex eo appellata sint, quia nullo vinculo antea iuris,sed tantum pudore eorum qui rogarentur, continerẽtur,§.1.de fideic.hære.Cæterum alia videtur ab illa hypothesis,ex iudicio decisa,contrariam habẽs,vt videtur,conclusionẽ,cuius meminit Papus li. 2. arest. ti.8.arest.20.per quam Senatus Paris. 7.Septẽb. an.Do. 1550.renunciationẽ,vt sequitur, qualitatib.definitam, reprobauit.Protonotarius quidam &monachus,inter se concordatum & pactionẽ inierant, per quam protonotarius resignabat in fauorẽ monachi prioratum litigiosum,ea lege & cõditione, quòd monachus promitteret & teneretur reddere dictũ prioratum dicto protonotario resignãti,aut alteri ꝑsonę quã protonotarius resignãs ei nominaret,intra duos annos post approbationẽ ꝑdicti cõcordati:& casu quo ꝑ occasionẽ impedimẽti iuris vel facti resignatarius nõ posset restituere ꝑdictũ prioratũ, monachus teneretur facere prouidere eidẽ resignãti protonotario,vel alteri personæ quã dictus protonotarius nominaret,de beneficio seculari non religioso,nec pẽsione onerato, valoris annuæ 200.librarũ,&pẽdẽte tpe ꝑdictorũ 2.annor. teneretur soluere prędicto protonotario pẽsionẽ ducentarũ librarũ. Et ad illum effectum & finem donec impleretur prędictum cõcordatum,beneficium locationem datum pro eadem summa.fuit & obligatum protonotario. Improbata autem fuit hac occasione hęc renunciatio, ꝙ postq̃ pactũ seu cõcordatũ fuisset approbatum à sum.Põt. resignatione admissa & monachus nactus possessionem prioratus cõtinuatá per annum & dimidium viuente protonotario, post mortẽ eius ꝓtonotarij,q̃uis viueret monachus,terti⁹ quidá impetrauit beneficium prioratus per mortẽ protonotarij.Et nõ obstante exceptione vel intercessione monachi,impetrauit,iũcto procuratore regio, literas appellationis ab executione Bullę admissę resignationis factę à ꝓtonotario:& ita tãquàm ab abusu,& executione Bullę cõtinẽtis simoniá,litéq; cognita pronũciatũ est pro tertio impetrãte per mortẽ ꝓtonotarij,& adiudicatus prioratus, & monachus damnatus ad expensas,dãna, & ad id quod intererat impetrãtis, à die intercessionis eius & pronotationis.Sed & in Cõcil. Trid.ses.25.c.7.de reformat.regressus & accessus in beneficiorum resignatione his verbis reprobatur, & coadiutorię quoq; cũ successione.*Cũ in beneficiis Ecclesiasticis ea quæ hereditariæ successionis imaginẽ referunt, sacris constitutionibus sint odiosa,& patrum decretis contraria:nemini in posterum accessus aut regressus,etiam de consensu ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedatur:vel hactenus concessi suspendantur,extrudantur aut transferantur. Hócque decretũ in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, ac in quibuscunque personis etiam Cardinalatus honore fulgentibus,locum habeat.*

*2 In Coadiutoriis quoq; cũ futura successione,idẽ posthac obseruetur, vt nemini in quibuscũque personis Ecclesiasticis permittãtur. Aut si euidẽs vtilitas postulet prælato dari coadiutorẽ,is nõ alias cũ futura successione detur quã hæc causa prius diligenter à sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes concurrere in illo certum sit, quæ à iure & decretis huius sanctæ synodi in Episcopis & prælatis requirũtur: alias cõcessiones super his factæ subreptitiæ esse censentur.* Videntur istę coadiutoriæ cũ successione post mortẽ eius cui datur coadiutor detestabiles in iure : sicq; his verbis explicat Alex.3.in c.accepimus,5.de pact.*Accepimus quod quędã sunt Ecclesiæ clericis tali tenore concessæ,quod post eorũ obitũ,alij nominatim succedãt:verũ quoniam hoc iniquũ est,& sacris canonib. inimicũ,& ideo nõ debet aliquatenus tolerari, mandamus quatenus huiusmodi successiones, tam detestabiles & iniquas,appellatione cessante prohibeas & omnino friuolas,& inanes decernas.*

3 Est alia renũciatio quę fit ex causa permutationis, & nõ aliàs,nec aliter:quę & sub modo videtur facta,in eo autẽ cõditionalis,dũ includitur cõditio si permutatio sortiatur effectũ.cui & alię cõditiones possũt accedere veluti renunciatio ex causa permutationis si pactuus mens voluerit:quę tamẽ reiicitur,vt not.in c.ex parte de off.deleg.super verb.*omnino*.Dubitatur tamẽ, nũ sub cõditione ita apposita facta ex causa permutationis resignatio retineatur,improbata & reiecta solũ cõditione in quo quidá dixerũt, reiecta cõditione, valere:arg.not.ad l.per seruum,de vsu & habit.ff.quãuis cõtraria sentẽtia verior sit,nẽpe,vt corruẽte cõditiõe & renũciatio ex causa ꝑmutationis corruat:vt scribit Rot.dec.6.de renũ.inci.*quidã renũciauerat*,in antiquiorib.collectis per auditorẽ Rotę de Bitignero.facit Ioã. Andr.ad c.electionem.de elect.in 6.super verbo,*electio*.

## De effectu & communi causa renunciationum.

### Capvt XXXI.

1 *Renũciatione inducitur vera vacatio iuris & facti.*
2 *Renũcians ex causa permutationis,facit vacare beneficiũ,sed nũ permutatione nõ impleta possit quis redire ad beneficiũ renunciatum sine noua collatione di-(sputatur.*
3 *Renunciationis valida circunstantiæ.*
4 *Vt fiat à sano mente.*
5 *Spõte,sine metu, & num metu facta ipso iure nulla sit.*
6 *Item vt & procuratio ad renunciandum libere fiat.*
7 *Minor 25.annis,an validè possit renũciare beneficium.*
8 *Calore iracundiæ facta renunciatio,an valeat : item si in nimia lætitia,& ibi de lætitia.*
9 *Num si ab ebrio fiat,valeat.* 10 *Si ab ęgroto.*
11 *Renũciatio beneficij corã quo fieri debeat vt sit efficax.*
12 *In renunciationibus quæ debeant considerari regulæ Cancellariæ,& primo de regula de infirmis renũciantibus,& in quibus locum habeat.*
13 *Num in maioribus & translationibus pensionũ habeat*
14 *Etiam bullis non confectis.* *(locum.*
15 *Num autem locum habeat in renunciatis ex causa permutationis.*
16 *Disputatur etiã, nũ ꝑdicta regula,habeat locũ in renũciationi*

*ciationibus factis coram ordinario.*
17 *Quis debeat probare tempus viginti dierum.*
18 *De regula Cancellariæ, de publicandis renunciationib.*
19 *Sex menses regulæ de publicandis renunciationibus, à quo tempore incipiant computari. (debeat.*
20 *Possessio beneficij resignati intra quod tempus capi*
21 *Publicatio renunciationis vbi facienda, & de excusationibus, quòd intra prædictu tépus nō fuerit facta.*
22 *Quæ requirantur in summa, in regula de publicandis resignationibus.*

1 Renunciationum effectus varij sunt, præcipuos indicabimus. Et primum ille substantialis, vt per puram renunciationem inducatur vacatio beneficij, c. susceptum, de rescr. in sex. c. ex transmissa, 3. ca. super hoc, 5. de renun. c. 3. & 4. de resti. spol. c. quàm periculosum, 7. q. 1. etiam si Papa Pontificatum resignaret, 1. de renun. in sex. Ita per renunciationem amittitur ciuilis & naturalis possessio beneficij, & alterius rei renunciatæ, vt ait decis. 1. Rotæ de renun. in Nouis, etiā dato quòd renuncians insistat de facto detētioni rei, à qua non possit amoueri nisi citatus, ca. licèt canō, de elec. in sex. quamobrem post renunciationem admissā, possessio seu detentio nihil proderit renuncianti, ad hoc vt dici possit pacificus possessor, neq; in hoc casu adhibetur differentia an tacita vel expressa sit renūciatio. Panor. & alij ad c. ex ore, de his quæ fiunt à maior. parte capitul. Gomes ad reg. Cancel. de triennal. possess. q. 10. facit reg. Cācell. 34. vbi, si quis resignauerit beneficium in curia, quod fuerint mihi collatū, & publicatione non facta intra sex menses remanserit in possessione posteà per tres annos, poterit adhuc molestari, quia nullum habeat titulum. Quare si resignans moriatur non facta publicatione, & per me nō petita possessione cui fuit collatum beneficiū resignatū, dicetur beneficium vacare per mortem, & non per resignationē. Auriolus in repetitio. ca. cum te, n. 267. de rescrip. Reb. tract. de pacif. poss. n. 285. Veruntamē si procuratio facta fuit ad resignandū, nō tamen statim aut simul cū mandato de resignando, resignatio vim habebit, sed non priusquàm ipsa facta fuerit ita illud est resignare, aliud mandare resignari. Quia resignatio facta, reuocari non potest. c. 4. de renun. d. c. quàm periculosum, 7. q. 1. nec remittentib. actiones suas datur regressus, l. quæritur, §. si venditor, de ædil. edi. ff. l. postquā liti, C. de pact. At procuratio ad resignandum, reuocari potest antequam executioni mandetur. Cle. vnic. de renun. Et si nō fit admissa renunciatio beneficium nō vacat, ca. quod in dubiis, & c. admonet, de renun. c. si quis verò, & c. si quis presbyter, 7. q. 1. quare alij non confertur, c. cum nostris, de concess. præben. Si quando tamen postulasset titularius, & impetrasset facultatem renunciandi beneficium, non posset postea reuocare procuratorem constitutum ad cedendum, quia cogeretur renunciare, secundum c. quidam, 1. de renun. ex Concil. generali Later. c. 28. Quod in praxi vix seruatur, vt ait Reb. ad Rubricam de subl. Cle. literis. in concor. Dehinc & differunt resignatio, & procuratio seu mandatum ad resignandum. quòd qui resignauit non potest percipere fructus beneficij resignati, vel suos facere in conscientia, sed tenetur ad restitutionem: quia nullo iure percepit, vt scribitur in libro Prouinciali. Contrà, si tantum constituerit procuratores ad renunciandum: nam & facit fructus suos, nec percepit in conscientia: quia potest ignorare admissionem renunciationis: & potest præsumere quod superior noluerit admittere, vel quod procurator non resignauerit, vel quòd is, in cuius fauorem resignauit, noluerit acceptare. Probus in additionib. ad Monachum ad c. 1. de resc. in sex. Reb. ad §. volumus, in fi. gl. de colla. in conco. fit & procuratio ad resignandū nulla post lapsum anni computandi ab eius constitutione secundū edictū regis Galliarū & per Senatusconsul. tum Curiæ Tholosanæ supremæ quod refertur per Rebuffum ad regulam, de verisimili notitia. gl. 7.

2 In renūciatione quoq; facta ex causa permutationis, vacare dicitur beneficiū: vt qui resignauerint non dicantur amplius possessores, & ad implendā permutationē rursum opus sit collatione, vt not. ad c. vnic. de rer. perm. in 6. & ad Clem. vn. eo. tit. Rot. decis. 398. *nota quòd beneficia*, in antiq. Atq; secundum vnā sententiā, resignans beneficium ex causa vel ob causam permutationis quæ nō habuerit effectū, non potest ad suum beneficium sine noua collatione redire, Pan. Fel. & alij in c. cum venerabilis, de excep. Io. de Selua tract. de benef. 3. par. qu. 24. quamuis de consuetudine Galliæ, non requiratur in hoc noua collatio. Quæ cōsuetudo plurib. curiarum supremarum placitis firmata fuit, quæ referuntur à Rebuff. tract. de pac. poss. nu. 145. Ita (inquit) & vna Ecclesia compermutata, euicta ab eo, cui pro suo beneficio data erat, potest, qui suum beneficiū pro eo dedit, illud repetere, & possessor tenetur illud restituere cum fructib. perceptis à tépore interpellationis reddendi vel euincendi datum beneficium. Et si quando beneficium resignatur ex causa permutationis & non aliàs, si non admittatur illa permutatio, potest Episcopus dare licentiā cuilibet cōpermutātium reuertendi ad sua beneficia resignata, Rota decis. 101. & 361. in ant. Socin. cons. 168. in c. *in primis*, vol. 2.

3 Cæterum, quod diximus per renunciationē vacare beneficium, intelligi debet, si modo rectè ea facta fuerit, & ab eo qui potest renunciare, & coram eo qui admittere factum possit: & si fuerit admissa ab eo qui habeat potestatem, non aliter. Itaque qui renunciat debet esse mentis compos, qui intelligat quid agat, & velit illud agere.

4 Quare furiosus resignare nō poterit quandiu furore detinebitur, arg. l. in negotiis, de reg. iu. ff. cū ignoret quid agat, Clc. si furiosus. de Homicid. cum sim. ibi not. c. 12. si quis insaniens, 15. q. 1. l. diuus, de offi. præsid.

5 Improbatur & metu nec sponte facta resignatio, & in irritum reuocatur, c. Abbas, c. ad audientiam, de his quæ vi metúue caus. fiunt, argumento matrimonij quod plena cū libertate & voluntate vt firmū fit, cōtrahi debet, c. cū locum, de spons. l. c. accedens, de pen. similitudo autē est matrimonij & gubernationis Ecclesiæ prepósito cōmissę ad vitā, in c. inter corporalia, c. 2. de translat. Episcopi. Nec etiā electio facta per impressionē & metum valet: rescindēda tamē per officiū iudicis, aut per edictum quod metus causa, nec ipso iure nulla est: quia voluntas, coacta quāuis, tamē voluntas est, ca. merito, 16. q. 1. si tamē facta fuerit beneficij renūciatio per captionē seu detētionē personę renunciātis, clausę vel deteñę per personas seculares, renūciatio erit ipso iure nulla, ex decisione noua, Cle. multorum, §. sanè, de Pœ. quare si detētio nulla interuenerit, vel captio, metu facta valebit, nisi posteà irritetur. sic resoluit Rota, decis. 374. incip. *fuit dubitatum*, in Nouis.

6 Eodē quoq; modo dicimus procuratorem ad renunciādum liberè sine metu vel coactione cōstitui debere, alioquin nō valebit procuratio, c. accedens, 10. de procu. Metus hic iustus improbat resignationem coactā, non tantum qui infertur in ipsum resignantem, sed etiam qui committantur ob eam resignationem obtinēdam in personam proximorum resignantis. Quare Barth. ad constitutionem seu Auth. cassa, C. de Sacros. Eccles. Præpositus ad ca. cum locum, de spons. l. Rota decis. 460. Cosmas Guimier. seu glo. antiqua, ad §. item non credit, ad verbum, *violentiæ*, de elect. & reseruat. in Prag. sanction. tradunt, non valere resignationem beneficij propter liberationem fratris de carceribus, veluti propter iustum metum interuenientem in resignante, ex personis coniunctis præteritis. vt in l. isti quidem, Quod met. cau. 1. & 2. 31. qu. 2. in aliis & impressio vel metus, in persona consanguineorum, con-

ſetur iuſtus metus eius qui eorũ cõtẽplatione inuitus agit,c.quicũq; pro eo,11.ibi, *aut bonis ſuis,aut ſuorũ*, de ſent.excom.in 6.ſic qui grauamen intulerit perſonę electoris,& nõ tãtum eius perſonæ,ſed etiã conſanguineis,vel Eccleſiis,vel bonis eius,pro eo ꝙ non elegerit eũ pro quo rogabatur,ipſo facto eſt excõmunicatus.c. ſciant cuncti,12.de elect.in 6.facit &c.quoniam,de immun.Eccl.Refertur in Rhapſod.areſtorũ Papi li.2.tit. 8.areſt.2.placitum Curię ſupremę Pariſ. quo 12.April. 510.Epiſcopus fuit cõdemnatus multa centũ librarũ, ;ad damna,intereſse & impenſas vltra retroceſſionem beneficij coactè reſignati, quod incarceraſset ſuũ receptorem denegantem reſignare ſuum beneficium.

7 De minoris vigintiquinq; anno.renunciationa beneficij dubitari poſset,num valeat? Reſpõdebimus autem, renunciare poſse minorẽ, nec reſtitui in integrũ prętextu ſolius minoris ætatis, niſi in ea renũciatione circonuentus vel deceptus fuerit:quod diſputat in vtramq; partẽ gl.ad c.ex parte,14.ad verba, *quamuis minor*, de reſt.ſpol. Ratio autem cur non reſtituatur aduerſus renunciationẽ beneficij: ꝙ minor habeatur ꝓ maiore in ſpiritualib.cauſis,c.fi.de Iudiciis,in 6. Ex leuiori tamen cauſa quem maior circõuentus reſtituetur,& ex leui metu,quamuis talis non ſit qui non cadat in conſtantem virum, prout iudicatum fuiſset in Senatu Pariſienſi,duob.areſtis probat Papus,li.3.areſt. tit.11.areſt.1.& 2.ſi minor viginti quinque annis forſan meretricum blandimentis impulſus fuerit vt perſuaſus beneficium eiurare,poterit inutilis declarari.

8 Dicunt quidam & non valere renunciationem calore iracundiæ factam,Feli.ad c.Matthæus, de Simon. Iaſ.ad l.ſi filium,C.de inoff.teſt. quod ego exiſtimarem verum tantum, ſi ſtatim reuocetur, & multo magis ſi re integra,nondum collatione alij facta:cõtrà,ſi ex interuallo reuocetur,vt notant præpoſitus, Dominicus, & alij,ad c.quàm periculoſum,7.q.1. Dec.ad c.2. de reſcr.iungenda l.quicquid calore iracundiæ,49. de reg. iu.ff.l.locatio,9.de publ.ff l.3.de diuortiis. ff.quamquã in delictis, in quibus præiudicium & damnum alteri fit,illa reuocatio, ad cluẽdum omnino delictũ nõ ſufficit,l.ſi non conuicij concilio,5.de iniu.lib.9. C.ti.35. l.qui ea mente,de furt.ff.& ira commiſsum punitur,l. aut facta,16.§.cauſa,de pœn.ff.& in Nouella Conſtantini,2.Porphyrogenetæ,in fin.vidend. Iulius Cla.lib.1. Sent.§.iniuria.in fi.& §.fi.q.60.num.4. Idipſum dixerũt de renunciatione facta ab eo qui nimia lætitia eſset, vt ita non valeat, quin extra lætitiam reuocari ſtatim poſſit:quemadmodum ratum eſse nõ debere promiſſum inter pocula tradunt,ex c.8.vnuſquiſque,22.qu.4. Dubitarem ego,niſi tam effuſa ſit lætitia vt penè animum aut rationẽ ſuſtuliſse videatur:tunc enim ebrio hunc lætum dicemus ſimilem & mente capto, ſi nulla ratio vel occaſio renunciandi poſſit cum hac lætitia concurrete,quę videtur etiam & renunciantem ſanũ, ad ſimilem faciendum renunciationem impuliſse.Lętitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio efferuentiore euentu rerum expetitarum, Gellius lib.2. c.27.& gaudium eſt animi diffuſio in conceptione cõuenientis boni,diſſipatúrq; animalis facultatis robur, & reſoluitur ſpiritus,& tanta eſt paſſio interdum animi,vt poſsit etiam ob nimium gaudium vel lætitiam anima efflari. Sicut & nos exemplis docuimus lib.28. Syntaxeos artis mirabilis,c.25.plures mortuos gaudio repentino eoq; nimio.Vt Sophoclem, Dionyſium Tyrannum,Diagoram,Rhodium,M.Iuuenium,Thallam conſulem,Polycratã è Naxo inſula fœminam, Philippidem comœdiarum Poetam. De quibus & fidẽ faciũt Gel.li.3.c.15.Val.Max.li.9. c.12.Plinius lib.7.c.37. prohibitum & in l.1.publicæ lætitiæ, vel conſulum nunciatores,&c. ne publicæ lætitiæ nunciatores, vel nuncij donationis officiorum quid accipiant immodicum,ne turpi colludio quęratur ex miſeris pretium gaudiorũ nunciatorum,l.vn.li.8 Cod.Theodoſ.ti.4.& CC.Theodoſ.& Valens in l.2.de Conſuli.& non ſpargen.ab his pecuniis,& c.& li.12. C.tit.3. prohibent profuſas & temerè factas à magiſtratib. populo largitiones, initio initi magiſtratus de nouo conſecutus, ne veluti ebrij dignitate noua,prodiga vterentur largitate: à qua ſe temperare ob lætitiam aliter vix poterant.

9 Si ebrius quoque renunciauerit, & ſtatim deferueſcente vino,reuocauerit renunciationem de ea admonitus,non oberit renunciatio,cum ebrij promiſſio non valeat.c.ſanè 15.q.1.& excuſetur à facto, vt in l.omne delictum 9.§.per vinum aut laſciuiam,de re mil. ff.l.vn.Si quis Impera.maledix.li.9.ti.7.l.milites, 12.§.ſi tamen per vinum,de Cuſto.reor.li.48.ff.ti.3.Hicq; vel maximè erit conſiderandum iudici, ſi quãdo reſignatarius, vel per ſe, vel per alium inebriarit reſignantẽ: nã & dolus vltra prædicta & maleficium reſignatarij,iure reſignationis priuatc cũ debet,ſine dãno reſgnãtis,per l. quæ adulteriũ 29.ad leg. Iul.de Adult.C.

10 Ex feruore rurſũ ægritudinis & in dolore infirmitatis renunciationem factam non valere putant,ex c.1.Gonſald.17.q.1. ſed ille canõ loquitur quãdo æger in dolore renũciaſset in manib. aduocati Eccleſię vel alterius quàm collatoris,vel eius qui habet poteſtatẽ admittendi,vt notat eius Gl. ad d. c. Gonſaldus, quia non debitè vel legitimè facta renũciatio,nemini præiudicat.vt c.denique,6.q.3.l. legatus,de offi.pręſ.ff.l.fi. C.de Deſenſ.ciuit.Cõtra ſi illa renũciatio fieret ab infirmo in manib.ſuperioris,ſeu prælati ſui,dũmodò tẽpore renũciationis fuiſset mẽtis cõpos, vt ait Gl. ad d. c.Gõſal.ad verbũ, *refutauit*, per c.3.de ſucceſ.ab inteſt.

11 Hic alia circũſtantia requiſita in efficaci renũciatione annectenda, vt fiat coram eo qui poteſtatẽ habet conferendi,vel ſuperioris,vel ex mandato eorum, coram eorum Vicario vel delegato: ne in præiudiciũ iuris ſuperioris fiat, ſi aliter permitteretur. Tenetur enim prælatus vel ius cõferẽdi habẽs conferre beneficium vacans intra ſex mẽſes,vel cogere renunciantẽ redire ad beneficium,aliter deuoluitur ius conferẽdi ad proximum ſuperiorẽ,vt notatur per Innocentiũ ad c.admonet,de renunc.per Rotam deci.289.inci p. *nota quòd licet habens*,n.1.in Antiq Sic non valet renunciatio abſolutè, quæ fit per Abbatẽ exemptũ ſuæ dignitatis ſeu abbatiæ facta in manib. monachorũ ſuorũ: & ſi reipſa fiat,reuocatur à ſum.Põtifice,in cuius manib.poſteà fieri debeat.c fi.de Renun.vbi notat Gl.ad verba, *in manibus*: quòd recepto reſignationis ad illũ pertinet,ad quem pertinet confirmatio. per c.Abbas, 18.q.2.facit & can.denique,6.q.3.vbi qui vult renũciare, debet ſui ſuperioris non alieni præſtolari iudiciũ. Renũciatio beneficij ſimpliciter reſeruati,poteſt fieri in omnibus ordinarij,& admitti,licèt ordinarius non poſſit conferre Rot.deci.14.de Renun.in Antiq.& deciſ.1.aliàs 23.inci. *fuit dubitatum vtrum beneficia*,& c.de rer. permut.in Nouis.Ita & ordinarius renunciationẽ ex cauſa permutationis admittet & recipiet,quamuis pro collatione ſit recurrendum ad ſum.Pontificẽ.Rota deciſ.10. *nota quod reſignatio*,aliàs 398. de renunc.in Antiqu.At ſi vltra reſeruationem ſimplicem, perſona quæ reſignat ſit quoque exempta à iuriſdictione Epiſcopi,vt Capellanus Papę,vel alius,non poterit beneficium reſeruatum reſignare in manibus ordinarij, vel alterius quàm ſummi Pontificis : ſicque intelligẽdus Æneas de Fulconibus tractat. de Reſeruationibus quæſt.4.in 8.effectu. Videndus Iacobus Simoneta, tract. de Reſeruationibus beneficiorum, quæſtione 46.& ibi Paulus Gramitius. Ex quibus & liquere poteſt, aliquando renunciationem fieri poſse coram eo qui conferre non poteſt : quemadmodum & addere licet aliud exemplum,vt renunciatio fieri poſſit coram Vicario Epiſcopi, qui tamen conferre non poteſt, niſi ex licentia expreſsa Epiſcop. iuxta c.

fin.da

§i.de off.ord.in sex.& notat in specie Rot.deci.45.inci. *nota quòd Vicarius*,in antiq.quemadmodû contrà,aliquando qui habet potestatê confetendi concessã, nô potest admittere tenunciationem volentium tesignare,cô quòd in resignationib.pluta possint interuenire, in quib. propter factû resignantis posset affici dãno is ad quem pertinet collatio.pro quo facit c.dudû, de præb.in sex.& in specie ita resoluit Rota decis.217. *nota quòd tui datur*,in antiq.& decis.530. *quæritur vtrû executores*,&c.in antiq. Neque etiam iis quib.cômittitur potestas recipiendi tesignationes, eadem cômissione datur potestas cogendi inuitum nolentem resignare:neque delegatus ad tecipiendam alicuius tesignationem , eo mortuo sine tesignatione poterit eius beneficium per mortem eius côferre, quod nihilominus potuisset conferre , si antequam mottuus fuisset resignasset,c.suscaptû,de resc.in sex. Quare tequiritur ad renunciationê efficacê ex qua côferri possit beneficiû, vt fiat in manib.eius, qui habet potestatê instituêdi & destituêdi. Et ꝓinde nô debet fieri in manib. ordinarij collatoris,si inferior sit Epô,qui,quãnis possit côferre,tamê destruere nequit ordinatos. Rot.dec. 5.*vtrû renûciat*.In antiquiotib.collectis p Bisignetû.Innoc. ad c.qd in dubiis,de renun. Fel.ad c.auditis,vet.*fortius dicit*,Rot.de præscriptionib.Illud quoq; notabile,vt quamuis renûciatio beneficij nôvaleat cotam nô suo prælato facta, ad effectû collationis faciendæ tanquam vacantis,tamen quod pertinet ad ipsum tenûciantê,hanc vim habet,vt nô possit tenûciatû propria authoritate repeti,quia ex eo ipso solo qd voluerit sine superioris authoritate renûciate , spoliandus est beneficio,vt in c.quod in dubiis,8.de renun.& Rota decis.353. incip.*si opponatur spoliatio*,in nouis,tradit quod si ostêdatur instrumêtû puræ & simplicis renûciationis in manib.ordinarij factæ,licêt non doceatur admissa, renunciationem illam obstare agenti, quod per illam renûciationem in superioris manib. factam licet nô admissam,renuncians amiserit possessionê & ꝓprietatê,quãuis in illo est. ita & Gl.ad dictû c.quod in dubiis,notat & renunciationem factam coram alio quàm suo prælato vel superiore,valere,quod pertinet ad resignantem, vt ipse non possit renocare:sed non quod pertinet ad superiorê,ꝗ potest,si velit,resignationem tetractare, & resignantê ad Ecclesiam reuocare renunciatam & relictam, c.non oporter,7.q.1. c.mulier,33.q.5.argumêto acceptilationis inutilis,quæ ersi non teneat , tamen videtur habere tacitum pactum ne petat qui accepto tulit. leg.si vnus, §.pen. de pactis.c.eos,7.q.1. Dicemus,& tenunciantem in manibus nô habentis potestatem admittendi renunciationem , non priuari omnino iure suo , licêt ex eo possit priuari ab ordinario,d.c.quod in dubiis,de renunciationibus, quare posset ante admissionem pœnitere, arg.leg.3.& leg.quem pœnitet,de cession.bonor.ff. Et postet agere contra se intrudente beneficio resignato.Et si obiiciatur,quod coram alio quàm suo prælato renunciatio facta valeat & teneat,contra renunciantem replicabitur verum illud esse,si ageret contra ordinarium ad restituendum beneficium. Quia cum in eius potestate sit ita renunciantem sine sua authoritate priuare, & remouere à beneficio : ita & eum agentem repellere tatam habendo renunciationem: arg.l.inuitum,§.cui damus,de reg.iur.sicq; in hac specie resoluit Rot.dec.4. de renun. in antiquiorib.collectis per Bisignetum:dicitur tamen decis.1.eo.ti.& collectione eadem , quòd , antequam ordinarius possit conferre beneficium in manib. alterius resignatum, debeat resignantem priuare seruato ordine iudiciario , eóque vocato , iuxta Innocentium , ad dictum cap. quod in dubiis , de renunciationibus. Si quis tamen ius ad rem , non in re seu beneficio habeat, efficaciter poterit renunciare in manibus etiam solius notarij gratiæ suæ. Rot.decis.289.in antiq.& facilius renunciater iuri quærendo quàm quæsito,Innoc. in d.c.quod in dubiis,Arch.ad c.deliberatione,de offi. legat.Notabile & quod obseruat Rota decis.433. *nota ꝙ resignatio*,in antiq.quòd resignatio facta simoniacè, non tenet etiam in præiudicium renunciatis , iuxta Innoc.ad c.cum vniuersorum, de tetum permutatione,Archid.ad cap.dudum,de præb.in 6.Vide quæ tradit Geminia.consi.123. Nihilominus tamen verum erit priuandum beneficio qui commisit simoniam, vt scribit Glos.ad c.super hoc,ad verbum,*pecunia*, de renunciation.

12 Porrò in renunciationib. considerandæ erunt maximè duæ regulæ cancellariæ Romanæ,quarum ptior est nume.18.de infirmis tenunciantibus, alia est 4. de public.resign.De ptiore prius, quæ est Bonifacij 8.qui eam edidit Cal.Maij Pontificatus sui anno 8. innouata à Martino V.& Nicolao V. verba eius. *Item voluit* (Bonifacius 8.) *quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit beneficium,siue simpliciter,siue ex causa permutationis:& postea infra 20.dies,à die per ipsum resignantê præstandi consensus computandos,de ipsa infirmitate decesserit,ac ipsum beneficium conferatur per ipsam resignationem sic factam , collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum vacare censeatur.* Addidit Nicolaus V.quòd literę tesignationis expediteotur viuete resignante,alioquin omnia essent irrita.Iulius 2.etiam addidit, quod in nouis regulis est appositû, ꝙ dies viginti à tempore pręstandi consensus computarentur. Adrianus verò sextus admittit , *quauis authoritate conferantur*,sub qua clausula videbantur contineri & resignationes factæ coram legatis & ordinariis,quod tamen dubium fuit in Rota tēpore Clemêtis 7.decisum. Videtur autê sumpta regula ex c.2.de tenun.in 6.Eadê regula vtitur Rex Galliarum in officiis & beneficiis quæ iure regaliæ confert , vt si ex causa renûciationis fuerint collata à rege & resignans moriatur intra viginti dies,beneficiû dicatur vacare per mortem.& nô per resignationê , vt curię placito fuisse pronunciatû Lutetiæ ait Papus li.3.Rhapsod.arest.ti.2.aresto 1.&si. Regula generaliter locum habet in omnib. personis beneficiatis exemptis & non exemptis,non priuilegiatis & priuilegiatis renunciantib.vt docet per quinque quęstiones Gomes ad illâ regulâ,& in summo Pontifice,Cardinali,familiarib.eorû curialib.& aliis. Lex enim vniuersaliter loquês,cuiusmodi est prędicta regula,omnes includit, ca.si Romanorum,19.dist.quare & priuilegiatas personas côprehendit,vt not. Barth.ad l.in fraudem,de testam.mil.ff.Maximè quia hæc regula est introducta pro bono publico, ad euitãdas fraudes,& ad animę vtilitatem. De fraudibus quæ hîc cômitti possunt.agitur in c.fi.de renunc.in 6.Nempe,ne propter has suppositas vel procuratas renunciationes ordinarij à collatione,& expectantes in vim mandati, à suis iurib.excludantur. Et rursum, ne beneficiis per obitum vacaturis,per modum vltimæ volûtatis, vt de hæreditate disponatur sub velamine tenunciationis, côtra c.7.Apostolica,8.q.1.c.præsentium,de fil.ptesby. eum simil. Côtinebuntur idcitcô & ratione istius æquitatis,non solùm viri:sed etiam & mulieres habêtes beneficia,vt in c.indemnitatib.de elec.in sex.Gomes ad dictam regulam,q.6.nec in causa animæ differentia erit sexus,vtq; malitiis hominû obuiam eatur. l. in fundo,de rei vind. ff. quæve ad delinquendum inducere possunt.iubent reiici intra.l.conuenire,de pact. dotal. ff.l.alia lege,§.eleganter,solut.matr. ff. Cæterum Gomes q.7.ad illam regulam,tradit regulam illam de viginti diebus, non habere locum in sene renûciante si non alia infirmitate, nisi tantæ decrepitudinis esset, vt procul dubio moriturus intra paucos dies pręsumeretur:tradit q; regulam de infirmis resignantib. loqui tâtum de morbo affectis,quales sunt qui febre, aliave

infirmitate detinetur, arg. inquit, eorũ quę tradit Barthol. in l.1.§.hon iotetdictũ, per illum tex. de fonte, refert tamen contrariã sententiam & in vtramq; partẽ, rationes, quas apud eundẽ videre licet, videtur & q.8. ad eandẽ regulam, asserere, nõ habere locũ in morientib. resignantib. sine infirmitate, si superueniente casu moriantur: veluti si (inquit) ingressuros nauim, vel in eminenti periculo mortis cõstitutus sine infirmitate, beneficiorũ renũciet, & moriatur ex illo periculo intra viginti dies, tunc enim nõ putat vacare beneficiũ per obitũ, sed per resignationẽ, q̃ cesset ratio & mens regulæ. Cũ magna sit differẽtia inter infirmitatẽ & magnũ periculũ mortis. Vt not. Pan. ad c. quod de his, in fi. de sent. excom. per illum text. Idipsum concludit q. 9. in renunciante beneficium tempore pestis sine infirmitate, eo tamen ab aliis separato, nã si moriatur peste superueniente, dicit nõ vacare beneficiũ ex illa regula per obitũ. Et posteà qu.11. id quoque asseuerat de vulnerato moriẽte, quia si vulnere accepto renunciauerit, & moriatur post vulnus illatũ post triduũ, non censeatur mortuus ex illa infirmitate, sed ex alia, ideo nõ dicatur mortuus ex illa infirmitate, in qua resignauit, quod exigit regula cãcellariæ, sed ex alia, si ex vulnere conualuerit & egerit quę solent sani agere. Bald. cons. 328. incip. *an vulnus fuerit mortale*, 2. volu. Hîc obseruandum quod scribitur Exod. c.21. v.18. *Si rixati fuerint viri & percusserit alter alterũ pugno vel lapide & ille mortuus nõ fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit & ambulauer it foris super baculũ suũ, innocens erit: ita tamen vt opera eius & impensas in medicos restituat.* Aliud etiã est teoeri de vulnerato, aliud de occiso. Nã si vulneratus, ex alio ictu alterius, vel aliũde quàm ex eo vulnere moriatur, nõ censetur occisus, l. item Mella. §. Celsus, & l. inde Neratius, §. fin. cum 3. seqq. ad l. Aqu. ff. Quia pluribus aliis modis quàm ex vulnere mori potest, & alia actio de occiso, alia de vulnerato, & duo sunt delicta, l. illud quæsitum est. 32. ad l. Aq. Et si seruus fuerit vulneratus, nõ mortiferè, negligẽtia autẽ aliqua perierit, de vulnerato, & nõ de occiso actio erit l. qui occidit adulterũ, §. fi. eo. idipsũ, si negligẽtia domini vel imperitia medici perierit, l. si ex plagis, 52. eo. tit l. Acq. ff.

13 Sed neq; ratione qualitatis beneficiorũ: habebit locũ prędicta regula de infirmis resignantib. in cõmẽdis temporalibus: in perpetuis contrà, cũ sint hodie loco tituli, vt ait Gomes ad eam regul. qu.13. vbi & tradit in vtramq; partẽ rationes. Dehinc secundò in q.14. negat habere locum in beneficiis quæ conceduntur in cõsistorio Papę, per renunciationem, p̃pter interuentũ Papę cesset in illis fraudis omnis suspicio, omnisq; solemnitas regularum Cancellariæ, vt & illa de valore exprimendo. Tertiò, in qu.16. ait, non habere locum in translationib. pensionum quæ fiunt coram sum. Pontifice; quia non renunciari aliter, sed transferri possũt cum eius licentia: neque pensio beneficium est, c. quãuis plenissima. 4. de præb. in sex. Neque per eam quispiam intitulatur, aut ad residentiam obligatur, c. possessiones, 16. q.1. c. illud 16. q.6. Quartò sub ea regula nõ comprehenduntur beneficia iuris patronatus, Gomes q.17. vbi suprà, quare si præsentatus & non institutus renunciet infirmus & in infirmitate moriatur ante viginti dies, non dicitur beneficium renunciasse, nec tenetur regula: quia per solam presentationem ei ius tãtum ad rem, non in re acquisitũ fuit. Rota decis. 328. in antiq. Pan. & alij ad c. quod autẽ. de iure pat. Idem & dicendũ si institutus vellet renũciare sine consensũ patroni, quod facere non potest. Inn. in c. fi. de renũc. Rochus Curt. tract. de iur. pat. ad verbum, *honorificum*, in 3. & 35. q. Item si institutus cum cõsensu patroni renũciet: nam fraus renunciantis cessat, nisi appareat renũciationi patronum per sordes consensisse in fauorem alicuius indigni, non aliter, Gomes in proximè citato loco. In reliquis autem ferè omnib. beneficiis, locum habebit regula cuiuscunque qualitatis & dignitatis erunt in Episcopatibus, Abbatiis, & aliis maiorib. dignitatibus: quauis n. nõ veniãt sub simplici appellatione dignitatis. c. venerabilis, de præb. Gl. ad c. 2. eo. tit. in Sex. tamen in illis habet locum ratio regulæ de infirmis resignantibus, & de viginti diebus. Idcirco Rex Galliarũ poterit iure suo in illis nominare, vacatione inducta per resignationẽ & per obitũ, & nominando in vacatione per resignationẽ, nõ cẽsetur nominasse ad vacationẽ posteà per obitum contingentẽ: quia diuersi modi sunt vacandi, per resignationẽ & per obitum, c. susceptũ, de resc. in Sex. & actus agentium nõ operatur vltra eorũ intentionem. l. non omnes, de reb. cred. ff. Neque præsumitur intentio Regis nominãtis ex causa resignationis, nominasse adueniẽte vacatione per obitum resignantis intra viginti dies, ad vacationem inductam per obitum, quæ vel maximè intentio constabit, si post mortem alium nominet.

14 Habebit etiam locum regula de infir. religio. in renunciatione beneficij obtenti per supplicationem, nõdũ expeditis bullis, quia & ante expeditionem bullarum à prouiso reoũciari potest. Gomes q.18. ad dic. regulam. vbi & ita iudicatum fuisse in Rot. scribit, an. Do. 1544. quia statim vbi supplicatio fuit signata quęsitum ei ius, & gratia in se perfecta fuit: vt notant Archid. & Io. And. in prœmio Sexti, pariáque cẽsentur ius habere ad rem consequendam, & ius in rem, l. qui actionem, 15. de reg. iu. ff. Et quemadmodum rem, sic & ius eiurare potest. facit & dec. Rotę 882. inci. *nota q̃ vbi gratia est facta*, in Antiq. conueniunt & rationes regulæ huic casui, ne fiat fraus in beneficiis, nève fiant hæreditaria. Nec obest quod dicitur, ius esse informe literis non cõsectis & expeditis per ipsam signaturam. Quia id verum est ratione canonizationis (vt loquuntur practici) in iudicio faciendę in quęstione regul. Cancel. de non iudicando literis non expeditis, & quando titulus est autboratus in lite p̃ducendus: diuersum autem in iure, quia sola signatura tribuit ius considerabile in extraiudicialib. vt ait d. dec. Rotę 882. in antiq. q̃nimò & tale ius cõsideraretur in iudicio ad effectum canonizationis, si nõ exciperetur de regula.

15 Habebit & locum regula & cancel. de infirmis, in renũciatione facta ex causa permutationis. vt p̃bat Andr. Gammarus, auditor Rotę, ad ca.1. de rer. perm. in Sex. Gomes tamen ad regulam de infir. renunciantib. q.19. distinguit vt habeat tantum locum in renunciatione ex causa permutationis impari, quando infirmus renunciat beneficium pingue, & permutat cum minimo vel nullo, seu simulato, quod vocant *beneficiũ de pertica*, quia tunc censetur ea renunciatio facta in fraudem expectantium & ordinariorum, ne possit vacare vel dari per mortem filius. Idipsum eum accedit suspicio ex persona eius cui renunciatur, vel cum quo permutat infirmus, nempe si amicus, si cõsanguineus &c. Sic n. videtur subsistere ratio & alia, quod ea permutatione pinguis beneficij procurauerint beneficia esse hęreditaria: quę omnia conueniunt cum c. 2. de Renun. in Sex. ex cuius medullis decerpta dicitur prędicta regula, de infir. resignant. Et ita intelligi debet decisio Rot. 361. *Nota p̃sumitur*, &c. in Antiq. & de 160 Thomę Fastoli, *in causa*, 6. dubio 20. diuersũ aũr dicẽdũ in permutatione equali, in qua fraus nõ pręsumitur, vtpote quę nõ dicatur fieri in p̃iudiciũ ordinarij, qui potetir ęquè bonũ beneficium datũ infirmo per permutationẽ, si moriatur, conferre: perinde ac contulisset, quod infirmus dedit: & hęc distinctio mihi p̃batur.

16 Verũ magis dubitaretur, Num regula de infirmis resig. & de 20. dieb. locum habeat eorã ordinario renunciatione facta, quemadmodum in renunciatione facta, corã sum. Põtifice, eamq; quęstionẽ disputat Gomes ad d. regulam, q.20. Atq; ibidem Gomes existimat, & eoram ordinario locum habere, quòd fraudes illæ,

desillæ, de quib. antea, possunt fieri coram ordinario in permutatione & renūciantib. alus. cōsentit Gomesio Rebuf. qui idipsum disputat in tracta. Nomin. q. 18. n. 5. Ripar. ad c. 2. in fi. de resc. dum scribit reg. Cancel. de verisimili notitia habere etiā locū in ordinario: eò quòd esset extracta ex corpore iuris, videlicet ex c. detestandæ, de conces. præb. in sex. idipsum & in hac regula quæ est extracta ex eodē corpore iuris, ex d. c. 2. de resc. in sex. & ex c. 1. de præb. Neque dicunt melioris conditionis esse debere ordinarium sum. Pōtifice. Dehinc quia hæc regula Cancell. vt lex generalis ligat omnes, vt extrauagans alia quælibet, iuxta Io. Franciscum, in præfationib. ad Extrauag. Ioan. 22. & c. 1. de cōstit. Addit & Rebuff. ad tollēdas omnes ambiguitates, Paulū Papā 3. adiunxisse regulæ prædictæ, verbā, *quarum autoritate conferantur*. Sicque iudicatum pro magistro Francisco de Bourges, contra Bricon. ann. Dom. 1539. in Senatu Parisiensi. idipsum defendit Reb. cōtra Decium, ad §. 1. de Regia ad prælaturas nominatio. ad verb. *dispēdiosè*, dum tradit illam regul. Cancell. 18. locū habere in præsentatione etiam à patrono facta, & in collatione facta ex causa resignationis. Cōtrariam tamen sententiam defendit & sequitur Dec. cons. 224. incip. *in casu proposito*, in fi. & non habere locum regulā de infirmis resig. coram ordinario, & debere tantum intelligi de his tantum renūciationib. quæ fiūt in manib. Papæ, arg. c. sua, de offi. Vicarij, l. quæritur, de stat. homin. Secundò, quia facilius sum. Pōtifex decipi & fraudari quàm ordinarius possit. vt nota. in Cle. fi. de off. ord. ideo maiori cautione vtitur cum ordinarius facilius ob proximitatem & notionem locorū & personarum fraudem detegere possit. Tertiò, adducūtur pro ea sententia verba ipsius regulæ, quæ meminerūt de 20. dieb. cōputandis à die præstiti consensus, & nō resignationis, quæ ad formam renunciationis factę in curia Rom. vel cancellaria referenda, & distinguunt renunciationem ab ea quę coram ordinario vnico cōtextu fit. Et cum non conueniat verba dispositionis regulæ ordinario, nec etiam eius dispositio, arg. l. hos accusare, §. in omnibus, de accus. ff. Quartò, quòd quādo sum. Pontifex vel eius legatus conferunt ex causa resignationis, sequi debent conditionē appositam, *in fauorē & non aliās*. At ordinarius in omnib. cuius fit resignatio purè & simpliciter, potest si velit admittere, vel alij conferre, & si conferat alicui de quo rogatur per resignantem, cum nō teneretur, debet sibi imputare, si moriente ex infirmitate resignante, se ipsum priuauerit collatione quæ competitura erat illi per mortē eiusdē intra 20. dies, quia simpliciter cōtulit & non ex necessitate facit, c. quod in dubiis, de renun. l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. Quintò, regula illa de infirmis resignantib. & de 20. dieb. est contra ius commune in quo ius statuit, renūciatione admissa & collatione facta, perfectam esse cōcessionem, quæ ex sequente causa infirmari nō debeat, d. c. quod in dubiis. Et hæc etiam sententia posteriorib. tēporib. tanquam verior recepta fuit accuratè vtriusque opinionis rationib. discussis, & pluribus Senatusconsultis comprobata: quę refert Papus li. 3. Rhapsodię aresto. ti. t. Arest. 1. nisi quando ex causa permutationis, facta fuisset coram ordinario permutatio, vt habetur in d. li. 3. tit. 1. Arest. 2. quia in eo casu videatur ordinarius coactè admisisse renūciationē ex causa pmutationis. Sicque matura deliberatione solēni aresto cōclusum & pnūciatū sublatis antiquis dubiis in suprema curia Parisiorū 14. Augusti 1550. in fauorē Curionis de *Boissieres*. Si tamē cōsideremus permutationē equalē, obseruabimus eadem quæ dixi paulò antè obseruandū in pmutatione, coram sum. Pōtifice quæ hīc mea sententia sunt repetenda. Poterit tamen summus Pōtifex in admissione resignationis, derogare regulæ Cancellariæ de viginti diebus: illa autem derogatio expressè inseri debet. Verumtamē hīc dubitatur, si beneficiatus renūcians sit infirmus ex leui infirmitate vel nō lethali, veluti podagra, quartana, &c. & Papa admittat renunciationem cū derogatione regulæ, per illa verba, *quatenus ex illa infirmitate moriatur*, &c. si renūciās moriatur infirmus intra viginti dies ex superueniēte graui infirmitate, nū censeatur regulæ derogatū per prædicta verba, de qua quęstione disputat Gomes ad d. regul. q. 27. & resoluit, q̄ nō extēdatur: quia qualitas superueniēs alterat ipsum subiectū, & reponit in diuersam speciē, l. quęsitū, §. illud, de leg. 3. ff. l. 1. de dona. e. statutū, de elect. in 6. Sic tamē si in resignationis collatione & impetratione apposita sit clausula generalis, *vel aliàs quouis modo vacet*, &c. beneficij, puisio quę nō valeat per resignationem morientis intra viginti dies ex infirmitate in qua renunciauit, valebit per obitum eius, quod probat Gomes & submouet dubia, in q. 34. ad dictam regulam, de infir. resig.

17 Cęterū in quæst. reg. cancell. de 20. dieb. qui infirmitatē pponit, ex qua mortuus dicitur resignās intra 20. dies, debet illā probare. vulgata l. qui accusare, de edendo. C. cum simil. Gomes ad eam reg. q. 35. Et, vt idē ait q. 36. terminus 20. dierum, incipit à die præstiti cōsensus renunciationi, nō à die renunciationis, quod & regula ait idipsum ait Guido Pap. 172. verb. *dico quòd regula cancellariæ*: ubi tamen addit q̄ viginti dies possūt computari à die renunciationis factæ coram notario & testibus, per nutata per gl. Innocent. Ioan. And. ad c. quod in dubiis, de renunc. quia verè notarius vt persona publica potest acceptare nomine absentis ordinarij renunciationem purè & simpliciter factam, iuxta l. 2. rem pup. saluam fore & l. eum pro quo, de in ius voc. ff. Et sic bis iudicatū in Senatu Tholosano, 22. Augusti, 1519. inter magistrum Ioannem de Collace, & Magistrum Guy de Cotaire. & 20. Febr. 1521. inter magistrū Garun & Magistrum Ioannem Rossilhes, & Germanū la Roque. Quamuis tamen incipiat tēpus viginti dierum computari à tempore præstiti consensus renunciationi, tamen ipse dies quo præstatur non cōputatur, vt notat in simil. gl. in c. ... de præb. in 6. in Cle. sicur de appel. Neq; etiā cōsiderabimus in cōputatione viginti dierū, tempus adhibiti cōsensus procuratoris p expeditione bullarū post resignationē admissam, quia per respōsum Pontificis fiat, gratia censetur perfecta & negotiū expeditū, & ab eo tēpore pcurator cogi potest ad præstandū consensum expeditioni bullarū, per e. quidā eedendi, de renunc. nec postea variare potest resignans, Clem. vnic. de renunc. Quinimò moriēte renunciante ante expeditionē bullarū post viginti dies, & post mortē eius procurator potest consentire expeditioni bullarum, quia nihil noui procurator facit, sed exequitur tantum rem factam, dummodò ipse habeat penes se pcurationē seu mandatū, l. heredes palam, §. si quid, de testam. c. pastoralis, §. fi. de appel. l. Iulianus qui satis. cog. qui habet locum ex iure communi & in Gallia, vbi nō seruantur regulæ cancel. 50. Sixti Papæ. 46. Alexandri 4. & 40. Innocent. 8. quib. prohibitum est omni modo expedire bullas seu literas resignationis, sine expresso consensu ipsius resignantis si Romæ est, vel si abest, sine consensu suorum procuratorum expressè ad id constitutorum, & nisi pendente vita resignantis: quod non seruatur in Gallia si pcurator primus qui consensit resignationi, post mortē resignantis habeat penes se pcurationē. Vide Arest. apud Papum li. 2. Rhapsod. arest. tit. 8. arest. 13. & 14. Et hæc dicta sufficiant pro regula de infirmis renunciantibus, quæ in Gallia seruatur tanquam lex Canonica, vt neq; reuocare permittat eam morte summi Pont. sicut videre licet apud Papum lib. 3. Rhapsod. arest. tit. 1. arest. 1.

18 Nūc agamus de alia regula cancellariæ cōsiderāda in renunciationib. quæ est 34. de publicandis resignationib. Cuius hæc verba. *Item Dominus noster statuit*

*& ordinauit, ꝙ quacunque beneficia Ecclesiastica, siue in Romana curia vel extra eã resignata, nisi de illis facta resignationes, si in Romana curia, intra sex mẽses, si extra dictã curiã facta, intra mẽsem, ex tũc vbi ipsa beneficia cõsistunt sint publicata, & possessio illorũ ab eis: quos id cõtingit petita fuerit, si resignãtes post modũ in eorundẽ resignatorũ possessione decesserint, nõ per resignationẽ, sed per obitũ huiusmodi vacare censeantur. Collationes quoq; de illis tanquã per resignationẽ vacantibus facta, & inde secuta, nullius sint roboris vel momenti.* Cuius regulæ rationes adferri possẽt, illæ autẽ præcipuę: ad eustãdas fraudes circa retentionẽ & oundinationẽ beneficiorũ, &ad vtilitatẽ Ecclesiarũ &animarũ &expectantiũ beneficia ita placuisse. Iuxta not. per Corn. cons. 37. in 3. vol. cõs. quemadmodũ & insinuatio donationũ (quæ publicationis loco est) iouẽta est ad euitandas fraudes quę in clãdestinis donationib. cõmitti possõt, l. data, C. de donat. Idipsum & in testamentis in l. testamenta omnia, 28. & l. cõsulta diualia, 23. de testam. C. in l. repetita, 41. de Epis. & cler. C. Clandestinæ renunciationes & collationes celatæ fraudis habent suspicionẽ, io c. vni. Vt Ecclesiast. benef sine diminut. conferan. li. 3. tit. 12. cũ alioquin contrà occultè dantes, vel facientes, pręsumatur fraus, c. Anastasius, 19. dist. c. consuluit, de off. deleg. c. cnm ex iniuncto, de hęret. c. perniciosam. 18. q. 2. l. non existimo, de adnu. tut. ff. l. ita fidei, de iure fisc. ff. cũ sim. vt nec electiones ea ratione clandestinæ valeãt. c. quia propter, de Elect. Et ex eo vel solo ꝙ resignãs remanet in possessione renunciati beneficij, pręsumitur fraus & collusio cũ resignatario, vt in l. sicut, §. superuacuũ, quib. mod. pig. vel hypoth. solui. Et hanc collusionem & fraudẽ dignã esse priuatione iuris heneficij tradit c. 3. de collusione detegen. li. 5. ti. 22. Vtilitas animarum verò & Ecclesiarum ex illa regula cõsequitur in eo ꝙ cognoscant suum pastorẽ propriũ. Pastores dicuntur Ecclesiarũ prælati & rectores, c. quamuis, de re iud. c. quicquid, 1. q. 1. Pastores autem cognosci debent ab omnib. vt oues à pastorib. *ego sum pastor bonus, &c.* D. Ioã. c. 10. 1. Pet. 5. *pastor debet vultũ gregis sui cognoscere.* Prouerb. 27. Eccles. 32. c. sedes Apostolica, de præb. in extrauag. commun. sequitur & ex illa celatione renũciationis quodãmodo Ecclesiæ vacatio saltẽ de facto, quandiu verus pastor non comparet. Quàm sit verò Ecclesiis ipsarũ dispendiosa vacatio: quàm periculosa etiam soleat animabus, non solũ iura testantur, sed etiã magistra rerũ efficax experientia manifestat, c. quàm sit Ecclesiis, 6. de elect. in 6. c. ne pro defectu, & ca. cum inter diuersas, eo. tit. apud Greg. de elect. c. postquam, 50. dist. Interest autem & expectantium beneficia, & ordinariorum collatorũ quod per istas clandestinas renunciationes beneficiorũ videatur quædã negociatio ex qua mandatarij Apostolici excludantur adueniente morte renunciantis vel resignatarij: priueotur etiam collatione collatores. Dubitatũ tamen dicit Gomes dũ explicat prędictam regulã, q. 3. num ea habeat locũ in permutatione seu in renũciatione ex causa permutationis, si nõ publicetur intra pręfinitũ tẽpus regulæ, & disputat quæstionem in vtramq; partẽ, nihil tamen concludit, eò ꝙ dicat suo tempore in Rota sub iudice causam esse non adhuc decisam. Ego autem arbitror locum habere si fraus in permutatione præsumatur.

19 Sex menses porrò dati ad publicationem resignationis in curia factę, vel mensis extra curiam, incipiũt computari à tempore adhibiti consensus resignationi, non à tempore constituti procuratoris ad resignãdum. Quia ante consensum resignantis & resignatarij, resignatio est informis & sine effectu, à qua & resignans resilire possit, Clem. vnic. de renunciat. facit c. si tibi absenti, de præb. in sex. Et ita iudicatum per Rotam tradit Gomes ad dict. regul. de publican. renun. quęstione 7. anno Domini 1534. Et in Gallia mensis cõsideratur in renunciationibus admissis coram legato sum. Pontificis: cũ is ibi habeatur pro ordinario, vt scribit Carol. Molinęus. Quare sola supplicatio nõ consideratur, nisi bullæ vel literæ videantur in quib. sit expressio cõsensus in manib. notarij Cãcellariæ: nec ante potest fieri publicatio eius quod non est. In Gallia tamẽ tpe belli sufficeret supplicatio seu signatura, vt dicũt, verificata per peritos Bancharios rei alios: quẽadmodũ eadẽ eodẽ tẽpore, sine bullis sufficit pro adeptione possessionis beneficij, vt fuit pronunciatũ Aresto Sen. Parisiẽsis, 1532. Papus li. 3. Rhaps. arest. tit. 1. Aresto 7. facit Felin. ad c. dilectus, limitat. 7. de rescr.

20 Cæterum sufficit intra prædicta tẽpora publicare renũciationem, nec necessariũ est ideo adipisci possessionem intra eadem, vt decisum in Rota anno 1535. 19. Februarij in causa canonicatus S. Mariæ in via lata, Gom. ad d. regulã Cancel. q. 8. & licèt tẽpus publicationis faciendæ duret tantum per sex mẽses in Curia, vel per mensem ex resignatione facta, tempus tamen petendæ possessionis vsque ad obitũ resignantis durat, vt colligitur ex verbis prædictæ regulæ de Public. ibi si resignantes in possessione decesserint. Quocirca in summa: in hac regula duo exigemus: primũ, vt, renunciatione facta in Curia, fiat publicatio intra sex menses, si extra in partibus vt dicunt intra vnum mensem; secundum, vt petitio vel adeptio possessionis fiat postea & ante mortem resignantis. Attamẽ si possessio sit petita & intra tempus datum ad resignandũ acquiratur. & in ea per mẽsem resignatarius pacificè remanet, talis possessio habet vim & effectũ publicationis requisitæ, vt alia nõ exigatur solemnitas. Ita decisum in Rota notat Gomes ad dict. regulam, qu. 8. videhis & apud illum qu. 12. quia ratio finalis ob quam inductam publicationem tradit Romanus consil. 433. incip. *in primo dubio*, militat omnino in isto casu.

21 Publicatio debet fieri in loco beneficij, vel in Ecclesia, præsente multitudine populi, Panor. cons. 79. 1. vol. Corneus cons. 137. 3. vol. Gomes ad dictam regulã q. 9. vide Clem. 1. in fi. de Conces. præb. facit & Clem. quamuis, de fo. compe. c. vbi periculum, §. porrò, de Elect. in Sext. Quod maximè locum habet in dignitatib. & beneficiis curam animarum habentibus, vel iurisdictionem. In simplicib. nãmque & quæ sunt sine animarum cura, sufficeret fieri resignationem coram notario Cancellariæ & testibus, vel in audientia cõtradictarũ. Excusabit autem à mora non publicatę renũciationis intra sex menses, vel mensem impedimẽtum iustum, si quod interuenerit: per rationem l. nõ videtur frustrandæ, delud. veluti, si in Ecclesia, vel loco beneficij pestis grassetur, vel si aliud quòd impediat, Roman. cõs. 433. inci. *quod ad primam*, Fel. ad c. cũ dilecta, 7. limitat. de Rescr. Et adueniente iusto impedimento sufficiet, si publicatio Romæ facta fuerit, per affixionem in acie campi Floræ, vel in valuis Cancellariæ. Gomes ad dict. regulam qu. 13. Si bella quoque vel incarceratio vel detentio publicare debẽtem impediãt, excusatur, dummodò, dum detinetur, protestetur coram notario & testibus, ex impedimento se eo quo publicatio facienda est, nõ posse proficisci ad publicãdũ, Gomes vbi proximè, facit l. 2. de Naufra. li. 11. C. tit. 5. & iure ciuili receptum est, quoties per eum cuius interest conditionẽ impleri, non stet quominus impleatur: perinde haberi ac si cõditio impleta fuisset, l. in iure ciuili, 122. de reg. iu. ff. l. in omnib. causis, 40. eod. tit.

22 Cæterum, vt in summa nos hinc expediamus: vt regula Cancellariæ de publicandis resignationib. locum habeat, & beneficium ex ea per obitum non per resignationem non publicatam, vacare dicatur, tria requiruntur concurrentia, primum quòd non fuerit facta publicatio: secundò quòd non fuerit petita possessio: tertiò quòd resignans post sex menses, vel mensem mortuus fuerit in possessione: quod si aliquod horum trium deficiat, regula locum non habat.

habet. Comes ad eam regulam, q.15. Quin & possessio illa debet peti suo nomine: nam si possideret nomine resignatarij, nō prodesset ei possessio eo nomine à resignante habita; aliter cōtra, si post resignationē, resignās possideret nomine resignatarij, nomine locationis, vel alio ipsū beneficiū. arg. l. ꝗ meo, de acq. pos. dūmodò vera sit cōductio: & nō simulata cū collusione. Nā si ꝑpter dissimulationē nihil pciperet resignatarius, resignāte moriēte in possessione, diceretur vacate p obitū beneficium: vt decisum aresto Parisiensi, 13. mensis Augusti, 1540. pro Guilherto de Colūba, ad reg. Cancell. de publ. nu. 7. Reh. Possessio tamen resignati beneficij capi debet à resignatario intra tres annos numerandos à die suæ ꝓuisionis. Alioquin enim si p illos tres annos pmittat resignantē beneficiū possidere, ius amittit, tam ratione possessorij q̄ petitorij, in §. 1. & ibi gl. ad verbum, *tenetur*, de pacif. pos. in concor. ꝗ intelligitur cum vterq; & resignatarius & resignās viuit; quia si resignans moriatur, & post sex mēses nō reperiatur resignatariū fuisse in possessione beneficiū vacat per regulam 34. de publicand. resig. Poterit nihilominus extendi tempus sex mensiū alios sex mēses ꝑ publicatione, p expressā ꝓuisionē summi Pōtificis, maximè in locis, in quib. sū. Pōt. liberè disponit, ꝑpter plenam potestatē, quā habet in his q̄ sunt iuris positiui & beneficiis, c. proposuit, de conces. præb. Et quia etiam regula cancellariæ non ita strictè ac ius cōmune obliget, in Gallia tamen, vbi regula de publicandis pro lege seruatur, derogatio illa & extensio non admitteretur, nisi ex graui causa & ex expressa ꝓuisione ob impedimēta, quæ alioquin iure communi admittunt dilationis excusationem. Alioquin si alia causa dispensatio vel prorogatio fiat, datur aduersus eam remedium ordinarium, vt liceat appellare ab executione clausulæ eius dispensationis tanquam ab abusu. Et hæc dicta sint de vacatione per renūciationem. Dicamus de vacatione per mortem vel obitum titularij vel possessoris legitimi beneficij.

## De Vacatione per mortem seu per obitum.

### Capvt XXXII.

1 *Morte vacat beneficium, & non morte ciuili vel naturali tantum.*
2 *De regula, de impetrantibus beneficia viuentium.*
3 *De clausula, de non tollendo iure alteri quæsito.*
4 *De regula Cancellariæ, de verisimili notitia.*
5 *De celante corpus vel obitum defuncti beneficiati, vt beneficium prior impetraret.*
6 *Clausula, vel aliàs quouis modo vacet, num impedi it regulam de verisimili notitia*
7 *Et an ei derogare possis.*

1 Morte inducitur vacatio iure & facto, dum titularius seu legitimus possessor beneficij moritur. c. susceptum, de rescr. in 6. vbi gl. pen. tradit, illud intellige nō de morte naturali, nō de ciuili, idem & in c. quamuis, in 1. de præb. in 6. mortis etiam appellatio absolutè intelligitur de naturali, nō de ciuili, l. cū pater, 77. §. hæreditatē, de leg. 2. l. sed si mors, §. si igitur, de don. inter vir. & vx. ff. quemadmodū & ætas legitima intelligitur de naturali, nō de impetrata à principe, l. fi. de his qui ven. ætat. imp. C. mors naturalis est quæ dissoluit animam à corpore, & ita distinguitur à deportatione & aliis q̄ nō dissoluūt, l. si mater, C. de instit. mors hęc omnia soluit, §. deinceps, de nuptiis, in Nou. Notat casus in quib. fit p mortē solutio Hippolitus, in l. fi. o. 30. & seq. de quest. ff. inter alios est vt soluatur vsusfructus & vsus, morte vsufructuarij, §. finitur, de vsufr. apud Iustin. l. 1. §. fi. quib. mod. vsusfruct. amitta. l. 8. de Annuis leg. l. 39. de vsufr. legat. ff. l. 3. 10. 12. 16. C. de vsuf. Beneficiatus autem vel vsurario, vel vsufructuario cōparatur, c. fi. de offi. ord. in 6. annotat & Ioan. ad c. placuit, 16. q. 1. & gl. ad c. susceptum, de rescr. in 6. ad verba, *non morte*, nunquam mortem ciuilem naturali cōparari, nisi in casibus expressis in iure facit, l. facit l. ex parte, 121. §. in insulam, de verb. obl. notat & ibi glo. Eoq; modo exaudiendum quod dicitur, mortem ciuilem & naturalem æquiparari, ex l. si deceserit, qui satisd. coga. l. 1. §. pen. de bon. pos. contra tab. ff. mortuus ciuiliter is dicitur, cui ius ciuile adimit potestatem ea agendi quæ iure ciuili permittuntur & probantur, vel per dispositionem ipsam iuris, vel p sententiam ex pœnæ impositione, vt si deportetur, §. cū autem. quib. mod. ius patr. potesta. solui. Sic interire dicuntur homines, vt morte, aut maxima, aut media capitis diminutione, l. verum. 63. §. societas, pro socio. in ff. l. . §. filium habuit, de bon. pos. contra tabul. lib. 37. ff. tit. 4. fiebat & tanquā mortuus & seruus pœnæ, in metallum damnatus, § pœnæ seruus, quib. mod. ius patriæ potest. solui. quamuis hodiè nemo benè natus à principio, ex supplicio fiat seruus. anthent. sed hodiè, de donat. inter vir. & vxor. C. & Nouell. 22. c. 8. seruus quoq; pro mortuo habetur, l. seruitutē, & l. quod attinet, de reg. iur. Nec officit quod diximus p ingressum, seu professionē religionis, amitti & vacare beneficium, c. beneficium illius, 4. de regularibus, in 6. c. ex transmissa, de renunciat. c. Gonsal. 17. q. 2. qui casus est mortis ciuilis, quòd monachus mortuus mundo censeatur, c. 8. placuit, in 2. 16. q. 1. l. Deo nobis, C. de Episc. & cler. Nam verus est, pro mortuo haberi monachū, in his quæ secularis vitæ sunt, & beneficio seculari Ecclesiastico per ingressum & professionem religionis priuari: sed illud non accidit ex morte ciuili tantum, sed ex priuatione iuris. Nam, vt diximus in c. 25. & 26. de vocatione ipso iure, nemo priuatur beneficio ipso iure, nisi expressè ita in iure priuatio præscripta fuerit, alioquin & possunt habere regulares beneficia, maximè sui ordinis regularia, in quibus non habētur pro mortuis, c. cum de beneficio, 5. & c. cum singula, 32. de preb. in 6. mortui enim seculo, viuunt Deo, cuius cultui in beneficiis seruiunt.

2 Cōsiderabimus in vacatione per mortem vel obitum, duas regulas Cancellariæ: vnam, de impetrantibus beneficia viuentium; aliam, de verisimili notitia. Prioris hæc verba sunt, *Si quis supplicauerit sibi beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius tunc viuentis, vacāte prouideri, & postea per obitum eius vacet: prouisio dictò supplicanti per obitum huiusmodi, de nono facienda nullius sit roboris vel momēti.* Quæ regula habet locū, nō tantū in impetratione facta coram sum. Pōt. sed etiam si fiat à legato eius, vel ab ordinario collatore. Dec. consil. 398. in fi. Epitome regulæ erit, beneficiū viuētis, per obitum eius impetrari non posse, pœnāmque esse vnā impetrantis, vt cū postea per obitū possessoris vacauerit, impetrari ab eo qui viuentis impetrauerat, nō possit. Ratio cur non valeat impetratio, prima est, quia modus vacandi expressus in impetratione, p obitū eius qui viuit, falsus est: & ita vitiatur, propter clausulam vel expressā vel semper subintellectam rescriptorum validitati, *si preces veritate nitantur*, in c. 2. de Rescr. l. fin. de diuer. rescr. C. cum simılib. quare cum eo tempore quo prouisio fuit impetrata, beneficium eius qui viuebat non diceretur vacare, nulla est collatio. Habemus enim rationem datæ ipsius cōcessionis, c. tibi qui, de rescr. in 6. eam te, eo. ti. apud Greg. c. eam. hui, -. de præb. in 6. & quo tempore hic collatio facta fuit, viui beneficiū nec promitti nec conferri potuit, c. 2. de concess. præb. apud Greg. c. detestanda, c. ne captandæ, eod. tit. in Sext. in ita non poterit extendi aduenıente vacatione per mortem, ad tempus quo postea impetrari poterat per obitum, c. si eo tempore, 9. de Rescript. in Sex. ab initio enim vitiosum non potest ex post facto confirmari,

res in casũ inciderit à quo incipere potuisset, l. q initio vitiosũ, ff. & l. pen. q initio, de reg. iur. ff. ca. non firmatur, eo. ti. in 6. c. 1. de desponsi. imp. in 6. c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien. io vsib. feudi. §. 1. de exhered. libero. apud Iustin. Quando videlicet cõsideratur initiũ, q cũ vitiosum sit, & nihil p se induat, nõ põt rei alteri initiũ dare, & quãdo actus ab initio statim valere debet, nec remanet in suspenso, vt scribit Bart. ad l. 1. de regula Catonia. ff. in 1. oppositione: quemadmodum impetratio vel promissio beneficij viuentis, statim ab initio nulla est: nec potest esse in suspẽso vt effectum sortiatur, quando possessor morietur, vel donec per alium modũ postea vacauerit, facit Rot. decis. 431. *si impetrãs*, &c. in Nouis. vt nec pactio valet de hæreditate viuẽtis, l. ex eo instrumẽto, C. de inutilib. stip. l. fi. C. de pac. l. hæreditas, C. de pact. conuen. neq; tractatus deliberatiuus de futura electione valet, antequã beneficiũ vacet, c. bonæ, io 2. de elect. Sicuti nec pdest aditio facta hæreditatis eius qui viuit, quãuis posteà mortuus fuerit. l. nemine p herede, 27. de acquir. hæred. ff. l. qui superstitis, 94. & l. qui hereditate, eo. ti. de acq. hæred. ff. l. 1. pro hæred. ff. l. opinione, C. eo. tit. pro hæred. cum nec hæreditas viuẽtis dici possit, l. 1. de hæred. vel act. vend. ff. Ita, quemadmodum nemo ambigit beneficiũ viuentis conferri nõ posse per c. 1. de concess. præb. cũ similib. ibi per Glo. notatis: sic resoluendũ est, neque impetrationem beneficij factam per obitum eius qui viuit, pertinere ad vacationem adueniente pet obitum eiusdem. Adde quod in Concilio Toletan. 5. c. 4. vt habetur in 2. tomo Conciliorum tempore Honorij 1. sum. Pontificis, ann. Dom. 1522. imperante Heraclio, & sub regno Chintelli regis Hispaniæ, excõmunicantur omnes qui inquirunt & fingunt se esse sollicitos quis rex eorum erit post mortem eius qui adhuc viuit: illud ipsum decretum fuit confirmatum in 6. Concilio Tolet. Illud tamen dubitationem habere posset; nũ pari pœna puniendus sit qui beneficium impetrauit per obitum viuentis, ac is qui beneficium viuentis impetrauit, de quo in d. c. 1. de concess. præb. cui dubio respondendum, eum, qui per obitum ita impetrauit eius qui vineret, si iosto errore ductus putaret mortuum, & si fine dolo ita impetrauerit, euitare pœnas d. c. 1. de concess. præb. at nullum consequi vtilitatem ex ea impetratione, neque tũc, nec in futurum adueniente verè morte eius cuius beneficium erat impetratum. Et hoc conforme iuris cõmunis est dispositioni, vltra tamen additum in regula hac de impetrantibus beneficium viuentis: vt si mortuo posteà eo cuius viuentis erat beneficium impetratum, iternm de nouo idem per obitum impetret, non valeat impetratio, nisi in ea impetratione fiat mẽtio prioris impetrationis obrentæ per falsum expressum obitum, & ita dispensetur: vt scribit Gomes ad dictam regulam de impetrationib. benefi. viuen. q. 3. Dec. ad l. fi. C. de pact. & cons. 398. Oldr. cons. 304. Ratio non omnino erit aliena, si dicamus, ideò id statui, quòd debeat quis puniri in quo peccauit, c. prouida, de elect. io 6. c. literas, de tempor. ord. c. postulastis, §. de cleric. excom. ministr. constit. omnes peregrini, c. communia, de succession.

3 Addi potest alia ratio cur impetratio beneficij viuentis nihil operetur, etiam posteà contingente vero obitu. Quod in omnibus impetrationibus beneficiorum censeatur clausula apposita vel apponatur: dũmodò tempore datæ literarum nõ sit alteri ius in beneficio quæsitum, Felin. ad c. capitulum col. 17. versic. *de duobus*, de Rescr. facit c. ex tuarom, de authorita. & vsu pallij. arg. l. 1. §. si quis à principe, Ne quid in loco publ. ff. Etiam si gratia sit motu proprio summi Pontificis concessa. Quia & in ea intelligitur, dummodò alteri ius non fuerit quæsitum. Rota decis. 445. incip. *nota licet proprius motus*, &c. in Antiquis.

4 Altera regula, quæ cõsiderãda in collatione facta per morté vacatione inducta, est his verbis cõcepta, 28. de verisimilis notitia. *Itẽ voluit: & ordinauit & omnes gratias quas de quibusuis beneficiis Eccl. sæcul. cũ cura & sine cura, secularib. & regularib. per obitũ quarũcunq; personarũ vacãtib. in antea fecerit, nullius roboris & momẽti sint, nisi post obitũ & ante datã gratiarũ huiusmodi tantũ tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locu, in quibus personæ prædictæ decesserint ad notitiam eiusdẽ Domini nostri verisimiliter peruenire potuerint.* Tribuitur hæc regula Ioanni 23. probata per Martinũ V. & Nicolaũ V. Adfert Ioa. 23. in procemio regolæ causas & rationes eius, nẽpe euitandas fraudes quæ committũtur in beneficiis, vt seruetur puritas cõscientiæ, & precludatur ambitionis via ambitiosis. Fraus cum delicto præsumitur, vt is qui accelerat impetrationẽ videtur determinasse mortẽ beneficiatij; sicq; hac regula Cancellariæ vitatur occasio captandæ mortis, iuxta c. ne captandæ, & c. detestãda, de Concess. præb. in 6. Erat & alia fraus præcisa, qua plures pluries ante vacationẽ impetrabant, vt veluti iacto hamo, si casu vacatio se offerret, beneficium illud piscarẽtur, eãque de causa renouabãt impetrationes, vt etiã nõc curiales fraudulento Romæ clam facere solẽt. Neq; tamen malitiis hominũ est indulgendũ. c. sedes rescr. l. in fundo, de rei vindic. ff. Quib. & rationib. conclusũ est, eandẽ regulã de verisimili notitia, habere etiã locũ cõrã ordinario in collatione p illũ facta beneficij p mortẽ beneficiatij; vt non valeat si verisimiliter cognitio obitus non potuerit peruenire ad collatorẽ intra tempus mortis & collationis. sic tuetur Gl. antiqua ad d. regulã, & dec. cons. 39. incip. *in causa domini*, & Cosmas Guinier, ad §. neq; etiã collationes, ad verbũ, *faciendas*, de Collat. in Prag. sanct. quo loci & refert, se vidisse quãdã constitutionẽ legati Othonis. phibentẽ ne prætextu opinionis vel famæ quæ sit de morte beneficiati absentis, eius beneficiũ cõferatur, & cauentẽ expectare debere platũ, donec plenius de morte instruatur ante collationẽ. Quod tamen postremum in dubio morus, si p longũ tempus beneficiatus abfuerit, vt ignoretur quò pfectus sit, admittere posset exceptionem vt beneficiũ eius cum rumore mortis eius habito p certo, possit conferri, non obstante regula de verisimili notitia, queadmodũ notat Rehuff. ad pœmiũ Cõcordatorũ ad ver. *fari*. Siquidẽ, vt ait Gl. ad can. nõ oportet, 36. ad verbũ, *proficisci*, de Consecr. dist. 5. si clericus tandiu absit, vt dubitetur de eius vita aut morte, desinit habere administrationẽ p §. quid autẽ, de Vsucap. verruntamen si post collationem alij factam reuertetetur, dicũt posse repetere beneficiũ, arg. Auth. hodiè, de Repub. C. collationẽmq; reddi nollam secundũ Cardinalẽ, cons. 44. incip. *pro domino*. Ego tamẽ tutius actũ ordinariũ puto, si ante collationẽ beneficij titularij p lõgũ tẽpus absẽtis, cum ignorator vbi sit, ppo fuerit Eps in Ecclesia beneficij citationẽ seu vocationẽ ttinã aut peremptoriã, & posteà eo intra tẽpus edictis cõstitutum nõ veniente, cũ priuet beneficio, & demum alij cõferat, iuxta formam tuæ deuotionis, 11. de Cleri. nõ resid. Sed & in legati vt ordinarij collatione, habere locum, pdictã regulã Cancellariæ de verisimili notitia, tradit Ioa. Franc. de Sancto Nazario, de Rip. cõs. 16. posito in li. 1. de Legib. & consue. & idem de Ripa ad c. 2. de rescr. Nam quamuis materia sit odiosa, tamen sit eius ad alia extensio ex paritate rationis, si agatur de euitãdis fraudibus, vt 10 c. si ciuitas, de Sẽt. excom. in 6. Glo. f. in c. quanquam, de Vsu. in 6. c. inter cæteras, cum simi. ibi à gl. notatis, l. à Tirio, de verb. obl. ff. Quemadmodum enim per impetrationem in Curia Romana ante tempus factam, contra intentionem summ. Pontif. ordinariorum collationibus fraus fieret: sic per anticipationes illas corãm ordinariis factas, fraus fieri posset collationi & præuentioni sum. Pont. sic autem sum. Pont. volẽ aliorum cõseruare,

vt pro

vt propria non negligat, c.licet,de suppl.neg.præl.c. quoniá,de immn. Ecclesia.in Sex.& in Extr.Ioan.22.si fratrum, Ne sed. vacant.aliquid inno. Probata & sententia quòd regula de verisimili notitia habeat locũ in ordinario, per Senatusconsultum prolatum Lutetiæ in magna Camera Inquestarũ, 29. August.1537.per aliud in Curia suprema Tholosana pronunciatum in vigilia Virginis beatæ Mariæ, Augusti mense eiusdem anni, maximè quando ordinarius cõfert per obitum. Alioquin enim quędá ei esset excusatio fraudis, si alio modo & sub conditione si vacet conferatur, Gl.in c. 2.de Elect.in 6. attamen si absolutè conferatur, non potest euitari suspicio iniqua fraudis, ex dicta regula, videRebuff.in proœmìn Concordatorũ,ad verbũ, *fac.*

5 Dignũ & hîc erit obseruatione, vt regula de verisimili obitus notitia, quæ ad fraudes vitãdas pertinet, cõprehendat casũ quo quis corpus beneficiati mortui, vel mortis eius tẽpus ex industria celauerit, donec beneficium à Papa impetrasset, & ne interim celato obitu, ab ordinario cõferri posset. Ná nõ valebit impetratio, nisi à tẽnore quo reuelata & manifesta fuerit mors, quia antè verisimilis notitia cessat. Cle.vnic. in fi.de Concess.pręb.proinde, si ante verisimilem notitiam obitus ante reuelationem fuerit factã collatio beneficij imperranti, & alteri post reuelationem ab ordinario, pręferenda est ordinarij collatio, alia propter fraudem reiecta, & ita refert iudicatum Boetius decis.Burdiga.287. Eò pertinet ordinatio regia Francisci 1. Regis Galliarum, anni 539.art.56. Rebuff.in 2. Tomo constitutionũ Regiarũ, ti.Ne beneficiatorũ cadauera custodiantur.& ad §.declarantes, ad verbum *praeuentionis*, de Mãdat. Apostol.inConcor. Ratio, quia dolus & fraus nemini debet pattrocinari.c.sedes,&seq. deResct.l.in fundo, de rei vindi.cũ simil. Neq; quisquã ex dolo lucrũ debet consequi, ex quo pœná meretur, l.nemo ex dolo, de Dolo ff.l.non fraudantur, 177.§.nemo, de reg.iur.l.legata inutiliter, de adimen.leg.ff. Pœnam autem quis ex eo meretur quòd sepulturá cadaueris mortui distulerit, quo alium deciperet, l.cum sit iniustum, 6.de Sepulc.viola.li.9.ti.19.& Nou.60. Vt defuncti funera non iniurient, officiúmq; prætoris est, prouidere ne corpora defunctorum detineantur, aut ne quid fiat quominus sepeliátur, l.ne corpora, 38.de Relig.& sumpti. funer. li.11.ff.ti.7.cũ intersit reipoblicę, corpora defunctorum in sepultura iacere, l.si quis sepulchrum, 12. §. hoc edictũ, de Relig.& sumpti.funer.li.11.ff.ti.7. Nam hinc aeris proximi sequitur infectio, & horror ex putrefactione eius: sepulchriq; violati crimine tenetur ex lege Iulia, de vi publica, ex ea parte. qua tenetur qui aliquid fecerit quominus aliquis funeretur, sepeliatúrve, l.sepulchri violati, 8.de sepulchro viola.lib.47.ff.ti.2.

6 T[illegible] dit Cosmas Guimer ad §.nec etiam collationes, ad verbũ, *faciendas*, de collat.in Prag.fanct.in renunciatione admissa, cũ clausula, vel aliàs quouis modo vacet, hãc regulá de verisimili notitia locum nõ habere. Si inquit) in partib.existẽs cõstituit procuratorẽ ad resignandũ beneficiũ in curia Romana, etsi facta est ꝓuisio per resignationẽ aut mortẽ, aut aliàs quouis modo vacet, & ille qui procuratorem constituerat pridie illius resignationis mortuus fuerit, videtur valere prouisio: quia ob alium modũ vacationis procurator Romam iuerat, ideoq; prouisionis origo inspicienda est, l.tutor, de fideiussori.l.3.C.ad Senatusc. Macedon.consentire videtur gl. ad dict.reg.de verisimili notitia. Cæterum pro contraria sentẽtia, & quòd regula illa de verisimili notitia locum habeat, nõ obstante illa clausula *vel aliàs quouis modo vacet*, posita in renunciatione, cõsistit Gomes ad illá regulá, q.3. & ait secundum hanc iudicatum in Rota tempore Iulij Papę 2. v[illegible] lam clausulam in renunciatione positã, *vel aliàs quouis modo*, extendi tantum ad casus similes, vt si vacaret beneficium per incapacitatem renũciantis, vel per eius matrimonium; non autem ad casum mortis qui longè diuersus à renunciatione in c.susceptum, de rescrip.in 6.

7 Habet stilus signaturæ Romæ, ꝙ derogatio istius regulæ, non detur nisi in Francia, extra quá derogatio data solet cessari, ex bulla reformationis curiæ Rom. quádo agit de reformatione signaturæ cõmuniter. Ná & hodie ex gratia, signatura pro meritis personæ ei stilo deroget aliquando nec seruet illam constitutionem, Alex.6.vt notat idẽ Gomes ad dictã regulam q.7. oportet autẽ expressè derogari regulę de verisimili notitia, aliter nihil efficeret clausula illa, *etiã si per obitũ*, &c. Fuerũt aliqui, qui vt fraudẽ facerent regulæ de verisimili notitia obitus, supplicationẽ suá impetrationis in hãc formá cõposuerunt, vt eis beneficiũ cõferretur vacãs ꝑ incapacitatẽ, incõpatibilitatẽ, deuolutũ, aut aliàs, nulla mentione habita mortis, ea fraude, vt postea in cõcessione obtinerẽt illá clausulá *aut alias quouis modo vacet, etiãsi per obitũ*. Quod tamen nõ prodesset impetranti in fraudẽ regulæ. Declaratũ fuit & inutilem ad id esse illá clausulá, si modò verisimile sit impetrãtem venisse vel misisse ad impetrationem obtinendam, ante mortem vltimi possessoris, nec habendam esse rationem derogationis, quia nõ potest Papæ, vel non solet huic regulæ derogare, vt scribit Rebuff. in tract. Nominationum, q.18. & in Practica beneficiaria, ad illam regulam, Gloss.5.

## De vacatione per sententiam
### Capvt XXXIII.

1 *Vacatio beneficij per sententiam, quid: vt in clerico non residente.* 2 *Si turpiter clericus viuat.*
3 *Si crimen graue cõmiserit, aut condẽnationem tamen renunciare & permutare reus potest beneficium.*
4 *Exceptiones ponuntur.*

1 Expeditis tribus specieb. vacationis beneficiorũ, ipso iure tantum, ipso facto tantum, ipso iure & facto simul; agamus de quarta quæ fit per sentẽtiam. Vacatio itaq; per sententiam accidit, quando iudex sua sententia priuat aliquem suo beneficio vel ob cõtumaciam, vel actũ aliquem seu crimen: veluti si beneficiatus absens non resideat in loco beneficij exigẽtis residentiam, & vocatus iudice à suo prælato, sine aliqua dispensatione vel iusta aut legitima excusatione redire contempserit, vocatus expectatus, vt contumax, suo beneficio priuari potest.c.1.c.relatum,4.c.ex parte,8. cum trib. sequentibus de Cleric.non residen. Ante cõtumaciam autem & vocationem, clericus etiamsi vagus sit, non debet priuari beneficio, nec censetur is habuisse beneficium pro derelicto, nisi aut miles fiat, aut cõtrahat matrimonium, Glo.ad c.qualiter,9.ad verb.*quadriennium*. de Cleric.non resideut.

2 Secundò, clerici qui turpiter & cum scandalo viuunt, postquam promoniti fuerint, coerciti, & castigati si incorrigibiles in sua nequitia permaneant, beneficiis priuari possunt iuxta Concilium Tridentinum, sessio.21.c.7. c.inuentum,16.q.1.c. fœlicis, de pœnis, in 6.Clem.multorum, de Pœnit.

3 Tertiò, si crimen aliquod graue commiserit beneficiatus, ex quo tamen non vacat ipso iure beneficium, opus est ad iudicandam vacationem sententia priuatiua beneficij. Vnde sequitur ante sententiam priuationis, habere administrationem & dispensationem liberam sui beneficij reum criminis, & posse permutare & renunciare, gl.ad c.2.ad verb.*finita*. Vt lit.pen. in 6.decis. Capellæ Tholo. 436. Rebuff.tract.de Pacif. possess.num.261.& 262. Gomes ad regulam, de Anna. possess.quæstio.42. Neoter.ad c.2.de Rescrip.Felin.ad c. inquisitionis, de Accus. Rot.decis. 5. de re iudic.in Antiquioribus collectis per Bernardum de Bisigneto auditorem Rotæ, & posteà factum Cardinalem: vbi

vbi postquam in contratiam partẽ plurib. vsus est rationib. tandẽ ita cõcludit, vt etiam condẽnato reo ad ppetuos carceres, & ita eo mortuo ciuiliter non inducatur vocatio vel priuatio, nisi per sententiá quoq; priuetur expressè beneficio, vt etiam not. Innoc. ad c. qualiter & quando, de Accus. in Gl. super verbo, *diminutionẽ*, vers. *credimus tamẽ*, & ita iudicatum in Rota. facit Felin. ad c. cæterũ. de rescr. Sic iure ciuili, si quis post accusationem in custodia fuerit defunctus indẽnatus, testamentum eius valebit, l. si quis, 9. de testa. & qui testa. face. poss. valet & post contractum capitale crimen donatio bonorum à reo facta ante condemnationem, quamuis condemnatione sequatur bonorũ confiscatio, l. post contractum, 15. de donat. ff. Et reus criminis soluere debitum potest, vt & ei solui, l. reo. 41. & seq. 42. de Solu. ff. l. auferatur. §. in reatu, de Iure fisci. Quinimò & post sententiam priuationis beneficij, si appellatio interposita sit, & pendente ea renũciauerit vel permutauerit. tenebit permutatio vel renunciatio. vt ait Rebuff. in tract. de pacif. poss. nu. 126. facit l. qui à latronibus, §. 13. §. fi. de testa. ff.

4 Excipi videntur duo casus: primus, si suspicio fraudis sit ꝙ in fraudẽ priuationis quá prçuidebat, certò sine aliqua necessitate vel causa renũciauerit, vel permutauerit, c. ꝙ trãslatione, de renunciat. ideò resignatio vt careat fraude, debet fieri antequam ꝓcurator regius vel trium iuri capitaliũ causarum. cõcluserint ad pœnam contra reum beneficiatum, l. qui pœnæ, 8. §. diuus quoq; Pius. de manumissio. li. 40. ff. ti. 1. ibi *quia iã lege Cornelia dãnatus esset vel iam futurũ prospiceret vt dãnaretur*: & sic cõcludit Fel. ad d. c. inquisitionis, de Accus. facit c. 2. de renunc. in 6. Dubito tamen ego in beneficio illam suspicionẽ admittere, cũ diximus & post condemnationem priuationis, posse interposita appellatione renunciare: eámq; sententiá probarem, cum bona confiscanda & beneficium non æquiparentur in hoc, cum beneficium det tantum vsum nõ proprietatem: quod nec confiscari possit. Secundus casus excipi videtur in grauiorib. criminib. in quib. ipso iure videntur cõfiscata bona, vt in crimine perduellionis, in quo ipso crimine cõmisso, quis amittit rerum & bonorũ suorũ administrationẽ: vt nec alienare, nec testari de his possit, l. fi. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis, §. emancipationes, eo. ti. C. l. donationes quę in cõcubiná, 31. §. fi. de donat. ff. Sed nec hæc exceptio pertinebit ad priuationem seu vacationem per sententiam, sed ad vacationem quæ inducitur ipso iure, de qua anteà diximus suo loco, ca. 28. Porrò, hæc de amissione & vacàtione beneficiorum dicta hactenus sint: videamus nunc de acquisitione seu collatione, & concessione eorum iuxta legitimam methodum.

## De Acquisitione seu de collatione Beneficiorũ.

### Cap. XXXIIII.

1 *Beneficia personis conferenda, quæ habeant qualitates beneficiis conuenientes: & de illis in summa.*

1 VAcatione adueniente beneficiorum, vel quando ad vacatura ius dandum erit, considerabimus primum naturam beneficiorum cuiusmodi sit, vt secundum qualitatem beneficij ei persona idonea & conueniens præponatur. Secundò, quæ requirantur in idonea persona ad beneficium suscipiendum. Tertiò, quæ sit legitima persona ad conferendum, & postremò, modos conferẽdi. Quod ad primum pertinet, beneficiorum naturas, qualitates & distinctiones iam antè c. 10. tradidimus, vnde haurire liceat. Vt in summa, exempli causa, perpendemus si beneficiũ sit Theologalis præbenda, eam requirere dicemus Theologũ reipsa, qui studuerit sufficienter & muneri sit idoneus. c. penul. de Magist. §. statuimus, de Collation. in Concord. si beneficium sit sacerdotale, vt prçponatur ei sacerdos, c. ei cui 29. de prçb. in 6. cum distinctione, c. c. licèt canõ, & c. cõmissa, de Elect. in 6. si regulare sit, detur regulari; & cõtrà, seculare seculari. c. cũ de beneficio, de prçb. in 6. §. volumus, de Coll. in Conc. & secundũ regulam beneficij, eiusdem regulæ ordinis detur tantum hominibus, c. cum singula, de prçb. in 6. Si beneficium in Gallia villæ muratæ, detur tantũ graduatis, iuxta Concordata, titulo de Collat. & conseruatis legibus regnorum, ne dentur Allophylis sine venia principis, vt fusè nos de his docuimus lib. 17. Sytagm. c. 6. Cum itaque de qualitate beneficiorum dictum sit, de personis eorum quibus beneficia conferẽda sunt, & eorũ qualitate legitima dicendum erit.

## De personarum beneficiandorum qualitatib. & primùm de legitimis eorum natalibus.

### Capvt XXXV.

1 *Beneficia non nisi idoneis conferenda, & in quibus consistat idoneitas.*
2 *Illegitime nati non sunt idonei beneficiis tenendis.*
3 *Ratio prima, à puritate & munditia Ecclesiæ.*
4 *Secunda ratio, à pœna exemplari parentum transeunte in liberos, vt & ipsi & alij meliores fiant.*
5 *Tertia ratio, quòd vitia parentum sint filiis hereditaria aliquando.*
6 *Quare dispensatiuè spuriis dari possint beneficia.*
7 *Quæ sint obseruanda in dispensatione spuriorum circa beneficia.*

1 IN summa, beneficia non sunt conferenda nisi idoneis & capacib. ex cõstitutione Concilij generalis in c. graue, 24. de prçb. c. relatum, de Concess. præb. c. 2. de Instit. quod in omnib. pro beneficiis quæ illis conferri possunt, statuit Alex. 3. in c. causam, q. 8. de elect. cum in omnibus gerendis negotiis, pro modo eorum personæ sint eligendæ capaces & sufficientes operi, l. vnic. §. ideoque, de nouo Codi. faci. C. l. vt gradatim, de muneri. & honor. Capacitas porrò & idonea qualitas beneficiandorum consistit in legitimis natalibus, ordine Ecclesiastico legitimo, legitima ætate, bonis moribus, & sufficiente scientia.

2 Legitimi natales sunt, cum natus quis ex legitimo matrimonio; & ideo dicimus eum cui beneficium dãdum est, esse debere legitimum & naturalem, c. cũ in cunctis, & c. innotuit, de Elect. Nec permittuntur regulariter ad Episcopatum cõscendere illegi[illegible] nati, c. Cœnomanensem, 15. & seq. 56. dist. Atq; in Deuter. c. 23. scriptum, *non ingredietur manzer*, id est, de scorto & alieno semine natus, *Ecclesiam Dei, vsq; ad decimam generationem*. In sacerdote, inquit Philo Iudæus in decalogo, genus examinatur vt sit inculpabile. Et Plato 6. de Legib. qui per suffragium tribuũ & sortem, ad sacras res tractandas ex lege eligi debet: eligi debet qui sit integer ac legitimus: deinde ex domo q̃ maximè munda, expers quoq; cædis, omniúmq; huiusmodi quę aduersus leges committuntur, cuius pater matérve similiter vixerint. Eadémq; in mulierib. sacris, quæ in viris statuit. Et Greg. 9. in c. fi. de filiis presb. prohibet, ne admittantur illegitimè nati ad personatus, dignitates, vel alia beneficia Ecclesiastica; & statuit, vt promisi ex Ecclesia extrudantur, nisi dispensatio Papę accesserit. & in c. 1. eius tituli prohibetur idipsum.

3 Cur autem filios illegitimos arceri ab Ecclesiastico ministerio placuerit, inter cæteras causas, prior hæc erit ratio: quòd Ecclesia, munus in quo macula esset, oblatum reiiceret. Leu. 21. c. hinc etenim, 49. dist. & ita in Ecclesia non minus quàm inter mulieres illustres, iuxta l. si qua illustris, ad Sena. Orphi. C. castitatis præcipuum debitum est, & nominari spurios satis iniuriosum, satísque acerbum: cum augeri Rempublicam magis, & multis hominibus legitimè genitis frequentari, quàm impuris periuriis affici, visum sit

iustius

Iustinus vel Iusthan. in l.1.§.fi.de indict.vidoit. toll.li.6. C.ti.40.Sed&EcclesiaDei q̃ pcepra eius iubet custodi-ri,& q̃ iuxta preceptū, *non mœchaberis*,detestatur for-nicationē,quodāmodo cōfunderetur, si ex illegitima cōiunctione pgenitos passim&sine discretione in mi-nisteriūDei admitteret,& veluti ex probatione geniti, dare videretur delinquēdi occasionē.ita & Iustin.in l. legē.C.deNaturalib.liberis.*Scias*(inquit) *oēs,legitimis matrimonijs legitimā posteritatē quærendā. Iniusta nāq; libidinū desideria nulla de eatcrovenia defendet,&c.*Cō-uētio reprobatur,aliúdve, quo quis induci posset ad delinquendū,l.alia causa,§.eleganter,soluto matr.ff.l. cōuenire,de pact.doral. ff. Et ea de causa non recipit Ecclesia oblationes ex iniustē quæsitis , c.oblationes, 90 dist.c.nutor,17.q.4.c.3.de vsur.c.super eo,de raptor. pulcher& iam textus Concilij Toletani 9.c.10.relatus in c.3. Cū multæ super incontineotia,15.q.8 vbi pter frequentiam inemeodabilem clericorum,in progeniē eorum illegitimam etiam sæuitum est , & nati ex illis noo tantum incapaces hæreditatum declarantur, sed etiam efficiuntur serui Ecclesiarum.

4 Proinde secunda ratio colligitur, ve incōtinentiæ & criminis paterni detestationē transire io filios:vt in his&parētes magis affligātur,&resipiscāt,vel alij exē-plo horū ab illicitis amplexib. abstineāt. sic Iustin. in l.fi.de natur. li. C. phibuit mulierib. liberis natur.to-tum patrimoniū, vel quātū voluerint relinquere, q̃ vitiū pareotū ex eo putaret tefrænandū iri. Torquen-tur &patres grauius in iniuria filijs illata,q̃ io ppriæ personæ cōrumelia,l.isti quidem fi.§. Quod met.caus. maledictio peccatiCham imposita filio eius Chanaā, Gen.9.c.cum ego,§.sed qui p psecutiooib.24.qu.3.Pro hæresi patris eriā filijs adimitur beneficiorū Ecclesia-sticorum possessio,c. vergeotis , de hæret. auth. Gaza-ros,C.eo.ti.& in crimine læsę humanę maiestatis , filij perduelliouū efficiuntur successionis omnis incapa-ces, l.quisquis.§.1.ad leg.Iuliam maiest.C.Adimuntur temporalia filiis eorum qui committunt crimina de-testabilia,quę mœrentur pœnā exemplarem,noo tam in pœnam seu damnum ipsorū filiorum,quàm si benè omnia ppendātur,in eorum vtilitatem. Monentur e-nim filij illa temporali priuatione futurorum tēpo-raliū,vt caueant ne in morbum pateroum iocidāt;& rapiuntur seu inuoluūtur plures boni pœnæ seu pu-nitioni malorum,ne malitia viuentibus mutet à bono in malum intellectum; vel propter eorum probatio-nem,vt illis hoc ipsum cedat in magnum beneficium, non in pœnam;vt explicatur in can. si ex bono in ma-lū,&.de consecr.dist.4. Ex D.Augustini libro de corre-ptione&gratia,c.8.& c.9.ita inuolui pœnæ Sodomita-rum paruuli,Gen.c.19.& populus cum peccatoAgag, & Amalechitarum 1. Reg. 15. Et in summa,pro pec-cato parentum . temporaliter aliquando puniti filij; temporaliter , sed noo æternè. c. vergentis,in fine, de hæret. sicq; terror pœnæ trāsit per cōminationem in filios,vsq;ad tertiam vel quartam generationem, c.r. 24.q.1.& pœna Dauidis translata in posteros.& Regis Achab.4.Reg.21.c.Achab.ca.talis,de pœnit.dist.3.Iudi-cia Dei hic abyssus multa, cuius consilium omnib.nō patet, ideò relinquendum est eius maiestati:facit ta-men detestatio criminis,& vt pœna exēplaris ad cau-tionem aliorum pertineat. Vt etiam aliquando in-strumenta & animalia bruta quorum medio crimen patratum est,in vindictam trahantur,vt Leuit.c.20.& can.mulier,15.quæ.1.Suidas in verbis ἐπὶ τετράποδι. Sic Deus iussit thuribula quibus igne alienus contra præceptum à sacerdotibus igne consumptus oblatus erat , in laminas duci, & affigi tabernaculi ianuis ad perpetuam vindictę sceleris memoriam.Num 16.c.de-nique,7.q.1.c.& dixit,de consecr.dist.2.

5 Et postremò,repudiātur ab Ecclesia spurij vel ille-gitimè oati, q̃ in criminib.maximè in vitiis corporis, exēpla patrum in filiis tanquam hæreditaria metua-mus,c.si quis militib.6.q.1.l.quisquis, ad leg. Iul. Ma-iest.Et ipsum de incontinentia patrum quę facilè cō-tinuatur in filiis expressè decisum est , in cap. si gens Anglorum,56.dist.l.eiq;(vt opinor)fuit ratio,cur in æ-dilitio edicto statutum fuit, vt venditor mancipiorū vendendorū natiouem in venditione ptonunciet. Ple-runq; enim,vt ait Paulus iurisc.natio serui aut pro-uocat,aut deterret emptorem:quia præsumptum est, quosdam seruos esse bonos,quia nationis sunt nō in-famatæ;quosdam malos,quia eius nationis sunt, quæ magis infamis est,l.quod si nolit,31.§. qui mancipia,de ædil.edict.Horatius li.4.Carmin.Ode 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis,*
*Est in iuuencis,est in equis patrum*
*Virtus:nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

Et Pindarus,Ode 8.Pythior.

φυᾷ τὸ γενναῖον
Ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶ λῆμα.id est.
*Quod est generosum natura*
*Adiacet ex patribus liberis fiducia.*

Omitto similia,quę tamen à communiter contingen-tibus concludunt, cum vulgari prouerbio:sæpe solet filius similis esse patri vel matri , cum imago patris fi-lius,& eius institutio moresque maximè peodeant ex consuetudine & obseruatiooe paterna, quæ maximè in teneris annis ad patris exemplar formatur.

6 Nihil tamen prohibet , quin dispensatiuè vel ob merita spurij,eruditionem singularem , bonosque & probos mores eius,cum potissimum Ecclesiarum oe-cessitas ob aliorum legitimorum penuriam postulat, illegitimi ad beneficia, dignitates & munera Reipub. admittantur vt in c.literas,de filiis presbyt. c.fi.eod. ti.in 6. Defectus quippe dicitur inesse non vitium aut culpa spuriis,c.nasci,56.dist.c.accedēs , de purga.can. ideò defectus ille potest repleri vel suppleri scientia, moribus & oecessitate,de quibus, oum sufficiaot suo iudicio,cognoscit princeps spiritualis, vel secularis, & sua dispensatione supplemeorum sufficere declarat, miseratione que dignus est alioquin idoneus,qui alie-no vitio laborat.l.legē,C.de oaturalib.liber. iure Ro-mano quoq;spurij & ex incestu nati,decuriones fieri possunt:quia,inquit Papin.non est impedienda digni-tas eius qui nihil admisit.l.spurij, 6.de Decur.li.50.ff. ti.15. Consentit Vlpia.in l.3. §.spurios, eod.tit. Vbi ta-men annotat, concurreotibus legitimis & naturalib. cum spuriis in petitione dignitatis, præferendos na-turales & legitimos & rescripto Imperatorū stattum ad Iulianum Autū Bythiniæ præsiden. facit pro Pa-piniani ratione,q̃ filius illegitimè genitus, ex eo qui deliquit nō fiat deterior,l.lege 12. tabularum, de legi-timis hæredit.l.maximum vitium,de liber.prærer. De-licta quippè personalia , nec per se transeunt in suc-cessores,l.crimen paternum , l.si qua pœoa,de pœnis. ff.l.sancimus, C.eo.li.1. Ne filius pro patr.C.Ezech.c. 18.& cao.crimen , 14.q.4. Io Gallia quoque bastardi seu spurij,possuot officia regia & magistratus gerere, sine expressa dispensatiooe principis,non possuot ta-men beneficia Ecclesiastica possidere , absque sum. Pontificis dispensatione ,quia etiam legimus fieri po-test,c.per venerabilem,qui filij sint legitimi.

7 Est autem in hac dispensatione distinctio benefi-ciorum & potestatis dispensantis adhibēda ,quæ tra-ditur in c.1.de filiis presbyt.in 6.li.1.tit.11. his verbis.*Is qui defectum patitur natalium , ex dispensatione Episco-pi,licitè potest , si aliud canonicum non obsistat;ad ordi-nes promoueri minores , & obtinere beneficium cui cura animarum non immineat,dummodo sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari. Ad ordines quoque maiores vel beneficia curā animarū habentia , super qui-bus Episcopus nequit dispensare, sine dispensatione sedis*

*Apostolica promoueri non potest.* Dispensat tamen, in quib. potest etiã dispensare Eps: nẽpe in simplicib. beneficiis & Papa: capit. literas, de filiis presbyter. potest tamen sum. Pont. vna dispẽsatione cum illegitimis, ad omnes ordines & omnia beneficia dispensare, vt postea non sit opus Epi dispensatione, c. 1. de filiis presbyt. Et Gl. ad d. c. 1. de filiis presbyt. in Sext. ad verbum *beneficium*, notat dispensate posse Epm in simplici beneficio, etiã si sit canonica Ecclesię cathedralis secũdum Archidiaconũ: attamen non posse in personatu vel dignitate, etiam si sit sine cura. ca. adhæc, de filiis presbyt. c. fi. de pręb. c. dudum, in 2. de Elect. Consentit Dominicus ad dictum caput primum. de filiis presbyt. Hîc obseruandum rursum, dispensationem natalium pro beneficiis obtinendis expresse fieri debere: alioquin enim dispensatio non inducitur ex collatione beneficij simpliciter facta, de ea nulla mẽtione habita: quamuis verissimum sit, non posse cõferri aliis q̃ legitimè natis, quod latè videbis tractatum in Glo. c. vnic. ad verbum *dispensare*, de ætat. & qual. præficien. in 6. Et dispensatio expresse fieri debet ab eo qui potestatem habet dispensandi, cap. fin. de Schismat. nec sufficit collationem fieri ab eo qui dispensate potest cũ indigno ꝓuiso, nisi etiã in actu collationis fiat dispensatione expresse memoria, vt in c. diuersis fallaciis, de Cleri. coniug. c. qui in aliquo, 51. dist. c. quicumque, in fi. 81. dist. vbi ponit in quib. publicus concubinarius ordinatus ab eo qui poterat dispensare cum eo, non ordinatur efficaciter, quia cum eo expresse non fuit dispẽsatum: haberetur tamen pro expressione si causa impedimenti fuisset proposita, & non obstante ea & mentione facta eius, fuisset actus perfectus: nam tunc censetur dispensatio facta, c. clerico tacente, 50. dist. c. cum pro vtilitate, 16. q. 1.

---

## De ordine Beneficiandorum.

### Capvt XXXVI.

1 *Beneficia tantùm conferenda clericis, exceptis mulieribus debitis.*
2 *Clericorum & laicorum distinctio, & vnde laici & clerici dicti.*
3 *Ordo quid, & de clericorum ordinibus.*
4 *Clericorum nomen quantũ pateat: & quòd eorundem alij regulares, alij seculares: & de prima tonsura.*
5 *Secularium clericorum subdiuisio.*
6 *Ordinum Ecclesiasticorum distinctiones & numerus, & quando simplex clericatura & Episcopatus annumerari debeant inter ordines Ecclesiæ.*
7 *Litera tonsura, in omnibus beneficiis requiruntur.*
8 *Quæ obseruanda in tonsura literis, & 9. & seq. vt si tempore collationis, &c.*
9 *An tonsuratus à nõ suo Epo & sine eius licentia, gaudeat priuilegio clericali, disputatur. itẽ & n. 10. 11. 12.*
13 *Tonsura & ordines ab alieno Episcopo suscepti non debent repeti à proprio, & quare.*
14 *Nisi a non Episcopo dentur.*
15 *De rescripto,* perinde valere, *in tonsura.*
16 *Episcopus proprius quis dicatur in dandis ordinibus.*
17 *Domicilium vbi quis habere dicatur. & 20.*
18 *Municeps & ciuis quis.*
19 *Parochianus in confinio duarum parochiarum, cuius parochiæ dicatur.*
21 *Patria quæ censeatur.*
22 *Quomodo probanda tonsura.*
23 *Clericatus possessio quando releuet à probatione eius.*
24 *Ordines extra tempora, aut immoderatè, aut ab Episcopo qui renunciauit Episcopatui, suscipiens, quomodo inhabilis est ad beneficia.*
25 *De recipientibus ordines ab excommunicato Episcopo.*

1 Beneficia requirunt secundò personam, quæ inscripta sit matriculę cornm qui in sortem Domini trãsierunt speciali ordinatione: proinde beneficia, nõ nisi clericis conferri iure cõi possũt, nõ aũt laicis, c. 2. de Instit. c. ex literis, de transact. c. cum adeò, de rescrip. docuimus, & hoc alibi in finitione beneficij: obseruabimus tamen in beneficiis Ecclesiasticis, debitis & conferri solitis mulieribus, non requiri clericaturam: eò quòd non tonsurentur, nec alium ordinem Ecclesiasticum consequi possint, c. vxoratus, 8. de Cõuersion. coniug. lib. 3. Decret. tit. 32. Proinde in monialib. & earum beneficiis, sequenda est propria sexui decisio, c. indemnitatibus, de elect. in 6.

2 Duo sunt genera Christianorum, vnum clericorũ, quod mãcipatum est speciali destinatione diuino officio, deditũ contemplationi & orationi, qui ab omni strepitu temporali cessare debet, in sortẽ seu partem Domini translatum. Aliud laicorum quod rebus temporalibus & profanis maximè curam adhibet, c. duo sunt, 12. q. 1. can. cleros, 21. dist. λαὸν populũ & turbã Græci dicunt: & quibusdam λαὸς quasi λᾶας dicitur, quòd iactis in tergum lapidib. fingant Deucalionem & Pyrrham eius vxorẽ, λαοὺς, seu populos reparasse, vt cõmunis interpres Homeri notat in primam Rapsod. eius.
—*Vnde homines nati, durũ genus* (inquit Virgilius.) Et Ouid. 1. Metamorph.
*Vnde genus durum sumus, experiensque laborum,*
*Et documenta damus qua simus origine nati.*
Notat & Eustachius, dictã ὄχλον λαὸν, ꝙ Cecrops vidẽs Atticam πολυανθρωποῦσαν, conuocabat, τὸν ὄχλον, & numerum notabat, λάεσιν, lapidibus. Adfert & aliam deriuationem à λῶ Epitatico, & ἀκούω, id est, ἀκούω, quoniam ἀκούων est ὁ λαός.

3 Ordo est, quem Græci τάξιν dicunt, digestio & collatio facta rerum vel personarum per loca quædam propria; vt apud Romanos tres personarum distincti ordines, Senatorum, Equitum & plebis, apud Plinium li. 33. c. 3. & apud Iustin. §. plebis scitum, de iure nat. cum similib. Et tempore Romuli duo, Patritiorũ & Plebeiorum. Secundum Dionys. Halicarnas. in 2. ἐκκλησιαστικὴ τάξις ordo, seu Catalogus Ecclesiasticus dicitur etiam κλῆρον. in Laodicensi Synodo, c. 24. eorum qui in quocunque munere in Ecclesiis seruiebant.

4 Clericorum nomen ad omnes ordines Ecclesiasticos pertinet generaliter, titulo de vita & honestat. clericorum, titulo & Authentica presbyteros, & diaconos, de Episcopis & Clericis. C. Nouel. 23. c. 19. quia ex clericis fiunt ordinati: & primus gradus ad ordines simplex clericatura est, quæ fit per leuem tonsionem vel abscissionem capillorum in vertice capitis existentium, vnde & prima tonsura vel corona dicitur, quæ vel Episcopo proprio diœcesanis, vel ab Abbate monachis concedi potest, c. cum contingat, 11. de ætate & qualit. ord. vbi & notant interpretes eum gradũ clericaturæ esse omnium ordinum ianuam, vt & in Clem. 2. de vita & honestate clericorum. Clericorum duo genera, secularium & regularium. Regulares qui aliquam regulam seu genus aliquod monasticæ vitæ professi sunt: seculares, qui non sunt professi, vt in c. licèt in corrigendis, 12. de offi. & potestat. iud. ord. c. inter. de Religios. domib.

5 Secularium Clericorum duæ rursum species, eorum vna qui vxorati dicuntur: alia, qui vxore carent, titulo de Clericis coniugatis. Non coniugatorum tot rursum gradus, quot sunt Ecclesiastici ordines: sic continentur ea appellatione Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Cantores, & alterius cuiusque ordinis. canon. cleros, 21. distinctione, c. de persona, 11. q. 1. §. si quis contra aliquem, de Sanctissimis Episcopis. in Nouellis.

6 Cõsiderãtur isti ordines vel prout sunt distinctiones descriptionis ministeriorũ Ecclesiasticorũ, vel ꝓut
sunt

sunt sacramenti vel characteris participes, si agamus enim de distinctione & dispositione graduum ministrorum Ecclesiasticorũ, constituemus secundum canonici iuris interpretes, nouẽ gradus: Clericatum, Ostiaratum, Psalmistatum, seu Lectoriatũ, Exorcistatũ, Acolythatum, Subdiaconatũ, Diaconatum, Presbyteratum, & Episcopatũ. Exemplo nonẽ ordinum sacrorum qui in cœlo faciunt hierarchiam, de qua Dionys. Areopagit. Imitatur enim Ecclesiast. hierarchia cœlestẽ, ad probandos ministros, ne rudes in tractandis inferioribus sacris ministeriis temerè & inordinatè conscẽdãt ad maiora: ne prius efficiãtur Doctores quàm discipuli, & milites prius quàm fuerint Tyrones, c. si officia, cum trib. sequentib. 59. dist. gradatim quippe & expertis maiores deferri dehẽr homines, & nõ neophytis aut rudib. c. sicut neophytus, 48. dist. c. legimus. 93. dist. Scio Theologos cõtẽdere nõ esse Clericatũ Ecclesiasticũ ordinẽ, nec Episcopatũ: sed illũ, ianuã ordinũ: hunc, apicẽ ordinũ, quod & alibi disputo li. 16. Synt. c. 2. vbi & de aliis ordinib. & aliis sequẽtibus capitibus, quò relego lectorẽ. Sufficit hîc admonere inter ordines seu gradus Ecclesiasticos, annumerari primã quidẽ tonsuram, in d. c. cũ contingat, de æta. & qual. Episcopatũ autem in c. fi. de presb. nõ baptixa. minist. in c. fi. de Sacram. nõ interãd. c. ordinationes, 75. dist. Prout verò ordines sunt sacramenti vel characteris participes, non tot sunt quot enumerat Hostien. in summa in prin. ad ti. de temporib. ord. Súntq; tres sacri dicti tantum maiores ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus: & alij quatuor minores non sacri, post clericatum simplicem, Ostiaratus, Lectoriatus, Exorcistatus & Acolythatus, c. 1. & 5. de temporib. ordin.

7 In beneficiis ordines considerantur pro diuersa qualitate eorũ: quędã n. possũt cõferri clericis simplicibus, & sufficit eos habere primã tonsuram, quã si nõ habeãt, incapaces eos dicemus, c. ex literis, de trãsa. cũ similibus, quædam beneficia exigũt, diaconũ, quædam presbyterum, c. 1. & de ęta. & qual. quędam subdiaconum, vel presbyterum, c. prætereà, de æta. & qual. c. licèt canon, de elect. in sext. c. cui de non sacerdotali, de pręb. in sex. c. si pro clericis, 8. eo. ti. de pręb. in sex. Sunt & quædam beneficia cum cura, quæ exigunt vt intra annum, à die adeptæ pacificæ possessionis, prouisus promoueatur ad sacerdotium; alioquin vacant, c. licet canon, & c. commissa, de elect. in sex. sunt & alia quæ non nisi actu presbyteris cõferri possunt ex fundatione vel cõsuetudine, quo casu debet tẽpore collationis esse presbyter. In omnib. tamẽ beneficiis, siue maiores, siue minores ordines exigant, prima tonsura legitimè concessa exigitur, & ostendi debet: quia cum ianua sit omnium ordinum, per eam intrare oportet, ne sit locus titulo, de clerico per saltum promoto néve obiiciatur, qđ dicitur in c. relatum, de iure patr. q is sit fur & latro, aliunde intrans in Ecclesiam quàm per ostium. Producuntur itaq. necessariò in cõtrouersiis seu litibus beneficiorum, & insinuantur quoque cum literis gradus, ad fruẽdum nominationum Academiarum ad beneficia vtilitate, literę tõsurę, quia hęc qualitas est extrinseca, q̃ nõ p̃sumitur nisi ꝓbetur, Gl. ad c. si fortè, 11. ad verb *scienter*, de elect. in sex. Doctores ad l. sciendum, 30. de verb. obli. ff. & ibi Gl. finalis Reb. in tracta. Nomin. q. 14. n. 4. Et petẽs beneficium, debet se ꝓbare clericum Archid. & Ioan. And. & textus. in c. si iudex, 12. vers. *non sit*, de sent. excõ. in sex. nec sufficeret ꝓbare se reputarum fuisse & habitum pro clerico, sed oportet ordinationem probare. Dominicus consi. 91. incip. *promitto*, &c. Nec probaret bulla, in qua Papa eum nominaret clericum, vt ait Ioan. And. in Meren. in reg. *non licèt actori*, de reg. iu. in Sext. Doctores in d. c. si iudex. 15. de sentent. excomm. Siquidem verba narratiua non probant extra substantiam rei gestæ posita. vt in l. ex hac scriptura, 16. de donat. ff. c. si Papa, 10. de priuileg. in 6. c. 2. de fide instrum. refertur enim narratio, quòd quis sit clericus, ad alium actum de quo literi fides debet, auth. si quis in aliquo. C. de edend. Quinimò Clem. literis, de probat. dum decidit narrationem sum. Pont. per ipsum fuisse factam reseruationem, aut admisisse resignationem beneficij, vel alij commisisse faciendam, vel aliquem suum familiarem fuisse, vel capellanum, vel alia similia, in quibus fundata fuisset eius gratia vel intentio, fidem plenam habere, sublata est in Concilio Basiliensi, & placuit non habendam ei fidẽ, nisi quoq; per instrumenta vel alias ꝓbationes legitimas, idipsum quod narratur, doceatur. ti. de subla. Clem. literis, in prag sanct. & in Concord. vbi & Glossę sunt hac de re singulares legendæ, facit ca. ad audientiam, de pręscr. hic obseruandum interdũ diuino nutu & extraordinariè aliquos ob vitæ probitatẽ ex laicis creatos Episcopos & ordinatos, vt Ambrosiũ, Seuerũ, D. Nicolaũ, vt notissimũ itẽ Sergiũ Rauenat. Archiepiscopũ, Stephanũ, Neapolitanum, imò Constantinum quendam laicum in sum. Pont. Platina in Stephano 3.

8 In literis Tonsuræ consideramus, primum, nũ data seu tonsura præcesserit collationem beneficij, an posterior fuerit. Nam oportet tẽpore collationis esse clericum tonsuratum, nec ei prodest ad illud beneficium possidendum, quòd post collationem tonsuratus fuerit. Quia quod ab initio non valet, tractu temporis cõualescere nõ potest. l. quod in initio, & l. pen. de regu. iur. ff. c. non firmatur. eod. tit. in 6. Et expressè hoc probatur, inspici datam collationis debere, vt si tempore eius non fuerit tonsuratus, non prosit postea tonsurati ad firmandam illam nullam collationem, per c. ex literis, 6. & ibi Gl. fi. de transact. atque in his principium considerandum, in c. dudum, de elect. & c. principatus 1. qu. 1. At si tonsura sequatur gradum magisterij, vel Baccalaureatus, ideò non vitiabitur gradus, vt notat Rebuff. tract. Nominationum, q. 9. num. 54. si tamẽ nominationes ante tõsuram impetrauerit, in vim gradus putarem exemplo mandati, quia eo tempore non fuit capax beneficiorum: neque per consequens nominationum, tonsuram superuenientem non ratificare nominationes, arg. c. si eo tempore, de rescr. in 6. & eorum quæ diximus in tonsura necessaria.

9 Secundò perpendimus, vt tonsura concessa sit à ꝓprio Episcopo, quemadmodum de aliis ordinib. dicitur à propriis Episcopis loci, vbi natus est beneficiatus, vel vbi habet beneficium, conferri debere, vel de permissione eorum, ab aliis, c. clericis, c. si quis ausus, c. de aliena, c. illud, 71. dist. melius in c. 1. 67. dist. Et punitur Episcopus per suspensionem ordinum, si alterius Episcopi scienter vel affectata ignorantia sine eius licentia, vel summi Pontificis ordinauerit diœcesanos, c. 1. & 2. & 3. de temp. ord. in 6. Dantur porrò dimissoriæ seu literæ permittentes ab extraneo Episcopo ordines suscipiendi, absente Episcopo, per eius Vicarium generalem: vel sede vacante, per capitulum, vel per eum qui de tẽpore gerit administrationem. c. 3. de temporib. ordin. in 6. non autem per officialem, d. c. 3. neque per Archidiaconum, ca. significasti. de off. Archid. qui à non suo, aut sine eius licentia ab alieno ordines impetrauerit, ab ordinum executione susceptorum, quandiu ab ordinario suo videbitur expedire, suspenditur, in Conc. Trid. sess. 23. c. 8. de refor. & sic ordinatio ita ab alieno facta, non habetur rata quoad executionem, tota 9. qu. 2. & can. 1. 71. dist. quædam & iura dicũt ordinatos hoc modo deponendos, vt in c. Episcopus in diœcesim, 7. q. 1. verum Concilium Tridentinum proximè citatum explicat & verum est, ordinationem quidem tenere ꝓ ceteris factam ab Episcopo etiam alieno qui Episcopus est, qui ordinando imprimit characterem: sed ordinatio non tenet quoad executionem, si interdicatur à proprio Episcopo non aliter, secũdum Gl. ad c. 2. ad verb. *statuunt*, de temp. ord. in 6.

10 Cæterum Barthol. Chasſan. ad §. 6. *des inſtices*, ad verba, *meſſiers & ſergens ſont creus*, circa fi. nu. 14. in cõſue. Burg. ait, ordinatum ad clericatum à non ſuo Epiſcopo, ſine literis dimiſsoriis non gaudere priuilegio clericali: quod probari ait ex Gloſſis, c. 1. & 2. de temp. ord. in 6. & ita ſe vidiſse iudicari in materia beneficiali, in recredentia tradit: hoc videtur etiam tenere Ioã. And. ad c. fi. de temp. ord. in 6. Gl. quippe ad c. 1. ad ver. *clericum*, de temp. ord. in 6. ait, diſpoſitionem illius capitis, non ſolum habere locum quando iam clericus effectus ab Epiſcopo proprio, ab extraneo alios ordines ſine permiſſione ſuſcipit: ſed etiam, quando laicus efficitur clericus. Eò quòd eadẽ ratio in eo militat capitis primi: nempe, quòd laicus excommunicatus, vel non idoneus in fraudem poſset ab extraneo clericaturam accipere. Addere poſsumus c. fi. eius tit. cuius verba, *Nullus Epiſcopus, vel quiuis alius infanti, niſi fortè religionem intraret, ſeu illiterato: ſed neque abſque ſui ſuperioris licentia, hominis diœceſis alienæ, clericalem præſumat conferre tonſuram: nec etiam coniugato, niſi volenti intrare religionem, prout eſt in ſacris canonibus definitũ.* & ibi Gloſsa notat expreſsè ad verbum *hominis*. Coniungo c. primatus 6. iuncta gl. ad verb. *obtineat*. 71. diſt. vbi, ex Concilio Carthaginenſi 1. c. 5. ſtatutum, ne Epiſcopus etiam laicum de plebe aliena, vſurpare poſſit ſine conſcientia Epiſcopi de cuius plebe eſt ibi Gloſsa notat, quòd Epiſcopus poteſt ordinare extraneum in clericum ſi in ſuam diœceſim tràſtulerit domicilium: non autem non tranſlato domicilio: ſicut nec alios ordines conferre, vel ſacramenta alia præbere. vt in can. placuit, de Pœniten. diſtinct.

11 Cæterum Guido Pap. in q. 449. incip. *laicus effectus eſt clericus*, &c. contrariam tuetur ſententiam; & poſse ab extraneo Epiſcopo conferri laico primam tonſuram, ſine cõſenſu Epiſcopi proprij. Prior ratio eius eſt, quia laicus, dum laicus eſt, nõ eſt de foro Epiſcopi, ſed de iuriſdictione temporali tantum, quare cum laicus poſſit iuriſdictionem iudicis alterius temporalis prorogare ſine licentia ſui iudicis. l. 1. de iud. ff. l. ſi conuenerit, de iuriſd. omn. iud. ff. ita & poterit à non ſuo Epiſcopo, primam tõſuram ſine ſui Epiſcopi licentia accipere; eaque ratione nititur euitare contraria iura. c. 1. & 2. de temp. ord. in ſext. dum ait, ibi agi de clerico iã facto à ſuo Epiſcopo, vt non poſſit ab alieno ſine ſui licentia alios ordines accipere: quia, inquit, iam clericus fuit factus per clericatum de iuriſdictione ſui Epiſcopi: & clericus non poteſt ſine licentia ſui Epiſcopi, alterius iuriſdictionem prorogare. c. ſignificaſti, de foro compet. c. 14. non liceat, 3. q. 6. vbi Gl. plura ea de re notat. Quę tamen ratio mihi non videtur concludere diuerſitatem inter clericos & laicos. Ex eo quòd agatur de rebus ſacris obtinendis, non de eligendo iudice: & eadem ratio militet in laicis ac in clericis ratione cauſę ſpiritalis, & expreſsè quoque videtur reiecta hęc diſtinctio in c. primatus, 71. diſt. vbi de laicis expreſsè: & quæſtio de clericatu ſpiritalis dicitur, & fori Eccleſiaſtici, in c. ſi iudex, 15. de ſen. excom. in ſext. Addit prædicto loco Papæus, aliam rationem quòd non inuenerit prohibitum laico accipere tonſurã ab alieno: ſed quia falſum hoc arguitur ex expreſso textu, c. fi. de temp. ordin. in ſext. non immorabor.

12 Exiſtimarem ego priorem Chaſsanęi ſententiã veriorem eſse, ſi modò diſtinguamus & dicamus, verũ eſſe tonſurã à nõ ſuo Epiſcopo & ſine eius vel ſum. Pontificis licentia, incapacẽ eſse beneficiorum, ex eo quòd ſuſpẽſus eſt ab executione clericalis priuilegij, quãuis habeant verè tonſurã, cũ qua ſuſpẽſione olim Epiſcopus poterat diſpẽſare, vt c. quod trãſlationẽ, de tẽp. ordi. vel patiẽtia, vel alio modo poſt interdictionẽ. Hodie nequaquã: quia nec egemus interdictione, cũ ipſo iure ſit ſuſpenſus ab executione ordinis ab alieno Ep̃o ſine licẽtia ſuſcepti, quare adeũdi pœnitẽtiarij ſum. Põtificis, qui etiam non niſi cũ ſpeciali licentia eius, cum taliter ordinatis & ſuſpenſis diſpenſant. ca. 1. §. fi. de tẽporib. ordin. in ſex. & ibi Gl. ad verba, *abſque ſpe*: iunge pro hac diſpenſatione ſum. Põtificis, c. Salonitanę, 63. diſt. Sic nec habet locum ſententia Gloſsæ ad c. illud, 1. 71. diſt. ad verb. *ordinatio*, dũ ait ordinationẽ ſui diœceſani factã ab alieno Epiſcopo, proprium Epiſcopũ ratã habere poſse, ſi aliàs canonicè & ſine alia prauitate facta eſset, vt & ſtatuebat c. 10. Lugdun. 9. q. 2.

13 Remanet tamen adhuc ſcrupulus, num ſi quis à non ſuo Epiſcopo, & ſine licentia eius vel eorum qui licentiã dare poſsunt, acceperit ab alieno clericatum vel ordines, poſſit illud vitium purgare vel tollere, accipiendo iterum tonſurã & eoſdẽ ordines à proprio Epiſcopo? In qua quæſtione breuiter reſpondendum, repetitionẽ tõſuræ, vel ordinũ improbatã eſse: etenim, quãuis à non proprio Epiſcopo accipiantur, verũ eſt nihilominus cõceſsos eſse, ſi alioquin qui contulit poteſtatem habeat conferendi, ideò irregularis efficitur qui iterum tonſuram vel alios ordines accipit, & quæ dicuntur de Baptiſmo non iterando, eadem locũ habent in tonſura, cõfirmatione & aliis ordinib. iteratis, vt notat Hoſtien. in ſumma de Sacramẽtis nõ iteran. c. dictũ eſt, 8. de conſecr. diſt. 5. c. 65. cõfirmandum, 50. diſt. c. 1. de Sacramẽ. nõ iteran. li. 1. ti. 16. l. 1. C. Ne ſanctũ baptiſ. iteretur li. 1. ti. 6. quia per reiterationem fit iniuria ſacramento, quod ſemel conferri debet, c. oſtenditur, 32 de conſecr. diſt. 4. & c. 97. quod quidam, 1. q. 5. Fit & iniuria ei qui antè contulit, quia arguitur ex repetitione, perinde ac ſi non habuiſset poteſtatẽ conferendi, c. fi. de conſec. diſt. 1. neque enim ordinatus, vel tonſuram accipiens ab alio quàm ſuo prælato, reiicitur tanquam non ordinatus, ſed tanquam ordinatus ab alieno. quare opus hîc nõ eſt iterata ordinatione, ſed approbatione eius ordinationis quòd pertinet ad executionem, & pœnitentia, quod ſua culpa ab alieno eſt ordinatus, vt in c. 1. ſicut ſemel, 68. diſt.

14 Niſi quis forſan recepiſset tonſuram vel ordines ab eo qui non habebat ordinandi poteſtatem; vel qui non dediſset in forma Eccleſiæ Catholicæ, vel intentione agendi quod Eccleſia agit: nam & à proprio tũc poſset accipere, quia non eſset iteratio eius quod non fuit conceſsũ, c. presbyteri §. quod verbo, 68. diſt. veluti non dicitur rebaptizatus, baptizatus in Eccleſia, qui antea ab hæreticis Arianis eſset lotus vel baptizatus: cum enim ipſi non cõfiteantur trinitatem perſonarum diuinarum, non verè quoque baptizaſse dicuntur, c. in ſynodo, 83. & can. hi verò, 84. de conſecr. diſt. 4. Cũ dubitatur etiam, nec teſtis eſt qui poſſit ſcire an quis ſit baptizatus; quia forſan puer expoſitus inuentus eſt, baptizari poteſt, quamuis forſan antea fuerit verè baptizatus: idque, ad cautelam tutiorem, c. paruulos, no. cum duobus ſequentibus, de conſec. diſtin. 4. cum illa tamen proteſtatione: *ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo*, c. 2. de Baptiſmo. In dubiis enim, quod tutius eſt, erit ſequendũ, c. iuuenis, de ſponſalib.

15 Cæterũ, quando quis tonſuram ab alieno accepit Epiſcopo, vt tutus ſit ab hac irregularitate & incapacitate tenẽdi beneficia, debebit impetrare à ſum. Põt. reſcriptum, qđ dicitur, *perinde valere*, vt impetratio perinde valeat, ac ſi à proprio Ep̃o fuiſset collata: quo obtento nihil poterit ob eam tonſuram opponi: quod tamen debet impetrari ante conſequutionem beneficij: nam poſtea impetratum non valeret in pręiudicium alterius, per c. quamuis, de reſc. in ſex. & hanc cautelam ponit Reb. tract. Nomin. q. 14. n. 42. vocatur gratia perinde valere, gratia reualidatoria, per quam principalis gratia ſuſtinetur: quando ex prima beneficiũ acceptari nõ poteſt, vt notat Gomes ad reg. Canc. de nõ iudicando ſecũdum formam ſupplicatio. q. 7. & cẽſetur habere vim nouę proiſionis, vt ait Ægi. dec. 615.

16 Obſeruatione hîc dignũ exiſtimo propriũ Epiſc. in ordi-

in ordinibus cunfetendis idoneum dici Episcopũ loci vbi ordinandus natus est, vel vbi domicilium habet, vel vbi habet beneficium.c.cum nullus, 3.de temp.ordin.in sexto.

17 Domicilium porrò quis habere dicitur, vbi natus est, per l.pen.de Senatori.& in plurib.locis, si ęqualiter in plurib.habere soleat.l.assũptio,6.§.viris prudẽtibus,& l.aius qui manumisit, 27. §.Celsus, ad Munic.ff.c.ex parte,15.de For.compet.li.2.tit.2.c.2.de sepultu.in sex. Sola possessio domus quàm quis habet in alia ciuitate in qua nõ habitat, nõ facit domiciliũ, l.libertus,§.sola domus,ad Munic.ff.l.4.de Incolis.li.10.C.ti.39. Habere etiã dicitur ibi quis domiciliũ, vbi maiorẽ partem habet facultatũ suarũ & assiduè cõuersatur: ibiq; cõueniri debet,& forũ potest sortiri.l.Senatores: Vbi Senato.vel clariss.C.vel etiam vbi vendit, emit & cõtrahit, festósq; dies celebrat. l.Labeo,5.ad Munic.ff.

18 Municipẽ, id est, ciuẽ seu participem munerũ & functionum facit, inquit Vlp.in l.1.eo.ti.aut natiuitas, aut manumissio, aut adoptio, aut allectio, l.ciues,7.de Incolis.li.10.C. In dubio, præsumitur habere quis domiciliũ in loco vbi residere tenetur, vt in beneficio, si habeat iniũctã residẽtiã,c.3.de tempor.ordin.in sex. Si plura habet beneficia talia,& in plurib.habebit. Regularis Abbas in loco monasterij censetur habere solum domicilium, vt notat Inno.ad c.ex ore, de priuil. De monachis idem dicendũ, qui sine proprio claustro non magis quàm pisces sine aqua viuere possũt.c.placnit communi. 16.q.1. Et monachorũ monasteria subsunt Episcopo in cuius diœcesi sunt, nisi sint exempta. c.monasteria,18.q.2.conquerente, de off.ord.& visitãda sunt & corrigenda, c.visitandi, c.Abbas,& 4 sequẽtib eadem 18.q.2.c.peruenit.16. q.1. & expressè in c.3.§.fi.de temp.ord.in sex.cautũ, quòd religiosi à suis superiorib.in non exemptis prioratib. deputati priores, & eorum socij, possunt à locorum diœcesanis, quandiu morantur in ipsis prioratib. ordinati licitè: licèt non sint de eorum diœcesibus oriundi.& ibi Gl.notat pen. quòd in beneficiis Ecclesiasticis etiam non perpetuis, Episcopus eius loci proprius est,& dat cómendatitias,& finalis Gl.addit religiosos & ibi, & in loco originis posse ordines accipere. Dat etiam monachis suis prælatus proprius, vt Abbas, Prior, licẽtiam promouendi ad ordines, sine qua non possunt promoueri, c.ad aures nostras,5.de tempo.ordin.vni. ratio.

19 Si quis domicilium habet ædificatum in loco qui duarum parochiarum est, putà in confinio, & solo duarum parochiarum, quod pertinet ad iura parochialia, nõ cẽsetur parochianus eius parochiæ in cuius solo habet, portam seu exitum domus, sed eius, in cuius parochia est residuum domus, vt notat Gl. ponens casum ad c.1.de Cõsec.Ecclesię, vel altar.in sex. ꝑ quo facit textus ibidem in fine, vbi & paries intermedius, diuisionẽ inducit inter duo cæmeteria, vt altero polluto alterũ nõ censeatur pollutum. Si tamen duæ domus coniunctę sint,& illæ sint in solo diuerso duarũ parochiarũ, si in vtraq; habitet equaliter, duæ parochię diuidũt ęqualiter iura parochialia, idipsũ si vna domus ęquè ędificata in confinio duarũ sit parochiarũ: vt notat gl.ad c.2.ad verb.*dominicalia*, de sepu.in sex. Sicut arbor in confinio duorũ ꝑdiorũ posita est communis dominorũ fũdorũ. l.arbor, com.diuid.ff.& insula in confinio vtriusque ripę posita, communis iis qui equè distãt vtrinq; ab ea.§.insula, de rer.diu.apud Iustin. & Ecclesia posita in confinio ęquè duarũ diœceseõn, ad vtrumque Episcopum pro indiuiduo pertinere potest, vt notatur in can.15.licet in regu.16.q.1.

20 Domiciliũ habere põt & relegatus, eo loci vnde arcetur eius q manumisit, 2 -.§.fi.ad Munic.li.50.ff.tit.1.& in sũma nihil est impedimẽto, quominus quis vbi velit habeat domiciliũ, qđ ei interdictũ non sit, teste Marcello, in l.nihil est,31.ad Munici.ff. Et placet etiã, filiosfamilias domicilium habere posse. l 3.ad munici. vbi & not.Bart. domiciliũ habere posse & constituere sibi filiosfamilias etiã sine cõsensu patris. Difficile autẽ est aliquẽ inueniri sine domicilio, nisi forsan qui uagiget domicilio relicto, vel iter faciat quærens quò se conferat vel cõstituat. Nã hunc, inquit Iulianus, puto sine domicilio esse, l.eius qui.27.§. pen. ad Municip.ff. Miles ibi domiciliũ habere intelligitur vbi meret, si nihil aliud in patria possideat. Hermog. in l.municipes, 23.§.fi.ad municip. ff.studiorum causa tamẽ alicubi habitãtes, nõ censentur ideo in illo loco elegisse domiciliũ; nisi per annos decẽ ibi habitauerint.l.2.de incol.li.10.C.aut aliter ibidẽ sedes delegerint. Quæ omnia notabilia sunt pro tonsura & gradibus obtinendis: vt videantur obtineri à proprio Episcopo, si ab Episcopo domicilij obtineantur, iuxta c.3.de temp.ordin.in sext. quia translato domicilio, relicta cẽsetur iurisdictio Episcopi prioris domicilij, & admissa. Episcopi adepti. c. fi.de Paroch.& alie.paroch.

21 Eadem considerabis in patria, ex illo d.c.3.de tempor.ord. & dicemus eum qui ex vico ortus esset, eam patriam habere intelligi debere, cui reipublicæ vicus ille respondet. l.qui ex vico,30.ad municip.ff.patria ꝓpriè locus vel ciuitas, vbi quis natus est, quasi communis parens natorum: extenditur & appellatio patriæ ad suburbia,& aliquando ad totam prouinciam, vt l.vxorem,41.§.legauerat, de legat.3.l.nam quòd liquidè; 4.§.si ita legatur, de penu.legata.lib.33.ff.tit.9.

22 Tertiò, cõsiderabimus in tõsura, vt ea ꝓbetur per literas in forma ꝓbante expeditas. Nã Aegid.Bellamera, cons.10.incip.*factum*, dicit nõ posse probari per ꝓtocollũ notarij mortui; quia protocollum non habeat omnia necessaria, requisitave in instrumento, maximè quando caret subscriptione notarij. Ita protocollo nõ creditur mortui, donec de mandato iudicis per alium notarium publicum, cui cõmiserit, protocollum notarij redactum fuerit in formam publicam: facit l.contractus, de fide instr.C.§.1.de Tabel.in Nouel.Nou.44. Barthol.Chas.ad §.6.*des suffisces*, ad verba, *seront creez*, nu.14.notat clericatũ debere probari per literas testimoniales,& hũc esse ex casib qui requirũt pro probatione scripturã. Et Iaco.Butrig. ad l.si qua per calumniam,22.C.de epis.& cler.tenet clericatũ nõ ꝓbari per testes, léxq; ibi literas Episcopi exigit in §.fi.& in Nou.86.At Guido Pap.in q.47a.tradit, si literæ tonsuræ sint deperditæ, quòd clericus, qui priuilegio clericali vult gaudere, petere poterit fieri informationes per testes, per l.si solemnib 7.C.de fide inst.ne veritati per deperditionẽ instrumentorũ fiat præiudicium, & quia in examinatione literarum nulla fit status mutatio, l.statũ 6.C.de fide inst.Matth.de Afflict.etiam in constit.Siciliæ, quæ incipit, *Apostatantes*, docet quando clericatus ꝓbetur per duos testes,& per vnũ; & per literas superioris ordinis. Posset& ꝓbatio hîc admitti testium singulariũ, vt notat Ang.ad l.2.Quemad.test.ape.ff.imò vnus testis sufficeret ad ꝓbandum clericatũ,& ad ꝓbãdum baptismũ: si nulli præiudiciũ fieret, vt not.text.cũ Glo.in c.paruulos,& c.cũ itaque, de consec.dist. 4. Ias.ad l.rescripta, de precib.Imp.offe.C.Hippol.de Marsiliis ad l.1.§.idem Cornelio, de Quęstion.in ff.Existimarem ego antequam ad testes perueniatur, recurrendum esse ad librum seu regestum Episcopi, à quo accepta tonsura dicitur, & petitione seu libello porrecto ea de re iudici, coram quo controuertitur causa clericatus, iudicem parte vocata statuere debere diẽ qua fieri posset sumptum à commissario seu delegato deputato, præsentibus partibus contendentibus & quorum interest, ex regesto Episcopali. Quòd si casu regestum perierit, putà incendio, vel hostili prædatione, tunc ad testes perueniẽdum erit(ni fallor)optimè, qui examinabuntur & deponẽt, quòd vel interfuerint cũ tõsura clerico daretur, vel q viderint ita scriptũ in

regesto, vel quòd aliquando viderint easdem literas tonsuræ. Alioquin certè requiruntur literæ pro probatione clericatus, si in controuersiâ deducatur: & literæ quoq; singulorũ ordinũ: neq; minores ordines probantur per literas maiorũ. Bal. in l. si solemnibus, C. de fide inst. Nam & ius dubitauit de hoc, & vim facit in tit. de Clerico per saltum promoto. Et Felin. in c. super hoc, de accus. requirit, quòd quis habeat literas de vnoquoque ordine; aliter præsumeretur promotus per saltum, quo casu non valeret electio, seu quæuis alia prouisio de beneficio eodẽ facta, vt tenet Præpositus ad can. solicitudo, 52. dist. Et si opponatur cõtra aliquẽ quòd non est promotus à suo Episcopo, vel sine literis admissorijs, vel quòd nõ est subdiaconus, incũbit ei probatio, nõ opponẽti: vt dicit Fel. in proximo citato loco, & ad c. sicut, de re iud. nec obest quòd impetrãs beneficium censetur prima frõte idoneus, nisi contrariũ doceatur. c. fi. de Præsump. & c. 1. & c. vt circa, de elect. nã hoc verum est præsumi in his quæ interius considerantur, non in his quæ exigunt externam idoneitatem.

23 Resoluit etiam Rota in decis. 163. *nota quòd talis est opinio*. in antiquis, quòd vbi clericus fuit in possessione per aliqua tempora, & vixit vt clericus, sufficit probare possessionẽ clericatus: licèt aliàs per literas, vel per testes non probetur titulus, iuxta Inno. ad c. super his, circa finem magnæ glossæ, de accus. & ca. innotuit, de eo qui furtiuè ordines suscep. sed licèt possessio clericatus sine alia probatione inducat præsumptionẽ in causa possessionis, iuxta c. si iudex, de sent. excommun. in sext. arg. l. Barbarius, de off. prætoris. & l. 1. C. de testamen. tamen in beneficialibus præsumptio illa non est sufficiens ad adiudicandum titulum, nisi vetus titulus probetur, iuxta c. 1. de reg. iu. in sext. & ita notat Innoc. ad c. illud, de præsump. & Archid. ad c. ordinarij, per illum textum, de off. ordi. in sext. Cæterum si clericus sit possessor iam beneficij, & fuerit in possessione clericatus: non tenetur ostendere aut probare titulum clericatus, Ioan. Monach. & Archid. in c. si iudex, de sent. excom. in sext. Sic & resoluit Rota in deci. 311. *nota quod clericus existens*, in Antiq. ibidémq; additur, quòd non clerico, si tamen sit in habitu & tonsura, potest cõferri beneficiũ, & valet collatio, posito quod vt clericus impetret beneficiũ: quia habitus & dispositio animi sufficiunt ad hoc, vt quis clericus reputetur, vt sic nõ clerico vt clerico beneficium cõferri possit. vt not. & Copostel. & c. cum adeo, de rescr. & Bern. ad c. 1. de Instit. & possessio clericatus releuat curiam Ecclesiasticam à probatione tituli, per c. si iudex, de sent. excom. in sext. quia præsumitur pro possessore aduersario nihil probante. l. fi. de rei vind. l. cogi, de pet. hæred. C. sicque expressè resoluit in clericatu Rota, deci. 865 inci. *mortuo Titio*, in Antiquis. Et si verum dicat, in pœnalib. ratione c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. possessionẽ quod quis pro clerico habeatur non sufficere ad feriendum laicum percutiẽtem pro clerico habitum, nisi doceat is de clericatu, & in decis. Rotę in incip. *contra quendam obtecitur*, tit. de probationib. in decisionib. Antiq. collectis per Barnardum de Bisigneto, Auditorem Rotæ & posteà Cardinalem.

24 Requirimus rursum in ordinibus eorum qui beneficia adepturi sunt, vt temporibus à iure statutis accepti fuerint, nam qui die qua non debuerunt, ordinati sunt, à susceptis ordinibus tandiu expertes sunt, donec à summ. Pontifice restitutionis gratiam consequantur, c. cum quidam, 8. de temp. ord. li. 1. tit. 11. id est, suspenduntur ab executione ordinis accepti, donec à summo Pontifice irregularitas inde concepta aboleatur, ca. literas, 13. eod. tit. Quamuis & Episcopus possit dispensare, c. consultationi, 16. eod. titu. de temporibus ordin. & quia suspensus ab ordine, est inhabilis ad ministerium obeundum Ecclesiasticum, erit & ad beneficium, quod nõ datur nisi propter officiũ, c. pastoralis, 53. §. fi. de appell. c. fi. de resc. in sex. c. latores de cleri. excõ. ministr. Atque inhabiles istos esse extra tẽpora ad ordines promotos docet Soc. in rep. c. ad audientiam, §. 7. de homic. eò quòd sint irregulares, vt traditur in lib. prouinciali omnium Ecclesiarũ. Reb. in praxi benef. & tract. de pacif. possess. n. 191. Vbi & idem dicendũ putat, de promotis ad ordines per saltum, id est inordinatè accepto maiori sine minore, per c. fi. de Cleric. excõ. ministr. Dominic. consi. 9. inci. *præmitto*. col. 2. Dicemus idipsum in ordinatis ab Episcopo qui renũciauit Episcopatui, & loco, & dignitati. Nam is conferre tantum potest minores, non sacros ordines; & qui ordinatus ab illo in illis maiorib. est scienter, non habet executionẽ officij, quia ipse indignũ se eo efficit, si verò ignorãter, poterit cum eo Pontifex discretus dispẽsare: nisi crassa & supina fuisset ignorantia c. 1. de ordin. ab Episc. qui renunc. Episc. li. 1. ti. 13. Suspẽsus & est qui à suspensu accipit ordines. c. statuimus, 191. Qui ab Episcopo, qui renunciauit omnino, accipit ordines, vel à suo, videtur reuera ab alieno accepisse, quòd si is nõ renũciauit ordini, sed loco tantũ, vt & ab alieno accipiẽs etiã iudicãdus, & in culpa est, ca. Lugdunensis, 6. q. 1. ideò, & eget dispẽsatione, maximè, quãdo is nõ habebit executionem officij, ratione cuius aliis cõferre queat. c. Daibertũ, 1. q. 7. & pro nõ dato habetur qđ datur ab eo qui iure dare nõ potest. c. quod autẽ, de iure patr. Quare necessaria dispẽsatio in vtroque casu erit.

25 Dehinc recipientes ordines ab Episcopo excõmunicato ignoranter, suspensos dicere possumus, & posse à proprio Episcopo dispensari cũ illis. c. fi. de ordi. ab Epis. qui renun. Episc. ca. ab excommunicatis, 9. q. 1. non vtiq; si scirent excommunicatũ, c. ordinationes, & c. ab excommunicatis, 9. q. 1. possẽt tamẽ adire summũ Põtificem vt habeant executionẽ, quippe quòd excõmunicati Episcopi non amittunt characterẽ ordinis per excommunicationẽ. Ideò quàuis etiã hæretici ordines dant, si seruata sit forma Ecclesiæ. d. c. ab excõmunicatis, & c. ordines, 9. q. 1. sed quia ipsi tunc non habent executionẽ ordinũ, sic neq; illã dant suis ordinatis. c. 1. c. vẽrum est, c. perfectionẽ, 1. q. 1. c. quomodo, de consec. distin. 4. De iis qui furtiuè ordines susceperunt, idipsum dicẽdũ, vt suspẽdãtur, nisi cum is dispẽsetur. c. 1. 2. 3. de iis qui furtiuè ordin. suscep. li. 5. tit. 30.

## De Aetate legitima beneficiandorum, moribus & scientia.

### Caput XXXVII.

1 *Aetas, mores, scientia, exiguntur in beneficiandis.*
2 *Aetas rõne ordinis quomodo in beneficiis cõsiderãda.*
3 *Ordinatio ante ætatem debitam facta, an prosit beneficiato.*
4 *De beneficiato ordinato & suspenso ab ordinibus post susceptos ordines.*
5 *Quæ ætas in beneficiando, ratione qualitatis beneficiorum requiratur.*
6 *Quam ætatem exigant beneficia mulierum, & de Diaconissis, earúmque munere.*
7 *De ætate Episcopo requisita.*
8 *Mores eius, cui est beneficiũ dandum, quales exigãtur.*
9 *Infames quomodo à beneficiis repellantur.*
10 *Fures, bannitis, inhabiles beneficio.*
11 *Excommunicato conferri nequit beneficiũ, nõ publico aleatori, aut vsurario, hæretico, bigamo, schismatico, simoniaco, sacrilego, falsario, &c.*
12 *Boni mores præpositorum aliis debent esse exemplo, vt & illi scientia sint potiores.*
13 *De scientia beneficiandorum. & 15.*
14 *De Episcopi scientia.*
16 *De scientia regularium in beneficiis.*
17 *De scientia idiomatis loci, & linguæ Latinæ.*
18 *Scientia in beneficiis prærogatiua.*

1 Tertiò

1 TErtiò exigimus ad hoc, vt idoneus censeatur beneficiandus, ætaté legitimá & competenté beneficiu, grauitatem morum, & literarũ sciẽtiá. c. cum in cunctis. 7. de Elect. c. cum te, 4. de ęta. & qualit. ord. c. graue nimis, de pręb. Atque in comitiis Aureliæ habitis anno 1560. art. 4. constitutionum, iussum vt & in Concil. Viennensi, in c. 1. de ęt. & qualit. in Cle. li. 1. ti. 6. diœcesanis Episcopis, vt curent iura quæ de his loquuntur seruari: cum ob minus idoneam scientiam, mores, & ætatem eorũ qui præficiuntur Ecclesię, grauia propter hoc (vt docet experientia) nonnunquam perferant in spiritalibus & temporalibus detrimenta.

2 Sũt quædam beneficia quæ ordinem certum, vt paulò antè admonuimus desiderant. c. 1. præterea, de æta. & qual. c. cũ in cunctis, §. inferiora, de elect. in his ætas ordinũ requiritur. Alioquin si eius ętatis nõ fuerit prouidendus, quæ requiritur in ordinibus qui in beneficiato exiguntur, non valet impetratio beneficij sine dispensatione: quamuis post impetrationem possit impleri illa ætas, cum inspiciamus tempus datæ impetrationis, quo tempore ætas adesse debet. c. si eo tẽpore, 9. de resc. in sex. & c. & cui, 29. de pręb. & dignit. in sext. In mandato concesso ad vacatura beneficia obtinenda intelligitur conditio, si eius ætatis tunc sit, cum vacabit beneficium, qua possit habere ordiné qué beneficiũ vacans desiderat in præposito. Diximus autem li. 27. Synt. per singulos ordines ministrorũ Ecclesiasticorũ quæ ætas cuique requiratur, ideò nihil addá: annotasse enim sufficiet, si in sũma moneamus, primá tonsuram anno 7. ętatis obtineri posse. c. fin. de tempo. ord. in Sex. Acolytharũ anno 14. c. in scripturis, 77. dist. olim Subdiaconatũ 20. c. de his, 28. dist. Diaconatum 25. c. Subdiaconatus, c. placuit, 77. dist. nõ ante, etiamsi alioquin valde essent digni, ca. 2. & sequentib. 78. dist. Presbyteratum & olim vt Episcopatum 30. c. in veteri lege, 77. di. & tota 78. Hodie Subdiaconatum potest quis assequi ann. 18. Diaconatum 20. Presbyteratum 25. Cle. fi. de ętat. & quali. ord. c. cum in cunctis, §. inferiora, de elec. Iure Codic. Iustiniani, quod tamen nõ seruatur in Presbyteratu vel Episcopatu, cõstituti 35. anni. In Lectoriatu, 18. in Subdiaconatu, vel Diaconatu, 25. Auth. presbyterum, de Episc. & cler. C. ex Nouel. 123. c. 13. Eodé iure ciuili, olim Diaconissa, i. quę ministrat mulieribus, quinquaginta vel sexaginta, aliàs debebat esse annorum, l. nulla, 9. de Epis. & cleric. C. & priore ad Timot. 5. Nouel. 6. c. 5. in Chalced. synodo c. 15. in sexta synodo in Trullo c. 14. ex Nou. verò 123. c. 12. sufficiunt illi 40. anni. auth. Diaconissá, de Epis. & cler.

3 Hîc tamen disputatur commodè quæstio: num si quis ante legitimá ætaté, vel anté annos ad ordinem suscipiendum definitos fuerit promotus ad ordinem, qué requirit beneficium, possit dici capax beneficij: de qua quæstione, ex ꝓfesso agit Gl. ad c. ei cui prouideri, 29. ad verbum, *ætate*, de pręb. in sex. atq. videretur dicẽdum, nihil vltra inquirẽdum in prouiso, quàm an habeat ordiné illum quem beneficium exigit, omissa quæstione num prematurè ante annos fuerit ordinatus: quia qui ante ętaté legitimá ordinatur, verè recipit ordiné. c. vel nõ est cõpos, 14. de temp. ord. li. 1. ti. 11. Sed contrarium Glossa prædicta verius notat, & ibidem Archidiaconus, quia quanquam ante legitimá ætatem ordinatus recipiat ordiné, tamen non habet executionem ordinis, donec ad legitimam ætaté peruenerit, d. ca. vel nõ est, sicuti ordinatus extra tempora cõtra iuris prohibinonem, recipit quidem caracterem ordinis, sed pro delicto non potest illum exercere, donec pœnitentia imposita, illi permittatur, c. 2. c. cum quidam. 8. & c. consultationi, 16. de temp. ordi. facit textus in c. vn. de Cler. per saltum promo. li. 5. ti. 29. iuncta Gl. ad verbum, *discretionis*: quare cũ beneficiũ requirat ordinem legitimè cõcessũ, non inspiciemus quod malè factum est: nec habebimus rationem ordinis non concedendi concessi, sed eius quod agẽdum est. vt dicitur in c. cum causam, 27. de elect. ca. legimus, 93. dist. l. sed licet, de off. præsid. ff. Dehinc non debet esse melioris conditionis qui deliquit, quàm qui non deliquit. c. cum qui, de præb. in 6. At deliquit qui sine dispensatione se ingerit ante legitimam ætaté ad sacros ordines suscipiendos c. vnic. de Cler. per sal. promo. & d. c. vel non est, de temp. ord. & Archid. & Ioan. And. ad d. c. ei cui, 29. de præb. in 6. dixerunt & vtentem in diplomate ordinum obtentorum ante legitimam ætaté, velut falsarium puniendũ, per l. eos, §. fi. ad l. Corn. de fals. ff. non debebit ergo lucro & beneficio affici, ex eo ex quo pœnam meretur: ne eo qui non impetrauerit ordinem qui beneficiũ cõsequi nequit, melioris sit cõditionis. Et postremò paria sunt nõ esse vel esse perpetuũ: & quòd sortiri nõ possit effectũ. l. quoties. qui satisd. cog. ff. l. fi. & ibi gl. ad l. Flauiam, de Plagiar. C. Perinde autem erit, quod pertinet ad beneficium, non habere ordinem: vel habere. sed ab executione esse suspensum vel prohibitum: nam perinde non poterit implere minus beneficij qui ordine vti non potest, ac is qui non habet, quando agitur de conferendo beneficio.

4 Cæterum si post obtentum beneficium, ob malè susceptos ordines qui suspẽderetur ab illorum executione, posset cum suspenso in beneficij detentione dispensari misericorditer. Ne sustentatione priuatus, ad seculi negotia reuertatur. ca. fi. de cler. excommun. ministran. lib. 5. tit. 28. c. studeat, 50. dist. c. presbyterum, 28. dist. Multa enim facta tenẽt quę si facienda essent nõ fierent, l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alien. iur. ff. cum simil. Atque in opprobrium esset cleri si clericus suspensus mendicaret, c. diaconi, 93. dist. ca. ad supplicationem, de renunc. quia etiam depositus clericus tenetur clericaliter viuere, c. dictum, 81. dist.

5 Extra considerationem ordinum requisitorum in beneficio, ætas, generaliter idonea & accommoda beneficiis sic determinabitur, quòd beneficia simplicia quę teneri possint cum simplici tonsura, contenta sint ætate 14. annorum, c. indecorum, 3. de ætat. & qualit. & ca. 2. in fin. vt ca. super inordinata, 35 & ibi Glo. pen. de pręb. per cap. de his, 28. dist. & c. in singulis, ca. quicunque, 77. dist. notant & ibi Glossæ ad c. si eo tempore, 9. ad verbum, *ætatem*, de rescrip. in 6. minores quidem septennio omniũ beneficiorũ esse incapaces & ordinũ: maiores septennio verò, quædá beneficia & quosdam ordines cõsequi posse: ná clericatus ordinatio non fiebat olim sine aliquo titulo Ecclesię, cui erat beneficiũ Ecclesiasticũ, c. 1. 79. dist. Inde enim & clericus, quod in partem Ecclesiastica seu sorté, quæ cleros, recipiatur. c. cleros, 21. dist. c. cum secundum Apostolum, de præb. Potest autem tonsura dari clericalis anno septimo ca. fi. de temp. ord. in 6. cum dispensatione autem sum. Põtificis posse dari infantibus beneficia tradit Old. cons. 329. & de his quę possunt apponi dispensationib. minoribus concessis, idem Oldrad. cons. 79. cum duobus sequentibus. Non dubito autem quin sum. Põt. habeat potestatem dispensandi propter plenitudinem potestatis in beneficiis, c. proposuit, de conces. pręb. sed non possũ non tacere has dispensationes esse maximè damnosas Ecclesiæ, & habere maximum animæ & puerorum & impetrantium periculum. dare gubernacula pueris, committere lumen cæcis: facere enim non potest dispensatio, quòd infans mentem habeat, vel alius coniunctum beneficio diuinum exerceat, quia naturę lex ei mentem negat, quę infringi nulla potest dispensatione vel lege ciuili. l. eas, de cap. dim. in ff. §. sed naturalia, de iur. nat. probandũ facilius, si fructuũ aliqua portio ad certũ tẽpus pueris daretur ex beneficiis ex aliqua causa: vt quia parentes eius benemeriti fuerint de Rep. Christiana: vel quia pauperes sunt, ob eleemosyná: at in titulũ dare nõ ita potest habere facilé causam, nisi beneficia requirant ordiné quem minores nõ

possint accipere, meminit & c.ex eo,32. de elect.in sext. de canonico in pupillari ætate constituto, qui canonicus verus dicitur, quanquã vocẽ suffragij nõ habeat in electione ꝓpter infirmũ consiliũ eius ætatis. Et canonicatũ teneri posse in decimo anno.reg.17.Cancellariæ tradit iure etiam regaliæ, canoniæ septenni dari possunt. Rusęus tract.de iure regali.priu.24.Beneficia alia etiã simplicia, prioratus, & alia quib.cura animarũ non adhęret, nõ possũt iure cõmuni cõcedi, nisi ꝓuidendi attigerint 25.ann.& impleuerint 24.c.cum in cunctis,§.inferiora,de elect.Dispensare tamen poterit Episcopus cum maiore viginti annor.in dignitatib.& personatib.non curatis:si aliud non obstet, canonicũ. c.vnic.de ætat.& qualit. & ordine pręficiendorum.in sext.lib.1.tit.10.Sic dispensatiuè puer habere beneficiũ dicitur in c.2.de ætat.& qual.apud Greg.vbi & eo casu nõ habet administrationem beneficij, sed loco eius dantur clerici administratores. Alia beneficia quæ regimen animarum habent,& prælaturę, maturam ętatem exigunt vigintiquinque annorum, ad minus, d. c.cum in cunctis, quia infra hanc ætatẽ minores egent curatore, vt liquet titulis, de author.tut. hic in cõnentualib prioratib.requirũtur 25.anni, nisi cura animarum regatur per alios quàm per priores, quo casu sufficiunt 20.completi anni. Cle.ne in agro Dominico,§. cæterum, de stat.monac.in Cle. Et indecorum visum est, vt qui seipsos regere nequeunt, aliorum regimini præponantur, c.indecorum, de ætat.& qual.& Ecclesiastes c.10. *væ tibi terra cuius rex est puer.*

6 Beneficia prioratuũ & Abbatiarũ in fœminis, exigebant olim sexaginta annos.cã.iuuenculas.20.q.1.hodiè triginta tantum, c.indemnitatibus, de elect. videntur ista beneficia & pręposituræ fœminarũ, successisse in locũ diaconatuũ, quib.Diaconissæ præpositæ erant mulierib.religiosis quas procurabant, & sua diligẽtia obseruabant, illis ministrantes, de quib.& meminit D. Lucas in Act.Apost.c.6.v.1.& D.Clemens lib.3.Constitutionum Apost.c.19.vbi de diaconis agens. *Ac muser (*inquit*) mulieres curare studeat, vterque id diaconus & diaconissa, nunciandi, cursandi, ministrandi, inseruiendi officia absoluat.* & c.16.in baptismo virosdiaconus: mulieres, diaconissa suscipere debebat ex aqua, vt decore traditio infrãgibilis sigilli administraretur. Datur & li. 2.c.61.officiũ diaconissis, vt quẽadmodũ diaconi & hostiarij obseruãt introitũ virorũ in Ecclesiã, & ibidẽ disponũt vnicuiq; locũ propriũ; sic & diaconissę faciant in mulierũ ingressu. In Nicena Synodo c.19. cõstituũtur duę species diaconissarũ; vna earũ quæ nõ erãt in Catholico canone, tanquã laicarum, alia cõsecratarũ. In Chalcedonẽsi etiã synodo, c.15. de eius ordinatione sic statuitur, & de eius ætate: Diaconissã non debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cũ diligenti ꝓbatione. Si verò susceperit, inquit, ordinationẽ & quãtocũq; tẽpore obseruauerit ministeriũ, & posteà se nuptiis tradiderit, iniuriã faciẽs Dei gratię, hęc anathema sit, cũ eo quę in illius nuptiis cõuenit quę conueniunt nostris sanctimonialibus Deo deuotis. Ponitur & apud Clementem Romanum lib.8.Constit.Apostol.c.26.oratio qua vtebantur Apostoli in ordinatione diaconissę.

7 In Episcopis ius cõmune desiderat triginta annos completos, c.cum in cunctis, de elect.c.presbyter,78. dist.vbi & ratio ex Concilio Neocęsarensi, c.11. *Presbyter (*inquit*) ante triginta annorum ætatem non ordinetur: quamuis sit probabilis vita, sed obseruet vsque ad præfinitum tempus. Dominus enim Iesus Christus trigesimo baptisatus est, & tunc prædicauit.* Ex Concordatis Gallię in §.1.de Regia ad prælaturas nominatione, in prælatorum seu Episcoporum nominatione requiruntur viginti septem anni, & in Prioratib. & Abbatiis viginti tres sufficiunt.§.monasteriis, eod.tit. de reg.ad prælat. nominat. vide quę diximus de ætate beneficiandorũ, & de dispensatione ætatis.libr.17. Syntagm. iur.cap.6. & in tract. Rescriptorum fit dispensatio ætatis ex necessitate, & aliis ex causis, vel propter vtilitatem Ecclesiarum, vel ob raritatem seu præstantiam personarum.ca.fin.78.c.prętereà, de ętat.& qual.ca.tali, 1.q.7.

8 Mores tales exquiruntur in beneficiato, quales in ordinãdis, quia nec olim ordinatio fiebat sine titulo beneficij, c.1.& 2.70.dist.Et idcircò debẽt esse in beneficiandis irreprehensibiles, sine crimine ex quo scãdalo essent populo, 1.ad Timo.c.3.& ad Titũ c.1.can6. vnum orarium, 25.dist. Qui per reatũ adulterij, periurij, homicidij vel falsi testimonij bonũ cõsciẽtię rectæ pdiderũt, si ꝓposita crimina ordine iudiciario fuerint comprobata, vel aliàs notoria, prohibentur sacros ordines accipere, vel in acceptis ministrare.ca.fi.de tẽp. ord.cũ similib.ibi notat. Sortilegi clerici, incãtatores, magi seu malefici sũt ab Ecclesia, si iã in ea sũt, eiiciẽdi, & ab eius ministerio & ordinib. deponendi, & honore priuãdi, vt & eorũ cõsultores, c.nõ oportet, 4. & seq.si quis Eps, c.aliquãti, 6.& c.auguriis, 11. c.quicumque sacerdotum, 13.26.q.5.c.2.de Sortileg.li.5.ti.21.

9 Generaliter infames ad beneficia non possunt vocari, c.inter dilectos, de Exces.præl.quia infamib. portæ dignitatum non patent, c.infamibus, de reg.iu.l.2. de dignit.li.12.C.Et quamuis infamia superueniens nõ semper priuat dignitate infamatum, nisi sententia interuenerit, tamen semper infamia impedit habere de nouo beneficium seu dignitatem, vt notat Nicol.Boer. in additionib.ad Dinum, super regulã infamibus, de reg.iu.facit l.infamia, de decur.& facilius quis repellitur ad obtinendo beneficio, c.super his, & ibi Felin. de accus.Barbat.cons.55.inci.*in nomine*.vol.1.cum & multa facta teneant, quæ si facienda essent, non tenerent. l.patre furioso, de his quæ sunt sui vel alien.iur. ff. Et multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudiciũ venirent reprobarentur.c.cum iamdudum, 18. de preb. Hac ratione generali infamiæ admonebitur lector, plures esse remotos ab acquisitione beneficij, quòd infames & viles sint personæ. Qui autem sint infames, docet, l.1.de his qui notaot.infam.ff.c.infames 3.q.7.videndus & Dinus ad c.infamibus, 87.de reg.iur.in sext.

10 Fur ita inhabilis ad beneficium, c.fi.de fur.Bannitis, qui & aliunde incapax quòd inseruire nõ possit beneficio, vt iudicatum Tholosæ, anno 1539. in vigilia Natiu.Virginis Marię. Talib.autẽ beneficia sunt conferẽda, qui velint & possint beneficio inseruire, c. sup inordinata, 35.de pręb.c.relatum, 4.de cler.non resid.

11 Ea & ratione poterit improbari collatio beneficij facta excommunicato, cum quo dispensatum non est, in c.postulastis, de cler.excom.minist. quia cum illo communicare non possumus: & ideò nec beneficio potest inseruire: quanquam & alia sit ratio, quòd rescriptum à sum.Pontif. pro beneficio impetratum, sit nullum ipso iure, & quicquid ex eo fuerit secutum. c. 1.de rescri.in sext.quę de maiori excõmunicatione intelligenda, quæ non solum prohibet à sacramentorũ participatione, vt minor, sed etiã à communione fidelium, c.pen.de sent.excom. c.secundo, de Except.c.Engeltrudam, 3.q.4. Ob non probos mores cassatur collatio beneficij facta publico aleatori & vsurario, in c. inter dilectos, de excessib.pręl. Et hæreticus qui extra Ecclesiam est, & excommunicatus, beneficiorum incapax.c.excommunicamus, de hęret.Bigamus, c.vn. de Bigam.in sex.Schismaticus non reconciliatus Ecclesię, c.nos consuetudinem, 12.dist. cap.quia diligentia, 5.de elect.Simoniacus, c.cum clerici, & ibi Panor. de pact. c.nobis, & seq.de Simo.Sacrilegus, c.venerabilem, de elect. falsarius literarum Papæ, c. ad falsariorum, de crimin.falsi.& in summa foris canes, venefici, impudici, homicidæ, Apoc.c.fi.de quib. & aliorum incapacitate, vide Rebuffum tractatu de Pacif.possess.à n. 185. vsque ad 251.

12 Boni mores magis cõmẽdant Christianũ, & maximè Deo-

mè Deo dicatum, qui cæteris prælucere debet, q̃ scientia: clerici & beneficiati, debent esse exemplo bono omnib. laicis. c. qualis, 8. q. 1. c. beatus, 6. q. 1. c. statuimus, cum duob. sequentib. 4. dist. vita quoq; prælatorũ debet esse exẽplo clericis & laicis, c. 58. cũ pastoris, 2. q. 7. & ita debẽt professionẽ suã manifestam facere in habitu, in incessu, in morib. c. clericus, 41. dist. c. his igitur, 23. dist. c. Ecclesiæ, 35. dist. c. Episcopus, 41. dist. tota 44. dist. cum simil. Iudices apud Ægyptios, iidem quondam fuerũt qui & sacerdotes, in his princeps erat sententiæ maximus natu, & in omnes statuendi ius habebat: eum omnium esse hominum iustissimum & syncerissimum oportebat, qui circa collum imaginem ex Saphiro gẽmam confectam gestabat, quæ appellabatur veritas, vt scribit Ælia. lib. 14. de varia historia, quo symbolo docetur, sacerdotes, & cultui diuino mancipatos, potissimum digniores, bonis moribus & virtutibus etiam in veritate apud alios fulgere debere.

13 Scientia in quibusdã beneficiis maior, in aliis minor exigitur. In omnib. sufficiẽs oneri esse debet, & sufficit mediocris, quãuis maior vtilior esse possit, c. nisi cũ pridẽ, §. pro defectu, de renunc. c. cum nobis olim de elect. si modo talis sit qualis cõmuniter requiritur. vt in l. sciendũ, 19. §. illud, & l. si quid venditor, 18. de ædil. edict. ff. Illiterati ab omnib. Ecclesiæ ordinib. repellũtur. c. illiteratos, 36. dist. c. fi. de tẽporib. ord. in 6. c. pœnitẽtes, 55. dist. c. cũ in cunctis, de elect. Eò ptinet scrutiniũ quod fit in ordinatione, & p quod nõ nisi qui dignus pnũciatus sit p Archidiac. pñtantẽ, ab Epo ordinatur, in c. vni. de scrutin. in ord. facien. li. 1. tit. 12. Repulsus à beneficio fuãls, qui nõ nouerat Grãmaticã, nec vnquam legisset donatũ. c. fi. de ætat. & qual. tales pficiendi sunt qui non tantũ præesse, sed etiam prodesse nouerint. c. qui Epatũ, 8. q. 1. In illis quibus beneficia curam animarum habentia cõmittũtur, maior, q̃ in iis qui ad alia pmouẽtur, sufficientia requiritur, c. cum in illis, 16. de præb. in 6. debẽt .n. alios sæpe subditos parochianos regere & pascere: vnde & pastores dicuntur. c. si in plebib. 61. dist. c. ecce ego, 95. dist. quia & ab iis pabulum verbi Dei, & sacramentorum animab. parochianorum exhibetur, vel exhiberi debet. c. 1. de sepult. Et cura animarum, ars artium dicitur, in c. cum sit ars artiũ de ætat. & qual. ord. q̃, si nõ ab idoneis exerceatur, habet periculũ animarũ. c. 1. de præb. in 6. c. extirp. eod. tit. apud Greg. Prædicatores p quos Ecclesia fouetur sacris literis semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cũ ex officio alios debeant docere, c. 2. §. hinc etiã, 36. dist. q periculosũ est: si enim cæcus cæcũ ducat, ambo in foueam cadunt, c. 5. q̃ ipsis sacerdotib. 38. dist. c. graue, de præb. Diui Matthæi c. 15.

14 Episcopatum etiã desiderãti obtinere maior debet inesse scientia, talisq; qui p ordinẽ Ecclesiasticis disciplinis sit imbutus, & in diuinis officiis eruditus. c. qui Ecclesiasticis, 2. 36. dist. vbi & in §§. eius canonis, ex sacra pagina pducũtur pulchra testimonia de eruditione & peritia, quæ prius debet adesse præpositis q̃ subeant munus præpositutæ. Ex Malachia c. 2. *Labia sacerdotũ custodiẽt scientiã, & legẽ requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Et D. Petrus cum rectorib. Ecclesiæ scriberet, 1. Petri c. 3. *Parati esse debetis* (inquit) *reddere rationem omni poscenti vos satisfactionẽ de ea fide & spe quæ in vobis est.* Et D. Pau. 1. ad Timoth. 4. *Attẽde lectioni & exhortationi & doctrinæ.* c. si, 2. q. 7. Eõs munus habet cõiunctum docẽdi, & iudicãdi. Tanquam Doctor & verbi Dei prædicator debet instructus esse in lege Domini, in sacris canonib. Ecclesiasticis disciplinis. Tanquam iudex curam habet corporũ subditorũ, vt in c. de psona, 11. q. 1. c. præcipimus, 12. q. 1. & animarum, c. 5. quæcunq; 10. q. 1. Sunt & duo cõiuncta in eo quæ sunt ordinis, & quæ sunt iurisdictionis, & cura Ecclesiarũ & bonorum earũ. d. c. quæcũque, cum similib. aliis pluribus. Et proinde adesse debet Epo, tam spiritaliũ q̃ secularium rerũ sciẽtia, vt multis exẽplis docetur in principio 39. dist. & talis hoc tẽpore in regiminis debet arce cõstitui, qui nõ solum de salute animarũ, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate & cautela, sciat esse solicitus. c. 1. eadẽ 39. dist. sicq; scribit B. Greg. clero & nobilib. Neapolitanis, li. 8. Epist. c. 40. Et rursum idẽ Greg. li. 5. Epistolarũ, Epistola 29. seu c. 129. Secundino seruo Dei, de Mariano Episcopo sic scribit, *Dic ergo ei, vt cum loco mutet & mẽtem. Nõ sibi credat, solã lectionem & orationẽ sufficere, vt remotius studeat sedere, & de manu minime fructificaret sed largã manũ habeat, necessitatẽ patientib. cõcurrat, alienã inopiã suã credat, quia si hæc nõ habet vacuum nomen Epi tenet.* Docetur idipsum ex ordine Romano, dum apponuntur de quib. debet inquiri in psona Episcopi, q̃ referũtur à Burchardo li. 1. decret. ca. 8. & à Gratiano in c. 2. qui Eps ordinãdus, 23. dist. inter quæ inquirendum dicitur, vt sit natura prudens, docibilis, moribus temperatus, vita castus, sobrius, suis negotiis cauẽs, literatus, in lege Domini instructus, in scripturarum sensib. cautus, in dogmatib. Ecclesiasticis exercitatus, fidei documẽta verbis simplicib. asserat, &c. Sunt & in iudiciis causarũ Ecclesiasticarũ seruãdi canones Ecclesiastici à sum. Pont. editi, c. 1. & fi. de cõstit. c. 1. de consang. & affinit. cum similib. nec debet Ecclesia Domini regenda cedi iis qui legitimarum institutionũ nescij sunt, c. statuimus. & 61. dist. debetq; adhærere iudicans Eps, potius sanctionib. & legib. Pontificalibus, q̃ explicationib. sacræ paginæ Doctorum etiam Sanctorum, quia illi non habuerunt potestatem statuendi, sed tantum explicandi, quæ alia est, vt docetur in principio 20. distinctionis apud Gratia. Debet & cognitionem habere legum secularium, quibus Ecclesia vtitur in temporalib. c. 8. quoniã idem mediatur, 10. dist. c. t. de oper. noui nuncia. Singulare quod notat Pan. ad c. fraternitas, de cleri. non residentib. q canonista cæteris paribus debet præferri Theologo in prælatura obtinenda, Hostiensis & alij in cap. 1. de consang. & affinita. etiam notant, in dissensu qui seligendus, an purus Theologus, an purus canonista eligi debeat in prælatum, eligendũ purũ canonistã potius, si Ecclesia sit remota ab hæreticis, & cõsistat in iurisdictione & vẽtilatione causarũ pro maiori parte, quia ex canonib. potest spiritualib. & temporalib. cõmodè prouidere. c. nouit. 12. c. 1. 10. dist. Si autẽ Ecclesia vicina esset hæreticis, purum Theologum præferẽdum, c. in causis, in fi. de elect. c. excõmunicamus, §. si qui, de hæret. Si tamen mixtus, ex vtraque scientia concurreret, is vtrisque esset præferendus. facit Gl. ad c. officij, 38. ad verbum, *incontinenti*, de elect.

15 In Concilio Tridentino sessio. 22. in decreto, reformat. c. 2. statuitur, vt qui ad Ecclesias parochiales in posterum erit assumendus, is nõ solum natalib. ætate morib. & vita, ac aliis quæ à sacris canonib. requiruntur plenè sit præditus, verum etiam in sacro ordine antea, saltẽ sex mensiũ spatio fuerit constitutus: scientia verò præter hæc huiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere. Ideoq; antea in vniuersitate studiorum magister, siue Doctor, aut licẽtiatus, in sacra Theologia aut iure Canonico sit pmotus: aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docẽdos ostendatur. Quòd si regularis fuerit à superiorib. suæ religionis similẽ fidem habeat. Et in sessio. 14. c. 12. de reform. statutũ, ne Archidiaconi dicũtur oculi Epi, fiãt in Ecclesiis, nisi sint magistri Theologiæ, seu Doctores, aut licẽtiati iure canonico. Et ne admittatur quis ad dignitates curam animarũ habẽtes, nisi qui vigesimum quintũ suæ ætatis annũ attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morũ integritate commendetur. Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quib. animarũ cura nulla subest,

clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores assumantur.

16 In regularib. beneficiis, hæc eadem de doctrina resoluẽda, vt non nisi idoneis, id est, qui regulã & ordinẽ nouerint & ꝓfessi fuerint, præficiantur, cũ in magistrũ assumi non debeat qui formã discipuli non assũpsit, c. officij tui, 38. de elect. c. cũ in magistrũ, 49. eo. de elect. quod in omnib. clericis etiã secularib. regulare est, vt primò sint discipuli, q̃ magistri, c. ordinatos, 50. dist. & c. miserũ, 61. dist. c. si clericatus, 16. q. 1. multo tẽpore discẽdũ, q̃ posteà doceamus, c. sic viue, 16. q. 1. Et qui remũ tenere non dicit, secundum locum in tabernaculo tenere, nõ debet præsumere. c. ante omnia, 40. dist. In Cõcilio Basiliẽsi & prag. sanct. tit. de collationib. §. tertia pars, definitũ, vt tertia pars ꝑbendarũ cõferretur graduans aliàs idoneis, videlicet, magistris aut licentiatis seu Bacchalaureis formatis in Theologia, qui p decenniũ in aliqua vniuersitate priuilegiata: Doctorib. seu licentiatis in altero iurium vel Medicina, q per septẽ annos in sua facultate studuerint in vniuersitate: Magistris seu licentiatis in artib. cũ rigore examinis, qui p quinquẽniũ in aliqua vniuersitate, à Logicalib. inclusiuẽ in artib. vel in aliqua superiori facultate studuerint: nec nõ in Theologia qui per sex annos, vel in vtroq; vel altero iuriũ Bacchalaureis, qui p triẽniũ si nobiles ex vtroq; parẽte & ex antiquo genere, aliàs aũt p quinquennũ cõsimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suũ studiũ peregerint. In eodẽ Cõcilij Basiliẽsi, in prag. sanct. tit. de numero & qualitate Cardinaliũ, de Cardinalib. sic statutũ, *Sint viri in scientia, morib. ac rerũ experientia excellentes & nõ minores triginta annis, magistri. Doctores seu licẽtiati cũ rigore examinis in iure diuina vel humano. Sit saltẽ tertia aut quarta pars de magistris aut licentiatis in sacra scriptura. Inter eos aũt aliquos esse poterũt valde admodũ paucos, filij, fratres, aut nepotes regũ seu magnorũ principũ, in quib. cũ circũspectiane & maturitate morũ, cõpetens literatura sufficiat.* Ex cõcordatis Galliæ, sciẽtia p gradus & testimonia eorũ definita est. §. 1. de regia ad prælaturas nominat. vt adueniente vacatione platurarum rex Franciæ vnũ graue magistrum seu licentiatũ in Theologia, aut in vtroq; seu in altero iuriũ Doctorẽ, aut licentiatũ in vniuersitate famosa, & cũ rigore examinis, & in 27. ætatis suæ anno ad minus cõstitutũ alias idoneũ, intra sex mẽses à die vacationis Ecclesiarũ cõputandos, teneatur sum. Põt. nominare. Rursũ in aliis beneficiis, idoneos cõcordata requirũt, & in beneficiis villarum vel oppidorũ muneribus cinctorũ, exigũt gradum aliquẽ doctrinæ testificatum ab Academiis. §. ꝑsatiq; ordinarij, & §. ꝑtetea, de collat. in concord. & in cõstitutione Ludou. 11. art. 7. 9. 11. Et vacantia certis mensib. ibidẽ nõ possũt cõferri nisi graduatis, & ꝓinde si ordinarius cõferat nõ graduato tanquã graduato: collatio nulla est, quanquam sine expressione gradus nõ graduato facta, nõ ideò irrita sit: quia deficiẽtib. graduatis, aliis idoneis, etsi graduati nõ cõquirãtur, conferri põt etiam in illis mẽsib. §. teneatur. & ibi Rebuff. ad verb. *alteri.* de collat. in concord. Ludouic. Rom. singulat. 496. incip. *primus consultationis*, de Selua tract. benef. 3. par. q. 41. explicat & distinguit Rebuff. tract. nomit. q. 21. n. 3. quem videndum censeo, & ad §. si quis verò, ad verba, *ipso iure*, de collat. in concordatis, vbi notat, quando non persequente graduato subsistat collatio alij facta non graduato. Iura etiam Pontificia non aliter præponi beneficiis ab Episcopis voluerunt, quàm ab illis vel eorum Archidiaconis examinatos, c. ad hæc, 7. de officio Archid.

17 Consideranda in scientiæ q̃stione regula Cãcellariæ de idiomate quoq;, cuius verba: *Itẽ voluit, si contingat ipsum (scilicet sum. Pont.) alicui ꝑsonæ de parochiali Ecclesia ꝓuidere, seu mãdare ꝓuideri vel gratiã expectatiuã cõcedere, nisi dicta ꝑsona intelligat, & intelligenter loquatur idioma loci vbi Ecclesia huiusmodi cõsistit prouisio seu mandatũ vel gratia desuper, quoad parochialẽ Ecclesiam, nullius sit momenti.* Regula est Gregorij eius nominis 11. & Eugenij 4. Ita in rectore qui curam animarũ habet, duæ saltẽ linguæ requiruntur, vna Latina, ex qua hauriat q̃ possit docere, & ideò illiteratum esse nõ posse beneficiatũ & clericũ, antea monuimus. c. cũ in cũctis, §. inferiora, de elect. c. 2. 36. dist. c. si. de tẽpo. ord. in 6. Altera cõis & vulgaris, qua possit q nonit aliis declarare p illã discit: p hãc docet, alioquin erit quib. loquitur si nõ intelligãt, barbarus: secundũ D. Paul. 1. ad Corinth. c. 14. Huic regulæ cõiũgi possunt aliæ Cãcellariæ, vt regula de oriũdis, regula expectatiuarũ, q̃ specialiter disponit, nullũ extra suã nationem gratiã expectatiuã obtinere posse. Ideò censetur gratia & impetratio subreptitia, si exterus impetrat beneficiũ, nõ facta mentione originis, Gl. in c. si ꝓponẽte, ad verb. *mentionẽ*, de rescr. & ibi Pan. & Fel. ad c. sicut tuis, de Simon. Ioan. de Selua tractat. Benef. par. 3. q. 26. Et ratio prior ex parte rerũ tractandarũ in cura duci põt, cur nosse idioma loci debeãt curiones: nempe vt officio fungi suo possint, essent .n. inutiles si nõ possent intelligere vulgus, nec intelligi: pabulũ .n. verbi Dei debẽt suis ouib. *Nec ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit ore Dei*, c. inter cætera, 15. de offi. ord. DD. Matthæi 4. Lucæ 4. Deut. 8. Cle. 1. de Sepult. debẽt & cõfessiones audire, & peccata cõfessa distinguere. c. omnis vtriusq; sexus, de pœn. & remiss. q omnia illis q; alia similia sine intelligẽtia idiomatis expediri nequeũt: videbus c. 1. si sit rector discretus, 43. dist. & c. quoniã in pletisq; c. 14. de offi. ord. vbi & in ciuitate vbi cõfluunt diuersarũ linguarũ populi. ꝓponi debẽt à beneficiato. Vicarij, q idioma illorũ intelligãt vt animab. illorũ cõuenientia exhiberi possint. Quare & extranei & alienæ linguæ, si intelligãt & intelligãtur in loco beneficij, si quid aliud nõ ꝓhibeat, cẽsentur esse idonei ad beneficia. ita Innoc. 3. in c. ad decorẽ, 5. de instit. li. 3. ti. 7. reprehendit Constantinop. Patriarcham, q satageret tantũ Venetos in Constantinop. Ecclesiis collocare, & mandat ei, vt viros literatos & aliàs idoneos vndecumq; origine duxerint, in pdictis Ecclesiis maximẽ in maiori, instituere. Nõ enim locus vnde natus est, fidelẽ facit, vel parentes sũt cõmendant, c. nos qui, c. non loca, 40. c. vndecũq; c. nasci, c. Dominus, 56. dist. posset alia ratio reddi cur nõ admittãtur extranei in quibusdã regnis extra regulã de idiomate quanq̃ cognouerint idioma regionis, ne videlicet regni secreta detegant, & proditionis vel defectionis causam promoueant. l. mercatores, 4. de cõmer. & mercato. li. 4. C. tit. 55. Exploratores qui secreta nunciant hostib. ꝓditores sunt, & capitis pœnas luunt, l. omne delictum, 6. §. exploratores, de re milit. li. 49. ff. tit. 16. l. si quis aliquid, §. transfugæ, de pœn. ff. Extranei seu peregrini aut alibi q̃ in Gallia nati: nisi literas adoptionis seu naturalizationis acceperint à rege, beneficia Ecclesiastica nequeũt possidere. Gl. in ꝓlogo prag. sanct. ad verbum, *exterorum*, Rebuff. in 3. parte benefic. in regulã de idiomate, Ludou. 12. & ea de re extat constitutio rubrica, *Des Presidens & Canseilliers*, & in stilo parlamenti, ti. da prebendis, constitutio 3. Est & Caroli 7. constitutio anni 1431. Hoc priuilegio concessum regno Galliæ notat Cosmas Guinier. in Glo. ad verbum, *exterorũ*, in fi. in ꝓœmio prag. sanct. In Regno Hũgariæ quoq; alienigenam beneficium non capere, videtur innuere c. bonæ memoriæ, in 2. §. fi. & ibi Glo. ad verbum, *alienum*. In Britannia etiam lex, seu in Anglia: Sacerdos Gallicus in Britannia ne occupato beneficium. Bononiæ quoq; nec exteris conferuntur officia aut beneficia. Balbat. cons. 23. vol. 1. idipsum & cautum in Veronensi statuto. Bal. cons. 46. vol. 1. in pannonia. Istæ consuetudines & similes, suas habent rationes quibus cõsistere possint: vt & aliæ quæ his cõtrariæ sunt,

riæ sunt, suas, quib. inhibetur ne beneficia cōferantur ciuib. loci, quemadmodū legi in Chronico M. Alberti Argētinēsis in anno 1354. talem esse Ecclesię Herbipolensis consuetudinē. Verba enim eius sunt. *Iisdē tēporibus de Hohenloh Eps Herbipolensis, de auxilio Moguntini & comitū de Vvirtēberg & aliorū, ciuitatē Herbipolensē potenter obsedit, pro eo quod vnus Ciuitatensis prębenda Ecclesia Herbipolensis contra Ecclesia consuetudinē, qua nunquam Ciuitatenses receperat, impetrauit a sede, & nō obstante appellatione capituli ad inuocationem executoris bona capituli occuparunt, & veniens rex ibi negotiū reformauit, ita quòd ciues curias canonicorum, quas interim destruxerant, reædificare deberent, & quælibet pars in suis libertatibus remaneret.* Ius tamen cōmune aliud statuit. Neq; etiā antiquos patres admisisse facilè in Ecclesia gubernanda clericum peregrinum seu alienigenam, docet c. penult. 71. dist. Imperatores etiam Arcad. & Honorius in l. in Ecclesiis, 11. de Episcop. & cleric. statuerunt, vt in Ecclesiis, quæ in possessionibus (vt fieri assolet) diuersorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis sunt constitutæ, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo vbi Ecclesiam esse constiterit, ordinentur. Ideò & in maiorib. beneficiis, ex propriis Ecclesiis, qui ibi ministrauerint præfici debent, vt qui in eis laborauerint, in honorib. & stipendiis extraneis, & alterius Ecclesiæ clericis non postponantur, túncque alterum alterius Ecclesiæ eligi debere placuit, si de ciuitatis ipsius Ecclesiæ clero, nullus dignus poterit reperiri, vt scribit Cælestinus Papa, ad Episcopos Galliæ epistola. 2. c. 5. & refertur in c. 13. nullus inuitis, 61. dist. facit in argumentum l. diui, 24. de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c. lib. 26. ff. tit. 5. dum Paulus Iurisconsul. respondit: *Si quando desiuit in ciuitate ex qua pupilli oriundi sunt, qui idonei videantur esse tutores, officium sit magistratuum inquirere ex vicinis ciuitatibus honestissimum quemque, &c.*

18 Scientia rursum in beneficiis & insignis literatura habet maiorem sæpe fauorem quàm cōmuniter mediocri tribuatur. c. de multa, & c. penult. de pręb. Ex quo & colligitur differentia inter gratias quæ fiunt fauore pauperum clericorum, & nominationes quæ fiunt in gratiam scientię, seu pauperum eruditorum: quia non tam paupertatis quàm scientiæ, conceduntur etiam habenti beneficium vel beneficia, dummodò illud vel ille simul non excedant summam ducentorum aureorum seu florenorum auri. §. volumus, de collationib. in concord. & §. quod si quis ex dictis, de collationib. in prag. sanct. cum tamen gratię in forma pauperum, locum non habeant, si impetrans habeat exiguum beneficium, c. si pauper, de pręben. 6. vide aliam differentiam apud Rebuffum in commentar. ad concord. in §. volumus, ad verbum, *petere*, de collat.

## De Personis quæ conferre possunt.

### Capvt XXXVIII.

1 *Conferentiū persona vt habeāt potestatē, consideratur.*
2 *Qui ordinarij & extraordinarij collatores.*
3 *Collatio est iurisdictionis voluntariæ: ideò potest fieri extra Episcopatum.*
4 *Episcopus quomodo det Vicario potestatē conferendi.*
5 *Collatio beneficiorum, aliquando coniunctim, aliquando disiunctim ad Episcopum & capitulum pertinet.*
6 *De potestate summi Pontificis collationibus.*
7 *Papa mandatarius præferunt graduatis nominatis nisi iam acceptauerint.*
8 *Præuentione dubia quis præferatur ex pluribus concurrentibus prouisis.*
9 *De concursu collationis facta diuersis ab Episcopo & eius Vicario.*
10 *De præuentione in executione gratiarum.*
11 *Præuentio temporis per quæ probari possit.*
12 *Præuentionis quæstio quando tractanda.*
13 *Præuentio summi Pontificis quando non obest impetranti ab ordinario.*
14 *Laici quando conferant ex priuilegio.*
15 *De præscriptione in iure collationis.*
16 *Collatio quomodo fiat iure deuoluto.*
17 *Oeconomus qui possit beneficia conferre.*
18 *Sequester num possit beneficia conferre.*
19 *Litigiosa existente Ecclesia, quæ habet ius collationis, quis ex litigantibus conferret vacantia beneficia lite pendente.*
20 *Coadiutor prælato datus non confert beneficia.*

1 IN collatione beneficiorum maximè persona considerāda eius qui confert: Nemo enim potest dare quod non habet, c. perfectionem, & c. ventum est, 1. q. 1. c. quomodo, de consecr. dist. 4. l. si vniuersæ, C. de leg. & donatio nihil potest trāsferre vltra potestatem & facultatem seu ius dantis. l. traditio nihil amplius, 20. de acqu. rer. dom. l. nemo plus iuris, de reg. iur. cum similib. Collatio sola canonica etiam sine possessionis adeptione dat ius in beneficio. c. si tibi absenti, & c. quorundam, in fi. de pręb. in 6. c. execrabilis, §. porrò, eod. tit. in extrauag. Ioan. 22. canonica autem esse non potest, nisi fiat ab eo qui potest.

2 Possunt porrò quidam iure ordinario, quidam ex priuilegio consuetudineq; cōferre: ordinarij collatores generaliter possunt etiam appellari, qui conferūt siue Episcopi sint, siue alij, quibus ius conferendi datur ex priuilegio & consuetudine, authoritate principis, vt ita semper conferant statuti. arg. c. 33. de iudicibus, 2. q. 6. sic ordinarij collatores qui ius habent collationis extra Epm, in c. 3. §. in conferendis, de offi. ordi. in 6. Clemen. 1. & ibi Gl. Vt lit. pen. c. si soli, de concess. pręb. in 6. & §. p̄fatiq; ordinarij, & §. præterea, de collat. in concord. dicitur & ordinarius iudex, qui subiectus & inferior Epo, in c. cū ab Ecclesiarum prælatis, de offic. ordi. verū hîc ordinarium collatorem, qui ex iuris cōmunis dispositione, extra consuetudinē priuilegiūq; dicemus Epm, nō alios absolutè: eò quod alij inferiores, cōmuniter teneantur institutionē ab eo impetrare post collationem, & ita ordinario iure confert vnusquisq; Episcopus beneficia Ecclesiarū suę diœceseos, in quib. institutio & destitutio præpositorum ad illū pertinet, c. eō quærente, de offi. ord. vbi & diximus, & c. ex frequentib. & c. cum venissent, de instit. c. cum ex iniuncto, de hæret. c. 1. Capella monach. cum iura Ecclesiarū illi demādata fuerit, c. omnes Basilicæ, & c. nullus, 16. q. 7. c. regenda, 10. q. 1. Distribuit hanc potestatem Episcopis summus Pontifex, eos in partem sollicitudinis vniuersalis Ecclesiæ sibi concessę assumēs, c. mandata, de præsumpt. c. ad honorem, de authot. & vsu pallij, dummodò sint confirmati, nam antè, quamuis quædam alia tractare post electionem vel prouisionem possint, tamen non possunt conferre, c. nosti, 9. c. transmissam, 15. c. qualiter, de elect. apud Greg. c. auaritiæ, 5. eod. tit. in 6. eò quòd iurisdictionis sit collatio, consequatur autem per confirmationem iurisdictionem in prædictis iuribus.

3 Et quia iurisdictionis est voluntariæ collatio, nempe quod nō exercetur nisi inter volentes, non contra inuitum qui nō cogitur acceptare si nolit beneficium, c. si tibi absenti, de præb. in 6. ideò exerceri potest extra locum Episcopatus, & collatio per Episcopū alibi fieri potest. c. nouit, iuncta Gl. de offi. leg. Gl. expressa in c. 1. ad verb. *in remotis*, de præb. in 6. Quæ enim iurisdictionis huius voluntariæ sunt, fieri possunt extra territoriū. l. 1. de offi. Proconsul. & leg. ff. nō etiā ea quæ sunt iurisdictionis cōtentiosæ, vt ibidem dicitur: contentiosa enim redditur ius etiā cōtra inuitū. l. inter stipu-

lantẽ,§.1.de verb.obl.l.1. Si quis ius dicens.non obtẽp. ff.l.fi.de iurisd.omn.iud.ff.Ex quib.elicitur differentiæ ratio, cur in concessione iurisdictionis facta Vicario vel officiali per Epm,nõ transeat potestas conferendi beneficia,nisi expressè quoq; ea potestas detur,vt habetur c.fi. de offic. Vic.in 6.Cur etiã mortuo Epo,non transeat ad capitulum potestas conferendi,c.illa, Ne sede vacan.c.1.eo.tit.in 6. Nempe,ꝙ illa translatio cẽseatur iurisdictionis cõtentiosæ nõ volũtariæ.Sic&institutio &confirmatio collationũab aliis factarũ,quæ pendent ex necessaria iurisdictione Episcopi,transeũt ad capitulum sede vacante, vt in c.ad abolendam,de hæret.c.his quæ, 11.& c.cũ olim,14.de maioritat.& obed.non autẽ collationes quæ à solo Episcopo faciendæ sunt,quæ sede vacante reseruantur successoribus in Episcopatu,vt alij fructus,c.2. Ne sed.vacan. Gl.ad c.cũ olim,de maior.& obed. potest tamen capitulum dare vacantib.beneficiis sed. vacan.œconomũ,c.cum vos, de offi.ord. & potest etiam interim sum.Pont.ea conferre,vt per præuentionem & concursum.

4 Episcopus potest dare potestatem conferendi beneficia vacatura generaliter Vicario suo,c.fi. de offic. Vic.in 6.certum tamen beneficium conferendi vacaturi in specie,potestatem non dat, c. constitutus, de concess.præb.si tamen certum beneficium vacat iam, potest dare potestatem illud conferendi,vt ibid.notatur,& per Gl.in c.deliberatione,§.prohibemus,de offic.deleg.in 6.

5 Potest & coniunctim collatio beneficior &disiunctim cum Episcopo ad capitulum pertinere, vt in c.1. Ne sed.vac.in 6.& in §.1.& fi.eius capitis,interdum ad capitulum vel alium collatio pertinens,fieri debet cũ consilio Episcopi,vel ad Episcopum, cum consilio capituli, interdum ad solum Episcopũ pertinet de quib. etiam in c.ex frequentib.de instit.c.cum in illis,16.§.fi. de prǫb.in 6.c.cum Ecclesia,de elect. Potest &collatio pertinere ad vnum canonicũ ratione suæ hebdomadæ,c.mandatum, & ibi Glo.& c.inter ff.de præb.in 6. decis.Rotæ 5.3.*nata in diœcesi*, in antiquis autem confert vice capituli,Felin.ad c.eam te,& c.causam,de rescript.potest & alternis vicibus ad Episcopum & capitulum pertinere collatio. Clem. plures,de iur.patr. d.c.cum in illis,§.fi.de præb. Sed & ex priuilegio vel præscripta consuetudine quidam prælati, quæ non sunt propriæ collationis iure communi,conferunt iure singulari:quemadmodum Ecclesiæ Mediolanensis consuetudo est vt Archiepiscopus conferat beneficia vacantia per matrimonium vel interfectionem clericorum, vt refert Glossa in c.cum in Ecclesia, ad verbum,*dictam*,de præb.in 6.

9 Confert etiam sum.Pont.beneficia, non tantum sui Episcopatus& propriæ diœceseos, sed etiã totius orbis,iure deuoluto per negligentiam proximè inferiorum non conferentium, c.licèt,de suppl.neg.præl. sex mensib. enim elapsis negligentes non possunt cõferre,aut purgare moram,nec tenet post elapsos mẽses definitos collatio.c.fi.eod.tit.nisi prouisi ita de misericordia & cum dispensatione in beneficio tolerẽtur.c.literas vestrǫ discretionis,eo.ti. Sunt & propriǫ collationis sum. Pont. beneficia exempta ei immediatè subiecta,vt c.fi. de renunciat. Beneficia ei reseruata generali vel speciali reseruatione,quæ ab alio conferri quàm sum.Pont.non possunt,vt curialiũ, & quæ in Curia Romana vacare dicuntur, vt c.2.3.& c.prǫsenti.34.de præben. in 6.vt plenius suprà docuimus in principio vacationis, cum dicebamus alia vacare beneficia in Curia,alia extra Curiam,c.34.sunt & ad solius Papæ collationem maiora beneficia relata,vt translatio Episcoporum,c.1.& sequen.de translat.Episcopi Habet & sum. Pont.ius conferendi omnia orbis beneficia per concursum seu præuentionem,id est,vt si vacante beneficio, prius quis à sum.Pontifice,& alius posteà ab ordinario impetrauerit, præferatur prouisus à sum. Pontif. vt contrà,si quis impetrauerit prius ab ordinario, præferatur impetranti posterius à sede Apostolica,c.si à sede, 31. de præb. in 6. Cle.1.Vt lit.pend.nihil inno.li.2.ti.5.Non enim tantam potestatem ordinariis vel aliis conferendi concessit,quin similem vel maiorem sibi retinuerit.c.dudum, 14.§.nos igitur,de præb.in 6. Et in partem solicitudinis vocati sunt tantum ordinarij, non autem in plenitudinẽ potestatis, dicto c. ad honorem, de authorita. & vsu pallij,c.mandata,de præsumpt. Plenitudo potestatis in beneficiis ad summum pertinet antistitem,qui de illis ex nutu disponit, & de fructibus & collationib. eorũ, c. proposuit, de concess.præb.c.4.de prǫb.in 6. Cle.1.Vt lit.pend. Episcopi semiplena contẽti esse debent erga beneficia potestate, quatenus eis iure conceditur,Gl.ad c.consequens, 11.dist. ita Legati Cardinales seu à latere, qui sum. Pont.honoris prærogatiua lǫtãtur in prouincia in qua legatione funguntur, possunt conferre beneficia per concursum & præuẽtionem ordinarij. Legati autem nati vel missi nequaquã sine speciali mandato & potestate, c.1.de offi.leg. in 6.vbi & Gl.ad verbũ,*ampliori*,notat eo modo posse concurrere tres collationes eiusdem beneficij vacantis,nẽpe sum. Pont. legati à latere in prouincia & ordinarij, & potiorẽ priorem. Vide Ioannẽ de Selua,in tract.Beneficiorum,parte 1.q.3.ad eam rationẽ quoq; Gregor.4.in c.11.Decreto 2.q.6. decreuit, ne quid statuatur contra Episcopum ad sedem Apostolicam cõfugientem & ad eius auxilium, quæ ita suas vices aliis impertiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis,non in plenitudinem potestatis, idipsum & satipsit Vigilius Papa in epistola ad Eutherium,c.fi. relatum in c.11.qui se scit,eadem 2.q.6.

7 In concordatis etiam Gallicanis,§. declarantes,de mandatis Apostolic.statutum,quòd mandatarij qui à sede Apostolica ad beneficia Ecclesiastica prouisiones obtinuerint,præferantur quibuscunq; graduatis nominatis & simplicib.& ordinariis collationib.idem in §.neq; etiam,de collationib.in pragm. sanct. Si tamen per graduatum simplicem aut nominatum acceptatum fuerit,beneficium ante præuentionem Apostolicam, & habuerit graduatus collationem & nactus fuerit possessionẽ,manus Papæ erũt ligatæ & prǫferetur mandatario,vt habetur in ordinatione Ludou.12. art.13. Solã etiam requisitionẽ graduati vel nominati afficere beneficium, dum is requirit ordinariũ,vel sede vacante capitulũ vt sibi cõferat, quamuis nõ fuerit collatũ,& ita præueniri summ.Pont. tradit Rebuffus ad §.declarantes, de mand. Apost.in concord.ad verbum,*praueniane*, ex ordinatio.Regia,de Rub. *des preuentions Apostoliques*.Præuentio facit,vt postquam vnus ex concurrentib. prior aliò contulerit prǫuentus non possit se intromittere de collatione:quia postquã post collationem prioris quis præuentus est, beneficium non dicatur amplius vacare:Henrich.Bohic.ad c.auditis,de elect citatur c.2. §. subiunctũ etiam extitit,de concess præb.in 6.Sicut quando statutum, vt vnus aut omnes,vel duo aliquid exequantur, vno eorum negotium inchoante commissum, alij nequibũt se intromittere de eodem, c. cum plures, 8. de offi. & potesta. iudic. delegat. in sext.cum similibus, ibi notatis. Si plures pro eadem re sunt definiti iudices, vnus alium potest præuenire,c.penult.& ibi Socin.de foro competen. l. si quis posteaquam, de iurisd.omnium iudic.idem si plures in solidum sint procuratores constituti.c.si duo,de procurator. in 6. c. pen.de elect.in 6.

8 Præuẽtio ratione tẽporis est,&rõne dignitatis cõferentiũ,quare in incertitudine prǫuẽtio is impetrationis,si à sede Apostolica vel legato vni,& ab ordinario alteri eodẽ die,idẽ beneficiũ cõferatur,nec appareat

reat quæ collatio fuerit primo facta, erit potior conditio possidentis, d.c.si à sede de preb.in 6. Et si vterq; possideat, qui prior nactus fuerit possessioné, ille potior erit, eò quod nactus fuerit possessioné secũdo loco alio possidente videatur violẽtus possessor & intrusus, per c.eum qui, de preb.in 6.l.extat. Quod met.caus.ff. cũ simil.& in dubiis pro possidẽte iudicatur.§.cõmodũ, & de interdict.l.fin.C.de rei vendic. Ita in pari causa quandiu dubitatur quis prior prouisus sit, qui prior possessionem erit adeptus, preuenisse videtur. Si verò neuter possideat, in pari causa dubij, quis prior impetrauerit ab ordinario vel à sum.Pont. is cui sedes Apostolica cõtulit, vel legatus eius, propter cõferentis ampliorẽ prærogatiuam erit alteri præferendus, d.c.si à sede, & c.penult.versic.quod si forsan, de rescrip.in 6. quod accidere potest, si beneficiũ à tertio alio quàm ab impetrantib. possideatur: in quo casu præuẽtio, nõ ratione tẽporis, sed dignitatis collatoris cõsideratur. Quòd si sum.Pont.vel legatus eius, duob. idẽ beneficiũ eodémq; tẽpore, de cuius prioritate non cõstet, contulerint, si vni sum.Pont. alij legatus, præfertur qui prior in possessione: si nullus possideat, prouisus à sum. Pont. Si verò à sum.Pont. vterq; eodẽ tempore prouisus, & alius prouisus ab ordinario, quo prouisi, eodẽ tempore concursu se impediũt, iuxta l.duo sunt Titij, 30.de test. tutel.ff.l.si ita fuerit. de reb. dub.ff. Et proinde beneficiũ vacare adhuc intelligitur, & ab ordinario prouisus præferetur, etiamsi sit posterior eius collatio. Casus alius preuentionis sum.Pont. quòd si sum.Pont. ex causa resignationis in manib. eius factæ, confert resignatario ex ea causa cum clausula, *vel alias quouis modo vacet, etiam si per obitum*, & cum derogatione regulæ de viginti dieb. & ordinarius cõtulerit eodem die alteri idem beneficium vacans per obitum, præferatur à sum. Pont. prouisus ei, qui ab ordinario obtinuit, quamuis prior adeptus fuerit possessionem, propter fauorem resignationis qui dedit occasionem resignatario veniendi ad summum Pontificem, sicq; iudicatum in Senatu Parisiorum 24. Decemb. ann. Dom. 1524. vt refert Papus 3. Tomo notario. li.2.c. *de concurrence*, & lib.2. Rhapsod. arest. tit.9. arest.11.

9 Cõtingit aliquando collationes eiusdem beneficij fieri ab Episcopo & Vicario eius, quo casu & seruãda resolutio. c.si à sede, nẽpe vt prior prouisus præferatur, & si vno & eodem die vterque fuerit prouisus, præferatur qui prius adeptus fuerit possessionem, quòd si neuter adeptus fuerit, præferatur prouisus ab Episcopo ei, qui prouisus est ab eius Vicario, propter maiorem dignitatem: Vicarius quippe nomine & loco Epi cõfert. c.fi. de offi.Vic.in 6.c.statuimus, 16.q.1.

10 Genus præuentionis aliud ponitur in executione gratiarum eiusdem diei, de quo non possemus dilucidius agere quàm tractauerit Bonifacius 8. in c.duob. 14. de rescr.in 6. Cuius sunt hæc verba. *Duobus super prouisione simili sibi facienda in eadem Ecclesia, literas à nobis obtinentib. vna die, certis eis executorib. deputatis, si non appareat quis primò impetrauerit ex eisdem, is eorũ, cui canonicatũ cõtulimus, est in prabẽda præferẽdus alteri, qui à nobis canonicatũ nõ est assecutus; licèt priusquã aliis eis, ad quos spectat canonicorũ receptio & collatio prabendarũ, suas præsentauerit literas, & ab eis in canonicũ sit receptus. Si vero neutri eorũ vel vtriq. canonicatũ cõtulimus, tũc ex quo in gratia sunt aquales, is qui primò præsentauerit, erit potior in prabenda. Quòd si forsan ambo in præsentando concurrant, hi ad quos, vt præmittitur, spectat canonicorum receptio & collatio prabendarũ, vel eorum maior pars, ex eis alterum quem voluerint, eligere teneantur, quo electo, alius omnino careat impetratis. nisi ex tenore literarum ipsius expressè appareat quod vtrique ipsorum voluerimus prouidere.* In quib. postremis verbis docetur posse & sum. Pont. vtrumq; iubere admitti, per clausulas quæ solent apponi, veluti, *Non obstante si pro alio scripserimus qui huiusmodi gratiam, &c.* vel, *non obstante si per nos fuerit Ecclesia vestra grauata*, vel, *non obstante si aliqui authoritate nostra in canonicos sint recepti*, vel, *vt recipiantur insistant.* vide c.cum aliquibus, c.susceptum. de rescr.c.si motu proprio, de præb.in 6.

11 Dubium preuentionis cessaret, si vna die collationes à diuersis de eodẽ beneficio diuersis psonis factę, possent p horã, imò p momentũ, pcessisse doceri: nam is, qui ita vel per momentũ præuenisset alium, potior haberetur, vt not. Gl. in d.c.si à sede, 31. ad verba, *nec appareat*, de præb.in 6. Gl. ad c.si duobus, ad verba, *si non appareat*, de rescr.in 6. Ei: sq; rei (vt ibid. dicitur) pbatio fieri põt vel p adiectionẽ horę, positæ in collatione, quamuis mos is nõ sit in vsu. Si dicatur datum die tali ante meridiem, vel post vesperas, põt & pbari prioritas p testes, qui dicant se vidisse puisionẽ corã sum.Pont. legi vel scribi tali hora, vel quod interfuerint cum tali hora collatio facta fuit, vel p aduersarij confessionẽ: si dicat primo aliã factã. Dicta testium, confessiones partium, & scripturæ fidẽ pbationis faciunt in iudicio, c.cum ad sedem, 15. de restit.spol.c.2. de Cõfessis, in 6.l. vnic. C. eod. cum similibus quæ in titulis ff. & C. & iuris Põtificiis ponuntur de testibus, de probationibus, de fide instrumentorum. Posset & esse praxis, in dubio prouisorum duorum eodem die à summ.Pontifice, vel ab ordinario, vt is consuleretur, & diceret quem prius instituerit: vel cui prius contulerit, vt notat Gl. ad c.si eo tempore, 45. ad verbum, *sum*, de elect.in 6. per c.penult. de rescript.in 6.

12 Notandum, præuentionis quæstionem ita demũ locum habere, si collatio legitimè vtraq; facta fuerit: alioquin quæ nulla est, nõ impedit per præuẽtionem aliam: sicut citatio quæ nulla est, nõ inducit iurisdictionis præuentionem. Gl. ad c.cũ plures, §. ad verba, *quo potest*, de offi. & potesta. iudi. deleg.in 6. Quemadmodũ nec per captionem illegitimam seu prehensionem personæ iurisdictio præuenitur, Ang. ad l.si quis posteaquam, de iudic.ff. neque contestatio nõ iure facta ius dat, sed pro nõ facta habetur. Res enim cum effectu est intelligenda, c.relatum, de cleri. nõ resid.l.4. §.condemnatum, de re iud.ff. neque talis contestatio nulla præscriptionem interrũpit. l.intra quatuor, de diuers. & temporalib. præscript. & paria sunt non esse, vel esse inutiliter, l.quoties, qui sadisd.cog.ff.

13 Hinc sequitur, quod preuẽtio sum Põt. valebit, si precedat à die vacationis & tempore quo verisimiliter à loco obitus beneficiati notitia obitus potuerit peruenire ad notitiã eius: alioquin propter Cãcellariæ 28. regulam de verisimili notitia, quæ ita disponit, puisus ab ordinario posterior quãuis in data, pfertur puiso à sum.Põt. ante tẽpus verisimilis notitiæ: idẽ si impetrans à sum.Põt. celauerit corpus mortui beneficiati, ne innotesceret obitus ordinario, vt posset sua impetratione apud sum.Põt. collationem ordinarij preuenire. Boerius dec.287 incip. *in dicto processu*, facit ordinatio Francisci 1. publicata an. 1539. art.56. quia dolus & fraus nemini debet patrocinari c. sedes, de rescr. & sic collatio ordinarij cõtra hanc fraudem potior erit, etsi posterior. quod & notat expressè Rehuff. ad §. declarantes, de mandat. Apostolicis, ad verba, *iure præuentionis*, in concord. Cosmas Guimier ante eum, antiquus interpres Pragmaticæ sanctionis, ad §. neque etiam, ad verbum, *faciendas*, de collat. in pragm. sanct. Notat & Rebuff. in proximè citato loco, post præsentationem factam à patrono, si ante institutionem Episcopi summ. Pont. alteri conferat, iure præuentionis prouisum à summo Pontifice non esse preferendum: si Papa nullam mentionem præsentationis fecerit: contrà si fecerit. videnda Gloss. ad §. visum, ad verba, *non valeant*, de collat. in pragm. sanct. Nec minus notabile est quod Glossa antiqua notat in dict.

§.neq; etiam,ad verbum, *alijs*,de collat.in prag.sanct. nõ habere locum ꝑuentionẽ sum. Pont. in beneficiis electiuis,in quib.seruãda est forma, c. quia ꝓpter,de elect.quod& probatur in c.licèt,§.1.statuit,de elect.in prag.sanct. Ea ratione,præsentatione facta à clerico patrono Episcopo,collatio prçueniens nõ habet prçuentionem in effectu: quia illa præsẽtatio habet vim electionis, c. cum autem,de iure iur.patr.nisi forsan prçsentatio esset facta à patrono excõmunicato,quo casu vt etiam facta ad eius præsentationẽ institutio, pro nulla haberetur,& nõ impediret ex eo capite collationem seu prouisionem sum. Pont. vt liquere põt ex decis.Rot.526.incip.*nota quòd patronus excommunicatus*,in Antiquis,& decis.161.inci.*nota quòd patronus*, de iur.patr.in antiquis. Item non habebit locum præuentio quando in ea violarentur priuilegia à sede Apostolica concessa, veluti si sum.Pont.vellet prçuenire Regem Galliarum in nominatione ad prælaturas, & vellet sine ea iure præuentionis absolutè conferre, contra titulum de Regia ad prælat. nominat.in concord. vel si vellet conferre in vim reseruationũ in Regno prohibitarum,dicto §.declarantes,de Mandat.Apostol. in concord. & Rebuff.ad rubric.de reseruat. sublat.in concord. Sunt etiã quædã beneficia,quæ iure regaliæ confert rex Galliarum,& alij quoque principes: quorum collationes non possunt à præuentione summi Pontificis anteuerti. Nam & sum.Pont.vult seruari regalia quæ competunt cuipiam, vel ex fundatione,vel ex antiqua consuetudine, in c. generali constitutione,13.de elect.in 6.vel ex priuilegio, de quibus multa nos diximus in li.17.syntag.iur.c.7.quæ hîc coniungenda sunt, noluimus autem transcribere, ne tempus & chartas superfluè his impendamus.

14 Docuimus & eodem loco,confere extraordinariè ex cõsuetudine vel priuilegio beneficia, etiam laicos, vt & in c.Adrian.63.dist. c.dilectus, 3. de præb. quare in contentione beneficij pro eo iudicatur qui habet collationem ab eo qui est in possessione conferendi, c.penult. de causa propr.& poss.porrò sine priuilegio laicus per se incapax est collationis actiuè & passiuè, & ita non confert.c.si quis deinceps,c.per laicos, & c. laicis,16.q.7. neque consuetudo sine priuilegio,vt laicus cõferat,posset dare ius,c. Massaria,c.sacrosancta, de elect. quia præscribere non potest laicus iura spiritualia vllo modo,c.causam quæ, de præscr.c.cũ laici,de iur.patr.Neq; etiam ex priuilegio collatio à laico facta ius spiritale acquirit ei cui collatum est, donec p Epm vel alium clericum fuerit institutus, c.in synodo,63.dist.Ioan.Montaigne,tract.de Bigamis, q.5. prodest tamen à laico prouiso, laici inuestitura,vt inuestitus possit recipere feuda, & alia bona temporalia.Corsetus tract.de potestate regia,q.11.Host.in summa de instit. In personis collatorũ rursũ requirimus, vt quo tempore cõferunt,capaces sint, nec prohibeãtur:prohibentur verò conferre legitimè, ex quibusdã causis relans à Rebuff.in praxi beneficiorum,c.de requisitis ad collationem,vt si suspensi sint à dignitate, si hæretici,schismatici,excõmunicati. Posse quoq; ex priuilegio conferre beneficia dicimus fœminas,vt Comitissa in Flandriæ. c. dilecto,de instit. Abbatissam,in decision.Rot.196.in antiquis. Vide Ioann. de Selua,in tract.Benef.parte 2.q.25.confert & aliquando ex delegatione sum.Pont.qui alterius non habet, c.4.c.cum aliquibus rescr.in 6.c.is cui conceditur, 19. de præb.in 6.Docuimus & dicto li.17.syntagm. c. 8. de collatione & iure regaliæ.& cap.9. de collation. per ius deuolutum,c.10.de collat.ex iure reseruationis, c.11.de collatione per mandata Apostolica, de quibus etiam tractauimus in rescriptis abũdè. In persona collatorum etiam requirimus, vt quo tempore conferunt capaces sint,nec prohibeantur. Prohibentur verò & non possunt legitimè conferre ex quibusdam causis relatis à Rebuff.in praxi beneficiorum, c.de requisitis ad collationem,vt si suspensi fuerint à dignitate,si hçretici,si schismatici,si excommunicati.

15 Possunt Abbates & aliæ personæ Ecclesiasticç inferiores Episcopo,ex prçscriptione ius conferendi defendere, quemadmodum & alia iura Episcopalia,c. cum olim frater,18.& c.audictis,de præsct.quod & in iure institutionis locum habere dicitur & destitutionis, in d.c. cum olim frater,quanquam extra prçscriptionem inferior,qui habet ius conferendi,plenè non conferat, sed post collationem eius exigatur institutio prouisi Episcopi vel eius vicarij, c.fi.de cleric.peregr.c.3.de instit.

16 Iure deuoluto collatio fit per superiorem etiam negligentis,vel delinquentis, vel denegãtes collationẽ,c.nulla, de cõcess.præb.c.licèt,de suppl.neg. præl. estque collatio non libera, quæ ita fit: nam collatio transit ad eum ad quem deuoluitur cum suo onere, vt teneatur iisdem personis, & eodem modo conferre qui iure deuoluto confert, quibus tenebatur à quo deuolutio fit. Clem.vni.de suppl.neg.prçl.Felin.ad c. cum accessissent,de constit.Iure deuoluto etiam confertur beneficium à superiore, si collatum fuerit ab inferiore indigno, quia ex vice priuatur collatione. Reb.in praxi.de forma signaturç,vers. *ꝑ incapacitatẽ.*

17 Collatio etiam ad œconomum seu visitatorem vel administratorem Ecclesiæ, sede vacãte beneficiosum tẽpore quo administrat vacantium, pertinet.Si visitator is seu œconomus à sum.Pont.ponatur,c.obitum,15.in fi.dist.expressus,in c.fi.de suppl.neg.præl.in 6. quod locum non habet in œconomo constituto à capitulo sede vacante,c.cum vos,de offic.ord.& dicto c.fi.de suppl.neg.præl.in 6.

18 Sequestres etiam, si pendente sequestro Ecclesiæ, vacet beneficium pertinens ad electionem vel præsentationem Ecclesiæ sequestratæ, præsentabunt aut eligent,aut conferent.Rot.decis.323.incip. *Nota.Gloss. Innoc.& Host.*in Antiq.per notata in 1. Gloss.c.examinata.de iudi.& in Cle.vn.de sequestra.poss.id affirmatur in sequestro ab Episcopo posito,dum ait, plenam & debitam curam de ipso beneficio gerere: sic & tradit Frederic.cons.166. Siquidem ad sequestrum pertinet colligere fructus:fructuum autem nomine continetur electio & collatio, vt notatur ad c. cũ olim,de maior.& obed.& per Fel.in c.cum Berthold.de sent.& re iud.& secundum hanc sententiã iudicatum refert Cosmas Guimier Scholastes ad §.ita tamen, ad verbũ, *Vicario*,de collat.in prag.sanct.& in hac fuit etiam sẽtentia Octauia.Vnestrius, li.7. Introductionis in Romanç aulæ actiones,c.2.n.2.3.12. & Rufçus tract.regalio.priuil.10.Contrariã tamẽ defendũt aliqui, vt Pan. ad d.c.examinata,de iud. eoque sequester auctoritate iudicis positus nõ verè dicatur possidere, l.interesse, de acqu.poss.l.vni.C.de sequest.poss.Itẽ sequester nomine alieno non proprio fructus colligit, quos tenetur postea restituere victori. c. 2. de sequest.poss.Cle. vn.eo.ti.dehinc in c.cũ Berthold.de sent.& re iud.Creditor habẽs in pignus cũ vniuersitate ius patron. non ꝑsentat:quia nomine alieno colligit fructus.Notat & Henric.Bohic.ad d.c.examinata. iniectionẽ manus regiæ in possessionẽ nõ priuare aliquẽ possessione sua. Cõsiderabuntur autem istç sententiç cũ distinctione sequestri,si quidem si sequester sit volũtarius, hoc est, consensu litigantium à iudice positus,efficitur possessor,& contendentes desinunt possidere:& tunc plena ei competit administratio, & hic poterit conferre, & præsentare,Rochus de Curte,in tract. de iur. patron verba,*ipsa velu*,q.36.Ioa.de Selua.tract.Benef. 2.par.q. 9.Scribit aũt Reb.tract.No.q.14.n.76.se vidisse sequestrũ requirentẽ voluntatẽ collitigantiũ cui conferendũ esset,& si in vnũ conuenirent, illi cõferebatur à sequestro,si nõ cõuenirent electũ p illum vnum magis

idonaum

idoneis ex duob. nominatis per litigantes, idq; ita fieri, tutius sibi videri. Quod si sequester appositus sit citra consensum partiũ, sequestratio non priuat possessione fua antè possidentem, nec facit, vt ea continuata vtatur ad præscriptionem prædictã. l. interesse, de acqu. pos. Attamen Pan. ad d. cap. examinata, tradit quòd nec in hoc casu qui primò possidebat, post sequestrum poterit percipere fructus vel colligere: is enim fuit finis sequestrationis, ne ab aliquo litigãtium hoc fieri possit. Notabile tamẽ quod scribit Lud. Gomes ad reg. de an. pos. q. 46. sequestrum appositum beneficio per iudices seculares, non impedire possessionem quoad effectum prædictæ reg. Cancel. de annali pos. & ita iudicatũ in Rota & sequestrum authoritate iudicis secularis qui non habet potestatem, esse spoliationem, vt ait Anch. cons. 149. *ad prædicta dubia*. Dec. cons. 25. col. 1.

19 Quòd si sequestratio non sit facta Ecclesiæ de qua contenditur, & pendente lite vacatio acciderit beneficij pertinentis ad collationem eius Ecclesiæ, ad quẽ pertinebit eius collatio, quæstio explicatur à gl. fin. ad c. ex literis, 7. de iure pat. & ad c. 2. de rest. spol. Et resolui poterit paucis posse vtrumque litigantium cõferre, illum autem ius habiturum, cui collatum est ab eo qui in lite vicerit, nisi alter litigãtiũ probarer se habuisse possessionem conferendi, & in possessione cõtulisset ante litem, d. c. ex literis, & c. consultationibus, de iur. pat. c. pen. de causa possess. not. in c. cum Ecclesia sutrina, de caus. pos. Ioan. de Selua, tract. Benef. q. 7.

20 Coadiutor prælato datus non potest cõferre beneficia Episcopi, Ioan. Mor. & Archid. ad c. 1. de cler. ægrot. in 6. per illum text. quo prohibetur coadiutori Ecclesiasticarum rerum alienatio, etiam si coadiutor datus fuerit à Papa, cum in generali mãdato Vicariatus non contineatur potestas conferendi beneficia. c. si. de offi. Vica. in 6. Si tamen coadiutor datus sit ad spiritualia Episcopo, conferet prælatus de consilio coadiutoris, nisi forsan prælatus esset omnino mẽte captus, quia tunc conferret solus coadiutor, maximè si impedimentum sit perpetuum, ob quod datus coadiutor. Old. cons. 44. Domin. ad d. c. 1. de cle. ægror.

## De modis conferendi Beneficia.

### Caput XXXIX.

1 *Collationes alia libera, alia non libera, & de earũ differentiis coram ordinario vel aliis: & de signatura.*
2 *De bullarum formula & robore.*
3 *Collationes non libera in mandatis in beneficiis patronatibus, in nominationibus regiis, aut graduatorum & nominatorum Academiarum.*
4 *In his in quibus locum habet optio, & de optione.*
5 *Non habet & locũ libera collatio, in vacatione ex causa permutationis.*
6 *Si authoritatis petenda sit ab alia collatione.*
7 *Aut confirmatio.*
8 *Collationis, præsentationis, & institutionis differentia.*
9 *Titulus beneficij vnde atitur.*
10 *Quando collatio eiusdem beneficij eidem vel aliis, bis vel pluries fieri possit.*
11 *De deuolutione iuris conferendi vel eligendi per negligentiam collatorum, vel electorum, & ad quos fiat.*
12 *Collatio debet fieri sine vi vel metu.*
13 *Purè.* 14 *Apertè.* 15 *Sine diminutione.*
16 *Gratuito.* 17 *Congrua tempore.*

1 Collatio, seu beneficij concessio, vel est libera, vel est non libera: libera est, cum is qui potestatẽ habet conferendi, spõtè cui vult, dummodò idoneo, confert, c. relatum, iuncta gl. de præben. Est enim in libera collatione locus gratificationi, plurib. existentib. idoneis, §. statuimus, de coll. in concor. Ea fit, vel motu proprio cõferentis, vel ad supplicationẽ, quis, ca. si motu proprio, & c. si tibi absenti, de præb. in 6. Supplicatio, vel verbo fit, vel scripto: verbo fit, vt plerumq; coram ordinario collatore. Consequenter & concessio vel collatio fit eodem modo, c. institutionis, 25. q. 2. ad cuius tamen probationem, titulus & scriptura datur subscripta & sigillata, adhibitis duob. testib. qui adesse debẽt. Rota decis. 348. in nouis, & ita fieri tantum ad vitandas fraudes, Senatusconsulto cautum & iniũctum ordinariis, ne dẽt collationes sine testibus, secretario, vel duobus notariis: testes autem, sine exceptione maiores, nõ domestici & quibus impetrari non possit, iuxta c. in literis, de testib. quæ pluribus tractat Rebuff. ad rub. de collat. in concor. Supplicatio scripto maximè proponitur summo Pontif. cuius respõsio quoq; scripto consiat & signatura, vnde impetratio ipsa vel supplicatio dicitur signatura, de qua & de formula, & vi eius non copiosè tractauimus in tract. de rescr. circa fi. & li. 17. Syntag. cap. 15. tract. & Rebuf. in praxi benef. ti. de supplicatione, & seqq. de forma eius, & in 3. par. praxis. tit. de breui Apostolico.

2 Accedit collationi per signaturam cõcessæ, formula bullarum, quæ super signatura expediũtur, de quibus etiam diximus in tract. de resc. circa fi. & agitur in c. licèt, de crim. fals. Bullæ non tam collationi vim quã probationem firmiorem supplicationi adiicere videntur, quando de beneficio, vel titulo in iudicio disputatur, qua ratione dicitur gratiã esse informis ante expeditionem literarum seu bullarũ plumbo sigillatarum, in quibus clausulæ gratiæ & supplicationis extenduntur. Rota decis. 19. de concess. præb. in nouis, & in regula Cancellariæ, de non iudicãdo iuxta formulam supplicationis, sed literarum expeditarum. Alioquin enim gratia, in essentia perfecta, & ius dat per signaturam ante expeditionem bullarum, statim vbi facta est responsio per *fiat*, Calde. ad c. quisquis, de elec. plura conuenientia his, & probationes congerit And. Siculus, ad c. in nostra, 7. col. nu. 19. de rescr.

3 Collationes non libera conferũtur beneficia, quãdo qui confert tenetur certæ personæ vel certo personarum generi, etiam nolens conferre, veluti primo si mandatum habenti, & acceptanti primo vacaturũ beneficium teneatur conferre vel prouidere, ca. si duob. c. si tibi, de resc. in sext. diximus plenè de mandatis Apostolicis in tract. de resc. & lib. 17. Syntag. ca. 11. vide & Rebuff. in concor. sub tit. mand. Apost. Secundò, dum præsentatum à patrono laico vel clerico, tenetur quis instituere: sine præsentatione enim conferre nequit, c. illud, c. relatum, de iure pat. c. decernimus, 16. q. 7. diximus de hoc iure patronatus, li. 17. Syntag. c. 4. consulere quoque poteris tractatum de iure pat. Rochi de Curte, Pãpiensis, & Pauli de Citadinis Mediolanensis. Tertiò, quando prouidetur tantum à summo Pontifice in prælaturis, vel aliis beneficiis ad nominationem Regis vel alterius principis pertinentibus, §. de regia vel prælat. nominat. in concord. Quartò, inter collationes non liberas ponitur collatio quæ fit graduatis vel simplicibus, vel nominatis in vim nominationum & literarum gradus concessarum ex priuilegio ab Academiis, §. quia verò, & §. vlt. de collation. in concordat.

4 Quintò, quando ratione optionis debetur beneficiũ antiquiori optandi, libera nõ erit collatio, vt in c. fi. de consuet. in 6. habita ratione consuetudinis quæ præscribitur in distinctis præbendis, per spatium quadraginta anno. & in indistinctis, per decem: vt scribit Rota deci. 46 c. incip. *quæritur quanti temporis*. in nouis, vbi plura notabilia de optione. Quando videlicet possint beneficia optari, non aliter: veluti non possunt optari si beneficia essent reseruata, vt notat. in additionib. decis. Rotæ 23. *fuit dubitatum vtrum beneficia reseruata*, in nouis, aut si beneficia vacent & resignentur tantum ex causa permutationis, vt ibidem dicitur per

D.Petrum in c. quæsitum, vlt.q.de rer.permut.quanquã habeat locum optio, in beneficiis ad sum.Pont. ex negligentia collatorum iure deuoluto delatis.Ioa. And.ad c.fi.ad verbum,*vacantib.* de consuet.in 6.vide & in additione dictæ dec.23.q̃ tamen nõ admitteretur si beneficiũ vacaret in curia Rom.in decis.Rot.196.*si-cut canonicatus*,in nouis, vel si optãdi cõsuetudini derogetur p clausulas mãdati de ꝓuidẽdo,vt notat & disputat Rot.in dec.300.*si mendatur alicui*, in nouis,& rursum decis.218.*nata quòd secundum.ca.cum in tua*, in Antiq. vbi secundum, cum 10 tua,de consec.in sex.optio non habet locum in beneficiis reseruatis, nec contra Apostolicos impetrantes, propter clausulas darogatorias positas in literis.

5 Sextò, nõ erit libera collatio,quãdo fit de beneficiis ex causa pmutationis renũciatis,quia debẽt necessariò cõferri cõpermutantib. Cl.vni.de rer.permut.c. vni.eo.ti.in 6.Idipsum septimò dicemus, in renunciatis in fauorem & non aliàs,Clem.2. de renunc.c.olim, §.1.de restit.spol.cum similib. de quibus egimus anteà cum de renunciatione loquebamur.

6 Octauò non erit libera, quando institutio vel auctorizatio adhibetur collationi factæ ab alio inferiore ab ordinario, vt in c.3.& c.cum venissent, de institut.c.præterea,4.de iure patron.

7 Nonò,confirmatio habet quodammodo collationẽ necessariam, quæ firmat & ratam habet electionẽ de aliquo factam. Confirmatio sequitur electionem, c.postquam,de elect. Electio ius tribuit electo.c.fi.de elect.in sex.Confirmatio ius dat administrandi,transmissam. c. nihil est. de elect.vide quæ ex professo tractauimus de electione, ad c. quia propter,de elect.& lib.17.Syntag.c.12.& de confirmatione,eo.li.a.13.

8 Ex quibus facilis erit dignotio regulæ quæ adfertur in c.cũ in illis 16.§.cum aũt,de preb.in 6.cuius hęc sunt verba.*Cùm aũt inter collationẽ,pſentationẽ,& institutionẽ, differẽtia magna esse noscatur si cui de beneficio ad alicuius collationẽ spectãte prouideri mandetur,de illo quoad eius pſentationẽ vel institutionẽ ptinet ꝓuideri nõ poterit,nec etiam è cõuersa:Expressa.n.vno casuu pdictorũ mandatũ super hoc factũ, ꝙ habet de sui natura restringi,ad alias extẽdi nõ debet.* Hinc fit ꝙ capitulũ nõ cõfert sede vacãte beneficia q̃ pertinẽt ad collationẽ Epi.c.2. Ne sede vac. apud Greg.c.vni.eo.ti.in 6.instituit tamen sede vacante instituandos ab Epo si viueret, c.1.de instit.in 6.c.cum olim,de maior.& obed.idipsum&in Vicario dictum in c.fi.de offi. Vicar.in sex. c.ex frequentibus,de instit.Notandum tamen quòd si ordinarius non præcedente collatione eius qui ius conferendi habet,inuestiat aliquẽ de beneficio quòd talis inuestitura habetur pro collatione. ff. ad c. authoritate, de inst. arg.c.1.de cons.recti fend.in vsib. feud.Ioan.de Selua.in tract.Benef.3.part.q. o.

9 Oritur ita titulus beneficij ex collationibus prædictis liberis,vel necessariis,ex quibus ius in beneficio quæritur prouiso,habet&inuestitura vim tituli ab Episcopo facta in beneficio suæ diœceseos vacante, cuius iure cõi dispositio& prouisio ad eum pertinet,c.cũ ex iniuncto, de hęret. c.1. de Capell. monach.cum similib. p vero quoq; titulo habetur,tolerãtia Papæ in beneficio, cuius institutio aliàs non secundũ ius esset facta, in c.literas,de suppl.negl.præl. & sola tolerãtia eius tacita,dũmodo cõstet de eius voluntate, dat ius in beneficio, iuxta gl.c.si aliquando, de sent.excomm. Cle.si summus eo.ti.Potest&sum.Pontif.nullum titulũ validum reddere,per rescriptum,*perinde valere*,vel alio modo, ob plenitudinem potestatis quam habet in beneficia, capit.proposuit, de conces. prębend. Si quis etiam existens in possessione eligendi vel pręsentandi, elegerit vel præsentauerit, licèt postea declaratum fuerit ius ad eum non pertinuisse, tamen electio & præsẽtatio,& ad illam facta cõfirmatio vel institutio valet, nec electus vel præsentatus destituetur.c.consultationib.de iure pat.c.cum Ecclesia,& ibi Pan.da cau.pos. & propr.facit l. Barbarius Philippus, de off.Pręt.ff.l.1.C.de Test.Inuenitur &triennali pręscriptio,quæ roborat titulum possessori beneficij,qui alioquin non sustineretur in c.1.de præscrip.& in reg. Cancel.33.& tit.de pacif.posses.in Prag. sanct. & Concor.si modò,vt ait regula, ingressu Simoniaco beneficia careant, nec beneficia sint reseruata reseruatione generali in corpore iuris clausa:æquiparat enim præscriptionem beneficiorum, quæ in mobilibus videtur consistere præscriptioni rerum mobilium,quæ triẽnio perficitur.§.1.de Vsucap.l.vnic.de Vsucap.transfor.C.

10 Propter diuersos modos conferendi, ordinarius collator vel sum.Pont. potest vnum & idem beneficiũ vni,vel plurib.diuersis temporib.plures cõferre, & sic prima collatio non impedit secundã:veluti si ordinarius iure ordinario cõferat,& postea idem beneficium secũdo conferat ex necessaria collatione,veluti requisitus in vim gradus à graduario vel simplici vel nominato in vim Cõcordati prima collatio non impediret secundã:nec præstat impedimentũ,quæ de iure nõ est sortita effectũ.c.nõ pręstat,de reg.iur.in 6.quemadmodum, si patronus cõtulit beneficiũ cum nõ possit, poterit nihilominus pręsentare ad illud iterũ.c.fi.de iure pat.Simpliciter si Episcopus contulerit sine præsentatione patroni,rursus pręsentante patrono tenetur instituere,c.decernimus,iũct.gl.q.7.facit,c.ex insinuatione,de iure pat.in aliis &ponit exẽpla Gl.antiqua ad §. ꝙ si quis cuiuscunq; status,de Collat.in Prag.sanct.& Rebuff.ad §.si quis verò,ad verbũ *Dispositiones*.de Col. Pandec. sic discreta iura talia remanent, quamuis ad eandẽ personã peruenerint.l.tutorẽ,de his quib.vt indig.ideoq; quando duo iura diuersa concurrunt in vna persona, illa loco duarum personarũ est, in l.si Cõsul,de adop.l.Papinianus,§.sed nec impuberis,de inoff. test.ff.dũmq; plura iura diuersa vni dantur, vno sublato aliud nihilominus remanet,l.si domus,de ser.vrb. præd.ff.l.quoties duplici,& ibi Dec.de reg.iur.ff. Alioquin si diuersi modi non sint conferẽdi, semel collatio vel electio facta impedit secundam fieri, donec prior fuerit improbata,seu,vt dicũt, cassata, post electionẽ, §.quoniam,de Conces.pręb. c.inter dilectos,de Excessib.prælat.idq; propter variationem quæ improbatur in c.considerauimus,& c.auditis,de Elect.Clem.vn.de renunc.&qui contulit semel etiam indigno functus est munere,quod ad se pertinet.& vt dicitur de electione indigni,qui scienter talem elegit, priuatus est electione pro illa vice,c.cum in cunctis,§.fi.de elect.

11 Iure deuoluto confert etiam qui aliter non poterat conferre;per negligẽtiam eorum,qui eum potestatem haberent eligendi vel conferendi,non contulerũt vel elegerunt intra sex menses in minoribus beneficiis à tẽpore notitiæ vacationis & cessationis legitimi impedimenti,c.2.& c.quia diuersitatem, de conces.præb. c.licet.& c.fi.de Supplenda negl.præla.& si agatur de maioribus pręlaturis, si non elegerint intra tres menses,c.ne pro defectu, de elect. fit autem deuolutio interdum ratione coniunctionis collationis, à capitulo ad Episcopũ;& cõtrà,ab Episcopo ad capitulum,&ab vtroq;,ad superiorem Archiepiscopum vt not.dict.c.2. de conces.pręb.vt ad immediatum superiorem : & ab Archiepiscopo ad Patriarcham,vel ad summum Pontificem in casu negligentiæ inferiorum, habita ratione loci,in quo positum est beneficium;vt non conferẽte eo qui infra Episcopum conferre debet,deuoluatur ius collationis ad eundem Episcopũ loci, Cle.vni.iuncta Gl.de suppl.neg.prælat.de quo vide latè apud Rebuff.in d.§.si quis verò,ad verb.*immediatũ*, de Col. in Cõcor.vbi & notat posse immediatũ dici superiorẽ ad quẽ fit deuolutio,ipsum Episc.qui interfuit collatio.factæ à capitulo tãquã canonicatus, nõ tanquã pręl.nã

tunc non

tunc non posset supplere suam negligentiam. c.pen. de cõcess.pręb. dicitur autem interesse seu adesse capitulo tanquam canonicus Episcopus, quando ibi nõ habet primum locum, gl.in c.à collatione, de appell. in 6. Pari modo si Abbatiam & Episcopatum sub quo Abbatia sit, vnus possideat, si tanquã Abbas non contulerit, vel per negligentiam post tempus conferat, fit deuolutum ad eundem tanquam ad Episcopũ & immediatũ, causam quæ de iudi.sicq; consuluit Dec.cõs. 641.inci.*in duobus*. Fieret tamen & in deuolutione propter delictum conferentium, deuolutio ad Papam in maioribus dignitatibus, c.quanquam, de elect.in 6.

12 Inter modos conferendi, non alienum est admonere, collationem fieri debere liberè, id est, sine vi & metu illatis conferenti, aliter infirmari poterit c.2.& c.ad aures, & c.pen.de his quæ vi metúsve cau.fiunt.

13 Secundò, item fieri debet purè ab ordinario, sine pacto & conditione, ne inde simonia consequatur, c. & c.cum pridem, de pactis, c.quam pio.1.q.2.

14 Tertiò, apertè, non clãdestinè, c.1. Vt Eccl.benef. sine dim.conf.c.cleri.81.dist.facit l.nõ existimo, de admi. tut. si tamen collatio facta fuerit capaci, nec suspicio fraudis sit, non ideo improbatur collatio quòd domi in camera, nec palam facta sit.arg.l.1. de delato.li.10.C.dummodò testes ad sint, & formulæ. de quibus dixi suprà hoc eod.c.in princ.

15 Quartò, ex integro sine diminutione, vel retentione rerum eius, c. vni. Vt Eccles.benefic.sine diminut. confer.

16 Quintò, gratis fieri debet, alioquin simonia eam infirmat, c.ordinationes.& tota 1.q.1.

17 Sextò, requirit collatio vt fiat suo tempore, nam post sex menses, facta post deuolutum non tenet. c.si. de suppl.neg.præl.ca.de monachis, & c.auaritiæ, de præb.facit c.prohibemus.c.grauis, de censib.

## De iudiciis & controuersiis, seu litibus Beneficiorum.

### C a p v t XL.

1 *Lites beneficiorum summariè & de plano tractandæ.*
2 *Lis super beneficiis, & de titulo, & de possessione, & de rebus moueri potest.*
3 *Beneficiũ litigiosũ quãdo dicatur omnino, aut pacificũ.*
4 *Quando ex vna tantum litigantium parte litigiosũ.*
5 *Lis cœpta, quando dicatur.*
6 *Qua actione experiatur pro iure beneficij beneficiatus.*
7 *De triennali possessione.*
8 *De controuersia rerum beneficij, differente à controuersia beneficij.*
9 *Lis beneficij incipit ferè semper à possessorio.*
10 *De iudice competente litis beneficialis.*
11 *Spoliationis causa, aliis quæstionibus possessionis & proprietatis præponitur.*
12 *De iudicibus propriis beneficiorum datis in partibus beneficij.*
13 *Adoptionis & possessionis formula, in beneficiis.*
14 *Num cum signatura quis possit nancisci possessionem beneficij: & de regula de non iudicando iuxta formam supplicationis.*
15 *Differentia possessionis violenter adeptæ, & propria authoritate acceptæ.*
16 *De possessione beneficij absenti quærenda.*
17 *De possessione in iure regaliæ consideranda.*
18 *De vindiciis adiudicandis in quæstionib.beneficiorũ.*
19 *Titulus quis sit Canonicus ad defendendã possessionẽ.*
20 *Missio reseruandæ causa in possessionem, non habet locum in beneficiis, & quare.*
21 *Quod remedium detur contra litigantem de beneficio, Iudiciũ de beneficio contra absentẽ ferri potest, eod.*
22 *Sequestratio beneficij vel fructuum quando fit.*
23 *Sequestrationum beneficiorum vtilitas.*
24 *De pœna impedientis vel spoliantis sequestrum.*
25 *Modi ordinarij reuocandi sequestrationem.*
26 *Differentia inter recredentiam beneficij & amotionem manus regiæ.*
27 *De subrogatione litigantium permissa vel vetita.*
28 *Subrogatio quare intra annum impetranda.*
29 *De pleno possessorio beneficij iudicando, & probatione plena.*
30 *De iuramento in supplementum probationis in causa beneficiaria.*
31 *De probatione tituli diuersa, in interdicto adipiscendæ, & recuperandæ.*
32 *Titulum suæ possessionis quando quis cogatur ostendere.*
33 *Fructuum restitutio in sententia pleni possessorij quid continere debeat.*
34 *De expensis & damnis litis.*
35 *De sententia proprietatis beneficij.*
36 *Qua fine in appellatione in beneficiis seruanda.*

1 Postrema pars tractationis beneficiorum cõsistit in litibus eorum, quæ ratione cupiditatis, ambitionis & fraudum, propemodũ infinitæ sunt. Clemens quintus in Clem.2. de iudic. admonet lites moueri super electionibus, postulationibus, vel prouisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel præbendis, & quibusuis beneficiis Ecclesiasticis, aut super decimis, & vult de cætero in his simpliciter & de plano, & sine strepitu iudicij procedi.

2 In summa autẽ, vel pro beneficiis principaliter & ꝓ iure, aut ꝓ possessione eorũ, aut separatim de rebus ad beneficia pertinentib. litigatur. Agitur & petitorio & possessorio iudicio. in Clem.vn.de causa pos.& ꝓpr. li.3.ti.2. Lis simpliciter super beneficio introducta, & ad titulum seu proprietatem, & ad possessione pertinet, vt not.Cassiod.decis.9.nu.2.de caus.pos. & prop.etiam si causa vel lis esset super iactationibus, & molestationibus introducta, si modò molestationes narrẽtur super beneficio: contrà, si super possessionem tantũ, quia isto casu sola possessio esset litigiosa, perinde ac si de possessione expressè fuisset introducta, quo casu lis ad proprietatem beneficij non extenderetur. vt eadẽ decis.scribit Cassiod.num.8.& 10.& decis.4.num.1.

3 Incidit in beneficiorũ tractatum sæpè quæstio, nũ beneficium sit litigiosum, & quomodo discernatur pacificũ à litigioso, ex qua plures effectus & vtilitates colligũtur: vt beneficiũ possessũ pacificè per trienniũ nõ põt cõtrouerti, nec in petitorio nec possessorio, per regul.Cancel.33.confirmatã ex prag.sanct.& cõcordatis Galliarum, & sum.Pont.tit.de pacif.posses. ibiq; & iuxta c.1.de præscr.li.2.tit.26. veluti pendente lite beneficij, si ex duob.electis litigantib. alter renũciet vel moriatur, vel excludatur, nõ potest ꝓcedi ad electionem vel præsentationẽ alterius, donec finiatur lis cũ collitigante superstite.c.1.& 2.Vt lite pen.nihil inno.li 2 tit. 8.in 6.Sic & cõsideratur in Cle.1.eo.tit.Vt lite pen.li.2. tit.5.in beneficio litigioso altero vel vtroq; ex contendentib.decedente, in quæstione, nũ vacet in curia Romana vel extra. Sed neq; ꝓuisus de beneficio curã animarũ habente, tenetur ꝓmouere se ad sacerdotium intra annũ, si litigiosum sit, & nisi à tẽpore pacificæ possessionis, in c.cõmissa, c.licèt canõ, de elect.in 6. in quo casu & dicunt pacificã possessionẽ dici, obtẽta recredentia, si per tres annos nõ moueatur controuersia ei posteà, & ideò teneri ꝓmoueri statim post trienniũ nõ sacerdotẽ ad sacerdotiũ, alioqnin vacare beneficiũ p nõ promotionẽ, vt scribit Rebuf.tract.de pacis.possess. nu.167.per caput licèt canon, &c.cõmissa, de elect. Beneficiũ quoq; litigiosum mãdatarius nõ tenetur acceptare, quia nõ est conferendũ pendẽte lite, viuẽte alterutro litigantiũ, d.c.si. Vt lite pend.in 6.Cle.1.eod.tit. reg.Cancel.27.sic decisum in decis.Rote 608.*si aliquis*, in antiq.latè Rebuf.ad §.declarantes, ad verbũ, *cõprehensa*, de mand.Ecclesia.in concor.Rota decis.582.inci. *vtrum*, *c.si bi*, in antiq. quod in nominatis ab Aca-

demiis videretur eĩdē rationib. habere locū. Tamē hodie poterūt in Gallia acceptare si velint litigiosa per obitū alterutrius litigantis vacantia, & effectus litis seu exitus poterit ꝓbare nū vacauerit ex ꝑsona mortui litigantis, an alio modo. vide Rebuff. in q.15.n.44. Potest & lite pen. nouum ius impetrari, veluti gratia si neutri, & noua prouisio, dummodo in ea fiat mētio de lite. Staphile. tract. de gratiis & expectatiuis. §. in primis, nu.50. qui porrò ita impetrauerit admittetur seu coniūgetur liti, in eodē statu q̄ repetit. Cl.2. Vt lit. pen. Pacificè possidere beneficium dicitur, cui non mouetur cōtrouersia iuris vel facti, in iudicio, nec extra gl. & Doct. in Cle. gratiæ de rescr. Rot. decis. 61. *sufficit* in nouis. facit c. cum olim, 7. de dolo & contu. ibi. *pacifica possessione gaudere*, li.2. tit.14. c. ex parte, 7. de restib. li.2. ti.10. Litigiosum contra dicitur, secundum glo. ad c.1. ad verbum, *litigantibus*. Vt lit. pend. in 6. de cuius dominio quæstio vertitur inter petitorem & possessorem, conuentione iudiciaria vel precib. principi, aut iudici oblatis, & per eum futuro reo cognitis, auth. litigiosa, C. de litigios. Videnda Cle. 2. & ibi gl. Imola, Zabarella, Vt lit. pen. Et quamuis quasi cœptum dicatur iudicium, vocatione in ius quod pertinet ad perpetuandam iurisdictionē iudicis, cap. gratum, 20. de offi. & pot. iud. deleg. tamen, res litigiosa adhuc non dicetur propriè, nisi sex concurrant quæ faciunt litis pēdentiam: primū q citatio emanauerit, & à cōpetente iudice. Secūdò, dehinc tertiò, q ad citatū peruenerit, vel per eum steterit quominus perueniat. Quartò, q ex tenore citationis potuerit cognoscere, de qua re sit futura cōtrouersia. Quintò, q citatio sit apta. Sextò, q apparitor seu nuncius eā legitimè & sufficienter insinuauerit: q̄ colliguntur ex Cle. cum lite, iunctis glossis, & Zabarella, in verbo *pleñe*, Vt lit. pen. Gui. Pap. deci.48. Atq; in præscriptionis interruptione per citationem requiri citatione ait Guid. Pap. decis. 46. n.2. vt saltē si citatio cognita, & per eā instructus de causa reus propter quā citatur, aliter simplex citatio nō interrūperet pręscriptionē: sicq; intelligēdas ll. sicut oēs. cū notissimi, de præscr. 30. vel 40. ann. sic & intelligendus idem Guid. Pap. dec.488. dū ait n.9. simplicē citationem interrumpere vsucapionē odiosam, sic secundum diuersos fines, potest dici pendere lis, & non pendere. Pendere nāmq; potest per oblationē libelli, l.1. C. Vt lit. pen. Secundò, per appellationem, tit. nihil noua appella. penden. Tertiò, per relationem & consultationem factā superiori. Quartò, per iudicis recusationem. c. secundò requiris, & c. cum speciali, de appel. l. apertissimi, C. de iudic. Quintò, per restitutionē in integrum, C. vt in integ. restit. postula. nihil no. 6. per porrectionē libelli factam principi, l.1. & 2. quand. libel. prin. oblat. litis cont fac. Septimò, per impetrationē iudicis, can. suggestum, de Iudi. c. causam, de Testib. Card. ad Cle.2. Vt lit. pen. Octauò, per commissionem causæ, vt ibi ait Card. quæ etiam vera sunt ad prohibendā nouam iudicis impetrationem, non etiam ad reparationē attentatorum, in qua requiritur citatio. Glo. etiam ad §. lis autem, de pacif. possess. ad verb. *terminorum*, in Prag. sanct. expressè notat, antequam beneficium dicatur litigiosum, tria requiri; primū quòd emanauerit citatio executioni demandata: secūdò, q titulus agentis fuerit in iudicio competenti parti aduersæ exhibitus: tertiò, quòd omnes dilationes ordinariæ iuris vel stili, quæ dantur ad litem contestandam, sint elapsæ ante finem triennij.

4 Interdū tamen beneficiū dicetur esse litigiosū ratione actoris, & non ratione rei: sufficit enim q pertinet ad actorem, citationis decretū, quāuis non fuerit facta citationis executio, certus enim amplius certiorari nō debuit, c. eū qui certus, de reg. iur. in 6. c. ab excōmunicato, de rescr. l.1. §. fi. de act. empt. ff. & sic. quoad illum, beneficiū dicitur litigiosum: sicq; iudicatum in Rot. tradit Gomes in cōpendio vtriusq; signaturæ. Ea ratione reus cōueniendus posset beneficio cedere sine metu prohibitionis cessionis de beneficio litigioso: actor non posset, & si faceret, renocaretur: quàuis ante terminū articulādi vel cōtestationis, renūciaret, Cl.1. §. si verò, Vt lit. pen. in dec. Rot.3. & 10. Vt lit. pend. in Nouis. Æg. Bella. mera, decis.101. At in quæst. regulę de pacificis possessoribus, seu triennali possessore, & ad hoc vt quis dicatur vel non dicatur pacificus possessor, intelligitur pacificus si ad executionem citationis, iurisq; sui in iudicio exhibitionem ac terminorū omniū obseruationē processū fuerit. §. lis autem in hoc casu, de pacif. poss. in Prag. sanct. titulus verò de pacificis possessorib. in §.1. sic statuit: *Statuimus q quicūq; dūmodò nō sit violentus, sed habeat coloratū titulū, pacificè & sine lite prælaturā, dignitatē, personatum & admistrationē vel officiū vel quodcūq; beneficiū Ecclesiasticū, triēnio proximè hactenus vel pro tempore possederit, seu possidebit in petitorio vel possessorio, à quoquā etiam ratione iuris noniter reperti, molestari nequeat præterquàm prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta concilium Viennense intimari debeat*: quam resolutionē plurib. explicat Rebuff. proprio tractatu de pacif. possessor. Quare hîc non dicitur pacificè possidere, qui habuerit fiduciariam possessionē, quā in praxi vocamus recredentiā in possessorio, si ei moueatur lis in petitorio. Gl. in §. item quod vniuersitates, ad verbum, *possidebunt*, de Collat. in Prag. sanct. aut si adhuc litiget super possessorio, Gl. in c. cōmissa, de Elect. in 6. Dicūr & pacificū possessorē ad effectū triennalis possessionis, eū quidē qui contra aliquē litigauit per triennium, qui ab aliis nō fuit lite pulsatus, & eorum respectu: nam etsi quod pertinet ad eum qui cū eo litigauit, dici nō possit pacificus; tamen quod ad alios pertinet qui cū eo nō litigarunt, dicitur pacificus: exemploq; seruitutū aduersus eos liberas ædes haber. l. loci, §. pe. Si seruitu. vendice. ff. nā interruptio ciuilis prodest tantū agenti. l. inter quatuor, de Diuers. & tempora. præscr. ff. l. cum notissimi, de præscr. trigint. vel quadra. anno. C. nisi forsan in aliis quàm beneficiis interruptio fiat ab vno ex correis credendi, quo casu prodesset alteri. l. fin. & ibi Gl. Bald. & Angel. C. de duob. reis. vitium alioqnin litigiosi, afficit partem collitigantem, non autem tertium, qui non est in lite, decis. Rotæ 3. Vt lit. pend. in Nouis. Glo. in l. creditor, ad verbum, *posse*, in fin. Manda. ff. Felin. ad c. exceptio, versic. *quāuis fallit*, de excep. Lud. Gomes, ad regulam de trien. possess. q.41.

5 Generaliter lis incipitur per litis cōtestationē, ca. sup quæstionū, §. intentionis, de offic. deleg. nec prius propriè lis dicitur mota, c. ex parte, 1. de verb. sign. neque antè quis petere dicitur, sed magis velle petere. l. hoc amplius, rē rat. haber. ff. Sic aūt cōtestatio definitur, vt sit petitio in iudicio proposita cū seq. respōsione rei, c.1. & 2. de litis contest. li.2. ti.5. l.1. C. eod. ti. c. dudum, in 2. de Elect. contestatio etiam fit, per negationē cōuentii iudicialem, l. rem non nouam, §. patroni, de Iudic. Auth. offeratur, & ibi Bal. de litis contest. C.

6 Cum omnis controuersia in beneficio de possessorio, aut de petitorio sit, vtraq; mouetur ab eo qui præsupponit sibi esse ius in beneficio, & habere titulū ratione collationis: nam per collationem Canonicam, etiam sine traditione tribuitur ius in beneficio. c. execrabilis. §. porrò, ibi *Dummodò in eo ex collatione canonica competat ius*, & c. de præb. in Extrau. Ioan.22. c. si tibi absenti, de præb. in 6. c. quorundam, & c. accedens, eod. tit. Quare pro beneficio collato & eius iuribus, agi potest per beneficiatum actione in rem etiā possessione nondum apprehensa. vt notat Gloss. ad dict. Extr. execrabilis, §. porrò, ad verba, *Competat ius*. per Compostellanum ad c. Cum Martinus, de Constit. quod singulare dicitur in beneficiorum iure: nam in rebus

in reb. ꝓfanis iure cōi aliter receptum est.l.seruum,C. de rei vend.l.traditionib.de pact.facitq; in his possessionis datio plenum ius,vt in l.quoties, C.de rei vend. &diuerso modo ius acquiritur in beneficiis & in ꝓfanis: itē diuerso modo possessio vtriusq; acquiritur,vt not.Inno.ad c.in literis, sup verbo *prius*,de restit.spol. Aliquādo aūt possessorio solū, aliquādo petitorio tātum,aliquando possessorio&petitorio simul agitur.c. 1.2.3.de causa possess.&propriè aliquādo solo interdicto retinēdę,aliquando recuperandæ,possessionē beneficij quis tuetur p exceptionē ꝙ per annū ꝓximum possiderit,&ꝙ is qui impetrauerit per non titulū possessoris,vel alia ex causa viuētis possessoris. certū modum vacandi nō expresserit,nec nomē, gradū aut nobilitatē possessoris,&quot annos illud possederit,iuxta regulā Cācellariæ de annali possessore: aut quod à die impetrationis, infra sex menses ad iudiciū possessorem vacari nō fecerit,vt ait p̄dicta regula,q̄ & adiicit,quo impetrans ita beneficiū viuētis,nec seruās regulam, condēnandus sit quinquaginta florenos auri Cameræ Apostolicæ,cū damnis &expēsis,& quòd non ideò dicatur beneficium factū litigiosum.Quod si pēdente lite possessorij vel petitorij, contra possessorē, interpetitorē&possessorē beneficij sit ꝓlata vna diffinitiua sentētia à qua ipse appellet,quamuis sententiā dicatur nulla,tunc sequestratio fit beneficij,dūmodò possessor,cōtra quē iudicatū sit, nō fuerit triennalis, c.vni.de sequest.poss.in Cl.vide dec.Rot.390. incip. *Si feratur sētētia diffinitiua*, in nouis.Et fit seq̄stratio nō fructuū tantū, sed etiam beneficij,inter q̄ maximè interest:nā alij possūt dari fructus beneficij, & alij pōt dari ius&titulus eiusdē beneficij,c.si tibi cōcesso, 26. de pręb.in 6.&ibi gl.ad verb.*fructus*.Quare sequestrato beneficio,sequester possessor administrabit&exercebit iura beneficij & beneficiati, c.examinata, 15.de iud.& ibi Inno.notat,sequestrum posse p̄sentare&cōferre.Interdicit & sequestratio ne is qui antea possessor,vel alius extra sequestrum iurib. Ecclesię se intromittat, Ægi.Bella.conclu. 428.nève seruitiū Ecclesię faciat,vel ibid.p̄dicet sine licentia sequestri, & Epi Ægi. conclus.420.429.aliter incidit in pœnā §.1.Cle.vni.de sequest.posses.Exigit Cle. vni. de sequest.benef.ꝙ sententia sit ꝓlata cōtra possessorem pro petitore,antequàm fiat sequestratio,si modò ea fuerit prima. Alioquin si pro possessore iam prima sententia fuerit, & posteà succumbente possessore in appellatione alia fuerit sententia lata contra possessorem:& ab ea appellauerit,nō fiet sequestratio, vt scribit Ioan.And.in addit.ad spec. in tit.de sequest.poss.&Card.ad d. Cle.

7 Excipit verò eadem Cle.vni.de sequest. triennalem possessorem, nēpe ꝙ si quis pacificè&per triennium possiderit beneficium, & posteà de eo ei lite mota,sequuta fuerit prima sententia definitiua contra illum, & appelletur,ꝙ nō possit pendēte lite sequestrari beneficium:hoc firmauit regula Cancell. de Triennali posses.facit l.1.C.de fidei.Pręsumitur ex triennali possessione ꝓ iure possessoris,&ꝓ eo iudicatur,si habeat titulū vel verū, vel coloratum:si possederit per triennium cōtinuum sine lite,&alio modo sit habilis,vt explicant plenè Rebuff. ad ti.de pacificis possessor.& tract.de pacificis possessor.Gomes ad regulā de triēn. posses.Tradit & praxim Rebuff.ad d. titulū: & in exceptione triennalis possessionis, vt si quis molestetur sup beneficio, ꝙ possederit cū vero vel colorato titulo p trienniū cōpletū,& perfectū, impetret in Gallia literas regia Cācell.directas iudici coram quo causa mouetur,& petat illas cōprobari, & interinari. Et tūc pars aduersa petat titulū ab impetrāte exhibere,ꝙ & impetrans facere debet, cū beneficiū sine canonica institutione possideri nequeat, c.1.de reg. iur.in 6. debétq; ꝓbare exceptione sup qua innitūtur vel fundātur literę, anteq̄ actor ꝓbet suū titulū,per not.ad c.1. de lite cōtest. in 6. Cum quis post triennalem pacificam possessionem impetrauerit has literas de Pacificis,curat p has fieri inhibitionem parti aduersarię ne illum molestet,& in casu oppositionis fit præsentatio illarum & approbatio coram iudice,vide latius Reb. in const.regiis, tomo 3.ti.de causis possessionis benefi.

8 Agitur de ꝓprietate Ecclesiarū aliquando inter aliquos beneficiatos,&tūc illa cōtrouersia nō respicit titulum beneficiis ꝓuisorū,sed res ad titulū pertinētes, c.2.de dol.& contu. c.2. Vt lite nō contestata,&c.Quę cōtrouersia differt à cōtrouersia de beneficio, in qua mitti nō pōt actor in possessionē beneficij ob contumaciā possessoris,rei seruādę causa,cum tamen possit,si agatur de ꝓprietate,c.vni.&ibi iuncta Gl.ad verbū,*si vitiosus*,de eo q̄ mittit.in poss.rei seruan. caus.in 6.li.2.ti.7. cōstituitur & ibid.alia differentia iudicij:ꝙ dum agitur de beneficio absente & cōtumace possessore etiā lite nō cōtestata, pōt ꝓcedi ad iudiciū cōtrà absentem,& ad testium examinationē, in aliis nequaquam; c.cōtingit,de dol.&contu.c.quoniam,§.porrò, vt lite nō cōtest.nō proced.ad test.exam. vide Io.And. & Gl.ad dictū c.vni.ad verba,*cū qui*,de dol.& contu. Eadem &cōtrouersia ꝓprietatis,adfert controuersiā p̄cedentē possessionis,vel retinēdę,vel restituēdæ,vel transferendę ratione contumaciæ, & ex aliis causis, vt in c.1.& 2. de eo qui mittit.in posses.causa rei serua. vt liquet ex titulis,de in integr.restit.li.1.ti.41.de causa posse.&propriet. li.2.ti.12. de rest.spol.li.2.ti.13. cum simon. Agitur &inter beneficiatos de decimis&aliis iurib.Ecclesiarū,& de possessione&proprietate earum, vt c.dilecti,8.c.suggestum,9.c.cum cōtingat, 20.de decim.cum simil.Cle.2.de iud.Quæ tamen controuersiæ nō tam beneficia ipsa q̄ iura beneficiorū, & res respiciunt;proinde illas relinquemus dispositioni cōmuni cōtrouersiarū forensium, & tantūmodò admonebimus ea quæ ad lites,super iure beneficiorum, pertinent.

9 Omnis ferè lis beneficij incipit à possessorio, in quo & sequitur cōtrouersia de ꝓprietate seu de iure tituli:quia in beneficialib. causis oportet possessionē aliquo colore tituli defendi, cum sine canonica institutione teneri non possit, c.beneficiū, de reg.iur.in 6. docet & c.ad decimas,de rest.spol.in 6.idq;ne vitiosus detur ad beneficia ingressus.c. vni. de eo qui mittitur in possessio.causa rei seruan.in 6.li.2.ti. 7. Agit de sola possessione beneficij titularius q̄ prouisus est de beneficio vacāte ipso iure,cum is ex cuius psona vacat, vel facto incumbat.nihilominus possessioni, in quam nouus titularius induci nō pōt nisi eo coram iudice vocato ad relinquendam occupatam detentionem,c. licet Eps,28.de pręb.&dignitat possessor. quippe qui ex aliquo titulo licèt iniusto possidet, non debet sua possessione priuari sine causæ cognitione, can. volumus,16.q.4.& sic intelligi debent, c.in literis,de restit. spol.c.2. de causa possessio. & propr.c.cum nostris,de de conces. præb. pro possessore enim præsumptio est iustæ detentionis,donec contrarium appareat.l.fi.de rei vend.C.l.qui accusare, C.de edēd.l. siue possidetis. C.de probat.cum simil.Causæ cognitio hęc cōsistit in discussione collationis petētis,num sit canonica,& an detētio possessoris sit iniusta.Arch.ad c.olim,de rescr. & Io.And.ad c.cū nostris, super gl. 2. de conces.præb. alioquin si habens canonicum titulum, alio possidēte, beneficij nancisceretur propria authoritate possessionē,ius quod haberet, amitteret tanquam intrusus,c.cum qui,de præb.in 6.& violentus efficeretur & illegitimus possessor,l.extat. Quod metus caus.l.pen. ad l.Iuliam,de vi priuata.l.si quis in tantam,C.Vnde vi.atq; aduersarius posset vti interdicto restitutionis tanquā spoliatus, p c.in literis,&tot.tit. de restit.spol. & esset ante omnia restituenda naturalis possessio spoliato,cunctáq; q̄ ablata essent.c.1.c.2.c.redintegrāda&seq.3.q.1.Et possessio in pari causa tituli dat ius,

c.si à sede, de preb. in 6. quòd si violétus possessor spoliator cureat titulo, quamuis ideò non possit dici intrusus, vt not. Dominic. ad c. eum qui, in 2. notabili, de preb. in 6. attamen, tanquam violentus, nó poterit iuuari possessione illa, vt possit præscribere. l. sequitur, §. quod autem, de vsuca. ff. §. furtiuæ, eo. tit. apud Iusti. nisi prius purgatum fuerit vitium violentiæ, §. aliquãdo, eod. tit. cum improba possessio priuet omni beneficio iuris, l. improba, de acquir. posses. vt non possit violentus possessor referre quęstionem domini, etiam si agatur petitorio. l. si quis emptionis, §. sed hæc super, C. de præscript. 30. vel 40. annor.

10 Quęstio de beneficio agitur coram iudice Ecclesiastico iure cõi, c. 3. de for. comp. nulla distinctione vel exigua, nũ agatur de possessorio vel de petitorio: tum ratione personarum Ecclesiasticarum contendentiũ, tum beneficiorum, quæ sunt fori Ecclesiastici: de reb. enim Ecclesię se immiscere nõ debent iudices laici. c. 2. de Iud. c. cum laicis, de reb. Eccl. nõ alien. c. Ecclesia, de constit. c. cum contingit, de arbit. c. benè quidẽ, 96. dist. de psonis Ecclesiasticis idipsum statutũ ne de illis iudicent, c. 1. & 2. c. quod clericis, 9. c. si diligenti, 12. de foro compe. c. placuit, c. in olita, 11. q. 1. Nou. Vt clerici apud proprios Episc. §. statuimus, de stat. & cõsue. in feud. Auth. statuimus, de Sacro. Eccl. C. In Gallia tamen iudex regius, Senarchus seu Balliuus, cognoscit de causis beneficialib. si agatur interdicto retinendæ, vocant *maintenue*, vel recuperandæ, in causa spoliationis vel turbationis possessionis. Explicat Guid. Pap. dec. 1. vbi & refert Martini quinti sum. Pont. rescriptũ, quo nominatim hoc Regni Francię priuilegium vel vsus approbatur. Maximè quia quando agitur super possessorio vel quasi, etiá in spiritualib. vel beneficialib. causis, iudex laicus est iudex competẽs. Io. And. ad c. fi. de iu. cum possessorium in spiritualib. etiá videatur esse tẽporale nõ spirale. Archid. ad c. 1. de restit. spol. in 6. Franciscus Zabarella, ad Cle. dispendiosam, de Iud. Guid. Pap. cons. 78. incip. *circa processum*, sic in c. causã, in 2. sic inci. *qui filij sunt legitimi*. sum. Pont. reliquit iudiciũ possessorium Regi Angliæ. Et pro vi turbatiua in causis beneficialibus in Gallia intẽtant casum nouitatis: vt notat Ioa. Faber. ad §. retinẽdæ, de interdict. & est textus expressus in c. significauerunt, 2. de iudi. vbi Florentina potestas, & ita iudex laicus cognoscit vt iudex de possessione vel quasi possessione eligendi rectorẽ, inter psonas Ecclesiasticas: quãuis de ꝓprietate posteà agi coram Ecclesiastico possit: quo textu praxis Gallicana, etiá si nõ haberet priuilegiũ, firmatur, & in aliis regionib. posse idipsum, ratione possessorij, habere locum probat. Quare & cognoscit Curia parlamenti etiam inter duos presbyteros in possessorio retinendæ, in causis beneficialib. Guid. Pap. cons. 49. & dec. 85. De possessorio verò adipiscẽdæ possessionis, nõ cognoscit quia habet quęstio plus petitorij q̃ possessorij, Guid. Pap. decis. 1. nn. 3. queadmodũ nec cognoscit principaliter de petitorio, cuius causa non sit communis cũ possessorio, iuxta l. naturaliter, §. nihil cõmune, de acqui. poss. ff. Vt plerumq; tamen dũ agitur de vi turbatiua in casu, vt dicunt, nouitatis, seu in interdicto retinendæ, concurrit proprietaris q̃dã cõsideratio, & inter cõtendentes de beneficio fiũt ꝓductiones titulorũ: quia hoc interdictum habet causam proprietatis annexã. l. 2. §. quędã, de interdict. ff. interpret. ad Cle. vni. de causa posses. & propr. & adiudicatur possessio ei cui iustior est titulus. iuxta ea q̃ notãtur in c. cũ venisset, de in integrũ rest. c. ex insinuatione, de ꝓcur. facit expressè, l. edicto diui Adria. toll. C. l. si duo, vti possid. ff. l. 1. C. eod. tit. debẽtq; partes audiri in Curia temporali litigantes super possessorio beneficij, si velint coniungere materiam petitorij ad corroborationẽ sui possessorij, Guid. Pap. dec. 71. ex Spec. in tit. de Testib. §. nunc videndum. Eò quòd in materia interdicti *vti possidetis*, is obtinet qui potiora iura probat in petitorio. c. audita querela, de Restit. spolia. apud Gregor. c. ad decimas, eo. de restit. spol. in 6. notatur ad c. licet, de probat.

11 Si tamẽ quęreretur de restitutione spoliati, prius de ea q̃ de titulo vel ꝓprietate agendum esset, in literis, de rest. spol. cum simil. ibi not. sufficit interdicto recuperandæ, ostendere agentem se fuisse in possessione tempore spoliationis, l. si quis ad fundum, ad leg. Iul. de vi public. C. Aufrer. 15. Capellæ Tholos. decis. Et ordinarij iuris est, vt prius de possessione agatur. l. si de vi, de Iud. §. retinendę, de interdict. nihil tamẽ ꝓhibet de vtroq; simul agi, & vtrumq; iudiciũ simul terminari, c. 2. & c. dilectus, de causa posse. & prop. imò in Gallia præuenta cognitio quęstionis beneficialis, in possessorio coram iudice regio temporali impedit, ne agi petitorio sup eodem beneficio corá iudice Ecclesiastico possit, ex Constit. Francisci 1. publicata an. Dom. 1539. artic. 48. Item & singulare, quòd si quis agat de proprietate beneficij, cum posset de spoliatione & possessorio agere, & perseueret vsque ad conclusionem litis, non possit ad possessionem redire. c. pastoralis, 5. de causa possessio. & propr.

12 Iudices ꝓprij beneficiorũ, maximè in Gallia, sunt qui habent iurisdictionẽ regiam in locis beneficij vel Epi diœceseos, exceptis maiorib. causis, neque hac de quæstione quis tenetur adire sum. Pont. qui, etiam si ad eum appelletur, debet appellationis decisionem delegare terminandam iudicib. in partib. datis, vt habetur in tit. de causis. io prag. sanct. & in Concord. ad vitandos sumptus & calumnias litigantium, & vexationes temerè agentium: & quia probationum testiũ & instrumentorum in partibus & locis litigiosæ rei, facilior & certior est editio. l. 2. vbi de ratioc. ag. oport. C. l. 1. Quando Imperator inter pupillos & viduas, C. Sicq; conformis fit hæc sanctio iuri communi, quod statuit, conueniendũ esse vnumquemq; in sua ꝓuincia, tota 3. q. 6. quodq; ordo confundantur, si sua iurisdictio cuique illibata non seruatur, c. peruenit, 11. q. 1. licet olim & in prima instantia, sum. Pon. à quolibet adiri posset, vt iudex ordinarius totius orbis, c. fi. de foro comp. vide copiosè disputatum de hoc articulo, in gl. ad §. ad verbum, *finiantur*, de causis, in prag. sanct. excipiendæ sunt lites beneficiorum, quæ iuris seu collationis sunt regaliæ, quæ alibi quàm in suprema Curia Parisiorum agitari vel decidi nequeunt, ex constitutione Ludouici 11. edita anno Dom. 1463. 24. Maij. vide iudicia eius rei apud Papum lib. 2. Rhapsodiæ aresto. tit. 3. arest. 14. Pręuentio cognitionis in possessorio coram iudice seculari regio, efficit in Gallia & impedit, ne pro eodem beneficio de petitorio coram alio iudice agi posit, iuxta constitutionem Francisci 1. eius nominis Regis, editam anno 1539. art. 48.

13 Disputatur in possessione beneficij, an quis beneficij possessionem vacuam fuerit legitimè adeptus, an alio possidente, vel vi, vel sine vi. Et formam adipiscẽdi possessionẽ beneficij quidẽ p̃scripsit Henric. Gallię Rex an. Dom. 1550. die 24. Iulij, vt fiat in loco beneficij, vel in atrio Ecclesiæ publicatio ꝓuisionis seu collationis, & insinuatio iis, iis quorũ interesse põt sine armis & vi aliqua, nõ ꝓpria authoritate. Mittit verò in possessionem beneficij collati p sum. Pont. delegatus ad eam dandam in prouisione. Potest & fieri missio in possessionem, per presbyterum, vel alium clericum diœceseos virtute clausulæ quæ apponitur in collationib. & dirigitur vniuersis & singulis psonis Ecclesiasticis, ad fines mittendi in possessionem ꝓuisum, adhibemus & notariũ, vel Apostolicũ vel regium retinẽtem instrumentum missionis in possessionẽ, adhibitis testibus, vt Rebuff. docet. in tractatu beneficiorum, tit. de missione in possessionẽ n. 14. 20. & 21. Ordo adipiscẽdi possessionẽ, vt si nemo contradicat: adeatur Ecclesia

post

post publicationẽ collationis,& ꝓuisus in eã indnctus soleat aqua benedictã aspergere, adire altare maius, eum suppliciter osculari, adorata sacrosancta Eucharistia, pulsari & debét cãpanæ, ne clandestina sit possessio, debétq; duci ad fontes baptismales, si Ecclesia sit Parochialis, si canonica-us, debet duci & installari in choro & in capitulo. Quòd si alius de facto possideat, nec tutò possit aditi Ecclesia, vel ea sit clausa, sufficit post publicationẽ, per tactũ ianuæ vel pessuli adipisci possessionẽ, cũ ea intẽtione, vt reliqua per hãc aditionẽ velit possidere. l. 3. de acq. pos. ff. quòd si adhuc tutũ nõ sit appropinquare Ecclesiæ, sufficit per visum pinnaculi Ecclesiæ nancisci possessionẽ: nã & oculis & affectu põt quis possessionẽ nãcisci. l. 1. §. pen. de acq. pos. Hic duo noranda ꝓ controuersiis possessionis, primũ quòd in vim titul. lecti seu collationis publicatæ fit missio in possessionem: quare quia titulus in possessione adesse debet, eadem ratione, titulo defeodẽda. Et qui sine titulo adipiscitur possessionẽ, videtur priuatus ipsa dispositione inris, eo inre qu od in beneficio haberet, tanquam intrusus. c. 1. de elect. in 6.

14 Vnde & dubitatum fuit, num cum simplici signatura, posset quis bullis desuper non confectis, nancisci possessionem, quibusdam asserentib. non posse sine vitio intrusionis, quia non detur delegatus in simplici signatura ad dandam possessionẽ, & ideò propria authoritate videatur ingressus beneficiũ qui per signaturam prouisus est: vt notat deci. Rotæ 458. in Nouis, facit regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis: in quam notant Glossæ, supplicationem ante expeditionem bullarum esse gratiam informem, habita ratione clausularum quæ extenduntur in literis bullarum. Plura adhęc adducit Aegid. Bellam. consi. 33. quæ & certè sententia obtinuit aliquãdo de rigore iuris. Alij fuerunt in contraria sententia, & hoc iure vtimur, vt possit quis nancisci possessionẽ in minorib. beneficiis, virtute signaturæ ꝓuisionalis verificatæ ex licentia præstita ad petitionẽ beneficiati, coram cõmissario & Bancharius, qui illarũ expeditionib dant operam: si quidẽ per verbum fiat, perficitur gratia, & quamuis demus signaturã nõ habere ante literas expeditas plenã formam, tamẽ nemo dubitabit, sufficere signaturã, tanquã coloratũ titulũ ad possessionẽ nanciscendam, vt scribit Cassiod. decis. vlt. de restit. spol. Resoluit & Gomes ad d. regul. de non iudicãdo iuxta formam supplicatio. habere locũ, quãdo agitur de titulo controuerso in iudicio & authorisabili. alioqnin enim esse gratiam cõpletam, vt non sit opus expectare ad perfectionem bullas, nisi in signatura & bullis apponatur pro executione iudicis delegati, qui nõ possunt in causa signaturæ procedere absq; bullis quę cõmissionẽ vel delegationẽ cõtinent. Rota decis. 458. in Nou. iuxta c. pastoralis, §. fi. de rescr. atq; ita regula, de nõ iudicando, iuxta formã supplicationis habet tantũ locũ, vt Rota explicat, in iudicio petitorio, non in possessorio. Et can. 1. de elect. in 6. habet locum in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Abbatiis & alus maiorib. dignitatib. quę propter pericula & dãna quę inde sequi possent, nec possideri vel teneri possunt sine ptoductione bullarum. Quare in aliis praxis est, vt lite mota qui obtinuit per supplicationẽ prouisionẽ, actor vel defensor, seu qui se opposuit, vel possessionẽ adeptus est, possit producere signaturam pro corroboratione sui tituli. Et si aduersarius eã impugnet, sufficiat ex authoritate iudicis, corã quo mota lis, vel eius rescripto seu appunctamẽto, vt loquuntur pragmatici, parte vocata eam recognosci à Bancharüs vel peritis in cognitione signaturarũ. Sed & hodie Cõcil. Tridẽt. prouisio beneficij fit in signatura in forma dignũ, per quam sum. Pontifex, non tam prouidet, quàm mãdat Episcopo vt prouideat, & ideò approbata signatura & verificata censetur per Episcopi collationẽ, iuxta formam supplicationis quæ pendet ex Cle. vni. de concess. præb. cuius hæc clausula: *Mandamus. si post diligentem examinationem dilectum nostrum P. ad obtinendum beneficium idoneum esse reperceris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem authoritate Apostolica & nostra conferas & prouideas, &c.*

15 Secundum, quod notabile videtur, cõsistit in differentia possessionis violentet adeptæ, & propria authoritate. Nã violentus possessor, & propria auctoritate nactus possessionem, habent similitudinẽ in eo, quod vterq; habet vitiosum ingressum, si alio possidẽte & cõtradicente possessionẽ nanciscantur. c. eum qui, de præb. in Sex. Cæterum violentus possessor in eo c. est qui, iure quod habet ipso iure per intrusionem priuatur: at non propria authoritate adeptus, id est, sine solennitate, dũmodò realem possessorẽ non spolianerit, vt ait Fel. tract. beneficiorũ, q. 15. Quare ex sententia Iasonis ad l. si ex stipulatione, de acquir. pos. ff. Si quis adipiscatur propria authoritate possessionem beneficij, quæ à nullo occupatur, non debet puniri; tutius tamen erit, solẽnitatem nõ omittere; & cũ authoritate superioris, vel cum forma iam dicta nancisci possessionẽ. Pro adeptione autem possessionis ex superioris authoritate & permissione ingrediendi realẽ possessionem, habetur inuestitura quæ datur ab Episcopo, vel pilei clericalis, vel pennæ, vel alterius symboli, ratione cuius poterit ingredi possessionẽ realẽ sine reprehẽsione: dũmodò beneficiũ ab alio de facto nõ possideatur, vel nisi alius intercedat, seu (vt dicũt) se apponat possessioni adipiscẽdę, quo casu suspẽdẽdũ erit, & in casu oppositionis vocãdi opponentes corã iudice.

16 Possessio beneficij, vt & beneficiũ, absenti per alium seu acceptantem & procuratorem dari potest, c. accedens, 24. de præben. ca. si tibi absenti, eod. in Sex. quia per alium nobis acquirere possumus possessionem & proprietatem nomine nostro, l. quicquid. de acquir. poss. l. si procurator, 13. de acqu. poss. l. qui mihi donatum, de Donatio. ff. c. quoniam, §. in aliis: Vt lite non contest. c. si diligenti, de præscr. c. cum venissent, de rest. spol. l. quod meo, 18. §. 1. & l. §. per procuratorem, de acquit. poss. Dũmodò qui adeptus fuerit possessionem per aliũ, eam ratam habuerit; eã ab eo tantum tempore ratificationis ei incipit tempus currere pacificę possessionis triennalis, non antea in preiudicium tertij: & sic iudicatum in Rota refert Gomes ad regulam de triennali possessore q. 59. dia 14. Decembris, 1537. faciunt notata per Gl. ad c. ratum, & ad c. ratihabitionem, de reg. in Sex. & ea quæ cumulat Decius ad l. semper qui non prohibet, col. fi. de reg. iu. ff.

17 Considerabimus etiam in quæstionib. beneficiorum collationis & iuris regaliæ, alio modo possessionem quàm in aliis. Cum enim beneficiorum possessio possit dici vna iuris, alia facti, alia iuris & facti, cõsideramus pro possessione indicanda beneficij vt cũ titulo quis, id est, iure possideat, nec sufficit sola possessio de facto vsurpata sine titulo, c. nostris, de Concess. præb. Neque etiam sufficit iure solo & ciniliter posidere, id est, habere iustum titulum, nisi quis inducatur in realem & actualem possessionem authoritate eius qui potest concedere, quia per collationem solam vel institutionem non transfertur possessio, c. cum Bertholdus, de re iud in illis verbis, *Ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem:* Gl. in c. per tuas, de donat. atque in hoc casu, quamuis prouisio & titulus legitimè concessus impediat, ne beneficium iure vacare dicatur, tamen non ideò minus de facto vacare non adepta possessione dicetur. Et proinde collatio de eo alteri potest fieri iure regaliæ tanquam de beneficio vacante, si tẽpore regaliæ nõ inueniatur ꝓuisus ante aperturam regaliæ, in reali & actuali possessione ꝓ ipsũ personaliter adepta: sic enim requiritur factam fuisse, cum rega-

liæ collatio aperitur regi. Neque ea impediretur per adeptionem possessionis factam nomine titularij per procuratorem: quia pro fictitia possessionis adeptione ea habetur, & nulla fictio iuris remoratur vel impedit ius regaliæ. Sicq; tractāt qui explicāt iura regaliorū & iudicia ea de re trita promūtur à Papo, lib. 2. Rhapsodiæ tit. 3. arest. 18. & 5. 6. 7. & 8. disputat & in 3. tomo Notario. li. 3. *du droict de regale*, & Ægidius Magister in tractatu de eo iure. Videnda quæ nos diximus de ciuili & naturali & mixta possessione, li. 1. Synt. iur. c. 13. & de fictitia possessio. lib. 20. Syntagm. ca. 10.

18 In contentione beneficij super possessione adiudicantur vindiciæ, seu recredentia ei, qui prima facie videtur habere magis apparētem titulū & magis clarum. per l. fi. de Elec. diui Adr. toll. l. quamuis, C. eo. notatur & in c. licet, de ꝓbat. & in istis q̄stionib. habetur ratio iustioris tituli, iuxta notata ad c. cum venissent, de in integ. resti. & in c. ex insinuatione, de procu. & in c. in literis, de resti. spol. in l. si duo, Vti possid. ff. & in l. 1. C. eo. ti. cum similib. quæ citat Guido Papæus deci. 85. Et est ista summaria prima cognitio, suspensis probationib. falsitatis obiectæ, vel aliis quęstionib. quæ longiorem recipiunt indaginem quæ post recredentiá examinantur. Masuer. tit. de possessorio, vers. *item si altera*, Reb. in prax. benef. ti. de sent. executoriis, art. 1. Et quamuis in rebus prosanis possessorio pro his agens sit restituendus ante omnia, etiam si non doceatur de titulo, l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iulia. de vi publ. exceptis quinquaginta casib. traditis per Corsetum in tractatu de potesta. ragia. q. 72. tamen in beneficialib. quæstionibus, possessio debet fulciri & sustineri aliquo titulo, ca. ad decimas, de resti. spol. in Sext. præposit. in summa 3. q. 1 ne vitiosus detur ingressus contra c. 1. de eo qui mitti. in posses. in Sex. nisi quis fuisset lite pendente spoliatus: sufficit enim tunc probare se fuisse in possessione tempore motæ litis. Aufr. dec. capellę Tholos. q. 15.

19 Titulus canonicus in beneficiis quo quis ius suū defendit, quod in his habet, est quilibet modus obtinendi beneficia à iure approbatus, si obtinuerit, vel per collationem puram, vel per renūciationē, aut per permutationē, præsentationem, institutionē, translationem sum. Pōtificis, de quib. Reb. tract. de pacif. possess. n. 53. 54. 55. & 56. Queadmodū & in aliis titulus possessionis, est causa propter quá quis se dicit instè possidere, & quæ factū asserentis tuetur; est ita titulus initiū possidendi, l. per diuersos, mandati. ff. vt titulus pro emptore, pro donato, pro hærede, &c. in Pādectis & Codice Iustinianeo. Hinc & dicimus titulum bonū, hoc est, causá possidendi à iure probatá, vt pro emptore, pro donato, &c. Et titulū malū, vt in fure, raptore, Tyranno, prædone, quando causa iusta possidendi adferri potest, vel nō, l. qui interrogatus, iūcta l. seq. de petit. hær. Inde & titulus verus, putatiuus, falsus: verus, quando causa quæ prætenditur verè interuenit: putatiuus, dū nō interuenit, sed putatur interuenisse. Falsus, quando suppositus est, quando verbis fingitur vel præsupponitur, & nulla alia pręsumptio eū fuisse firmat, secūdū Gomes. ad regulam de Trien. poss. qu. 5. verus, legitimus & canonicus titulus, qui à lege vel ab homine potestatē habente est inuentus, & habet speciale nomē ꝑpetui tituli, c. 1. cū ibi nota. de Capel. monac. in Sex. facit tex. in l. legitima, & l. iurisgen. de pact. ff. Pręsūptū verò dicit Gomes titulū, qui nō est visibilis, nec palpabilis, nec proueniens ex prouisione alicuius ordinarij viuentis, sed ex solo cursu temporis, vt decem annorū, vt in c. illud, de pręsūp. Affinis titulus pręsumpto est, qui dicitur coloratus, quamuis inter se differant. Nam, inquit Gomes ad d. regulam de Trien. poss. q. 27. sufficit decennali possessori post probatam suam possessionem, allegare solū titulū quem habuerit, & in iudicio deducere: quia nō cogitur illud probare, quia pręsumitur, & propterea pręsumptus dicitur. Sed triennali possessori, qui innititur colorato titulo, non sufficit sola allegatio tituli colorati, sed requiritur eius ꝓbatio & ꝓductio. Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalē nō iuuat possessorē, nisi in possessorio tantū, & nō in petitorio. Pan. ad c. contingit, de dolo & cont. ideò postea probari debet, titulum esse verum & non coloratum: siquidem coloratur ad possessionem tantū pertinet in dubio. Colorari potest titulus, ostendendo eum habitum ab eo qui conferendi habet potestatem vel ostendendo, ꝙ eius authoritate fuit missus in possessionem; Innoc. ad c. in literis, de Restit. spol. sufficit autem illa ostendi sine suspicione falsi extrinseca, non rasa, aut suspecta, reiecta quęstione ad indagationē pleni possessorij, iuxta l. fi. de Edict. D. Adria. toll. Coloratus & dicetur titulus, si is qui eū se dicit habere ostendit aliquid gessisse quod ad munus beneficij pertinet præsentib. his qui potestatē habebant conferendi, vel repugnādi, vt si tanquá canonicus adfuit cū aliis canonicis, & præsente Episcopo. Inn. in c. bonæ, in 2. de postul. prælat. Cosmas Guimier. ad §. de Pacif. posses. ad verbum, *coloratum*, in Pragma. sanct. Post Pan. Ioan. Cald. ad c. cum nostris, de cōcess. præb. & alios, colligit titulum beneficij dici omnino sine colore, quando possidens beneficium nullum non habet titulum ab eo ad quem collatio vel electio pertinet, vel si habet quidem ab eo qui habuit conferendi vel eligendi ius, quod fuit priuatus antè, potestate per sententiam, vel iure, vel ab homine. Si recipiat cōtra ius beneficium à laico non habente potestatē conferendi, c. illud, de iure patr. & vt c. illa. Ne sede vacāte, si fiat à capitulo sede vacante: si collatio fiat ab ordinario post inhibitiones conferendi factas ab executore literarum mandati propter decretum appositū, vel ob aliam causam, iuxta ea quæ tradūtur in c. si soli, de conc. præb. in 6. c. 1. & 2. de elect. in prag. sanct. & c. 1. de Coll. in eadem prag. Si fiat collatio de beneficio reseruato collationi Papæ, per reseruationem in corpore iuris clausam, iuxta ca. statutum, de præb. in 6. si fiat à Vicario generali cui cōferendi potestas nō fuit data, c. fi. de offi. Vica. in 6. In summa, datus titulus ab eo qui potestatem non habet, nō potest colorare possessionem, vt in l. minor autem, §. deniq;, de Minor. ff. l. hoc colore, de inoff. test. l. nec vllam, §. omnib. de petit. hæred. ff. Contrà si habet ab eo qui potestate pręditus erat conferendi, quanquam ampliori probatione possit subuerti possessio per incapacitatem, vel aliam indignitatē, vel causam possessoris: interim enim iudex factum superioris tuetur ex præsumptione ꝙ bene factum sit, donec posteà plenius constare possit de contrario, l. 1 quod cū falso tuto, & c. c. in præsentia, de renunc. l. instè possidet de reg. iur. ff. c. qui peccat, 23. q. 4. Sic electus ab iis qui potestatem habent eligēdi, & cōfirmatus, licèt forsan aliàs electio possit declarari inualida, tamen coloratū dat proculdubio titulū possessori: nisi forsan apertè cōstaret de inualiditate electionis. Cald. ad d. c. cum nostris, de concess. pręb. facit enim confirmatio electi colorem, quia secunda contra eam facta non valeat, nisi prima cassata, c. inter dilectos, de excess. pręl. Tradit regula de Triēnali possessore; quòd si quis sit triennalis possessor sine simoniaco ingressu, ex collatione vel electione eorum qui conferre vel eligere possunt, dummodò non sint intrusi, non possint super possessione beneficij molestari: attamē titulum requiri coloratum, qui tamen coloratus censetur exhibitus, nisi qui dicit non coloratum, doceat non esse: eius enim censetur onus probandi qui agit, non possessoris triennalis qui nō cogitur titulū suæ possessionis ostendere, l. cogi, C. de pet. hære. expressè Pan. ad d. c. cum nostris, de concess. pręben. Archidiac. ad c. cōtra morem, centesima dist. Gomes ad regul. de Triennal. posses. q. 43. facit 2. qu. 5. in princ. nisi forsan ius rasiste-

respos-

ret possessioni, putà quia possessor duo habet beneficia; quia tūc ipse cogendus esset docere de dispēsatione, c. 1. de prefer. in 6. Teneretur etiam ex iudicis sententia, si eum ita quædā moueant ad iudicandum, possessor fidē facere, propter officiū iudicis quod in quæstionib. bonæ fidei exuberat, c. cum dilecti, de elect. cap. ex frequentib. de Instit. c. telatum, de iure patr. expressius in d. c. 1. de præfer. in 6. Notat singulariter Gl. ad §. 1. ad verbum, *coloratum*, circa fi. in Prag. sanct. titulum colotatum, qui requiritur in sustinenda possessione triennalis possessoris, à tempore initij possessionis requiri quod & regula Cancel. de Triennali statuit, dum non sustinet violentū aut intrusum. Alioquin, inquit, si ab initio incolotatus fuerit titulus, & cū eo quis ex triennio per bienniū vel alio tempore possederit, & superuenerit titulus colotatus, tempus est computandum à superueniente tantum colorato; in quo tamen noua adeptio possessionis non requiratur, nisi titulus superueniens esset collationis iuris regalis: oportetet enim in vim eiusdem, nouam beneficij adipisci possessionē, vt notent regalistæ: quamuis id in iure nō probetur, ex quo superueniente nouo bono titulo, ei qui antè erat incolotatus, nō requiritur noua possessio. l. cette, §. pe. de Preca. ff. c. pen. de Supplen. neglig. p̄tela. c. ex parte, de concess. preb. c. postulasti, de Cler. excom. minist. Cur autem exceptus fuit titulus proueniens ex iure regaliæ, vel collationis eius, potest recipere rationem; quòd qui habet collationem à rege, nō possit se iuuare alia collatione etiamsi à Papa emanauerit, & ita Rebuffus tract. de Pacif. possess. n. 264. iudicatū fuisse ait in Senatu Parisiensi, 1338. die 3. Iulij inter Magistrum Robertū Gay, & Robertum de Macheolo ratione prębēde Rotomagensis, quod nō probat Rebuff. verū ego probo ꝙ beneficia quę iuris collationis regaliæ sint, à nemine alio quàm à principe possint conferri, vt statuit Ludouic. 11. ann. 1463. 24. Maij, & proinde nō est mirum si reijciantur alij tituli tanquam inutiles, dum conueniūt litigantes iuris esse regalæ collationem: arg. l. fin. C. de Dona. superflua enim expungenda sunt. l. 1. Quod met. caus. ff. ne litis series, titulorum onere superfluo inuoluatur. Attamen Papus in Rhapsodia arestorum li. 2. ti. 3. Aresto 9. videtur in contrariam sententiam citare dictum arestum Gay, cui addit aliud pronunciatum in eadem Curia latum, ann. 1367. inter Procut. regium & Aegid. *de Malctauerne* ex vna parte, prouisum iure regaliæ de thesauraria Rothom. & Bertran. *de la Mothe*, ex quibus ait Regalistam audiendum esse & admittendum allegantem pro se titulum seu collationem regaliæ, & collationem simul S. Pont. & posse se vtroq; titulo defendere, quia quamuis diuersa media sint collationis regaliæ & S. Pont. tamen concurrant ad vnum finem obtinendi beneficium cōtentiosum subordinatē, virtute alterutrius collationis. Pugnant certè istæ allegationes cum reb. & necessarium est alterum illorum deceptum fuisse in aresto dict. Gay, & si verum sit quòd ait Papus, iam violatur cōstitutio Lud. 2. quę prohibet collationem ab alio quàm rege fieri beneficij quod incidit in ius regæ collat.

20 Singulare est in lite super beneficio Ecclesiastico obtinēdo, cū cōtra possessorē instituta est, ne ob partis aduersæ seu aduersatij cōtumaciā mittēdus sit qui cū eo litigat in pēsionē beneficij, vt rei seruādę causa: ne per hoc ad possessionem ingressus pateat valeat vitiosus, c. vn. de eo qui mit. in poss. rei seru. causa. in 6. li. 2. ti. 7. Nō enim per possessionem potest dari titulus & ius, sed per canonicā institutionem, c. 1. de reg. iu. in 6. c. ex frequentib. de Inst. c. legū, in 6. 1. q. 1. Nec sola albi præscriptio, decutionem facit eum qui secūdum legem creatus nō sit, vt respōdit Modest. Iurisc. in l. Herēnius, 10. de Decu. li. 50. ff. tit. 4. cōsideramus nāmq; in controuersia concurrentium ad beneficium percipiendum, non p̄prietatem Ecclesię, sed tit. Si enim ageretur de proprietate & reali actione, tūc posset habere locū missio in possessionē: causa rei seruādę cōtra cōtumacē, lite etiā nō cōtestata, c. 4. & c. quoniā frequenter, §. 4. in alus. Vt lite non cōtest. li. 2. ti. 6. c. 1. de eo qui mittit. in poss. causa rei seruādę. li. 2. c. 15. dilecto, de verb. sig. cum simili, posset & in aliis lite contestata adiudicari possessio actori reo contumace absente, salua absenti proprietatis actione, c. prout nobis, 5. de dolo & cont.

21 Remedium porrò contra contumacē etiā lite nō contestata est in quæstione beneficij, vt liceat in hoc casu contumacis absentiā diuina replente pręsentia, diligenter examinato negotio ipsum fine debito terminare, d. c. vnico, de eo qui mittit. in poss. in Sex. videlicet, vt adiudicetur beneficiū præsenti, si constet ex his quæ p̄bauerit ius potius habere possessore cōtumace: si autē pro cōtumace absente ius sit, etiā nō obstāte absentia ei ius cōseruetur, l. p̄perādū, §. cū autē, C. de Iud. facit, c. fi. de arbitr. in Sex. Neq; enim sola absentia litigantis, debet esse causa tituli probi eius qui nullum vel improbum habet, cū & absens, quod pertinet ad suum ius, de quo constat iudici, pro pręsente habeatur, d. §. cum autem, l. properan[illegible]m, C. de Iud. §. si verò neque ipse, vt omnes obediant iud. prouin. Nouella 69. c. 3. Neque etiam quia non constat absentem ius habere, ideò debet adiudicari res actori, nisi & de suo iure doceat, l. fi. C. de rei vind.

22 Quocirca, quando in controuersia beneficij vel præsentib. litigātibus, vel absentib. ex productione titulorum super beneficij possessione, non plenè liquet de alterutrius titulo, quo possit sustineri possessio petita, debent iudices sequestrare beneficiū vel fructus beneficij: possūt. n. & separatim fructus, vel fructus & beneficiū ipsū sequestrari. Cle. vn. & ibi gl. ad verb. *beneficiū*, de sequest. poss. & fruct. Si cōdemnatus etiam fuerit possessor qui nō possederit per trienniū relinquere possessionem quā nō obtinuerat per recredentiam ex sententia prius, appellauerit, poterit sequestrari beneficiū nō obstāte appellatione, d. Cle. vn. de sequest. poss. maximè si dissipentur ab eo fructus, c. pen. & fi. de sequest. poss. li. 2. ti. 17. l. Impetratores, de appel. ff. l. ab executore. Quorum appell. nō recip. quia si confirmetur sententia priuationis possessionis, debet restituere fructus cū re perceptos post litē contestatā, l. certū, C. de rei vēd. Interdū & est suspicio ob malitiā cōdēnati, ne ipse patiatur cōsumi fructus, cū nō habeat vnde possit satisfacere: ideò & sequestratio fit. vt in l. si fideiussor, §. 1. Qui satisd. cogan. sic, etsi colonus reus velit possessiones conductas deserere, fit sequestratio. l. fi. de agricol. & censit. li. 11. C. adimitur ita dotalis res & sequestratur à marito vergente ad inopiā, vt salui sint vxori pro onerib. matrimonij fructus, l. si cū doté. §. sin aūt in seuissimo, sol. matr. ff. Itē sequestratio fit interim pēdēte appellatione, qa ea pendēte qui cōtra possessorē obtinuit vindicias vel recredentiā nō potest petere rōne, l. 1. de appel. ff. Ea ratione, in l. Senatusc ōsulto, 16. §. fi. de off. p̄sid. ff. statutū, vt pręsidi vel rectori prouincię, res ablata, lite cōtestatā deponatur: qa vltrò pēdēte administratione agere nequit. Potest etiā suaderi iudici statuere sequestrationem, si periculū sit ne ad arma litigātes perueniāt pro perceptione fructuū: congruit. n. bono iudici pręcauere ne prouincia violētis & armis infestetur, in l. congruit, de Off. presid. ff. facit & l. si vsusfructus legatus, 14. §. fin. iūcta l. equissimū, seq. de Vsufr. li. 7. ff. ti. 1. citatur etiam pro hac causa sequestrationis, l. si oleū, 10. de Dol. ff. li. 4. ti. 3. Sed melius sequestrationem fieri cū timetur de violentia, de qua non potest sufficienter caueri, doceri potest ex c. literas, in fi. de rest. spol. Hic erit etiā singulare, vt non possit impediri sequestratio ex prædictis causis, si propter dubiū maximè tituli validi prius tur qs possessione, prætextu oblatę satisdationis ex parte eius cui adimitur possessio: qa idoneè caueri pro rē

titulo & vitioso ingressu non potest. Ideò fit sequestratio iuxta l.si fideiussor.§.fi. Qui satis.cogan.ff. cum etiam nõ cesset per fideiussionem vel cautionem scãdalum ex possessione litigantium,non potest per fideiussionem euitari sequestratio,nec cõstituta reuocari. c.literas,ad finem,iuncto c.transmissa, de resti.spolia. Quãquam in aliis regulare remediũ satisdationis cõtra sequestrationem fuerit inductum, c.2. de sequest. posses.& expressè in l.fi.de ordine cognit. li.8.C.tit.19. Quẽadmodũ & alioquin regulare est, lite pẽdẽte neminẽ remoueri de possessione, nec possessori eã adimi vt sequestretur.c.volumus,16.q.4. c.nónne,8.q.4.c. 1.de sequest.poss.l.vn.de prohib.sequest.pecu.l.2. C.de ꝓbat.totó ti.Vt lit.pend.nihil innouetur li.2.ti.16.semper enim possessore præsumitur de iure possessionis: & actore non probante,reus absoluitur, cap.fi.de rei vind.l.qui accusare,C.de Eden.d.l.2.C.de prob.

23 Fauorabiles sunt istæ sequestrationes beneficiorum,nẽpe in fauorem Ecclesiæ,ne prætextu tituli,qui non est,non verus pastor irrepat, néve lis maiorẽ ambitum accipiat; cúmq; turpius eiiciatur quàm nõ admittatur hospes. Interim enim datur sequester qui & temporalia & spiritualia sedulò curare possit,qui maximè exigitur(si beneficio detur) vt sit persona Ecclesiastica,c.2.de æta.& qual.ord.li.2.tit.14.iura.n.beneficij & beneficiati exercebit sequester qui possidet.glo. ad Cle.vn.in verbo,*beneficiũ*,de seque st.posses.& ad c. examinata,de Iudi. etsi forsan recipiantur fructuũ sequester laicus, si separari possint à seruitio quod debetur ratione beneficij,non aliter: quare controuersia mota pro officio Ecclesiastico claustrali committitur pro officio diuino monasterij religiosus vel monachus pro perceptione rerũ temporaliũ laicus:quòd si vtrũque est inseparabile mẽsæ cõuentuali adiũctũ & seruitio diuino,cõmittitur religioso, qui ex authoritate sui prioris vel Abbatis, subit onus reddendarũ rationum perceptorum, vt cautum aresto Senatus Parisiensis in prioratu longi pontis,29.Ianuarij,1534.

24 Quòd si quis sequestrum decretum beneficij impedierit,vel fructus sequestratos quoquo modo præsumpserit occupare,excommunicationis incurrit sententiam ipso facto,à qua nullatenus absoluendus,nisi impedimento prius amoto, & restitutis prius occupatis per illum fructibus:nihilominus si de litigantib. fuerit, hoc ipso à iure cadit, si quod in huiusmodi beneficio,vel ad ipsum forsitan competat,quamquã appellauerit à sequestratione,& contra eam opposuerit nullitatis sententiam.d.Cl.vn.§.f.de Seq.poss.atque si nullum sit sequestrũ,tamẽ violans illud, ipso iure priuatur iure suo:vt decisum in deci.2.Rotæ inci.*virum pœna cõstitutionis*,de Seq.poss.in Antiq.collectis p Ber. de Bisigneto: idq; propter authoritatem iudicis,cuius sententia statuta possessio sequestro, quam idem iudex tuetur etsi nullam,donec de nullitate liquear, l.j. Ne vis fiat ei qui in poss.missus erit.li.43.ff.ti.4.cõmittit & in legẽ Iul.á, de vi,qui propria authoritate rem suã ab alio inuito possessore capit. l.extat, Quod met. caus.ff.l.pen.ad leg.Iul.de vi priua.l.vni. C.de Suffrag. & ius quod habet meretur amittere per dictas leges, & in c.eũ qui,de Præb.in Sex. Quod sãctè introductũ est,ne eo ꝑtextu,ꝙ malè iudicatũ esset, vel ꝙ rẽ suam quis diceret,vis cõmittatur,& iure publica & priuata subuertãtur,cũ alioquin intersit propter authoritatẽ rerũ iudicatarum,etiã malè iudicata,donec de iniqui tate iudicij liqueat sortiri effectũ,l.si prætor,de Iud.ff. l.fi.Nequid in loco publ.ff. Idcirco postquã quis violauit sequestrum, beneficium ex sua causa facit vacare,& aduersarius ẽt ex eius causa nouiter poterit beneficium impetrare,vt decisum in Rota 16. Nouẽbris 1539.vt refert Gomes ad regulam,de Annali poss.q.5.

25 Ordinariũ remediũ rescisionis vel reuocationis sequestri datur aditio eiusdem iudicis, vel appellatio coram eodẽ iudice,potest quis tituli sui, de quo dubitatur ante sequestrationem,veritatem & validitat ẽostendere,& ita recredentiam obtinere,quẽadmodũ & recredẽtiam alteri datam in se transferre, & ratione vberioris probationis plenũ possessoriũ obtinere. Obseruãdũ tamẽ, vt si quando beneficiũ fuerit sequestratum, & post sequestrationẽ actum fuerit de momẽtanea possessione,& in ea vnus ex litigãtibus obtinuerit seu recredẽtiã fuerit à iudice cõsequutus,debet cauere de restitutione fructuũ, si quando dictũ erit posteà restitutioni locũ fore.Si tamẽ obtinuerit recredẽtiam, nullo antea cõstituto sequestro nõ tenetur cauere:nisi vel iudex ita statuat in dubio, vel si prouocatũ fuerit à recredẽtia:sic iudicatum in Sen.Paris.10.Feb.1520. vt scribit Papus li.8.Rhaps.Arest.ti.12. arest.17.& 13.

26 Constituunt pragmatici differẽtiam inter recredentiam beneficij, & amotionem manus regiæ, *entre recreance & main leuee:* quòd recredentia non conceditur nisi existentib.duob. vel trib. collitigantibus, & vtrinque ab illis productis titulis aut post peremptorias dilationes elapsas ad producendum. Sed amotio manus,*Main leuee*,datur vno ex litigantib. tantum requirente, & viso eius titulo, nullo aduersario existẽte: quare nec amotio manus executioni demãdari potest non obstante appellatione,nõ minus quàm nec recredentia quę alicui erit cõcessa nõ auditis vtrinq; collitigantibus, veluti ob cõtumaciã aduersarij,aut præcipiti iudicio adiudicata,& sic iudicatũ in Sen.Paris.1536. Papus vbi suprà aresto 2.Amotio manus superioris est, quando beneficium erat sequestratum,& ita sub manu seu potestate iudicis vel principis regebatur.

27 Sæpe mortuo altero ex litigantibus,superstes qui ius suum persequitur curat celeriter productis suis titulis,sibi plenũ adiudicari possessoriũ, & manũ leuari potiorẽ vt ipse cupiat,siquidẽ ex Cle.1.Vt lite penden. nihil innouetur.li.2.tit.5. mortuo vel renunciante vno cũ altero lis cœpta decidẽda est, antequã alteri possit conferri per obitum collitigantis,de cuius iure pendẽte lite adhuc dubium est num ad illum pertinuerit, per quã prohibitionẽ cõferendi antequã lis fuerit decisa cum superstite,subrogationes in locum iuris & litis defunctorum sunt prohibitæ:nempe,quia prohibita est impetratio beneficij litigiosi per mortẽ vel renunciationẽ alterutrius litigantis,& idipsum statutum in c.1.Vt lite pẽd.nihil inno.in 6.l.2.tit.8.vt & secunda electio prima nõ cassata nõ valet.c.cõsideramimus,de elec.maximè quãdo de 1.litigatur.Ratio adfertur in c. 2.Vt lite pend.in 6.ne cedentib.vel decedentib.litigantib.propter nouos aduersarios qui interdum malitiosè petitorib.subrogantur,litigia in Ecclesiarum dispẽdium prorogari contingat,eò pertinet tit.de alien.iud. mut.caus.fact.Sanè tamen,inquit d.c.2.in §.fin. Vt lit. pend.in 6.si ad defensionem ipsius litis,aliqui,scil. non subrogati,petierint se admitti,eos in ipso statu in quo ipsam inuenerint,possunt admitti Sunt tamẽ certi casus in quib. permissa subrogatio in locum litigãtium, quæ dum spectatur solent interim litigantes manus amotionẽ petere: statim enim post mortẽ possessoris per recredentiã vel alio modo, aduersarius collitigãs porrigit iudici corã quo lis mota est,libellum seu supplicationem,ad obtinẽdum manus leuationem (vt dicunt:) potest tamen impediri,si tertius adhuc sit collitigans,quo casu vterq; ꝑducit suum titulum, & solet Curia celeriter ꝑductis & visis titulis ei adiudicare,qui habet apparentiorẽ titulum,vt ait Rebuf.tit.de Subrogat.n.39. Subrogationes impetrãtur vel à collitigãtib. superstitib.vel ab aliis post mortẽ,cessionẽ vel vacationẽ inductam ipso iure & facto, vt per matrimonium, per simoniam,vel alio modo. Reg.Cãcel.de subrogandis collitigantib. permittit certo modo, non absolutè hanc subrogationem;& statuit neminem ex collitigantib.posse subrogari in beneficio, vel ad ius collitigantis,vacans

tis,vacans per eius obitum,cõtractum matrimonij ingressum religionis,vel alium casum,nisi prius additori causæ,de collatione sibi facta,vel alio colorato titulo docuerit,aut saltem iurauerit causam ipsam non malitiosè nec fraudulenter,sed purè & bona conscientia inchoasse:ipséque etiam auditor hoc ipsum ex verisimilib.cõiecturis ita visum fuerit. Quo casu ad prædictam subrogationem procedat:illa fuit antiqua regula Ioannis 23.summi Pontif.cui posteà addidit quòd subrogatus in ius colligitanti præferatur alteri non colligitanti habenti prouisionem sub eadem data;idipsúmque voluit seruari in gratia,*si neutri*. Antiquam innotauit Martinus V. & anno Pontificatus sui 3.Calend. Nouembris aliam edidit, per quam statuit subrogationes,vel gratiã,*si neutri*, ad beneficia,vel ad ius collitigantis non valere; si apparuerit ipsos impetrãtes cum pura & noua supplicatione possessorē ipsum in causam traxisse, factíque eas irritas & inanes, tanquam dolosè obtentas, & declarat nullius roboris & momenti. Requirit regula,vt collitigans qui obtinuit ius per renũciationem, *vel aliter faciat se subrogari intra mẽsem*, ad effectum vt præferatur alijs non collitigantib.impetrantibus beneficium per mortē, vel cessionem,vel alio modo collitigantia,quem computat à die præstiti consensus resignationi,vel mortis, vel vacationis, vt explicat ad illam regulam Gomes q.1.10. & 17. Exigit insuper regula Cancel.vt collitigans, qui petit se subrogari, non fuerit intrusus, quod explicat Gomes in eam regu.q.4. Alius interdum quàm collitigans impetrat subrogationem in locum collitigantis, non iuxta iuris communis dispositionem, quia illa id prohibet,c.1.& 2. Vt lite pend.in Sext.sed ex dispensatione, facta mentione in impetratione dispensationis, & derogatione adhibita regulę de subrogandis collitigatoribus,quæ illis solis permittit subrogationē,adhibita clausula,*dummodò non fiat cessio in potentiorem*, videlicet ne cogatur collitigans,vi & metu potētioris subrogati cedere liti,& beneficio, vt tradit Gomes ad d.reg.Canc. q.1. In quo casu dicetur potentior cessionarius, quando is est superior, vel habens iurisdictionem in superstitē collitigantē, vt notant Iuno.&Host. in c.1.de alien.iud.mut.caus.fact.videndus Iason & ad l.1.Ne liceat potent.&c. C.illud tamē prætereundum non est,quòd licèt iure communi vno ex collitigātib. moriente superstite litem prosequente, alteri nō possit eius beneficij fieri collatio, cessio tamen facta per tertium lite pendente alicui ex litigantib. bene valet, vt ius inti additum,vt decidit Rot.dec.176.inci. *cõmisso*,in Nouis. In Gallia hodiè nō seruatur ēt ꝓhibitio, Cle.vn.Vt lit.pēd.& c.1.e.ti.in sex.quib.mortuo vel cedente altero ex litigantibus,collatio beneficij quãdiu cum superstite lis non est decisa an ei ius cōpetat sine dispensatione S.Ponti.non conceditur. Nã ordinarius hodiè vel alius collator mortuo collitigante confert; & is cui de nouo collatio facta est, impetrat literas à Cancellaria regia vel à rege, vt subrogetur in ius & instantiam defuncti vel cedentis,illúque idipsum concedítur ex æquitate,vt ait Rufeus in tract.Iuris regalio.q.orini.Recu.ad §.declarantes,ad verb. *successores*, de Mād.Apost.in Cõc. vbi & plura digna obseruatione notat de subrogatione, potissimum dum ait: quòd si tertius alius quàm litigantes, prætendat ius in beneficio, quòd possit impetrare easdem literas à Cancellaria,& petere se iungi liti vel processui,admittíq; intra annum exemplo eius qui vult subrogari, ea tamen lege,vt nō possit de nouo litem inchoare: sed teneatur vti statu causę & processus in quo erit tēpore coninnctionis lis mota cum superstite, pro quo est textus in c.fi.Vt lit.pen.& dec.Rotę 3.*nota ꝙ successor*, in antiq. Quę pertinere possunt ad impetrationes rescripta cū clausulis *si neutri*,vel *si nulli*: quę habēt ꝓuisionē cōditionalē si ad neutrū vel nullū ex litigantibus pertineant,de quib.rescr.nos diximus in tract.rescr.

28 Subrogatio hæc & cōiūctio litis petēda est intra annū cōputādū à die collationis sibi factæ, alias postea nō admitteretur petitio in possessorij actione: cū interdicta,quæ de possessione sūt,sint annalia. l.1.de intet.ff. ꝓpter iurisdictionē ꝑtoris à qua ꝓcesserūt,quæ annalis erat primū. Et notat Reb.ad d.§.declarātes,& ad verb. *successores*, ꝙ nec possit releuari morosus per literas à lapsu anni, vel biēnij allegando causas, propter quas nō potuit petere, eò ꝙ possessio sit momentanea,c.1.de caus.pos.& prop.l.vni.si de momen.poss. &c.C.& restitutio nō detur pro re medica,l.scio,de in integ.restit.ff. quare ꝙ petit subrogari,debet exhibere titulū,vt sciatur nū veniat intra annū:ne is qui nullū ius habet temerè aliū vexet petendo subrogari.gl.Gemi.& Doctores ad c.1.vt lit.pend.in Sex. Quod tamen intelligendū puto si quis velit se subrogari in locū eius qui possidebat,nē pe in ius & possessionē:tūc.n.causa annalis est, ꝙ si nō possidebat is in cuius locū subrogatio petitur,post annū subrogatio peti poterit:sicque ꝓnūciatū in Sen.Parisiē si fertur, an.Do.1543. 1.Ianuarij. Hinc fit ēt,vt,si cōtrouersia sit de beneficij iure, cuius collatio facta fuerit reseruatis collatori vel alijs fructibus, non inspiciamus annum subrogationi necessariū,cū propriè deductis fructib. collatio facta non faciat verè beneficij possessorē,c.si ꝑpter,de rescr. in Sex.c.si tibi cōcesso,de pręb.in Sex. Si etiā is qui petit subrogationē in locū sui collitigātis,possedisset ante subrogationem,nihil efficiet si intra annū nō petat subrogationē vel post,eò quòd iam sit nactus possessionem ratione cuius consideratur annus. arg.l.vn. de alie.ind.mut.caus.fact.C. Posset etiā excusare dilationē vltra annum iusta impedimenta,quæ & excusanti quominus quis non fuerit nactus possessionē beneficij in c.commissa,de elec.in Sex.quādò enim nō datur experiundi potestas,non currit annus vtilis l.1.vti possi.ff.l.annus,c.de calum.l.3.ff.tit.5. Proinde multò magis excusabitur si impetrauit quidem literas subrogationis faciendæ causa intra annum, sed non potuit eas executioni demandare illo anno, causa iusta impediente,& ita iudicatum in Senatu Parisiensi ex templo sedente magna camera,11.Augusti 1541.

29 Post controuersias possessionis momentaneæ, & expedito interdicto retinendæ vel recuperandæ,peruenitur ad plenam probationem titulorum,& agitur de his quæ vitiare possunt titulum, de intrusione,incapacitate,falsitate,& alijs quibus nullus vel inutilis redditur titulus,procedúntque iudices ad plenū possessorium definiendum, obseruatis breuioribus dilationibus,& quantum veritatis indagatio petitur summariè & de plano sine strepitu & figura iudicij procedendo, iuxta formulam Clementinæ dispendiosam, & iudicijs & iuxta perscripta à pragmatica sanct.& concordatis Gallicanis & Pōtificalib.in tit.de causis,obseruatis regum & principū constitutionibus, quę de possessionis litib. editę sunt. Explicat autē Cle. sæpè,de verb.sig.quid velint sibi illa verba,*sine strepitu & figura iudicij*,quid,q; *summariè & de plano procedere*. Sententia sequitur posteà, per quā vel possessio cōseruatur ei qui iā fiduciariū obtinuit, seu qui habuit recredentiā,cōdemnato aduersario ad sumptus litis:vel admittur ei cui momentanea cōcessa erat,cognitione postea sequuta ex actori de meliori aduersarij iure. Recredētia.n.nō dat plenū ius,sed cōditionalem causam possidēdi,ea lege, vt si dictū fuerit sententia, restitutionem faciendā fiat: nec facit ideò pacificū possessorem contra collitigantem,nec impedit petitorium:notat Rebuff.tract.de pac.possess.num.166. facit l.vnic.si de momētanea possess.fuerit appel.lib.7.Cod.tit.69. Attamen quamuis possessio recredētiæ triēnalis, post recredentiā nō possit obijci collitiganti agēti post recredentiā de pleno possessorio vel petitorio:tamen cōtra aliqua

non collitigantem, qui post triennalem possessionem à recredētia mouere vult ei quęstionem de beneficio, potest vti præscriptione possessionis triēnalis, tanquā pacificus possessor: quia contra alios quàm collitigātē i. pacificus dicitur, arg. l. loci, §. penult. si Seru. vend. ff. facit l. Fulcinius, §. sed illud, Ex quib. cau. in poss. eat. ff. Et lis duorū primi & secundi non facit rem litigiosam contra tertiam l. 1. §. 1. de Litig. sicque praxim esse seruatam cōtra Gomes. concludit Reb. tract. de Pacif. poss. n. 167. cui ego accedo iustis rationib. primū vt lites beneficiorū sopiātur, c. finē de litib. de dolo & cōt. Si. n. in aliis negotiis expedit citò lites circūcidi multò magis propter periculū animarū ignorato pastore in beneficiis, Cle. dispēdiosam, de Iud. Dehinc & placuit per nō ꝓsecutionē instātiæ in aliis in quib. tātū periculū non est triēnio induci eremodicium, seu peremptionē litis, l. properandū, C. de iud. quare & aliquādo placuit Sen. Parisiensi, 1510. 17. Maij, etiam triennalem possessorē post recredentiā posse vti hac præscriptione contra collitigantem, si post illam sententiam nihil in iudicio prosequutus fuerit, idq; in causa M. Tillō appellantis à Senarcho Andegauensi: & iterū anno eodem 15. Aug. pronunciatum pro M. Bernardo Collard, contra Bernardū Roquart. Et ideò hodie in Gallia proculdubio hæc resolutio recepta est, vt & qui obtinuit recredentiam beneficij cum cura seu sacerdotalis, & in ea fuit pacificè per triennium, teneatur statim post triēnium promoueri ad ordinē requisitum beneficio, alioquin priuatur beneficio per non promotionem: quia pacificus est, iuxta c. cōmissa, de elec. in Sex. & c. licèt canō, iuncta gl. e. nt. ita & tradit decisum Boer. dec. 171. inci. *super pb.* Reb. in prax. Benef. & c. de non promouēdo. Multò magis hęc vera & firmiora erunt, si quis non tantum post recredentiam, sed postquam obtinuit super pleno possessorio, possedit pacificè sine lite per trien. beneficium; sic. n. & in iure Pōt. receptum est, valere sententiam contra ius litigatoris latam, si intra tempus à iure definitum, non fuerit remedio iuris vel appellationis vsus, in c. cum inter vos, 13. de sen. & re iud. Et hic est casus, in quo propter reg. Cancel. de Trien. poss. quæ ius facit, sententia in beneficiis transit in rem iudicatam, & in quo num erit sequēda regula generalis contraria c. cum olim Magalon. Epis. 11. e. ti. de sent. & re iud. In his. n. quę singulari iure recepta sunt non possumus sequi rationem iuris communis, l. in his, 15. de leg. ff. estq; modus certissimus finiendæ litis per sentētiam: Rota dec. 10. *Vt lite pēd.* in nouis, aliàs 411. inci. *Itē si lit. pēd.* maximè si ab ea non sit appellatum. gl. in Cle. fi. ad verb. *postq̄*, vt lit. pēd. vel si appellatum quidē est, sed appellatio fuerit deserta, ex qua desertione cēsetur non fuisse appellatum, & sententia transit in rem iudicatā. Cle. sicut, & Cl. si appellationem, de app. l. fi. §. illud, de tēp. appel. Sic res iudicata facit titulum verum, quia pro veritate habetur. l. res iudicata, de reg. iu. l. ingenuum, de sta. hom. ff. Hic tamen non prætermittam valdè notabile quod in sententia lata in causa beneficiali, respectu quidem eius contra quam fertur, facit ius & transit in rem iudicatam, si collitigator succubuit vel nō appellauit, cū iudex declarauit beneficiū pertinere ad eū, ad quē verè tamen non pertinet, & amplius nō audietur post certum definitū tēpus qui ius habebat de sententia non cōquestus, c. cū dilecti, de elec. c. cum olim, de don. Attamen, si is, pro quo sententia lata fuit, in veritate cognoscat sibi beneficium fuisse iniustè adiudicatum, nullo tempore potest illud beneficium salua cōsciētia sibi retinere, quia beneficium sine canonica institutione possideri non potest, c. 1. de reg. iu. in Sex. & sententia iudicis illi non dat ius, sed tantum declarauit ius beneficij ad eum pertinere, c. forus, de ver. sig. l. sicut, §. & si quidē. Si seru. vēd. ff. Neq. institutio beneficij pertinet ad iudicē cognoscētē de titulis, sed ab Epm conferentē, c. cum & plātare de priui. c. cum ex iniuncto, de Hær. Quæ quidem vera sunt in foro conscientiæ, ratione cuius iustè possidere non potest iniustè detētū; sed nō in foro contentioso, in quo tantū iudicatur de his quę manifesta sunt, non de occultis. c. 1. Vt Eccl. benef. sine dim. confer. & manifesta censentur in illo foro, quæ per sententiam iudicata sunt, c. fi. de cohab. cler. & mul. c. vestra, 7. e. ti. Excipit tamen Cosmas Guimier in Gl. ad §. 1. de pacif. poss. in verb. *triēnio*, in Prag. sanc. casum, si is qui succubuit per viā denunciationis Euāgelicę velit ꝓcedere, dicēdo ꝙ peccat tenēdo beneficium sine titulo: quia tunc audiretur, per mutata per Inno. ad c. ad aures, & c. mādatum, de resc. & ad c. quēadmodum, de Iureiu. Pan. ad c. ad audientiam, de resc. posset ēt iudex superior inquirere de titulo ex officio contra eum, qui obtinuit, non obstante sentētia, quæ superiori non prędicat. arg. c. constitutus. & c. oblatæ. de appel. c. cum olim, de dol. & contu. facit expressè textus c. ordinarij, de Off. ord. in Sex. Docet idē Guimier ad §. ordinarij, ad verb. *inquirāt.* de pacif. pos. in Prag. sanct quomodo sententia sit ferenda in beneficiorum lite, & refert Doctores annotare ad c. mandatum, de resc. quòd si reus fatetur defectum iuris sui, & stat in meris & puris terminis defensionis, & actor nihil probat de suo titulo, iudex absoluet reum tantum à petitione, quia actore non probante reus absoluitur, l. actor, de Prob. C. nec contra actorem pronunciabit pro eo qui nihil petit, quia alius iudex quā Papa vel alius, cui suprema sit iurisdictio. non potest vltra petitionem libelli iudicare cum libello ordinarius conformem debeat dare sententiam, c. licet, de Sim. l. vt fundus, Commu. diu. ff. l. fi. de Fideicommissa. liber. videnda dec. Rotę 120. inci. *actore nihil probare*, in Nouis. Si tamen reus petierit pronunciari secundum suum titulum, & declarari suam institutionem canonicam sicut actor, & constet iudici de nullitate tituli, vel institutionis vtriusque litigantis, actoris & rei, non debet iudex simul vtrumq; absoluere à petitione reciproca & relinquere possidentem in possessione: sed debet pronunciare vtrāq. institutionem inualidā, & excludere vtrumq. à beneficio. Sicq. intelligi debet, c. cū super, de causa posses. & propr. Si tamen in lite facta fuisset semiplena probatio per alterum ex litigantib. vel per vtrumque, sufficiet absoluere vtrumq. à petitione alterutrius, quia vterq. in illa mutua petitione confirmationis sui tituli est actor. c. ex literis, de ... ppr. c. licet, de Proba. cōpensatione facta cōpensatarum vtrinque factarum, vel reum absoluet ab insti... actoris si vnus esset actor, alter reus: & si alter ... possidet, non erit remouendus à possessione, quia pro possessore p̄sumitur ēt si nihil p̄stiterit. l. fi. de rei vēd. C. §. commodum, de Inter. hæcque plenè discutiuntur in decis. Rotæ 15. incip. *Si in causa beneficiali*, in Nouis.

30 Quòd si neuter ex litigantibus possideat, & patat tamen sibi adiudicari beneficium, & vterq. seu alter illorum semiplenè probet, altero nihil ꝓbāte, non est pro aliquo iudicandū, ex quo dubiè & non plenè probatur, neque etiam erit locus delationi iuramenti ad supplendam probationem, vt in aliis forsan rebus, c. mulieri, & c. fin. de Iureiu. c. vltimo, de probat. quia in beneficiis agitur de titulo canonico vt possideri possint, c. 1. de reg. iu. qui titulus nec à iudice, neque à fide iurantis pendere potest: & hæc quando agitur de sententia ferenda super pleno possessorio obtinenda.

31 Nā in simplici possessione momētanea obtinēda, si agatur de adipiscendę interdicto, sufficeret ꝓbare titulū, quamuis nō plenè, sed in apparentia validū, vt dixi ex l. 2. & l. 6. C. de edict. diui Adr. toll. possent tamen obiici exceptiones, & defectus iuris, si in ipsa ꝓductione titulorū, ꝓbationes essēt ad manus, quę & à ꝓprietate excluderent, vt notatur in c. 1. & ad c. ex literis, de restit. spol. l. 3. § ibidem, ad exhiben. proponetur exemplum ex

plum ex nbiectione grauioris criminis in c. accedens, de accus.c.olim,de caus. pprie,& possess.Et ita pcul-dubio receptum in qstione interdicti adipiscendæ, ab interpretib. nō tamē cōueniunt si actū sit interdicto recuperandę, in quo fuisse quatuor sentētias diuersas eorū refert gl.in d.c.in literis, de restit. spol.& ipsa eligit sententiā Innoc.Guimier verò,longa,subtili & vtilissima in vtramq; partē discussione,ad dictum §.ordinarij,ad varbum,*inquirāt*, in prag.sanct.cōtra Pan. & alios tandē resoluit, petentē restitutionē beneficij, licèt ius cōe faciat cōtra eum, nō teneri pbare verū titulum, sed sufficere colorare possessionem ex titulo primo aspectu valido:id etiam defendit Ioan. And.ad Cle.de caus.vnde possess.& proprieta.& in additionibus ad speculatorē in rub.eiusdē tituli. vt si pbet institutionē,licèt nō phet præsentationē.Sine colorato aūt titulo,nō esse restituendū:quod plurib.rationibus docet Guimier,quarū fundamētalis,q sine titulo possideri nō possit beneficium,c.1.de reg.iur.c.ex frequētib.c.ex parte, de institutio.c.legum,2.q.1. & possessio dicatur innixa proprietati. capit.1. de causa possess. & propriet. c.1. de sequest. posses.gl.& Doct.in c.fi.de iudi. & quia titulus proprietatis non obtinetur sine canonica institutione, ita nec annexa possess. arg.c. quanto,de iud.Sed & vbi timetur de præiudicio irreparabili priuato, spoliationis non fit restitutio, nisi maximè titulus coloratus accedat, vt in matrimonio, c.literas.c.ex transmissa.de restit.spol.c.1.vt lite nō cōtesta. multò minus est faciēda facilè dum timetur de pīudicio publico.c.cū in cunctis,de elect.cum vtilitas publica pręferēda sit priuatæ,c.bonę, in 1. de postul. prel. Præiudicium autē publicum fit, & animab. datur irreparabile malum,sine iure pastorem indignum cōmittere,c.dudū.de elect.c.placuit,de pœn. dist.6.c. omnis vtriusque,de pœn.& remis.Ideò ne vitiosus detur ingressus, ab hac restitutione abstinendum seu potius possessione,Clem.1.de caus.possess.nam regressus dici nō pōt,quia nulla possessio antè dicitur sine tit.sufficienti vel apparente, sed occupatio, indebita.

Et quamquam dictum sit vulgatis regulis, non cogendum possessorem ostendere titulum suæ possessionis,l.cogi, de petit.hæ.C.c.licet, de probat. cum similibus: tamen contraria regula id suadet, si contra possessorem vel petētem restitutionem ius commune faciat,c.constitutus,de filiis presbytero.ca. quoniam, eod. ex quibus & Doctores concludunt communiter in c. in literis, de restitut.spolia. quòd defectus notorius pprietatis p exceptione admittitur in istis beneficialib: causis cōtra petentem restitutionem,quia nō debet fieri restitutio cū peccato.c.literas,de rest.spol. c. gaudemus, de diuor.c.de benedicto, 2.q.1. Imò & receptū,agentē possessorio repelli per reseruationem sum.Pont.in dec.Rot.16.incip.*si cōtra agentē*,in nouis. in decis.4-5.*nota quod agenti*,in antiquis. nisi qui spoliatus fuisset pendente lite:Ægi.decis.536.& hoc decisum iterū in Rota,decis.56.incip.*nota quod vbi aliquis*, in antiq.vbi hæc verba cum ratione.*Nota quod vbi aliquis tenet beneficiū reseruatū,q si talis expellatur de beneficio,sibi nō datur interdi.lū: quia sicut reseruatio afficit beneficiū,ita & possessionē e.vt nostrū de appell.& ibi. Innoc.ad quod,l.si minor de seruis exporta.ff. Bene tamen daretur officium iudicis, si esset expulsus lit. pend.in quo quidē officio nō requiritur,sed sufficit q ius tēpore expulsationis detinea vt notat Innoc.in c. delectis,de maior.& obed. &c.* Addenda decis.Rotæ 7. *nota quod vbi agitur possessorio.* in anti j. *Nota* (inquit) *quod vbi agitur possessorio iudicio in causa beneficiali, & apparet de notorio non iure agentis. impeditur restitutio,vde quo in c. ad decimas,de restitut. spolia. in 6.Innoc.in c.constitutus,de filiis presbyt.* &c. addenda decis. 11. de caussa posse. & proprie.& ,71.in nouis. Omitto alia quæ possūt in vtramque partem adferri,maximè quia superiori resolutio mihi videtur tenenda, & quod reliqua copiosè possunt videri tractata apud dictum Cosmam Guimier. & in citato loco,pergo ad alia quę ad sententiam pertinent.

33 In sententia qua pronūciatur beneficiū alicui debitū iudex potest etiā cōdemnare in fructibus.à tempore motę litis perceptis per possessorē,etiā in libello nō petitis,c.cùm dilectus,de iure patro.ca.cùm causa, de offic.deleg. quia fructus sunt accessorij ad beneficiū,& veniunt ideò à tēpore motæ litis,iuxta cōmunes iuris vtriusq; regulas,& in alijs in quibus fructus considerantur,restituendis cū distinctione c.grauis de restitut.spolia.c.cōquerēte,eod.c.cū causa,de offi.deleg. l.videamus,l.mora,§.in bonę fidei,de vsur.arg.ca.cum Ecclesia Sutrina,de causa posses.c.dilecto, in fine, de præb.cum similib.quę in hac hypothesi adfert decisio Rot. 176.inci. *auditor qui pronunciat* & 181.inci.*sicut auditor*, in nouis. Quod intelligendum,si ante motam litem habere videbatur causam detinēdi, & censeretur bonæ fidei possessor, alioquin,si ab initio occupationis detegatur malę fidei possessor,putà quia vi occupauit, vel alio illicito modo, ad restitutionē fructuū perceptorum,etiam ante motam litam tenetur l.conquerebatur,C.Vnde vi.l.certum,& l.dominiū,C.de rei vēdic.l.sed si antè,de petitio.hęr.ff.& si vis inueniatur, nō tātùm restituit perceptos, sed etiā qui pęcipi potuissent,dictis iurib.Et hęc dispūtāt & cōcludunt duę decisiones Rotę,24.*fuit dubitatum vtrum detentio*,&c. & 25.*Ex quib.inferebatur*,in nouis. Notat Cosm. Guim. ad §.statuit ead.ad verb.*nequiret*,de causis, in pragm. sāc.valere appellationē interpositā à possessorio lato in casu saisinę & nouitatis omni iure,quia obtinens in illo,lucratur fructus,nec restituit etiam si succumbat in petitorio:& ita grauamē illatū, quoad ius fructuū nō pōt reparari in petitorio. Citat Bart. ad l.1.de appel.ff.& Bal.ad l.si clericus, de Epis. aud. sed nec subrogatus vel successor in beneficio, tenetur restituere fructus quos prædecessor percepit: quia ius ab ea nō habet,Perusinus ad c.pręsenti.de offic.ord.in sex.facit l.1. de administ. tut. Et sic iudicatum in Senatu Paris. anno 1536.in mense Februario,nec ad expēsas nisi à die subrogationis,prout in eodem Senatu fuit conclusum anno 1508.3.Aprilis,nisi purè, & simpliciter receperit processum & acramenta causæ, vt decisum in eodem Senatu 27.Augusti,1491. quia tūc teneretur subrogatus ad omnes expensas sui prædecessoris quod Senatuscōsultis firmatū refert Rebuf.ad §.declarantes, ad verbum,*successores*,de manda.Apost.in cōcor. Verum distinctio ibidē postea notanda adhibetur:quòd si resignarius qui petit subrogari in locū resignantis post recredentię sententiā latā cōtra suum resignantē non subrogabitur, nisi soluat oēs expēsas & fructus quos resignans restituere dēbebat:secus si petat subrogari in locum sui resignātis qui resignauerat ante sententiam quia tunc non tenetur nisi ad expēsas & fructus sui tēporis:& ita in Senatu Paris.iudic.13.Aprilis,1540. & 11.Maij 1542.quia beneficiū acceptatū videtur cum suo onere,l.alienatio,de contra.empt.ff.l.Pomponius, de acquir. posses.curia tamen solet prospicere in hac subrogatione,dicendo dum admitit subrogationem petitam per resignatarium,quòd resignans nihilominus remanebit in processu fructibus & expensis.

Non est omittendū in litis beneficiorū sentētia illud cū alijs cōmune, vt victus & temerarius litigator cōdēnatur ad sumptus litis & viatica & damna,iuxta c. cæterùm,ca.fin.de Resc.c.ex literis, de dol. & contu. & iuxta l.cū quē temerè,de Iud.ff.l.properandū,§.fin. autem,C.eod.tit.Cassiod.decis.13.de Rescriptis.Quare resarciēdę vtiles necessarię,illæq; moderatæ expensæ, sicut notatur per gl.ad ca.finē litib.de dolo & contu. vbi plenè. Si tamen habuisse iustam causam litigandi aliquā inueniatur cōdēnatus,excusatur à cōdēnatione

sumptuum litis, vt l. qui solidum, §. etiam, de leg. 2. c. 1. in fi. de elect. in 6. & ibi notatur. Alius tamē modus taxandi expensas contumaciæ, quæ maiores sunt, alius illas definiēdi, de quibus latè tract. Rebuff. in cōmentariis constitutionum Gallicarum, tractatu de expensis, artic. 5. nu. 55. & artic. 8. num. 24. cum sequent. libro 3. Lanfrancus de Oriano, ad c. quoniam contrà, in verbo, *expensa*, n. 24. de probat. videndus & Ioann. And. post Speculatorem, ad titu. de expensis: Iason ad d. l. properandum, §. sin autem, & ad l. sancimus n. 8. C. de Iud. Butrigar. ad c. finem litibus de dolo & contu.

Obseruatis superioribus indices in Gallia qui de beneficio cognoscunt, super pleno possessorio pronunciare, neq; hac sententia neglecta litigantes ad iudices Pontificios remittere, neq; etiam cum sententia fertur pleno possessorio, eius remissionis meminisse debent: verum litigatores, si eis videbitur, super proprietate beneficij iudices Pontificios adire poterunt post sententiam pleni possessorij executioni demandatam, vt notatur in ordinationibus regiis per Rebuff. tit. de possessione beneficiorum, artic. 7. 8. 9. & 81.

36 Tractatur in litib. beneficiorū de appellationib. quoq;, sed illę pauca habēt separata à cōi appellationū cōsideratione, ideò & pauca admonētes reliqua ad ius cōe reiiciemus. Appellatur in Gallia a regiis iudicib. qui de possessione beneficiorū cognoscūt, ad curiam immediatè supremam parlamenti eius loci: in aliis regionib. & in Gallia, si de beneficiis agatur coram iudicib. Ecclesiasticis appellatur ad proximum superiorem, vt ab Epō ad Archiepiscopū. Si verò immediatè forus sum. Pont. subiciatur vel causa, ad eum prouocatur, vt in c. cōstitutus in præsentia, 36. de Appel. licitum & iure scripto, omisso medio appellare summ. Pont. vt in c. de priore, 11. & c. si duob. 7. de Appell. verum remissio vt plerumq; ad medium fit iudicem, & ex Cōcilio Basil. tit. de causis, in Prag. sanct. prohibitum, ne omisso medio appelletur: & si quispiā à iudice sedi Apostolicæ immediatè subiecto, ad ipsam sedem duxerit appellandum: statutum, vt causa per rescriptum vsq; ad finē litis inclusiuè cōmittatur in partibus, nisi fortè propter defectum iustitiæ aut iustum metum, etiam in partib. cōuicinis, de quib. in cōmissione exprimendis. legitimo prius documento aliàs quàm per iuramentū summariè cōstiterit, apud ipsam sedem foret meritò retinenda. Idipsum confirmatum in Concordatis, titulo de causis. Et ibi lege sancitū est, quod antea solebat vt plerūq; fieri à sum. Pont. vt in c. qua fronte, 25. §. sanè, de appell. Æquitati enim & rationi id maximè congruit, propter Curiæ Rom. distantiam à locis vbi litigantes degūt, testes & probationes habēt, quæ non, facilè & sine magnis sumptibus aliò & in tā longam viam traduci possunt: iuxta l. 1. vbi de ratiocin. apo opor. C. nisi ita sint magnæ causæ vel reseruatæ solius summi. Pontificis iudicio, vt ordinarij vel inferiores nō sint potestatis necessariæ ad eas decidēdas idonei; quales notantur per Gloss. & interpretes ad c. sicut vnire, de excess. prel. c. vnico, de cleric. ægrot. in 6. per Specul. tit. de leg. §. nunc ostendendum, qualitates personarum quibus delegantur causæ à sum. Pont. ponuntur in c. statutum, 11. de rescr. in 6. Vide quæ nos diximus de sententiis formandis in genere, li. 50. Syntag. iur. c. 1. de appellationibus, eod. lib. c. 2. vide titulos in iure Pontificio & ciuili, de Appellationibus: vide quædam singularia in appellatione electionis in c. 1. de Elect. in 6.

## De Transactione litis beneficiorum.

### CAPVT XLI.

1. *Transactio in lite beneficij, quare prohibita.*
2. *Admirabilis compositio contrà, quare permissa.*
3. *Arbitri quatenus possunt super beneficiorum lite statuere.*
4. *Num simonia sit, dare pro redemptione vexationis litis beneficij.*

1 POstremò in litibus beneficiorum quæri potest, num transigere vel pacisci liceat, & iure communi licere placuit, quia hæc transactio simoniam contineat, c. constitutus, 4. c. super eo, 6. c. pręterea, 9. & 10. & fi. de transact. omnis enim pactio de spiritualibus aliquo dato vel retento, inhibita, c. fi. de pact. c. cum clerici, eo. c. eos, 1. q. 1. c. quàm pio, 1. qu. 2. c. si quis præbendas, 1. q. 3. cum simil.

2 Cæterum prohibitum non est, sed permisum litigantib. gratis & amicabiliter inter so componere litē, dicto c. super eo, 6. de transact. sub beneplacito etiam summi Pont. inter se conuenire, id est, ea lege transigere, & à lite discedere præscriptis cōditionib. si sum. Pont. eas velit probare, & non alias vel aliter: vt in aliis Ecclesiasticis compositio tenet de assensu superioris facta, c. veniens, 1. ca. 2. c. de cætero, 5. de transact. c. nuper, c. ex multiplici, de Decim. conueniunt sæpè sessi litigantes iuris agitatione, de beneficio & sumptib. actis vnde deueniunt ad pactum, quod compositionem vocant, quam oportet fieri sub beneplacito sum. Pont. & ab illo approbari & discuti, num contineat simoniam, aliàs non admittitur, c. cum pridē, 4. de pact.

3 Permissum & arbitris à collitigātib. electis in quos cōpromiserunt, pro bono pacis pensionis & dationis & cessionis beneficij legem pręscribere, dummodò summus Pont. cōsentiat, c. nisi essent, 21. de pręb. nō aliter quia nec arbitri, nec litigantes sibi titulum dare possunt beneficij, quod, vt antè sępè dictum fuit, sine canonica institutione possideri nequit, ca. 1. de reg. iur. c. legum, 1. q. 1. quemadmodum in matrimonio: ideò vltra alias rationes non potest constitui arbitriū iudicis vel cōpromissi, sine voluntate contrahentium legitima. c. penult. in fi. de in integ. restit. in c. fi. de Pact.

4 Permissum & aliquando possessoribus beneficiorum citra labem simoniæ, aliquid largiri ad redimendam vexationem, qua afficiuntur ab his qui nullum ius habent in beneficio, c. dilectus filius R. 28. de Simon. vbi Gl. distinguit, & Beat. Thomas quoque 2. 2. quæst. 100. artic. 2. ad 5. arg. possem his plura addere, sed iustus tractatus manum à tabula reuocat; cum etiam de beneficiis alibi sparsim, & in Syntagmate diximus: vnum reliquum est, vt Deo ineffabili gratias agentes, ei vt reliqua nostra omnia consecremus, cum ea supplici oratione, vt si quæ sint in hac enarratione, quæ ad laudem gloriámq; nominis sui faciāt, vtilitatémq; populi Christiani, dignetur ea tanquam sua munera tueri & conseruare. Si quid autem sit q piis auribus fideique Catholicæ possit offendiculum dare, permittat emendari & & expungi. Semper enim in omnibus quæcumque vnquam dixerim scripserimve, ea mihi fuit mens & intentio, ne quid asserere, aut negarem quod censuræ fidei Catholicæ aduersaretur, paratus in omnibus ei obtemperare. Eáque de causa plura subticui, quæ quamuis fidei matris Ecclesiæ nō contradicant, tamen ob temporum malitiam & peruersitatem seu inuidiam aliquorum, possent in vtramque partem aliter quàm decreuissem conuerti: satiúsque mihi visum est in illis silere, quàm delinquendi occasionem, aut calumniandi causam præbere. Potuissem & abusus aliquos beneficiorum ex parte personarum possidentium palàm reuecere, nisi me similes rationes reuocassent: & virtus quòd ista ad speculatores & enarratores verb. Dei magis pertinere videbantur: nec mittenda erat falx in messem alienam.

# IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SANCTISSIMAE ET INCOMPREHENSIBILIS TRINITATIS, PATRIS, FILII, ET SPIRITUS Sancti, inuocatis suffragiis Beatissimæ Virginis Mariæ Dei genitricis & omnium Sanctorum. Amen.

## *AD TITVLVM DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS*
*Libri quarti Decretalium, Titul. I.*

## PRÆLVDIA RVBRICÆ.

### Argumenta præludiorum c. Rubricæ, de Sponsalibus.



Qvia hæc Rubric. est generalis, de sponsalibus & matrimoniis, & continet totius libri quarti Decretalium quodammodo compendium: antequam ad singularem capitū explicationem perueniamus, de illa pauca admonendum censeo. Et in primis connectitur hic liber superiori quod in superiori tertio dictum iam sit de contractibus qui re, verbis & consensu celebrantur: in hoc autem quarto agendum sit institutam tractationem sequendo, de contractu alio matrimonij, scilicet & eius præludiis de sponsalibus in quibus & consensus etiam desideratur contrahentium, l. sponsalia 11. de sponsalib. ff. quia matrimonium non concubitus solus, sed cōsensus facit. c. 1. c. sufficiat, cano. omnis res c. beata, §. f. c. coniuges. cum aliis, q. 2. l. nuptias. 31 de regulis iuris. ff. l. 15. de conditio. & demonstrat. ff. l. 4. de sponsal. ff. Nou. 74. c. 4. l. 11. C. de repud. c. cum locum, de sponsalibus cum similibus.

2 Tria sunt autem quæ aliquando & propriè separātur; quandoq; autem se mutuò confundunt, aut promiscuè vsurpantur sponsalia, nuptiæ matrimonium: sponsalia propriè sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum seu matrimonij. l. 1. de sponsalibus, ff. c. nostrates. 30. q. 5. In sponsalibus verè coniugium aut matrimonium non est, sed spes coniugij. c. cum societas, & c. decreta. 22. §. 1. 27. q. 2. sponsa quippe & sponsalia, ab spondendo seu promittendo. l. 2. de sponsalibus ff. moris enim fuit antiquis stipulari ac spondere vxores futuras: vnde sponsi & sponsæ dicta, l. 2. & l. 3. de spōsalib. ff. & Gell. li. 4. c. 4. Seruio Sulpitio libro de dotib. *Qui, inquit, in Latio vxorem ducturus erat eam in matrimonium ductum iri stipulatur, qui daturus erat idem spondebat, & is contractus stipulationum sponsionumq; dicebatur sponsalia: & qua promissa erat sponsa appellabatur: Quare si post ea stipulationes vxor non ducebatur vel non dabatur, qui stipulatus erat ex sponso agebant. Iudex verò qui cognoscebat, quare datam acceptum non esset, quærebat. Si nihil iusta causa dicebatur, litem pecunia æstimabat, quanti interat non dari, vel accipi eam vxorem.*

3 Habent sponsalia fidem pactionis, non fidem consensus de præsenti ad matrimonium, cap. 1. de sponsa. duorum, fides pactionis tamen est consensus, in eo quod pactum est, nempe de futuro contrahendo, alioquin non esset obligatio vel pactio sine consensu, l. 1. de pact. ff. Sed de futuro ad aliquid faciendum promissio fit, vt finitio stipulationis seu sponsionis indicat, ex l. 1. & l. 5. §. stipulatio, de verb. obl. li. 45. ff. tit. 1. *stipulatio*, inquit Pomponius, *est verborum conceptio quibus qui interrogatur daturum facturum ve se quod interrogatus est, respondet*: quod pluribus explicamus lib. 8. Syntagmatis c. 8.

4 Sponsalia, Græcis dicuntur μνηστεία, id est, μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γάμων. id est, *mentio & prænunciatio futurarum nuptiarū*, li. 28. Eclogæ Basilicorū, tit. 1. c. 1. spes ita futuri matrimonij sponsalia, l. si vxor, 13. §. diui Seuerus & Antoninus, ad leg. Iulia. de adult. lib. 48. ff. tit. 5. *Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt etiā in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecumque, nec spem matrimonij violare permittitur.* Et Vlpia. in l. si puellæ 6. de sponsalib. li. 23. ff. tit. 5. quemadmodum tutores non possunt soli sponsalia pro pupilla contrahere: ita nec soli, contracta dissoluere: & spem nuptiarum. Μνηστὴρ apud Homerum sępè in Odyssea procus qui aliquam in vxorem petit. Et quos μνηστῆρας vocauit Penelopes Homerus: Horatius dixit sponsos Penelopes: Et μνῆστρον Hesychio, nuptiarū arrhabo. Itaque matrimoniū p spōsalia initiatur, per coniunctionem ratum fit. c. staturum, 24. & cap. cum initiatur q. 2. Et semper ab initio ad finē p media per-

uenitur: quia imperfectum est, quod suo principio caret, l.1. de orig. iur. ff.

5 Neq; facessit, quòd aliquando matrimonium vno contextu per verba de præsenti fiat sine solemnitate sponsaliorum præcedentium: Siquidem, & in illo cõsensu & actu de præsenti, præcessisse sponsalia subintelliguntur. Nam vt dicitur in dicto libro Basilicorũ, 28. tit.1. c.4. *οἱ συναινοῦντες τῷ γάμῳ, καὶ τῇ μνηστείᾳ συναινοῦσιν.* id est, *consentientes nuptiis etiã sponsalibus consentiunt.* vt intelligamus, sine sponsalibus nuptias non contrahi: Quamquam sponsalia possint fieri & esse sine nuptiis, quemadmodum non potest esse finis sine præcedente principio: & potest tamẽ quoddam esse principiũ quod nõ cõsequatur suum finẽ. Quare interdictis nuptiis absolutè, interdicta quoq; cẽsentur sponsalia tit.15.l.oratio,16.de sponsalib.ff.l.si quis tutor.60. 9.quãuis ae ritu nuptia.li.23.ff.tit.2. nisi certa cũ qualitate, nuptiæ prohibitæ sint, quæ cesset in sponsalib. & non sit matrimonij absolutum aut perpetuum, sed tẽporale impedimentum: nã tunc sponsalia permittũtur, etiam tẽpore quo matrimonium prohibetur, cessante ratione prohibitionis in sponsalib. & si futurum sit, posse aliquando post sponsalia matrimonium cõtrahi veluti prohibitũ est pendente administratione prouinciæ, rectori vel filio eius in ea vxorem ducere, l.qui in prouincia, l.præfectus cohortis, 63. de ritu nup.l.si quis officium, 8.eo.ti.l.vnica, si rector prouinciæ vel ad eum pertinentes, sponsalia dederint.li.5.C. tit.2. Sic vidua intra annum luctus duci impunè iure ciuili non poterat, propter metũ turbationis sanguinis duorum maritorum & incertitudinem partus cuius mariti esset: at desponsari poterat, l.solet, 10.§.1.& l.libertorum ti.de his qui notantur infamia.

6 Et hæc omnia pendent ab alia declinatione nominis sponsaliorum ab spondendo, seu ab stipulatione de futuro: vltra quam alia acceptio est annotanda nominis sponsaliorum, ab spontanea voluntate quæ in hac ꝓmissione accedit, ab eoq; quod antiquis Græcis spondæ firmiores erant pactiones cæteris cõmunib. vtpote accedente his libatione sacra vini, vt docuimus lib.8.Syntag.c.2. ex versibus Homericis qui in Iliade 2.sic se habent.

*ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο μήδεά τ' ἀνδρῶν,*
*σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν.*
*In igne iam consilia erunt curæq; virorum,*
*Sacraq; mera, & dextera, quibus credimus.*

Et quãuis stipulationes suspensiones dictæ sunt, solẽnib. interrogationib. & respõsionib. initæ ex eo quòd firmæ sint: stipulum enim veteres firmum dicebant, fortè ab stipite descendẽs, vt ait Iustin. in §.1. de verb. obl. & quãuis ita stipulationes omnes sponsiones sint, tamen non omnes sponsiones stipulantes sunt, quia & sine verbis sponte quippiã fieri potest & cõtrahi. vtque Varro ait li.5. de ling. Lat. sponsio ab spontanea voluntate. Et proinde, quãuis stipulatio fieri nõ possit inter absentes, & nisi inter præsentes vtroque loquẽte, l.1. de verb. oblig. ff. potest quis nihilominus sibi desponsare vxorẽ absens, & absentẽ: & hoc quotidiè fieri scribit Vlpia. in l.4. de sponsalib. dummodò vt subiicit Pomponius, in l.5. eius tituli. si scientibus his qui absunt sponsalia fiunt, aut postea ratum habuerint facit c.1.§.fi. de sponsa. impub. placuit & posterioribus temporibus consueta verba stipulationem & inanes circuitus non seruari, l.in arbitris 4.§.fi.C.de arbitr.

7 In hac significatione, quæ per matrimoniũ coniuncta fuit post sponsalia, aut per verba de præsenti, aut sine illis per copulam & consensum alio modo expressum, vt cum surdo & muto in cap. cum apud, de sponsalibus, potest dici sponsa vel desponsata, vt & vxor, & est inter eos fides cõsensus, seu promissio verbis vel alio modo expressa, de cohabitione perpetua & indiuidua. Et proinde, in c.1. istius tituli de Sponsalib. desponsare vxorem & ducere, pro eodẽ ponũtur, nempe pro contrahere matrimonium, & sponsa alterius, ita alicubi vxor dicitur, id est, sponsa de præsenti. vt in c.2. de Sponsa duorum. *accepisti*, inquit, *illam in vxorem tibi, quam alter sibi desponsatam habuerat: dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima, &c.* Deuteronomij c.22. *si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriatur, quia vxorem alterius violauit.* Sic intelligitur c. qui desponsatam, canon. si quis desponsata, c. desponsatas, 27.qu.2. Et D.Gregor. ait, morẽ esse, sacrarum scripturarum, appellare vxores, sponsas: ita diuus Lucas capitulo primo vers. 27. scribit missum fuisse Angelum Gabrielem ad virginem *μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ. desponsatam viro cui nomẽ erat Ioseph*, quam vocat coniugem & vxorem D.Matthæus dum ait, 1.ca.1. כי רן ד׳ אל תירא לקחת מרים אשתך *Ioseph ben Dauid, al thira lekachat Mariam isthecha*, id est, *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem vel vxorem tuam. istha*, ibi vxor est, cum apud Hebræos spõsa de futuro dicatur כלה *calach*, vt Esaiæ 49. & Hiere.7. Ita sponsa de futuro, non dicitur vxor, sed de præsenti dicitur, & matrimonium indissolubile tunc fit, c. pen. c. ex parte, 9. hoc titulo de sponsal. c. vnic. §. idem quoque, de desponsa. impub. in 6.

8 Verba Sponsaliorũ de futuro sunt hæc, vel similia, apud Plautũ in Aulularia, Actu 1. Sena. 4. Megadorus. *Quid? nũc etiã mihi despõdens filium (Euclio) illis legib. Cum illa dote quas tibi dixi, M. Spõde. n. ergo, E. Spõdeo. &c.*

Alia verba consistunt in eo quod fidẽ de matrimonio cõtrahendo dant, vt, *ego te accipiam in vxorem: ego te accipiam in virũ*, c.1.c.5.c. sicut ex literis, 22. de Sponsalib. verba de præsenti sunt vtroque dicente, *ego te in meã accipio, ego te in meam*, c. si inter virũ, 31. de Spõsal. vel si quis promisit, *quod aliquã ab eo tẽpore pro coniuge teneret, & ei sicut vxori fidẽ suã seruaret: & mulier se illũ pro marito habiturã, & fidẽ ei tanquã viro proprio seruaturam.* c. ex parte, 9. eo. ti. & ita fides est cõsensus, quando etsi non stringit manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuò se concedunt vnus alij: & mutuò se recipiunt, c.1.§. fi. de Sponsal. duor. li.4. ti.4.

9 Sponsaliorũ porrò species quatuor referuntur de futuro cõtrahendo matrimonio: quædã enim simpliciter & purè fiũt, sine cõditione ꝓmissione facta, vt in c.2. de Sponsalib. hoc ti. c.1. eo. ti. in 6. in quib. tamẽ hæc conditio intelligitur de ducenda vxore vel marito accipiendo, rebus & personis in eodem statu quo sunt, existentibus, nõ aliter e. quemadmodum de iureiu. Secundo quædã sunt sponsalia iuramento firmata, quãdo quis iurat cum aliqua contracturum se matrimonium, c. ex literis Syluani, 10. c. sicut ex literis, 22. hoc ti. de sponsal. Tertiò sunt sponsalia, quę fiunt ad diem, vt in c. de illis qui intra annos, 7. de desponsl. impube. Nã ibi, si sponsalia contrahantur cum eo eave, qui sunt intra annos non aptos matrimonio, id est, ante pubertatem, sponsalia tenent: interim donec ad pubertatẽ impubes peruenerit, in qua pubes factus, altera quoque parte pubere potest resilire: Et si vtriq; cõtrahẽtes fuerint impuberes dum contraxerint, & alteri altero fiat prius pubes, tunc etiam est expectanda ætas pubertatis impuberis, & si tunc reclamẽt, poterunt iudicio Ecclesiæ separari. Eò pertinet c. à nobis, 8. eo. tit. de despõsatione impub. & c. vnic. §. pen. & fi. eo. tit. in 6. sponsalia & ad diem esse possunt, si ita dictũ sit, *ego te ducam vxorẽ si velis vsque ad tale tẽpus.* Nam tẽpore elapso sine declaratione voluntatis, liberatur à promissione promittens, c. sicut ex literis, 22. hoc tit. iuncl. de spõs. Quartò sponsalia quoq; fiunt sub conditione, quæ non nisi impleta ea obligant, vt, *te ducam vxorẽ si tot aureos mihi donaueris:* si enim noluerit donare, poterit promissor aliã eligere: nisi forsan post promissionem sequutus fuerit alius cõsensus de præsenti, vel cũ eadem copula. c.3. de conditionibus appositis, li.4. tit.5. idem in conditione,

*si pu-*

*si pater voluerit*.c.super eo,eod.tit. & de aliis conditionib.appositis,licitis tamen,& quæ non sint cõtra substantiã matrimonij, quia illę reucetētur c.1.& fi.eo.ti.

10 Implementũ Sponsaliorũ,in matrimonio est,tēpore adueniēte cõmodo. c.nostrates 30.q.5.accedunt solēnitates nuptiarũ:consũmatio verò postea,q̃ facit omnino illud insolubile ex alia causa quàm mortis,ca. verũ,c.ex publico,de conuersio.coniuga. disputat & magister sententiarum de eo.lib.4.dist.30. Et quia generatio & proles est magnũ beneficiũ coniugatorum &cõiugij,c.omne itaq;10.27.q.2.adeo quia hoc munus ex matre maius habet auxiliũ, quã à patre,matrimoniũ dicitur hęc legitima cõiunctio,l.2.§.fin.de instr.& iur.ibi,*quã nos matrimoniũ appellamus*: quia cum puer natus materno magis indiget solatio, & matri ante partũ est onerosus: dolorosus in partu, post partum laboriosus,&ita hęc eadē legitima cõiunctio maris& fœminæ,magis matrimoniũ q̃ patrimoniũ nuncupatur,c.2.de cõuersio.infideliũ.li.3.ti.33.Itē maximum & p̃cipuũ munus est fœminarũ cõcipere, ac tueri cõceptũ.l.q̃ritur,14.§.1.de ędil.edict.ff.ad hoc mulieres genitæ,vt partus ederēt,& ad hoc etiã natura eis maximã cupiditatē indidit.l.2.de Indict. viduita. tolle.imò pudor est fœminis,nuptiarũ pręmia nõ habere,quib. hæc sola causa,id est,pręcipua,est nubendi, vt ait D. Ambrosius ad ca.1. Diui Lucæ & in c.priore,32. qu.1. patrimoniũ cõtra,à patre dictum potius,quòd,vt matri nutriendi munus datũ est, sic patri acquirendi filiis:omnia enim q̃ parētes quærũt ex voto filiis quærere vidētur&cēsentur. l.scripto. vnde liberi ff.l.cum ratio.de bonis damna. ff. vt tantũ dicatur continuari dominiũ bonorũ patris in filios,sine additione,requisita,tantũ eorũ voluntate post mortē parentum quæ declaratur immissione, l.in suis,de liberis, & posthu. ff.l.in suis,de suis&legit.hęred.ff.Et quēadmodũ dictũ fuit mulieri pro pœna, *in dolore paries*:sic homini; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*,Genes.c.3.

11 Nuptiæ sunt quædã solēnitates mediæ ante concubitũ seu consummationē, ita dictæ,q pudoris gratia puellæ cũ viris traderētur, caput aut faciē obnuberēt seu velarent,c.nec illud,30.q.5.exēplo Rebeccę, q̃ caput obuoluit,dũ p̃ximà esset ducēda ad Isaacum virũ,Gen.24.Quo&ob eandē tegēdi pudoris causam, noctu olim virgines nubebant, vt ait Festus de Patrimis&Matrimis&petanymphus ageot velabant&nubētes faciē&caput,alia quoq; ratione:vt ostenderent se subire iugũ &caput maritorũ,quia caput vxoris,vir q̃ imperare, illa verò obedire debet.c.est ordo. c.fœminæ,c.cũ caput,33.q.5.docemus &alias rationes velandi,li.9.Syntag.iuris,c.1.n.5.inter quas&illa,quòd acciperent nuptę nouæ velamen vxoris flaminis boni ominis causa:nã & illæ velatæ erant, vt & hodie velamen est mulierum vel virginum Deo consacratarũ, qui Dominum nostrum Iesum Christum in sponsum & caput,cui omnino se subiici profitentur,eligunt,c. hæ verò.c.viduas,c.mulieres,27. q.1.hinc dicimus mulieres nubere,id est,maritis tradi, & proprium mulierum nubere:mariti enim non nubere, sed vxores ducere dicũtur propriè.Impropriè tamē, vt maritata vxor dicitur quę maritũ habet, apud Ouid. 2.Fastorũ.

> ——*Dura cum sorte marita*
> *Reddebant vteri pignora rara sui*,&c.

Sic & viri alicubi dicuntur nubere,vt apud Nonium Marcellum.& Iuuenalem Satyra 2.

> *Quid quibus nubit amicus.*

& in c.quod proposuisti,32.q.7.

12 Verũtamen, vt notat Panor. consi.1.vol.1.alioquin verbum nuptiarum multipliciter in iure accipitur:& interdũ p̃ ipso matrimonio,& consensu de p̃sēti,vt in l.cũ fuerit de cõditio. & demonstra. §.nuptias,de Nuptiis in auth. c. omne nuptiarum bonum 27.q.2.l.nuptias de reg.iur.aliquãdo pro ipsa commixtione carnali interueniente post contractum matrimonium,c. causam c.genuit,iuncta gl.3.eadem 27.q.2. Quandoq; accipitur pro apparatu & solēnitatibus quæ fiunt, quo tempore vxor ducitur in domum mariti, vt in c. nostrates,c.fœminæ,30.q.5.vt in Euangelio,*Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ*.Et hæc est propria appellatio, quæ separatur ab aliis,vt dixi.

13 Vxores verò,quasi vnxores,ab vngendo dixit Seruius Grammaticus,quòd antequam limen mariti ingrederentur, postes auerruncandorum malorũ causa vngerent, & meminit Plinius lib.28.c.9. nouas nuptas, mariti domum introeuntes, solemne habuisse postes adipe inungere.

14 Matrimonium duplex inuenitur, vnum spiritale inter Pręlatũ&Ecclesiã,aliud corporale maris & fœminæ,de vtroq; in c.inter corporalia,de Trãsla.Episc. c.sicut vir.7.q.1.Generalius Io.And.in Summa,lib.4.Decretalium, quatuor adfert matrimonij species,1.inter Deum & humanam naturam, 2.inter Deũ & fidelem animam,3.inter Christum & Ecclesiã, 4.inter hominē & hominem,quibus adde 5.inter prælatum & Ecclesiam. Sed hactenus & Rubricæ explicatione, ad capitum singulorum explicationem perueniamus.

## Argumentum Capitis.

1 *Triburiense Concilium quando: & de Triburiensi Ciuitate.* 2 *De Francia,& Francis.*
3 *De Saxonibus,eorum ortu & progressu.*
4 *De legibus Saxonicis circa matrimonium.*
5 *De Francisis,eisdem res.*
6 *Verba textus*,causatus erat.*quomodo intelligantur.*
7 *De lege permittente repudium vxoris prima nocte,nũ ea fuerit inter Francos,& quæ similis alibi.*
8 *Alia explicatio causationis:de legibus Francicis.*
9 *Item alia.* 10 *Regula capitis.*
11 *Lex inferioris non tollit legem superioris.*
12 *Vxor dimitti nõ potest alia q̃ ex causa fornicationis.*
13 *Remedia pro repetitione vxoris vel mariti possessorium & petitorium,& ibi de petitorio.*
14 *De possessorio.* 15 *Exceptiones.*
16 *Nũ liceat vxori relictæ ex causa fornicationis alteri nubere, vel viro relinquenti aliã ducere, disputatur in vtramq; partem,& non licere,docetur cõsilio 17.*
17 *Patrum authoritate.* 18 *Sacra Scriptura.*
19 *Iure Pontificio.* 20 *Ratione Sacramenti.*
21 *Regibus Visigothorum.*
22 *Langobardorum & Francorum.*
23 *Conciliatur contraria sententia Augustini.*
24 *Contrariæ sententiæ adferuntur rationes & dissoluuntur,consequentibus.25.26.& aliis 27.& sequen.*
27 *Explicatio can.*quod proposuisti.32.q.7.
28 *Explicatio canonis,*vxor à viro.32.q.7.
29 *Argumentum sextum & solatio.*
30 *De continentia necessaria,& quando conseruanda.*
31 *De duritia cordis & causa repudij.*
32 *De Polygamia potius permissa viris quàm mulieribus.*
33 *Intellectus,ca.*omnis res,*27.quæst.1.*
34 *Quomodo leges diuinæ mutabiles.*
35 *Leges ciuiles permittentes repudium,sublata.*
36 *Solutiones obiectionis.*
37 *Diuortij causa vtroque iure probata quæ morte fit.*
38 *Separatio coniugũ hodie,in quo & quatenus permissa.*
39 *De dissolutione matrimonij de facto contracti, & de impedimentis contrahendi diuersarum specierum.*
40 *De impedimento ætatis minoris.*
41 *De impedimento consanguinitatis.*
42 *De impedimento frigiditatis 42.& maleficij, & de solutione matrimonij ob eas causas:item 45. & de arcta 44.*
46 *Quæ concurrere debent ad soluendum matrimonium ex causa frigiditatis aut maleficij, primum ne fuerit ante matrimonium cognita.*
47 *De causa sterilitatis,& quomodo non dissoluat matrimonium.*

48 De vxoribus mutuatis prolis cauſa.
49 Dehinc concurrit vt impedimentum naturale aut maleficium ſint perpetua & immedicabilia.
50 Tertiò quòd præceſſerint illa impedimenta ante coniunctionem coniugum.
51 Morbus ſuperueniens matrimonio coniunctis non diſſoluit matrimonium etiam ſi ex eo inutiles ad coitum fiant coniuges. (tia.
52 Iura ciuilia antiquata, de repudio permiſſo bona gra-
53 Soluendi matrimonij cauſa tres, à Iuſtiniano retentæ, cæteris abrogatis.
54 Num furor coniugis diſſoluat matrimonium, diſputatur & concluditur non ſoluere.
55 De impedimento matrimonium diſſoluente, ratione conſanguinitatis & affinitatis.
56 Impedimenta quædam contrahi prohibent matrimonium, ſed contractum non dirimunt, exempla: in prohibitione contrahendi, in clandeſtino.
57 Cum adulterata, per eum qui eam accepit.
58 De ferijs prohibentibus matrimonium contrahi.
59 De voto prohibente matrimonium.
60 De ſeparanda habitatione coniugum: & quando fieri poſſit ſeparatio, ob inſidias mutuas, & diſcordias.
61 Quales diſcordiæ eſſe debent pro ſeparatione matrimonij quoad habitationem. (ſeu nutriri.
62 Vxor ſeparata à marito, à quo & quando debeat ali
63 Vxorem quando & cui liceat verberare.
64 Et pro quibus cauſis ſuprà modum liceat marito in eam ſæuire, & de adultera necata, ibid.
65 De vinum bibente caſtiganda.
66 De dote non ſoluenda promiſſo tempore, an ideò liceat vxorem domo pellere. (matrimonium.
67 De delicto alterutrius coniugis, vt non ſeparetur ideò
68 Soluitur 4. matrimonij vinculum morte.
69 Ingreſſu religionis: cum diſtinctione iuris ciuilis.
70 Quid iure pontificio ſtatutum certius.
71 Quando votum ingrediendi religionem matrimonium impedit, vel non.
72 De voto emiſſo religionis poſt contractum matrimoniũ ab altero coniugum quando valeat, ſi matrimonium fuerit anté conſummatum.
73 Quid ſi conſummatum non fuerit ante ingreſſum, nũ poſſit ingredi, & quando etiam inuita vxore, vide & 12. 74 De matrimonio diſſoluendo poſt conuerſionem vnius coniugis ad fidem.
75 De legibus ciuilibus ſtatuentibus circa matrimonium, vel de rebus eius quid iudicandum.
76 De matrimonio contracto contra ſolemnitates à lege vel conſuetudine ciuili requiſitas, & ibi de matrimonio valido filiorumfamilias, contra conſenſum patris. 77 De legibus abrogatis, declarantibus matrimonia interdicta nulla & ſeq.
78 Matrimonio contra interdictum legum cõtracto ciuilium remanent pœna contra tranſgreſſores, & de clandeſtino.
79 De matrimonio raptæ cum raptore, an valeat diſtinctione adhibita iuris vtriuſque Pontificij & ciuilis, & quod poſſit puniri raptus non obſtante matrimonio valido ſecuto.
80 Contrariæ ſententiæ rationes. 81 Quid reſoluendum.
82 Solutiones contrariorum.
83 De raptu commiſſo ſine vi, ducẽdo filiamfamilias vel filiumfamilias coniungendo ſine volũtate patris, nũ pœna iure ciuili ſtatutæ, edictis, impoſita valeant.
84 Quemadmodum libertas matrimonij contrahendi intelligenda ſit.
85 Vidua etiam in patria poteſtate quando non poſſit iterum nubere impunè ſine patris conſenſu.
86 Idipſum in miſſite filiofamilias num locum habeat.
87 Exceptiones quibus permiſſum filius ſine conſenſu patris coniungi . . ſe matrimonio, vt ſi pater furioſus.
88 Si ſitum emancipauerit, & ibi exceptiones exceptionis.
89 De legibus ciuilibus quæ diſponunt de ſolemnitatibus, dote, literiſque nuptiarum, an impune omitti vel tranſgredi poſſunt.
90 De pactis circa dotes & lucra matrimonij.
91 Matrimonij leges circa dotem & alia, ſi nihil expreſsè cautum ſit, reguntur ſecundum conſuetudines vbi contractum eſt, ſi ibi coniuges reſideant.
92 Quid ſi aliò adducta ſit vxor, & alibi ſit domicilium mariti quæ conſuetudines in dote & alijs ſequendæ ſint, an contractus an domicilij mariti?
93 Statutis & conſuetudinibus diuerſis domiciliorũ originis & habitationis obſtantibus, quibus deferendum ſit potius.
94 De ſponſa nondum ducta in domum num cenſeantur lucra dotis, & alia iuxta domicilium mariti conſideranda.
95 Spõſo vel ſponſa de præſenti ante nuptias vel poſt, ante conſummationem matrimonij mortuis, antéquo ductionem in domicilium mariti, an ſtatuta de lucris dotis vel donationis locum habeant.
96 Sed, num ſi moriantur poſt benedictionem nuptiarum dum ad domum deducuntur coniuges lucra ſtatutorum locum habeant.
97 Quid ſi ſteterit per debentem dotem, quominus coniunctio fiat.
98 Aut ſi ante nubiles annos traducta ſit.
99 Quid etiam ſi ante traductionẽ à viro fuerit cognita.
100 Statutum de lucranda dote, in caſu præmorientiæ, intelligitur etiam de dote promiſſa non ſoluta.
101 Sed quid ſi dos ſoluenda erat promiſſa pro ſingulis, ſequentibus annis, an non ſolutum nec ſoluendum tempore mortis vxoris, maritus lucretur.
102 Num pactum de ſoluenda dote per certa tempora mortuo interim marito, officiat mulieri lucranti ex donatione propter nuptias.
103 De pœnitentia ducentis duas vxores, & ibidem de pœnis alijs, & 104.
105 De ſponſa de præſenti, quod impediat & diſſoluat matrimonium, cum alia ſecunda viuente prima.
106 Argumenta contra deciſionem c.1. & primum, de peccato mortali, ſi non ſeruentur leges ciuiles.
107 Et 2. de conſuetudine contraria iuri in matrimonio ſeruanda.
108 De matrimonio inter infideles vero, ſed non rato.
109 Matrimonium num poſſit contrahi cum hæretico vel hæretica vel infideli, vel diſſolui contractum lapſo altero coniuge in hæreſim vel infidelitatem.
110 Alia argumenta, & ſequentibus numeris, 111. 112. 113. 114. 115. 116. & ibi ſolutiones.

---

## AD CAPVT I.

### Ex Concilio Triburienſi.

DE Francia *nobilis quidam homo* nobilem mulierem de Saxonia, lege (Saxonum) duxit in vxorem, verum quia non eiſdem vtuntur legibus Saxones & Francigenæ, cauſatus eſt, quod eam non ſua, id eſt, Francorum lege deſponſauerat, *vel acceperat, vel donauerat*: dimiſsáque illa, aliam ſuperduxit. Definiuit ſuper hoc ſancta Synodus, vt ille tranſgreſſor Euangelicæ legis ſubiiciatur pœnitentiæ, & à ſecunda coniuge ſeparetur, & ad priorem redire cogatur.

1 COncilium Triburienſe, Prouincialis eſt ſynodus, Triburis celebrata, tẽpore imperij Arnulphi ab vno & viginti Epiſcopis Germanis, ann. Dom. 895. ad reformationem morum, non tantum clericorum, ſed etiam laicorum, vt refert Rhegino Abbas Prumienſis, lib. 2. Sigebertus, & alij.

Ex hoc Concilio ſumptum fuiſſe c. noſtrum primũ, conuenit inter interpretes, ſed alij referũt ad 39. c. eius Synodi.

Synodi.refert autem Burchardus lib.9.decretorum.c.76.ad c.15.Ego auté in hoc concilio sub c.36.de matrimonio,sic scriptum lego, *Si quis alienigenam*, (hoc est alienæ gentis) *nõ tamẽ religionis fœminam in matrimonium duxerit,velit nolit,ea & tenenda est, excepta causa fornicationis.*Et rursum c.46.*de vxore quam vir tollere è vita capitali sententia propter adulterium voluerit,si ad Episcopum confugerit: si vitam a marito obtinere possit, reddat marito:sin minus omnino non reddat,maritus verò quamdiu ipsa viuat nullo modo aliam ducat.*

Ad vtrumque autem canonem 36. & 46. caput nostrum primum de sponsalibus,posset referri Triburia, hodie etiam Tribur, regia vrbs in terra Franconum, vltra Rhenum,iuxta Moguntiam.

*Explicatio verborum difficilium,c.1.*

2 DE *Francia.*
*Francones*, qui & aliquibus Franci Orientales, siti sunt in Germania,in regione Francia dicta,quę habet à Septentrione Chattos & Cheruscos, Sueuos Boioarios:à Meridie,Noricos:ab Occidente,Rhenum fluuium:ab Ortu,Hercyniæ syluæ parté,vt scribit Dominicus Niger Marius,li.5.Geógraphiæ, hi Francones olim quando cum suo duce Antenore fugerunt ad Scádinias insulas,ad Getas,Getæ & Gothi dicti fuerunt& Scythæ:ante,Troiani:postea Neiemagi,id est noui cognati:inde Sicambri,propter prudentiam. Cambre enim Saxonibus prudétia est,& Sicambre,idé est quod, ecce prudenté:Ex Scithia dehinc pulsi in Germaniam, dicti fuerunt Germani.Postea à duce seu rege suo decimoseptimo,Franco,Franci vt ait Hunebaldus victoria de Gothis habita. Et diuiso illorũ tandem in duas partes imperio,facta fuit Francia Orientalis, & Occidentalis cũ Gallos subegissent,& Lutetia Parisiorũ etiam Francia dicta, & Galli Franci secundũ Trithemiũ li.1.Breuiarij historiæ Francicæ.Narrat & Ammon.li.1. historiæ Francicæ,Francos dictos à ferocitate,postquã Alanos inimicos Romani imperij, à Meonde palude pepulissent,idq; lingua Attica.Ego tamẽ nusquã comperi in lingua Attica,dici feroces Francos, dici tamen ferocẽ ἀνδάδην & Τολμηταν.In Francia seu Franconia orientali sunt plura oppida illustria & ciuitates vt Herbipolis,Francfordia,& Vizeburgũ,Friburgum,& alia.

3 *De Saxonia.*

Saxones vicini sunt Rheno: in cuius aduersa ripa est Austrasia:Saxones primũ CimbricãCbersonesum inhabitarũt,& initio apparuerũt anno à creato mũdo.2980 cum Henroichũ quendã sibi elegerũt regem occisum à Grauio Sueonũ & Danorũ Rege.Thuringię verò cõsederũt,anno post Christũ natũ 530.cum cõtra Irmenfoidũ Thuringię regem pugnarunt cum Theodorico Austrasiorum & Francorũ Rege:& eiusdẽ Theodorici Regis voluntate victores in locũ hostiũ consederũt, vt ait Saxo lib.1.historię & Albertus Krãtius in Saxonia, li.1.c.2.victi & dehincà Clothario 2.Rege Francorũ,& ferè prostrati,an.Dom.606.qui procerioris staturę hostes enti quo quisque pugnarat,ęquari iussit,vt scribit Greg. Turonen. & Luzius li.1.& subinde anno salutis Christianę,645.facti fuerunt ab eodem Clothario Frãcis tributarij:mortuo eorũ duce in prælio,Bartholdo, viro strenuissimo:tributum autem fuit annuum quingentorum boum vt scribit Albert.Krantius in Saxonia lib.1. tit. 31. & tandem Saxones subacti & domiti duodecim præliis à Francis fidem receperunt.Et Carolus Francorum Rex duodecim episcopatus in Saxonia erexit,idola tolli iussit, & in modum crucis pinsi panes, vt crucis mysterium esset magis cognitum,quod & signum in agrorum Triuiis iussit ædificari, anno Dom. 70[illegible] quo tempore fuit eorum primus dux Christianus V[illegible]tekindus, vt scribit Henricus Pantaleon in prosopographia virorum heroum prima parte, in Harimaro 1.pręsule Paderbernẽsi.pag.187.Carolus quippe Magnus eos veram religionem amplecti coegit, cum prius cultui idolorum essent addicti,vt idem ait in 2. parte prosopographiæ,in Carolo Magno,pa.1.

4 Meminit insuper textus capite primo de spõsalib. de legib. Saxonicis & Francicis, quę errãdi dederunt ansam interpretib.Siquidé quidam leges illas dicunt permittere diuortium,sed quomodo,nõ explicant:alij verius negare possũt.& disponere de dotib. vel forma contrahendi,non de substantia matrimonij arbitrantur: nam circa dotes diuersæ leges Saxonũ & Francorum reperiũtur in eorum legib.excussis.Nam in libro legum Saxonũ,in ti.7.de dote,in leg.1.dicitur §.1. *Dotis ratio duplex est: Ostphali & Angrarij volunt, vt si fœmena filios genuerit, habeat dotẽ quã in nuptiis accepit quãdiu viuat,filiisque dimittat.*& in §.2. *Si verò filij matre superstite moriantur,ipsáq; post obierit,dotẽ ꝓximi eius in hereditatẽ accipiãt.§.3.Si aũt filios nõ habuerit dos ad dãtõ reuertatur si viuit: si defũctus est,ad ꝓximos heredes eius.§.4.apud Vvestphalos postq̃ mulier filios genuerit, ad dies suos possideat:post decessum eius dos ad dantẽ, vel si decessit ad proximos heredes eius reuertatur.* Et postea ti.8.de acquisitis.§.1.*de eo ꝙ vir & mulier simul conquisierint,mulier mediã portionẽ accipiat:hoc apud Vvestphalos: apud Ostphalos & Angrarios nihil accipiat, sed dote contẽta sit.* 5 In lege auté Frãcica,melior cõditio erat viri:nã in ea sic scriptũ est lib.4.c.9. *volumus vt vxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partẽ collaborationis,quam simul in beneficio collaborauerunt, accipiant.*& in c.99.*quicunque ex quacunque natione legitimam vxorẽ acceperit,si eam mors contigerit sine filiis amborũ,vir vxori sua succedat & omnia bona sua ꝑcipiat.*

6 Ex collatione quarum legum colligimus,diuersos mores in contrahendis matrimoniis circa lucrum & successionem in Saxonia & Franconia. Secundũ autẽ diuersitatem harum,vir qui erat de Francia in nostro capite,causatus erat defensionem secundi initi matrimonij, non obstante primo quod se iniisse reale prætendebat,nempè initum lege Saxonica,cum ipse esset Francus,& non secundum Francicam legem duxisset: verba enim hic *causatus est*,indicant causam discedẽdi fuisse eum à matrimonio primo, & relinquendi vxorem,non sua lege,id est,Francica ductam:causari enim est,causam & excusationem adferre, vt in l.generaliter,de fideicommissariis libertatib.ff.ibi,*neq; enim causari debere quominus ei relictum sit.* & in l.1.§.6. vel fluminis,si quis cautio.ff.*causari tempestatem*, id est,ex tempestate excusationem moræ proponere, & causaria missio, quæ propter morbum, vel aliam iustam causam,indulta fuit,l.milites,de re militar.ff.

7 Verum interpretes aliam causationem istius Frãcigenæ ex lege Francica & Saxonicà cõminiscuntur. Causatus,inquit Hostiensis,fuit,Francigena, quòd nõ sua lege,sed Saxonica. primá de Saxonia duxisset vxorem,& ideo secundum eam posset vxorem dimittere: refert enim Ioannes Andræas,quòd Saxones à Carolo Magno legẽ accepissent, vt si displicuisset prima nocte vxor,posset remitti,alioquin surgerẽt vt ad Ecclesiã irẽt benedicẽdi causa. Et Hostiẽsis ait se hoc ab indigenis audiuisse, quo tempore Guillelmus Holãdus Comes duxit vxorẽ filiã Ducis de Brunsuich. Mihi tamen nec de more illo,nec de lege adhuc cõstituit, nec puto Carolũ Magnũ repudiũ post matrimoniũ cõtractũ,& nocte prima cõsũmatũ,permisisse:quia hoc pugnat legi diuinę, vt dicitur in nostro textu, & latius posteà docetur, forsã illa lex verisimilitudinẽ habuisset ꝓbitatis & iustitię,si alię circũstãtię fuissẽt ab Hostiensi & Ioãne Andræa adiectę,ex lege Diuina & Põtificia,veluti dum in Deuter.c.22.vers.13.& seq.dicitur, vxorem non inuẽtam virginẽ, prima nocte, posse repudiari. In hęc verba, *Si vir duxerit vxorẽ,& postea odio habuerit eã,quæsierit q; occasiones quib. dimittat eam, obiiciẽs ei nomẽ pessimum: Et dixerit, vxorẽ hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginẽ, tollẽt eam mater*

*& pater eius & ferēt secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt,* &c. *Si virginitatis illa signa prabeant, vir verberabitur & cogetur vxorē recipere & dare argentū patri: si nō sint signa virginitatis & obiectū inuētū verū fuerit, lapidabitur, quoniā fecit nephas in Israel vt fornicaretur in domo patris sui, &c.* Potuisset alia circūstātia repudij addi, qđ liceat prima nocte nuptiarū ante cōmixtionē relinquere vxorē, vt fecerunt viri aliquādo sancti, Macharius & Alexius, ca. scripsit. §. ecce, 27. q. 2. & pmittitur in c. ex publico, c. verum, de cōuersio. coniuga. verū illa nihil faciūt ad c. nostrū: nā causationes illę possēt quidē pmittere lege Christiana separationē & repudiū, sed nō permittūt alteri se cōiungere viuente repudiata prima, vt dicemus: nam, adultera viuente, non separatur vinculum, sed thorus, c. intelleximus, de adulteriis, & quando incognita prima nocte relinquit vxorē, aliā superinducere nō potest, sed tenetur ingredi religionē prædictis iurib. c. ex publico, c. verū, de cōuer. coniug. in nostro autem c. 1. de sponsalib. dicitur prætextu legis diuersę Francorū reliquisse Saxonam, & alteri se coniunxisse, contra legem Euangelicam, & ideo redire debere ad primam.

8 Minus conuenire etiam videtur alia explicatio Ioannis Andrææ, vel, inquit, causatus erat Francigena, qđ lege Saxonica accepisset eā primā vxorē, nec tamē seruasset eius gentis solēnitates, quia illis lex erat forsan, vt aliquid donetur sponso: vel lex erat de supponēdo pallio tpe cōtractus. In quib. voluit psupponere, vt opinor, legē, in primis similē ei, q̄ dicebatur de matrimonio ad Morgamaticā cōtracto, de qua in titulo de filiis natis ex matrimonio ad Morgamaticam cōtracto. In vsib. feudorū, vel existimauit fuisse inter Saxones legē similē antiquæ diuinę, de ducēda relicta vel vidua pximi, p cuius matrimonio extēderat palliū Obed super Ruth. Ruth. c. 3. verū ego nec illi⁹, nec istius vestigiū ēt vllū inueni in legib. Lāgobardicis vel Frācicis. Et pinde nec opinor virū huiusmodi de Frācia, ad causationes & rationes huiusmodi confugisse.

9 Putarē aūt causatū potius, & dixisse recedere à prima vxore Saxonica, q nō iuxta ritus Frācicos, & secūdum solēnitates Franconis, sed secundum leges & mores Saxonias duxisset, & malè, arbitratus potius matrimoniū debuisse contrahi ex more regionis viri quàm vxoris: & q nobilius traheret ad se minus nobile, & ideò matrimonium nullū, quia in matrimoniis inspiciendus est locus domicilij mariti, l. exigere 65. de indiciis, & nobilior sexus masculinus. l. 1. de senatot. ff. Mulier autem excipiebat, non esse tam inspiciēdos mores & leges nationum, quantum legem diuinam Euangelicā, quæ prohibet matrimonium cōtractum dissolui. Et cōuenit hypothesis quę ponitur à Burchardo li. 9. Decretorum c. 76. *De Frācia nobilis quidā homo,* inquit, *nobilē de Saxonia duxit vxorem quā tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit: verùm quia non isdē legib. vtūtur Saxones & Franci, causatus est quòd eā non sua, sed est Francorum lege desponsauerit, vel acceperit, vel dotauerit, dimissáque illa duxit alterā: definiuit Sancta Synodus, vt ille transgressa Euangelica legis postea subiiciatur pœnitentia à secunda coniuge separetur, priorem reassumere cogatur.* Hic Burchardus, vbi nihil, quod lege Saxonica permitteretur relinquere vxorem, aut lege Francica, vt neq; verbum apud Iuonē li. 8. Decretorum. c. 213. ex quorum fontib. potius quàm ex prototypo Tiburiēsis concilij Raymundus Capellanus qui decretales collegit, hausit & trāscripsit hoc capite primo de spōsalibus: docebo & postea etiā legibus Francorum & Saxonum prohibitam fuisse bigamiam & diuortium.

*De resolutione principali cap. 1. de sponsatio.*

10 Cōcludemus itaq; mentē Cōcilij Tibur. esse, omissionem solēnitatum auctoritate sola legū ciuiliū circa matrimoniū cōstitutarū, nō dissoluere contractum aduersus eas, & hæc erit prima conclusio istius capitis, post cuius explanationē de aliis agemus, Deo fauente, & quid prosint leges ciuiles de matrimoniis factæ.

11 Ratio prior pręcedētis thematis est, quia vbi contractus matrimonij ex lege Euāgelica sustinetur, non pōt lex humana & pincipū ei obsistere, vel illud dissoluere, vt nec lex humana pōt violare diuinam, can. primo & secundo & seq. 10. dist. *si quis,* inquit D. Paul. 1. ad Galat. *aliud vobis prædicauerit Euangelium, &c. anathema sit.* Inferior non potest tollere legem superioris, c. cum inferior, de maior. & obed. neq; in hoc casu posse vel debere dispensare summum Pontificem, docet c. 19. sunt qui dicunt, 27. q. 2. sic naturalia, quia diuina prouidentia constituta dicuntur, lege ciuili tolli non posse asseritur in § sed naturalia, de iure natura. apud Iustin. in l. eas, de capitis diminut. ff.

12 In Ecclesia porrò Catholica, iure diuino & Pontificio, duo sunt pręcipua in hoc casu axiomata verissima: primum, nemini licet vxorem dimittere ex alia causa, quā fornicationis, id est, nisi propter adulteriū.

Alterum quod ex eo pendet, relictam causa fornicationis, separari tantum à thoro maritali, non à vinculo matrimonij.

Prius axioma probatur in primis à finitione: nam nuptię, seu matrimoniū, est viri & fœminę cōiunctio, indiuiduam vitę consuetudinem continens, §. 1. de patria potesta. apud Iustin. consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris cōmunicatio. l. 1. de ritu nupt. ff. itē Gen. c. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxorē suæ, & erūt duo in carne vna.* idipsum in ca. Lex diuina, 27. q. 2. Et Matth. c. 19. v. 3. *accesserunt ad eum Pharisæi tentātes eū & dicētes, si licet homini dimittere vxorē ex quacūque causa, qui respōdens dixit illis, nō legistis, quod qui fecit hominē ab initio masculū & fœminā fecit eos, 5. & dixit, propter hoc dimittet homo patrē & matrē & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. 6. itaque iā nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit homo nō separet.* Idē in c. nunquid 23. q. 1. & D. Marci 10. Corpora quidē duorū coniugum in quantum sunt physica & personalia in indiuiduo separari loco possunt, sed si cōsideres quod illa duo simul cōiūcta sunt vno cōsensu, vno spiritu viuentes, cū mulieris sit caput vir, intelliges nonnisi vnum corpus duo censeri, velut hermaphroditū primū Platonis, & vt in prophetia Adami dictū, *hoc est os de ossibus meis, & caro de carne mea.* Gen. 2. illiúsq; vinculi solutionē suæ potestati reseruauit Deus, c. inter corporalia de translat. Episc. c. de infidelib. 4. de consang. & affin. lib. 4. tit. 14. c. 1. & 2. de coniugio leproso. mors sola separat à lege matrimonij, in c. pen. & fi. de sec. nup. 1. ad Corin. 7.

13 Ideò dari possunt duo remedia contra nolentē habere vxorē quam duxit, proprietatis, seu petitorium & possessorium. Petitoriū intentatur coram Episcopo vel eius officiali iure cōmuni, aliquando ex priuilegio corā alio iudice Ecclesiastico, c. accedentib. 12. de excess. pręlat. li. 5. ti. 31. agit autē petitorio mulier aut vir, asserentes secum matrimonium legitimè contractū, ideò petit mulier coniugē seu virum sibi adiudicari, vel cōtra vir mulierē in vxorem atq; vt vir tanquam vxorem eā habeat in lecto & mēsa, & alibi affectione maritali: secundū etiam eam petitorem formanda sentētia, c. ex parte, 9. de sponsal. hoc tit. ca. ad id quod per tuas literas, 21. eo. tit. c. causam matrimonij, 16. de off. deleg. lib. 1. tit. 29. Habemus & text. in c. illud quoq; 11. de præsump. lib. 2. Decret. tit. 23. in quo mulier libera, quæ per decē annos & vltra cuidam seruo cohabitauerat sciēter, & fuerat cognita, asseuerabat eum non esse sibi maritū: Vir contrà sibi eam vindicabat in vxorē & ostendit publicum instrumentū, in quo se coniuges nominabant. Item in c. 21. Agathosa. 27. q. 2. vxor repetit virum à monasterio, sine suo consensu ad monasticam vitam conuersum, vt & in c. 1. de conuers. coniug. lib. 3. tit. 32.

14 Possessoriũ antẽ intentatur, ꝓ retinendis vel repetendis vxore vel marito, si vxor fuerit relicta vel reiecta. Sicq; hac formula ab vxore relicta agetur contra maritũ, quod talis cum ea legitimè matrimoniũ contraxit, & eam in domũ suam traduxit, quodq; eá propria temeritate à se abiecit, & quasi possessione vinculi matrimonialis eam spoliauit: Quare petit eum sibi restitui, seq; in eandẽ possessionem reduci in qua erat, antequam eam abiecisset. In c. porrò, de diuort. lib. 4. tit. 19. ita qui se separauit propria authoritate ab vxore, etiam prætextu cõsanguinitatis, non expectato iudicio Ecclesię, cogitur eam recipere, & ad eam redire quæ petit restitutionẽ illius. In c. 4. significasti, eo. tit. c. ex conquestione, 10. c. ex transmissa, 8. de rest. spol. lib. 2. tit. 13. c. fi. 31. q. 2 & in nostro c. 1. de Sponsal. vir qui alia ducta reliquerat primam cogitur redire ad primam: iure quoq; ciuili, vir repetere potest vxorẽ interdicto vtili, de liberis exhibendis, etiam à patre detentam, l. 2. de lib. exhib. in ff. l. fi. C. eo. tit. l. si inuita, C. de nup. & in c. non est vobis, 11. hoc tit. Rex Anglorum à sum. Pontifice per censuram Ecclesiasticam, cõpellitur vxores filiorum retentas illis restituere quas retinebat. Ad obtinendam autẽ hanc restitutionẽ petitam, duo cõcurrere debent, primũ legitima despõsatio verè aut præsumptiuè pręcẽdens: alterum carnalis copula. Glo. ad c. ex transmissa, per illud c. de rest. spol. lib. 2. tit. 13. Sola enim cõiunctio matrimonij vel nuptiarũ sine copula, nõ semper sufficit, ad petendũ & obtinendũ cõiugem: veluti si ante copulá transiuit in monasteriũ, etiá sine cõsensu vxoris ductæ, quæ in hoc casu non potest illũ repetere, c. virum, c. ex publico, de Conuersio. coniugato. additur & in d. c. ex transmissa, quod maritus petés restitui sibi vxorẽ debeat sufficientẽ cautionem dare, quod ei mali quippiam nõ inferet, & si vir ita capitali odio mulierem exosam habeat, quòd ea meritò de ipso diffidat, oportet eam cuipiam honestæ & probæ mulieri, vsque ad decisionem causæ custodiendam tradi, in loco vbi vir vel parentes eius, nullam possint ei violentiam inferre. Idem & in c. literas, eod. tit.

15 Non dabitur etiã cõiugis restitutio, si is de cõsensu petentis restitutioné, ingressus fuerit religionem & relictus in seculo castitatẽ fuerit professus, nõ aliter, vel nisi etiá fuerit religionẽ ingressus, c. 1. 3. 4. 5. 6. ca. vxoratus & seq. de Cõuers. cõiug. Excipitur tamẽ vt maritus monachus factus etiam inuita vxore, ab vxore adultera reuocari nõ possit, c. constitutus, 15. & c. veniẽs 16. de Conuers. coniug. Quia per adulterium hoc ius amisit, c. significasti, de diuort. c. pen. & fin. de Adulter. Et hæc est causa vnica quę permittit separare vxorem à viro nempe fornicationis, & ca. 19. D. Matth. & tunc etiá nõ separat, sed Deus, c. si quis cũ matre, & c. quos Deus coniunxit. 33. q. 2. & potest dimitti ex dicto Domini adultera. c. dixit dominus, 32. q. 1. Imò qui retinet vxorem fornicariam, videtur esse leno, ca. si vir sciens, 3. de Adul. & sup. l. 2. C. ad l. Iul. de Adul. l. 2. §. crimen lenocinij, eo. tit. ff. & est patronus turpitudinis, qui crimen celat vxoris, c. si quis vxorem, 32. q. 1. atque in cap. quemadmodum, de iureiu. qui vxori iurauit se eam nunquam dimissurum, potest nihilominus dimittere propter fornicationem: & in illo iuramento, semper conditio subintelligitur, si illa contra regulam despõsationis non egerit. Quod & locum habet quoque in vxore, vt possit mœchum & adulterum maritum relinquere, can. si vxorem, cao. præcipit dominus, can. apud nos, 32. quæst 5. adhibito tamen iudicio & authoritate Ecclesię, alioquin, nec ex ea causa aut alia propria authoritate seu temeritate, aliter coniugum alium reiicere potest, c. super eo, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, & qui ex sua temeritate reliquerit, communione Ecclesiastica priuatur, quòd ita fraudauerit matrimonium, ca. seculares, 32. q. 2. ca. multorum, 35. q. 6.

16 Sicque in his consentiunt penè omnes interpretes: at dissident aliqui in quęstione num postquam iudicio Ecclesiæ relicta est adultera vel adulter, liceat separatione illa facta, alterutri illorũ alteri se matrimonio cõiũgere, veluti soluto omnino vinculo prioris matrimonij. Est aũt decisio Cathol. Ecclesię, nõ licere neq; matrimoniũ ob adulteriũ dissolui: qđ ptinet ad vinculũ, quámis separetur qđ pertinet ad thorũ, quod ꝓbauimus plurib. li. 9. Synt. iu. c. 16. & nũc latius defẽdendum suscipimus. Sic etiam postremum Concilium Triden. decreuit, ses. 24. c. 7. & decisũ ante, non dissolui matrimonij vinculum ex causa fornicationis, nec relicto vel relinquenti, licere alteri se coniungere viuo relicto coniuge impunè, in Concil. Africano. c. 69. Foro Iuliensi c. 10. Florentino, in instructione Armeniorum, Nannetensi quod factum sub Arnulpho imperatore, c. 12. Mileuitano c. 17. canon. placuit 5. sub 32. q. 7. Elibertino c. 9. vbi & mulier quę dimisso marito alteri nupsit nõ admittitur ad communionem, nisi mortuo primo, & in c. fidelis fœmina 32. q. 7. vt in canone Apostolorum 48. sine exceptione excommunicari iubetur. qui vxore dimissa aliam duxerit.

17 Citauimus aliàs sententiam hanc esse patrũ antiquorum, præcipuè in Ecclesia receptam, viuẽte primo coniuge repudiato, non licere cũ alio vel alia inire coniugiũ aliud, & sic resoluunt scholastici Theologi in 4. Sentent. dist. 35. Sic & docet Athenagoras apologia pro Christianis, D. Ambros. in c. 16. D. Lucę & lib. 8. ad Roma. c. 7. D. August. plurib. in locis, vt lib. de Nuptiis & cõcupiscentia. c. 10. de bono coniugali. c. 7. lib. de adulterio coniugatorum ad Pollentium c. 1. Anselmos in c. 5. & 19. D. Matth. Beda ad c. 10. Marci & in 7. c. prioris ad Corinth. & in c. 3. 32. q. 7. Clemens Alexãdrinus, li. 2. Stro. D. Hieron. in epitaphio Fabiolę & in c. 19. Matthæi. Tertull. lib. 4. contra Marcionem, Chrysost. hom. 17. in Matthæum, Innoc. 1. li. ad Exuperiũ episcopum Tholosanum epist. 3. c. 6. in primo tomo conciliorum, Isid. lib. 2. de diuinis officiis. c. 19. Sunt & alij plures quos prætermitto: nam iura diuina vidẽtur id expressè definire primo, c. 5. D. Matthæi ibi, *omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit adulterat*, quæ verba, *adulterat dimissam accipiendo*, indicant, adhuc postquam relicta fuerit adultera, remanere vinculum & matrimoniũ: adulterare enim est alterius thorũ violare l. 10. §. *cum verò*, vers. *adulterium*, 36. q. 1. non posset enim dici violari, si non esset: quod enim nullum est non dicitur dissolui vel violari, c. ad dissoluendum, de despons. impub. non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in Prouincia, de reb. cred. ff. priuatio enim vel violatio ꝓsupponit habitum esse matrimonij quod violatur vt argumento, l. decem, de verb. obli. Si enim adulterat qui dimissam ducit: ergo dimissa adhuc matrimonio vincitur & dimissio non dissoluit matrimoniũ.

18 Idipsum secundo, ex c. 10. D. Marci, & c. 16. D. Lucæ, *quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulteriũ cõmittit super eũ: & si vxor virũ suũ dimiserit, & alij nupserit, mœchatur.* Tertiò, in Epis. ad Romanos, c. 7. mulier adultera dicitur, si viuente viro fuerit cũ alio coniuncta, quæ tantum morte separatur à lege viri. Quartò, dilucidius probatur priore ad Corint. c. 7. *Mulier alligata est legi quãto tẽpore vir eius viuit, &c.* & postea *his, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, nõ ego, sed dominus vxorem à viro nõ discedere: quod si discesserit manere innuptum, aut viro suo recõciliari, &c.* Ibi enim D. Paulus recõciliari iubet viro, virum suũ scil. maritũ, etiam post dimissionem remanere admonens: & ideo non fuisse dissolutum vinculum matrimonij per illá dimissionẽ, vir qui ex pręcedentib. maritus dicitur, vt & in more & phrasi scripturarũ, vt & D. Ioánnis c. 4. ibi *quinq. viros habuisti, & quẽ habes non est vir tuus*, verba itẽ dicti c. 7. prioris ad Cor. *si discesserit*, indi-

cant discessionẽ, factã fuisse ex causa fornicarionis, nã ex alia non posse discedi docuit Deus D. Matthęi, c. 19.

19 Accedunt nostra iura põtificia c. ex parte hoc ti. de Sponsali. Alex. 3. eum qui per verba de præsenti duxerat vxorem, & posteà cum alia contraxerat iubet ad primam redire, & addit, quia nemini licet vxorẽ suã sine manifesta causa fornicationis dimittere: & tũc ẽt eã sibi recõsiliare, vel ipsa viuẽte cõtinere debet, & in c. ex literis §. de diuortiis, mulier confessa est cum vir ei negaret necessaria se esse cõpulsam fornicari, ideò fuit separata à marito iudicio Ecclesię: q̃a tamẽ posteà vir vxorẽ aliam duxerat, iubetur illam relinquere & ad priorem redire. Idipsum statuitur in c. ex literarũ, 4. de eo q̃ duxit in matrimoniũ quã prius polluerat p̃ adulteriũ, l. 4. ti. 7. Nã dimissio ex causa adulterij ptinet tantũ ad separationem thori & cohabitationis vel copulę cõiugalis, nõ vinculi, c. intelleximus, c. fi. de adulteriis, c. 1. 2. 4. c. Dominus, 6. 32. q. 4. Quare vtroq; cõiugũ, & dimissa, & dimittens, quandiu alteruter vixerit, debet remanere sine aliis nuptiis, c. sicut vir, 7. q. 1.

20 Nemo etiam dubitat, inter Christianos matrimoniũ habere sacramentum & benedictionem Ecclesiasticam, vt tractamus locis accõmodis, & in c. omne itaque 10. c. cũ societas 17. cũ simil. 27. q. 2. Qua rõne, vel exemplo Ethnicorũ moueri debemus ad nuptias ritu consecratas indissolubiles ex omni causa præter mortem dicendas, quemadmodũ & inter Rom. Gentiles, illę nuptię erãt extra mortem indissolubiles, q̃ ritibus sacris & per confarreationem contrahebantur, vt ait Dion. Hali. in 2. Et flammeo amiciebatur nubens, boni ominis causa, q̃ eo assiduè vtebatur Flaminica, i. vxor Flaminis, cuiq; non licebat facere diuortiũ, vt scribit Festus in verb. *flammeo*, & refert A. Gellius lib. 10. c. 15. inter priuilegia & leges Sacerdotis flaminis. Matrimonium flaminis nisi morte dirimi non est ius.

21 Inter leges Visigothorum, li. 3. C. legum illorũ ti. 6. de Diuortio & dissidio sponsorum, l. 2. quæ est Chindasuindi regis Visigothorum, sic statuit. *Nõ licet relinquere vxorem nisi fornicationis causa manifesta, & in ea causa, redditur mulier marito, vt de ea quod voluerit faciat, publicè prius scelere comprobato.* Et remanere vinculum postea dum statuitur constat: *quod si, inquit, mulierem aliam ea viuente induxerit, vel diuortiu, vel securitatis scripturã à cõiugo acceperit, ductus publicè verberibus flagelletur, ac publicè decaluatus, exilio afficiatur.*

22 Et in lege Langobardorum, c. 94. *Mulier vel vir qui coniuge superstite alteri coniugi se tradiderit, debet componere pro hac offensa virigild suum cum primo coniuge, hac pro adulterio, &c.*

In legibus quoque Francicis, de quibus meminit c. nostrum 1. de sponsalibus lex est, li. 1. c. 41. de vxore dimissa: *vt nec vxor à viro dimissa, alium accipiat virum, viuẽte viro suo nec vir aliã accipiat viuẽte vxore priore.*

23 Cęterũ, quia D. Augustinus, de fide & operib. c. 19. dixit venialiter falli qui ob Scripturę obscuritatem existimant eum non esse adulterũ, qui dimissa vxore ex causa fornicationis aliam duxit. Admonebimus tempore D. Augustini adhuc non fuisse ita decisum, vt suprà tradidi, aliquo concilio generali, postea tamen fuisse, vt docui. Et ex cõc. Trid. expressè apparet sess. 24. c. 7. declarari notatos anathemate, q̃ cõtrariũ sentiũt.

24 Quia verò quædam possunt in contrariam partem ex schola errantium adferri, qui conuellere nitũtur hanc definitionem in tam necessaria causa, lectoribus deesse piaculum arbitrarer & capitale, maximè quando in iure quod tractamus, quædam videantur non acutè videntibus, vt difficilia intellectu aduersari. Proferam itaque quædam argumenta quæ conabor dissoluere, inquantum Deus nobis mentem & intelligentiam suggerere dignabitur.

Primũ ergo videtur concludere eũ, qui causam non dedit separationis, nẽpe innocẽtem, non adulterantẽ coniugem, posse alteri se coniungere dimisso adultero vel adultera. Quia nemo debet sine culpa sua puniri aut priuari iure suo c. sine culpa, de reg. iur. c. 2. de constit. nec alius alterius odio prægrauari. l. si quis in suo. §. legis de inoff. test. C. cum simil.

At si non liceret innocenti, contra quem adulteriũ committendo peccatum est, dimissa adultera alteri se coniungere priuaretur iure suo sine culpa sua, proinde permittendum ei videtur. Solutio, per dimissionem non priuari iure suo dimittentem: nam si non potest abstinere, correcta adultera potest illam sibi reconsiliare 1. ad Cor. c. 7. c. 3. de Adulteriis.

25 2. Pugnat. lex quæ inducit ad delinquendum, non est approbanda, quia talis lex consuetudinis improbe, potius dicitur corruptela c. fin. de constit. Sicuti & pacta quæ inducunt ad delinquendum, reprobantur in l. cõuenire de pact. dotal. ff. l. alia lege, § eleganter sol. matr. ff. neque facienda interpretatio legis quæ adferat absurdum intellectum l. conuenticulam. C. de sacros. eccle. C. lege nam absurdum, de bonis libert. ff. l. diuortio sol. matr. ff. At si non liceret dimissa vxore licitè ex causa fornicationis aliam ducere, lex illa induceret derelinquentem ad delinquendum nempe ad fornicationem illicitam, cum non posset continere relicta vxore remanendo sine vxore, ergo, &c.

Solutio, hanc prohibitionem nubendi, vel vxorem ducendi post eiuratam adulteram vel adulterum nõ inducere ad delinquendũ: quia remediũ est, vt dixi, vt si nõ possit cõtinere innocẽs reconsilietur coniugi dimisso, vel non dimittat. 1. ad Cor. D. Ambros. ad c. 16. D. Lucæ. August. lib. 2. de adulterinis cõiugiis c. 69. 89. nec enim adulteram castigatam & resipiscentem respuendam admonetur maritus ex præcepto Dei remittendi iniurias D. Matth. c. 7. Neq; etiam absurdum est vt quis ex facto suo etiam sine delicto, vel facto coniugis teneatur continere viuente vxore, vt si sponte vouit continentiam, vt in c. 2. & seq. de conu. coniu. si coniux absens sit per multum tempus c. 2. de sec. nup. Auth. hodie. de Rep. C. §. quod autem, vt liceat mat. & auiæ. in Nouellis. vt & si quis sciens prudensq; cum eo qui nõ est idoneus ad copulam vel cum ea quæ tam arcta est vt maritum non possit admittere, matrimonium contrahat non potest, cum antea sciret impedimentum, à coniugio resilire, atque quam non potest habere vt vxorem, retinere cogitur vt sororem. c. consultationi 4. & c. 4. de frigid. & malefi. lib. 4. tit. 15.

26 Tertiò pugnat, Pharisęi inquiunt, Christum interrogantes D. Matth. c. 19. an liceret vxorem dimittere, loquebantur de dimissiona vinculi & non thori tantũ: neq; enim illi aliam dimissionem nouerant quam quę in lege permittebatur. Illa autem talis erat, vt liceret aliam ducere Deut. 24. Leuit. 21. Hier. 3. Ezech. 44. Christus ergo eis respondens, loquitur etiam de dimissione quoad vinculum, dum ait, non licere vxorem dimittere nisi ex causa fornicationis: & proinde ex illa causa exceptionis, permittit rescisionem à vinculo pro quo argumento faciunt rationes. Primò, quod respõsio est ad interrogationem referenda, cui similis esse debet, l. si defensor de interrogatoriis actio. Secundò lex corrigens vel correctoria alterius, debet intelligi secundum terminos legis correctæ §. fi. de filiis ante nuptialia instrumẽt. natis, Nou. 19. Et lex quæ interpretantur priores ex earum natura intelligi debet. l. nihil. vbi Barth. de coniungend. cum emanci. lib. in ff. l. sed & posteriores 28. de legib. ff.

3 Clausula sequens, determinatur per generalem præcedentem, l. quoties, fam. ercis. 2. vt generalis clausula refertur tantum ad specificata, si plura præcesserint, l. legatorum. §. 1. de leg. 1.

4. Exceptio est de regula secundum quid, quamuis non quoad omnes partes pertineat, l. nam quod liquidè, §. fi. de penult. lega. ff.

Solutio

Solutio huius argumēti & rationū quę ad illud confirmandū adductę sunt, sumūtur ex cōsideratione interrogationis & respōsionis: Nā in interrogatione duo mēbra cōsiderāda, & totidē in respōsione. In inquisitione Pharisæorū duo erāt: primū num liceret vxorem ex quacumq; causa dimittere: alterū, num liceret aliā ducere. Ad primū respōdit Christus cū exceptione, nēpe, non licet dimittere: exceptio, nisi ex causa fornicationis: ita exceptio est de regula, & omnia quæ dicta sunt verificātur & nō pugnant: ad secundā autē partē interrogationis, num liceret aliā ducere, vel relictę alteri nubere, respōdit, nō licere, & si fieret, adulterium & mœchiā cōmitti. Neq; vllo modo conuenire potest interrogationi vel respōsioni illa cōiūctio, quod Deus ꝑmiserit in lege diuina relinquere vxorē ex causa fornicationis & aliā superinducere: nā nemo est qui nesciat, Christū emēdare tantum libertatē relinquēdi vxorē & repudiū dandi, quę data erat olim Iudęis à Mose, ꝓpter duritiā cordis eorum, & de illa quęstiona repudij ꝓpositæ, facta est respōsio D. Matt. c. 19. at libellus repudij, nō dabatur ꝓpter adulterium, sed ob fœditatē, vel aliā causam: sic. n. scriptū est Deut. c. 24. v. 1. *Si acceperit homo vxorē, & habuerit eā & nō inuenerit gratiā ante oculos eius ꝓpter aliquā fœditatē, scribet libellū repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eā de domo sua: Cūq; egressa alterū maritū duxerit, &c.* qd emēdat Christ. vt nō liceat dimittere, nec dimissæ alteri nubere, at de adultera cōperta, non illud dictū erat, vt posset dimitti & altera superinduci ea viuēte: nā scriptū est, adulterā esse lapidandam cum adultero, Leuit. c. 20. v. 10. Deut. c. 22. v. 22. D. Iohan. Euang. ca. 8. & proinde illa exceptio excepta causa fornicationis, ad dimissionē tantum, nō ad permissionē alteram superinducendi referendam ast: vt dicamus permissionem legis Mosis libelli & ducendi aliam per illam exceptionem conseruari: nunquā enim licuit viuēte adultera aliam inducere, quia adultera non viuebat, sed erat ex lege lapidanda.

27 Quartum argumentum est ex c. 18. quod proposuisti. 32. q. 7. qui sumptus est ex epist. 4. Greg. 3. scripta Bonifacio, cuius verba. *Quod ꝓposuisti si mulier infirmitate correpta, non valuerit viro debitū reddere, qd illius faciat iugalis. Bonū esset si sic ꝑmaneret vt abstinētia vacaret: sed qa hoc magnorū est, ille q se nō poterat cōtinere, nubat magis: nō tamē subsidij opē subtrahat ab illa q̄ infirmitas præpedit, nō detestabilis culpa excludit.* Ex quib. videtur cōcludēdum, posse relinqui vxorē ex alia causa etiā quā fornicationis: & ea relicta, aliam posse impunè induci.

Solutio huius argumenti valdè videtur difficilis, eoq; canones vltra sacram paginā apertè statuuūt ex nulla causa posse vinculum matrimonij cōiuge viuente dissolui, aut vxorē relinqui: neq; propter sterilitatē, c. tantum valet 32. q. 7. aut ob mēbri genitalis abscissionem, vel propter aliam causam superuenientē, c. si vxorem, 32. q. 5. neq; ob maximam infirmitatē c. Iu qui matrimonium, 32. q. 7. Quare & ipse Gratianus, nodum soluere prædicti canonis cum nō posset, errauit in eius intelligētia. Atq; in c. si quis cum nouerca, §. quamuis illud, 32. q. 7. ait illum can. quod proposuisti fuisse ex indulgentia statutum, & ita concessum Anglis tunc primū ad fidē cōuersis. Quam tamen solutionem meritò glossa reprehendit, ad verbum, *nubat*, in d. c. quod proposuisti, & glo. ad dictum §. quamuis, ad verba, *Illud vero*, vagatur, inquit Gratianus pro solutione dicti c. quod proposuisti, quandoque bonus dormitat Homerus, & cum non inueniat, Somniando attribuit sancto Gregorio minori quod egregius Doctor sanctus Gregor. primus maior, scribit Augustino Anglorum episcopo, in ca. quædam lex. 35. q. 2. vbi tamen neque de hac permissione relinquendi vxorem, sed de permissione data Anglis contrahendi matrimonium in quarta & quinta generatione, Gregorius etiam 3. in d. ca. quod proposuisti, scripsit ad Bonifacium Legatum Germaniæ pro causis Germanorū. Obseruādū quoq; hic est, hunc Gregoriū 3. anno Dom. 750. pontificatū iniisse, & Græca & Latina lingua eruditū, & in secretis sacræ Scripturæ indagandis fuisse pręstantissimū vt ait Platina, tēpore Caroli magni, vt procul dubio mētē aliā ei fuisse, quā cōtra ꝓceptū Dei ꝑmittēdi bigamiā, duarū viuētiū vxorū appareat. Secūda solutio in d. c. quod ꝓposuisti, à gl. adfertur: qd ibi agatur de spōsa de pręsenti, qua relicta sponsus potest aliā ducere, si illa reddatur inutilis matrimonio. Sed illa solutio ita simpliciter adducta, subsistere nequit, eò q spōsa de ꝓsenti habeatur & sit verè vxor, q̄ relinqui alia superinducta nequeat, c. pen. nost. ti. de spōsa. c. 1. de spōsa. duor. cum simil. melius dixisset, illud intelligi de spōsa de futuro quæ ex maxima difformitate vel impotentia superueniente ante matrimoniū, potest relinqui in c. quemadmodū, de iureiu. Tertia tamē mihi solutio verior videtur, si dixerimus c. qd ꝓposuisti, loqui de dicta muliere q̄ inuēta est ita inutilis matrimonio, vt cognosci nū possit ꝓpter ęgritudinē quā tamē ignorabat maritus quū eā duxit: nā tūc pōt eā relinquere, vtpote nullo matrimonio, & aliā ducere, c. 1. 4. 5. de frig. & maleficia. Nō aūt si illi infirmitas supuenisset post cōiūctionē & copulā: nā retinenda tūc esset vxor, nec dimitti posset ex causa supuenientis infirmitatis. c. si vxorē, 32. q. 5. cū simil. Nec mouere nos debēt verba finalia dicti c. qd ꝓposuisti, q̄ videntur innuere post copulā superuenisse egritudinē, dū dicitur. *Nō tamē subsidij opē subtrahat ab illa quā infirmitas ꝑpedit, nō detestabilis culpa excludit.* Nā illa verba intelligēda sunt, vt ante diuortiū maritus debeat ꝓuidere, nū aliquo cōsilio medici, vel alterius posset mulier q̄ inhabilis est, matrimonio habilis fieri, c. fraternitatis 6. c. laudabilē &. & c. f. de frig. & malef. nō. n. statim vbi allegatur impedimētū illud soluitur matrimoniū, sed tātū, si illud sit incurabile, vt ibidē dicitur, tractatur & in c. si p sortiarias, 33. q. 1. 28 Quinto loco, magis vrgere videtur c. vxor à viro, 17. 32. q. 7. ex D. Ambrosio super primā epistolam D. Pauli ad Corinth. c. 7. Cuius verba, *vxor a viro non discedat, nisi causa fornicationis, quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro suo. Et vir similiter non dimittat vxorem: ideò non subdit de viro, quod de vxore præmisit, quia viro licet ducere aliam:* hæc ibi.

Solutio ēt huius canonis valdè difficilis, & ideò plures adferūtur, q̄ nō satisfaciūt. Prima est, q ille canon fuerit postea abrogatus. 2. q viro licet vxorē aliā ducere post relictā adulteram, & ea tantū mortua, verū prior nō admittēda: secūda nihil dicit, nā & in vxore dictū, idē est q ibi de adultera. Atq; adultera relicta post mortem mariti, non impeditur alteri nubere, quia soluta est à lege viri, c. petent. fin. de secund. nup.

Tertia solutione, negatur illū can. vxor à viro. fuisse S. Ambrosij: Sicque Gratianus in can. quod proposuisti. § sed illud 32. q. 7. ait, *quod illud Ambrosij dicitur à falsatorib. insertum*, quod & refertur in 4. libro Magistri Sententiarum: quia & certè D. Ambrosius illud aliter exposuit plurib. verbis ad c. 7. prioris Epistolę ad Corint. & defendit ipse non licere, relicta adultera vxore, aliam superinducere li. 1. de Abrahamo c. 4. & 7. c. nemo. 31. q. 4. & in commentariis ad c. 16. diui Lucæ, c. an quod. 33. q. 2. Verum hîc posset replicari nihil interesse cuius sit illa authoritas, can. vxor à viro, cum constet inter can. connumerari receptos nouissimè & à Gregorio 13. Sum. Pont. Proinde alia solutio verior videtur, illū canonē, & dictū Ambrosij intelligendum non de qualibet fornicatione, vt dicamus, ob quamcūque fornicationē, virū relicta vxore alteri cōiungi posse viuēte relicta. Sed ꝓpter incestuosā tantū fornicationē pręcedentē matrimoniū qd ob incestū ꝓcedēs nō tenet, veluti si vxor nupta prius patri deinceps inscio filio ei nubat, vel fratri mariti, vel alteri ex ꝓhibitis, sciēs prudēsq;: ipsa carere debet matrimonio, sepa-

xata à secundo viro: ipse tamen cui succubuit incestuosè, ea dimissa, quia haberi non potuit, alteram ducere poterit eadem vivente.

29 6. Eò pertinent & eadem solutione tolluntur, can. quædam.19. ca. concubuisti 23. & sequens, si quis cum noverca, iuncto 32. hi verò, 12. q. 7.

30 Septimò obiiciunt Christum permisisse repudiū ex causa fornicationis, D. Matthæi 5. & 19. verum neminem cogere ad continentiam: dura enim cap. 19. D. Matthæi disputanti de continentia & castratione voluntaria adiecit, *qui potest capere capiat*, ergo nō prohibuit aliam vxorē relicta prima ducere: maximè cum Diuus Paulus dicat, *melius est nubere q̄ vri*, 1. ad Corin. cap. 7. Domumque est matrimonium, & ex Deo, & sine peccato, quod vel ex eo constat, quod dum quis ex infidelitate ad Christianam fidem conuertitur baptismo accepto, omnia quidē peccata amittit, at nō matrimoniū antea contractū; c. 3. deinde ponitur, 26. dist.

Solutio, verissimum esse, votū castitatis & cœlibatus esse ex cōsilio, & nemine ad illud cogēdum, nō magis quàm ad contrahendū matrimoniū siquidē liberū est ab initio, vel nō vouere, vel vouere: vt liberum matrimonium contrahere, vel non: id tamen ab initio, at quando quis se obligauit, iā amplius nō est cōtractus volūtatis, sed necessitatis, l. sicut de actio. C. l. incōmodato §. sunt, commod. ff. & melius est nubere quàm vri, sc. iis quib. permittitur. Maritus etiam habet & vxorē adulterā, cui, si nō possit cōtinere, poterit recōsiliari.

31 Octauò pugnat, & videtur doceri, quod hodiè etiam ex quacūque causa maximè fornicationis liceat relinquere coniugem, & alteri se coniungere. Quādiu enim remanet causa cōstitutionis, debet & remanere constitutio, l. liberorū, §. 1. de his qui not. infamia. ff. §. affinitatis, de Nuptiis, vt contrà: ea cessante, cessat dispositio. l. adigere, §. quamuis, de iure patro. ff. c. cū cessante, de appel. At causa ob quam permissus Deut. 24. fuit libellus repudij Iudæis, erat duritia cordis eorū, D. Matthæi, c. 19. Eadem autem duritia remanet inter Christianos, quæ ergo & debet remanere lex, & potestas nubendi alij post repudium, danda est disiunctis: quia nec etiam bonū dicitur homini esse solū, Gen. 2. & Diuus Paulus 1. ad Corinth. c. 7. ait. *aut non separari, aut reconciliari dimittentem & dimissam ex causa fornicationis, q̄d si noluerit recōsiliari*, necessariū esse videtur permittēdū aliud matrimoniū propter duritiā cordis.

32 Solutio disputatum fuisse à Sacræ Theologiæ interpretibus, ad 4. sentent dist. 33. art. 1. num ita fuerit concessum repudium Iudæis, vt possent post repudium aliud matrimonium inire, tāquam permissum, an tanquam minus malum? Et respondent Bonauētura, Richardus, Dominicus Soto, & alij fuisse semper illicitum: permissum autē vt impunè fieret causa maioris mali euitandi, quod & Magister sententiarum dicere videtur, verior tamē sentētia creditur licuisse repudio facto, viro aliā ducere: quia vt is polygamia, inquiunt, permissa erat, cum tamen non liceat mulierib. plures maritos habere, id; ad ppagādā sobolē & fidē Dei inter fideles. Itē quia repudiata vxor à viro olim nō poterat ad virum adire, postquā alteri nupsisset Deut. 24. vnde licebat vito aliā ducere. Christus autē illā potestatē & relinquēdi vxorē & alteram ducēdi reuocauit D. Matt. c. 19. & reduxit matrimonium ad primā institutionē: non enim approbauerat repudium, sed permiserat tantum: dicere autē quod homo sine vxore vel muliere esse nequeat, hoc certè esset Epicureū, vt n. bonū est matrimoniū, sic melior virginitas, nuptię terrā implēt, virginitas Paradisū, c. nuptiæ terram, 32. q. 1. Et melius de innuptis loquēs D. Paulus, 1. ad Cor. c. 7. *si sic permanent quemadmodum ego, &c.* Fuit & Dominus noster Iesus Christus, D. Ioannes aliiq; infiniti plures sine vxoribus, sine mulieribus, quos arguere nemo iure potest. Fuerunt & inter Ethnicos Vestales virgines, fuerūt & aliæ quæ in virginitate perseuerauerūt, & quę illud impossibile nō putarūt viuere sine copula, neq; omittā Valer. Maximū referentem, li. 6. c. 1. in finali exemplo, ex Plutarcho Orosio lib. 5. c. 56. Floro, lib. 3. c. 4. Teutonicorum vxores, Marium Victorē orasse, vt ab eo, dono virginib. vestalib. mitterentur: asserentes se æquè atq; illas, virilis concubitus expertes futuras: eaq; re nō impetrata proxima nocte laqueis se suspendisse. Neq; obiiciendū, quòd ppter fornicationē vnusquisq; debeat habere vxorē suam: nam hoc intelligitur de idoneis, vt cæteræ cōstitutiones, l. vt gradatim. de mun. & hon. ff. cuiusmodi nō sunt qui votum emiserunt, & qui nolunt admittere vel recōciliare sibi vxores dimissas, minusq; obest quod dictum est, bonum nō esse homini esse solum, sine vxore, Gen. cap. 2. v. 18. nam hoc intelligitur generationis causa, & quando ab initio mundus egebat hominum incremēto, & ideo fœmina homini erat tunc necessaria.

33 Nonò pugnat, c. 4. omnes res 27. q. 2. ex palea, & diuo Chrysostomo, in opere imperfecto, hom. 32. in Mat. vbi postquam illud axioma positum est, omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdē dissoluitur, subinfertur, matrimonium nō dissolui nisi ex cōsensu, cum ea intētione, *quis, vxorē dimittit & aliā ducit, matrimoniū, inquit, nō facit coitus, sed volūtas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio volūtatis: ideo qui dimittit coniugē sua & alia nō accipit adhuc maritus est: nā & si corpore sit separatus est, tamē adhuc voluntate coniunctus est: cū ergo aliā acceperit tūc plane dimittit. Nō ergo qui dimittit mœchatur, sed qui alteram ducit.* Ex quib. sic cōficitur argumentum. Deus permisit relinquere vxorē ex causa fornicationis: At non dimittit planè nisi qui alteram ducit: ergo permisit alteram ducere, quia verba cum effectu intelligenda, l. si quando, de leg. 1. ff.

Respondeo c. relatum, de cler. non resid. dictum c. omnes, habere solutionem in fine, & referri ad dimissionem de facto, non de iure, quia verè de facto relinquit vxorem & mœchatur quis tunc cum alteri se coniungit: concubitu enim suo facit sua membra meretricis: at nō sequitur quod de iure rūpatur vinculū prioris matrimonij, & quod secunda iure & licitè duci possit.

34 Postremò videtur quodammodo dubium facere: quod leges Dei, vt ipse, immutabiles sunt, ca. 1. & 2. dist. ad Galat. 4. At Deus permisit Deut. c. 24. repudium Ioseph. lib. 4. Antiq. ca. 6. ergo mutari illa lex nequiuit, solutio mulieri leges diuinas ex causa prius mutata, vel ex voluntate constituentes. Cuius enim est legem condere, eiusdem & est interpretari & tollere, l. t. & fi. C. de legib. Ab homine verò mutari nequeunt ca. cum inferior, de maior. & obed. c. inter corporalia, de transl. epis. Deinde neque vnquam lege probauit Deus repudium & solutionem matrimonij: permisit tantum, sed aliud est permittere, aliud approbare, c. hac ratione, 21. q. 1. Et Cicero 2. de Inuentione, quid in contrarius legibus statuendum sit, inter cætera distinguant vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. Namque id quod imperatur, necessarium: id quod permittitur, voluntarium est.

35 Remanet igitur ex superioribus probatum, & à contrariis vindicatum: indissolubile ex omni causa esse matrimonium iam contractum, neque prætextu fornicationis ex qua separatur thorus tātum, censeri vinculum dissolutum. Et ideo in nostro textu c. 1. de sponsalibus, contra legem Euangelicam factū dicitur, quod Francigena relicta vxore Saxonam aliam duxisset. Hincque liquet omnes causas dirimendorum matrimoniorum quæ etiam ab imperatoribus Christianis permissæ erant euanuisse per sanctiones Pontificias, quæ iuxta legem diuinam statuunt, vt quod Deus cōiunxit homo non separet, c. inter corporalia, de translatio. Episcopi ca. nunquid 28. q. 1. cum similib. à nobis antè citatis. Sic sublatæ leges tituli de Repudiis, C. maximè

mat[illegible] lex, consensu de titulo de diuortiis, in qua tū morte, captiuitate, seruitute, & alus modis permittebant dissolui matrimonia de quib. ibi & in §. quia vero c.8. & sequentib. vt liceat matri & auiæ, Nouell. 117. & Nouel. de nuptiis §. has itaque causas, & in Nouell. Iustin. 21. vt consensu matrimonium solui possit, & in nostro Synt. iur. fusè, li. 9. c. 5. & 16. leges enim Pótificię præferendæ sunt in causis matrimonialibus ciuilib. c. pen. & fi. de secun. nup. & l. 1. de summa Trin. C. & dicemus Dei auxilio postea latius in 2. nostri capitis toc.

36 Neq; nos mouere debet quod Imperatores illi, qui de diuortio sanxerunt, fuerunt Christiani, tamē nihil interest: primum, quia id tantum permiserunt & non approbarunt, & vt diximus, aliud est permittere, aliud probare, can. hoc ratione 31. q. 1. dehinc ipsimet, paulatim ea iura emendarunt. Tertiò neque potuerant de rebus his statuere, & statuta illorum de reb. Ecclesiasticis ob defectum potestatis nulla haberi debent. c. fin. de reb. Eccl. non alie. c. Ecclesia S. Mariæ, de constitutio. Authentica, cassa. de sacros. Eccl. c. imperium, 10. dist. Et in causis etiam peccati, Sum. Pontifex est supra Imperatorem, c. nouit, de iud.

37. Consentiunt tamen leges ciuiles & Pontificiæ in vna causa separationis, nempè in morte: mors enim omnia soluit, & proinde matrimonium, §. deinceps, de nupt. in Nouell. expressè in c. pen. & fi. de secun. nup. 1. ad Cor. 7. *morte mariti mulier soluta est à lege viri.*

38 Obseruatione tamen dignū est, casus legales qui operabantur olim solutionem matrimonij, hodie etiā iure Pontificio posse efficere separationē victus thori, & cohabitationis coniugalis, remanēte vinculo: & separatis psonis sine alio cōiugio. Separationē q dē & ita discemus, sed nō ꝓpriè diuortiū: diuortiū quippe ꝓpriè est, vt ait Isid. li. 9. Etymologiarū. c. fi. quādo dissoluto matrimonio, alter eorū alterius nuptias sequitur: sic. n. diuortiū à diuersitate mentiū, ad ppetuā diuisionē faciendam, l. 3. de diuort. in ff. quod clarius aliunde non potest colligi, quàm ex insequutis cū alio aliàve nuptiis, l. 2. de diuortiis ff. c. omnes res 27. q. 2.

39 Item obseruandum etiam nūc aliquando agi ad separationem matrimonij contracti, postquàm, licet alteri se coniungere, & ita agitur ad separationem, vt videtur vinculi, verumtamen agitur non ad veri vinculi tanquam contracti iure separationem, sed ad vinculi præsumpti nullitatem ostendendam, quando videlicet de facto quidem matrimonium contractum, & habetur pro vero, sed postea docetur nunquam interuenisse, vt quando contractum est contra impedimentum quod contrahi matrimonium omnino prohibet, & contractum de facto vt nullum dirimit: quo casu non propriè dissolutum dicitur, sed declaratum nullum, quod enim nullum fuit dissolui non dicitur, c. ad dissoluendum, de despons. impub. l. 4. de diuor. ff.

Quæ vt facilius intelligantur à discentibus, sic breuiter resoluemus, quædam esse impedimenta matrimonij quæ omnino ꝓhibēt cōtrahi, & cōtractū dissoluunt. Quædā sunt quæ ꝓhibēt cōtrahi, sed contractū non dissoluunt: Quædam autem quæ contractū prohibent dissolui quoad vinculū, verū qđ pertinet ad victum, habitationem & debita matrimonialia copula separant coniuges sine permissione nubendi alteri. Quędam quæ separant cū permissione alteri nubēdi de singulis membris aliqua exēpla illorū ꝓponamus.

40 Impediunt itaque & contractum dissoluunt, quæ sufficiunt ad dicendum nullum contractum matrimonium: veluti primo, si intra minorem ætatē matrimonio non idoneum, nuptiæ factæ sunt, aut sponsalia per verba de p̄senti, licet enim minori pœnitere vbi peruenerit ad legitimam eam ætatem. Si tamen in minori ętate coniuges perseuerauerint in coniugio, post maiorem non licet, vel si ante legitimam ætatem maritali copula se complexi sunt, c. de illis, & c. à nobis, 8. de despons. impub. sic enim malitia supplet ætatem extraordinaria libidine [illegible] d. & in c. [illegible] nitas tua, 7. de eo qui cognol. cōsang. vx. suę, non enim tam ex ætatis curriculo & solo tempore, quantū ex potestate coeundi & pubertate in matrimoniis metimur c. puberes de despons. impub. Solus tamen nixus ad copulam sine effectu, non supplet ætatem nec cōualidat impuberis matrimonium, c. attestationes, 10. de despōs. impub. c. fi. hoc tit. de sponsalib. Iura ciuilia aliquādo ætatem puberem metiebantur ex hac potestate coeūdi à pub. l. minor 25. annis, de minor. ff. Plato quoq;. Et hoc apud Romanos obtinuisse, donec tu[illegible], hoc est in inspectione corporis fœminarum, & postea masculorum etiam testatur Iustin. & proinde postea fuisse ætatem puberē in masculis 14. annis, & in fœminis, 12. definitam, quia vt plerumq; circa eam ætatē pubescant §. 1. quib. mod. tut finit. li. 1. inst. iur. ciu. ti. 22. §. 1. de nupt. l. fi. quando tut. vel cur. esse desinant. vide Saturnal. 2. c. 6. Macrob. Ideo responsum minorem annis nuptam, tunc legitimam vxorem fore, cū apud virū duodecim annos impleuisset, l. 4. de rit. nup. ff. li. 23. ti. 4. Atque ante eam legitimam ætatem, nuptię factę nō iure matrimonij, sed iure sponsaliorum valebunt, siquidem præcesserint sponsalia: quod si nō pręcesserint, neque iure sponsaliorū valebunt, quia non fuit ea lex agētiū neq; iure nuptiarū, quia lex improbat: nisi postea ratę sint, & ita Vlp. ex sententia Iuliani, respondit in l. quęsitum, 9. de spons. ff. non enim quę potuerūt, nempe cōtrahere spōsalia, id voluerunt, neq; quod voluerūt, nēpe contrahere matrimonium, id potuerunt: & ꝓinde nihil actum videtur, l. 1. de iure codicillo. ff. c. cū super, 23. de offi. deleg. lib. 1. Decret. tit. 29. l. multum interest, si quis alteri vel sibi, C. Cōsentit in hypothesi, c. 1. de despons. impub. & datur actio contra tutorem qui ante 12. annum nuptiis minorem pupillam collocauerit, si ea traducta moriatur ante eum 12. annum, l. falsus tutor. 11. §. 2. quod falso tutore authore actum est, lib. 27. ff. verum hactenus nunc de ea ætatis impedimento: plura enim suo loco Deo fauente inferius dicemus ad c. Iuuenis. 3. istius tituli. multa quoque iam tradidimus lib. 9. Syntag. iur. c. 7.

41 Secundò verò agitur ad dissolutionem de facto contracti matrimonij, si incestuosæ nuptiæ factæ inueniantur: idq; authoritate Ecclesiæ seu Episcopi seu Officialis eius, non ꝓpria cuiusq; conscientia vel pręsumptione, & nisi pręcedente de impedimento inquisitione & gradu ꝓximitatis quę prohibere dicatur nuptias, intra quartum gradum consanguinitatis iuxta c. 1. pen. & fi. de consang. & affi. Sicq; iudicium Ecclesię requiri docetur c. super eo. 5. in c. fraternitati, 7. de eo qui cogn. consang. vx. suæ. c. 3. de diuor. li. 4. tit. 19. can. 1. seculares, 15. q. 2. ca. 10. multorum, 35. q. 6. Quòd si ꝓpria authoritate eo pretextu sine iudicio Ecclesię coniugē quis reliquerit relicta potest petere restitutionē in integrum: & si ei exceptio proximitatis obiiciatur in gradu prohibito, & probationes offerantur paratæ, recepto per iudicem ab opponente iuramento de malitia, negatur quidem restitutio quoad thorum, non quoad reliqua matrimonialia: si verò probationes non sint in promptu fiet plena restitutio, nisi sit magna viri sæuitia, c. literas, 13. de rest. spol. lib. 2. tit. 13. Diremptione autem ob hoc impedimētum matrimonij facta, sequitur alia pœna in eum eamve, qui quę vetitas nuptias contraxerit ne cum alio aliave cōiūgi possit, c. 1. de eo qui cognouit consanguineam vxo. suæ. ca. concubuisti, c. si quis cum nouerca. 24. & seq. qui dormierit, 32. q. 7. Sed hoc, nempe prohibitio matrimonij contrahendi cum alio in pœnam incestus commissi, non est perpetuū, ideo contractum contra prohibitionē tenet, & sic pœnitentia imposita qui contraxit contra prohibitionē vxori postea ductæ matrimonij debitum petenti, reddere tenetur, petere autem non vtique, cap. transmissę

nobis,4.de eo qui cognouit cõsanguineam vxoris suæ. Sed & si essent iuuenes incestuosi, cum eis dispensaretur, vt possent cũ aliis matrimoniũ cõtrahere, imposita pœnitentia, & propter lapsum iuuentutis incontinentiæ, tolerabile fit matrimoniũ. c.14.in adolescẽtia, 33.qu.2.Sed de hoc impedimento plura dicenda erunt infrà, ad c.iuuenis, & diximus lib.9.Syntag.c.18.

42 Tertiò ad dissolutionẽ matrimonij de facto contracti, agitur ob impedimentũ frigiditatis & maleficij cõiugum, & si mulier tam arcta sit, vt non possit virũ admittere, & ita coniuges ad matrimoniũ consummandum sint inutiles: nam tunc etiam authoritate Ecclesię si conqueratur alter ex coniugibus, & probet impedimentum, solui posset de facto contractum. c.1.c.consultationi, & sequentib. de frigidis & maleficiatis. Sicut enim puer qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic, qui impotẽtes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur, c.2.eo.tit. naturalem imbecillitatem hanc dissoluendi causam dicit Iustin. Nouel.22.de Nupt.§.per occasionẽ, & in §.prædictis itaque Nouellæ 117. vt liceat matri & auiæ l. in causis 10.de repud.lib.5.C.tit.17.

Quamuis enim coniunctio animorum pręcipuam habere videatur causam matrimonij, l.nuptias de reg.iu. cum simil.

43 Attamen, vltra consensus ille animorum habet intentionem coniunctionis & prolis: nec aliam ob causam in principio inuenta videtur matrimonij institutio, ẽstq; vnum ex bonis matrimonij, proles. can.omne bonum 27.q.2. cum autem omnino impotentes ad hoc sunt qui contrahunt, de facto coniunguntur quidem, sed non videntur ob matrimonium coniuncti: ideo abire ab illa cõiunctione impunè illis permittit Ecclesia: nec mulier dicitur pertinere ad matrimonium, cũ qua non dicitur commixtio. c.decr.§.1.c.non est dubiũ c.cum societas, 27.q.2. Atq; in capitulari 6.Caroli mag. c.55.apud Iuonem part.8.decr.c.8.& in c.quod autem 33.q.1.vir & mulier si se coniunxerint, & posteà dixerit mulier de viro, quod nõ possit coire cũ ea, si possit probare per iustũ iudiciũ quod verũ sit, accipiat alium: si autẽ ille aliá acceperit, separẽtur. Et in ca.requisisti.33. q.1.si mulier causatur & dicit, volo esse mater, & filios procreare: & vterq; eorũ septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurãdo dicat, vt numquam per coniunctionẽ carnis cõiuncti, vna caro effecti fuissent, tũc videtur mulierem secundas nuptias cõtrahere posse: humanũ dico, propter infirmitatem carnis eorũ; vir autẽ qui frigidę naturæ est, maneat sine cõiuge. Si propter fascinũ etiã impotẽs quis reddatur ad cohabitandũ mulieri, separatio fit cõiunctionis: verũ quædã est differentia inter solutionẽ factã ob fascinũ, & ob impedimentũ naturale, vt vtrunq; probatur in c.si per sortiarias, eadẽ 33. q.1. *si per sortiarias atque maleficas occulto, sed nunquã iniusto Dei iuditio permittente & diabolo præparante, cõcubitus nõ sequatur, primũ statuitur recurrendũ esse ad orationes vt Deus ira placari possit: quod si sanari nõ potuerint, separãdos.* Et ibidẽ ponitur differẽtia separatorũ ob frigiditatẽ, & separatorũ ob maleficiũ. Quia, inquit, de impotente reddito per sortiarias & separato postquã alias nuptias expetiuerit illo in carne viuente cui iunctus fuerat, priori, quã reliquerat, etiã si possibilitatis cõcũbẽdi ei reddita fuerit, recõciliari nequit. At si separatio fuerit facta propter frigiditatẽ, & receperit potestatẽ coeũdi: peracta pœnitẽtia, ad primã vxorẽ relicta secũda, redire debet, d.can.requisisti in fi.33.q.1.& c.laudabilẽ, 5. de frig.& malef. Diuersitatis ratio est, quia cũ agitur de separatione matrimonij ob frigiditatẽ vel impotẽtiã naturalẽ, talis ea debet esse, vt is, q separatur, dicatur esse impotẽs erga oẽs mulieres & personas, quia sit perpetuũ impedimẽtũ, c.1.de frig.& malef. ibi, *primũ dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt nõ potuisses cũ illa nec cũ aliqua alia concumbere*, ita natura Eunuchi alij ab illis qui voluntate & artificio hominũ tales sunt D.Matt.c.19. c.qui fit, 9.33.q.5. Quare enim Ecclesia non permittat ob hoc naturale impedimentum solutionem matrimonij, nisi ob eam rationem quia perpetuum iudicauit. Si decepta fuerit ex iuramento quod illud diceretur perpetuũ restituit detecto mendacio primũ matrimonium: quia impedimentũ nõ perseuerat, vt persuasum erat.

44 Sicque perpendimus iura in c. fraternitatis literas, 6.de frigid.& malef.& 39. mulier arcta reiicitur, si cum ea non possit concumbere maritus, si nõ idonea est ad viriles amplexus, si naturale ei desiit instrumẽtum, si tam arcta sit vt non possit per incisionẽ aperiri sine vitæ periculo, quo casu dimitti potest: contrà, si sine vitæ periculo aut arcta ab initio postea aperta sit ab alio vt possit esse vsui primo. Sicque in c. ex literis, 3.de frigidis. Alex.3. *ex literis*, inquit, *tuis 4.cognouimus, quod quidam sedecim annorũ quandã tredecim duxit vxorẽ, qui tũm debitum reddere nõ posset, mulier tam grandẽ infirmitatẽ contraxit, vt omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum eius impedimentũ ita quod vir ei admisceri nõ potest. Respõdemus igitur quod si vitiũ illud mulier a natura cõtraxit, nec ope medicorũ poterit adiuuari, viro alia accipiendi tribuas facultatẽ.* Obseruamus ibi pręsupponi impedimentum perpetuũ, per verba, *nec medicorũ ope poterit adiuuari.* mulier enim ita arcta, vt mulier fieri non possit, sana non videtur vt ait Vlp.in l.item quæritur, 14. §. mulierem de ædil edict. ff. medicorum autem arte interdum sanari, docet Aetius li.4.medicinæ c.95.& seq. Quare Hostiensis ad dictum caput fraternitatis, ait, quomodocumq; mulier quæ vt arcta separata est, cognoscibilis reddatur, restituitur priori marito, propter errorem qui interuenit in iudicio Ecclesiæ separantis, ob relationẽ mulierum, vt ibidem dicitur in textu & Glossa. Neq; sententia vnquam contra matrimonium lata transit in rem iudicatam, c.lator, & ibi Glossa, ad verbum *permanere*, c.cõsanguinei, de sẽt.& re iud. sanari n. potuit.

45 At quando de maleficio agitur & impotentia coeundi ex eo, maleficiatus semper non est impotens erga omnes, sed erga sponsam tantum & nuptam, vt colligitur ex c.fi.de frig.& malef. ibi, *fatebitur maritus quod vxorem nunquam cognouerat, tamen se habere potẽtiam cognoscẽdi alias asserebat:* quare separatus ob maleficium ab vxore quã cognoscere non poterat, aliã accipiens & cognoscens, ab ea non est conuellendus.

46 Ceterum antequam ob causam maleficij aut impedimenti naturalis separatio statuatur matrimonij ab Ecclesia, tria cõcurrere debent: primum, vt qui vult à coniuge matrimonio ideo discedere, ante contractum matrimonium ignorauerit impotentiam cõiugis à quo vult discedere. Nam si præsciuerit, non poterit postea contracto matrimonio ab eo abire: sed quam non potest habere tanquam vxorem, tenetur retinere tanquam sororem, c.consultationi tuæ, 4. de frig.& malef. c.laudabilẽ, §.1.e.tit. neq; cohabitatio tamẽ ista facit cum impotente matrimonium, & cum eo qui scienter impotẽti se cõiunxit can. solet 32. q.2.can. aliquando, eo.c.fi. de condit.appos. Et nisi adsit mens sacra continentiæ, mererentur pœnam, qui ita sciẽter impotentibus se coniungunt iuxta Nouellam Imperatoris 98. de pœna Eunuchorum qui vxores ducunt per quam Eunuchi qui matrimonium inire conati sũt, vt stupri rei, pœna dãnãtur, & sacerdos q huiusmodi cõiũctionẽ prophanato sacramẽto perficere ausus fuerit sacerdotali dignitate defraudatur. *Quod*, inquit, *q ad illã cõmixtionẽ peregrinã peruenerunt, liquidò scientes se steriles, at ad gignendũ inutiles, natura insidientur. Item quoad irrisionem sacramenti, videntur contrarias preces intẽtioni accipere quã sũt, crescite & multiplicamini &c.*

47 Neq; inquit, obest, *Quod si Eunuchi arceãtur a matrimonio, ergo & steriles arcendi sint. Nam sterilis ra nõ fuit*

*fuit, sed contraria intētio, non se abstinere à matrimonio & liberorū desiderio ad matrimonium cōuenerant, quāuis effectus non sequatur. At Eunuchi contrà. Et proinde etiam sola causa sterilitatis nō sufficit ad dissoluendū matrimonium.* Quod & iure Pontificio receptū in c. si vxorē, 18. 32. q. 5. & in can. 29. tantū valet, 32. q. 7. vbi ex D. Augustino de bono coniugali c. 7 *tātum valet illud sociale vinculum coniugum, vt cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi dissoluatur*, & rursum c. 15. eiusdē libri de bono coniug. manet vinculum nuptiarum, etsi proles cuius causa initū est, manifesta sterilitate non subsequatur: Ita vt iā scientib. coniugib. nō se filios habituros, separare tamen se vel ipsa causa filiorum, atq; aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis quibus se copulauerint adulterium committunt, ipsi autem coniuges manent. Plane vxoris voluntate adhibere aliam vnde communes filij nascantur: vnius, cōmixtione ac semine: alterius autē iure & potestate, apud antiquos patres fas erat, vtrum & nunc fas est, temerè nō dixerim, id est, vt ait ibi Glo. nullo modo dicam: adfirmauit autem id Ambrosius, in sermone de sancto Ioāne, & adulterium dici, & natū, inde, nec filium appellari, c. 9. dicat aliquis, 32. q. 4. & dictum Abrahę *eiice ancillam & filium eius*, Gen. 16. Atq; idem Ambros. li. de Patriarchis, lib. .de Abrahamō, c. 4. relatus in c. 3. dixit Sara, ead. 32. q. 4. refellit exemplū Sarę permittētis habere coniunctionē cū ancilla liberorū causa, vt legitur ca. 16. Gen. quod Abrahā esset ante legē Mosis, & Euangelij, & quo tempore nulla lex prohibebat adulterium viro: neq; ante legem, ait, vllius rei damnationē, sed ex lege: & quod Deus in Paradiso matrimonium laudauerat, adulterium non damnauerat. Excusatur & secūdo Abrahæ factum, quod nō voluptatis, sed posteritatis habendę causa fecisset: hominib. existentib. in pauciori numero post diluuium, item propter augendam fidelium sobolem. Idipsum excusatur iisdem rationib. in Loth, qui filias cognouit, quę excusantur, quod crederent tunc genus humanum defecisse, Gen. c. 19. eadē ferè, locum habere possunt in facto Rachelis, quę cum putaret se sterilem permisit Iacobō marito ingredi ad Balam ancillam, Gen. 30. tractant & hæc plurib. Scholastici in 4. Sentent. M. Lombardi dist. 31. Nunc autem & Euangelium: & ante Mosaica lex adulterium prohibuit: & effugi nō potest, saltē ex lege cognitio peccati, c. oā concupiscentiam, de constit. Sic emendata iura ciuilia prisca, quibus etiam bona gratia matrimoniū dissoluebatur sine pœna propter sterilitatem, vt ait l. vtrū cum bona [illegible] l. & ideo bona gratia, 62. de don. int. vir. & vx. lib. 24. ff. tit. 1. Sicuti & fertur prima causa diuortij Spurij Corbilij, & Cornelij Sullæ, ob sterilitatem, vt scribit Valer. Max. lib. 1. c 2. & Aul. Gel. lib. 4. c. 3. & lib. 17. cap. fin. idque propter prolis desiderium: quod & Ethnicos vt Iudæos, maximè impulit ad diuortium

48 Vt etiam ad imitationem exemplorum relatorū legamus Catonem Vticensem vxorem suam Martiam concessisse Hortensio liberorum causa apud Strabonem, lib. 11. cui Plutarchus in vita Catonis, addit etiā, cum illo sponsalia contracta Philippi patris voluntate. Similis certè illis qui vxores precarias habebant, vel ad tempus mercede conductas: quem morem tribuit Sarracenis Ammian. Marcellinus lib. 14. Scribit quoq; Plutarchus in vita Lycurgi, eius lege aliquādo licuisse, seniori viro, vxori iuuenē probum & honestum adolescentem admiscere, & vbi eam generoso semine cōplesset suum ipsorum quod natum esset efficere. Quod improbat tamen merito D. Augustinus ad Claudianū lib. 5. contra Iulian. dicitur & in can 16. Sic non sunt facienda 32. q. 4. *sic non sunt facienda adulteria animo generādi regenerādos, quemadmodū furta nō sunt faciēda ex voluntate pascendi pauperes sanctos.* Simili ratione reprobāda lex Solonis quę retinuit quidem matrimonium inter steriles, sed aliquod remedium sufficiēs sibi addidisse visus est, vt apud Platonem. Si quis lege obtinuerit (qua elocabatur pupilla proximo) vt ei pupillo hæres elocata sit, factúsq; sit dominus ad rē venereā minus idoneus, proximū viri admittito. Subiicit causam Plutarchus in Solone: ne quod nasceretur, alienum esset. Curabant enim Græci ne ad alienā familiam patrimonia peruenirent: quēadmodum, sed alia ratione curarunt Hebręi non commiscendas tribus: & mulieres proximis ex tribu sua nubere Numer. c. 25. & c. 36. Ruth. 3. Tobię 7. Esdr. c. 1. & alibi. Verùm tamen Solon legem aliam addidit, [illegible] 29. id est, *Si quis ad generandum idoneus non sit, sed bonorum gratia vxorem duxerit contra naturam & in eum cupiditatis & iniuria actionem danda*, & hæc ad primum requisitum in solutione matrimonij ob impedimētum coeundi consideranda erant, vt scilicet hoc impedimentum ignoraretur tēpore quo contractum est matrimoniū.

49 Secundum autem quod requiritur vt illud impedimētum naturale, vel maleficiū sit perpetuum & indissolubile aut immedicabile, & quod perseueret. Quare si statim apparere possit esse perpetuū, statim quoque separari poterit matrimonium: sin autem dubium sit, an possit curari: expectandum erit tempus in quo periculum fiat, num tolli vel iuuari possit, eiúsq; causa triennii in coniunctione est expectandum ad minus, à tempore coniunctionis vsque ad solutionem c. laudabilem, 5. & c. fi. de Frigid. & malef. can. si per sortiarias, 33. q. 1. in iure ciuili aliquando, biennium sufficiebat, postcà verò & triēnium quoque statutum l. in causis C. de repud. §. per occasionē, de Nupt. in auth. Nouel. 22. Accidit enim aliquando, vt quidam pro fœminis arctis, & ad admittendum virū non idoneis visi fuerint, qui postea crescēte ętate, erumpente sexu, viri apparuerunt: neque id esse fabulosum exemplis docet Plin. li. 7. Hist. natur. c. 4. Et ipse ibidem testatur, se vidisse in Africa mutatum in marem nuptiarum die, L. Cossicium ciuem Tisdritanum.

50 Tertium porrò quod requiritur quod illud impedimentum impotentiæ coeundi, præcesserit coniunctionem matrimonij. Nam si postquam coniuges se mutuò admiserint & commiscuerint superuenerit frigiditas, vel maleficium, non possunt matrimonia iam benè contracta & rata dissolui. Quia primum cessat ratio solutionis permittendæ, quæ erat, quod matrimonium non esset matrimonium, & tantum factum ipsum, non ius quod nullum erat, dissolui, at hîc iam matrimonium consummatum, & perfectum fuit, ideò incidit in rationem & regulam illam, quod Deus coniunxit homo non separet, de qua egimus superius.

51 Quare nec morbus debilitans membra genitalia dissoluit matrimonium, nec aliæ infirmitates quæ in paralysim resoluunt vel alio modo grauissimè detinent, & impediunt coitum, c. non. decreta. 2 . q. 1. can. his qui matrimonium, 32. q. 7. facit l. si furiosi enim diffinimus, 6. de his qui sunt sui vel alie. iur. Neque etiam lepra ipsa superueniens alteri coniugum vinculū dirimit, etsi cohabitatio possit separari, c. 1. de coniugio leprosor. quamuis ante matrimonium sponsæ vel sponso superueniens impedire possit ne contrahatur, c. quemadmodū, de iureiur. Plura enim impediunt contrahi matrimonium, quæ superuenientia, contractum non dirimunt. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. oratio he, 16. §. fi. de ritu nuptia. ff. l. furor, de sponsal. ff. Ratio est perpulchra vltra vinculi firmitatem, allata ab Vlp. in l. si cum dotem, 22. §. si cum dotem, sol. matr. lib. 24. ff tit. 3. *Quid enim tam humanum est, quàm fortuitis casibus mulieris, maritum: vel vxorem viri participē esse?* Socia vxor omnis fortunæ bonæ & malæ, diuinæ & humanæ domus, l. 1. de ritu nuptiat. ff. l. 1. de rer. amotarum, ff. l. 4. de crimin. expila. hæred. l. si rer. amotarum, 52. de re iudic. ff. Dionysius Ha-

licat. in l. vt & fœlicitas mariti auget fœlicitatē & honorem vxoris, in l. si libertā, 28. C. de nupt. Celebre & dignū memoria, quod refert Iustinus li. 23. de vxore Agatoclis regis Siciliæ, Thergena quę cū morituro Agatocle in Aegyptū remitteretur, ægrè ab eo diuulsa dicebat: nubendo se, non prosperæ tantū, sed omnis fortunæ iniisse societatē; eò pertinet Symbolū ignis & aquæ, quæ in nuptiis perficiendis offerebantur coniugibus, cuius meminit Scæuola in leg. Seia Sempronio, 66. §. primo, de don. int. vir. & vx. li. 24. ff. ante quæ non dicebantur nuptię perfectę. Sic. n. ait, *virgini in hortos deducta ante diē tertiū, quàm ibi nuptiæ fierēt, cùm in separata diæta ab eo esset die nuptiarū priusquā ad eū transiret, & priusquam aqua & ignis acciperetur, id est, nuptiæ celebrentur, obtulit decē aureos dono. Quæsitū est post nuptias contractas, diuortio facto, an summa donata repeti possit: respōdit, id quod ante nuptias donatū proponeretur non posse de dote deduci.* Adhibebatur aqua & ignis in nuptiis, tum ad prolem significandam: existimantes in igne maris semen, aquam fœminam, quod fœtus ab eius humore fiant, vt ait Varro 4. de ling. Lat. & 11. de vita populi Roma. Sacramēti genus quo nuptiæ sanciebātur, vt ait Lactāt. li. 1. diuina instit. c. 10. vel vt Plutarchus scribit, in Problema. Romanis vtrumque elementum à cōiugatis sumi solitū erat, vt ostēderent, se paratos esse ad omnia infortunia simul subeunda & ferenda, etiam si ad aquā & ignē reducerentur. Sed & ignis iracundiæ ferendæ & consumptionis potest esse symbolū, vt in symbolis Pythagoricis, *ignem gladio ne fodito.* Accedit aliud Symbolū eiusdem significationis relatum à Basilio Magno in hexamero, oratione 7. in anguis & murenæ congressu, significans quales cōiugum mores esse debeant in ferendis cōmunib. infortuniis. *Vipera,* inquit, *omnium quæ serpunt infestissimum animal, cum marina murena congreditur sibiloq; se adesse significans ex profundo eā ad concubitū euocat, hac autem morem gerit, & cum venenata bestia copulatur: vt intelligamus, si durus & ferus moribus sit vir, eum esse vxori ferendum nec coniugium vlla ex causa dirimendū.* Consentit D. Augustinus li. 1. de sermone Domini in mōte, c. 32. relatus, in can. 18. si vxorē 32. q. 5. *Si vxorem,* inquit, *quis habeat sterilem vel deformem corpore, siue mēbris debilem siue cæcam, vel surdam, vel claudam, vel si quid aliud: siue morbis, doloribus, languoribúsque confectum, & quicquid excepta fornicatione, cogitari potest vehemēter horribile, pro fide & societate sustineat,* idē & tractatur li. 4. sent. dist. 34. & rursum D. Augustinus eo, li. 1. de sermone Domini c. 25. relatus in can. §. Dominus 32. qu. 7. *Dominus ad illud confirmandum, vt non facilè dimittatur vxor, solam causam fornicationis excepit: cæteras verò molestias, si quæ fortè extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate sustinere.*

52 Quocirca leges ciuiles euanuerunt, quæ permittebant bona gratia sine pœna solutionem matrimonij ex causis superuenientib. quib. nō putabant posse commodè retineri matrimonium veluti valetudine, senectute, militia, l. veluti senectute, 61. cum l. seq. de don. int. vir. & vxor. ff. captiuitate, & seruitute, l. 2. de diuor. ff. l. si quis sic stipuletur 156. sol. mat. ff. l. in bello, 12. §. sed captiui vxor, 4. de captiuis & postlimi. reuers. li. 49. ff. ti. 15. §. sed etiam captiuitatis, c. 7. de nuptiis, in Nouel. permittebat enim lex. post elapsum certū tempus expectato marito, vel vxore, alteri se miscere vel aliam ducere quod tamen emendatum postea, videndæ Nouel. 117. c. 11. vers. *quod autem à nobis*, Authen. sed hodie, C. de repud. Nouel. Leonis 53. c. dixit Dominus, 2. de secund. nupt. & quæ dicemus postea ad cap.

53 Sustulit Iustinia. oēs causas dissoluēdi matrimonij, exceptis trib. si maritus nō posset cōmisceri vxori ab initio matrimonij: Si alter cōiugū ante cōmixtionem sanctimonialē vitam elegerit (vt & in c. verum, c. ex publico, de conuersio. coniug.) si aliquanto tempore maritus captiuitate detineretur, quod & postea correctum est, c. 12. §. prędictis itaque causis, Nou. 117. Vt liceat matri & auiæ.

54 Non ignorandum erit tamen, extare duas Nouellas Leonis Cæsaris: vnam, 111. & aliam 112. quibus concessa videtur solutio matrimonij ob furorem, cum aliqua temporis probatione. Nam in 111. statuitur, vt si vxor mente capiatur, idq; neq; dolo mariti, neq; ipso conscio aliorum maleficio fiat, & vltra tres annos id malum duret, matrimonium dirimatur, alteramq; vxorem marito ducere liceat. In Nouel. autē 112. statutum, vt si maritus per matrimonij tempus in furorem incidat intra quinquennium solui nequeat: eo autem elapso, si furor eum adhuc occupet, solui possit. Niceph. etiam Botoniates, Imperator Orientis, easdē nouellas ꝓbauit: atque in lib. Basilic. lib. 29. Eclog. titu. 2. sic scriptum μαινομένου ὁ γάμος μένει ἐῤῥωμένος, καὶ καλῶς αὐτῷ εἰσάγεται διαζύγιον. i. *cum furioso matrimonium ratum manet ac rectè repudium ei mittitur*, viderur autē Leo reuocasse in vsum distinctionem de furore, in dissoluendo matrimonio, cum qua respondit Vlp. in l. si cum dotem. §. si maritus. Sol. mat. ff. Sed Photius tit. 13. nemo canonis c. 30. negat Nouellas prædictas Leonis vsitatas fuisse, & potius stati nouellæ Iustinianeæ 22. c. 15. & Nouell. 117. c. 8. & 9. vbi iusta causa inter causas diuortij non adnumeratur, quia & Paulus Iurisconsultus, dum ait superuenientem furorem nō soluere matrimoniū, illam distinctionem non attulit, in l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alieni iur. ff. & lib. 2. sentent. tit. 19. nec in l. oratio, de ritu nupt. nec in l. furor, de sponsal. Atq; in hac resolutione conueniunt hodiè omnes iuris sacri & Pontificij authores, furorem & amentiam superuenientem non dirimere contractum iam matrimoniū, quāquam impediat ob defectum consensus, contrahendi in lib. 4. Sententiarum patrum distinct. 4. apud Burchard. lib. 4. Decret. cap. 28. apud Iuonem in part. 8. ca. 166. & in Pan. lib. 6. cap. 9. & apud Gratianum, in cap. 25. hi qui matrimonium, & cap. neque furiosus, 26. 32. quæst. 7.

55 Et hęc ꝓcedunt exempla in impedimentis, quę ꝓhibent matrimonium contrahi, & prohibent, & cōtractum de facto dirimunt, quib. alia similia sunt vt dicetur in aliis capitib. huius tituli, in consanguinitate & affinitate corporali vel spirituali, vt ca. non debet, de consan. & affi. c. omnes 30. q. 1. c. fi. de cogn. spirit.

56 Quædam autem diximus esse quæ impediunt, & contractum tamen contra ꝓhibitionem non dirimūt. Quorum exempla etiam aliqua proferam, vt primum ex ca. 1. & 2. de Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesię: vbi in primo, frater quidem promisit dare in vxorem cuipiam sororem suam pręsentem & consentientem & nubilem, pręstito iuramento: eaque ab eo velut a marito futuro dona suscipiēs sępè amplexata eum erat: fratre verò mortuo, eadem permisit se desponsari à fratre illius spōsi: mota lite, interdictū ei interim, ne cui nuberet: illa tamē contempto interdicto iudicis, tertio nupsit; quidq; statuendum sit quęritur. Et responsum, quod pertinet ad matrimonium, illud indissolubile remanere: sed quia contra interdictum tertio nupsit ei imponendam asperam pœnitentiam, eadem ferè hypothesis in c. 2. Aliud exemplum in ca. 1. de Clandestina despons. Si matrimonium ita occultè contrahatur, vt per legitimam probationem de eo nō constet: Quod pertinet ad Ecclesiam, illud matrimonium pro contracto non habetur, nec ad eū modum clam coniunctos quandiu, ei nō apparet fuisse cōtractum, compellit cohabitare tanquā cōiuges. Nec prohibet quominus matrimoniū cū aliis contrahere possint: quia illud occultū pro nullo habetur ei, quæ non iudicat de occultis, ca. vnic. vt Eccles. benef. sine diminut. cōferant. Si tamen postea primum ei contractum probatur, iubet redire ad primam vxorem. Quia prohibi-

hibitio Ecclesię ne matrimonium clandestinū fiat impedit quidem ne fiat ita matrimonium: sed si factum fuerit, non dissoluit, quia quod pertinet ad Deum verum & indissolubile est matrimonium clàm contractum, & si quis ex his qui ita contraxerint alteri coniungatur, verè bigamus est, & adulter, & peccat cōtra legem diuinam cap. 2. & ibi Glos. ad verba *à principio*, de clandest. despons.

57 Tertium exemplum quando Ecclesia interdicit, ne quis eam possit ducere in matrimonium, quam antea polluerit per adulterium. In Concilio Tributiēse, can. 40. & 5·. vbi cum prohibitione anathematizatur, hoc matrimonium, & refertur, in can. relatum 31. qu. 1. Meminit, & eius Cōcilij Tributiensis in hac hypothesi, Clemens 3. sum. Pont. in cano. cum haberet; de eo qui duxit in matrim. quam prius polluit per adulter. can. 1. 31. q. 1. facit l. Claudius Seleucus, de his quib. vt indig. ff. Attamen quanquam prohibitum ita sit, de facto cō tractum, nō obstante peccato contra prohibitionem, imposita pœnitentia, tenebit & indissolubile erit: proinde supplementum adiicitur nequis ei cōiungatur in matrimonio quam prius polluit per adulterium, nisi prius peracta pœnitentia, & si nihil in mortē viri machinatus fuerit: vel si viuente viro fidem adulteræ nō dederit se eam ducturū si viro superuiueret, can. illud verò, can. si quis viuēte 31. q. 1. can. significasti nobis, 6. & can. super eod. tertio de eo qui duxit in matrimonium quam prius polluerat per adulterium.

58 Quartum exemplum, quando Ecclesia prohibet matrimonium contrahi propter impedimentum temporale feriatum, in quibus contrahi prohibetur vt ab aduentu ad Epiphaniam vsque, in Quadragesima vt ca. capellanis de feriis: nam valebit contractum intra illas ferias, sed pœnitentia pro transgressione prohibitionis imposita.

59 Quintum erit in impedimento contrahendi matrimonium ob votum castitatis, quod tamen non habet professionem factam publicam: nam contractum de facto contra prohibitionem non dirimitur, c. consuluit, c. insinuante, qui clerici vel vouen. & tota 29. distin. Alia similia omittemus.

60 Doceamus autem nunc, quando matrimonium quod pertinet ad vinculum dissolui nequit, & tamen ratione cohabitationis dissolui possit. Extat Xisti V. cōstit. 47. num. de hac separatione temeraria thori, incipiens *ad compescendum*, in Bullario collecto per Cherubinum à Nursia edita ann. 1586. 3. Kal. Nouemb. per quam statuit primum ne coniuges ꝓpria authoritate thorum dissoluerent, alioquin qui discessisset arbitrio Iudicum puniretur. 2. vt maritus qui iudicis authoritate thoti separationē obtinuerit, & deinde cū scortis aut aliis mulierib. impudicam vitam duxerit, ita quòd appareat eum separationem affectasse vt luxuriosè viueret, pœna vltimi supplicij plectatur, & in mulierem idipsum facientē similiter. 3. quòd si pendentibus litib. separationis thori, vxor ex aliquo monasterio vel honesto loco per iudicem sibi assignato, aufugerit, & impudicè vixerit, eadē pœna capitis puniatur. Et in summa resoluendum vt ex quibus causis habitis legitimis olim permissum erat iure ciuili dimittere vxorem, & alteri se coniungere: ex iisdem sine periculo & discrimine vitæ nō possint vnà cōiuges remanere, posse separari, authoritate tamē Ecclesię & causa cognita habitationem eorū. Quod exemplis etiam illustrabimus, explanatis diuersorum temporū contrariis vel diuersis, vt occurrent, constitutionib. Iustinian. itaq; in Nouel. 22. de Nuptiis, c. 15. §. si [illegible]. Si mulier se insidias à viro passam ꝓbet contra salutem, aut venenis, aut gladio, aut per alium modū, aut si flagellis fuerit affecta, separatio fiebat matrimonij, quod & in §. has itaque causas, eiusdem tituli sta[illegible]itur, & in l. cōsensu, 8. de repud. li. 5. ti. 17. ibidémq; statutum erat, vt si mulier marito etiam tum superstite de matrimonio cum altero contrahendo agat, non amplius illá sibi vt mēbrum suum iungere liceret, sed seu insidiatrix ab illo euellēretur, posteà autem Nouel. 117. vt liceat matri & auiæ, c. 8. in fi. statuit, ne ob hanc causam dirimatur matrimoniū, atq; inter causas iustas repudiorū nō cōnumerauit. Lex verò Imp. Nouel. 30. de muliere quę viuo marito, alios de matrimonio cōpellat, restituit in vsū, quod antè erat statutū, in Nouell. 22. c. 6. Iustin. vt ꝑcidat insidias, inquit, aduersus matrimonia humanę vitæ, & cauit, si qua marito adhuc viuo, de cōtrahendo matrimonio cum altero sermonem habuisse deprehēdatur, vt quæ se ipsam nefario proposito abrupetit, & matrimonij solutione ab illo abstrahatur, & pecuniariis pœnis subdatur, quib. obnoxię sunt q̄ aliis modis à marito auellūtur. Contumelia. n. dicitur afficere creatorē, qui viuēte eo quē Deus sibi coniunxit, ad aliū respicit. Rursúmq; idem rex, C. Nouel. 31. ti. vt quę mariti odio laborat repudiati ab illo posset diiūgi à marito mulierem iubet, quæ marito insidietur, aut gerit cum illo inimicitias capitales, veluti de industria abortando. nec fœtū in lucem producēdo propter inimicitias quas cū marito habet, quia verè nō dicatur vxor, q̄ debet esse auxiliatrix & amorē incōtaminatū in maritū gerere. At iure pōtificio hoc emendatū in c. literas, 13. in fi. de rest. spol. li. 2. ti. 13. & separatio quidem cōiugatorū, sed sine solutione matrimonij traditur his verbis, *si verò tāta sit viri sæuitia, vt mulieri trepidanti non possit securitas prouideri, nō solum nō debet ab eo restitui, sed ab eo potius amoueri: alioquin sufficiēti si fieri possit securitate prouisa, profectò videtur cōiux ante causæ cognitionē restituēda marito.* Idem in c. ex trāsmissa 8. eod. ti. *Mādamus*, inquit, *si vobis cōstiterit q̄d ꝑfata mulier ꝑdicto militi legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsā ei restitui faciatis, recepta tamē sufficiēti cautione, q̄d illi nō debeat aliquod malū inferre:* Si aūt capitali odio ita mulierem, *vir persequitur, q̄ marito de ipso diffidat, alicui proba & honesta mulieri vsq; ad causæ decisionē custodiēda studiosius committatur in loco vbi vir vel parētes eius mulieri nulla possint violētiam inferre.* Et in can. 5. de Bened. 32. q. 1. Pelagius statuit de adultera separata ab adultero & punita: vt si maritus eius, sine dolo aliquo fortè eam accipere voluerit, ex ordinatione iudicis, sub cautela reciperet, nullū ei periculū de cętero illi se illaturū: Si verò illá recipere noluerit, in aliū quēdā locū, in quo nō liceret ei malè viuere, ꝓuida dispēsatione cōstitueretur. Imò & cū cautione, intamētū, si forsā maius illud timeret vir, est adhibendū, ca. metuentes, 27. q. 4. Si tanta tamen sit sęuitia, vt nec cautionib. credendū sit, nō erit restituenda, vt dictum est, mulier: q̄a satisdatio maleuolū animū non mutat, §. fi. de susp. tutorib. apud Iust. iuris Pont. aūt cautio & cautela sufficiens dicitur in Glossis, etiā nuda simplexq; ꝓmissio, de bene habenda vxore, & talis firmissima dicitur, in l. sancimus, C. de verb. sig. li. 6. C. tit. 38. cum autem suspectus quis dicatur idonea debebit esse cautio fideiussorum vel pignorum, vel aliorū quę sufficere possint.

61 Quare cum in l. consensu, 18. §. si qua dicatur, de repudiis, c. 6. dictū esset, vt vxor q̄ ꝓbasset maritū sibi & vitę suę insidiantem aut veneno, aut gladio, aut alio simili modo, & se affectā verberib. quę ab ingenuis aliena sunt: posset repudium mittere marito: id quidē correctū est, q̄d ꝑtinet ad dissolutionē matrimonij & repudium, vt nō ideò dissoluatur matrimonium: verum statutum, vt si hoc fecisset vir sine causa, ex alio substātia sua, alia quā dotali etiam cōstante matrimonio tantum daret vxori, quantū tertia pars esset antenuptialis largitionis, auth. sed nouo iure, C. de repud.

62 Hęc eadem mihi videntur locū habere, quādo cōtētione ꝑpetua matrimoniū agitatur, vt pacificè, & sine cōtinuis cōtumeliis capitalib. viuere nequeant *Sicut. n. sine iusta causa dissolui matrimonia iusto limite ꝓhi*

*bonus*, inquit Iustin. in l. consensu, §. 2. de repud. *Ita aduersa necessitate pressum vel pressam, quãuis infausto, attamē necessario auxilio cupimus liberari.* & in eadē l. cōsensu, §. causas, enumerantur quædam causæ ex quib. ægrè vel non nisi difficilè, possunt coniuges se cōpati simul habitantes. Si maritus adulter, homicida, veneficus, perduellio, sacrilegus, latro, insidiator vitæ vxoris sæuus in vxorē, ex quib. relinqui poterat ab vxore & maritus causā repudio dedisse dicebatur, vt pœnā, nō vxor diuertēs subiter: vt contrà, iustæ causę marito derelinquendi vxorē eædē: si adultera, homicida, plagiaria, sepulchrorū dissipatrix, sacrilega, latronū fautrix, extraneorū virorū ignorāte, vel nolēte marito, cōuiuia appetens: inuito marito & sine iusta causa foris pernoctās, in theatralib. ludis ꝓhibēte marito gaudēs, veneno vel gladio mariti vitę insidiatrix, ꝑduellionis socia, manus sibi inferēs audaces. Referūtur eędē causę in §. causas: Vt liceat matri & auię, Nouel. 117. additúrq; in causis repudiādi maritū, si is vxoris vitę fuerit insidiatus, vel sciēs insidiātes nō detexerit vxori, aut vltus nō fuerit secūdū leges insidias, si sit vxoris castitati insidiatus, si alius adulterādā tētauerit tradere, si vir de adulterio vxoris se inscripserit, & nō potuerit ꝓbare, easdē quoq; causas refert §. cęterę verò, cū seq. de Nupt. Nou. 22. Et in §. si verò ēt rationabiliter, vers. *has itaq; causas* eo. ti. tres alias auucit iusti repudij mulieres, si mulier studiosè & ex nequitia abortū fecit, & virū cōtristet & priuet spe filiorū: 2. si cum viris voluptatia causa lauetur. 3. si dū cōstat matrimoniū cū viro, de nuptiis suis ad alios loquatur. Verè. n. tūc qđ pertinet ad se, diuortium fecisse dicetur: quia diuortium est à diuersitate mētium dictū, vt ait Caius in l. 2. de diuort. quia in diuersas partes discedūt animo perpetuā cōstituēdi dissensionē. l. 3. e. ti. ff. nō autem, si quid fiat calore iracundię quod breui retractatur, l. quicquid calore, 48. de reg. iu. l. inter diuortium, 191. de verb. sign.

62 Sed quęret aliquis postquā hodie licet ex certis causis probatis separare thorum coniugij remanente matrimonij vinculo, quomodo de alimentis, de bonisque cōiugatorum statuet Iudex? Et an iuxta formulas diuortij & repudij statuēdum sit? qui. n. repudiabāt vxores, dicebant his exactis, domo, *res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito*, l. 2. §. 1. de diuor. ff. & vt ait Iuuen. Saty. 6.

*Collige sarcinulas dicet libertus, & exi,*

aut vt Martialis scribit lib. 11. Epigram. 105.

*Vxor vade foras, aut moribus vtere nostris,*

vel vt ex Ciceronis Philippicis in 2. refert Nonius, *claqib adēptis foras exigebatur*, locúmq; adducit Titinij è geminis Gemine, *vt res suas procures: adsib. facessiāt*. Num etiā reddenda sit dos aiusté quæri potest? quia soluto matrimonio ea reddi debet & communia inter coniuges diuidenda, c. 2. de don. int. vir. & vx. li. 4. ti. 20. vt porrò inquit, societate diuisa: & quomodocunq; seu ex quacunque causa soluatur matrimonium, dos reddenda dicitur, in l. 2. sol. mat. ff. li. 24. ti. 3. siue per mortem, siue per diuortium soluatur, l. si quis sic stipuletur, 56. e. tit. sol. mat. l. cum quęrebatur 240. de verb. sig. Quib. omnib. satisfaciendum ꝑuio cum distin. An culpa & malitia alicuius ex coniugib. simul habitare non possint: an verò casus aliquis superueniens fortuitus id non patiatur. Nam si per sæuitiam mariti steterit quominus vxor cum eo habitare possit is eam seorsum debet alere, perinde ac si illa penes illum obsequia seruitia, & officia pręberet, cùm per illum non ster quominus præstet, vt in simil dicitur in l. Caio, 13. §. fi. de alim. & cibariis lega. li. 34. ff. ti. 1. quemadmodum & Paulus respondit in l. qui operas 38. Loca. 19. ff. ti. 2. eum qui operas suas locauit, totius temporis mercedem accipere debere, si per eum non stet 1 quominus operas ꝓręstet. Aduocati quoq; si per eos non steterit quominus causam agunt, honoraria reddere non debent. Consentit Iulianus in l. iure ciuili, 24. de cond. & dem. li. 35. ti. 1. *In re simili*, inquit, *receptum est, quoties per eum cuius interest conditionem impleri, sit, quominus impleatur, vt perinde habeatur ac si impleta conditio fuisset.*

63 Atque Aufrerius decis. Capel. Tholos. 87. resoluit, maritum, rixosum teneri vxorē alere extra domū, si nolit cū illo habitare, item Bal. ad l. 1. C. de leg. Sic ob nimiā viri sæuitiā matrimoniū separari posse & marito nuptiale lucrū offerri ait, c. literas, §. fin. de rest. spol. & ibi Pan. nu. 7. & c. ex transmissa, & ibi Pan. nu. 4. eo. tit. Gl. ad c. de Benedicto, ad verba *sub cautela* 33. qu. 1. facit lex si cōuenerit, ꝓ socio. ff. vbi nō debet quidē solui societas ante tempus, nisi ita iniuriosus aut damnosus sit socius, vt nō expediat eū pati. vide & Boer. deci. 195. nu. 7. itē & si est causa discessus vxoris, & agatur ea de causa lite pendente eā tenetur alere, vt dicitur in deci. 10. apud Matth. de Afflict. secus si nō asset causa. Quod si ob furorem vel mentis alienationē, vxoris, maritus nō possit cum ea morari, vel ob aliud impedimentū sine culpa vxoris, tunc maritus eam tenetur alere seorsum secundū reditum dotis. l. si eum dotem. §. sint antē in sęnissimo, sol. matr. si dotis reditus sufficiant: Quòd si nō sufficiant, & mulier non possit aliunde se alere, maritus de suo tenetur, secundum Gl. ad d. §. sin autē. arg. l. qꝫ si nulla, 18. de relig. & sum. fun. li. 11. ff. tit. 7. l. pen. vt in posses. lega. & c. li. 36. ff. tit. 14. & inter onera matrimonij quę maritus subit, est infirmam vxorem curare. l. quod in vxorem. de oego. gest. C. si verò mulier dederit causam separationis, nō debet ali à marito, quinimò & aliis pœnis erit plectenda, vt & maritus si causam dederit vxori cur legitimè possit ab eo recedere. Quare iure etiam ciuili mulier dante causam marito recipit dotē ꝓpriam, & lucratur ante nuptialem donationē, maximè si maritus eam calumniatus sit de crimine adulterij, quod nō ꝓbauerit si filios nō habuerit in ꝓprietate, si habuerit in vsufructu proprietate eis relicta cū omni substantia viri, idē in l. cōsensu. §. hęc nisi, de repud. C. vbi mulier quę prędicta ꝓbauerit tentata in se à marito, quę diximus antè sufficere ad solutionem, dotem recuperare dicitur, & ante nuptias donationem lucro habet. Quemadmodū si mulier discesserit ex his causis reprobatis vel aliis illegitimis, amittit dotem & donationem ꝓpter nuptias, & in §. vir, eiusdem legis, si vir vxorem interdicta arguerit attentasse, tā dotem q̃ donationem ante nupt. sibi habere poterit, distinctione adhibita: vt si liberos habuerit in vsufructu lucretur, illis reseruata ꝓprietate: si nō habuerit, & ipsam proprietatem, prout etiā distinguitur eum eadem hypothesi adulterij, in c. plerúq; 4. de don. int. vir. & vx. vbi & si mulier iudicio Ecclesiæ aut propria volūtare à viro discesserit, ex causa fornicationis, nec recōciliata sit eidē nec dotem nec dotalitiū pōt repetere, facit §. cæterę verò, de nupt. in auth. & rursum in §. quia verò quędā mulieres, vt liceat matri vel auię, in Nou. mulier quę sine aliqua iusta causa repudiū miserit (iustas autem superius attigimus) & nunc virū reliquerit, & voluerit diuortio soluere, hoc quidem facere nō pōt: & si remāserit in hac impia voluntate, iubetur dotem viro dare, cōmunib. liberis secundū leges seruādum: Si autem filios nō habuerit, lucro fieri marito ita mulierē detrudi in monasteriū p Epm loci quādiu vixerit, & si filios habuerit duas partes substātiæ ei9 dari filiis, tertiā monasterio iure proprietatis. Si filios non habuerit duas partes substātiæ dari monasterio, tertiā partē proximis, alua tamē q̃ qui irrationabili repudio cōsenserint. Si parentes nō sint dari vniuersam substātiam monasterio. Quod si vir irrationabiliter repudiū destinauerit, iubetur, vt reddat dotē vna cū spōsalitia largitate, & tantū ex sua alia substantia prester mulieri, quātū est tertia pars spōsalitiæ largitatis: si filij sint reseruanda illis ꝓprietate sponsalitiæ largitatis & illius tertiæ partis: si nō sint relinquenda proprietate vxori. Et in alio exēplo in §. si quis autē propriam, eiusd.

tituli

tituli vt liceat matri & auiæ dicitur, *si quis autem propriam vxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarum quas ad matrimonij solutionẽ sufficere dicimus, matrimonij quidem solutionem ex hoc fieri nolumus: viro autem qui monstratur sine huiusmodi causa, vel flagellis vel fustib. cecidisse vxorem suam, tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia vxori, etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis, & iubet si substantia non excedat ccc. aureos: nam si excedat dabit tantum centum*, vt in l. fin. C. de repud.

63 Ex quibus postremis distinctionib. & notare poteris iudex, quando arguendus sit maritus ob verbera vxoris cõquerentis, & quãdo minimè: vxorẽ .n. posse verberare & castigare maritũ, constat ex iustis causis, p d. §. si quis aũt ꝓpriã, ex magna causa, sed leui verberatione, vt ait Gofred. & Hostiensis, ad c. quẽadmodum, de iureiu. atq; in c. si quod verius, 9. §. fi. 33. q. 2. dicitur concedi clericis si vxores eorũ peccauerint, sine mortis acerbitate eas habere in custodia, & ad ieiunia eas cogere, nõ tamẽ vsque ad necẽ affligere: vbi tamẽ Gl. ad verb. *potestatẽ*, quærit nũquid laicus idẽ possit circa vxorẽ: & respõdet, nõ posse, quia nõ inueniat expressũ: posse tamẽ eam castigare, vt notatur in c. sicut vir. .q. 1. quẽadmodum & licet paterfa. familiam suam ex causa & extra graue animaduersionẽ castigare, vt not. Gl. ad c. ad audientiã 1?. ad verb. *de familia*, de homicid. extat expressum in l. respiciendum. §. furta domestica, de pœnis. ff. l. 1. de emẽda. seruor. C. l. vnica de emenda. propinquorũ. vxor aũt cẽsetur esse de familia mariti, in cuius familiam despõsatione transit. §. 1. fin. de Patria potesta. l. familiæ 196. de verb. sign. ff. eámq; legitimã vxor & matrẽfamilias appellatam esse notauit Aulus Gellius lib. 18. ca. 6. quæ esset in mariti manu mancipioque, aut eius in cuius maritus manu mancipioq; esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiã quoq; mariti, & in sui hæredis locũ venisset, ꝙ & explicat Dionysius Halicarnassæus in 2.

64 Potest & aliquãdo excusari nimia sæuitia seu quæ excedere dicatur cõmunẽ castigationis vxoris permissionẽ: si ob eas causas inferetur, ꝓ quib. licebat diuortium facere: maximè si ea inueniatur in adulterio, pro quo & licet iure ciuili vxorem impunè occidere, in l. Gracchus ad leg. Iul. de adult. C. l. marito quoque, 24. eo. ti. ff. Gellius li. 10. c. 23. multò magis .n. licebit eam verbare: cui .n. licet quod plus est, & quod minus est licere debet. l. non debet cui quod. 21. de reg. iur. ff. c. cui licet eo. ti. in 6. Sicq; argumentatur in simili negotio Papinian. in l. nec in ea lege, 22. §. sed qui occidere põt. ad legẽ Iul. de adult. ff. *Sed qui*, inquit, *occidere potest adulterum, multo magis contumelia poterit eum iure afficere*. Iura tamẽ Põtificia prohibẽt marito adulterã vxorẽ occidere, ideo authoritate sacræ paginæ dicũt, satius esse ex causa fornicationis vxorẽ dimittere, q̃ humanũ sanguinẽ fundere. August. li. 2. de adulterinis cõiugiis c. 15. relatus in c. 9. 33. q. 2. propter p̃ceptũ non occides. Idẽ in c. interfectores c. inter hæc eadẽ 33. qu. 2. Itẽ alia ratione, quod vnum delictũ adulterij, al- o delicto nõ purgatur homicidij l. 2. de priuatis delict. nec est in criminib. compensatio. c. 14. dist. Neq; tertio loco detur facultas vlciscendi se ipsum propter authoritate, cum per publicam potestatem id assequi possit. l. 1. Ne quis in sua causa iud. C. li. 3. ti. 5. Idcirco iudiciorum vigor in medio positus est, ne quisquam sibi valeat permittere vltionem l. nullus, 1?. C. de Iudæis.

Nec singulis concedẽdum, quod p[illegible] di es fieri debat: ne occasio maioris tumultus oriatur. l. nõ est singulis. de reg. iur. Si tamen vir occiderit vxorẽ cum adultero repertã iu[illegible] dulore commotus, mitius cum eo agitur, & à principe venia impetratur. Imponi tamen debet Ecclesiastica pœnitentia ob homicidium & ob culpã, ꝙ nõ fuerit vsus iudiciali vindicta, compellitúrq; per canones vxoricida, publicã agere pœnitentiam, c. quicumque c. seq. 33. qu. 2. atque ei qui vxorẽ occiderit, denegatur facultas alterã ducendi: nisi forsã ꝓpter periculũ incõtinentiæ cũ iuuenib. dispensetur, c. interfectores, & c. in adolescentia. 33. q. 2. Maiori autem pœna & grauiori puniendus esset, qui innocentem vxorem occiderit. c. admonere. 33. q. 2.

65 Fuerunt extra prædictas causas in l. consensu, de repu. & in aliis iurib. citatis, aliquæ aliæ, quib. licuit animaduertere in vxorẽ, & eas repudiare: veluti si temetũ vxor bibisset, cũ apud Romanos, vinũ bibere esset interdictum, vt refert Athenæus li. 10. Dipnosophiston. c. 11. Polybius in 6. eãmq; ob causam, vt ait idem Athenæus, necessitas imposita fuit mulierib. osculãdi suos affines statim vbi obuij fuissẽt, virisq; sui vsq; ad cõsobrinos, vt detegeretur nũ vinũ bibisset, eiusque ꝓhibitionis originẽ fuisse refert à negato vini poculo Herculi peregrino. Valerius tamẽ Maximus li. 2. c. 1. aliter scribit, *vini*, inquit, *vsus Romanis fœminis olim ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberẽtur: Quia ꝓximus a libero patre intẽperãtiæ gradus ad inconcessã Venerem esse cõsueuit*. Meminit & de hac prohibitione Dionys. Halicarnass. in 2. & Aulus Gell. lib. 10. cap. 23.

66 Fuit ideo publica & priuata castigatio in mulieres & vxores bibẽtes vinũ, vt docet li. 14. c. 13. his verbis Plinius, *nõ licebat eā* (id est vinũ) *Romæ bibere. Inuenimus inter exẽpla Egnatij Mesẽnij vxorẽ, quod vinũ bibisset, è dolio, interfectam fuisse à marito, eúmq; a Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalib. suis scripsit, matronã quod loculos in quibus erant claues vinariæ cellæ, resignauisset, a suis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare, vt scirent an temetum olerent hoc tam nomen vino erat, vnde & temulentia appellata. Cn. Domitius Iudex pronunciauit, mulierem videri plus vini bibisse q̃ valetudinis causa viro insciente & dote multauit*.

66 Poterit expellere à se vxorẽ etiã maritus & alimẽta denegare: si dos ei ꝓmissa stato tẽpore nõ fuerit soluta, vt colligitur ex Iustin. in l. fi. ad Senatuscons. Velleia. li. 4. ti. 29. vbi, *quicumq; dotẽ ꝓmiserit, siue masculus siue fœmina p quacũq; muliere ex qua matrimoniũ licitũ sit, omnimodo cõpellitur suã confessionẽ adimplere: neque enim ferendus est, quasi casu fortuito interuenisse mulierẽ fieri indotatã, & sic à viro forsitã repelli & distrahi matrimoniũ*. cõsentire & videtur c. p vestras, 7. de donatio. inter vir. & vx. vbi maritus, ꝙ ei vxor assignata nõ dabatur, vxorẽ repulerat: statuiturq;, vt ei detur quãuis inopi, saltẽ aliqui mercatori, vt de parte honesti lucri dictus vir posset onera matrimonij sustinere, ne occasione dotis retentæ, vxor à viro dimissa, seu vir qui dimisit vxorẽ adulterij reatũ incurreret, atq; ita ꝓbari & seruari tradit in praxi Guid. Pap. q. 274. & 565. Cynus ad l. quod in vxorẽ de neg. gest. C. Aufrer. ad dec 87. Capellæ Tholos. Neq; cogẽdus est habere vxorẽ indotatã: alioquin enim de[illegible]iperetur dote promissa & nõ soluta, nuptiis sequutis. l. si donaturus. 9. §. 1. de cõditio. causa data, li. 12. ff. ti. 4. Cõtrà, si nulla dos promissa fuerit, quo casu non posset ita traductã repellere, sed tenetur eã retinere alereq;, nisi quippiã aliud legitimũ repulsã suadeat, & sibi imputare debet quod indotatã duxerit, expressè in §. sed à nobis aliquid etiam aliud, de nupt[illegible], Nouel. 22. & ibi, qui sine alia causa, ob ipsã vxorẽ abiecerit quartam suæ substantiæ partẽ ei tenetur dare f[illegible]t. & §. quoniam, quib. mod. naturæ. efficiun. legit[illegible]. Qu[illegible] & iure Põtificio magis probatũ est, in quo nõ licet vxorẽ relinquere propria authoritate, & si[illegible] Ecclesi[illegible], q̃ nũquam ant nõ facilẽ pmitt[illegible] ob dotẽ nõ datam dissolui matrimoni[illegible], & [illegible] in hoc casu nõ licere ob dotẽ nõ solutam, sine Ecclesiæ iudicio vxorẽ relinquere not. Bald. Nouellus, tract. de dote, 10. priuil[illegible], sextæ partis, ꝓ notata in c. porro, de diuor. per Bald. & Iasonem in l. si donaturus, 6. si quis ind[illegible]bitam. de cond. causs. data. vbi & dicit nec hoc ip[illegible] facere, & tare

ſponſis ante coniunctionem loquitur Iuſtin. vt poſſint diſſoluere ſpōſalia & ingredi religionē ſine pœna & amiſſione quoq; arrarū, futurarū nuptiarū cauſa datarū, & meminit anterioris legis qua idipſū ſe ſtatuiſſe refert, vt etiā cōiunctis matrimonio liceret abire impunè cauſa religionis, lucro tamē remanenti in ſeculo accedente, quod ex morte ingredientis religionem fuiſſet cōſecuturus. Vtrūq; recenſuit idē Iuſtin. in Nouella 123. de ſanctiſſimis epiſt. §. ſponſalib. quoq; ſecūdum leges factis, ſeu c. 39. & in c. 40. ſeu §. ſi verò conſtante adhuc matrimonio. Poſtea & latior ſecuta eſt Iuſtini Imperat. conſtitutio, quę inter Nouellas Iuſtinianeas numeratur, 140. collatione, 9. conſtitu. 22. quæ voluit, vt prius iure antiquo, poſſet mutuo conſenſu diſſolui matrimonium propter atroces & irreconciliabiles inimicitias, quæ plerumque incidunt.

70 Cæterum ius Pontificiū, quod in cauſis ſpiritalib. pſtat ciuili maximè, & in matrimonio. c. pen. & fi. de ſecun. nup. in diſſoluendo matrimonio ob cauſam religionis diſtinguit, an antequā quis velit ingredi monaſteriū, fuerit matrimoniū cōtractum commixtione cōſummatum, an nō fuerit. Rurſum ſubdiſtinguitur, an ante matrimonium conſummatū, votum caſtitatis pceſſerit matrimoniū, & ita ſolēniter ante, votum religionis fuerit emiſſū, an non. Si fuerit emiſſum ſolēniter, poſtea matrimonium de facto cōtractum, non eſt verum matrimonium, & proinde de facto contractum diſſoluitur, c. presbyteris, 27. diſt. in c. 2. qui clerici vel vouentes matrim. contrah. poſs. li. 4. decret. tit. 6. c. 1. de cleric. coniug. li. 3. ti. 3. cuius verba, *Si qui clericorū infra ſubdiaconatū acceperint vxores, ipſos ad relinquēda beneficia & retinendas vxores diſtrictione Eccleſiaſtica compellatis: ſed ſi in ſubdiaconatu & aliis superiorib. ordinib. vxores accepiſſe noſcantur, eos vxores dimittere, pœnitentiā agere de cōmiſſo, per ſuſpenſionis & excōmunicationis ſententiā cōpellere procuretis:* quia, inquit Gl. nō tenuit matrimoniū, & priuandi ſunt beneficiis ſuis, niſi cum illis diſpenſetur, vt & rurſum probat. c. ſacerdotes, 4. eo. tit. *Sanè ſacerdotes illi qui nuptias contrahūt,* inquit, *quæ nō nuptiæ, ſed potiùs cōtubernia ſunt nūcupanda, poſt longā conſenuentiā & vitā laudabilē continentes officio ſuo reſtitui poterūt, & ex indulgentia ſui Epi, eius executionē habere.* Et ab ordine huiuſmodi deponēdos tradit Cōcilium Neocæſarienſe can. 1. presbyter, 28. diſt. in tota aūt diſt. tractatur, quō phibeatur ſubdiaconis, diaconis, presbyteris: matrimonium cōtrahere & quod p ipsā ſumptionē ordinū illorū, votū caſtitatis & cōtinentiæ ppetuæ emittere cēſeantur, eò q votū ordini annexū ſit. Addit aūt in d. c. 1. de cler. coniug. ad Gl. finalē vbi nō tenet matrimonium clerici nō eſſe eum priuatū ipſo iure beneficiis, ſed priuādum per ſententiā, & ſic priuari debere beneficio & ordine Eccleſiaſtico docetur in c. decernimus, 28. diſt. beneficio Eccleſiaſtico. num autē in hoc caſu, ipſo iure vel non, niſi per ſententiam quis ſit priuandus, adferuntur ſententiæ cōtrariæ ab Stephano Aufret. ad decıſ. Capellæ Tholoſanæ 239. Addit & Ioan. Lupus in repetitio. rubricæ, de donat. int. vir. & vx. ducentem vxorem poſt pfeſſionē publicā religionis, aut poſt adeptionem ordinis ſubdiaconatus, & ſuperiorum ordinū: ſuſpectum fieri de hæreſi, & inquiri in eum poſſe vt in hæreticum. Et Bernardinus Dias in practica criminali canonum, c. 74. tradit vltra, eum pati debere pœnas cōſtitutas in corrumpentes virgines, ſi virginem duxerit, vel ſtupri, ſi aliam, & arctiori carcere vel monaſterio concludendū: & ſi ducta alicuius eſſet dignitatis & honoris, & ea ducta fuerit cum ſcandalo populi, & niſi perſonæ qualitas impediret, publicis verberib. vel alia pœna puniendū publica. Atq; Iuſtin. Nouell. 6. quō oporteat Epos, c. 5. ſeu §. neq; autē ſecundaratiā pœnā cōſtituit, vt ſi quis presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus, poſtea ducat vxorem aut cōcubinam, aut palàm, aut occultè, facto ſtatim cadat ordine, & deinceps idiota ſit. i. laicus. Sed Leo Imperator Nouella 79. reprobat cōſtitutionē illam, qua prius huiuſmodi ob initū matrimoniū fiebāt laici: inferens tantū priuationē ordinis quē ante matrimoniū habebāt. Adderem & ego conſentientem mulierē huic matrimonio ſcienter, & cum non ignoraret ſacris ordinib. vel religionis profeſſioni obnoxium eū eſſe cui nupſit, pœna dignam eſſe, & non minus ſuſpectam de hæreſi quàm eum qui duxit: ea autem erit arbitrio iudicis relinquēda, cum expreſsè nō occurrat definita.

71 Votum etiam ſolenne, pfeſſione facta religionis, pcedēs, impedit poſtea cōtrahi matrimonium, & diſſoluit, de facto cōtractum, ca. 3. & fi. qui clerici vel vouen. votum verò ſimplex caſtitatis impedit ſponſalia: tamen cōtractū matrimoniū nō diſſoluit, etſi p promiſſione nō ſeruata, imponi debeat pœnitētia. cā. 3. & pen. Qui cleri. vel vouentes, & expreſsè in c. 1. de voto, in 6. Vidēdus, & de hoc ipſo Angel. Clauaſ. in ſūma, in verbo, matrimonium, in 5. impedimento, obſeruandus à c. 25. Apoſtolorum, τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους, id eſt, *ex his qui cælibes in clerum peruenerūt iubemus vt cantores tantū & lectores, ſi velint, nuptias cōtrahant.* Et ante ſubdiaconatū cōſtitutis, in inferiorib. ordinib. licere matrimonio ſe cōiungere, ſtatutū in 6. Synodo c. 6. in c. 7. ſi quis eorū, 32. diſt. Nos plura de his ex phibitione iuriū, ex hiſtoriis ſacris, ſanctorumq; Patrū ſententiis, docuimus li. 9. Syntag. Iuris c. 14. Quib. adde ex Cōcilio Trid. ſeſſ. 25. in reformatione de regularib. c. 15. ſtatutum, vt intelligas quādo pfeſſio religionis & voti caſtitatis obliget, & impediat actus religioſis prohibitos: verba enim ſunt hęc, *in quacūq; religione tā virorū, q mulierū, profeſſio nō fiat ante decimū ſextū annū expletum: nec qui minore tēpore q per annum, poſt ſuſceptum habitū in profeſſione ſteterit, ad profeſſionē admittatur. Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullámque inducat obligationem ad alicuius regulæ vel religionis, vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectus.*

72 Quod ſi poſt matrimonium votum fiat caſtitatis vel religionis, reſpōdetur, illud permitti, dummodò vxores & vtriq; cōiuges cōſentiant, & eandem caſtitatem vtriq; profiteātur, nō aliter, c. tertio, quarto, quinto, ſexto, c. vxoratus octauo, c. placet nobis, 11. c. ad Apoſtolicā, 13. c. dudum, 20. de conuerſio. coniuga. can. ſunt qui, can. Agathoſa cum quatuor ſeq. can. ſi quis 27. quæſtione ſecunda. Sic nihil prohibet etiam ex ſacris conſtitutionibus eos qui vxores habent, ad ſacerdotium, vel Epiſcopatum vocari: ea tamen lege, ne vxorib. cōmiſceantur, & eandem illæ caſtitatem promittant, vt habetur in §. neq; autē, quomodo oporteat Epiſcopos, & in Nouell. Leonis 3. melius in c. ſanè 6. de conuerſio. coniug. Sic Paulinus Aquitanorum procerū princeps, cū in Aquitania nimiū notus eſſet, nec poſſet ex arbitrio vacare Chriſtianæ pietati, cū vxore religioſiſſima ſeceſſit in Hiſpaniam, creatus poſtea Nolæ Eps, D. Ambroſius epiſt. 35. Eſt tamen vnus caſus in quo non tenetur expectare conſenſum vxoris qui ingreditur religionem, ſed ea inuita poteſt ingredi, nēpe ſi adultera fuerit vxor, & ab eo ſeparata propria authoritate, vel iudicio Eccleſiæ, c. conſtitutus in præſentia, 15. de conuerſio. coniug. quia in eo caſu maritus nunquam, ſi nolit, tenetur adulteram ſibi reconciliare, c. 3. de adulteriis, id ipſum ſi fuerit propter infidelitatem ſeparata, c. fi. de conuerſ. coniug. nempe per authoritatem, iudicis Eccleſiæ, non aliter, c. de illa, 6. de diuortiis, c. quanto 7. eod.

73 Quòd ſi agatur de matrimonio nondum cōſummato, & quęratur nū liceat ingredi religionē, & relinquere ductam vxorem ante conſummationem, reſpōdetur, licere etiā inuita vxore, idipſū in vxore, inuito marito, licetéq; relicta vel relicto poſt ingreſſum reli-

gionis coniugis, alteri se impunè cõiungere, c.verum, 2.c.ex publico, de cõuersio.coniug.vbi & Gl.& interpretes causa exponunt. Hîc tamen obseruandũ, p solã ꝓfessionẽ publicam religionis, nõ p ꝓpositã castitatis seruandę in sęculo, dissolui spõsalia de prȩseñti ante concubitũ, c.ex parte tua nobis, 14.de conuersio.coniug.& expressius explicatum in extrauag. Ioan. 22. de voto, nec sufficit dicere, se velle ingredi religionem, vt dissoluatur matrimoniũ, sed reipsa ꝓfessio sequi debet, quare illud dicẽs cõpelli debet vel intra certum tempus profiteri, vel adhærere vxori.d.c.ex publico, , de conuers.coniug. Ratio aũt diuersitatis, quia monachus p mortuo habetur, l.Deo nobis. C.de Epis & clericis, c.placuit cõi.8.in versic.sedeat, 16.qu. 1. & sicuti morte solui censetur matrimonium, vt diximus ex ea. pen.& fi.de secun.nup. qui itaq; nõ ingreditur religionem, nõ cẽsetur mortuus, & ita matrimoniũ cõsistit: exempla eorum porrò qui post nuptias cõtractas, ante cõsummationẽ matrimonij religionẽ professi sunt, illis relictis, referuntur in c.scripsit, §.esse 27.quæ. 2.

74 Tertium exemplum est quando in infidelitate contracto matrimonio, alter ex coniugib. conuertitur ad fidem, & alter noluerit cõuerti: nam conuerso licet aliam vxorem ducere. Quãuis enim matrimonium sit inter infideles tamen ratum non est, sed potest dissolui c.quanto 7.de diuortiis.can.si quis Iudaicæ §. item illud 28.qu.1.c. vxor legitima, eo. Tractant scholastici Theologi in lib.4.Sententiarum dist.39.in fi.

75 Sed quid dicemus de legib.ciuilib.quę ꝓhibẽt vllo modo fieri matrimoniũ inter certas quasdam personas, & permittũt, imò aliquãdo iubent dissolutionẽ, si fiant aduersus probibitionẽ, an illæ seruandæ sint cõtra superiores constitutiones canonicas & diuinas, saltem in terris principum statuentium cuiusmodi possunt esse leges quib.fulciebat suam separationem à prima vxore Francigena, in c.nostro de sponsalibus? Respondendũ & distinguendũ cẽseo de legib. disponentib. circa matrimonium, num statuant leges vel mores aut statuta locorum circa substantiam matrimonij, an verò de circunstantiis & solemnitatib. eius, aut de dote. Si de substantialib.statuerint aliter quàm leges Pontificiæ & diuinæ statuant, non sequemur, & contractum matrimonium in contrariũ nihilominus erit indissolubile, alio non prohibente: si circa solemnia disposuerint cum adiectione pœna separationis contra transgressores, nec valẽt, circa eã solutionem: si verò de lucris & aliis dotalib.seruabuntur: valebitq, nihilominus matrimonium, nisi quid aliud prohibeat ex nostro textu cui ratio alia præter primã additur, Quod lex perniciosa, atque consuetudo quæ aduersatur legibus diuinis, dicitur corruptela. ca.consuetudo, 8 distinct.c.fin.de consuetud.apud Gre.. Neque suffragio temporis & longinquitate iuuari potest, cũ eo grauiora peccata sint, quo diutius detinent animã alligatam, c.cum in Ecclesiæ, de simon.c.cũ haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam prius polluerat per adulterium: malè adinuenta, malæq; consuetudines neq; ex lõgo tempore cõfirmantur, §. .versi. nulli verò, vt nulli iudic. liceat habere loci seruator. in Auth. Neq; ignorantia iuris diuini excusat, sed qui ignorat ignorabitur, c.ideo ꝓhibetur, §.vt itaque.37. dist.1.ad Corint.c.14. quemadmodum leges generales ab omnib. quoq; sciri debent, l.leges vt generales, l. leges sacratissimæ, C.de legib.iuris ignorantia neminẽ excusat, l.1.& l.regula, de iur. & facti ignorant. Et vt ait D.August.li.2.confessionũ, & in c.quę cõtra, 8.dist. *Generale pactũ humanæ societatis est, obtemperare regib. suis quãto magis Deo regnatori vniuersa creatura suæ, ad ea quæ iusserit sine vlla dubitatione seruiendum est.* Sicut eq; in societate omni & potestatib.maiori minor obedire debet: ita præponitur omnibus ea quę Dei est lex, vt superioris. l.cũ inferior, de maiorita.& obediẽt. l.potiorib. C.de officio rector. ꝓuinc. sempiterna, & hoc receptum est, inferiores parere superiorib. vt ait Dionysius Halicarnassæus in ꝓœmio historiæ. Lex imperatorum nõ est supra legem diuinam, sed subtus, c.lege Imperatorum, decima dist.c.non licet, eadem quæ diuina sunt, Imperatoris potestati non sunt subiecta, c.conueniat.23.q.8. reuocat & Imperator facta cõtra cõstitutiones Ecclesiasticas & cõtra priuilegia Ecclesię, in authent. c. cassa, l.priuilegia, de sacros.Eccles. omnes principes vt cęteri obedire debent Epis, ca. omnes principes, & c.solitæ.de maior. & obed. quemadmodum & spiritualia digniora sunt temporalib., c.illud, 6.eod.ti. de maio. & obed. nec diuina ab homine, nisi Dei authoritate dari possũt, can.plerique 8.q.1. Matrimoniũ autem inter spiritualia & diuina seu Ecclesiasticę potestatis annumeratur, quia sacramentum magnũ est, ad Eph.5.vers.32. à Deo institutum Genes.2. Matthæi, c.19. quo vero dicatur sacramentum magnũ ob quinque tradit Guillel. Benedictus ad c. Raynut. 2.parte, ad verba, *Cuidã Petro*, n.24.15.& 16. quo fit vt quęstio num validum vel inualidum sit matrimoniũ debeat agitari coram iudice Ecclesiastico, & non coram seculari, c.1.c.2.c.causam quæ, c.lator. Qui filij sint legitimi, & causa eius dicitur merè spiritualis in c.tuã de ordine cognitio. facit l.1.de ritu nup. ibi. *diuini & humani iuris cõmunicatio.* Si tamen non ageretur de cõtrouersia ex virib. matrimonij, & conuenirent litigantes spõsalia esse contracta, posset adiri laicus iudex, vt cogat sponsũ vel sponsã ad cõtrahendũ matrimoniũ, vt not. Pan.ad c.ex literis, in 2. notabili, 4.de spõsalib. Fel.ad c.2.n.28.hoc tit.de sponsa. Rursũ & improbantur cõstitutiones ciuiles aduersariæ legi diuinæ ex ca.reprehensibile est, 25.q.1. *Nequaquam*, inquit, *quod cõtra Euangelicã vel Apostolica, vel Propheticã doctrina constitutionẽmque eorum vel sanctorum patrũ, actum fuerit, stabit, & quod factum fuerit, cassabitur.* Neq; ipse sum. Pontifex qui contra ius positiuum dispensare seu gratiam facere potest de plenissima potestate, c.proposuit, de conces.præb. poterit contra Euangelicam doctrinam dispensare, c.sicut, 15.dist. nec cõtra præceptum Apostoli, c.sunt quidam dicentes, 25.qu.1. nec contra generalem seu vniuersalem statutum Ecclesiæ, ca.memor sum, 24.q.1.

76 Quocirca, consuetudines, etsi honestæ & probatæ in regione aliqua sint, vel à lege municipali vel à principe statutæ sint leges circa solẽnitates cõnenientes & honestas si omittãtur, nõ ideo efficient cõtractũ siue illud matrimonium nullum, veluti in exẽplo, quo cautum est iure ciuili & honestis & vtilissimis moribus, ne sine consensu expresso vel tacito parentũ, nubant filiæfamilias, vel filiifamilias ducãt vxores, §.causas. vt eũ de appellatio cognosci. c.alter, ca.nostrates, 30.q.5.1.de nupt. [illegible] Iustinian: ibi, *dummodo, si filiusfamilias sint, consensum [illegible] illorum, &c.* l.vnic. de raptu virg. [illegible] quia pro substantia matrimonij sufficit solus consensus eorum de quorum nuptiis agitur, [illegible] quæ ad honestatem matrimonij referuntur, c.sufficit, [illegible] q.2.c.6.de raptor. & sic ad c.1.nostrum de sponsal. l.ad verbum, *Fr acorum* resoluit & Glossa & ad l.Paulus, de statu homi. ff. potestatis ratio iuris ciuilis dic tur, l. . & l.nam ciuium Romanorum, de his qui sunt sui vel alieni, alioquin si iuris naturalis esset, requireretur & [illegible] patria à filiis emãcipatis, qđ tamen negat, l.filius emancipatus, de ritu nuptiarum. ff.

Cur autẽ & subsistere matrimoniũ, etiã si non interuenerit patris cõsensus placuerit, rationes possũt esse.

1. quia quod Deus coniunxit homo separare non potest, c.inter corporalia, de translatio. Episc. 1.ad Corinth.c.7.cum similibus ante citatis.

2. quia in spiritalibus, non consideremus patriam potestatem, nec in his quæ ad sacramenta pertinent, c.fin.de iudæn sex.

3.quia in hoc sacramento nominatim à Deo prædictum, *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ*, Genes.2.d. 1 Matthæi, c.19.ad Ephes.5.facit c.non est vobis, ti.hoc tit.de sponsal.

4.Iulius Paulus lib.2.Sententiarũ receptarum, ti.22. hoc ad vtilitatem publicam refert etiam in matrimoniis filiorumfamilias: *Eorũ*, inquit, *qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur: Contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur*, huc refert Concilium Tridentinum in sessione, 24.in decreto de reformatione matrimonij, c.1.

77 Hinc colligimus antiquatas ciuiles leges, quæ ita interdicebãt matrimonium quarundam personarũ, vt nulla redderent contracta. Nam non obstantibus illis, si quid canonicum non obsistat, contracta valebunt. Federicus de Senis cons.35. Pan.ad c.nostrũ,1.de sponsalib.quia hæc materia nõ est, vt dixi, de foro seculari, sed Ecclesiastico in c.tuã, de ordine cognit. Bar. in l.Titia, solut.mat.doctores, in ca.fin.de secun.nupt.

Ea numero itaque abrogatarum legum erunt leges Iulia & Papia de maritandis ordinib. l. lege Iulia, 44.l. lege Papia, 23.de ritu nupt.Iulian. tulit vel emendauit Octauius August.secũdũ Florũ li.59.& Suetonium, ea abrogata p Nouell. 78.c.3. vt liberti de cætero aureo nõ indigeãt annulo. Aliud & legis abrogatæ exemplũ, in l.1.si rector prouinciæ vel ad eum ptinentes, spõsalitias dederint arras, C.vbi, quia rectores prouinciarũ possũt esse terribiles parentib.tutorib.aut curatorib. filiarũ, phibetur ne cum illis matrimoniũ cõtrahant pendente administratione, & c.idipsum & phibitũ in l.si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositarum iurisdictionis suæ aspirare tentauerint nuptias, li.5.C.ti.7. & l.si quis officium, 38. de ritu nupt. declarabiturq; nullum illorum matrimonium in l.3.§.videamus, de donat.inter vir.& vxor. ff.Item in leg.præfectus cohortis, 63.de ritu nup.ff.

Fuit & alia declaratio ciuilis matrimonij nullius inter pupillã & tutorẽ, vel tutoris filiũ l.senatuscõsulto, 59.de ritu nupt.l.1.C.de interd. matrim.inter pupillã, & tutorẽ seu curatorem, filiosq; eorum, li.5.C.ti.6.leg. non est matrimonium, de ritu nupt.ff. idque ante administrationis redditas rationes, & ante vicesimum sextum annum, quo elapso restitutionem petere non poterat l.si patris, eo titulo postea vsque ad 29. quoniam annus vtilis mutatus fuit in quadriennium, l.6. C.de interdicto matr.inter pupillam & tutorem, &c. quodq; & ad hæredem extraneum tutoris extẽdebatur, ne possent pupillam defuncti ducere: ne ita puellæ circumscriberentur ab iis qui rationem gestæ tutelę reddere cõpelluntur, l.libertũ, 64.§.1.de ritu nup.

Sunt his alia exempla phibitionis matrimonij ex legib. & morib. diuersarũ nationũ aliquando admissa, sed hodie, quod pertinet ad dissolutionẽ cõtra prohibitionẽ contracti vinculi, ex matrimonio, reiecta.

78 Cæterùm quando prohibitio cõtrahendi matrimonij habet honestas & rationabiles causas & pœnę contrahẽtibus impositæ sunt & transgressoribus, rato & indissolubili manente matrimonio contra interdictum contracto, remanebunt quoque pœnæ quibus tenebitur trãsgressor. Sicque explicãdi mea sententia canones, aliter nullus fidelis canon, nostrates, 30.qu. 5.dũ dicitur, *aliter legitimũ nõ esse cõiugiũ nisi ab his qui supra ipsã fœminã dominationẽ habere videtur, & a quib. custoditur, vxor petatur, vt suo tempore à sacerdotib.cum precibus benedicatur, & adsint paranymphi, dotalia instrumenta, &c.* nàm sequitur in fin.can.aliter in fi.explicatio, *nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrat legitima*, id est, cõsensus contrahentium interuenerit de matrimonio contrahẽdo, qui solus sufficit, c.sufficiat, c.cũ iustiatur, 7.q.1. Et quãuis secundũ leges ciuiles nõ dicatur legitimum matrimonium, eò q contra eas factũ est; si aũt legitimũ quod legib. cõuenit, l.legitima, de pact.leg.1.de condict.ex lege: [illegible] men legitimum & ratũ est rõne legis diuinæ, q post consẽsum nõ permittit resilire à conuẽtione. Item quod ad Ecclesiã ptinet, quãdo sine testibus & probatione cõuẽtionis factũ est, clandestinũ quidẽ censetur, & quãdiu de eo nõ appa[illegible]et p nullo habetur, nẽpe illud nõ phibet quin in facie Ecclesiæ is qui clã aliquã duxit, aliam ducere possit, quia nõ iudicat de occultis, ca.f. & c. cum inhibitio de clandestina desponsatio. quia nõ iudicat de occultis, c.vni. Vt Eccles.benefi.sine diminu.cõferant. Sed quandocumq; apparebit de primo etiã clam contracto, tum secundo loco contractũ etiam in facie Ecclesiæ, nullum est, c.2.de clandest.despons.quia verè prima vxor fuit, sed erat tempore secũdę cõiunctionis incognita. Ita in Cõcilio Trident. sessione 8. de reformatione matrimonij detestantur patres matrimonia clãdestina & à filiisfa. inscijs parẽtib.cõtracta, & statuitur puniẽdos sacerdores & testes qui his interfuerint, verũtamen, si talia pareãt facta rata declarãt, & anathemate dãnatos eos qui id negauerint: ita tradit Angelus Clauasius in sũma, in verbo, *clandestinũ*, n.1.esse peccatum mortale solum cũ sola contrahere, matrimonium tamen contractum, valere per dictum cap.secundum de clandest. despons.

Quocircà manente matrimonio iudex secularis vel Ecclesiasticus poterit imponere prohibitionis pœnas, & exequi, vt docuimus de pœnis impositis nubentib. filiisfamilias, vel ducentibus filiasfamilias sine consensu parentum, lib.9. Syntagmatis iuris, c.3. ex edicto. Henrici secundi regis Galliarum.

79 Addemus aliud exemplum, in matrimonio inter raptorẽ & raptã cõtracto, de quo inter ius Põtificium & ciuile p[illegible]tũtur variæ decisiones. Nã iure Põtificio raptus nõ dicitur, si eã quã sibi desponsauerũt antea spõte parẽtes, volentẽ rapuerit ab eis, & si desponsatã duxerit, c.penult.de raptorib.euitãtq; pœnã eo matrimonio illo iure, quæ est statuta in raptores: dehinc & eo iure, si eàq; inuita rapta est, cõsentiat in matrimoniũ postea cum raptore, rectè contrahit matrimoniũ cum eo: si prior dissensus postea transierit in consensum, dummodò alioquin personæ legitimæ sint ad cõtrahendum, c.fi.de raptori.c.1.2.3.36.q.1. Cõtrà autem iure ciuili quo etiam raptus committitur cum sponsa inuitis parentibus rapta, l.vnic. de raptu virginum. C.vt iure antiquo quoq; Põtificio, erãt vxores despõsandæ ex voluntate parentum, nec aliter euitabatur pœna raptus, can.de raptoribus, 29.q.1.c.tria, & c.denique, 36.q.2. Sed & à Concilio Meldensi discessũ est, quod non nisi peracta solemni pœnitentia, raptores cum aliis etiam inire matrimonium nõ permittebat, cum raptis nunquam, etiam volente patre, c.penult. 36.q.2.& in Concilio Aquisgranensi, c.fi.eadem, 36.q.2. quod correctum est in dicto c.fin, de raptor. propter authoritatem diui Hieronymi. Atque proculdubio in hoc consentiunt interpretes, sed disputatum est, nũ pœnæ ciuili iure indictæ capitales raptoribus remaneant & aliæ quæ impositæ sunt circa bona, in §.sancimus de raptor. mulierum in Nouellis, in l. vnic.de raptor.vir.C. Et quidam putãt remanere incorrectas, & posse puniri raptores & raptoribus consentientes, rato etiam manente matrimonio per illas. Quod probari videtur expressè per c.cũm secundum leges, iuncta Gl.ad verba, *certoque casu*, de hæreticis. Nam Glo. ait, locum habere in terris quæ non sunt de temporalitate Ecclesiæ, nón autem in subiectis eius temporalitatis, in quib.& canones in temporalib.seruantur, quia secundum permissionẽ statuentis, in terris eius est statuendũ & iudicandũ. Gl.etiã nominatim in hac specie ait, id ipsũ, ad can.de libellis ad verbum, *illorũ*, vigesima distinctione in quæstio. in qua deciditur, nõ licere iudicare nisi secundũ canones Cõciliorũ, & Ro-

manorum Pont. Probat & textus in ca.3.in fin.in illis verbis, *morte afficiendus*, 36.q.1. Possunt & addi rationes, quod quamuis nuptiis raptori cõsentiat, & quod ad illum pertinet, videatur delictum aboleri, & iniuria elui: tamen remanet iniuria facta patri. Quare & Pater põt ex ꝓpria pſona experiri, & ꝓ propria iniuria quę nõ aboletur: nec impeditur per volũtaté filij cui illata est, l.1.§. vsque à Deo, l. si quis seruũ meum, 26.l.Pater cuius, 41.de iniur.ff. l.iniuriam autem patri facere dicitur, qui eius filium amatorem facit & ad luxuriam inducit, & idé in filiam, quare & ꝓ eo agere põt aduersus inducenté, actione vtili de seruo corrupto, l 1.de seruo corrup. Interest .n. parentũ liberorũ animos nõ corrumpi.l.vt tantũ, eo.ti.de seruo corrup. lex etiam 12.tabularum ꝓhibebat, ingenuá virginem suasione traducei: meminit & de Solonis lege Plutarc. vt q verbis pellexisset adolescentulas grauius puniretur, facit, l.1. de extraordinariis criminib.ff. q voluit solicitatores alienarum nuptiarum, etiãsi effectu sceleris potiti non sint, grauiter extra ordiné puniri, persuadere plus est, q̃ cogere, l.1.§. persuadere, de seruo corrup. atq; iniuriá sibi & patri facere filiá inde colligitur, quod nõ est pudicitiæ virginalis eligere sibi maritũ, sed patris est cura, c.honorantur, 32.qu.2.l.qui liberos, de ritu nup.ff.l.fi.C.de dot.promissio.

Secunda rursus ratio pœnarum in raptores, nõ obstáte cõsensu sponsæ vel raptæ erit ducta ex vtilitate publica. Quia si temeritas raptorũ hoc modo abiret impunita, futurum est, vt hoc prętextu filiæ filiíve familias, splendidarum familiarum coniugantur vilissimis & impiis hominibus, & impuris & ita deturpéter, q ne fiat interest reipublicæ, l. 1.§. sed etsi seruus, de ventre inspiciédo, l.super statu, C.de q̃stionib.

Rursus nec habenda ratio consensus filiarũ vel raptarũ, ne detur ansa delinquẽdi cõtra, l. cõuenire, de pactis dotalib.ff.cũ similib. & quia sępe certant cõtra ꝓpria cõmoda mulieres, l.si Pater pactũ, C.de sponsalib.cũ neq; audiantur volẽtes perire, l.nõ tantum, de appella.& ne ideò sę exponant raptui sub spe connubij. Neq; aliundè danda est illis hæc potestas, cũ nec homo liber habeat potestatem sui corporis, c.significauit, de corpore vitia. l.liber homo. ad leg. Aquil.ff. Item postremò non debet prodesse consensus post raptum commissum, quia pœnitẽtia in crimine raptus, non eluit ipsum crimen violentiæ, quod etiam remanet post restitutionem rei vi ereptę.l.penult. Vi bono. raptor.ff.vt & in furto locum habet in l.qui ea mente de furt.ff.l. quis sit fugitiuus, de ædilit.edict.ff.

80 In contrariam tamen sententiam videntur declinasse dicentes absolutè, nullibi posse habere locum pœnam raptus matrimonio sequuto. Quorum possunt esse sequentes rationes.

Prima quod legitimè factũ pœná non habet, l.Gracchus, ad leg.Iul.de adult. C. legitimè aũt factũ matrimoniũ dicitur raptoris & raptę, ex eo quod lex canonica illud ꝓbat, c.fi.de rapt. Secundò, q leges nõ dedignantur sacros canones imitari, c.clerici.de iudic.§. penul. Vt cleric.apud ꝓprios Epõs in Nouellis, imò in causa hac matrimonij expressè & eis cedunt, c.fin.de secund.nupt.in causa potissimũ matrimonij ibi, & quę debet decidi secundũ canones nõ secũdũ leges ciuiles. Tertiò: quia olim pœnę raptus causa, erat ꝓhibitio matrimonij inter raptá & raptoré: hodie aũt pmittitur p c.pen.& fi.de raptorib. quare cessante tõe dispositionis legis, debet cessare dispositio l.adigere, §. quãuis de iur.patr.in ff.c.cum cessáte de appell. Dehinc ꝓ hac sentẽtia est Pan.ad dictũ, c.pen.de raptor. nu.1. & 4. Paul.Cast.ad l.raptores, C.de Episc.& cleri. Dec.ad c.Ecclesia S.Mariæ, de constitutionib. Tamen, Pan.p textũ.c.pen.de raptor.distinguere videtur, q nõ dicatur raptus si tractatus matrimonij præcesserit cũ rapta, & parentib. eius, & cessare pœnas iuris ciuilis in rapta spõsa de futuro. Si aũt nullus tractatus ꝓcesserit futuri matrimonij, cõtrahi raptũ, & pœnas locũ habere, quãuis ipsa rapta cõsẽtiat: si violẽtia infertur parentib.c.de raptorib.36.q.1.idé, inquit, dicendũ, vbi parẽtes ignorabant, vel nõ erant superstites. Ná mulier nõ põt se exponere raptui, vt nec alia delicta cõmittere, & ꝓsumitur sępe mulier seu puella decepta, & ab ea cõsensus extortus, & ita sępe cõmitti raptũ, siue puella cõsenserit, siue nõ, in l.vnic.de raptu virg. C.& Gl.in d.r.sciẽti, de reg.iur.in 6. Sed vbi secũdũ eũ, ꝓcedit tractatus, & ꝓ matrimonio contrahendo fuit puella à domo parentũ abducta, tunc de iure canonico nõ committitur raptus, quia matrimonium debet esse liberum, & puella non poterat in domo parentum liberè contrahere eis renuentibus: vnde ius Pontificium considerauit libertatem matrimonij: ius verò ciuile considerauit delictũ raptoris, & deceptionem mulierum, & ideò habuerũt diuersos respectus, & sic potius iura ait esse diuersa quàm cõtraria, &c.

81 In hac cõtrarietate Ægidius Magistr.in tractatu de appell.c.3.refert iuris ciuilis constitutioné seruatá in Gallia. Quia ꝓhibitio matrimonij nõ erat causa finalis pœnarum eius, nec haberi rationé matrimonij, sed violentiæ, & ideò ꝓ sopienda hac cõtrouersia, solitum esse in Gallia prius cognosci, de raptus crimine, q̃ de matrimonij viribus. Citátq; eius rei gratia in c.2. Arrestũ Curiæ senatus Pariensis, latum anno Domini, 1541.9.Martij per quod dictum fuit, abusiuè diem dictam Franciscæ de Lisinnano à Rhenato Dormans (quem raptorem fuisse proponebatur) coram officiali Andium, pendente causa raptus coram Senarcho seu Seneschallo Andium. Frustrà enim putatur, impedire mulierem matrimonio eius, quem mox pœna è vita tollere debeat. Fertúrque prouerbium, *qu'il n'y a si bon mariage, que la corde ne rompe*, nullum tam firmum matrimonium, quod laqueus non dirimat.

82 Nec obsunt rationes in contrariũ adductæ. Nam quod ptinet ad primá: legitimè factũ pœná nõ mereri: admittimus quidé in quantũ legitimũ remanet & legitimè factũ est. Sed nõ admittimus matrimonium, quod per se legitimus actus est bonus, cũ raptore vel mediante raptu legitimè fieri, quãuis factũ subsistere possit. Ideò remanere debent pœnæ nõ q legitimũ nõ sit matrimonium, sed q p media legitima factum non fuerit, nec satis est aliquid bonũ fieri, nisi quoq; benè fiat, alioquin nõ habet retributioné vel laudé, ca.non satis est bene velle, 86.dist.c.sicut enim peccatum, 32. q.5. Nõ obest, 2.q leges nõ dedignentur sacros canones sequi: ná & admittimus in his quę ptinẽt ad sacramentũ matrimonij. At quãdo agimus de pœnis tẽporalib. & bonis, nõ dedignantur etiam sacri canones leges sequi, c.1.& 2.de oper.noui nuncia. quando honestæ sunt, & causæ legitimæ, & vindicta faciẽda est criminũ quá Ecclesia nõ impedit: non enim imperator & rex sine causa gladium portat, sed ad vindictá malefactorum & laudé bonorũ, vt ait D.Paul.ad Rom.c.13. & c.regum officium est, 23.& c.40.rex debet, 23.q.5.

83 Verũ disputabilis posset esse quęstio, quando vis non est illata parentibus nec filię vel filiofamilias, sed dum in potestate patris fuerunt constituti sine eius consensu nuptias vel matrimonium contraxerunt, nũ pœnæ ciuiles locum habeant quæ censent huiusmodi matrimonia ꝓ raptu, & nũ ideò exhæredari possint, & dos denegari, quam quæstionem videtur ptractare Pau.li.1.Consiliorum, cons.12.incipiente, *vt clare materia præsentis*, &c. vbi n.2. & 3.defendi statutũ quo imponitur pœna contrahenti matrimonium cum filiafamilias sine consensu patris, non valere post Io.And. in c.statutum da bætet.in 6. Ratio quia matrimonium & eius causa, ac ipsius dependentia pertinent ad forum Ecclesiasticum, cum sit sacramentum, cap.debitum, de Bigamis, ca.tuam de ordine cognit.cap.lator.

Qui filij

Qui filij sint legit. quare non potest laicorũ constitutionib. regi, c. fi. de reb. Eccl. non alien. c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & vltrà iurisdictionem impetranti, impunè nõ paretur, l. fi. de iur. omn. iud. c. vt animarũ de constit. in 6. Dehinc, quod si hoc statutũ valeret, libera non essent matrimonia & metu pœnæ. Libera aũt esse debent, nec pœnarum metu cõstrigi, l. Titia quæ ex alio, de verb. obl. ff. cap. cum locum. c. requisiuit. c. gemma, de sponsal. c. pen. & fin. de secun. nupt.

Quod si verum esset, secundum eundem Pan. pœnæ legales cessarent vt quod nõ posset filiam exhæredare pater, ob matrimonium cõtractum sine eius consẽsu, cõtra, §. causas, vt cũ de appell. cognos. in Nouell. Sed ego arbitror remanere matrimonium quidem, sine volũtate patris cõtractũ, vt satisfiat iuri Põtificio.

Verum vltra remanere pœnas impositas à lege, propter transgressionẽ legis ciuilis honestæ & vtilis reipublicę, & q̃ cõsulit animab. ne temeritate propria, illecebris, & deceptionib. pcipiti consilio, filiæfamilias illiciantur ad ineundũ matrimonium, ꝙ aduersatur pcepto diuino, *Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã, vt sis lõgæuus super terrã.* Exod. 20. Ecclesiastici. 7. D. Marci 7. & *maledictus qui non honorat patrẽ & matrẽ.* Deut. 27. Accedit Concilium Trid. in sess. 24. in decreto de reformatione matrimonij c. 1. cuius verba, *Tametsi dubitandũ non est, clandestina matrimonia libero contrahentiũ consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quãdiu Ecclesia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandi sunt illi, vt eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quiq; falso affirmant matrimonia a filiisfamilias sine consensu parentum cõtracta, irrita esse & parentes ea rata vel irrita facere posse: nihilominùs sancta Dei Ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atq; prohibuit. &c.* Ex quib. verbis vera quidẽ matrimonia esse filiorum filiarumve familias cõstat, verum non esse debere sine pœna: quod cõtra phibitionẽ facta sint; & quia detestata est Ecclesia illa matrimonia, sicut etiã de illa detestatione constat, c. nõ oẽs, c. honorantur, c. fi. 23. q. 2. c. aliter, c. nostrates, 30. q. 5. c. videtur, qui matrimoniũ accusare poss. Concil. Toleta. 3. c. 10. Neq; obest ꝙ matrimoniũ dicebatur fori Ecclesiastici, & sacramentũ: & ꝙ nõ esset in dispositione laici principis: nã iã diximus id vetum esse, si princeps de validitate matrimonij disponeret, vel cõtra matrimonium aduersus leges canonicas. Sed hoc non facit phibẽdo matrimonia cum filiisfamilias inuitis parentib. pœnę .n. nõ ptinent ad dissoluendum matrimoniũ, sed ad impediendum ne fiat, & ad puniẽdos transgressores: & phibitione nõ læditius Pontificiũ, imò iuuat: quia & diximus proximè Ecclesiam huiusmodi matrimonia detestari, & phibuisse. Sic & gl. ad c. fi. de secun. nupt. tradit, ad verbum *legalis* pœnas legales contra fœminas præcipitantes nuptias ante annum luctus, impositas, l. 1. C. de secun. nup. remanere intactas, etiã si infamia remoueatur, & matrimoniũ retineatur. Sed generaliter cõsẽtiũt oẽs interp̃tes, circa solemnitates matrimonij honestas, facta statuta municipalia vel leges obligare, eorũmq; transgressores incurrere peccatum mortale, vt scribit Fel. ad nostrum c. 1. de sponsalib. n. 6. 17. 18. Hostiens. & Ioa. And. Atq; etiam lex laicorum, si est iusta, & non repugnat legi diuinæ & canonicę, facta ab eo qui legis condẽdę habet potestatem, ligat in foro conscientię. Gl. 1. ad c. quę in Ecclesiarum, ibi *iure poli.* de constit. & ibid. Bald. si solemnitas omittatur cum scandalo, & si ex illius omissione incertum fiat matrimonium, & si omittatur cum contemptu, non aliter, vt explicat Felin. ad nostrũ c. 1. de spons. n. 18. & 16. textus expsus in c. quod dilecto, de consang. & affinita. c. 1. super eo, de cognat. spiritua. Notat & Pan. ad dictũ c quod dilect. n. 4. consuetudinem inhabilitare habiles ad matrimonium, si à Papa probetur, & si consona sit iuri, idem & ad c. super eo, de cog. spiritua.

84 Minus officit quod dicebatur impugnandã hãc prohibitionẽ, ne impediatur ob pœnam libertas quæ requiritur in matrimonio Nã matrimonia quidem libera esse debent, nec pœna conuentionali vel metu impediri iniustè illato: sed matrimonia q̃ interdicta sũt à lege rationabili, non habent vim reprobãdam, sed legitimã. Sic .n. libertas definitur cum exceptione iuris, in l. libertas, de statu hominũ, *libertas, est naturalis facultas agẽdi quod velis, nisi siquid vi aut iure prohibeatur.* Iuris executio non habet iustum metum, vel iniuriã, l. 3. ꝙ metus causa, ff. cum simil. legis enim virtus est, imperare, vetare, punire, l. legis virtus, 7. de leg. ff. & factæ sunt leges, vt earũ metu humana cohibeatur audacia, tutáque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrænetur nocẽdi facultas, c. factę sunt, 4. dist. Neq; etiam ideò minus puniẽdi sũt, ꝙ matrimoniũ teneat eorũ ita cõtra prohibitionẽ contractũ: imò & magis ex eo, quia matrimoniũ illegitimè cõtractũ nõ põt retractari & emẽdari in sua substãtia: quẽadmodũ & grauius puniũtur, qui homicidiũ cõmiserũt, quàm vulnerãtes: nã factũ est irreparabile, & restitui non potest: at culpa, remanet perpetua, & perẽnis. Laudabiles imò principes, qui terrore grauissimarũ pœnarũ satagũt reuocare delinquentes, & abutentes matrimonio contra Ecclesiæ præceptũ: sic principes seculi nõnũquã intra Ecclesiã potestatis adeptæ culmina tenẽt, vt per eandẽ disciplinã Ecclesiasticã muniãt, ca. principes sęculi, 20. sub 23. q. 5. & vt ait Cõciliũ Turonense 2. c. 41. relatũ in ca. 22. Incestuosi, ca. 23. q. 5. *oportet per sæcularis potẽtia disciplinã, à tã praua consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotũ monita noluerint reuocari.* Possumus & cõferre legẽ diuinã cũ his, quæ habetur Deut. c. 21. ver. 18. In qua filius cõtumax & inobediẽs patri lapidabatur, iudicatus à senioribus.

85 Cæterũ quæ diximus de pœnis & prohibitione nuptiarũ filiarũ, & filiorũ familias, ex edicto Gallico & iure ciuili, intelligũtur etiã de vidua minori 25. annis, vt sine patris cõsensu nõ possit impunè nubere, l. nuptiæ, 18. de rit. nup. ff. vbi Iulia. *nuptiæ inter easdẽ personas nisi volẽtib. parẽtib. renouatæ, iustæ non habentur,* l. 7. C. de nup. vt nec antè ita contractæ, in l. 2. de rit. nup. l. 2. in fin. l. 7. l. 20. C. de nuptiis, §. 5. apud Iustinia. eo tit.

86 Idipsũ intelligitur in filiofamilias milite, in l. filius familias, 35. de ritu nup. ff. vbi Papin. *filiusfamilias miles sine patris voluntate non contrahit.* Nam vt ait Vlpia. in l. 1. de obsequiis parentib. & patronis p̃stãdis, *etiã militib. pietatis ratio in parẽtes cõstare debet,* quare si filius miles in patrẽ aliqua cõmisit, p modo delicti puniendus est, & vt idẽ ait, l. liberto & filio, 9. co. ti. *filio sẽper honesta & sãcta p̃sona patris videri debet.* Obediẽtia parẽtib. iure nat. debetur, l. 1. & 2. de Iustitia & iur. ff. quæ nõ potest solui à militia: quando pater adhuc retinet sub potestate sua filium, nec eum suæ potestatis fecit.

Excipiuntur tamen aliqui casus, in quib. filius filiáve familias, matrimonio se possunt cõiungere sine volũtate & pmissu patris, vel eorũ in quorũ sunt potestate. Primus quãdo sunt furiosi vel mente capti, l. si nepos, de ritu nupt. ff. l. si furiosi, C. de nup. §. vnde quæsitum eo. ti. apud Iusti. Secũdus, quãdo filius est emãcipatus, qui & sine consensu patris ducere põt vxorẽ, l. filius emãcipatus, de ritu nup. in filia emãcipata idẽ arg. l. 20. de nup. C. Nã quãuis obediẽtia & honor debeatur parentib. etiã ab emãcipatis: tamẽ nõ ideò puniẽdi inueniũtur, ꝙ sine patris cõsensu duxerint: eo quod iã pater emancipãdo, suũ ius illis cessisse videtur, & in manu arbitri liberi illos cõstituisse, §. p̃terea, Quib. mod. ius patrię potesta. soluit, à manu potestatis liberans, l. fi. de Emãcipatio. libero. li. 8. ti. 49. atq; ideò in emãcipatione nõ nudus cõsensus parẽtis sufficit sed requiritur actus solẽnis, l. nõ modo 3. C. eo. ti. *Nisi,* inquit Vlpia. in

l.3.§.si emancipatus filius, de hon.poss.cõtra tabulas, li.37.ti.4.*si emãcipatus tã ignominiosam duxerit vxorẽ, vt dedecori sit tã ipsi q̃ patri mulierẽ talẽ habere: quo casu natũ filiũ ex eo pōt aum exhæredare*, hęc tamẽ exceptio hodie non ponitur inter causas exhæredationis, in §. causas vt cum de appellat.cognos.Nou.115.& proinde non admittenda, quia extra illas aliæ noo fuerũt approbatę. Deinde iure Pontificio ducere meretricẽ, nõ solum num probrosum est, sed etiam meritorium ad remissionẽ peccatorum.c.inter opera, hoc ti.de sponsali.exẽplum in Olea, Oseæ, c.1.& c. nõ est culpandus, 32.q.1.nec tã inspicimus vitam præteritam quæ fuerit, quãtum pręsentẽ quę sit nunc, c.ferrum 50. dist. Cõuenientior esset restrictio in filiafamilias minore 25. annis quæ siue sit in sacris paternis, siue mancipara, nõ potest nubere impunè sine consensu patris intra vigesimumquintum annum: siue vidua sit, siue anteà nõ fuerit nupta: & si patrẽ nõ habet, sine cõsensu matris vel curatoris: bisq; repugnantib. nisi adhibita cognitione iudicis num matrimoniũ illi expediat, quod sine voluntate eorũ sibi elegerit, l.viduæ 18.& l.in cõiunctione filiarum, 20.de nuptiis, C. Cessant quippe causę exhęredationis ob matrimoniũ electũ p filias post 25. ann. etiã si post eã ętatẽ in ꝓpriũ corpus peccauerunt, l.si filiã tuã, 19.iuncta Auth. sed si post, C.de inofficioso testa.*si modo*, inquit §. causas Nouell.115. *libero & nõ seruo se coniunxerint*: tunc enim culpa reiicitur in patrem qui non quæsiuit maritum filiæ intra 25.annũ, & de sua culpa, non de aliena conqueri debeat oblitus seu officij per l.qui libertos, de ritu nup. ff. His addere alias exceptiones poteris ex nostri Syntagmatis lib.9.c.3.ad quod te remitto.

89 Progrediamur ad alias locorum consuetudines & leges municipales, vel regnorum, circa modum solẽnizandi matrimonium, & dotẽ lucráq; nuptiarũ, & aliarũ seruari debeãt, & an liceat per leges ciuiles de his disponere, vt trãsgredi aut omitti impunè nõ possint, & quid, si cõtrahentes matrimoniũ sint diuersorũ locorũ, in quib. sint diuersæ cõsuetudines. Distinguemus itaq; an illæ cõsuetudines, seu leges disponãt de reb. in celebrãdis nuptiis requisitis, aut de reb. matrimonij quæ executionem exigant post contractũ matrimonium. In primo casu, quod pertinet ad solẽnia, habẽda erit ratio loci, vbi matrimoniũ cõtrahitur: vt tradunt ad nostrum c.1.Pan.Io.And.& Fel.n.2. Quia peregrini nõ debẽt violare cõsuetudinẽ patriæ cum scandalo aliorum: secus si sine scãdalo omitti possit, vt ait Fel.per ca.quæ cõtra 8.d.c.illa autẽ, 11.dist.probatur, & l.si fundus, 6.de euicto. *si fundus venierit, ex cõsuetudine eius regionis in qua negotiũ gestũ est, pro euictione cauendũ est* ( quãuis inquit ibi Gl. fundus alibi positus sit, vt in l.1.c.de contrah.empt. ) *siue de dupla, siue de simpla, siue cũ fideiussore, siue sine eo*, facit & l.sẽper in stipulationib. de regulis iuris, ita & tastamentorũ tabulę aperiri debent, secundũ leges locorum in quib. aperiũtur, l.2.c.quẽadmodũ testamẽ.aperiã. Honoraria aduocatis cõstituenda, pro modo litis, proq; aduocati facundia, & fori cõsuetudine, & iudicij in quo erat acturus, l.1.de variis & extraord.cognitio.ff. Secundũ ius etiam & laudabilẽ terræ cõsuetudinem, iudicandum, c.cum venissẽt 5.de eo qui mittit.in possessio.causa rei seruan. li.2.ti.15. consuetodo, & aquæ ducendæ, seruari mandatur, in l.si prius §. placuit, de aqua pluuia.arcen. Inter leges 12.tabularum illa quoque extat, *Ritus familiæ, patriisq; seruanto*.

90 In 2.autem casu: Si quæramus de reb. matrimonij q̃ perseuerãt post nuptias: quę vtilitatẽ respiciũt vel amborũ cõtrahẽtiũ. vel alterutrius; distioguemus rursũ nũ quippiã inter cõtrahẽtes placuerit, an verò nihil conuentũ fuerit. Nã si quid cõuentũ de his est circa dotis traditionẽ, restitution, vel lucrũ eius, & donationis propter nuptias, id seruandum erit, vt notat ad hoc c.1.de sponsal.Fel.n.30.Iaco.Anton. & Domi.& propa.l.legẽ quã dixisti, C.de pactis l.1.C.de pactis cõuentis. Nã quãuis nõ liceat pacisci cõtra leges generales l.iurisgentiũ, §.Prętor ait, l.ius publicũ, de pact. ff.l. pacta quę contra. C.eod.titul. c.fi.eo.tit. tamen licet pacisci cõtra beneficium legis volentib. cõcessũ, vt in l.pacisci, 32.de pact.ff.l.quæritur, §.si venditor, de ædil.edict. ff. cum liceat renunciare priuilegio in sui fauorem introducto, l.penul.C.de pact. l. si iudex, de Minorib. nec quicquam magis conuenire videtur bonæ fidei, quàm ea quæ inter aliquos placuerint seruari, l.1.de pact.ff.c.1.eod.ti.l.1.§.si conueniat, depos. Et proinde in pactis matrimonialib. & cõtra consuetudines loci, in lucro & qualitate dotis & aliorum, vt societate, affrayramentis, seu cõmunionib. potest cõueniri efficaciter. Et sẽper in stipulationib. id sequimur, quod actum est, l.1.semper in stipulationib. 35.de reg.iur.ff. quia istæ consuetudines cẽsentur prouisionales, & in subsidiũ quãdo nõ sibi prospexerint contrahentes & prouisio hominis tollit prouisionẽ legis, l.pen.de pact.cõuent.l.antequã 1. cõmunis de successio.C. nisi prohibitom esset expressè in statuto vel cõsuetudine aliter pacisci. Nã tunc verba legis impedirẽt conuentionẽ liberam per l.non dubiũ. C.de legib.

91 Quod si nihil cautum sit aut dictõ de his quę cõsuetudine cõtinentur, regulariter iuxta ea q̃ in primo casu diximus, censeretur contractũ secundũ loci consuetudinẽ in quo cõtractõ est, p l.si fundus, 6.de euict. ff.& l.semper in stipulationib. de reg.iur. ff.& hoc verissimõ in lucris & reb.matrimonialib. quãdo maritus & vxor sunt eius loci, aut habẽt in eo domiciliũ in quo cõtrahunt: quo casu si nihil de cõsuetudine dictũ sit, cẽsentur cõtraxisse matrimonium secundum cõsuetudinem loci, Masuerius §. 6. item de consuetudine Aluerniæ, tit.de dote & matrimonio, post Bald. ad l.si prius, §.placuit, de aqua pluuia.arcen.ff.idipsum si eligat domiciliũ in domo vxoris, Bal.in l.2.col.2.ver.*modo ergo quæro*, si à nõ cõp.Iud.C.ita intelligit l.lex Cornelia, §.1.de ieiunio, vide Felinũ ad nostrum c.1. nu.26.

92 At quando maritus habet alibi domiciliũ, quàm in loco vbi cõtrahitur matrimoniũ, aliter dicendum videtur singulari iure. Nã secundũ Pan. ad c.1.huius tituli, n.11.si nihil conuenerit expressè, sequẽda est cõsuetudo domicilij mariti. Id probare primum vidatur l.exigere, de Iud.ff.*exigere ibi mulier dotẽ debet, vbi domiciliũ maritus habuit, nõ vbi instrumentũ conscriptũ est. Nõ .n. id generis cõtractus est, vt potius eius locum expectari oporteat in quo instrumentũ dotis factũ est, q̃ eius in cuius domicilium, & ipsa mulier per conditionẽ matrimonij erat reditura.* Et rescripserunt Cæsares mulierẽ qoandiu nupta est, eiusdẽ ciuitatis videri incolã cuius maritus est: & ibi vnde originẽ trahit non cogi munerib. fungi: si modo matrimonio legitimo coniũcta sit non aliter l.fi.§. item rescripserunt, & l.pen.ad municipales ff.l.vni.de mulier.& in quo loco &c. lib. 10.C.l.de Incol.lib.10. l.mulieres da dignit.lib.12. Co.l. penul.de iuris.omnium iudic. vt etiam honore maritorum eriguntur, & radiis dignitatum eorum corruscãt vxores, dicta l.mulieres de dignita. §.si verò, de consulib. In Nouellis, l fœminę, de Senatorib.ff.

Secundò, quia contractũ videtur matrimoniõ destinatione domicilio mariti: & solus cõtractus, nisi domicilio quis in eo loco quo cõtrahit, habeat, nõ efficit cõtrahentẽ eius fori, c.1.§.cõtrahentes, de for.cõp. li.2. Sexti, ti.1. & contraxisse vnusquisq; intelligitur in quo vt solueret se obligauit, l.contraxisse 20. de act.ff. Sic triplicẽ causã cõuentionis seu vocationis in ius, vel distractionis rerũ cõsiderant iurisconsulti, in l.1.2. & 3.de bon. authori.iudicũ posside. in 1. *Ibi venire bona oportet vbi quisq; defendi debet*, in 2. *id est, vbi domiciliũ habet*, in 3. *aut vbi quisq; cõtraxerit. Contractũ autẽ nõ vtiq; intelligitur in loco quo negotiũ gestũ est, sed quo soluenda*

19.§.fi.de iud.ff.Illud,inquit,sciendum est,eum qui ita fuit obligatus,vt in Italia solueret, si in prouincia haberet domiciliũ,vtrobiq; posse cõueniri & hîc & ibi,& in l.obligationem,20.quæ sequitur,eo.ti.dicitur,extra destinationem solutionis,vnumquemque contrahere videri vbicumque obligetur.

Tertiò,quando solutio alibi facienda,quàm in loco in quo contrahitur,destinatur:nã inspicitur locus cõtractus,sed vbi soluendũ:nec potest alibi vocatio fieri,gl.ad l.hæres absens §.si quis tutel. de iud. & ita locus qui restitutioni dotis cõstitutus est, inspici debet, Boerius cõs.50.n.22.Bald.con.229.vol.1.gl.ad l.2.de eo quod certo loco. Io. Andræas ad 1.§.contrahentes de foro compe.in sex. inspici & solutionis faciendæ consuetudinẽ,tradit l.1.de vsur.ff.& ibi.gl.ad verbũ *cõtractũ* l.vinum,si certum pet.ff.l.in hac,de tritica.actio.ff.

Quamobrem,si nihil aliud placuerit, si in loco domicilij mariti: cõsuetudo deferat lucrũ dotis marito in partẽ vel in totũ,vel aliter de eo &donatione propter nuptias & alijs disponat,sequenda erit, & nõ cõsuetudo loci domicilij vxoris,vel vbi contractũ est,vt not.ad nostrũ c.t.Pan.11.Bart.ad l.exigere 65.de iudi.& ad l.cunctos populos,n.18.& 19. de summa trinit.Archid.ad c.illud,12.dist.Bal.ad auth.oẽs peregrini,communia de success.& ad ca.1.§.fin.de inuestitura,de re alien.facta.Pan.ad c.fi.de for.compet.Alex. li.3. consilior.cons.100.nu.8.Habetur autẽ ratio domicilij quod fuit tẽpore contractus matrimoniũ, nõ quod postea mutatum fuit,post contractũ matrimoniũ,quia inspici debet locus vbi fuit orta obligatio, nõ vbi fuit purificatio eius,l.si vxor,a.de iudi.ff. *Si vxor*, inquit, *à legato Romæ diuerteret, dotis nomine defendendum Romæ virum, iure responsum est.* Intelligit quoq; Fel.id quod dictum est, *contractũ ita ad executionẽ ad dotis referendum ad locum domicilij mariti*, speciale esse in dote, quando maritus est discessurus & vxorem traducturus,tacitẽq; tunc actum videri, vt ibi dos restituatur: & sic esse ibi locum contractus,per textum in l.quæro,de solut.ff.& in dictam l.contraxisse, de actio.ff.

Aliam distinctionem seruatam in praxi adfert Massuerius, ex parte etiam rerum de quib.lucrandis vel relinquendis agitur,in §.itẽ cũ agitur,§.23.ti.de dote & matrimonio,in praxi:*Si,inquit, agitur de dote lucrãda vel parte muliere permortua, attenditur consuetudo loci quo maritus fouet,vel fouebat,domicilium tẽpore contracti matrimonij & tẽpore mortis vxoris suæ:& nõ loci contractus vel originis,respectu bonorum mobiliũ: in bonis verò immobilib.seruatur cõsuetudo loci vbi sita sunt.* Sic in l.1. quę sit lõga cõsuetu.C.li.8.ti.53.*præses prouinciæ, probatis his quæ in oppido frequenter in eodem controuersiarũ genere seruata sunt,causa cognita statuet. Nam & consuetudo præcedens,& ratio quæ consuetudinẽ suasit custodiẽda est,& ne quid cõtra consuetudinẽ fiat, ad solicitudinẽ suã reuocabit præses prouinciæ.* Et quãdo est quæstio de aliquo iure descẽdente ex re ipsa debet seruari statutũ vel consuetudo loci vbi res sita est,quando in his nõ sũt cõtractus,neq; delicta, neq; vltimę volũtates,vt ait Bart.ad l.cũctos populos,n.26.vers. quęro 4. de sũma triu.per l.an in totũ, de ædificiis priuatis. Et sic intelligit l.vẽditor.§.si constat, cõmunia prędior.

93 Verũ hîc antequàm vltrà progrediamur, nos interpellat quęstio,si in loco originis mariti sit vnũ statutũ, aliud diuersum in loco domicilij eius, aliud in loco quo matrimonium contrahitur, quod erit potius sequendum. Et respondet Bald. cons. 308. volumin. 4. quod si in loco originis sit statutum, de dote lucranda, & in loco domicilij seruatur ius commune, quod illud seruandum erit, sic attenditur locus domicilij eius, quod confirmat idẽ author cons. 101.vol.3.& con.229.vol.1.firmat Alex.cons.100.n. 8. & 9.vol.1.quia inquit l.exigere, de iudiciis,intelligitur de loco domicilij mariti in quod erat itura tẽpore contractus,& ita explicat gl.ibi ad verbũ *reditura*: neq;.n. erat itura ad locũ originis mariti,vbi nõ habebat domicilium.Dehinc nõ tã locus originis, seu domicilium originis, quantũ domiciliũ habitationis inspicitur,ex eo,quod si post cõtractum matrimonium traducta muliere maritus mutauerit in alium locum domiciliũ habitationis,& ibi moriatur mulier: inspiciẽda est cõsuetudo loci postremi domicilij vbi mortua est vxor, & nõ domicilij quod erat tẽpore cõtractus matrimonij:quod ꝓbari ex dicta l.exigere, tẽdit Alex.d.cons.110.n.11.post Salicetum, ad dictã l.exigere:& Antoniũ Butrigarium,ad c.nostrum.1.de sponsal. Nã cum agitur de lucro mariti vel vxoris ratione superstitis, & ꝓmortui,id refertur ad tẽpus mortis,quare domiciliũ eius tẽporis,inspici debet per dictam l.exigere. Quemadmodum .. quando agitur de recisione contractus, non debet inspici locus contractus,l.2. cum ibi notatus per Cynum C.vbi & apud quos, &c.

Nec obest 1.quod locus originis præfertur loco domicilij incolatus,l.libertus.§.ꝓscriptio.l.assumptio ad munici.cũ simil.ibi not.l.ciues.de municip.& origina. eo.li.10.C.vnde videtur vxorẽ vel maritũ saltẽ gaudere debere priuilegiis suæ originis.Nam inquit Alex.illud verũ esset,quando domicilium originis ita fuisset cõprehensum à lege vel statuto sicut domicilium habitationis,nã tũc potius esset,sed in casu nostro non intelligitur domiciliũ cõprehensũ nisi habitationis,ꝑ dictã legẽ exigere,in verbo *reditura*.Eodẽ modo respõdetur ad illud quod dicitur neminẽ perdere domiciliũ originis per incolatũ vel domicilium alterius loci.

Nec obest 2.l.si fundus,de euictio. dũ inspiciẽda dicitur consuetudo loci cõtractus:nã illud intelligitur de forma cõficiendi contractum, & de solẽnitatibus circa confectionẽ instrumẽti,nõ de cõtentis in instrumẽto.Sed & l.exigere,speciale nominatim hoc priuilegiũ in dote dixit.Tradit & Mathæus de Afflict.decis. 226. ꝙ ꝓmissio dotis in dubio cẽsetur facta, vt & cõtractus secundum consuetudinẽ loci, vbi fit, quia in contractib. veniunt ea q̃ sunt moris & cõsuetudinis regionis,l.ꝙ si nolit.§.qui assidua,de ædil.edic.l.si finita. in priu.de dam.infec.l.si quis reum,de custo.reorũ.l.si prius:de aqua pluuia.arcenda.& cõtractus faciẽdus est pactorũ matrimonialiũ secundum cõsuetudinẽ loci vbi celebratur matrimonium: at quãdo agitur de repetitione dotis, inspicitur domicilium viri iuxta d. l.exigere.Minus obest.ꝙ videãtur cõtrahentes mutuo cõsensisse,secundum statuta locorum vbi cõtraxerũt, de quib. ꝓsumuntur habere scientiã:& nõ secundum statuta domicilij mariti q̃ ꝓsumatur ignorasse maximè vxor. Nã hęc presumptio nõ admittitur cõtra iuris dispositionẽ. d.l.exigere,& iuris ignorãtia neminẽ excusat.l. 2.& l.regula,de iur.& fac.ign.ff.imò ꝓsumũtur expressè sciuisse:&cẽ[illegible], cum nihil in contrarium pacti sunt:& casus omissus remanet sub dispositione legis.l.cõmodissimè. de lib.& posth. l.si extraneus,de cond.ob caus.ff. vnde de iure communi vel dos integra restitui debet,si statutũ nullum sit in loco domicilij mariti:vel si sit, illud sequẽdum erit.prorogat hãc sententiã Bal.ad d. l. exigere,vt si in instrumẽto dotis dictũ sit, quod maritus ꝓmisit reddere dotẽ Mutinę,Bononię,Mãtuę,& vbiq; locorum,quod nihilominus sequẽda sint statuta domicilij mariti ꝑ d. l. exigere cui nõ intelligitur derogatum per illa verba generalia, imò idipsum, & si dixisset se restituturum in loco contractus,vt firmat Alex.d.cons.100.vol.2.nu. 13. Verum est casus notatus vt singularis,in quo inspiciẽdum cẽset domiciliũ originis,nõ habitationis quãdo habẽs domicilium habitationis alicubi, contrahit matrimonium in loco suæ originis, vt puta ait Bar. si Rheginus habitans Bononiæ,vadit Rhegiam ad contrahẽdum matrimonium:nã cẽsetur cõtraxisse secundum statuta Rheginẽsium, aliter quàm si Rheginus

habitásFloréti̧ iretBononiã ad cõtrahendum matrimoniũ, quo casu attéderetur locus domicilij habitationis:Bar.cons.7.Alex.in addi. ad Bar.in l.cũctos populos,o.19.de sum.Trin.And.Sicul.cons.3. Ratio tamẽ diuersitatis, quæ adfertur & proinde ego dubito de hac exceptione, propter d.l.exigere,quæ se refert ad locũ habitationis. Certius antem erit,qood traditur, inspiciendam esse consuetudinem domicilij.mariti in restituenda dote,in fauorem mariti ita recipi,& ꝑinde si dos restituenda sit extraneo danti inspicienda erit consuetudo loci in quo contrahitnr, nisi aliud cõuentum fuerit, vt ait Felin.ad oostrum c.1. nu.27. post Bal.ad rub.de priuil.dot.vers.sed statim quæreres.

94 Ceterum illud ipsum quod dictum fuit singulare in dote & lucro dotis, & considerari domicilium mariti,nõ haberet locum in lucro inter sponsos perpendendo, si alter illorũ moreretur,quia seqoeremur consuetudinẽ loci vbi contractum fuerit.Bal. ad l.omnes peregrini.2.col.vers.*Itẽ nota quod quando princeps.* C.comm.de succes.quia ante matrimonium sponsa nõ efficitur de domicilio mariti,l.ea quæ de sponsa.32.ad munici.de ea tamẽ sponsa quæ de pręsenti est, ibi gl. videtur contrariũ dicere. *Ea que*,inquit Modestinus, *de sponsa est,ante cõtractas nuptias suũ nõ mutat domicilĩũ*,de spõsa,inquit gl.p verba de futuro: verũ latins ciuile etiam explicat,neq; etiá nuptá existimat mutare domiciliũ,nisi cõcurrãt. Primũ,dednctio in domũ, & in l.mulierẽ absenti.5.de titu nup.mulier absẽti nubere põt,si ea in domũ eius deduceretur: deductione enim opus esse in mariti nõ in vxoris domum,quasi in domiciliũ matrimonij.Dehinc nec sola deductio sufficit,sed requiritur cõsensus spõsalitiorũ cũ deductione.l.q̃situ,9.de spõs.ff.ideò eo iure, si quis ducat domũ non duodẽnem, dorant sponsali a:nec sunt nuptiæ,in eadẽ l.quęsitũ.& l.quod seruus,de condic.causa da.ff.

Quęritur aũt in casu statuti vel pactorũ de lucrãda dote,vel donatione ꝑpter nuptias vel de aliis in casu quo alter ex cõiugib. p̃moreretur : an id habeat locũ, si sponsa de pręsenti vel spõsus ante nuptias vel post nuptias,contractas ante cõsummationẽ matrimonij moriátur,quã q̃stionẽ tractat Alex.Tartagnius cõs 129. vol.7.&Abb.Pan.cons.1.vol.1.&Mat.de Affli.decis.226. Iason. ad l.si solututus.9.§.si quis indebitum,de cond. cau.da.ff.n.18.Gayllus li.2.Obseruatio.obs.80.Pro cuins resolutione Boer decis.22.n.33. tradit indote quam vocat doerium,attẽdi magis verba de præsenti q̃ carnalis copulæ consummationẽ per l.cũ fuerit,15.& ibi Soci.de conditio.& dem.ff.vbi cum fuerit sub hac cõditione alicui legatum,si in familia nupserit, videtur impleta conditio statim atque ducta fuerit vxor, quãuis nondum in cubiculũ mariti venerit, quia nuptias non concubitus,sed consensus facit vt &in l.nuptias, de reg.iur. Item secundò,qnod sicut inter coniunctos copula cõiuges, prohibentur donationes in l. prima, secnnda,tertia,de donationib.inter vir. & vxor. ff.idipsum & inter sponsos de præsenti. dicta l.3.& ibi glo. vers.concubinæ,de dona.int.vir.& vxor.

Item 2.iure canonico verom est &indissolubile matrimoniom initum per verba de præsenti.cap.fin.de spons.duor.c.sufficit c.cnm initiatur,27.qu.2.cũ simil.

4 Quia in l.Deo nobis.C.de Epis.&cler.quando spõsus ingreditur religionem inuito altero, qui remanet in sæculo, lncratur ea quę lucraturus esset mortuo vel mortna intrante religionem, ergo & si moriatur ante copulam,quia perinde est intrare religionẽ inuito coniuge,& mori ante commixtionem : nam l. Deo nobis,loquitur de eo qui intranit ante copulam:alioqnin enim non potnisset intrare sine consensu coniugis si post copulam vellet. c.ex publico. c.verum, cum sequentib.de conuers.coniug.

Secundũ tamen consuetudinem approbatã ab interpretib. placuit exigi ꝑ lucrãda dote,vt vxor in domũ mariti troducta fuerit,& cum ea cõcubuerit, vel eã ibi vel alibi cognouerit, aur cõcobuerit licèt cum ea copulã nõ miscuerit: quod & firmat Dec.cons.260. Quod verè tunc tantũ censeatur consommatum suis partib.matrimoniũ copula interueniente, & quando despõsata vtẽda tradita est. c. si quis despõsata sibi & tradita,& c.institutũ est,27.q.2. Atq; ita iudicatum in Curiis supremis refert Boerius p̃dicta decis.22.n.35.nõ lncrari maritum dotẽ vxoris,nisi cum ea cõcubuerit. idẽ in §.1.de coosuetudi.maatrimonij & dotis,in consuetudinib. Byturigum. Nec obest ꝙ appellatione vxoris,inquit , cõtineatur spõsa de pręsenti, ná id verũ est in fauorabilib. non aũt in odiosis.Bal.cons.384.in t. vol.Alberic.deRosato in l.solet, de his qui not.infam. odiosum autẽ esse dicunt, vt vir accipiat dotẽ vxoris quá nõ cognouerit,& ꝓximos eius ea priuari , per l.si donaturus in pr.&p notata in l.ꝙ seruus, 8.de condictio.causa da.ff. Melius Alex.in p̃dicto cons.129.vol.1. &Pan.cõs.vol.1.admonẽt distinguendũ & cõsiderãdũ, qualib. verbis statuta fuerint composita. an ea indiceot necessariam consummationẽ matrimonij,ao nõ.

Nam si locantur de vxore traducta vel decedeote in matrimonio sine liberis , putãt illa verba non esse exteodenda ad alia de nõ traducta , per l.si verò,§.de viro,soluto matrimo. l.si seruum.§. non dixit Prętor, de acqu.hæredita.ff.c.quia iore de reg.iur.in 6.

Rationẽ autem statuti putat Alexander lucri dotis nẽpe,onera matrimonij, & in remunerationẽ eorumdatum lucrum,secundum ea quę not.Gl.ad l.si donaturus.§.fin. ad verbum duntaxat,de cõdictio.ob caus. & not.per Bar.ad Auth.præterea.C.vnde vir &vx.&c. & ideo quia ante deductionẽ nõ sustinet onera , ideo nec lucrũ habere debet l.manifestissimi.§.1. C.de fur. leg.secundum naturá,de reg.iur.ff. & hæc ratio videtur sufficere Alex. Mihi nõ vtique quia nõ lucrũ dotis ipsius,sed fructus dotis dantor ꝓ onerib.matrimonij.l.ꝓ onerib.20.de iure dot.C.l.dotis fructus,eo.ti.ff. l.si maritus.47.fam.ereisc.ff.c.per vestras,de dona.int. vir.&vxo.c.Salnbriter,de vsur.Et quáuis onera matrimonij sint innumerabilia penè, l. 1. de Impon.lucra. descrip.li.10.C.l.2.C.qoãdo&quib.quarta pars debeatur,li.10.C.ramen dotis fructus ꝓ illis omnib. sufficere visum est , inter quæ & est vxori debitum reddere copulæ,c.gaudemus,de Diuor. c.2. de coniug. lepros. non enim vir habet potestatem corporis sui, 1. ad Corint.c.7.& proinde,illa ratio ad lucrum dotis nõ pertineret expressè, quia & dos remanet in domino vxoris quãuis vsusfructus sit mariti ꝓ rata onerũ,l.in reb. C.de iure dot.l.Diuor. Soluto matrim.ff.Itã vr ait Ias. ad §.fi.l.si soluturus de condict.causa dot.põt fieri,vt quis vxorẽ cognouerit, & non sustineat onera,& põt esse contra,vt sustineat onera &nõ cognonerit.Quocirca arbitrarer aliá esse rationẽ lucri & cõmodi matrimonij altero coniugũ p̃cedente , quãuis Alex.cons. 129.n.4.vol.7.asserat aliã adferri non posse, & quáuis addat aliá Ias.ad d.§.fi.l.si donaturus,n.19.quod statutũ de lucranda dote habet rationeın vt facilins mulieres inueniant maritũ lucro dotis ꝓposito:hãc aũt aliã duco, nẽpe quod statuta qnæ loquuntur de his, cõsiderauerint vxores matrimoniúmq; ꝓut omni iure potest esse,& remanet insolubile ex omni causa, & in quo iuxta naturã veri &indissolubilis matrimonij, duo sunt in carne vna.Gen.2.&D.Mat.c.19.Quod non accidit nisi cõiuncta verè&copulata vxore, quo casu tantum fit omnino inter viuẽtes insolubile, nõ aliter: nã ante possũt anteqnã cõuenerint ab inuicẽ discedere,etiá inuita altera parte, post nuptias inuitas,tantáque est potestas vt ratione ingressns religionis ante concubitũ matrimoniũ,quáuis de pręsenti non dicatur ratũ,sed dissolubile vel nõ pfectum. c.verum.c. ex publico de conuersio.coniug.proinde statutum loquens de matrimonio , est intelligendum loqui cnm

effectn,

effectu, per l. ſi quãdo, de l. 1. de eo quod omnino eſt indiſſolubile, niſi morte, in cuius tantũ caſũ diſponit.

Accedit ratio, quod verba intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquendi, l. Labeo. Item contractus interpretandus eſt, ſecundum cõſuetudinem loci in quo factus eſt, l. domini prædiorum, de Agric. & cenſi. li. 11. C. at communis vſus loquendi, cui accõmodantur locorum ſtatuta eſt quòd ante concubitũ non dicantur vxores vel mariti, ſed ſponſi & ſponſæ, *les eſpouſés & eſpouſées*, c. ſicut ex literis, de ſponſa. c. 3. loco, de præſumpt. poſt ea verò mariti & vxores, c. ſi quis deſponſata. c. quapropter, 27. qu. 2. c. debitum. de Biga. c. ex publico, de conuerſ. coniug.

Sed æquũ nõ eſſet, vt vir q̃ nõ fuiſſet omnino factus factus vna caro cum vxore, præter intẽtionẽ donantiũ lucrũ cõſequeretur, idq; ex naturali iuſtitia cõſtare põt, vt dicitur in l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſa. tuto. facit & cõſideratio verborũ ſtatutorũ de lucrãda dote ſi ſine liberis moriatur vxor ex quib. vult ſtatutũ vt ſaltẽ potuerit aptitudine habere liberos, ſed antequam traducatur & cognoſcatur liberos nõ poteſt ſuſcipere & priuatio præſupponit habitum, citat Iaſ. Gloſ. expreſſam in l. precibus de impube. in magna.

Per quas rationes, oẽs cõtrariæ citatę p̃ Pan. in cõſ. 1. li. 1. tollũtur: nã quãuis verba de p̃ſenti faciant matrimoniũ, quãquam nuptias nõ cõcubitus, ſed cõſenſus faciat, tamẽ nõ faciũt quin in aliquo caſu poſſint ante cõgreſſũ cõiuges diſſolui impunè, ex d. c. verum, & c. ex publico. Nec obeſt quod idem Pan. adfert ex l. Deo nobis, de Sacroſ. Eccl. Nam vt ipſe fatetur nu. 7. eius conſilij, hoc conſtat ibi mulierẽ non fuiſſe cõmixtam viro ingredienti religionẽ, ſiquidẽ capita poſteriora, c. ex publico, & c. verum explicarunt. Minus obeſt lex cum fuerit, de cõditio. & demonſ. ff. nã ibi quidem lucratur legatum ea cui legatur ſi nupſerit, ſi nubat quãuis nõ fuerit deducta in domũ mariti duplici ac diuerſa à noſtra hypotheſi rõne: primum quia agitur de vltimis volũtatib. in quib. explicatio fieri debet latiſſima. c. cũ dilectus, de donatio. int. vir. & vx. in ſtatutis nequaquã quia ſtricti iuris ſunt, in quib. quantum fieri poteſt reduci debẽt verba ad ius cõmune in non diſpoſitis expreſsè. c. cum dilectus, de conſuet. l. 2. C. de noxa. act. notatur ad c. cauſam quę, de reſcr. Bar. ad l. omnes populi, de iuſt. & iur. & ita concludunt interpretes ferè omnes. Secunda, quia impleta videtur cõditio ſi nupſerit, nubẽdo: neq; erat vlterius prorogãda conditio, ſi in matrimonio deceſſiſſet vt hic.

96 Remanet tamẽ qu. ſi nuptiis factis audita Miſſa ſeu accepta benedictione de ducẽda vxore ad domũ mariti, in via puta vel alibi, vxor vel maritus mortui fuerint ante concubitũ & conſummationẽ, an lucrum locum habeat ſtatuti. Et Alex. in p̃dicto conſ. 129. concludit, quod ſi maritus omnia parauerat, & impenſas iam fecerit ad recipiendã vxorẽ, quod ſecundũ ſtatutum lucrabitur dotẽ, vel partẽ eius, ſecundum tenorẽ eius, aliter non. Idq; concludit Pan. in d. conſ. 1. li. 1. illorum & aliorum eius ſententiæ fundamentum eſt, quod exiſtiment ſolum rationem ſtatuti de lucranda dote eſſe quod maritus ſubeat onera matrimonij: & ideò æquum ſit eum participem eſſe lucri regula ſecundũ naturam. Eandẽq; rationem habere locum in noſtro caſu, quia iam plures expenſas fecerit. Eiuſdem rationis & ſẽtentiæ citatur Fulgoſius ad l. non ſine, C. de bonis quæ liber. Salic. ad l. cum inter de dona. ante nup. Raphael Cumanus ad l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. in fi. ſolut. mat. Ratio 2. quia pro coniuncta habeatur, quæ de proximo coniungenda eſt. arg. l. pen. de milita. teſtamen. l. itam in legato, de lega. 3. §. fi. vt exactio inſtantis dotis, &c. in Nouel. l. etſi non ſit, §. quid ergo ſi cœptum de auro & arg. lega. ff.

Tertia ratio, quod vbi res eſt deſtinata de vno loco ad alium, effectus ſuperueniens antequam res locum deſtinatum attingat, cenſetur factus in loco vbi deſtinabatur, & non in loco vbi effectus imprimitur: q̃ colligit Dominicus de ſancto Geminian. in c. præſenti. §. fi. de præb. in 6. & proinde haberi mortuam ante conſummationem, ac ſi mortua eſſet poſt, quia ei deſtinata erat. Adfert alias rationes Alex. & Pan. ſed eodem modo concludunt.

Et poſſent quartò hæc ita demũ vera eſſe, ſi nuptiis contractis & à presbytero benedictis, ea intentione proficiſcantur domum, vt conſumant matrimonium, nec vlla ſit vel appareat intentio contraria diuertẽdi, & ſi mox illa conſummatio futura ſit, non autem ſi ſit differenda.

Quinta ratio alia, quia non ſtat per ſuperſtitẽ quominus conſummatum fuerit matrimoniũ, ideo quod fato ſuperuenit, non eſt ei imputandum per quẽ non ſtatur quominus impleatur. l. nihil intereſt, 32. ad leg. Iul. de adult. ff. l. 2. de conditio. & demonſ. ff. contra ſi per eum ſtetiſſet, l. quæro. §. inter locatorem, loca. ff.

Ne in aliena poteſtate ſit ſine culpa noſtra, deteriorem nobis conditionem facere. l. ne in poteſtate, quod vi aut clam. l. non debet, 74. de reg. iur. ff. & mora ſua vnicuique debet eſſe nociua, nõ aliis. l. ſi mora, 9. ſolu.

Ceterum mihi videtur, hanc ſententiam, quæ p̃ ratione ſumptuum, permittit retẽtionẽ lucri dotis, marito, nõ poſſe ſubſiſtere p̃ illa fundamẽta quib. innititur: nã ſi de ſũptib. primò agatur, tantũ, impẽſę illę nõ debent dotẽ minuere iuxta ſtatutũ de dote vel parte dotis lucranda. Siquidem ſi æquũ eſt ſumptus iuſtos factos reſtitui, tamen non erit æquum, vel ſupra ſumptus, vel minus quàm inſumptũ eſt repetere, & oportet tantum eum qui dotem à marito repetit, eum indẽnem reddere. l. cum mulier & dotis. 55. ſolut. mat. ff.

2 Sed neque ſumptus in res dotales facti etiam neceſſarij & vtiles minuunt dotem, ſed concedunt detentionem marito, donec ei ſatisfiat. l. quod dicitur. 5. & l. voluptuariè 7. §. fi. & de imp. in res dota. factis, li. 25. ti. 1. & aliud eſt lucrari dotem, aliud in ſolutum accipere: quemadmodum aliud eſt tit. lucratiuo, aliud oneroſo petere. ſic Iaſ. ad §. fi. l. ſit donatarus, de condict. cauſ. dat. n. 13. ff. ait fructus dotis habere maritũ titulo oneroſo, ſed dotis lucrum, lucratiuo.

3. Item, & quod maritus in vxorem impẽdit, affectioni maritali imputare debet, nec repetit, l. quod in vxorem. 13. de neg. geſt. lib. 2. C. ti. 19.

4 Verba ſtatutorum ſtricti iuris ſunt, nec patiuntur extenſionem à paritate rationis, vt antè diximus, neq; in his quæ cõtra ius indulta ſunt, ſequi poſſumus iuris cõmunis rationem, neque idipſum trahendum in cõſequentias, l. quod verò. 14. cum 2. ſeq. de legi. ff. & omiſſa pro omiſſis habentur, nec ſupplenda ſunt. l. cõmodiſſimè. de lib. & poſt. l. ſi verò. §. de viro, ſol. mat.

Nec obſunt rationes in contrarium adductæ. Nam quod pertinet ad 1. fund. quod dicunt pactum de lucrãda dote vel parte eius in caſu mortis, habere cauſam remunerationis ſubitorum onerum matrimonij. Iam docuimus eam non eſſe rationem veram, ſed aliã, nempe coniunctionem realem: dehinc 2. dicimus retorquendam illam rationem: ſi enim propter onera paſſa matrimonij ita proſpectum eſt de lucro: ergo ceſſante cauſa ceſſabit effectus & lex, l. adigere. §. quamuis, de iure Patr. ff. c. cum ceſſante, de appellat. at quando ſponſa mortua eſt ante coniunctionem & copulam, non planè omnino perfectum dicitur matrimonium, vt docuimus ex c. verum, c. ex publico. de conuerſ. coniug. ergo nec impenſæ factæ ante cõſummatum matrimonium cẽſentur eſſe ex onerib. matrimonij quod adhuc non erat, itaque non erunt reſarciendæ ex lucro dotis.

Et 3. vix conſtituitur marito lucrum dotis totius vel partis, præcedente vxore, quin contra cõſtituatur in caſu quo p̃moriatur maritus lucrũ aliquod vxori ex

bouis mariti vel donationis propter nuptias, ſeu incrementum dotis vltra dotẽ:vit .n.&mulier ſeruát in hoc,parẽ authoritatẽ,&,ſi nõ in ſimili lucráda quantitate,tamen in aliqua, l.fi.§.pen. de donat. ante nup. l.Deo nobis,C.de Epiſc.& cler.c.fi.de donat. int.vir.& vx. At nemo dixerit vxori lucrum conſtitui caſu quo prædeceſſerit maritus, propter onera matrimonij ab illa ſubita. Siquidẽ onera ad maritum non ad vxorẽ pertinent:ergo idipſum dicendum erit in lucro mariti.

Non obeſt 2.ratio, quod pro coniuncta habeatur quæ de proximo coniungenda:nam hoc verum eſſet quádo etiá poſtea cõiungeretur, in his quæ nõ pendent ex actu coniunctionis,at non in aliis,vt & exemplum in dictum c.verum,&c.ex publico,de conuer.coniug.

Eodem modo tolli poſſet 3.ratio,quę ait,deſtinationem facere perinde ac ſi actus eſſet impletus in loco: Nam hoc hic non habet locum,quemadmodum nec in l.fi.C.de Condit.inſertis.

97 Quod pertinet ad 4.admitterẽ,quod ſi ſtaret per vxorẽ vel proximos eius quominus impleretur coniunctio,cũ poſſet impleri legitimis peractis, tunc perinde haberi,ac ſi ſecuta eſſet &tunc quando appareret quod non fuiſſet traducta in domum viri propter moram vel culpam eius qui dotẽ dare debebat,omnino dotẽ vel aliquá partẽ lucrari vir deberet, vt notat Alex.conſ.129 num.12.vol.7. & Bart.conſ.133.inci.*ſtatuto* Bal.ad l.fi.de dot.promiſſio.Ang.conſ. 183. Paul.Caſt. ad l.iubemus. §. ſanè, C.de ſacroſanct.Eccle.fraus enim & dolus nemini debet patrocinari, aut lucrum dare.l.1.l.ne ex dolo,de dolo. c. ſedes,c.ex tenore.c.ſuper literis,de reſcr.c.tuæ, de Clericis non reſid.c.cum olim,de offi.& poteſta.iudic.de leg. At ſine illa mora, dolo & fraude ſi mors ante coniunctionem ſuperuenerit,quemadmodum marito fatum nocare non debet,ſic nec hæredibus vxoris, vel patri dare debentibus dotem : & quia filia perit patri & priuatur ea nõ debet priuati etiam dote:ne filiæ amiſſæ & pecuniæ damnum ſentiat,per l.iure ſuccurſum, 6.de iure dot. ff.lib.23.tit.3 & vt ita in amiſſione fortuita domino nẽpe patri, perit filia, ſic ob eundem caſum fortuitum maritus ſibi imputet ſine damno alterius,impenſas pro vxore futura habenda factas, ad quas non compellebatur:quemadmodum in ſimili,ſi colonus conductor prædij caſu fortuito propter vim maiorem non poſſit colligere fructus ex agro conducto, cum locator non potuit impedire eundem,non experitur de damno contra locatorem ſeu dominum,nec pro lucro ceſſante nec pro ſemine amiſſo quod in agrum iactauerat,ſed ſed ſeminis & impenſarum damnum ad ſolum colonum pertinet.l.ex conducto.15.§.vbicumque,& §. ſed & ſi labes,loca.ff.cum ſimilib.

98 His rationib.cõfirmati videretur,quod tamen nimium abſolutè dictum eſt à Baldo,ad l.penul.§.ff.per illum textum,per id quod eſt cum falſo tutore geſtũ, vt per traductionẽ factá vxoris nondum nubilis in domum mariti maritum non lucrari dotem,nec etiam fructus dotis,quamuis ſubierit onera ſecundum Boerium deciſ.24. n.37. ego tamen diſtinguendum cenſeo, vt ſi doloſè hoc factum ſit, ad captandum lucrum, verum ſit,alter nequaquam:quia præſumatur verum matrimonium ſi pro vxore habita ſit minor, c. iuuenis.3.hoc tit.de Sponſal.vt ibi dicemus,Deo fauente.

Non tamen eſſet æquum data à marito futuræ ſpõſæ retineri ab hęredib.mariti ſi dotem repeterẽt, imò iuſtiſſimum putarem,ei reſtitui, niſi ſiquid in contrarium pactum fuiſſet,exemplo expenſarum factarũ in res dotales, de quibus in tit.de impenſ in res factis,ſequendáque erit reſolutio communis iuris quæ in ſeparatione matrimonij fit extra ſpecialia ſtatuta : vt quemadmodum dos redditur vxori, ſic & alia quæ à marito proceſſerũt,marito.c.2.de dona.int.vir.& vxo.

99 Sed&dignum puto obſeruatione,hæc dicta vera eſſe,quando ante traductionẽ in domũ mariti dubiũ eſſet,num maritus cognouiſſet vxorem : nam ſi ante traductionem eam alibi cognouerit,vel cum ea concubuerit,licet cum ea non fuerit cõmixtus extra controuerſiá eſt lucrum dotis & antenuptialiũ donationũ ad ſuperſtitem pertinere, iuxta ſtatutum, ſi quod de lucro ſit.nam tunc conſummatum dicitur matrimonium, vel præſumptione certiſſima præſumitur, conſummatum, & habuit tanquam vxorem in menſa & in lecto,affectu maritali.c.literis, & ſeq.de pręſumptio.Alex.conſ.129.n.12.vol.7.Dec.conſ.260.

100 Item nobile colligitur ex glo. & textu, l.ſi ſolutionis,9.§.fi.de condict. cauſa data.& ibi per Iaſ.quod pactum de lucranda dote habet locum, non tantum in dote data,ſed etiam in promiſſa.Item & in ſtatuto de lucranda dote, mortua vxore pendente matrimonio,etiam ſi dos pendente matrimonio non fuerit ſoluta,ſed tantum promiſſa, quãdo ſtatutũ loqueretur de dote ſimpliciter,vt not.ibi.Iaſ.& Alex.Paul.Caſt.gl. per l.mulier,in princip.iuncta gl. 1. de condict. inſtit. l.ſi marito.in princ.Soluto matrimonio.

101 Ex ſtatuto de lucranda dote ſequitur aliud dubium, quod vt quotidianum eſt ſic ſcitu digniſſimũ. Ponamus quod extante ſtatuto,vt Tholoſæ,quòd vir præmoriente in matrimonio ſine liberis vxore,lucretur dotem:& pręmoriente marito vxor aliquid aliud pro incremento dotis ex bonis mariti,conuentum autem ſit,inter coniuges quod pater vel alij ſoluant dotem marito intra quinquẽnium vel aliud tempus : & per ſingulos annos ex quingentis, putà,aureis in dotẽ datis,ſoluátur cẽtum: acciderit autẽ intra illud quinquennium mortuam vxorem : Si quæratur an omnẽ dotẽ lucretur maritus nõ ſolutam & ſolutá, quid ſtatuẽdũ erit?Et quidẽ Iaſ.ad d.§.fi.l.ſi ſoluturus, n.14.diſtinguit,an ſtatutũ, tantum loquatur de dote lucranda ſimpliciter,& tunc(vt paulò antè dixi) & promiſsá & ſolutam lucratur.aut inquit ſtatutum loquitur quòd mortua vxore ſine liberis,maritus non teneatur reſtituere dimidiam partẽ dotis,quo caſu inquit,non habet locũ in dote promiſſa:quia verbum reſtituere,id non patitur quod præſupponit realiter datá.l.videamus 28. §. in Fauiana.de vſur.& fruct.l.22.ff.tit.1.l.2.§ Reſtituas.Nequid in loco pub.lib.43.tit.8.l.plus eſt.22.l.reſtituere 35. & 75. de verb.ſig.& ita reſtringere proximá regulá prædictam de lucro.Salic.in l.ſi conſtante. per gl. ibi ad verb.*firma*, C.de don.ant.nup.Angl.in conſ.151.incip.*quidam nomine* ff.

Aut rurſum inquit ſtatutũ loquitur,quod maritus ſuperſtes vxori lucretur dotẽ datã,& tunc non habere etiã locũ in dote promiſſa,per Barth. in l.iubemus in ſecũda ſic incip.§.ſane.C.de Sacroſ.Eccl. Ipſe Iaſ.autem prædicto loco diſtinguit,& ait d.Bart habere locum, quando mulier vel qui debebat dotem ſoluere,nõ fuit in aliqua mora ſoluendi:putà, quia maritus non petiit nec interpellauit.Quo caſu imputandum ei eſt ſi fuit negligens, vt ait gl. in l.de diuiſione,in prin.& ibi Bar.ſol mat. cõtra ſi interpellauit,& lucrari tunc etiá promiſsá:ne contingat vxorẽ vel debentẽ qui eſt in mora, ex ſuo delicto lucrari contra l.relegatorũ,de inter.& releg. ff.l.Seruius, Quòd vi aut clàm. Quando etiá mulier vel alius promiſit dotẽ dare arbitrio boni viri,in loco vbi lucrũ eſt dotis ſi antequá bonus vir arbitratus eá fuerit,etiáſi ad illũ recurſũ fuerit,non habere locum ſtatutum de lucráda dote,idem ait Iaſ.ad d.§.fin.l.ſi donaturus,n.15.poſt Bald.in l.3.par illũ tex.de dotis promiſ.Singulare & aliud Iaſ.eodem loco notat,nu.16.quod prędictum ſtatutum de dote lucranda,locũ non habet,quando ſocer feciſſet pactum cũ genero,quod non teneretur illi dotem dare,niſi ad 5. annos, & ſi interim moriatur vxor:ex quo nulla eſt mora in dote tradenda,ita & Angelus concludit conſ.158.

102 Quamobrem ſi per certos annos,certa sũma dotis ſoluenda ſit,& aliqua ſoluta ſit tantũ, reliqua nõ ſoluta

ante mor-

ante mortem vxoris, pro soluta parte lucrum erit metiendum. Boer. dec. 22. nu. 40. Quanquam (quod mirū, sed notabile videtur) pacto facto de soluenda dote lucranda si maritus moriatur intra tempus recipiendæ dotis vxor cōsequatur integrum argumentū dotis seu donationem propter nuptias, quam lucratur ex statu to superuiuens marito mortuo sine liberis, non obstā te pacto de dote soluenda per dilectiones quarū dies cedant post mortē mariti, vt ait Boer. d. decis. 22. nu. 20. & 41. qui id confirmat multis senatusconsultis & indicatis, & Guido Pap. decis. 430. & 565. Masuer. tit. de dote & matrimo. §. Item si fuerit conuentū. §. 27 & ita nō seruatur de consuetudine Auth. sed quæ nihil. l. æqualitas, de pact. conuen. vt & ibi gl. not. Bal. Saly c. Ioann. Faber, Deci. plenè cons. 530. nu. 8. Ratio diuersitatis esse potest, quia pactione constituta, fides videtur à marito habita de dote, & ideo videtur data solnēdi dilatio sponte, argumento §. venditæ de rer. diuis. l. quod vendidi, de contrah. emp. Sicq; tollitur contrarium ex §. illud, de non eligendo secundo nubentes, in Auth. & illa iura quæ æqualitatem lucri dotis & donationis, ppter nuptias exigunt, alia ratione quàm correctionis: nempe ꝙ ibi non fuerit fides habita de dote soluenda, vt hic totaq; dilatio videtur posita in fauorē debitoris. l. eum qui calendis. §. fi. de ver. obl. nō in odium alterius.

Sed dicet aliquis, quid operatur adiectio diuersarū dilationū soluendæ dotis? respondeo, primum operari circa lucrū præmoriente vxore, vt dixi & 2. præmoriente marito in casu partis restituendæ, vt tot dilationes & tales dentur pro restitutione hæredibus restituētis, quot datæ sunt in solutione: licèt non fuerit expressū. Augmentū autē, statim soluto matrimonio, debebitur. Quod si nullā dilatio in cōstitutione dotis tradendæ fuerit posita, sed putà, dictū sit, vt dos quę promittitur in pecunia soluatur in die solēnisationis matrimonij, soluto matrimonio statim dosdebeat restitui, nec expectatur tēpus aliud legis, l. vnic. §. exactio, de rei vx. act. C. qui. §. hodie nō seruatur, vt scribit Masuer. in praxi, tit. de dote & matrimonio. §. 19. itē si fuerit conuentū.

## AD VERBA, CAPVT I. DE SPONSALIBVS.

103 *Transgressor Euangelicæ legis subiiciatur pœnitentiæ, & à secunda coniuge separetur, & ad priorem redire cogatur.*

In his verbis imponitur pœna pœnitentialis ducenti duas vxores: quę autem illa sit non exprimitur, videntur enim pœnitentię hodie esse arbitrariæ, proq; modo æqualitate delicti & personarū relinquūtur discretioni & arbitrio eius qui potest imponere, c. 3. c. quęsitū, de pœnit. & remiss. can. mensuratam, de pœnit. dist. 1. c. tempora, 17. q. 7. At in c. 2. de Sponsal. duorum certa hęc pœnitentia imponitur. *Accepisti eam in vxorē tibi quā aliter antè sibi desponsatam habebat, dimitte illam, quia nunquam potest fieri tibi legitima & quadraginta diesin pane & aqua, quam carenam vocant, cum septem sequentibus annis pœniteas.* Et Burch. lib. 9. Decret. c. 5. tit. de fornicat. §. accepisti, dimisisti, inquit, vxorem tuam & aliā duxisti, accipe priorē vxorē & carenā vnā in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas. Et in can. de Benedicto, 32. q. 4. 1. Pelagius summus Pontifex Mileto Episcopo scribens, iubent scienter viuente priore coniuge coniunctos, decaluari & in monasterium detrudi: Sed & illa pœna est fori cōtentiosi. Cuius generis sunt plures etiam ex ciuilib. & municipalib. constitutionib. & canonibus, vt Gomes super 80. legem Tauri narrat in Hispania contrahentibus binas nuptias inuri in fronte literam Q. Iul. Clar. lib. 5. Sententiarum iuris. §. fornicatio. nu. 31. ait ducētes duas vxores quingentorū aureorū mulcta ex Senatus Mediolanēsis iudicio affici vel trib. aut pluribus ex eius arbitrio, equulei (vocāt *strapade*) Solere etiam interdum Senatum ducentem duas vel plures, ad triremes damnare, vel vltimo supplicio afficere. In Gallia vel fustigantur vel suspendūtur. Sunt aliæ pœnæ criminales in l. eum qui duas, C. ad l. Iuliam de adul. l. 1. C. de Incestis nupt. huc referri possunt omnes pœnæ adulterij, de quibus fusè diximus li. 36. Syntagm. c. 6. vbi videbis si egeas.

104 Pœna alia ciuilis & Canonica: quod ꝓles natā ex secūda cōiuge viuēte prima, est illegitima, nec potest parentib. succedere. c. causam quæ, 4. qui filij sint legit. Quod cum aliquo temperamento intelligendū est, quando ambo coniuncti sciunt viuere primam aliam coniugem vel alium primum maritum: Alioquin si maritus quē habebat vxorem viuentem, secundam duxerit insciam eius matrimonij, quæ ei bona fide in facie Ecclesiæ iuncta fuerit, ptoles inde susceptæ ante separationem quamuis redear posteà ad primam, est nihilominus legitima, & idonea ad succedendū, c. pen. qui fil. sint legit. idipsum si posteà, propter aliquod impedimentum fuerint coniuges separati, & redeant ad primum coniugium, vt in c. perlatum, c. ad audiētiam & c. 1. qui filij sint legitimi. Contrarium autem dicetur, si clam & non in facie Ecclesiæ se coniunxisent: c. cum inhibitio, de clandestina desponsa.

105 Illa & pœna canonica, vt relicta secunda sup inducta, redeat ad primū, siue primū cognouerit desponsatam, siue tantum per verba de præsenti eā desponsauerit: vtroq; enim casu pro vera vxore habetur: vt neque possit vinculum illud dissolui per aliam desponsationē etiā de præsenti, interueniēte quoque cōmixtione seu copula, sed ea relicta, redeundum sit ad primā, c. 1. c. licet. 3. de Spōsa. duorū c. pen. c. ex parte, 9. hoc tit. de Spōnsali. Sic enim hodie abrogata est bigamia & poligamia, & mores cōtrarij regionū, de quibus fusè nos diximus lib. 9. Synt. Iuris c. 2. vbi videbis si egeas.

*Argumēta cōtra decisionē c. 1. de Spōsalibus, & Solutiones.*

106 Sed hæc hactenus dicta sint de explicatione mentis & sententiæ, c. 1. de sponsalibus. Superest vt firmius omnia nobis sint proposita dissoluamus quędā quæ obiici possunt, & dicta conuellere, vel dubium mouere aliquib. Primū itaque obiicio lex vel cōstitutio, vt pactum inducenda ad delinquendum improbari debet, l. cōuenire, de pactis dotalib. ff. l. alia lege. §. eleganter, sol. matr. Cōtra enim bonę legis qualitas huic promissioni est, quæ prohibet & coercet non faciēda, l. 2. §. de legib. ff. ea. n. facta sunt autē leges. 4. dist. At si quis prætextu legis Euangelicæ possit trāsgredi mores & leges municipales vel ciuiles, mortale cōmittit peccatum ex arbitrio matrimonium contrahens, non seruans solemnitates per leges dispositas, sicq; remanebūt incerta matrimonia in Ecclesia, illis omissis per quas discernuntur matrimonia legitima, vt ait Gofredus, & Ioan. Andr. ad c. nostrum 1. de Sponsali. Ergo improbanda est decisio c. nostri. quæ permittit transgredi leges regionū, Frāciç & Saxonię. Solutio minorē veram non esse propositionem, quòd transgressio legū ciuiliū habeat peccatū mortale, quando statuūt de substantia matrimonij cōtra leg. Euāgelicā: imò esset peccatum, eas seruare cōtra eam, vt supra docuimus.

107 Secundò pugnat: consuetudinem locorum in matrimoniis contrahendis esse seruandā, vt in c. quod dilectio, 4. de consang. & affi. li. 4. tit. 14. vbi quāuis summus Pont. permisisset in sexto gradu distantes cōiungi, tamen potior est consuetudo terræ quæ statuebat ne distans ab stipite sexto vel septimo posset cōiungi enim distante in secundo vel tertio gradu, & coniunctos disiungebat: subdirque sum. Pontif. *vnde in hac parte consultius duximus multitudini & obseruata consuetudini deferendum, quam aliud in dissentionem & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate.* Nam & nouitates alioquin vitandæ sunt, & seruandæ consuetudines, c. cum consuetudinis, de con-

suetud. l. de quibus, de leg. quia consuetudo potior lege si in loco specialis, c. 1. de constit. in Sex. ca. quis nesciat. 1. dist. Suffragatur c. super eo. 3. de cogna. spirit. li. 4. ti. 11. vbi filij duorum compatrum per quorum ucctũ peruentum est ad compaternitatem, licitè inter se contrahũt matrimoniũ, si tamẽ est in loco consuetudo impediens & dirimens tale matrimoniũ, erit seruãda ea cõsuetudo. eo & pertinet, c. 1. eiusdẽ ti. *nobis*, inquit, *videtur in causa an filij compatrũ cõiungi sibi possint, secundum eandẽ* (quem ibi refert Alex. 3.) *obseruari debere, nisi consuetudo Ecclesiæ quæ scandalũ generet, aliter se habere noscatur.* Solutio: consuetudinẽ quæ non est cõtra legẽ Euangelicam, & cuius trãsgressio habet scandalum in Ecclesia esse seruandam in prohibitione & solutione matrimonij aduersus eam contracti de facto. Porrò consuetudo de non contrahendo intra sextum vel septimũ gradum, non fuerat omnino prohibita: imò erat secundũ ius antiquũ pontificiũ, can. consanguinitas. 1. 35. q. 4. can. de gradib. 1. & seq. 35. q. 8. remãserat autẽ iuxta Canones illa honesta & probata consuetudo, & non poterat tolli sine scandalo: ideò seruãda: nam & c. nõ debet, de consang. & affinit. quod permisit in quinto gradu consanguinitatis coniungi, non imponit necessitatem, vt teneatur vltra quartũ gradũ in quinto, sexto, & septimo coniungi, sed permittit: hoc tamen si sine scandalo fieri possit, & nisi alia esset cõsuetudo localis, ab Ecclesia maximè nõ dissidens: sic. n. constitutiones generales canonũ nõ officiũt particularib. locorũ cõsuetudinib. c. 1. de cõsti. in Sex. Iusta autem ratio cõsuetudinis esse poterat ꝙ in regione vbi esset ea consuetudo prohibitionis intra sextum gradum, adhuc memoria consanguinitatis & proximitatis intra illos gradus retineretur, quæ tamen alibi vix intra quartum gradum retinetur, & ideò ibi prohibitio generabat scandalum, alibi nõ: facit, c. de consanguinitate, & c. in copulatione, 35. q. 3. Eodem modo tolluntur cc. super eo, & 1. de cogn. spirit. nam ibi dicitur sequendam esse consuetudinem Ecclesiarum locorũ, neque agitur de constitutionib. laicorum, sed Ecclesię consuetudinib. non reuocatis per leges generales, ita est Ecclesiæ impedimentum prohibens matrimoniũ, & de facto contractum dissoluens, quamquam Bernardus ad c. 1. ad verba, *nisi consuetudo*, nitatur defendere, etiam cum scandalo contractum, si vltra quartũ gradum fuerit contractum matrimonium, non esse dissoluendum: verũ consuetudines Ecclesię iã ꝓbatæ non reuocantur in c. nõ debet, de cõsang. quamuis ibi reuocentur contrariæ cõstitutiones: & aliud est reuocari leges, aliud cõsuetudines q̃ rõnẽ habẽt localẽ, d. l. 1. de cõstit. Nihilominus reuocari consuetudines quæ permittebant intra quartum gradum coniungi: nã in eo erat corruptela: in aliis autẽ, vt nec in quinto, vel sexto vel septimo, non erat corruptela, sed obseruatio canonum. Sic consuetudo Ecclesiæ facit habilẽ inhabilem, & inhabilem habilem: veluti quando consuetudo Ecclesię Orientalis permisit vxores acceptas ab iis qui in minorib. ordinib. constituti erãt, retineri in maiorib. c. cum olim, de Cler. cõiug. c. Nicena. c. aliter, c. quoniam 31. dist. c. apost. 25. de quo meminit Epiph. li. 2. contra hæreses tom. 1. in Catharis. facit consti. 3. Isaaci Angeli Imp. Oriẽtis, li. 1. Inr. Orien. Occidentalis aliter statuit tamen, c. nullũ 28. dist. c. placuit, c. quoniam in quibusdam, 31. dist. vide Gl. ad c. quęsitum, de pœnit. & remis. ad verbum, *matrimonio*. Sed & in Occidentali Ecclesia, mores Ecclesiarum, vt & consuetudines sequi iubemur in permittendis, vel prohibendis matrimoniis clericorum, in minorib. ordinib. constitutorũ, c. placuit, 32. dist. §. sed etsi quis, de nuptiis in Nouellis, §. neque autem, quomodo oporteat Episc. in Nouell.

108 Tertio aduersatur, matrimoniũ inter infideles quoq; vt inter fideles & Christianos Sacramẽtũ est, c. gaudemus, 8. de diuor. li. 4. ti. 19. Quodq́ue probatur ex can. deinde 26. dist. dum disputatur, nũ bigamus sit qui Catechumenus vxorẽ habuit & postea Christianus factus, mortua prima aliam accepit: & respõdetur quod per baptismum quæ Deus introduxit, vt matrimoniũ, non soluuntur, sed peccata remittũtur. Idipsum in tota 28. q. 2. & q. 3. At matrimonium inter infideles contractum, altero cõiugum perueniente ad Christianismum, altero remanente in infidelitate licitè dissoluitur & permittitur Christiano alterius matrimonium eligere: nec tenetur ad primam coniugẽ relictã redire, c. quanto, de Diuort. tota 28. 2. q. ergo contra, idq́ue negatur in nostro c. 1. licebit retinere secundam.

Solutio prima ponitur in d. c. quanto, verum quidem esse matrimonium inter infideles, sed non ratum, id est, non esse indissolubile, sed solubile.

Secunda esse posset per id quod dicitur. 1. ad Cor. c. 7. per discessum infidelis, fidelem non esse seruituti eius coniugi subiectum, hoc intelligi ne teneatur habitare cum infideli, vt c. simili, ca. vxor, can. si infidelis, & tota 28. q. 1. vinculũ tamen matrimonij remanere, nec solui, sed ius petendi debitum, vt dicitur in d. c. quanto, ante §. si vero, sicque explicatio probaretur quam ponit Gl. in c. gaudemus, §. fi. in verb. *Apostolicum*, eo. tit. dum ait, solutum tantum ius petendi debitum cohabitationis, non matrimonij: quod initur probare ex eod. §. fi. in quo, qui repudiatur vxorem cum esset in infidelitate, si illa post conuersionem velit habitare cum ipso, tenetur eam recipere, & nunquam, ea viuente, potest etiam ad fidem conuersus aliam ducere: nisi post conuersionem ea nolit ei cohabitare, aut si consentiat, nõ tamen sine contumelia creatoris. Verum textus ipse contrarius est solutioni: nam §. fi. c. gaudemus, permittit ei aliam ducere, si infidelis eam relinquat.

Et certè verè difficilis est hic locus, ex collatione dictorum capitum, & continere videtur in se contrarietatem, vt matrimonium verè perfectum sit etiam inter infideles, & tamen dissolui possit; & ne accepta secunda teneatur quis redire ad primam: addit difficultatẽ quod ca. iam nunc illud videamus, 28. qu. 1. aut, dictum Apostoli, 1. ad Cor. 7. *Si quis frater infidelem habens vxorem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam* &c. esse consilium, non pręceptũ: consilium, ad euitandum maius malum, alterius ducendæ, sicut & permisit aliquando Moses diuortium inter Iudęos, *propter duritiã cordis eorum*. Deut. 24. D. Matth. c. 19. Nec videtur aliter posse euitari argumentũ: Nã si dixerimus de his quę foris sunt non iudicare Ecclesiam, 1. ad Cor. 5. statim occurret quod diximus infidelem cum fideli posse remanere in coniugio: itẽ, inter infideles esse sacramentũ matrimonij, vt non videatur hęc res esse extra Ecclesiam, sed in Ecclesia: disputant & hanc quæstionem Theologi Scholastici in 4. Sententiarum dist. 39.

Dicerem autẽ ego, matrimoniũ quidẽ verũ esse inter infideles, quia coniunctio viri & fœminæ est naturalis, l. 1. §. fi. de iustitia & iure ex consensu coniunctorum pendens cum ratione prolis & authoritate Dei, qui eam coniunctionem ad conseruationem humani generis cõstituit, sicut & reliquis rebus à se creatis, dedit potestatem multiplicandi & conseruandi genus & speciem sibi inditam. Sicque ea coniunctio, vt reliqua quę Dei opera sunt, bona & probata: vidit enim *Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona*, Gen. c. 1. 17.

109 Cęterum quemadmodũ quę sunt, corrumpi possunt, & possũt desinere esse, & cõiuncta, dissolui: sic & matrimonio accidere põt, & quod per se nõ est solubile inter homines eo ꝙ Deus cõiũxerit, nõ erit indissolubile apud Deũ, qui potest matrimoniũ dissoluere, quod non potest homo, ca. inter corporalia, de transla. episc. accedẽte cõsensu eorũ qui nolunt propter infidelitatem sibi coniungi. & facit c. 1. de reg. iur. apud Grego. l. nihil tã naturale, eo. tit. ff. l. 1. l. ab emptione. Quando liceat ab empt. reced. Ita matrimonium inter infideles

tantum

tantum verum, ſed non ratum, ſed diſsolubila propter alterutrius fidem altero remanente in infidelitata & nolente fideli cohabitare: aut volente inducere ad infidelitatē fidelem, c. licitè, 32. q. 7. & ſic ſcriptũ 1. ad Corinth. 6. *nolite ducere iugũ cũ infidelib.* Iuſſit & Deus aliquando diſtrahi matrimonia Iudęorũ cõiuncta cum alienigenis & infidelib. 1. Eſdr. ca. 9. verſ. 1. & 4. Eſdr. c. 10. verſ. 30. Prohibita & coniunctio populo Dei cũ infidelib. impiis Gen. 6. Exo. 14. verſ. 6. Deut. 7. verſ. 3. 3. Reg. c. 11 verſ. 2. 1. ad Cor. 14. Et Conſtantinopolitana 6. ſynodus, c. 72. prohibuit, ne vir orthodoxus cũ muliere hæretica: vel mulier orthodoxa cum hęretico copularetur: Alitérque nuptias irritas exiſtimari ſtatuit, & coniugium vt nefarium diſsolui. Prohibitũ & matrimonium inter orthodoxum, & hæreticam in Concilio Agathanſi, c. 67. & in Concil. Laodiceno. ca. 31. relato in c. non oportet, 28. q. 1. vbi tamen gloſsa tenet, de facto inter has perſonas etiam contra prohibitionē cõtractum valere. Non nubendum gentili vel infidali etiã, abundè docet, Quintus Septimus Tertul. li. 2. ad vxorē: accedit prohibitio, l. ne quis Chriſtianus, C. de Iudęis. Contra hanc ſolutionem, vidatur c. noſtrum 1. repugnare, dum dicitur *Frãcigenam ad Saxonem redire debere*, vbi non habetur ratio quòd alienigenam duxerit: ſed ad alienigenam redire cogitur, nec ex ea cauſa matrimonium diſsolnitur. Item videtur repugnare, c. de illa, de diuort. vbi non ſeparatur matrimonium lapſo in hæreſim coniuge, vel in infidelitatem.

110 Solutio: prohibitionem de ducenda alienigenã eſse, de alienigena à fide: & ſeparationem transeuntę ad fidem Chriſtianam vno ex coniugib. infidelib. & altero remanẽte in infidelitate, ideò permitti: quia matrimonium inter fideles ratum nõ eſt. Sic etiam quod antiquitus ſtatutum erat, ne ius connubiorũ eſset Romanis cũ Perſis, vel cum aliis parſonis, cõſideratis tãtum diuerſis nationibus, ſublatũ eſt: Et permiſit Theophilus filius Michaelis Imperator Orientis, in conſtitutione ſua 2. lib. 1. Iuris Orientalis, περὶ ὅπως ἀμίας γαμοῦ μετὰ Ρωμαίων, permiſit & lex Euangelica inter cuiuſque nationis Chriſtianos ex alio capite non prohibitos, inter quos reſolutum, quod Deus coniunxit homo ſeparare non poteſt, vt ſæpè antè dictum fuit. Abolitęque ſunt, quod pertinet ad vinculũ diſsoluendum, leges ciuiles quę matrimonia cũ certis nationib. ꝓhibebant iungi, vt olim ciuib. Romanis cum paregrinis apud Gracchum, li. 1. de Comitiis Rom. c. 3. Nõ obeſt etiã c. de illa. Nã ꝓhibetur diſsolui quoad vinculum matrimonium cõtractum inter Chriſtianos altero poſteà lapſo in hæreſim & infidelitatē: alia ratione, quàm ſi ex infidelib. vnus cõuertatur ad fidē, & alter cõiugum remaneat in infidalitata. Quia in infidelitate contractum matrimonium ratum non eſt: at dum factum eſt inter Chriſtianos ratum eſt, & ideò indiſsolubile poſteà dicta, c. quanto, de diuor. & multa facta tenēt, quę ſi faciẽda eſsẽt nũ tenerent, l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alia. iuris, c. quēadmodum, de iureiu. c. ad Apoſtolicã, de reg. cum ſim. & quãuis ſeparari poſſit matrimonium quoad habitationē, tamē nõ poteſt ꝓpter infidelitatē aut hęreſim ſuperuenientē in vinculo ſeparari, vt alteram ducere liceat, & ideò Concilio Trid. ſeſ. 24. c. 5. ſtatutum, *ſi quis dixerit propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationē aut affectatã abſentiã à coniuge, diſſolui poſſe matrimony vinculum, anathema ſit:* quod & in dicto c. de illa, & ſeq. de diuort. dicitur, & in c. de infidelibus, de conſanguinit. & affinit.

112 Quartò, aduerſatur reſolutionib. ſuperiorib. c. ex publico, c. verum, de conuerſ. coniug. c. commiſsum, h. t. de Sponſ. in quib. matrimonium perfectum: tamen ex ingreſsu religionis diſsoluitur: & relictus in ſęculo, poteſt alteri coniungi: & in Conc. Trid. ſeſ. 24. ti. de Sacramento matrimonij, can. 6. *ſi quis dixerit matrimoniũ ratum nõ cõſummatum, per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugē nõ dirimi, anathema ſit.* Solutio iã data alibi eſt: hoc matrimonium quidem ratum eſse, ſed diſsolui antequã conſummatũ fuerit: quia ante cõſummationē non plenè perfectũ dicitur, vt explicant Glo. ad d. c. verum, & ex publico, facit c. decreta, ca. in omni matrimonio, 27. q. 2. alioquin enim poſt conſummatum matrimonium non licet ingredi religionem inuito altero coniuge, aut niſi in caſu in quo qui reliquit coniugem non tenatur itarum admittere ſi nolit, vt ſuo loco diximus ſuprà num. 73. & 74.

113 Quintò pugnat, c. aliter, 30. q. 5. quod matrimoniũ non dicitur legitimum factum contra prohibitionem ſolemnitatis legis. Solutionē iam in 2. ratione iſtius canonis & ſimilium adduximus: ideò eò recurrendũ eſt.

114 Sextò obiicitur à Gloſ. c noſtri, 1. ad verb. *Euangelica*, quòd poſſit etiam lege Euangelica dimitti vxor ex cauſa fornicationis, c. dixit Dominus, 32. q. 1. c. ex parte, hoc tit. cum ſimilib.

Solutionem etiam huius argumenti & explanationē anteà docuimus, ideò non immorabor: & diximus hoc ad dimiſſionem coniunctionis ſeu thori, non antè vinculi pertinere ex c. intelleximus, & c. fi. de adult.

115 Septimò, contra verba poſtrema, c. 1. de Sponſ. ibi *à ſecundo coniuge ſeparetur* priuilegiatus in priuilegiatum, non vtitur priuilegio l. verum, 25. cum l. ſaquenti, de minorib. l. 2. C. de priuil. fiſc. & par in param non habet imperium, l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ad Senatuſc. Treb.

At in noſtro ca. 1. ſunt duæ quæ dicuntur coniuges, prima & ſecunda, pares ergo: Quare prima nũ vtetur priuilegio vt repetat maritũ à ſecũda, quę etiã cõiunxiſset: imò potior erit quę poſſidet quamuis vltima l. quoties, C. de rei vend. §. commodum, de interdict.

Solutio: prior ſecundam dictam de facto coniugē, nõ eſse verè coniugē, ſed adulteram & meretricem: quia duas vxores nemo habere poteſt, nec aliam viuēte prima, & ita inter illas potior tēpore erit, potior iure, ca. pen. hoc tit. & ſecũda de facto quidē poteſt dici vxor, ſed nõ de iure c. nuper de Bigam. Item quamuis eſset vtraq; par ratione nominis, nõ tamen iure nec tēpore, & quæ potior eſt tempore iure cõmuni inter priuilegiatos, potior eſt iure, l. potior quæ potiores in pignore habeantur. c. cum cui canonicatus, de præb. in 6. Sola poſsaſſio non tribuit ius, niſi titulus aliquis adſit l. vni. ſi à momanta poſſeſ. appel. fuer. C.

Pugnat octauò, libera eſse debent matrimonia, c. cũ locum, c. gemma de Sponſal. l. vitia. de verb. oblig. ff. l. 2. C. de inutil. ſtipul. ergo licitum erit etiam vxorem habenti, alteri cui voluerit liberè ſe coniungere.

Solutio: libera eſse matrimonia licita antequam contrahantur: at poſtquam contracta rectè primum ſunt libertas tranſit in neceſſitatem obſernandi cõtracta, vt in contractibus dicitur, l. ſicut. de actio. l. in commodato, §. ſecus, commoda. ff.

116 Nonò pugnat, omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſsolui poteſt, c. 1. da reg. iu. apud Greg. l. nihil tam naturale, eo. tit. in 6. at matrimonium ſolo conſenſu perficitur. ca. ſufficiat: Ergo ſolo conſenſu contrahentium diſsolni poterit, & poſteà alteram ducere licebit.

Solutio: quod pertinet ad cõtrahētes, ſolo eorũ conſenſu contrahi matrimoniũ: ſed ille ſolus cõſenſus abſolutè non eſt de coniũctione, ſed de coniũctione matrimonij ſecundũ leges, & iura quæ de eo diſponũt, l. non dubiũ, C. de leg. §. iuſtas autē nuptias, de nupt. ap. Iuſti. qui contra legũ, 4. de inceſt. nup. l. 23. de ritu nupt. Et vltra adeſt Dei authoritas in coniunctione: vnde & diſsolui, niſi cũ eius authoritate non poteſt, & ſic dicimus, *quod Deus cõiunxit homo nõ ſeparet*: Deus enim poteſt ſeparare, c. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop.

Sed hæc hactenus de explicatione, c. 1. da Sponſalib. veniamus ad ſecundum.

## AD CAPVT II.

### De Sponsalibus.

1 *Author eius cap. secundi quis Innocentius.*
2 *Innocentij tertij tempus & odium contra Philippum regem.*
3 *De Oxoniensi Episcopo.*
4 *De Archiepiscopatuum Angliæ suffraganeis.*
5 *De emendatione quarumdam inscriptionum CC.*
6 *Sponsalia purè & sub conditione quæ.*
7 *Fides pactionis & fides consensus vt differant.*
8 *Constitutio causa ca.2.& de repudio,& diuortio eorúmve formulis.*
9 *De modis soluendi sponsalia in genere.*
10 *In specie quod soluantur morte.*
11 *Per matrimonium cum alia.*
12 *Per superuenientem insignem deformitatem, stupram, lepram, &c.*
13 *Ex defectu conditionis.*
14 *Si impediatur fieri matrimonium per sponsalia.*
15 *Affinitate.*
16 *Repudio: Et ponitur ibidem c.2. intellectus, num procedat dispensatiuè, an de iure communi.*
17 *Repudiatio fieri potest sponsa iurata.*
18 *Ratio prior decisionis textus,& de obligationis effectu.*
19 *Alia ratio à dilationis necessaria causa.*
20 *3. De Conditionibus intellectis in sponsalibus.*
21 *4. A libertate matrimonij.*
22 *Alia ratio ab effectu iniustarum nuptiarum.*
23 *Alia à societate.*
24 *Alia à dissensu de nouo superueniente.*
25 *Consiliatur c. dispensatus 27. q. 2.*
26 *Consiliatur c. ex literis istius tituli.*
27 *Quomodo prohibitum sit bina sponsalia contrahere.*
28 *De iuramento seruando, & quod non extendatur ad non cogitata.*
29 *Alterius argumenti dissolutio.*

---

Innocentius III. Exon Episcopo.

PRæterea hi qui de matrimonio contrahendo purè & sine omni conditione fidem dederũt, commonendi sunt,& modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent. Si autem se ad inuicem admittere noluerint: ne fortè deterius inde contingat, vt talem scilicet ducat quã odio habet: videtur quod ad instar eorum qui societatẽ interpositione fidei contrahunt,& postea eãdẽ sibi remittũt, hoc possit in patientia tolerari.

*Innocentius 3. Exoniensi Episcopo.*

1 ANtiqui codices tribuunt hoc c. Innocentio 2. qui nuper excussi sunt post emendationem restitutã sub Gregorio 13. tribuunt Innocentio 3.

Innocentius 3. Papa ordine 184. Anagninus, electus anno Domini 1198. discedit annos 18. menses 7. dies 18. Platina teste.

a Hic Philippo 2. regi eius nominis Gallorum, ob secũdũ matrimoniũ sacris interdixit, vt ait Titius. Platina tamẽ nihil de eo meminit. Inde nihilominus cõstat natũ odiũ maximum Philippi contra Innocentium: & proinde dicebat Innocẽtius, aut Pontifex diadema regiũ Philippo adimat: aut Philippus insigne Apostolicũ, vt scribit Abbas Vrspergẽsis in Chronico & in Philippo.

3 *Exonensi* melius *Oxonensi*. Polidorus tamen Virgilius lib. 9. historiæ Anglicæ nominat Exonam ciuitatem in Anglia.

Attamẽ Oxoniũ dicitur Latinis ea Angliæ vrbs & celebris Academia, q̃ hodie, vt ait Abrahamus Hortel. in Thesauro Geographico, incolis dicitur *Oxẽford*, & Britãnis auita lingua *Ridychen*, & antiquitus *Caeruortigern*, nominata fuit antiquũ eius nomen ignoratur, inquit L'huydus, *Vseford* pro *Oxenford*, debere dici Lelãdus contendit. Exonia vel Oxonium ciuitas, facta est Episcopatus, anno Dom. 1070. quo tẽpore Lãfracus Episcopus Cantuariensis synodum Anglicanã collegit, in qua Bathonia, Lincolnia, Sarisbena, vt Exonia, Cestria, & Cicestria Episcopatus ordinati sunt, vt Polyd. Vergilius scribit, prædicto lib. 9. historiæ Anglicanæ.

4 Liber Prouincialis omnium Ecclesiarũ constituit in Anglia duos Archiepiscopatus: Cantuariẽsem & Eboracensem. Sub Cantuariensi cõstituit 20. Episcopos suffraganeos, inter cæteros est Episcopos Oxoniensis. Sub Eboracensi 3. Abundabat quippe aliquando Anglia pietatis & religionis Catholicæ templorũ & præsulum splendido ornatu, tantáq; copia Ecclesiasticarũ personarum, vt anno Dom. 1067. Guillelmus Nothus Dux Normandiæ qui Angliam conquisiuit, numeratis apud Anglos sacris ædibus, quadraginta quatuor millia & septẽdecim parochialia tẽpla inuenerit: habebat. n. quilibet illorũ vicus, etiã si nõ esset vix incolarũ viginti, parochiale vnum, vt ait Maior. li. 3. c. 6. Scotiæ.

5 Quidam putant idem esse Exoniensem & Oxoniẽsem Episcopatum, & Exoniũ & Oxoniũ eandẽ esse ciuitatem,& L'huydus vulgò, *Vseford* pro *Oxẽford* debere dici, & certè existimo pro vno quidem accipi in inscriptionibus iuris Pontificij, vt in c. proposuit 6. de filiis presbyteror. Alex. 3. Oxoniensi Episcopo, & c. causam 17. Idem Alex. 3. Oxoniensi & Vintoniensi Episcopis, de offic. deleg. ni forsan dicamus ibi mendũ esse & pro *Oxoniensi* legendum esse *Exoniensi*. Nã in omnib. ferè aliis inscriptionib. inuenitur Exoniensi Episcopo. Alex. 3. vt in c. 6. de restit. spol. c. 3. de pact. c. 6. de iudiciis, c. 3. de voto & contumacia c. 18. de testib. c. 1. de appel. c. 1. de confirma. vtili vel inutili Innoc. 3. c. 8. de cohabita. clericor. vel mulier. Cœlestini 3. c. 9. de reb. Eccle. non alien. Eugenij 3. c. 8. de test. Gregorij 3. cap. 2. de pignorib. Clementis 3. c. 2. de eo qui mittitur in possess. & c. Et quamuis postea Oxoniẽsis Episcopatus factus dicatur sub Henrico 8. Rege Anglorum: tamen non erat tempore Alex. 3. vel Innocentij 3. facilis & fuit error librariorum pro *Exonensi* supponere *Oxonensi* Episcopo. Maior tamen erro qui emendandus in c. 2. & 3. de Sacram. non iterandis. In illo Honorius 3. Archiepiscopo Londonensi & eius suffraganeis, in isto Gregorius 9. Archiepiscopo Londonensi cum Londini non sit nec fuerit Archiepiscopus, sed tantùm Episcopus proinde legendum Archiepiscopo Lugdunensi, non Londunensi.

---

## VERBA TEXTVS DIFFICILIORA.

*Purè & sine conditione fidem dederunt.*

6 HIc repete quæ diximus in principio ad Rubricam, suprà, n. 9.

Sponsalia quædam contrahi purè, quædã sub conditione, quædam ad diem: purè contrahi dicuntur sponsalia, vbi conditio non est, nec modus, nec ex die, vel ad diem fit contractus, vt explicatur in l. obligationum ferè. 43. de actio. ff. §. omnis stipulatio, de verb. oblig. conditio fit per si, vt si tale quid dederis c. 3. de conditio. apposit. l. demonstratio falsa, de conditio. & demonstra purè vt *accipiam te in vxorem*.

7 Fides porrò quæ datur in spõsalib. duplex, pactionis & consensus: fides pactionis facit sponsam de futuro contrahendo matrimonio: fides consensus, quando consentitur in matrimonio de præsenti, capit. 1. de sponsa. duorum. ti. 4. vide reliqua quæ sponsalibus accidunt li. 8. Syntagmatis nostri, c. 6.

*Explicatio mentis cap. 2.*

8 Huius c. controuersia est, nũ repudium mittere liceat

ncat inter spōsos & ita dissoluere sponsal. repudium, quippe dicūt ppriè esse in sponsalib. vt diuortiū in matrimonio, l. inter diuortium, de verb. sign. fuerúntque horū antiquitus formulæ diuersæ, l. 2. de diuor. ff. quānā hodie promiscuè vtamur nominib. repudij & diuortij, vt liquet ex tit. de repudus, C. de diuort. in ff.

Inter præcipuas differentias matrimonij & sponsaliorum de futuro, illa est, quod matrimonū est indissolubile vbi perfectum est, vt anteà in præcedenti ca. docuimus, sponsalia autem contracta, dissolui ex quibusdam causis possint: quarum vna in nostro ca. 2. traditur, adfert dissolutionis causas Hostiensis in summa, & Ioannes Andræas ad cap. ex literis, in 2. hoc titul. de Sponsal. quæ comprehenduntur his versiculis.

*Crimen, dissensus, fuga, tempus, & Ordo.* Secunda,
*Morbus & affinis vox publica, cúmque reclamant.*
*Quod libet ex illorum sponsalia soluit eorum.*

explicat & Gl. ad c. sic quippe discipulum, 27. q. 2.

10 Referam obiter aliquas, seu casus quibus dissoluantur sponsalia: primus erit, si alteruter sponsaliorū mo riatur: superstes quippe liber in contrahendo cum alio reliquitur, quia mors soluit à lege viri, cap. pen. & fin. de secun. nupt. & omnia quoque soluit §. deinceps, de nuptus in Nouellis.

11 Secundus: si desponsatus vel desponsata per verba de futuro alteri coniungantur per verba de præsenti, aut per verba de futuro accedente concubitu, c. sicut ex literis, hoc tit. cap. si inter virum, & c. pen. de Sponsa. duorum.

12 Tertius: si post desponsationem alter desponsatorum incidat in insignem corporis deformitatem vel lepram, c. si. de coniugio lepro. lib. 4 ti. 8. c. quemadmodum de iureiur. vel si in proprium corpus peccet, vt ibidem dicitur. Extat & similis lex Lotharij Regis Longobardorum, in l. 2. & 3. de Sponsal. li. 2. legum Longobardorum, per quā, si spōsa adulterata nō potuerit se purgare à crimine illato, à duodecim proximis dissoluantur spōsalia, & illa puniatur pœna adulterij, si leprosa, si dæmoniaca, si ambob. oculis capta fuerit: tūc quoq; spōsus recipiat res quas dedit, & nō cogatur illam tollere. Quę videntur excerpta ex d. c. quemadmodum, de iureiur. dicitur & in l. fi. C. de Sponsal. propter turpē vel prodigā, vel impudicam conuersatiōnē, aut religionis, vel sectę diuersitatē, si is, quē cōtraxisse pœnitet, ignorauerit inesse dū contraxit, vel si posteà superuenerit, nō aliter posse dissolui spōsalia. Nam si hęc adesse nt cū quis cōtraxit & sciuerit, debet sibi imputare idem in l. si legibus, C. de Episcop. aud. præsumitur autem ignorantia, quia hæc facti sunt, nisi de scientia probetur in contrarium l. super seruis, qui militare nō possunt, lib. 12. C. l. verum, de probat. ff.

13 Quartus: soluuntur spōsalia, si sub cōditione contracta fuerint, & cōditio defecerit vel nō fuerit impleta, resoluitur quippe cōtractus deficiente conditione, vt si dictū: *promitto te accepturam in vxorem, si dederis mille aureos*: vel, *si pater tuus voluerit.* Nā si noluerit dare, vel pater noluerit cōsentire, liberorā nexu promissionis factę, nisi post illam promissionem: vel cōsensus de præsenti, vel copula sequatur, c. 3. c. super eo. §. de cōdit. apposi. Hic tamē obseruandū est, conditiones tales esse debere, primum quę honestæ sint & impleri possint: alioquin si inhonestæ adiciantur, tenent contractus sponsaliorum & reiciuntur conditiones, ca. 1. de condit. appos. Et nisi turpitudo insit conditioni, quæ sit contra substantiam matrimonij: vt, *contraho tecum, si generationem prolis euites*: vel, *donec inueniam aliam facultatib. vel honore ditiorē*: aut, *si pro quæstu te adulterandam tradas*: nam istæ cōditiones impediunt matrimonium, c. fi. de cond. apposit. cum simil. ibi nota.

14 Quintus: Si post spōsalia facta futurū matrimoniū phibeatur stare, tanquā nullum: vel propter personā, vel conditionē eius, vel aliā ob causam legibus vel generalibus constitutionibus interdictam: tunc enim sponsalia, quæ finem nempe matrimonium consequi non possunt, perinde, ac si facta non essent, habentur, l. fin. C. de sponsal. l. oratio, de sponsalib.

15 Sextus: prohibita sponsalia contracta inter affines & coniunctas personas, dissoluuntur, vt docebo, Deo fauente, in c. 1. 3. & aliis, hoc tit.

16 Septimus casus ponitur in nostro textu, quem nunc prosequemur omissis aliis, & tolerari in Ecclesia repudium ex consensu sponsorū, quādo commoniti se admittere nolunt. Et hæc est mens capitis quæ tenenda, quamquam Glossa finalis Bernardi defendat cum Hugone hoc caput procedere dispensatinè, & nō esse ex iure communi: & loqui de comparatiua permissione, quod satius sit permitti spōsaliorum iuratorū etiā solutionem, quàm deterius cōtingat: *quia*, inquit, *multa per patientiam toleramus*, & c. c. cū iamdudū, de præbend. alias, inquit, debent compelli sponsi, vt fidē seruent siue iuramentum per c. ex literis, in 1. hoc ti. Contra tamen Bernardum Tancredus hīc defendit, & dicit nostram decretalem continere ius commune, quem sequuntur Ioannes Andræas, & Panor. & alij plures, reiecta sententia Bernardi.

Explicamus tamen hanc sententiam, primū intelligi debere quando agimus de sponsalib. quæ præsentis non habent promissionem matrimonij, quia si de præsenti essent, sunt indissolubilia sponsalia. c. si. hoc ti. Et ita statuit Alexius Cōnenus Imp. Orientis ad instructionē Curopalatæ & magni Brungarij Viglæ D. Ioānis Thracensis, li. 1. iur. Orient. cōstit. de sponsalib. c. . Et in c. de sponsalib. duorum, etiam distinguitur inter fidem pactionis quę est de futuro matrimonio, & habet sponsalia dissolubilia, & fidē cōsensus quæ habet matrimonium indissolubile. In præceptis quoq; Hebręorum modum indissolubilis coniugij videbis iu præcepto affirmatiuo 48. seu mitzot, quare: *Initiata, inquit, vxor, ducenda, pecunia, vel scripto, vel concubitu, idq; faciendum est coram testib. Subarratio fieri potest, dimidio siclo: Scriptum quod consensum explicet tale esse potest, filia tua, vxor mea est. Quod concubitu matrimonium fiat, ipsa lex docet. Quando igitur vno horum trium eam sanctificauit, vxor illius cēsetur, & est prohibita toti mūdo.* In spōsalib. aūt de futuro repudiū mitti posse, fuisse & iuris cōmunis ciuilis docet l. 1. de Sponsal C. aliàs desposata renūciare cōditioni, & nubere alij non phibetur, & in l. 2. C. de repud. filię liberū est expectato sposo p tres peregrinationis annos, omissa spe huius cōiūctionis, sibi matrimoniū facere, cū posset etiā nuncium remittere, etiā si præsente eo consiliū mutare voluisset.

17 Secundò explicamus, c. nostrum 1. locum habere, non solum si simpliciter in sponsalibus fides de futuro data sit, sed etiam si iurata sponsalia fuerint e de illis, c. requisiuit, 17. hoc tit. & sic pbat Pan. Quia pstatio fidei & iuramēti æquollēt, c. peruenit, & ibi Gl. fi. de fide iussor. c. ad aures, & ibi Pan. Quod met caus. Et verè, quod pertinet ad Deum, is inter simplicem loquelam & iuramētum nō constituit differētiā, c. iuramenti, 22. q. 5. quāuis maiori pœnitentia sit periurus q̄ qui fidē pmissā tātum fregit, c. pe. de iurein. quia & duplicitex peccat, si iurat, fidē rumpēdo, & trāsgrediēdo iuramētum. Cęterum quando agimus de sponsalibus iuratis, quę habent promissionē factam homini & iu fauorē eius. iuramento confirmatam: ęqualia sunt in solutione fidei datę si alterius non intersit, remittere pmissionem, & iuramentum quoque: Nam & qui potest remittere promissionem in sui fauorem factam, potest & iuramentum remittere accedens promissioni, c. significauit de censib. c. 1. de iureiu. l. fi. C. qui & à quib. manu. liberi non fiant, l. Labeo, 41. de ireiur. fundamentum iuramenti promissio præcedens: ea itaq; dissoluta dissoluitur, c. cum Paulus 1. qu. 1. l. fin. C. de non num. pecunia, regula iuris cum principales.

18 Videamus porrò nunc cauſas & rationes pmiſſionis, diſſoluendorū ſpōſaliorum. Prior, erit à rebus, de quib. agitur, nam quæſtio eſt de ſponſalib. & de futuro matrimonio libero ſua natura: neutrū aūt horū, ſpōſalia aut matrimonium, admittit cōpulſionem vt fiāt inter inuitos. Nā ſpōſalia habent tantum promiſſionē de futuro matrimonio, & continent ſtipulationē l. 1. de ſponſal. li. 5. §. ſtipulatio de verb. obl. ff. At ſubſtantia ſtipulationū & obligationū in eo tantum conſiſtit, vt obligemus ad dādum vel faciendū, & nō vt noſtrū aliquid faciamus, l. obligationū ſubſtātia, de verb. obl.

Et quamuis qui fecerit cōtra conuentionē pœna legis, vel ad id quod intereſt teneatur, tamen factum contra pactionē valet, & ſępe, ſi alteri res tradita fuerit, l. quoties, de rei vind. C. quia quandiu pendet aliquomodo conuentionis perficiendę dilatio, dominiū rerum in conuentionem deductarum remanet liberū penes promittentem, vt in l. qui tibi hęreditatem, C. de hęre. vel actio. vend. li. 4. ti. 39. l. ſi pater, l. ſi ancillā, de act. empt C. l. qui tibi, C. de his qui à non domi. manumi. li. 7. C. ti. 20. l. Quintus de act. empt. ff. Traditionib. & vſucapionib. non nudis pactis. dominia rerum transferuntur, l. Traditionib. C. de pact. & venditor qui non tradit pręſtando id quod intereſt emptori, liberatur, l. ſi traditio, C. de act. empt. ſi venditor non habet facultatem dandi: contra ſi haberet & res ſit integra, quo caſu interpellante creditore ſeu contrahente, poteſt cogi ad pactum implendum. Gloſſa ad §. pretium, ad verbum *tradas*, de emptione apud Iuſtin. & l. 1. ibi Bart. de actio. empt quo modo ſopitur controuerſia inter Bulgarum & Martinum, num pręciſè obligatus teneatur ad tradendum.

19 Dehinc conſideramus, non ſine cauſa inducias inter ſponſalia matrimonium conſtitutas, nempe, vt inter has moras ſponſi ſe mutuo cognoſcere poſſent, num mores conuenire poſſint, victuri poſt matrimoniū vna perpetuo, nō. n. oculis vel digitis, id eſt, forma aut ob patrimonium, ſed cum iudicio vxor eſt eligenda, vt ait Plutarchus in præceptis connubial. & vbi periculū maius eſt ibi cautius eſt agēdū, c. vbi periculū, de elect. quare iuſtiſſimū eſt, vt hoc tēpus ſpōſaliorū, veluti tempus probationis ſit liberū, alioquin nec intereſſet inter matrimonium quod eſt indiſſolubile, & ſponſalia. Et merito admonet Ouid. 4. Faſtorum.

*Nubere ſi qua voles, quamuis properabitis ambo:*
*Differ: habet parua commoda magna mora.*

Dantur & dilationes ad probandum negotium exequendum in aliis, in quibus & pœnitere licet impunè, vt annus vel triennium in aſperiorib. regulis, ad probandum religionē ante profeſſionē, c. ſtatuimus, c. ad Apoſtolicam, 16. de regularib. c. quia in inſulis, eod. tit. Dantur & certa tempora ad cernendam & adeūdam hęreditatem antequam quis obligetur eius oneribus, l. fi. §. & hæc quidem, C. de iure deliber. dantur & ad præſentandum patronis quatuor menſes laicis, clericis autem ſex. c. 1. de iure pat. in Sex. ſunt & alia in iure negotia, quæ deliberationem pręcedentem admittūt.

20 Videtur inſuper ſponſalib. conditio appoſita vel ſubintellecta, vt de futuro matrimonio promittatur, ſi res in tali ſtatu perſeuerēt vſque ad illud tempus quo contrahendum eſt quo tunc ſunt cum contrahitur, & ſi placuerit. c. quemadmodum, de iureiu. videbis & alias cauſas differendi matrimonium apud nos, lib. 8. Syntagm. iur. c. 3.

21 Ex parte verò matrimonij ratio diſſoluēdorū ſpōſaliorum, ſi ſe admittere nolunt ſponſi colligitur: quia matrimonia debeant eſſe libera, vt nulla ſtipulatione cogi poſſint, l. Titia 134. de verb. obl. ff. l. 1. de inut. ſtipula. li. 8. C. ti. 39. facit ſi ſtipulatio facta fuerint, 19. de ver. obli. c. cū locū c. gēma de ſpōſalib. At nō eſſet liberum matrimonium, ſi ſponſi inuiti cogerentur cōtrahere. Quare textus ait, potius monēdam ſponſam quàm cogendam contrahere: ſponſalia enim & nuptiæ, nō niſi conſenſu contrahuntur eorum de quorum nuptiis agitur: vt non poſſint etiam filij filiæve in poteſtate cōſtitutæ, à patre cogi contrahere, l. ſponſalia, 11. de ſponſalib. ff. l. non cogitur 21. de ritu nupt. ff.

22 Tertia ex difficili exitu qui ſequi poſſet ex inuitis nuptiis: ne ſi odio ſe proſequentes inuiti compellerentur cōtrahere, deterius quippiam ſequeretur, vel homicidiū, vel adulteriū, vel perpetua diſcordia, in c. noſter. & c. requiſiuit in fi. hoc tit. c. de neptis tuę coniugio, 31. q. 2. eſſentq; in hoc matrimonio non duo in carne vna, ſed duo ex diametro pugnantes, cū coactiones iſtæ ſoleant difficiles exitus habere, quod & dicitur in prin. 31. q. 2. diſpares mores, ſequuntur diſparia ſtudia. Cicero in Lælio, ob morum diſtantiam, & vt idem ait pro Cornel. Sylla. *Hoc natura eſt inſtitutum, vt quem timueris, quo cū de vita fortuniſque cōtenderis, cuius ex inſidiis euaſeris: hunc ſemper oderis.* Mulier vt ait Mimercus, *aut amat, aut odit, nō datur mediū*, vt ſcribit Clemēs Alexandrinus lib. 6. γυναικὸς δ' οὐδὲν χρῆμα ἀνὴρ ληΐζεται ἐσθλῆς ἄμεινον· οὐδ' ῥίγιον, κακῆς, id eſt, muliere bona nihil melius vir poſſidet: neq; peius, mala. Poſſent hîc inſidiæ, mortes coniugū ex mutuis odiis inferi, poſſent & infœlices nuptiæ filiorū Aegypti cōiungi, de quib. abiit in prouerbiū αἰγύπτιος γάμος, Satis malorū in omnibus cōiugiis, ſatis ſupérque laborum & indignationis ſuboritur etiā inter amicè ab initio coniunctos, vt nō ſit opus adhuc initio odiū cōceptū intrudere quod poſtea fieret immortale. Nam vt ait Iuuenal. Satyr. 6.

*Semper habet lites, alternáque iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet minimum dormitur in illo &c.*
*Tunc grauis illa viro, tunc orba tygride peior,*
*Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti, &c.*

Odium quod inter coniuges graue eſt, ſed peſſimum quod pręcedit & perſeuerāt in matrimonio. Et Nicolaus V. Pont. ſcribens omnibus Epiſcopis Galliarū dū probat neminem eſſe inſtruendum monaſticis diſciplinis inuitum, in c. præſens, 20. q. 3. nec habitū ſeu veſtimentum religionis nolenti & inuito dandum: addit rationem quę à Gloſſa noſtri capitis transfertur ad comprobationem *quod quis non eligit nec optat, profectò non diligit quod autem non diligit facilè contemnit.*

Sapienter itaque cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant, vt ait lib. 4. author. Rhetoricæ ad Herennium, & in tanto periculo perpetui diſſidij ſapienter factum eſt, non cogi inuitos ad matrimonium: graue quidem fallere, ſed non tam graue, quantum prętextu promiſſionis delinquere, & matrimonio abuti contra inſtitutum eius. Maius malum euitandum minus potius permittendum, vt ait Cicero ad Q. fratrem, & c. duo mala, 13. diſt. Et ſemper pro cōcordia maritali concludendum eſt, l. cum te pietatis, & l. filia in orbitate, de inoff. teſtam. C. l. reprehendenda, de inſtitutio. reſtit. ſub conditione factis. At vt ait Ouidius Epiſt. 9.

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci*
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*
*Non honor eſt, ſed onus ſpecies læſura ferentes,*
*Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

23 Quartam rationem ſumit c. noſtrum à ſimilitudine ſocietatis, & ſponſaliorum, quia matrimonium eſt quædam ſocietatis, diuini & humani iuris communicatio, l. 1. de ritu nupt. Gordia. in l. aduerſus, de crimine expilatæ hæreditatis. C.

Sic Horatius Ode 1. Epitheto vocat. *ſociam vxorem,*

*---manet*
*Sub Ioue frigido venator*
*Sociæ coniugis immemor.*

Et apud Plautum in Sticho, vxor ait,

*---pudicitia eſt pater*
*Hos honorare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi,*

Similiſq; eſt ſocietati in perpetuū cōtractæ matrimonium

mum, quæ est in perpetuum, id est, quandiu socij vixerint l.1.Pro socio.ff. Cęterùm societas vt interitu rerum & personarum, sic interitu voluntatis & renunciatione dissoluitur,l. verum,64.§ fi.& l.actione 66.§. diximus,& l.itaque cum separatim 65.pro socio.ff.

24 Quinta est à suborto nouo dissensu, quę enim de nouo emergunt nouo indigent auxilio.l.de ætate,32.§.Ex causa,de interrogatorijs actionib.l.1.ff.ti.11.l.si mulier in iure,23.ad Senatusc.Velleian. cap.insinuante de off. deleg.& actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l.non omnis numeratio. de reb.cred.ff.at quando promissum erat matrimonium in sponsalibus de futuro, erat amica quædam beneuolentia disposita ad matrimonium quæ non præsumebat futurum dissensum,& proinde ad ea quæ postea displicuerunt non trahuntur,c.quemadmodum, de iureiu.& ne in posterum in perpetuum nocere possint nouo indigent remedio.

*Argumenta contra. c.2.*

25 Cęterū aduersū prędicta,pugnare videtur in primis,c.46.despōsatas.27.q.2.vbi despōsata rapta,debet euelli à raptore,& reddi ei cui primo desponsata erat.

Solutio:ibi agi de sponsa de præsenti,eoq; modo ibi Glossa explicat,sæpè etiam in canonib.antiquis spōsa pro vxore accipitur, vt in c.qui desponsatam puellā, 27.q.2.cauēdum tamen à gl.can.desponsatas,dum ait, correctam esse,l.1.C.de sponsal.nam illud verum non puto,ex c.nostro.2.& c.requisiuit. hoc tit. Altera solutio in can desponsatas.reddi sponsam raptam sponso, quia raptor eam nō despōsauerat,sed vi rapuerat, & volente spōso eā repetere:hic aūt in c.2. est alia hypothesis, siquidē mutuo cōsensu dissoluta sunt spōsalia.

26 Secundò pugnat: c.ex literis, 10.infrà hoc tit.vbi qui præstito iuramento promisit in sponsalibus cōtrahere matrimonium,monetur primò promissionē implere: & si monitus non acquieuerit, censura Ecclesiastica compelli iubetur,vt eam,cui promisit, in vxorem recipiat,& maritali affectione pertractet.

Solutio multiplex adfertur ad dictum cap.literis,in Gl.ipsius,sed omissis superfluis dicendum puto,in primis,c.nostrum.2.intelligi quando vtroque volente fit repudium,quo casu quia potuit remitti promissio ab eo cuius interest,ita & iuramentum, vt diximus, at in d.c.ex literis,non erat consensus vtriusque sponsi. Secundò dico,causa integra,hoc est nondum contracto matrimonio post spōsalia cum alio posse compelli ad matrimonium sponsam vel sponsum reluctantem, nisi quippiam aliud legitimum obstiterit, quod indicunt verba c.ex literis.ibi,*nisi rationabilis causa aliqua obstiterit.* At quando odium & dissidium est ortum inter spōsos quod nullo modo monitionibus componi potest,iusta & rationabilis causa dicitur, in d.c. requisiuit: hoc titu. & c.2. nostro; ergo post monitionem in hac causa non erunt compellendi sponsi ad matrimonium,sed pœnitentia erit imponenda ei,per quem steterit quominus impleatur.

3. Sol.Tancredus quoque & Hostiensis & Ioan. Andræas dicunt in d.c.ex literis,fuisse in textu,post verb. *copularent*, adiecta verba *ipse pacis inter eos reconcilianda*, vnde dicunt ibi cōpulsum renuentem ad nuptias propter bonū pacis,& vt pax fieret inter deos nobiles q de nuptijs filiorū ea ratione iurauerát accedit. c.2.de desponsat.impub.Sed & intelligi debet,sponsum cōpelli ad ducendam vxorē, si eo tempore res sit integra & non duxerit aliam,non aliter,quia matrimonium dissoluit precedentia,cum illa facta spōsalia, c.pen. hoc tit.c.1.& 2.de matrimo.contracto cōtra interdic.Eccl.

27 Tertiò pugnat, quòd non possit cū alia, qui iam desponsauit viuentem,sponsalia contrahere:quia qui bina sponsalia, bina sic nuptias contrahit, infamis est,& id prohibitum est l.1. de his qui nota.infa:n. §.affinitatis.§.socrum de nuptijs,l.2.C.de incest.nupt.C.

Solutio q nemo dicitur bina sponsalia contraxisse simul,& prohibita,quando prima soluta sunt ex cōsensu vtriusq; vel iudicio Ecclesię ex causa odij. vel alia legitima,vel si res nun sit integra,vt quando post spōsalia prima,cum alia contractum sit matrimonium.

28 Quartò facessit, quod iuramentum sit seruandū, quod seruari possit sine detrimento salutis æternæ; c.quamuis pactum,de pactis in 6.ca.cum contingat de iureiu.c.licet mulieres,eo.tit.in 6.

Solutio id verum esse attamen & verissimū,iuramentum non extēdi ad ea quę postea de nouo contingūt. c.pen.de iureiur.c.ad audientiam, c.quemadmodum, eo.tit. Et transactio non trahitur ad non cogitata extra illud quod actum est,l.cum Aquiliana, & l. qui cū tutorib de transact.ff.l.tres fratres,de transact.

Item verum est,promittentem se contracturum matrimonium,statim obligatū esse ad ducendum, l.in omnib.obligationib.de reg.iur.& peccat qui promisit,si sine causa requisitus differat,pro quo l.sæpè, de verb. sig.Pan.ad c.ex literis 10.nu.9.hoc tit.§. Et grauius qui peierat quam qui contra simplicem promissionem venit,gl.ad c.pēn.de iureiu.vt ideò facienda sit compulsionis interpretatio,vt euitetur peccatum,&in meliorem partem,c.estote,&ibi Glo.de reg.iu.Cessant tamē istę rationes, quando ex causa fit licita dissolutio, vel ex consensu eorum,quorum interest,vt dictum, vel cū post sponsalia,cum alia cōtractum est matrimonium: semper enim pro matrimonio interpretatio facienda est,c.pen.& fi.hoc tit.c.licet ex quadam,de testib.c.fin. de re iud.c.fi.de sent.& re iud.

29 Quintò obijci potest, par est ratio sponsaliorū & matrimonij:quinimo prohibentur nuptię,prohibētur & sponsalia.l.oratio,de sponsal.ff.& in sponsa perinde ac in vxore,dicitur adulterium committi, l.si vxor,13. §.D.Seuerus & §.pen.ad l.Iul de adult.ff.l.8.C.eo.tit.

At sententia contra matrimonium lata nō tenet,nec transit in rem iudicatam,c.lator. de sent.& re iudica, quamuis pro matrimonio transeat,nec in contrarium probatio admittatur.c.tuæ,de probat.ergo nō poterit iudex Ecclesiasticus expresse, vel tacitè dissimulare, vel tolerare per patientiam sponsaliorum dissolutionem,neque consensus vtriusque sponsorum ratus erit contra futurum matrimonium.

Solutio:negatur quod par sit ratio sponsaliorum & nuptiarum seu matrimonij,nam matrimonium est indissolubile,sponsalia dissolui possunt.

---

*Ad Cap.3.Iuuenis.4.Ad Audientiam.& 8.Sponsam alterius.*

1 *Eugenij nomine Pontifices duo.*
2 *Cap.ad Audientiam [illegible] Alexand.3. & de illo Papiensi [illegible] de Papiensi ciuitate.*
3 *Cap.Sponsam [illegible] & de Vigiliensi Episcopatu, & de Patriarchatu Aquileiensi.*
4 *De Traiano [illegible].*
5 *De [illegible] gradus distinctione.*
6 *Causa [illegible] in c.Iuuenis.*
7 *De ætate Sponsaliorum contrahendorum.*
8 *De ætate [illegible] tiarum. (definitos.*
9 *De [illegible] pote[illegible] coeundi ante annos pubertatis*
10 *De [illegible] & Matrimonijs cum impubere cōtractis,quando oriatur publicæ honestatis causa,vel affinitas & quando expectanda sit pubertas pro dissoluendo matrimonio,vel sponsalibus eludendis.*
11 *Sed quid, si cum impubere pubes contrahat matrimonium in facie Ecclesiæ,[illegible] & quando,vel pubes possint soluere [illegible].*
12 *Num [illegible] contrahentis matrimonium [illegible] impubes [illegible] 14.*
13 *Sponsalia [illegible] cat honestatis iustitiā.*
14 *Conspiratio [illegible] de oper.[illegible].ff.*

15 *Conciliatio 2. argumenti.*
16 *Beneficium, an vxoratus habere possit, in 3. arg.*
17 *Reiectio 4. argumenti.*
18 *Reiectio 5.* 19 *Reiectio 6.*
20 *Reiectio 7.* 21 *Reiectio 8.*
22 *Quid consanguinei.*
23 *Quid cognati, & de diuersis speciebus cognationis ciuilis, naturalis, mixta.* 24 *De seruili.*
25 *De ciuili, legali adoptione.*
26 *De ciuili spirituali, & vnde oriatur cognatio.*
27 *De mixta ciuili & naturali, & vnde oriatur.*
28 *Cognationis diuisio, in lineas & gradus: & ibi quid linea, & diuisio linearum.*
29 *De gradibus cognationum.*
30 *De ascendentibus & descendentibus & collateralibus, quare ita dicantur.*
31 *De cognatorum & collateralium lineis & gradibus, & computatione eorum, & diuersitate iuris Pontificij & ciuilis.*
32 *De affinitate & personis adfinibus & gradibus.*
33 *Non nascitur ex sponsalibus.*
34 *Non ex illicito concubitu iure ciuili, contrà Pontificio.*
35 *De impedimento publicæ honestatis ex sponsalibus.*
36 *De gradibus & generibus adfinitatis.*
37 *De nuptiis prohibitis inter ascendentes & descendẽtes.*
38 *Inter collaterales, & quoto gradu.*
39 *Et inter cognatos ex illicito coitu, & ibi de naturali vinculo insolubili & de abdicatione.*
40 *De impedimento matrimonij propter adoptionem.*
41 *De impedimento propter baptismum aut Catechismũ.*
42 *De impedimẽto propter sacram frontis confirmationẽ.*
43 *De impedimento nuptiarum ex affinitate.*
44 *De consuetudine matrimonij nõ contrahendi in quinto vel sexto gradu.*
45 *De dispensatione in gradibus prohibitis, & quòd fiat à solo summo Pontifice, & quare.*
46 *Non ab Imperatore hodie, aliquando tamen ab eo facta, & quare.*
47 *Dispensandi in matrimonij gradibus causa.*
48 *Alia causa.* 49 *Et in quoto gradu.*
50 *Non in secundo.*
51 *De vxore fratris ducenda, vel non.*
52 *De impedimento publicæ honestatis.*
53 *Rationes decisionis, c. Iuuenis, ibique prima.*
54 *Ratio 2.* 55 *Ratio 3.* 56 *Ratio 4.*
57 *De prima obiectione ad c. Iuuenis.*
58 *De secunda.* 59 *De tertia.*
60 *De quarta.* 61 *De quinta.*

## CAPVT III.

*Eugenius Papa.*

IVuenis qui puellam nondum septennem duxit, quamuis ætas repugnaret: ex humana tamen fragilitate forsan tentauit, quod complere nõ potuit. Quia igitur in hisque dubia sunt, quod certiùs existimauimus tenere debemus: tũ propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa cõiux ipsius fuisse dicitur, tum propter prædictam dubitationẽ: mandamus quatenus consobrinã ipsius puellæ, quam postmodum duxit diuidas ab eodem.

## CAP. IV.

*Alexander III. Papiensi Episcopo.*

AD Audientiã nostri apostolatus peruenit quod eùm H. Papiensis ciuis filiam suá, cuidã filiorũ L. veller dare vxorẽ: iurauit quod si ille habere eã casu aliquo interueniente non posset, alteri filio, quem de alia vxore genuerit, eãdem matrimonio copularet. Contractus autem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem inter eos esse iuramentis interpositis firmauerunt, Ideóque præfatus H. eandem dari alteri filio nititur, vt iurauit. Sed quoniam scriptum est quod sponsam fratris frater habere nõ potest: mandamus quatenus eum suum implere propositum non permittas, sed & pœnitentiam agat de illicito iuramento monitione præmissa Ecclesiastica districtione compellas.

*Idem Vigiliensi Episcopo. Cap. 8.*

SPonsam alterius (maximè si est nubili ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

1 CApitis, *Iuuenis*, author dicitur Eugeni[9] Papa. Quotus & qualis fuerit ille Eugenius, non dicitur: feruntur autem eius nominis quatuor: tres præcesserũt Gregorium 9. Papam ordine 184. qui sedit circa annũ Domini 1240. qui hoc volumen decretalium iussit cõpilare: quartus sequutus multò pòst eum tempore. Primus fuit ordine 75. sum. Pontifex, ann. Dom. 657. a. fuit ordine 101. post Paschalem Romanum, sedẽ adeptus 824. anno Domini aliis ann. 829. Eugenius 3. Papa 182. qui successit Cælestino 3. Pisanus antè monachus Clareuallensis ad quẽ S Bernardus libros suos de cõsideratione scripsit sedem adeptus circa ann. Domini 1145. Eugenius 4. ordinis Cælestinorum, ordine Pontifex 217. qui sedit circa ann. Domini 1431.

2 Capitis, *Ad Audientiam*. author est Alex. 3. de cuius vita diximus alibi: scripsit autem is Papiensi Episcopo. Papia ciuitas Insubrum, nobilitata academia Caroli magni auspiciis, vt ait Polyd. Vergil li. 9. Angl. Sabell. Enneade 8. Papiæ Episcopatus, est suffraganeus Archiepiscopatus Mediolanensis, tamen illũ exẽptum vt Ferrariẽsem dicit liber prouincialis omniũ Ecclesiarũ.

3 Capitis, *Sponsam*, 8. huius tit. author idẽ Alexander 3. qui scribit Vigiliensi Episcopo, Veientanum seu Vogliensem Episcopatum, suffraganeum diœcesis Aquilegiensis nominat: Sigonius de regno Italiæ. Ego tamẽ in lib. prouinciali, sub Patriarchatu Aquilegiensis nõ inueni Viglensem seu Veientanum Episcopũ, sed tantum quinque alios suffraganeos nominatos, Anaquegensem, Mantuanum, Cumanum, Tridentinum, Veronensem. Inueni tamen sub Archiepiscopatu Tranẽsi, duos suffraganeos, Vigiliensem, & Vestanensem, vel Andrensem, quem adhuc postea subiicit Archiepiscopatui Sypontino, vel montis Garganij.

4 Tranum Latini vocant vrbem Peuceliæ, Apuliæ, quam vernaculè Trani dicunt, & Volaterranus scribit nonnullis Trinium dici. Plinio tamen Trinium, nõ oppidũ, sed fluuij est. Quondam & Traianopolim nomẽ habuisse Leãder testatur ex Pãdulpho Collenutio: post illos Abraham Hortelius in Thesauro Geograph.

*Ad c. Iuuenis.*

5 Iuuenis & puella nondum septennis sunt personæ, de quibus agitur: res, matrimonium: quæstio, an inter eos dicatur matrimonium.

Aetatem diuidũt Iurisconsulti, in pueritiam, iuuẽtutem & senectutem, l. cum hi, §. modus autẽ, de trãsact. ff. quæ distinctio fuit primum facta à Seruio Tullio, in censu describẽdo, vt ait Tubero, li. 1. historiæ: & refert Gellius, li. 10. cap. 28. Puerilis gradus infantia, & impubertas infantia, vsque ad septẽ annos, l. si infanti, C. de iure deliber. l. 1. §. sufficit, de admin. tut. li. 26. ff tit. 7. Impubertas & pupillaris, ætates, vsque ad pubertatẽ in fœminis, 12. annorum, in masculis, 14. l. qui duos impuberes,

heres,42.de vulga. l.fi. C. quando tutor.esse desinant.
§.fi.quib.mod.tutela finitur. plena pueritia apud Vl-
pian.17.annorum,l.1.§.initium autem, de postul. ff. &
plena pubertas,ad 18.vsque porrigitur,l.Mela, de ali-
ment.& cibar.legat.l.Adrogato, §. non tantum, de a-
dopt.§.non tantum,eo.ti.apud Iustinian.Dicunt & Iu-
risconsulti virilem ætatem post 25. annum iuuentutē,
donec inter seniores incorporentur,annumerari,l.nō
arbitror,69.§.1.de lega.3. ff. Sed hæc latius videbis ex-
plicata,& q̄ ad omnē ętatē pertinēt.iuxta Philosopho
rū & medicorū & legislatorū distinctionē, li.1.ꝑludio-
rū optimi Iurisc ōsulti, c.13.neque ideò immorabimur.

6 Capitis ergo huius quęstio,ex hac hypothesi ꝓpo-
nitur nū iuuenis, q̄ puellā nōdū septēnē duxit vxorē,
ea mortua vel relicta, cōsobrinā eius puellę possit in
vxorē habere.Causę dubitandi in hac quęst. quæ ex-
cutiēdę sunt, tres cōsiderādę circa ętatē,circa cōsan-
guinitatem & affinitatem,& circa publicæ honestatis
instiam,quibus & explicantur c.4.& 8.huius tituli.

7 Quod ad primam pertinent, quę ætas requiratur
in sponsalib. contrahendis, hîc inquiri potest de quo
egimus li.8.Syntag. c.5. & quæ in matrimoniis, de quo
egimus li.9.c.7.eiusdē Syntagm. adferemus tamen hîc
pauca,quę ad c.huius & similiū elucidationem perti-
nere videntur necessario. Itaq; in spōsalib. contrahē-
dis regula adfertur generalis nullam certā ætatē de-
finitam esse:& in omni posse contrahi dummodò qui
contrahunt in ea ætate sint, qui per se vel cū aliis cō-
sentire possint, tam inter puberes, quàm impuberes:
nō minores tamen septem annorum, cum quib.nega-
tur contrahi etiam sponsalia. Iulius Paulus, li.2.rece-
pta.senten.iur.ti.20.l.in sponsalibus, 14.de Spōsalib.ff.
Illud & iure Pontificio probatum. a.literas,c.à nobis;
c.ad dissoluendum,de desponsa.impub. c.1. & seq. 30.
q. 2. Ante septennium infans vix percipit quæ agit:
nec antè potest cōsentire tutori,aut cū eo obligari,l.si
infanti,§.fi.de iur.delib.C. post illam verò ætatē, cum
tutore obligatur.l.obligari,de authorit.tutor.§.1.eod.
tit.§.furiosus,de inutilib.stipul.apud Iustin.cū similib.

8 Aetas matrimonij verè cōtrahēdi quę requirere-
tur dubitarunt, vel variè statuerunt antiqui, propter
diuersas sententias potestatis generandi vel bene &
firma corpora generandi. Idcircò Plato 4.de legib.æ-
tatē viri à 30.ad 35.idoneam dicit. Aristoteles 7. Polit.
c.16.cōiungi mares in 36.fœminas in 18.anno tradit, a-
lioquin ante immaturas nuptias, gignere pusilla cor-
pora, & facere fœminas nimium Veneri indulgentes
vt citius ei assuetas.Additq; omnib.animalib.iuuenib.
partus esse imperfectos:quia semen adhue nutritioni
corporis inseruiat. Alij aliter sentiūt, idq; ex potestate
generādi & coeūdi,quę aliquib.citius,aliquib.tardius
& accidit,pro corporum cōstitutione & tēperamēto,
quod dixerūt pubertatē Romani aliquádo ꝑ ea cōsi-
derāda, in iudicādo corporis nudatione & inspectio-
ne vsi sūt. Verū postea inhonesta visa est nudatio mu-
lierū,itē dehinc & virorū, & ideo pubertatis definitio
ex animis 12.in fœminis,& in masculis 14.facta est:q̄a
vt plerūq; ea potestas circa eā ętatē perficitur. l.fi. C.
quādo tut.vel curat.esse desinūt. §.quib.mod.tutel.fi-
nitur,apud Iusti. Nuptias ita cōtrahūt masculi quidē
puberes:fœminę verò viri potētes,§.1.de nup. & si ante
eā ętatā nuptię factę dicūtur re ipsa,iure ciuili matri-
moniū illud vel actus,nō iure matrimonij,sed spōsalio
rū dicitur valere,siquidē p̄cesserint spōsalia: q̄ si non
p̄cesserint,neq; valere iura sponsaliorū nuptias, q̄a ea
non fuit mēs agentiū,neq; iure nuptiarū, quia lex im-
ꝓbat:nisi postea ratę sint,l.q̄situ̅,9.de spōsalib.ff.&mi-
nor annis 12.nupta,tūc legitima vxor fit,cū apud virū
annū 12.impleuerit,l.4. de ritu nupt. Octauius Augu-
stus summoperè cauit, ne pactiones fierent matrimo-
niales de ea quę decem annorū non esset, néve ꝓdu-
cerentur posteà spōsalia vltra bieniū,tū maximè quia
detectum fuisset, quod ij qui antè fecissēt animo per-
cipiendi fructus bonorū vxoris, cū matrimonij rem i-
psam non exhiberēt,ipsum fecisse:vt ait Dio Cassius,li.
54.hist.Rom.& Zonaras. Prohibuit & Leo Imp. Nou.
const.109.ne intra septennium ætatis annum spōsalia
ineantur:neq; ante decimū quintū maribus,aut 13.fœ-
minis, matrimonium consecretur nisi permittēte prin
cipe: quē firmauit alia constitutione Alexius alius O-
rientis Imperator,vt habetur inter eius constitutiones
li 1.iuris Oriētalis, collecti per Enemundū Bonefidiū.
Pōtifices verò qui nō tā generandi quàm coeundi po-
testatē considerant,noluerunt ad annorum ætates pu
bertatē restringere,c.3.de desponsimpub.eamq; consi-
derarunt potestatē potius quàm ætatē,& si cōtrouer-
sia de ea sit ad exploratores & obstetrices hymenæi
cognitionē vel inquisitionē relegarūt.c.ꝓposuisti,4.c.
causam matrimonij,14.de ꝓb.c.fraternitatis.de frigid.
& malef.c.fraternitati,7.de eo qui cogn.consang.vxor.
suæ,c.nec aliqua,27.q.1.Ante ætatē pubertatis aliquā-
do potissimum in hoc seculo corruptissimo,& morum
spurcitiæ contaminato commixtio acceleratur,& ma
litia supplet ætatē,c.à nobis,8.de desponsimpub. c.de
illis,8.c.attestationes,eo.ti.l.3.si minor se maiorē dix.C.

9 Mirū est quod ait dictum c. fraternitati, de eo qui
cog.cōsang. vxor. suę puellā septennē extraordinaria
libidine pollutā.Macrobiorū etiam fœminas septimo
anno parere,senectā antē illis 40.accedere refert Pliu.
li.7.c.2.& in Calingis eiusdē Indiæ,fœminas quinquen
nes cōcipere.Apud Aristopha.in Cerealib.vna ex mu-
lierib.ait,vnū ei fuisse amicū,qui quidē eā 7.annorum
existentē vitiauit. Et Petronius Arbiter in Satyrione,
refert Panichidis cuiusdā puellam,quę nondū septem
annos implesse videbatur, patientię muliebris acce-
pisse legē.Refero & li.9.Syntag.c.7.iuuenes qui in 8.11.
& 12.anno genuerunt,quę nō repetam:inde enim licet
haurire. Retuli autem hîc de mulierib. tantùm; quia
c.nostrum, iuuenis, inde videtur habuisse occasionem
dubitandi de commixtione, num quę adhuc septēnio
minor esset,quę erat traducta pro vxore in domū ma-
riti,forsan extraordinaria tentata fuisset libidine.

10 Dubiū tamen non erat,num verè spōsalia vel ma-
trimonium esset cum minori septē annorum ante reli
cta vel mortua,nā hoc indubitabile est,non esse spon-
salia aut nuptias: verum esse publicę honestatis iusti-
tiā.Quare quod ait hic Panor. *Alibi nō inuenimus antè
septennium sponsalia contrahi posse*,nō conuenit huic te-
xtui:nam textus etiā nō ait contrahi posse.Neq; Euge
nius dixit ob spōsalia valida,cōtrahi affinitatē; sed di-
xit,ex traductione,& quod ꝓ vxore ducta & habita est;
& quod forsan eam tentauit cognoscere,oriri publicę
honestatis iustitiam,& quod ꝓxima esset septennio,&
malitia supplere possit ætatē:vt & not.Archid. ad c.1.
de desponsimpub. & idipsum tenet Dominicus,& D.
Thom.super 4.Sēt.dist.26.art.3. Alioqnin si maiores es-
sent septennio sponsi,nō exigeretur ille casus,vt forsan
tentauerit spōsam sponsus,nā sine illa attentatione o-
riretur nihilominus publicæ honestatis iustitia : quia
sponsalia essent,c.sponsam,hoc tit.c.1.de sponsal.in 6.

Quamobrem & diuersa est hypothesis nostri c. quæ
ante septennium sponsalia & matrimonium contra-
ctum dicit ab illa,quæ post septem annos præsuppo-
nit contracta sponsalia,siquidem hîc non fuerunt re-
uera sponsalia,nec matrimonium,& nisi fuisset tradu-
ctio non opus erat quęstionem mouere,num eum alia
consanguinea etiam cum matre,qui talem accepisset,
coniungi posset: poterat enim, nec expectare teneba-
tur voluntatem vel ætatem infantis, vt ad eam perue-
niret,in qua dissentire posset. At quando cum maiore
septenni, vel cum septenni sponsalia contracta sunt,
vel cum alio aliave impubere, ante pubertatem dis-
solui non debent, vt nec matrimonium cum impube-
rib.contractum: sed expectanda erit ætas pubertatis,

vt ea aduenıente ante cõmixtionem, tũc pubes factus, vel facta cõſentiant vel diſsentiant, c. de illis, 7. & c. à nobis, 8. de deſponſ. impub. ſiquidẽ ita ſpõſalia, vel matrimoniũ ſpõte cum impubere cõtraxerint: alioquin ſi inniti poſsent non expectara impuberis pubertate, alteri ſe coniungere, c. ex literis, 11. de deſponſ. impub.

11 In quo tamen dubitatum fuit, ſi pubes cum impubere in facie Eccleſię cõtrahat per verba de præſenti matrimonium, num poſſit eam impuberem relinquere anteqũ ea peruenerit ad ætatem puberẽ: idipſum quæritur, ſi mulier pubes cum impubere contraxerit, an ea alteri poſſit ante eã ætatẽ & diſsenſum impuberis alteri nubere. Et videtur quęſt. reſoluta in d. c. de illis, 7. de deſponſ. impub. vbi ſi mulier maior ſeu nubilis nupſerit impuberi, nõ poteſt impuberem relinquere, antequã iuvenerit ad ætatem legitimã, & prę ſtiterit ad diſsentiendum conſenſum. Quia inquit ibi Gl. ex parte puberis conſtat cõtractus, quáuis ex parte impuberis non conſtat, & ideò ſola eius voluntas ad repugnãdum vel cõſentiendum videtur expectanda: quemadmodum in l. Iulianus §. ſi quis à pupillo, de act. emp. ff. contractus claudicare poteſt cum impubere factus, alio cum eo contrahente remanente obligato: alios enim minor ſibi obligat, ipſe autẽ aliisnõ obligatur ſine tutore, §. 1. de auth. tut. vt in l. non eo minus, C. de ꝓcu. ſententia contra maiorem pro indefenſo minore lata valet: at cõtra minorem non vtiq;. Dehinc quod pertinet ad puberem, quod ſemel elegit reprobare non poſse videtur, vt in c. nulli, 8. de elect. in 6. c. dilectiſſimi, 8. q. 2. l. Pomponius, de ecg. geſt. ff. facit regula quod ſemel placuit. l. generaliter, de non num. pecu. C. §. ſemel autem, quib. ex cauſ. manum. non licet apud Iuſtinian.

Cęterum his non obſtantib. verior ſententia videtur fieri non debere ſecundum matrimonium, donec impubes pubes fiat, & diſsentiat: attamen ſi de facto pubes cum alio aliave contraxerit, antequam prior fuerit ætatis pubertatis, & antequam cum eo fuerit commixtio ſequuta, valebit ſecundum quod tollit ſpõſalia prima, vel matrimonium cum impubere contractum pœnitentia impoſita ei qui fidem priorem fregerit. c. duo pueri, de deſponſ. impub. c. ſi inter virum, & c. tuá, hoc tit. & ſic reſolutũ ꝓ hac ſententia in Rota dec. 450. incip. *ſi quis contrahit matrimoniũ*, in Nouis, & ita etiam Gl. fi. ad d. c. de illis, 7. & interpreres conſentiunt. Reſp. autem ad ea quæ dicuntur in eo cap. de illis, puberem teneri expectare conſenſum diſsenſus impuberis, & ætatem eius: non quidem ratione matrimonij cõtracti, quia verè nullum eſt cum impubere, propter defectũ ætatis & impotentiæ coeundi, c. literas, c. acceſſit, 5. & c. fi. de deſponſ. impub. c. fi. hoc tit. ſed ratione promiſſionis ſuę, contra quem veniendo, contractu cum alio matrimonij inito matrimonium tenet, etiam ſi primũ fuiſset iuramento firmatum, c. ſi inter virum, de ſpõſ. & ibi etiam hoc tenet Innoc. & Hoſtienſ. fortius enim vinculum matrimonij tollit priusquod pertinebat verius ad ſponſalia de futuro quàm ad matrimonium, etiam ſi per verba de pręſenti cum impubere fiat, c. vnico, de deſponſ. impub in 6. l. quæſitum, de ſponſ. ff. & quamuis ita contrahere nõ debuerit cum alia pubes, niſi expectato diſsenſu in ætate legitima impuberis: tamen ſi contraxit, actus non poteſt ex primo reuocari: multa enim facta tenent, quę fieri ꝓhibentur. c. ad Apoſtolicam. 16. de regula. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ff. quam regul. Rotę d. deciſ. 450. habere dicit locum infallibiliter in actib. irretractabilib. & qui reiterari nequeu[illegible]r, vt in ſacramentis, & non in actib. qui retractari & iterari poſsunt: ex numero autem actuum irretractabi[illegible]um, matrimonium plenè contractum eſt, c. tuá. hoc ti. & c. duo pueri, de deſpon. impub. S cut interdictum [illegible]piſcopi de non contrahendo ad certum tempus matrimonium, habet pœnam tranſgreſſionis imponendam contrahenti, ſad non dirimit cõtractũ, c. 2. & 3. de matrim. cõtracto interdict. Eccl. niſi interdictio facta fuiſset ob perpetuũ impedimentum: nam abſque illo impedimento, fortius eſt vinculum matrimonij omni interdicto etiam ſummi Pontificis, d. c. ad diſsoluendum, de deſponſ. impub. & c. 2. & 3. de mat. contra. contra interdict. Eccleſ.

12 Ex prædicta reſolutione, alia quæſtio non minus quotidiana quàm vtilis inſurgit, an clerico beneficia poſſidente Eccleſiaſtica, & contrahente cũ minore 12. ann. matrimoniũ per verba de præſenti, vacẽt eius beneficia, ſtatim, an verò tantum poſt conſummatũ matrimoniũ? quá quęſtionẽ tractat Io. Andr. ad c. 1. 3. 5. de cleri. coniug. Rot. deciſ. 103. *nota ꝙ vbi clericus*, in antiq. Dubitandi cauſa, quia certum eſt, clerico beneficiato contrahente matrimonium cum pubere, ſtatim eius vacare beneficia per verba de præſenti ante cõſummationem, quia perinde eſt ei ac ſi conſummaſset, eò ꝙ per eũ nõ ſtat. c. 1. de cler. coniug. & ibi Gl. & in c. 2. & 3. Sed aliũde in contrariũ diximus matrimoniũ contractum cũ impubere non eſse verũ matrimoniũ, & diſsolubile eſse adueniẽte pubertate, vel antea per aliud matrimoniũ. Reſoluit tamẽ Rot. in d. dec. 103. vacare ẽt beneficia per matrimoniũ cũ impubere à clerico pubere cõtractũ ẽt ſine copula. Ratio, quia quod ad eum pertinet, verè conſenſit in matrimonium, etſi de facto non tenuerit, c. nuper, de Biga. quid ergo, 14. §. cum autẽ factum, de his qui notãt infam. in quib. & is bigamus dicitur, qui viuẽte vxore, cum alia contraxit matrimoniũ, quáuis. n. ſecũdũ non habeat vim, tamẽ ex animi deſtinatione perinde habetur ac ſi legitimè aliá duxiſset vt habeatur bigamus, & quod pertinet ad beneficia electione vxoris, beneficiis renunciaſse contraria vita electa, cenſetur: vt electo vno contrariorũ, contrario cẽſetur renunciatum. Cle. gratie, de reſcr. & ita etiá reſoluitur cum Rot. in dec. Capel. Thol. 239. & quáuis velit reſilire ab illorum matrimonio diſsolubili, tamẽ non poteſt redire ad beneficia ſemal ita ſponte contraria electione renunciata: quia ſemel extincta gratia, nõ reuiuiſcit. d. Cle. gratię, & c. in noſtra, de reſc.

5 Naſcitur & ex ſponſalibus vel matrimonus quæ iure etiam diſsolui poſsunt, honeſtas publicæ boneſtatis, quæ inurit coniunctis prohibitionẽ quandam ad ſimilitudinẽ coniunctorum, vt in noſtro c. & ſimilib. citandis dum de iuſtitia hac publicę boneſtatis agetur, facit & c. fraternitati, de eo qui cogno. conſanguineam vxor. ſuę c. 1. de ſponſa. in ſex. proq; hac ſententia facit gl. ad c. vn. ad verba, *hic ergo*, de cleri. coniug. in ſex. & gl. pen. ad Cle. gratiæ, de reſcr. hæcq; recepta, quamuis Ioan. Andr. in Nouell. ad c. Ioannes, de cleri. coniugatis, videatur notare contrarium.

Obeſse tamen videntur quędam huic determinationi & ſententię & in primis, l. ſicut, 48. de oper. liber. ff. vbi patronus conſentiens nuptiis libertæ ſuæ, ex eo conſenſu priuatur beneficio iuris patronatus quod habet in eius perſona, ſi nuptiæ ſecutæ ſint: quòd ſi nuptię quib. conſenſum adhibuit non conſequantur effectum, & nullæ dicantur, non officit & conſenſus quominus ius patronatus recipere poſſit, vt inde dicẽdũ videatur, non ſequutis nuptiis ratis inter impuberem beneficiatũ, beneficia eccleſiaſtica ei non adimi.

Solutio, aliud dicendum in amiſſione operarum, aliud beneficiorum priuatione: nam per nuptias libertæ, omnino non extinguitur iure patronatus patroni in liberta, ſed operarum petitio, tandiu quandiu nupta remanſerit, innupta autẽ ea poſtea exiſtente peti poſsunt, l. planè, 14. de oper. liber. li. 38. tit. 1. Aliud autẽ in beneficiis, quę vbi amiſsa ſunt, nihil iuris relinquũt penes priuatum, ex quo repeti poſſint, d. Cle. gratię, dehinc in l. ſicut patronus adhibuit conſenſum nuptiis altarius, nempe libertę: hic beneficiatus pubes ꝓprus & eum mẽte habẽdi vxorẽ, quę nũ poteſt retineri cum beneficiis, c. 1. de cleric. coniug. Idipſum ſi clericus

conſenſiſset

cõsẽsisset nuptiis impubes annis;sed malitia idoneus ad matrimoniũ;vel si cũ cõsẽsu impubes cõsẽsisset copulę per c.de illis,& c.3.de despõs.impub. Alioquin n. impubes & ętate & malitia cõiũctus,nõ esset priuandus beneficiis,si spõsalia per verba de p̃senti cõtraheret,per ea,q̃ dicta sunt de nullitate huius matrimonij.

15 Secũdò pugnat c.verum, c.ex publico,de conuersion.coniuga.vbi qui matrimoniũ cõtraxit siue pubes aut non potest ante copulam relinquere vxorem, & ingredi religionem & Deo inseruire. Nihil ergo prohibere debet, quominus relicta vxore impubere, pœnitẽtia ductus retinere possit beneficia sua: facilius.n. indulgetur retẽtio iã quęsitis iuris,q̃ noua acquisitio.

Solutio aliud posse acquirere beneficia, aliud non amittere: nam in nostra hypothesi dicimus,per sponsalia de præsenti amitti beneficium: ideò non disputatur num de nouo relinquendo vxorem impuberẽ, vel aliam ante copulam ingrediendo religionem possit acquirere beneficia regularia aut secularia: nam id non negamus, sed dicimus amitti possessa, vbi antem amissa fuerunt, non de retentione quærendum est,quia non potest dici retinere quod de iure amisit.

16 Tertiò pugnat c.Ioannes,de cler.coniug.in fine, vbi postquam sum.Pontifex resoluit, clericũ coniugatum non teneri ad delationẽ tonsurę & vestis clericalis,addit exceptionẽ,nisi forsan beneficiũ haberet Ecclesiasticum,ex quo teneatur ad delationem, quib.ex verbis liquet posse habere clericum cũ vxore beneficium.Solutio duplex;prior,posse coniugatũ habere ex dispẽsatione sum.Pontificis, beneficiũ verũ illa minus congruit argumẽto:quia non tunc beneficiũ possidet clericus vxoratus, sed beneficij fructus ex dispẽsatione.Sic concessum est senatorib.curię Parisiẽsis vel magni consilij,& aliis in Gallia, habere beneficia:sed illi beneficij fructus tãtũ percipiũt,titulo & administratione p alios idoneos clericos Ecclesiasticos possessis eũ sufficiẽti pẽsione ꝓ onere spirituali.Secũda solutio pendet ex distinctione beneficiorũ Ecclesiasticorum.

Namquædam sunt,quæ dantur id titulum, quædã in commendam, quædam pro stipendiis etiam laicorum: vt quidam fructus dantur hostiariis clericis, & seruientibus in Ecclesia,qui & beneficia dicuntur Ecclesiæ,de quibus intelligitur,d.c.Ioannes.

17 Quartò pugnat,c.debitum,5.de Bigamis.li.1.ti.21. vbi non dicitur matrimonium in quo non interuenerit commixtio, vnde, inquit,qui mulierem ab alio ductam, sed minimè cognitã, duxerit vxorem, quia nec illa, nec ipse carnem suam diuisit in plures; propter hoc bigamus non est: nec impediri potest quin possit ad sacerdotium promoueri, & proinde videtur clericus non ideo arcendus à beneficiis, qui nondum viri potentẽ duxit,vel despõsauit sibi per verba de pręsẽti.

Solutio, verè quidem bigamum non effici, qui non cognitam ab alio relictam duxerit, eò quòd in bigamia consideratur coniunctio. At quod pertinet ad matrimonium, verè vxor est etiam non cognita, per verba de pręsenti dicta,c.pen.hoc ti.c.1.de sponsa.duorum cum simil. & quod pertinet ad voluntatem beneficia possidentis,iam renunciasse videtur beneficiis qui contrarium modum viuendi elegerit, etsi adhuc eo non vtatur, vt diximus: & amissa ita beneficia electione contrarij,non repetit per dictam Clemen. gratiæ,de rescript.

18 Quintò obest ca.1.de cleric.coniug. dum dicitur, clericum coniugatum cogendum esse relinquere beneficia, vnde sequi videtur non priuari ipso iure beneficiis, sed tantum per sententiam, ex qua cogi possunt ea relinquere clerici.

Solutio:illa verba *cogi posse relinquere*,intelliguntur, de dimissione possessionis,seu detentionis;non autem de dimissione iuris quo iam priuati sunt, & aliud est de iure vacare solũ,aliud de facto tantũ,aliud de iure & de facto,& quãuis iure beneficiũ vacet, & conferri possit,tamẽ qui collationẽ obtinuit,non potest possessionẽ adipisci,nisi vocato in ius,& compulso detentionem dimittere,eo qui de facto retinet, c.licet Episcopus,28.de pręben.in sex.c.licet, c.cũ nostris,de conces. pręb.& sic etiam Gl.d.c 1.de cleri.coniugatis,explicat.

19 Sextò pugnat, clerici coniugati gaudent priuilegio clericali,iuncti cum vna eáq; virgine vxore,c.1. de cleri.coniug.in sex.at beneficia conferũtur clericis,c. cũ adeo,de rescrip.c.ex literis,de transact.c.2.de instit. Clem.quia contingit,§.vt antè,de relig.dom.ergo hîc non priuandus beneficiis qui vxorem virginem accepetit.Solutio,clericum coniugatum gaudere priuilegiis clericaturæ in duob. tantum si deferant tonsurã, vel alio modo: nempe,priuilegio can.si quis suadente diabolo, decimoseptimo quæstione quarta: & ne in causis criminalibus possint conueniri coram iudice laico,in aliis clericalium non sunt priuilegiorũ participes,vt dicitur in d.c.1.de cleric.coniug.in sexto.

20 Septimò pugnat, c.diuersis fallaciis,5.in fine, de cler.coniug. vbi quamuis priuari possit beneficiis per matrimonium Ecclesiastica persona, tamen si postquã matrimonium contraxit, Episcopus ei contulerit beneficium,ei non potest adimere. Solutio,collationem factã clerico beneficij Ecclesiastici: nullã ei ius dare detẽtionẽ,tamẽ aliquãdo fieri & possessionẽ iniustã à prouiso:à qua quãuis nõ possit deturbari ab Episcopo indignè cõferente;tamẽ ab alio potest,& debet deiici.

21 Octauò pugnat,l.si vxor, 13.§.si minor, ad leg.Iul. de adul.ff. vbi nõ agitur de adulterio cõmisso in vxore minore 12.annorum,sed tanquam de adulterio cõmisso cum spõsa. Solutio:nec nos dicimus verè matrimonium contractũ cum minore, aut ita firmũ vt dissensu adueniente maiori ætate ante conuentionem dissolui non possit, sed dicimus ex destinatione animi eligentis vxorem reipsa per verba de præsenti desponsatam, vacare beneficia, quamuis verè secutum matrimonium non fuerit,per c.nuper,de Bigam.

22 Et hæc pertinent ad primum impedimentũ ætatis,de quo in c.iuuenis,3.istius tituli.Dicendũ nunc da secundo,nẽpe cognationis consang.& affinit. de quo hîc etiam,in c.3.& c.4. & 8.huius tituli. Tractauimus antè plenè,in li.9.Synt.ca.8.9.10.11. vnde quis plenius haurire poterit quę hîc desiderari possunt. At prędia impedimentis his debet esse notio cognationis & affinitatis ipsius, postea de gradibus, & de prohibitione in ipsis Consanguinei sunt,qui ex eodem sanguine vel genere sunt orti, l.1. §. post suos,de suis & legitimis; l. Iurisconsultus,10.de gradib.& affin. dicuntur & hæc iura proximitatis,iura sanguinis, l.vina sanguinis, de reg.iur.necessitudo,l.fi.de instit.& iur.in ff. vnde & necessarij proximi dicti,à Cicerone.

23 Inde & cognatio & cognati,quasi vna & communiter nati,vel ab eodem orti progenitique, l.non facile,§.cognati,de gradib.affin. ff. ab eodem initium habentes,l.1.vnde cognati.Propriè autem ita, impropriè porrò,ex vulgi sententia & idiomate,soror vxoris, cognata dicitur, vt refertur in can. quod autem frater, 35.q.5. Propriè cognatio naturalem causam habet,§. sicut autem,& §.fi.de legitima agna.tutel.§.1.vers. *qua parte*,de successor.edict. Cæterum ratione effectus eius, triplex cognatio est: naturalis,ciuilis, & mixta ex vtraque;vt explicat,l.nõ facilè,§.cognationis, de gradib.& affin.Cognationes naturales tantum, lex ciuilis non cognoscit in aliquibus,sed natura. Tales sunt ex illegitima coniunctione ortæ,& seruiles,agnoscit autẽ lex cognatos per fœminas coniũctos tãtũ quos separat ab agnatis,d.§.cognationis,& §.atqui per fœminini sexus personas,de legitima agna.succes.§.1.de succes.cogna. Lex ciuilis nõ probat adulterinos,naturales seu spurios,sed natura:ideo nõ vocat eos cognatos, sed proximos,§.vulgò quęsitos,de succes.cogn.l.fi.ꝑ

rius, Vnde cogna. ff. l. Iurisconsultus, §. cognationis origo, de gradib. affinitat.

24 Seruilis cognatio est, ex seruorum & ancillarū coniunctionib. seu contuberniis nata: sic lex ciuilis in seruis cognationes non admittebat, neque vllas successiones ex ea parte edicti prętoris, quę iure proximitatis successiones deferebat, donec Iustinia. id admisit & correxit, §. 1. de seruili cogna. Quia qđ attinet ad ius ciuile, hoc est ꝓd cōmoda q̄ introducit, vel defert ius ciuile, serui pro nullis habētur, l. qđ attinet, de reg. iur.

25 Ciuilis cognatio duplex, legalis & spiritualis. Legalis iuris ciuilis, ꝑ adoptionē, vel arrogationē nascitur: l. nō facilè, §. cognationis, de gradib. & affinib. l. 1. §. cognatio, vnde cogna. verè tamen non dicitur hęc cognatio, sed impropriè, & qđ ꝑtinet ad iura, l. cognationis, §. per cognationē de legitim. agnat. successio. extat tit. in nostro iure hoc Pōtificio, de legali cognatione.

26 Spiritualis cognatio similitudinē habet cum naturali ex lege Pōtificia determinata intra certos gradus, quæ nascitur ex baptismo, & sacra frōtis cōsignatione, c. 1. 2. 3. de cognat. spirituali, & c. 1. & 2. eod. tit. in sex. quia in his tantùm Sacramentis fit regeneratio ad vitam æternam, non in aliis, c. fi. §. fi. de cognation. spiritua. in sexto. Qui pœnitentiam etiam sibi confitenti imponit, facit sibi filium vel filium etiam spiritualem, ca. omnes, 30. q. 1.

27 Cognatio mixta, constans ex naturali & ciuili, est quæ ex coniunctione naturali, approbata per ius ciuile, nempe ex iustis tantum nuptiis oritur, l. non facilè, § cognationis, §. sunt autem, de gradib. & affinib.

28 Cognati, qui nascuntur ex vno & eodem fonte primo, distinguendi sunt per lineas, vt in l. stemmata cognationū, de gradib. & affinibus, deinde per gradus, vt in l. 1. l. non facilè, 4. l. Iurisconsultus, de gradib. & affinib. §. 1. de gradib. cogna. apud Iustinia. linea, seu γραμμὴ, secundū Euclidem, μῆκος ἀπλατὲς, est longitudo latitudinis expers, γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα, lineæ verò extrema, sunt pūcta. Diuisio linearum est, in vnam directam ad cathetum pendentem, & in duas diuisam superiorē & inferiorē: huic duæ aliæ ei ex latere vtrinque coniunctæ pendentes, sed nō ad perpendiculum, sic explicat Paulus in d. l. stēmata, de gradib. & affinibus. *Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior: ex superiore autem, & secundo gradu transuersa lineæ pēdent.*

29 Exemplum in hac figura. In lineis seu ordine lineari recto, vel obliquo seu transuersali; sunt distinctiones personarum se mutuo consequentiū & simul existētiū, vel ad alias relatarū. Nam hęc tractatio est ex his quæ ab Aristotele, πρός τι dicūtur. i. ad aliqd: relatiuè. n. ab inuicē distinguūtur. Distinctiones istę dictæ sūt gradus Iurisconsultis, ad similitudinē scalarum & locorū procliuiū, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximū, i. in eū q̄ à ꝓximo nascitur, trāseamus, l. Iurisconsultus, §. gradus, de gradib. & affinib. vt post patrē, est filius: post filiū, nepos, &c. Si vis itaq; peruenire ad auum, primū oportet te ascēdere à loco vbi est nepos, ad patrē eius, & ab eius patre, ad auū: &, si ab auo velis peruenire ad nepotē, oportet te descēdere per filiū ad eū. Et q̄a in illis gradib. seu locis seu cōsequētibus, ponūtur nomina vel figurę personarū cōputatarū, dicūtur etiā gradus schemata: nā, vt ait Euclides, definitione 10. li. 1. σχῆμά ἐστι, τὸ ὑπό τινος ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον, i. *figura, est q̄ sub aliquo, vel sub aliqb. terminis cōprehēditur.* sic & figuræ Mathematicę schemata dicūtur, & demōstrationes vt in Epigrámate ꝑfixo elemētis Euclidis. σχήματα πέντε Πλάτωνος, ἃ Πυθαγόρας σοφὸς εὗρε &c. Schemata etiā dicūtur, quia sunt veluti coronulæ, seu orbiculatæ figurę: quæ gradibus, vel circum personas designatas, apponūtur, vbi & erāt singularū ꝑsonarū in declinationib. generis maiorib. expressi, vel pictura vel cera in armariis vultus: vt ait Plin. lib. 35. c. 2.




30 In medio linearum, vbi se mutuo contingunt & intersecant, hoc est, vbi habent communem originem est cellula, locus, seu punctum, seu persona ad libitū posita, de cuius generatione quæritur, & vnde alij dicūtur ꝓcedere, vel sūt cōputādi: qui in lineis superiorib. sūt eius cellulæ, dicūtur ascēdētes; qui in inferiori, descēdētes. Quod si quæratur de natis ab his inter se latere computandis, illi ex relatione facta inter se dicuntur collaterales eius lineæ, vel cellulæ, vel personæ, à qua descendunt: & ita duplici ratione seu relatione, dicuntur inter se collaterales, sed ratione eius à quo descendunt, vel rursum computantur ex linea directa vel descendentes vel ascendentes.

Ascēdētiū nomē plures gradus cōtinet, & magis extenditur quàm parentū, quod ad tritauū tantū secundū antiquos porrigebatur, vlterioribus dictis, maiores, l. Iurisc. §. parētes, de gradib. affin. ff. Descēdentiū quoq; nomē, pertinet ad plures q̄ liberorū, ex prisca obseruatione, qui vltra trinepotes nō dicūtur, cū illos sequētes dicātur posteriores. Verū Caius Iurisconsultus, quē alij sequuti sunt, omnes superiores vsq; in infinitū vocat, parētes: quod & honestius dixit Vlp. in l. quinque litigādi, 1. §. parētes, de in ius voca. ff. Callistratus etiā in l. liberorum appellatione, 220. arbitratur & diffinit liberorū appellationes, non tantum ad trinepotes, sed etiam ad omnes qui ab illis descendant, & à filiis eorū, pertinere: imò & filiorū nomē, nisi si quid nominatim excipiatur à lege. *Etenim*, inquit, *idcirco filios & filias cōcipimus atq; edimus vt ex prole eorū earúmve diuturnitatis memoriā nobis in æuū relinquamus:* & in l. filij appellatione, eo. ti. *Filij appellatione oēs liberi cōtinētur.*

Parentes sunt, qui nos genuerunt, vt pater, mater, auus, auia, &c. liberi, qui ex nobis prodierunt, vt filius, filia, nepos, neptis, &c.

31 Cognati qui ex illis inter se relati, vt frater, & soror frater & filius, fratris vel sororis, filij fratrum & sororum, inter se.


Cognatio itē duplex, tāquā genus, habēs sub se agnationē & cognationē; agnatio, ex lege 12. tabularū per virilē sexū: qui agnatus est, & cognatus est: cognatio ex fœminis oritur: vt explicatur in l. Iurisc. §. cognationis, de gradib. & affin. ff. §. sunt autem, de legit. agn. tutel.

In collateralib. duę fiūt lineæ pēdētes iure ciuili, vna autem iure Pontificio: nam ius ciuile connumerat personas distinctas, ius Pontificium numerat tantum per generationes in matrimoniis cōtrahēdis, can. 1. & 2. & can. 4. parentelę, 35. q. 5. Referūtur nomina omniū graduū vtriusq; cōputationis, in can. fi. 35. q. 5. in l. 1. 2. 3. l. Iurisc. §. nunc singulos gradus, de gradib. & affin. In iure ciuili duo fratres vel sorores, duos faciunt gradus, & ita in secundo gradu distant inter se: filius fratris cū auunculo in tertio gradu est: duo filij duorum fratrū in quarto gradu sunt: §. quarto gradu, de grad. cogn l. 1. §. quarto gradu, de gradib. & affin. l. Iurisc. §. quarto gradu, eod. Qui nascuntur ex duab. sororibus, propriè consobrini dicūtur, quasi consororini: qui ex duob. fratrib. fratres patrueles, vel sorores patrueles: ex fratre & sorore ꝓgenerati amitini. Amitę tuę filij, cōsobrinū te, q ex fratre natus es, appellant, tu illos amitinos. Pleriq; omnes hos consobrinos vocant indistinctè, vt Trebatius: sub qua appellatione ꝑsonę cadūt sexdecim, d. l. Iurisc. §. quarto gradu. Cōsobrini Ita dicūtur à Græcis: ἀνεψιοί: nā vt ait etymologicō, ἀνεψιοὶ λέγονται, παρὰ τὸ ἀνέκαθεν συνῆφθαι εἰς συγγένειαν, Et Hesychius ἀνεψιοὶ ἀδελφῶν υἱοὶ ἀνεψιαδοῖ à Iulio Polluce, ἀπὸ τοῦ ἀνεψιοῦ, ἡ τῶν ἀνεψιῶν γενεαί: ἀνεψιότης ἡ συγγένεια μέχρι ἀνεψιαδῶν.

In iure

In iure Pontificio duo vel plures fratres vnũ & primum gradum faciunt:nati ex duobus fratribus secundum:uati ex illis,nempe nepotes,tertium : nati ex nepotibus,nempe pronepotes,quartum:& sic sequentes generationes faciunt simul tantum gradum.

Iure ciuili regula generalis est pro computatione graduum:quoto gradu quilibet collateralium distant à communi stipite, toto multiplicato distant inter se. Exempla ponuntur in c.ad sedem,35. q.5. in iure Pontificio verò,pro matrimoniis aliter sic regula ponitur. *Quoto gradu remotior differt ab stipite, & a quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem toto distant inter se*,c.quod dilecto,3.c.n.de consang.& affin. Stipes appellatur communis parens à quo plures descendunt. Sic Isaac fuit stips & Iacob Esau,& genitorum ex ipsis; & stips non facit gradum iure Pontificio,quia fratres sunt in primo gradu.In vna linea transuersali, quæ quando conferuntur ad inuicem , personæ ex illis faciunt duas lineas descendentes,in quas illa transuersalis distinguitur. Nam non semper in eodem gradu ex collateralibus coniungendi non sunt,sed in diuersis gradibus quo casu cum in eodem gradu sunt,dicũtur esse in linea æquali,cùm in diuersis,& vnus illorũ longius distat vel proximior est stipiti , tunc in linea inæquali esse dicuntur , veluti fratres sunt in linea æquali: tantumdem enim distat vterque à patre. Vt in hac figura Pater,Frater,Soror : item filij fratrũ æquales habent lineas, at filius fratris & frater, inæquales habent lineas,hoc modo.




Sic de similibus dicendum,iuxta figuram quam oculis subiiciam,facilioris demõstrationis causa lineç æqualis vel inæqualis.




Qui cõsanguinitatis gradus cõputãt,à stipite debẽt incipere,i.à parẽtib.vel germanis,&sic per ordinẽ distinguere gradus nominib. propriis, vel æquipollẽtib. iudiciis,designãdo psonas,c.tua nos,7.de cõsang.&affin.

32 Adfinitas ex cognatione hac legitima & naturali nascitur.

Adfines,viri & vxoris cognati,dicũtur viro aut vxori; vt cognati meæ vxoris mihi sunt affines:mei autem cognati sunt affines vxori,l.4.§.adfines,de gradib.& adfinib.cognati tamẽ mei,nõ sunt adfines cognatis vxoris meæ,sed tantũ vxori meæ : vt nec cognati vxoris meæ sunt adfines cognatis meis,sed mihi tantũ.Sed nec vxor & maritus dici possũt rectè adfines,l.non ideò minus, C.de hæred.inst.quia cõiuges sunt, & duo vna non affinis caro,c.Martinus,4.de cogn.spirit.ca.sciscitatur,c. si quis ex vno,30.q.4.Gen.2.D.Matt. c.19.1.ad Cor.6.ad Eph.5. verum sunt principium adfinitatis cognatorũ. Adfines,inquit Modestinus,in d.§.adfines, sunt viri & vxoris cognati:dicti ab eo ꝙ duæ cognationes quç diuersæ inter se sunt,per nuptias copulantur,& altera ad alterius cognationis finẽ accedit:namq; coniũgendæ adfinitatis causa fit ex nuptiis. Nomina verò eorũ hæc sunt,socer:socrus,loco patris & matris:gener,nurus,loco filij & filiæ:nouerca, vitricus, priuignus,priuigna,viri pater vxorisq;,socer:mater autẽ eorũ,socrus appellatur:filij autẽ vxor nurus: filiæ verò vir,gener appellatur. Vxor,liberis ex alia vxore natis, nouerca dicitur: matris vir ex alio viro natis, vitricus appellatur.Eorũ vterq; natos aliũde, priuignos priuignasque vocant.Socer magnus,est vxoris meæ auus, &c. vt habetur in d.l.4.§. & quidem viri pater, & in l.adoptiuus,§.nũc videamus,de ritu nup. ff. & in c.quod autẽ frater,35.q.5. Ex quib. duo notabilia sunt eliciẽda. Primum quod adfinitatis gradus per se nulli sunt,d.l.4.§. gradus autẽ adfinitatis nulli sunt per se,sed quia personæ adfines distinguuntur per gradus cognationis, & cognatorũ,ideò & affinium quoq; gradus dicuntur esse,in l.Iurisconsultus,10.de gradib.& affinib.ff.

Secũdò colligitur,iure ciuili nõ cõtrahi adfinitatẽ,nisi ex iustis nuptiis,& ex cõiũctione q̃ fit ex illis.Proinde ex spõsalib.nõ cõtrahitur adfinitas,l.nõ facilè,§.his itaq;,ver.*sciẽdũ est*,de grad.&adfin.*Sciẽdũ est,neq; cognationẽ,neq; adfinitatẽ esse posse,nisi nuptiæ nõ interdictæ sint ex quib.adfinitas cõiũgitur*.Neq; ex spõsalib. ꝓpriè nurus,vel socer,vel nouerca dici põt , l. si qua mihi vxor fuit,12.de rit.nup.Impropriè tamẽ possũt &dici,vt in l. Labeo,6.§.1.l.Seruius,8.de grad.&affin.ꝓpter spẽ matrimonij quç in spõsa est, & ideò quæda similia habẽt spõsalia matrimonio,vt in l.si vxor,ad l.Iul.de adult.ff.

34 Nõ contrahitur per consequens quoq; iure ciuili adfinitas ex illicito coitu cum omnibus proximis aut extra matrimonium.Impropriè tamen, sed maximè etiam propriè si de nuptiis agatur. Priuignus etiam is est qui vulgò conceptus ex ea natus est,quç postea mihi nupsit,l.priuignus,7.de gradib.& affin.

Atq; iure etiã legũ si agãtur de cõiũctione matrimonij,videtur cõtracta affinitas ex illicitõ cõcubitu, l.& nihil interest,de ritu nup. ff.& proculdubio iure Põtificio oritur adfinitas ex quacũque coniunctione inter cognitam & consanguineos cognoscentis, & inter cognoscẽtẽ & cõsanguineos cognitæ, c.discretionis & c. pen.c.tuæ,de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ,35.q 2.c.nec eam: non quoad alia quam ad matrimonium, vt notatur ad d.c.tuæ, & ad c.tertio loco,de præsump.& ad l.testis idoneus,de testib.ff.

35 Iure rursum Põtif.etsi nõ cõtrahatur adfinitas ex spõsal.de futuro: tamẽ aliud impedimẽtũ nascitur qđ dicitur publicç honestatis iustitia,vt in nostro, c.iuuenis,c.4.&c.spõsam,idẽquãquã spõsalia cõtracta ꝓpter aliquod aliud impedimẽtũ nõ teneãt,&nulla sint, dũmodò fuerint ex cõsensu cõtracta per c.1. de spõs.in 6. & hoc est impedimẽtũ extra affinitatẽ,vt ẽt ꝓbatur iure ciuili in l.si qua mihi vxor.12.§.1.& seq.de rit.nupt.

36 In affinitate rursum duo pro nuptiis cõtrahendis cõsiderãtur gradus,&genus gradus mutatur & cõsideratur secũdũ gradus cognationis: at genera sunt, affinitatis,retẽto gradu mutato,vt explicatur per textũ.

Glossas & interpretes in cà. nō debet, 8. de consang. & affin. vbi & Ioannes Andreas, adfert versicul.

*Mutat nuptæ genus, sed generata gradum.*

& Glossa ad verba, *In secunda & tertia*, dicta c. non debet, sic facilè explicat, vt melius intelligas inquit hanc literam, videas quid sit primū genus adfinitatis, quid secundum, & tertium genus: inuenies autem per hanc regulam. *Persona addita personæ per carnis copulā mutat genus & non gradum*, genus dico attinentiæ: verbi gratia, ego & frater meus sumus consanguinei in primo gradu cōsanguinitatis: frater meus duxit vxorem, illa est persona addita personæ per carnis copulā. Illa mutat genus attinētiæ, id est, alio genere attinennę attinet mihi quā frater meus, quia ille est mihi cōsanguinens, & illa mihi affinis, sed non mutat gradum. Quia, sicut frater est mihi consanguineus in primo gradu, & illa mediante fratre meo, est mihi affinis in [illegible] gradu primę affinitatis, adde, quod si v[illegible] mei qui est in secundo gradu cōsanguini[illegible] mihi affinis in secūdo gradu consanguini[illegible] mo genere adfinitatis, idē si in tertio gradu co[illegible] nitatis & in primo genere adfinitatis. Quod si [illegible] habere secundū genus adfinitatis, retento primo ex[illegible] lo fratris. Adde etiā personā primæ, hoc modo: vxor fratris mei est mihi in primo genere adfinitatis, mortuo fratre meo adde ei aliū virū Seiū ille erit mihi adfinis in eodem gradu, sed in secūdo genere adfinitatis. Si vis tertiū pone mortuā vxorē eius Seij, quę fuit vxor fratris mei primū, & Seiū aliā vxorē duxisse Caiam, illa erit in tertio genere adfinitatis mihi cōiuncta. Si quartum vis, finge Seiū mortuū, & Caiam alij nupsisse, &c.

37 Explicatis his notabimus facilius primū inter ascēdentes qui parentū numero sunt, & descendētes qui liberorū nomine continentur, proximos vel remotiores nuptias cōtrahi nō posse, l. nuptię cōsistere nō possūt 53. de ritu nupt. ff. §. ergo nō omnes, de nupt. l. nemini, C. eo. tit. abominabiles & nephariç videtur istę cōiunctiones, si quidē leges dici nō merētur, infanda principum placita, quę aliquando apud Persas permiserunt cum matrib. coniunctiones, de quibus diximus, lib. 9. Syntag. iut. c. 11. ex Arnobio, lib. 8. contra gentiles. Orosio, lib. 1. c. 2. 4. & alis.

38 Inter collaterales, fuerunt certi gradus etiā à nuptiis submoti, vt docuimus in iā citato, c. 11. inter sorores & fratres aliquando Aegyptios, & Græcos ꝓbasse matrimoniū: iure autē Romanorū, fuisse improbatū, vt & cū fratris vel sororis filio tanquam nephandissimum scelus, l. fi. si nuptię ex rescripto petātur, C. l. nemini, C. de nup. l. fin. C. de incestis & inutilib. nupt. iure ciuili duorum fratrum filij vel filię iungi matrimonio possunt, l. 3. de ritu nupt. ff. §. duorum fratrū, de nup. apud Iustin. l. celebrandis. C. de nup. vbi tamen quidam putant à compilatoribus constitutionum omissā negatiuam, quam ponit Theoph. in paraphrasi, 4. de nup. & inuenitur in l. 1. de incest. nupt. in C. Theod. quib. tamen nō immorabimur: sufficit enim me de his plenius semel tractasse in d. c. 11. lib. 9. Syntag. & nunc tantum admonuisse, quid iure Pontificio obtineat ex c. pen. & fi. de consang. & affin. ca. discretionem, eo. tit. vbi antiquatis omnibus præcedentibus constitutionibus, prohibitio contrahendi inter collaterales est intra 4. gradum tantum, in quinto verò & sequentibus permittitur, sed gradus intelligimus secundum ius Pontificiū per generationes cuius hanc breuem figuram accipe.

gradus

frater a. 1. a. soror

filius fratris b. 2. b. filia sororis

fratris nepos c. 3. c. neptis sororis

fratris pronepos d. 4. d. proneptis sororis

fratris abnepos e. 5. e. sororis abneptis.

sic a. non potest ducere a. quia sunt in primo gradu: neq; b. b. quia in secundo: neque c. c. quia in tertio: neq; d. d. quia in quarto: poterit tamen e. ducere e. quia in 5. itē a. poterit ducere e. quia quãuis a. sit in primo, tamen e. est in 5. & regula est, vt dixi quod *quota gradu remotior distat à stipite, tota distant inter se*, c. fi. quod dilectio, de consang. & affin. multò magis b. ducet e. aut b. e. at a. nō ducet c. nec c. nec d. neque etiam b. nec c. nec d. ducent a. aut c. aut c. aut d. quia sunt intra gradus ꝓhibitos.

39 In Leu. c. 18. præceptū legis est, ne more Aegyptiorū quis reuelaret turpitudinē patris, matris, vxoris patris, mariti matris sororis ex patre vel matre: filij, filię, neptis ex ea sororis matris, patris fratris, sororis vxoris. Quæ leges cum sanguinis naturalisq; vinculi habeāt causam & rationem habebunt locum in sanguine cōiunctis ex illicito coitu: quare non licet cōvulgo quęsitis, & ex fornicatione patri natis, filia vel proximis patris se coniungere nec eam habere in vxorem quam consanguineus polluerit in gradu prohibito can. nec eam, 35. q. 2. l. de concubinis. ff. & l. & nihil interest, 54 de ritu nupt. vulgo quæsitam sororem vxorem ducere vetitū est, nec vulgo quęsitā filiā patri sibi cōiūgere licet, l. etiam, 56. de rit. nup. l. adoptiuus filius, 14. §. seruiles de ritu nup. vbi ratio à causa naturali. Eadē ratione & cōtubernia seu matrimonia in gradib. ꝓhibitis in liberis personis ꝓhibita sunt in seruis, d. l. adoptiuus, §. seruiles de ritu nup. §. illud, de nup. in auth. Natura namq; sanguinis vinculū non potest à iure ciuili dissolui. Iura sanguinis, de reg. iur. ff. Ius autē cognationis, de pact. ff. l. eas, de capitis dimin. §. fi. de legitima cog. tut. §. sed naturalia, de iure nat. apud Iustin. vbi ratio rationis, quia iura naturalia diuina quadā ꝓuidētia cōstituta sunt, ideò inferior, legē superioris tollere nō potest. c. cū inferior, de maior. & obed. Quemadmodū nec potuit lex Romana probare Græcorū abdicationē filiorū per quā filius reddebatur tanquā non filius, l. abdicatio, 6. de Patria potesta. lib. 8. tit. 47. vt nec filium negare permissum, l. nec filium, 9 eod. tit. C. nisi dicamus illā abdicationē, nō quidē ad naturale vinculum dissoluēdū pertinere, sed ad priuationē iuriū quæ debentur filiis, & quæ merito adimantur ingratis & peruicacibus, vt & quib. ex causis erat permissa inter viuos & abdicatio apud Græcos filiorū: hodie sit inter iura Romana permissa morientib. exhæredatio, Dion. Halicar. in 2. Plato, 11. de legib. Plin. lib. 7. c. 45. & Iustæ exhæredandi liberos causæ, 14 ponūtur in §. causas, vt cum de appel. cog. in Nouell. plures & propemodum in quibusdā similis illis, quib. fiebat abdicatio, de quib. Lucian. in abdicatu, & Senec. lib. controuer. vt si filius noctu euhnisset, si comessaretur, si lenones pulsasset, si voluntati paternæ repugnasset, quæ tamē morte animaduersa erant ex lege diuina & lapidatione, Deut. cap. 20.

40 In cognatione ciuili seu legali, quę per adoptionē fit, ꝓhibetur quoq; matrimonium inter quasdā personas, quādiu manet adoptio, vt c. vnic. de cogn. legali. l. 4. ti. 12. §. sed si qua per adoptionē, de nup. ap. Iust. in c. ita diligere, c. per adoptionē, 30. q. 3. Eumerātur personæ per adoptionē duci ꝓhibitæ, in l. adoptiuus, in princ. & §. fi. & lege quin etiam, 55. de rito nup.

41 In cognitione spirituali orta ex baptismo, ꝓhibitæ nuptiæ inter baptizatum seu baptizatā & baptizātes, seu anadochos, qui susceperunt vel leuarunt eum eamve de sacris fontibus, & filios eorum, & vxores eorum, inter patrē & matrē baptizati, & leuātes seu patrimos & matrimos, vt vulgus vocat baptizati, vsque à Deo vt prohibitio hæc q cōtrahi matrimonium inter ꝓdictas psonas impedit, cōtractum de facto dissoluat, c. 1. & 3. de cogn. spirit. in 6. c. ita diligere, c. pictalium, 30. q. 3. c. veniens, 6. & c. 5. & 6. de cogn. spirit. lib. 4. tit. 11.

Et filij aut filię ante cōpaternitatē geniti, secundum canones diuersorū locorum vel arcētur vel permittūtur, si per transgressionē cōsuetudinis generetur scandalum, secundum cap. 1. & 3. de cognat. spirit. Si tamen filium

filium suum quis scienter vel ignorãter de sacro fonte susceperit vel baptizauerit. quáuis cum vxore contrahat cõpaternitatem quę cõtrahi matrimoniũ prohibet, tamen hoc contractũ non dirimit, c.2.de cogn. spiritua. in quo emẽdatus est canon, ad limina, 30.q.1.

Compaternitas etiam per catechismũ cõtrahi matrimonium prohibet aliquomodo, at ſi cõtrahatur, nõ dirimit inter catechizatam & catechizantem, c. contracto matrimonio de cognatio. spiritua.c.2.eo.ti.in 6.

42 At per Sacramentum confirmationis, cognatio iisdem modis contrahitur, matrimonia similiter impediens contrahenda, & dirimens post cõtracta, quibus cõtrahitur per Baptismum, c.1.§.fin.de cognatio. spiritua. in 6. voluit autem Tridentinum Concil. sess. 24. de reformatione matrimonij, c.2.tãtum spiritalem cognationem contrahi, & prohibitum matrimonium inter suscipientes & baptizatum, ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum baptizatique patrem & matrem tantum.

43 In causa affinitatis, ꝓhibitio matrimonij in quibusdam personis est q̃ & cõtractum dirimit, Leuitici, c.18.prohibitum reuelare turpitudinem vxoris patris, mariti, matris, sororis matris, patris, nurus filij sui, sororis vxoris, prohibita coniunctio cum affinibus, nuru, priuigna, socru, nouerca, §.affinitatis, §.socrum, de nup. apud Iust. cum aui vxore vel proaui cum nouerca, cum nuru seu filij vxore, nepote, vel nepte, vel pronepote, cum priuigna quæ vxoris meæ filia, cum nepte vel pronepote eius, non cum matre eius quam sponsam habui, quę pro socru est. Paulus in l.adoptiuus, 14.§.nunc videamus, de ritu nuptiarum: item cũ relicta fratris, l.fratris, l.penult.& fi.de incest nup.C.

Ratione affinitatis, hodie ex c.1.non debet, & c.fi.de consang.& affin. prohibentur nuptiæ viro, cum consanguineis vxoris vsque ad quartum gradum & vxori cum consanguineis viri mortui vel relicti vsque ad quartum gradũ etiam inclusiuè, in quinto vero, permittuntur: explicat autem canon. porrò, 3.35.q.quinta ex Gregorio Papa, qui & refertur, 4.Sententiarũ dist.41. cuius verba nõ immutabo, quia ad rẽ explanãdã valdè accõmoda visa sunt, *Porrò*, inquit, *de affinitate quã dicitis parentelã esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorẽ pertinet, manifestissima ratio est: Quia si secundũ diuina sententiã, ego & vxor mea sumus vna caro, profectò mihi, & illi mea suáque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego soror vxoris mea, in vno & primo gradu erimus: filius verò eius, in 2. gradu erit à me: nepos vero tertio, idq; vtrinque in cæteris agendũ est successionib. vxorẽ verò ꝓpinqui mei cuiuscũq; gradus sit, ita me oportet ascẽdere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina ꝓpriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori, de propinquitate viri seu in cũctis cognationis gradib. conuenit obseruari, &c.* Sublata & ita hodie difficultas quæ erat olim de quinto gradu, de qua in c.quia circa.de consangui.& affini. ea de causa & prohibetur in c.nostro iuuenis, ne vnus & idẽ possit duas consobrinas ducere successiuè. Quod & prohibuit Emanuel Comnenus, li.1.iuris oriental. in Nouella sua 5. Quæ olim locum habebant non solum in primo, sed in secundo & tertio genere affinitatis, cano. de propinquis, c.porrò, 35.q.3.hodie tantum in primo, c.non debet, de consangui.& affinit. fuit & antiquitus dubitatum magis occasione, 2.& 3. generis affinitatis, si mulier copula nuptiali extraneo viro cõiuncta cognationi eius pertineat. si eo defuncto cognatio maneret, vel si sub altero viro cognationis vocabula dissoluatur, vel si subsceptę soboles ex aliis viris possũt legitimè ad prioris viri cognationis trãsire copulã, & respõsum fuerat in canon. fraternitatis, 35.qu.10.morte viri affinitatem vxoris cum consanguineis eius viri nõ finiri, etiam si ea cum alio cõiungatur: verũtamen sobolẽ susceptã ex secundo viro, nõ posse iũgi cõsanguineis prioris mariti: quia, inquit, iam mater eum priore viro facta est vna caro cum illo, & proinde filius etiã ex alio marito p eã editus, ex carne eius prioris mariti videtur retinere, vt nõ affini, sed cõsanguineus cognatis prioris mariti dicatur: ideò nõ posse cõiungi cũ illis vsque ad quartã generationẽ, quod firmarunt Innoc. Papa, Higinus Papa, & synodus quędã Romana, in can.2.3.4.& fina. eadẽ, 35.q.10. Hoc tamen quod de prole suscepta ex secũdo marito dictũ est nõ posset copulari cum consanguineis prioris mariti, correctum est in concilio generali, c. non debet de consanguini.& affinit. ꝓpter periculũ animarũ. Cæterũ quãquã inter virũ & cõsanguineos vxoris nõ possit successiuè cõtrahi matrimonium nisi in quinto gradu, nec inter vxorẽ & cõsanguineos viri vsque ad eundẽ gradũ ꝓpter affinitatẽ: tamẽ nihil prohibet inter cõsanguineos vxoris & consanguineos viri, cõtrahi validè matrimoniũ, nisi aliud impediat: quia isti inter se nulla affinitate sibi iunguntur, sic pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cũ duob. cognatis: auunculus & nepos, cum duab. sororib. se cõiungere possunt matrimonio, q expressè decisum in c. q super his, 5. de consang.& affin. mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio marito, §.mariti, de nuptiis, apud Inst. l.generali mãdato, 34.§.inter priuignos, de ritu nup. ff. l. Titia, quæ ex alio, de verb. obl. in quibus tamen diuersum paulo est ius Pontificium Græcorum, quod prohibet ne duo fratres duas consobrinas accipiant ea constitut. Sisinij Patriarchæ Constãtinop.& alterius Patriarchæ Nicolai, in li.2 iuris orientalis, dicunt & Græci, cũ pater in vxorem aliquã accipit, quia efficiatur cum ea vna caro, non posse sine reatu filiũ eius filiam vxoris accipere, vt refert Luithpr. lib.4.de reb. per Europam gestis, c.6. Quod & seruare Muscouitas seu Ruthenos, scribit Sigism Liber Baro, in commentariis de reb. Muscouiticis: ius autem nostrũ Pontificium aliud habet, vt dixi.

44 Sed hæc de iure communi obtinent: Sunt autem quædã exceptiones, quib. aliquãdo etiam in quinto gradu, & vltra inhibetur matrimonium, & contractum dissoluitur: aliquando & intra quintum permittitur, velut primũ, si consuetudo in aliquo sit obseruata, ne etiam coniungi possint in quinto vel sexto, cuius transgressio habet scandalum, c.quod dilectio, de consang.& aff.

45 Secondò per dispensationem fieri potest, vt etiam intra quintum gradum permittatur matrimonium & in gradib. prohibitis, d.c.quod dilectio, & c.quia circa, de consang.& affin. dispensatio autem fit tantum à summo Pont. Glos. ad d.c.quod dilectio, ad verbum, *indulgentia* & ad d.c.quia circa, ad verba, *à sede apostolica*: Quia quatuor gradus prohibitionis diffiniti sunt in Concilio generali Lateranensi, sub Innocent. III. c.59. in d.c. non debet, de consang.& affin. Episcopi autem alij quã sum. Pontifex non possunt dispensare de his quę Concilij generalis sunt & iuris positiui, vt notat glos. ad c.cum dilectus, 35. ad verba in ætate, de electio. Summus Pontifex habet potestatem dispensandi supra Concilia quæ Romanæ Ecclesiæ legem non præscripserunt: eùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ authoritatem & facta sunt, & robur acceperint, & in eorum statutis patenter Romani Pontificis excipiatur authoritas, vt eisdem verbis Paschalis scribit Panormitano Episcopo, in c. significasti, 4. de electio. facit tota, 18. dist. c. dudum c. peregrinę 3.q 6. Supra ius positiuum dispensat summus Pontifex, c. proposuit, de concessio. præbend. & eius est interpretari, cuius & condere, l.1.fi.C. de legib. Commissus vniuersus grex Christianorum pascendus & regendus pro cuiusque exigentia & necessitate, diuo Petro, & eius successorib. D. Ioann. c. fin. & d.c. significasti. D. Matthæi, c. 16. *Tu es Petrus*, &c. ipse verò exemplo Samaritani. Luc. c.10. quem in itinere inuenit à latronib. vulneratum, vlceribus plenum, eumque vino & oleo adhibito medicatus est, & miscet cum res exigit seueritatem & lenitatẽ, vt

neq; nimia asperitate vulnera recrudescant subditorū, aut nimia benignitate soluatur disciplina, c. disciplina, 45. dist. dispēsationes verò nonnūquā cogunt Pōtifices transilire iuris regulas, vt maius aliquid lucri faciāt, sicut qui tempestate maris iactantur, naui periclitante quædam iactant & exonerant, vt cæteras res saluas faciant, sicque & Pontifices, ita quædam dispiciunt vt præcipuum saluum faciant, can. dispensationes, 1. q. 7. & necessitas facit dispensationem & temperamentum decretorum Patrum, c. necessaria, ead. 1. q. 7. dispensatio est iuris relaxatio, qua vtendum vel ob vtilitatem, vel ob necessitatem, c. tali, 1. q. 7. c. vt constitueretur, c. considerandum, 59. dist. c. licet, 45. dist.

46 Id autem sum. Pont. tributum, ademit potestatē imperatoribus in matrimonio dispensandi, quam tamen aliquando sibi vsurparunt, vt liquet ex Cassiod. l. 6. Variarū, c. 46. & l. qui in prouincia, §. fi. de rit. nup. ff.

Quia cognitio de matrimonij validitate est spiritalis, in Cle. dispendiosa, & iudicijs, & ita fori est Ecclesiastici, nō secularis, causa matrimonij, c. lator, 11. c. causā quę. Qui filij sint legitimi, c. tuam, de ordine cognat. Si tamē agatur de bonis temporalib. & de cōfiscatione bonorū propter cōiunctionē illicitā, factā in gradib. prohibitis, habenda esset etiā dispensatio à principe, imò & pro pœna quam quis incurrit ita in gradu prohibito cōtrahendo, tāquam incestuosos, in l. fi. de ritu nup. ff. l. si quis incesti. 6. iuncta auth. incestas de incestis nup. C. & Nou. 12. c. 1. l. imperialis, 23. §. sed si talis iōcta auth. quod eis permitteretur, de nup. C. & Nou. 51. ita enim dispensat sum. Pont. in spiritualib. vt non prohibeat potestatem principis in temporalib. c. per venerabilē, q filij sūt legitimi, maximè quādo dispensatio sūmi Pont. sequitur iā cōtractū illicitè matrimonium & ius qsitū esset principi. Si tamē alius sit mōs regionū, seruandus erit circa hāc dispensationē principis.

47 Solent aūt impetrari in gradib. phibitis ex causa dispēsatione à sum. Pont. vel ante cōtractum matrimonium, vt pmittatur ex causis explanatis sum. Pont. vt in c. quod dilectio, de consang. & affini. vel post cōtractum matrimonium, idq; impunè quando qui cōtraxerunt matrimonium ignorarūt se esse proximos, & bona fide in facie Ecclesię solēnitatib. seruatis, cōtraxerunt, & ita coniuncti per aliquot annos pmāserunt, c. de gradib. 35. q. 8. l. qui officij, §. 1. de rit. nup. aliter aūt, si clā & sine solemnitatib. cōiungerentur: nam præsumeretur scētia & dolus, & pœna nō euitaretur, c. cum inhibitio, de clandestina desponsatio. nā & dissoluendum esset matrimonium, cum authoritate tamē Ecclesię, pbato impedimēto proximitatis, c. quędam, cum 2. seq. 32. q. 7. cum simil. ibi nota. Et si scientes cōiuges se esse in gradu prohibito se cōiunxerint, nihilominus sine dispēsatione, vel clam vel palam, nihil interest, puniēdi esset tanquam incestuosæ, adhibita distinctione graduum, in quib. se cōiunxerint: nam in quibusdam mors est & vltimum supplicium p pœna: in alijs quibusdam, nō ita grauis pœna, vt liquet ex c. 20. Leuit. c. consanguineorum, 4. sub 35. q. 7. c. fi. 3. q. 8. c. vnico, 3. qu. 7. l. fi. de rit. nup. l. 2. l. qui contra, l. si quis, de incest. nup. C. §. si aduersus, de nup. apud Iusti. incestus cōsanguineorum est commixtio, c. lex illa, §. cum ergo, 36. q. 1. grauius adulterio incestus, 32. q. 7. c. adulterij. Et si adultero mortis pœna imposita ex lege Iulia, de adulterijs, incestæ nullæ nuptiæ, non dos, amittuntur dato eo nomine, & fisco vindicatur, nisi errore acerri mo & nō affectato cōiunctio fiat, neq; parcitur ætatis lubrico, l. qui contra, l. si quis de incest. nup. §. si aduersus, eo. ti. apud Iust. filij nati ex ea cōiunctione illegitimi, nō idonei ad successionē parentū, c. vnico, 35. q. 7. q si quis spe dispēsationis obtinēdę, antè se cōiūxerint in gradu vetito multò magis indignus erit dispensatione, & absolutione: queadmodū qui sub spe immunitatis Ecclesiæ, in Ecclesia delinquūt, c. fi. de immunit. Ecclesię, & frustra legis auxiliū implorat, qui contra legē cōmittit, c. quia frustra. de vsur. c. in audientia, de sententia excōmunicationis, l. auxilium, in fine, de minori, lex aūt phibet ne sub spe veniæ peccare liceat, c. illud, de clerico excōmun. quando quis, de cōsecr. dist. 4. nec etiam summus Pontifex in his, vel rarò dispensare solet, aut non debet, ne facilitas veniæ, incentiuum tribuat delinquendi, c. est iniusta, 23. q. 4. c. vt clericorum, de vita & honesta. clericorum.

48 Sustinentur autem, vel dispensationem accipere dicuntur matrimonia ex iustis causis, quæ mouere possunt summ. Pont. vt pro fauore fidei matrimonia ante Baptismum facta, post Baptismum retinentur, c. gaudemus de diuor. c. de infidelibus, de consangui. & affinit. Sic recenter Anglis ad fidem conuersis, Gregorius primus, ex dispensatione promisit, vt possent in quarto gradu cōiungi: ne gens à bono quod cœperat, metuendo ad asperiora, discederet, &c. ca. quædam lex terrena, 35. q. 2.

Dehinc & causa iusta dispēsandi visa est, quando inter ignorātes cōsanguinitatis impedimentum in facie Ecclesiæ cōtracto matrimonio, diu remansaerunt vna, nec facilè abire ab inuicem possunt, sine graui scandalo, susceptā prole. c. de gradib. 35. qu. 8. c. quia circa, de cōsang. & affinit. l. qui in prouincia, §. fi. de rit. nup. dispensatioque in hoc casu facit, vt retineri possit matrimonium ignoranter, & bona fide contractum, quod sine illa nihilominus, ab Ecclesia probato impedimento, quamuis sine pœna esset dissoluendum, c. fi. 35. q. 8. c. multarum relatione, 35. q. 7. c. 1. 2. 31. q. 2.

Tertiò aliquando pro bono pacis fit dispēsatio hęc, vt familiæ quæ intestinis sæpe contentionibus agitātur, ob bona vel alias causas, matrimonio cōtracto tranquillentur, vt in c. accessit, de dispensa. impub. Gl. ad c. de his. ad *verba prima*, 35. q. 8. Sicut & pro bono pacis sustinetur matrimonio inter minores, c. vbi non est cōsēsus, de despōs. impub. facit, c. hoc quippe, 3. q. 6.

Oportebit autem has causas ex quib. sum. Pont. dispēsare potest, vel velit, expresās in impetratione veras esse: alioquin, qui rescriptum impetrauerit ex falsa causa, nō erit tutus quoad Deū, sine homines in iudicio contentioso, c. quia circa, de consang. & affinit. & ibi omnes ita explicant, reiecta Glo. contraria ibi posita, quia omnia rescripta censentur concessa sub ea clausula expressa vel tacita, si preces veritate nitantur, c. super literis, & c. 2. de rescr. cum similibus.

Quartò necessitas dispēsationem matrimonij suasit aliquando inter propinquos etiam in gradibus, nunc cessante necessitate, prohibitis, sicuti inter fratres & sorores, quo tempore Adam solus cum filijs & filiab. fuit, ad necessariam propagationem generis humani, sicut & filiæ Loth, hanc causam quærendę posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, Gen. 19. & c. 3. dixerit Sarra, in fine, 32. q. 4.

49 Disputant autem interpretes, in quoto gradu sum. Pont. dispensare possit. Sunt enim qui dicant, non posse sum. Pont. dispensare in gradibus prohibitis in lege diuina, Leuitici, c. 18. & extra illos qui ab Ecclesia desciuerunt, dicunt, nos non egere dispēsatione, quorum sententia deceptus fuit Henricus 8. Rex Angliæ, qui quidem postquam Arthurus frater eius decessisset sine liberis, relicta Catherina vxore, eam duxit in matrimonium cuius dispensatione summi Pont. vt aiunt Iustoriæ & Bellamera, cons. 28. Paris de Puteo, cons. 58. 4. volum. repudiauit autem postea persuasus, quòd sum. Pont. non potuisset dispensare contra legem diuinam, quæ id prohibet, Leuitic. c. 14. vers. 16. *& vxorem fratris tui nullus accipias, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis.* In illo etiam capite aliæ personæ cōiungi prohibentur, & statuitur, non esse reuelandam sequētū personarū turpitudinē, patris, matris, vxoris patris, sororis vterinę, vel consanguineę, filię filij, neptis ex filia

ex filia sororis patris, sororis matris, patrui vel vxoris, eius nurus vxoris fratris, filiæ vxoris, & sororis vxoris.

Alij dixerunt nõn omnia præcepta quę habētur de gradib.in Leuitico, esse necessaria Christiano, nec ea illum omnia obligare nempe non obligate, quatenus sunt Leuitica, propriè, id est quatenus sunt positiua & iudicialia, sed quatenus sunt naturalia, & hinc sequitur quia nõ sunt omnia naturalia, esse dispēsabilia aliqua, vnde in Cōcilio Trid.sess.24.c.3.de sacramēto matrimonij, sic statutū. *Si quis dixerit eos tātum cõsanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur impedire posse matrimoniū contrahendū, & dirimere contra ctū, nec posse Ecclesia in nõnullis dispensare, aut cõstituere vt plures impediant, anathema sit.* Explicātur & naturalia & diuina pcepta, phibitiua, vt dicantur vel dispensabilia, vel non, tripliciter: nā quędā naturalia phibitiua de re mala, quæ sępet & apud oēs & omni tēpore est mala, nec pōt per mutationes circūstantiarū esse bona, vt odisseDeū, mœchari, & de his prohibitiones sunt omnino indispēsabiles, vt per illas contratium fieri licitè permittatur: id .n. fieri nõ potest quāuis cōtra illas commissū, gratia seu dispensatione, vel remissione abolen possit, sed aliud est petmittere agere, aliud cōmissū punire, vel remittere, Secundò sunt quædā præcepta prohibitoria, de re mala faciēdā quę est semper & apud omnes mala, excepta causa necessitatis extremæ & inenitabilis propemodū: vt prohibitio nõ eripiendi rē Domino: nā si quis in necessitate fami: constitutus surripuerit, non furtum dicitur, nec peccatum, sed desinit esse alienum, & debet fieri & dici commune, c. si quis, de furt.cum simil.

Tertiò sunt quædam pręcepta prohibitoria, de reb. per se absolutè considetatis malis vbique, atque additis circunstantiis possunt fieri bonæ, & reddi non malæ, vt in pręcepto nõ occides: malū enim & horrēdum occidere, verum si id fiat authoritate publica, & iussu eorum qui potestatem gladij habent, ad tollendos malos & impios, ad exercendam iustitiam, minimè malum, sed bonum, cano. noli, & seq. 23. q. 1. ca. de occidendis, c. miles cum, 4. seq. 23. q. 5.

Primo & secundo modo Leuitica pcepta omnia nõ sunt naturalia matrimoniū prohibētia, sed posset cōcedi esse naturalia tertio modo, vt notāt Bonauētura, Petrus de Palude, Richardus & alij ad distinct. 40. lib. 4. sententiarum. Ideò Ecclesia in aliquib. gradib. illius Leuiticæ prohibitionis potest dispēsare, nõ in omnib. nõ enim omnia ea præcepta æqualiter obligant, nec æquali pœna transgressores puniūt: nā in c. 20. Leuit. qui coiunguntur in primo gradu affinitatis in linea recta, cū vxore patris, seu cō nouerca cū marito materis, morte mori debēt: nō in quibusdā aliis prohibitis cōgressib. dehinc prohibitiones Leuiticę de nō cōtrahēdo matrimonio, nō esse in primo modo iuris naturalis, aut indispensabiles, docetur ex eo quod ante legem scriptam in lege naturæ Sancti viri Patriarchæ se coniunxerunt in gradib. prohibitis in lege scripta propter necessitatem, & quia propagatio seminis erat fidei quoque, in illo propagatio Iacob habuit duas sorores, Leam & Rachelem, Gen. 29. quod prohibetur Leui. 18. Sororib. ideò fratres post Adamum iuncti, quia non erant aliæ mulieres, vel viri, quib. Adæ filij vel filiæ iungerentur: vide, c. recurrat, 2. 5. his ita, 32. q. 4. Petrum Lombardum in 4. sententiarum, dist. 33.

50 Tractatur itaq; in c. P[illegible], 2. & ibi p Gl. ad verbū, *Sororum*, interl descendētes in Leuit. prohibitū matrimoniū in secundo gradu, & ideò nõ dispēsari in collateralib. dispensatū per sum. Pont. in 3. gradu, in c. gaudemus, de diuortiis. Explicat autē ceteras, 14. de restit. spoliatorum, dum dicitur Papam non posse dispēsare in secundo gradu collaterali, id est, inter filios fratrū, q nō pōtita de facili vt in aliis gradibus & nisi ex magna causa, vel non debere posse, tamen gl. quoque in d. c. literas, consentit, & Gl. ad ca. quæritur. 22. ad verb. *sororem*, 22. q. 2. *hic patet*, inquit, *quod non quilibet secundus gradus fuit in lege prohibitus extra de cõuersione infidelium, interrogasti, in parte decisa.* Pan. autem ad c. proposuit de concess. præb. ait vel nūquā dispēsare sum. Pont. in 2. gradu in linea inæquali inter auunculū & neptem, & in linea æquali, cum filiis duorū fratrū, nisi ex magna causa. Martinus V. summ. Pontif. permisit matrimoniū tetineri cum sorore eius quā quis anteà cognouerat per fornicationem, idq. postquā matrimoniū diu durasset, & cum sine scandalo solui non posset, & occulta esset fornicatio præcedens cum sorore ductæ, vt refert Antonius in 3. parte summæ Theolog. tit. 1. c. 11. hodie Synodus Triden. sess. 24 ca 4. de reformatione matrimonij grauissimis de causis adducta, impedimētum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantùm qui in primo & secundo gradu coniunguntur, restringit: in vlterioribus verò gradibus statuit huiusmodi affinitatem, matrimonium postea contractum non dirimere.

51 Remanet autem scrupulus adhuc ex duob. capitib. quæ videntur sibi contrariari in iure diuino, quorū est prēd. c. 18. Leuitici, vbi prohibitio est de nō ducenda vxore fratris, vt & in l. fratris, & l pen. de incest. nup. C. aliud contrarium, c. 25. Deut. v. 5. vbi quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, *Sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui.*

Pro conciliatione quorum, scholastici varia adferunt Theologi: verior tamen mihi sententia videtur, quod in c. 18 Leuitic. non prohibeatur connubium absolutè cū vxore fratris, sed tantum cum vxore viuentis: permitti autem ex dispensatione, & vt conseruaretur nomen fratris mortui, in familia, cum vxore fratris mortui, atque in prohibitione legis Leuit. c. 18. exceptionem contineri in causa necessitatis, mortuo fratre sine liberis, eaq; ratione ad conseruationem familiarum, & vt certa remaneret tribuum distinctio, vt ea ex qua nasci debebat Christus non confunderetur, permissa: imò erat necessitas nubendi proximis de familia, néve ad alienā tribū trāsferentur bona, c. 36. Numerorū. Clem. 5. aliquādo in Cōcilio Viennēsi prohibuit matrimonia cōtrahi inter gradus cōsanguinitatis vel affinitatis cōiunctos, sub pœna excōmunicationis, quā incurrerēt ipso facto sciēter cōtrahentes, donec à tali coniūctione discederēt. Alij deinceps Pōtifices dispēsabāe super scienter contractis, cum ob pudorem fœminarum, tum etiam ne matrimoniū dirimeretur. Clemens deinde 7. statuit scienter contrahentes in gradib. prohibitis matrimonium nullam dispensationem consequi posse, & dirimendum matrimonium eorum qui speciè veniæ peccassent anno 1524. 16. Septembr vt liquet ex eius constitutio, ordine. 7 in Bullario collecto per Cherubinum à Nurcia incip. *quia plerunque*, quā cōfirmauit Paulus. 4. constitutio. 16. incip. ab es, ipsa die in eodem bullario. Nouissime Gregorius, 14. anno incarnationis Dominicæ 1590. Kalendis Martij, constitutione motu proprio edita incipiente, *Sicut antiquus*, statuit omnes & singulas pœnas ac censuras contra incestuosos quomodocumque promulgatas innouando, quod deinceps super primi aut secundi tantùm consanguinitatis seu affinitatis gradum, etiam mixtorum impedimentis cū quibusuis personis, neque in contrahendis vbi carnalis copula cū spe vel sine spe obtinendę dispēsationis, etiā prole suscepta vel diffamatio copulæ intetuenerit, neq; in sic prō tēpore cōtractis, etiā scādalorum vel inimicitiarū, vel alio quouis prætexto, neq; etiam cessantib. circunstantiis supradictis, nisi cū personis & ex causis à Cōcilio Trid. permissis in cōtrahendis matrimoniis huiusmodi vllo modo se dispensare intendere, sed omnes & similes dispensationes exulare, & puniendos vltra qui ausi fuerint eas insuper petere,

52 Sed progrediamur ad impedimentũ publicæ honestatis, de quo tractatur maximè in hoc c. iuuenis. Iidẽ gradus qui in affinitate cõtracta ex matrimonio, impediebant cõtrahere matrimoniũ cũ cõsanguineis vxoris vel mariti mortuo coniuge, impediunt hoc iure in spõsæ & sponsi consanguineis: non quidẽ ratione affinitatis, sed ratione iustitiæ publicæ honestatis. In nostro c. & seq. & c. sponsam, vsq; ad 4. gradum idipsũ in c. si quis desponsauerit, c. si quis vxorẽ, 27. q. 2. c. duo pueri, de desponsatio. imp. c. fraternitati, de eo qui cognouit consanguineã vxoris suæ. Declarat c. iuuenis singulariter ex traductione minoris etiam septennio traductæ in domum viri, oriri publicæ honestatis iustitiã, quamuis alioqui cũ minore septẽni puella non cõtrahantur spõsalia nec oriatur publicæ honestatis iustitia. Et hæc erit prima declaratio quæ pẽdet ex traductione. Diximus & faciliùs prohibitionẽ matrimonij inter viri & vxoris affines eiusdẽ esse efficaciæ inter consanguineos spõsi & spõsæ, propter publicã honestatem, sic sponsa mortua, sponsus non potest sororem eius vxorem ducere, c. 4. hoc tit. neque consobrinam sponsæ capitul. nostro iuuenis, vt contra, mortuo sponso vel solutis sponsalib. sponsa relicta nõ potest quemquam de cognatione sponsi accipere, c. sponsam hoc titul.

Intelligenda autem hæc sunt in sponsalib. puris, vel purè contractis ex quib. oritur tantũ publicæ honestatis iustitia, non ex conditionalib. c. vnico, de sponsa. in 6. Quia conditionalia sunt tantũ in spe obligationis. §. pro puris, quod accidere potest primum si copula carnalis post conditiones appositas sequuta sit, vt c. de illis de conditio. apposit. Secundò si conditiones tales turpes appositæ sponsalibus sint, quibus resolutis remaneant sponsalia veluti pura, vt c. 1. de conditio. apposi. Tertiò si conditiones expressè alioquin insint sponsalib. nam conditiones quæ insunt ex natura negotij, non faciunt negotium conditionale, l. quæ extrinsecus, 64. de verb. oblig. ff. vt ego te accipiam in vxorem, si Deus voluerit, & si Ecclesia placuerit.

Exigimus secundò vt sponsalia inducant publicam honestatem prohibentẽ matrimonia eum consanguineis sponsorum, vt sint certa: idest, cũ certis personis contracta, d. c. vnico, de sponsalib. in 6. Nã ex incertis non nascitur: vt si quis ita dicat, *promitto quod filia tua dabo maritum primum vel secundum futurum meum*, c. ex literis, in 3. sic incip. hoc tit. vel si quis tribus sororib. dicat, *promitto, quod vnam ex vobis ducam vxorem* Tertiò exigitur pro publica hac honestatis iustitia, vt spõsalia contracta sint ex voluntate seu ex cõsensu spõsorũ: nihil autem interest, si postea dissoluantur ex aliqua causa, aut si nulla declarentur: si quidem ex illo solo consensu, quamquã perperam adhibito, nascitur publicæ honestatis iustitia, non autem si ratione defectus cõsensus sponsalia nulla dicantur, secundũ, c. vni. de sponsal. in 6. c. dilectus, hoc tit. c. accessit, c. literas, de desponsa. impub. Quartò videtur, & oriri ex sponsalib. nullis alioquin ex defectu consensus honestatis publicæ iustitia, si matrimonium fuerit contractũ de facto cũ minore, cũ qua dubiũ est, an commixtio potuarit tentari vel fieri, in nostro c. iuueni. Tractat autem Pan. ad c. sponsam, infra, hanc prohibitionem publicæ honestatis durare vsque ad quartum gradũ.

Notandum porrò quòd ait Io. And. ad c. non debet, de consan. & affinita. In Cõcilio Lugdun. per Gregoriũ, 10. habito, fuisse tractatum de impedimento hoc abrogando iustitiæ publicæ honestatis, quibusdã cẽsentib. omnino tollendum, quibusdã minimè, sed dispẽsandi potestatẽ dandã Epis. Aliis autem visum est fuisse hoc impedimentum tollerandum in sponsa primi & secundi gradus, in aliis tollendum, & secundum vltimam sententiam per eos qui concilio præerãt deliberatum fuisse constitutionẽ edendam, verũ nõ fuisse latam, per eam autẽ fuisset emendatus, c. si quis, 24. & seq. si quis desponsauerit, 29. q. 2. vbi prohibitũ est, aut fratri, aut alicui de consanguinitate mortui sponsori relictam eius sponsam ducere, vt & in c. sponsam, hoc tit. Cæterum sequutum est Concilium Trid. quo publicæ honestatis iustitia, & eius impedimentum in nõ subsistentibus sponsalib. & in gradu tertio & sequentib. cõsanguinitatis emendatum est cuius verba in 24. sessio. c. 3. de reformatione matrimonij. *Iustitiæ, inquit, publicæ honestatis impedimentũ, vbi spõsalia quacũq; ratione valida nõ fuerint, Sancta Synodus prorsus tollit: vbi autẽ valida fuerint, primũ nõ excedat: quoniam in vlterioribus gradib. iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari*, ut emendatur c. vni. de sponsa. in 6. Item, c. 3. 4. 8. illius tituli quod pertinet ad gradus.

53 Ex quo concilio, videretur prima fronte decisio, c. iuuenis antiquata, cũ nullæ nuptiæ & spõsalia censeantur propter defectũ ætatis, & ideò nulla videatur publicæ honestatis iustitia in aliquo graduũ, veruntamen cõtrariũ verius esse censeo, ob rationes quæ decisionẽ eius sustinẽt: prior, quia honestum non est, nec morib. probatũ, vt consobrinã eius quam pro vxore habuit accipiat: neque omne quod licet honestum est, l. non omne de reg. iur. & coniunctionib. maximè matrimonialib. non quod licet tantum, sed etiam quod honestum sit inspici debet, l. semper de ritu nup. ff. l. semper, de reg. iur. ff. vnum quippe ex præceptis fundamentalibus iuris vtriusque est, honestè viuere, l. 1. §. huius studij, versiculo, iuris præcepta de iust. & iur.

54 Secunda ratio: quia sponsalia videntur habuisse consensum vtriusq; ex q; persona minoris proximæ septennio, vt enim malitia supplet pubertatẽ, c. de illis, de desponsatiu. impub. sic & potest suppleri infantiæ ætatem, vt præsumatur hîc ea adfuisse, & ideò ex eo cõsensu contrahitur publicæ honestatis iustitia. Et quamuis potuerit esse omnino non nubilis vel apta matrimonio, potuit, quãuis properã tamẽ, tẽtare eã cognoscere, & extraordinaria libidine affectũq; maritali polluere. Ideò in dubiis quod tutius est sequẽdũ: hic arbitratur textus, vt potius prohibeatur matrimoniũ cũ consanguinea puellæ, quàm cũ periculo animæ & scandalo permittatur. Sicq; iura in dubiis alius quod tutius est, potius sequũtur, vt in c. illud Dominus, de clerico excõmunic. vel deposito. ministrãte, lib. 5. tit. 27. c. si quis positus in vltima necessitate, de pœnit. dist. c. 7. ad audientiã, de homi. c. sicut & ibi Glo. 14. dist. id est, ex duob. cũ vnũ habet periculũ animæ, aliud non habet, sequendum est quod non habet, vel minus habet Gl. fi. in c. 1. de scrutinio in ordin. efacien.

55 Tertia ex eo quod iam vulgò persuasum erat hãc esse vxorẽ, etsi puellã, vt quia traducta erat in domũ mariti cõmunis error facit ius, l. 1. C. de testam. l. Barbarius, de offi. Prætor. ff. & quia traducta putabatur idonea propemodũ viro, dicuntur [illegible] ipsari immature, quáuis viro [illegible] ines, vt in [illegible] stuprũ, de iniuriis. ff. l. si qui [illegible] quid. 3. §. 3. qui nõ dum viripotẽte, de pœn. ff.

56 Aduerte & quartã Io. And. & Pan hic n. 4. quæ pertinet generaliter ad prohibitionẽ omnẽ ducendi consanguineas vxoris sponsæ vel viri & sponsi, rationem ex pace: nam plures, inquit, dissentiones, (quasi ipse dicit brigas) ortæ sunt & possent oriri, si alterius consanguinei sponsam alius possẽt accipere & [illegible] minum est obuiandum, l. in fundo, de rei vendic. ff. nec sinere debet Iudex ad arma eos venire, quo[illegible] test sua iurisdictione compescere, l. æquissimum, de vsufruct. ff.

57 Supersunt tamen quædã rationes, quæ [illegible] pugnare cõcedentib. dissolo [illegible] In pr[illegible] citur à Glo. 1. nostri capituli. 3. per quã v de [illegible] in hypothesi nostri c. nullum esse d[illegible]b[illegible]um, [illegible] ti partium diuisione. Aut enim, inquit [illegible] sept[illegible]m annum puella non consensit, aut con[illegible] antè nõ cõsensit, sine dubio est nullũ vinculũ aut impedimentum non

tum contraxi ex huiusmodi sponsalibus,in ętate minori septennio.c.literas,c.acc: ssit.de desponsat.impuberum, neque etiam in hac causa prodest traductio ante illam minorem ætatem,vt matrimonium dicatur ideò firmatum:nam repugnat.c.exparte,24.de restitutio.spoliator. l.quæsitum.de sponsalibus.ff.l.4.de ritu nupt.ff. neque sola cognoscendi attentatio,vel copulæ attétatio.quippiam matrimonio nullo addit,c.attestationes,de despõsatio.impuber.c.fi.hoc ti.de despõsali.Aut verò consensit post septennium, & tunc etiam nullum dubium erat quin sponsalia inducerent publicam honestatem.c.spõsã.hoc ti.e.cõtinebatur,§.si verò,de desponsatio impub.

Solutio: dubium quod mouet summus Pontifex,non cõsistere in eo,nam puella minor esset septem annorũ an maior.Sed ex eo,quod coniugis nomine,cum iuuene habitauit & dicebatur vxor eius, & forsan ideò illã cognoscere,nec tam habetur hic ratio puellæ quàm iuuenis qui eam maritali affectu cognoscere voluit, vt in c: extraordinaria,35.q.3.

58 Secũdò aduersatur,quòd si dubium videbatur propositum factum summo Pontifici,de illa puella minore septenni & iuuene non debuerit,vel potuerit determinari ab eo certa sententia & constitutione:super dubio enim incerta dubiàque sententia erit,ideò & nulla.§.cu rare,de act.§.illud quæsitum, de rerum diuisio.c.graue. 11 qu.3.c.habuisset 23.distinctio.c.fin. 30. qu 5. lex debet esse certa,nec obscura,c.abbate,25.§. si verò,de verbor. signifi.c.erit autem lex.4.d.hic antè dubium fuisse questionem docet textus,ibi,*forsitan tentauit*,&c Meliúsq. respondisset eũ c.sicut ex literis,in fine.22.hoc ti. *Quòd si de his non constat ad plenũ,tamdiu cognoscas, de causa,donec de his ad plenum sufficienter instruaris.* Sicut & in dubiis suspenditur iudicium matrimonij & adhibẽtur aliæ probationes.c.causam matrimonij, de probat: c.ex literis,de consangui.& affinita.

Solutio:factum quidem propositum esse incertum,de coniunctione:verùm de facto dubio certum potest fieri iudicium,vbi pro aliqua parte iudicandum est,& pro eo quod verisimilius & tutius est,sicque & ex præsumptione violenta seu concludente quodammodo,dum de cõtrario non liquet,fit iudicium,vt in c.adferte mihi gladium,de præsumpt.l.cum de indebito,de probatio.

59 Tertiò pugnat, lex diuina præferri debet legibus humanis,vt superior, vt doceuimus ex c.1.istius ti.c.non licet Imperatori,10.dist.c.cum inferior,de maiorita, & obed.nec etiã summus Pontifex vt inferior aduersus legem diuinam quippiam potest statuere, c.sunt quidam dicentes 6.25.q.1.At lege diuina Deuter.c.25.statutũ est, vt frater,accipiat vxorem relictam fratris sui,quæ est in primo gradu affinitatis,ergo multò magis in 2.3.4.permitti debet, nec potest à canonibus prohiberi:iuuat c. 25.Deut.etiam c.iussiua est 8 q.1.c.fi.de diuor.

Solutionem iam superioribus explicauimus in conciliatione,c.18.Leuit.& d.c.25. Deut.dehinc & antiquata lex Mosayca in præceptis quibusdam legalibus:& trãslato sacerdotio,translata est lex.c.translato.3. de constitutio.Cessatque ratio illius legis,ne commiscerẽtur tribus,ad certitudinem tribus ex qua nasciturus erat Messiah,qui natus nũc est.Quod autem fuit permissum Lenonensibus in d.a.fin.de diuor. illud dispẽsationis causa factum,tanquam nuper ad fidem conuersis,ad euitandũ maius malum,ne si compulsi fuissent relinquere vxores acceptas relictas à fratribus,potiùs carnali desiderio sequerentur vxores,quàm ad fidem conuerterentur, sic & Anglis aliquando ad fidem de nouo conuersis permissum,retinere vxores in gradibus vetitis ductas, in c. quędam lex.35.q.3 vt in c.gaudemus,c.quanto,de diuor, c.fi.Qui filij sint legitimi.c.de infidelibus,de consangui. & affin.

60 Quartò si obiiciatur:leges,quæ permittunt coniũctionem duorum fratrum filiis,§.duorum fratrum, de sup.l.celebrandia.C.10.l.3.de ritu nup.Responsum iam est,illa iura & simillã,correcta fuisse iure Pontificio,per c.cum debet de consanguinita.& affinita. quod præualet,præponiturque in causa matrimoniali ciuili,c.pen.& fin.de secun.nup. Ordinauit & Iustinia. Nouella 137.sequendam ius canonicum.

61 Quintò potest obiici contra verba textus,ibi,*forsitã tentauit*,glo.ad c.extraordinaria,35.q 3.quæ ait,non cõtrahi impedimentum consanguinitatis ex attentatione facta si membrum virile palpitauerit circa ianuam naturalium mulieris,& extra se polluerit:atq.vltra,in glo. finali,si quis reserauerit claustra mulieris, & tamen nõ processerit ad consummationem operis,quod non ideò nascatur consanguinitas , quia non est sanguinis commixtio,nec carnis vnio:ideò cum cõsanguinea eius non prohibetur matrimonium.

Solutio: solam attentationem non impedire quidem matrimonium cum consanguinea,sed si attentatio fiat affectu maritali,aliud est: & honestas ex illo affectu publicoque illo facto,vt hic, publicæ iustitiæ oritur,vt in e ano.si quis vxorem,27.q.2. sicque & retorqueri potest dictus canon extraordinaria.facit c.1.de sponsali.in sext.

*Ad cap.de illis c.5.*

Iungitur simul c. sicut ex literis 22.& c.in præsentia,19.& e.penul.infrà eod.tit.

1 *De Panarma ciuitate & Archiepiscopatu eius.*
2 *Regula & collecta ex dictis cc.*
3.4 *Sponsa an & quanto tempore teneatur expectare absentem maritum.*
5 *De matrimonio etiam post sponsalia prima iurata contracta,valido,& de prima ratione.*
6 *De secunda ratione.* 7 *De tertia ratione.*
8 *De solutione primi argumenti de sponsalibus secũdis.*
9 *De solutione 2.* 10 *De solutione tertij.*
11 *De solutione quartæ.* 12 *De quinti.*
13 *Sponsalia de præsenti vel de futura post copulam non soluuntur per absentiam alterutrius, vel per aliud matrimonium.*
14 *Ratio prima quia habeantur pro matrimonio.*
15 *Ratio secunda quia res non est integra.*
16 *Ratio tertia,quia absentia non soluitur matrimoniũ, & ibi quandiu quis expectare teneatur absentem.*
17 *Cur vxor teneatur sequi virum,&* 9.*Distinguitur.*
18 *De vxoribus quæ viros peregrinantes secuta sunt.*
19 *Quibus casibus non teneatur,si nolit vxor sequi virum.*
20 *Quandiu vxor absentem maritum tenetur expectare ante quam alteri nubat.*
21 *De pœna peccantis & non implentis matrimonium per sponsalia promissum.*

## CAP. V.

*Idem Panarmitano Archiepiscopo.*

De illis autem qui præstito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos,& postea eis dimittunt terram,se ad partes alias trãsferentes: Hoc tibi volumus innotescere,quod liberum erit mulieribus ipsis si non ampliùs in facto est processum,ad alia se vota transferre,recepta de periurio pœnitentia , si per eas steti quominùs fuerit matrimoniũ consummatum.

## CAP. XIX.

*Clemens III.Cæsaraugustensi Episcopo.*

In præsẽtia nostra quæsiuisti,quid agendũ sit de mulieribus,quæ viros suos causa captiui-

tas, vel peregrinat. absentes, vltra septenniũ prę-stolatæ fuerint: nec certificari possũt de vita vel de morte ipsorũ, licet super hoc sollicitudinẽ adhibuerint diligẽtẽ: Et pro iuuenili ætate, seu fragilitate carnis nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari. Consul. ergo t. r. respon. quod quantocũq. annorum numero ita remaneãt, viuentib. viris suis, non possunt ad aliorũ consortium canonicè conuolare, nec auctoritate Ecclesiæ permittas cõtrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.

## Capvt XXII.

*Innocentius III. Fernatum Episcopo.*

Sicut ex literis tuæ frater accepimus, cùm lau. paræcianus tuus, P. mulierẽ se ducturum in coniugem in manus patris eiusdem P. iurantis quod eam sibi traderet in vxorẽ, proprio firmauerit iuramẽto, nec per virum steterit, sed per mulierem potiùs quominus inter eos matrimonialis solemnitas sit secuta: quatuor postmodum vel quinque annis elapsis idem L. E. mulierẽ per verba de pręsenti (vt eius consanguinei asserũt) desponsauit. [* & infrà] postulationi tuæ taliter respõdemus quod si tibi constiterit, quod idem L. P per verba de futuro E. verò desponsauerit per verba de præsenti: imposita ei pœnitentia cõpetenti, quia primam fidem irritam fecit (nisi forsan in iuramẽto suo certum terminum intra quem dictam P. duceret in vxorem præfixit, nec per eũ stetit, quin ad statutũ terminũ matrimoniũ consũmauerit) matrimonium secundo loco contractũ legitimũ iudices, & ad illud seruãdum cõpellas eundẽ. Quòd si fortè per verba de futuro sponsalia cũ vtroq. contraxit iuramentum primum, sicut licitè factũ est, ipsum seruare cõpellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quòd si de his non constat ad plenum, tamdiu adhuc cognoscas de causa, donec super his sufficienter instruaris.

## Capvt XXXI.

*Gregorius IX. Cenomanen. Episcopo.*

Si inter virũ & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti: ita quod vnus alterũ mutuo consensu verbis consuetis expresso recipiat, vtroq. dicente: Ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum, vel alia verba cõsensum exprimentia de præsenti, siue sit iuramentũ interpositum, siue non, non liceat alteri ad alia vota transire: quod si fecerit, secundum matrimoniũ de facto contractũ (etiã si sit carnalis copula subsecuta) separari debet: & primùm in sua firmitate manere. Verùm si inter ipsos accessit tantummodò promissio de futuro, vtroque dicente alteri: Ego te recipiam in meã, & ego te in meũ, siue verba similia: si alius mulierem illã, per verba de præsenti desponsauerit, etiamsi inter ipsam & primũ iuramentũ interuenerit (sicut diximus) de futuro huiusmodi desponsationis intuitu, secundũ matrimonium non poterit separari: sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

*Idem Alexander 3. Panormitana Archiepiscopo.*

1 Panormus ciuitas in Sicilia, quæ hodiè dicitur *Palerma* vulgò, Græcis πάνορμος. Ptolom. à portu seu statione, quæ ibi est nau ñ, ἀπὸ τ πάντο ναὶ ὅρμα, ibi Archiepiscopalis sedes, sub qua tres suffraganei in libro prouinciali Ecclesiarum ponũtur, Agrigentinensis, Mazariensis, Miletanus seu Maltensis. Hanc ciuitatem Siciliæ Polibius in 1. in duas partes distinguit, in veterem & nouam: illam vocat Palæopolim, hanc Neapolim. Sunt aliæ ciuitates huius nominis, vt portus in Achaia apud Ptolomeum. alius in Samia qui hodie Macri apud Liuium. 37. Alia eius nominis in Cretæ insula quam nominat Ni. et Mirabilo. Alia Thraciæ Chersonesi vrbs. Aliæ alibi de quibus Abraham Ortelius in thesauro Geographico.

2 Cardo controuersiæ est, an migrante sponso de futuro liceat sponsæ alteri impunè nubere, quod & proponitur in c. sicut ex literis. 22 infra hoc ti. ex quo hypothesis colligenda ex licatur, & vnà c. in præsentia 19. itẽ in 3 conclusione, vt & c. pen. eod. Sempronius & Bertha, contraxerunt sponsalia: & iurauerunt mutuò se in coniuges sumpturos: sponsus dehinc peregrè profectus est in exteram regionem sponsa interim alteri nupsit: redit postea sponsus, contendit interdicto contra secundũ maritum pro restitutione sponsæ, causa agitata coram Panormitano Archiepiscopo, consultus est summus Pontifex qui cum distinctione respondit, licuisse sponsę de futuro alteri se coniungere, si ad alia non fuisset cum ea processum.

Resoluitur itaque primum quod sponsa etiam iurata potest alteri nubere sponso se transferente in alienam prouinciam.

Secundò colligitur ex verbis, *eis incognitus & si nec amplius in facto sit processum.*

Si sponsalia sint de præsenti vel matrimonium perfectum: et absentiam mariti no licet ad alterius thorum peruenire.

Tertiò collige, quod pœnitentia de periurio est ei agenda, qui contra iuramentum cum alio contraxit, de singulis seorsum dicamus.

3 Quod pertinet ad primum notabile, per se videtur satis apertum, sponsam posse absente sponso alteri nubere: verum implexa est resolutio. num aliquo tempore teneantur expectare sponsum, & quarto vt impunè nubere possit. adferri enim possunt iuxta glossam, ad verba, *liberum erit*, variæ coniecturæ Summi Pontificis: ego autem sic distinguendũ puto: an agatur de punienda sponsa, quæ absente sponso de futuro non obstante iuramẽto secundo nupsit: an controuersia sit de ipso matrimonio contracto ab sponsa absente sponso. In primo casu rursum distinguendum: num tempus fuerit adiectum sponsalibus certum, pro matrimonio contrahendo, aut non fuit adiectum. Nam si tempus quidem in sponsalibus partis inter contrahendum adiectum est pro matrimonio contrahendo. & post tempus absens sit, vel aliò se sponsus transtulerit, hoc expeditum est videri per illũ stetisse quominùs celebratum nõ fuerit matrimonium, & ita liberum esse ei, per quam non steterit, se cum alio coniũgere impunè, iuxta c. sicut ex literis, 22. hoc ti. dies enim adiecta constituit in mora, l. magnam, de contrah. & commit. super. C. si modo legitimo impedimento nõ prohibeatur implere quæ promisit, nam impedimentũ prohibet ne mora committatur: vbi enim nulla culpa, nulla mora: & pœna est, l. mora, de vsur. aliter contra. c. 2. de constitutio. Si etiam copula sponsę ante tempus præcipitatæ fuerint cũ alio ab ea nuptiæ, obnoxia erit pœnis frangentiũ fidem sponsaliorũ, vel ciui. vt l. mulier, C. de spon-

desponsal. vel canonicis, vt pœnitentiæ, in cap. nonne. 5. c. sicut ex literis, 22. c. penult. hoc tit.

4 At si nullum tempus comprehensum fuerit spōsalibus, de matrimonio contrahendo: maior est controuersia quantum & quale sit illud tempus per quod debeat expectare sponsum absentem antequam alteri impunè possit nubere: alij enim dicunt biennium exigi, ex l. 2. C. de sponsal. alij triennium ex l. 2. C. de repudiis: alij quadriennium ex ea sicut ex literis. 22 hoc tit. dicunt & alij vt Caius. in l. sæpe, de sponsalib. Sæpe iustas & necessarias causas suboriri, ex quib. non solùm per annum, biennium, sed etiam per triennium, quadriennium, & vlteriùs trahuntur sponsalia: veluti ex valetudine sponsi spōsæve, aut morte parentum, aut ex capitalibus inimicitiis, longinquis peregrinationibus quæ ex necessitate fiunt. In legibus autem Langobardorum, lib 2. tit de sponsalib. l. 1. Lex Rotharij regis Langobardorum permittit parentibus spōsæ alij liberè eam coniungere, si post biennium ab sponsalib., monitus sponsus, vt tollat sponsā intra certum tempus, distulerit tollere. Et Octauios Cæsar, teste Dona. lib. 54. cauit ne qua pactio nuptialis rata esset. vb vltra bienniū esset matrimonium differendum. Atq; tēporis culpabilis dilatio videtur per se habere cōtemptū matrimonij, vt lib 2. Odysseæ, scribit Homerus, de Penelope texente & retexente telam: fingit enim Penelopem Vlyssis vxorē procos eam ad nuptiarum electionem vrgentes ita delusisse, vt promitte: et alicui ex illis se nupturā, ea cōditione vbi telā quam in manib. habebat, texere absoluisset, qua accepta, mulier astuta quę interdiu texuisset, nocte retexebat, vnde abiit in prouerbiū, Penelopis telam texere. Ex illo autem contemptu, calumniæ sæpe exitiabiles inter proximos sponsorum oriuntur, vt exemplo docet Aristot. lib. 5. Politic. c. 4.

Nos porrò dicemus, tēpus quod definitum est à diuersis legibus superiùs, relinquendum esse arbitrio iudicis, & inquirendum, num sit aliqua causa ex qua dilationem matrimonij qui differt, excusari possit à mora reprehensibili, vel non. Iuxta dictam l. sæpè, sed hæc pertinent ad pœnam indicandam transgressionis fidei.

5 Cæterùm si agatur de secundo casu, & de matrimonio cum alio aliàve contracto, quàm cum sponsa vel sponso. Istæ omnes interpretationes nō pertinent ad impedimentum matrimonij. Et proinde remanente rato matrimonio, qui quæve transgressis promissionib. sponsaliorum, aliis se iunxerint, pœnis pœnitentiæ & aliis peierantibus vel fidem sponsaliorum frangentibus impositis subiiciuntur. l. mulier, 5. de sponsalib. C. dicimúsque nihil interesse, quod pertinet ad matrimoniū post sponsalia de futuro, quo tempore, an post annum, biennium, triennium, minúsve aut maius tempus contractum fuerit: Nam quocumq; tempore matrimonium post sponsalia de futuro contractum fuerit cum altero, illud ratum remanet & indissolubile, quamuis contra iurata fuerint sponsalia prima, vt ex nostro c. colligitur.

Ratio prior, ex eo quod diximus in c. 2. superiori, sponsalia dissolui posse etiam iurata, propter difficiles exitus quos sortiuntur nuptiæ coactæ, cum & non expectato tempore, repudium spōsa mittere possit: sic enim verúque exprimitur in l. 2. C. de repud. *Liberum, inquiunt Cæsares, ô mater est filia tua si sponsum suum post tres peregrinationis annos expectandum sibi vltra non putet*, (vide ibi libertatem voluntatis) *omissa spe huius coniunctionis, matrimoniū facere: ne opportunū tempus nubendi amittat* (audi posteà rationem) *cùm posset etiam nuntium remittere, etiā si præsente eo nūcium remittere voluisset*: perinde ac si dictum fuisset, non teneri illam eum expectare. Neque etiam tempus solum est modus inducendæ vel tollendæ obligationis, l. obligationum ferè, de actio. ff.

Imo nec iuramentum præstitum in spōsalibus, officere potest huic libertati, quia iuramentum videtur induere naturam negotij cui adiicitur l. fin. C. de non numer. pecunia, & ibi, eodem modo tollitur quo negotium cui adhæret, idipsum tradit Innoc. ad. can. per tuas, de arbit. Natura verò negotij sponsaliorum hæc est, vt libera nihilominus relinquantur matrimonia, quæ nulla pactione vel stipulatione constringi possunt l. Titia, de verborum obliga. ff. l. 2. C. de inutil stipulatio. cap gemma, cap. requisiuit de sponsalib. habēt & tantum spē matrimonij sponsalia, non matrimonium, in l. a C. de repud. Addit & Panor. ad nostrum c. de illis, num. 8 matrimonium tenere contra iuramentum, id est non obstante iuramēto. Et ita periurium nō impedire contractum matrimonium. quod & tradit decisio Rotę 450 in nouis. Et actus spiritualis contra iuramentum tenet mero iure, etsi pro periurio pœna imponi debeat. Multáque fieri prohibētur, quæ tamen facta tenent, ca. ad Apostolicam, de regulari. & trans. & relig. can. nouimus, 17. quæst. 2. Fortiùs etiam vinculū matrimonij quàm iuramentum, aut promissio de futuro contrahendo: & sponsalia de præsenti, fortiora sponsalibus de futuro, capit. penul. hoc titul. imò fortiùs quàm interdictum Papæ, glossa final. ad cap. ad dissoluendum, de spōsa impuber. quod in sacramentis & aliis irretractabilibus locum habere, & in non habentibus perpetuam causam prohibitionis, docet dicta decisio Rotæ. 450. in nouis.

6 Secunda ratio, permitti post spōsalia dilata cum alio matrimonio propter periculum fornicationis incurrēdæ. Quēadmodum quando mulier nupsit viro frigido, permittitur matrimoniū aliud, si ea dicat, volo esse mater, volo filios procreare, & ideò maritum accepi, sed vir quem accepi frigidę naturæ est, & non potest illa facere propter quæ illum accepi: c. primo, de frig & maleficia. li. 4. tit. 15. propter metum iniustæ coniunctionis, remittitur & conditio de non nubendo, in lege secunda. C. de conditionib. inserta. Sic in capite fin de eo qui cogno. cōsang. vxoris suæ: cùm quædam cum similia Iordane decenni sponsalia de futuro contraxisset, eam intra annum postea cognouit, & deinde cum incestu cum matris eius matrimonio se polluit: cúmque peteret filia maritum, dicens se non posse à carnis stimulis temperare, respondit summus Pontifex, vtrosque ad perpetuam continentiam esse cohortandos, & si ad id induci nequirent, imposita pœnitentia pro incestu, maritum reddendum filię, cúmque ei debitum reddere debere, sed non posse petere, quia ob incestum perpetuò innuptus remanere deberet, ca. 1. ca. transmissę eodem titulo de eo qui cogn. consang. vxor. suæ. vt mortua hac vxore contrahere cum alia non posset, ca. 2. c. ex literis eodem titul & hæc est pœna incestus cum pœnitentia, quamuis alia sit ciuilis mors, vel alia de qua hîc non est locus dicere. Ad euitandum periculum etiam fornicationes alia hypothesis permissionis proponitur in ca. veniens ad præsentiam nostram, qui cleric. vel vouent, &c. vbi virgo quædam cùm fuisset desponsata cuipiam absenti per verba de futuro, audiens eum seuerum esse, metu ne ei nubere cogeretur votum continentię emisit Deinde sponsus aliam accepit: illa verò volebat quoque cum alio contrahere, antequam fuisset votum professa & religionem, & antequam habitum mutasset. Responsum autem tutius esse vt post fidem & votum simpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quàm fornicationis reatum incurrat, indicta satisfactione congrua, de fide mentita & voto violato. Minúsque malum toleratur ad maius euitandum, vt ait Cicero ad Quin fratrem. ca. duo mala, 13. distinct. ca. si quod verius. 33 q. 2. ca. hi qui. 26. q. 2. ca. considera, 26. q. 1. ca. denique. 4. dist.

7 Tertia ratio: quod sponsa non tenetur sequi vagātē spōsū, quia nō censetur ante nuptias elegisse mariti domicilliū, nec suū mutat l. ea quæ desponsata ad municip. ita libertus qui operas debet, tenetur quidē ex prouincia Romā venire vt operas patrono præstet. at si vagori per orbē terrarū patronus velit, nō tenetur eū sequi. l. quod nisi fiat, in fine, de operis libertor. ff. Et Scæuola in leg. Menia. 13. §. si vxor de annuis legatis ff. libro 33. in

quæstione alimentorum legatorum libertis annis singulis, si ab vxore non discessissent, respondit, vt si paterfamilias qui legabit vix solitus esset aut difficilè de ciuitate proficisci, vxor autem assiduè proficisceretur, non posse absolutè responderi: eum multa oriri possunt quæ pro bono sunt æstimanda: ideóque hanc varietatem boni viri arbitrio dirimendam esse. His accedunt l. qui concubinam, 29.§.vxori meæ, de lega.3. l.sed & hæ personæ 35. §.non solùm autem, de procur.

8 Repugnare tamē superiori resolutioni videtur, c. primum, c.sicut ex literis, 22.§.pen.hoc tit. quo loci sponsalia facta sunt secunda & iurata, post prima, & post lapsum temporis, & tamen non præponuntur primis, sed redire relicta secunda sponsa ad primam tenetur, imposita pœnitentia pro transgressione fidei.

Solutio: in d.§. pen. adhuc sponsalia prima esse subsistētia, & nullum fuisse eis per secunda pīudicium factū, quia vtraq; sponsalia erant de futuro, nec priora erāt reuocata per secunda, vnde in pari causa qui prior est tēpore & priuilegio potior est iure, l.assiduis.§.penul Qui potior.in pign habeant.l.qui generaliter & l. potior, eo. tit. At in nostro c. nō erat res integra priorum spōsaliorū, nā post illa erant spōsalia cum matrimonio cōtracta: matrimonium aūt firmius dissoluit priora sponsalia: spōsalia de futuro imperfectum habent matrimoniū: at de presenti habent perfectū, & perfectū imperfecto prefertur.c pen.hoc tit. Huic tamē solutioni quodāmodo repugnare videtur.c.requisiuit, hoc tit. vbi qui relicta priore spōsa, aliā accepit sponsam, non est cogendus redire ad primū, sed tollitur si dicamus regulariter non posse spōsalia prima de futuro per alia similia tolli sequētia: verū si causa quædā rationabilis subsistat, ob quam dissoluantur sponsalia prima, subsistūt secunda spōsalia: quia resoluta sunt prima, nec prima concurrunt cū secundis, vt si à prioribus recessum sit ex cōsensu, vt dictū in c.2. Superiùs, si sponsa noluerit cōsentire admonita, iungi matrimonio, sicq; expressè docent c. requisiuit & c.ex literis, in 2.sic incipien.hoc tit ibi, *Ecclesiastica censura priorem recipere compellas, nisi rationabilis causa obsistat.*

9 Secundò obiici potest, quod ex licauimus triennium, vel biennium, vel aliud tempus expectandum esse ex l.2.repud.l.2.de sponsal l.sæpe C.eo.tit.

Sed iam diximus, hoc ad voluntatem tantùm liberam sponsi vel sponsæ pertinere: item respicere culpam pro pœna transgressionis datæ fidei, non autem pro viribus matrimonij dissoluendi dictum fuisse.

10 Tertiò obiicitur regula, quod semel placuit, in fax. vt famel electione facta viri vel vxoris, mutare non liceat consilium, vt nec in aliis, l.Pomponius, de neg. gest.ff.ca. nulli, de elect & placuit nominatim non mutandum vltum: & si postea is horridus & incultus videatur, vt vel equus comparem suum diligit, nec cum alio trahere iugum scit, can. horrendus, 32.q.5.

Solutio: regula quod semel placuit, & similes locum habent in actibus approbatis & placitis, in quibus variare non licet ex eadem causa, quemadmodum quando matrimonium absolutum perfectúmque est, vt in d. ca. horrendus, id autem non est verum in actibus sua natura variabilibus vt in sponsalibus, quę eo distant à matrimonio: quòd in illis variari ex causa aliqua iusta superueniente possit, l.quemadmodum, de iureiura. diximus & in ca.2.istius tit.exemplum, & habemus aliud in iure patronatus, in cuius pręsēratione si Ecclesiasticus patronus præsenter, variare & alium præsentare non potest: si verò sit laicus, potest c.1.de iure patro.in sex c. quod autem c.pastorali, eo.tit, apud Gregor. & propter salutem hominum, semel probatus medicus, potest reprobari.l.vt gradatim, §.reprobari de muneri.& honorib.cum similib.ibi nota.idipsum notatur de testamentaria volūtate quæ mutari potest vsque ad mortem, l.4. de adimend.lega.c.eam Marthæ, de celebra. Missa. cum simil.

11 Nec obest quartò quod obiicitur, tēporis lapsum nō sufficere ad violanda sponsalia promissionemq; eius; vt in c.sicut ex literis, 22. Insi. post lapsum quadriennij & quinquennij remanere obligatum sponsum constat. Nam fatemur quidem, solum temporis lapsum non tollere sponsalia & fidem, verum si cum tempore mutatio voluntatis, & actus contrarius irreuocabilis intercedat, alia est hypothesis.

12 Quintò non obest, quod iuramentum seruari debet omnimodò, imò & simplex pactum in ca. cùm contingat: de iureiuran.c.licet mulieres, eo.tit.In Sex.Authent. sacramenta, puberum, Si aduers.vendi.C.§.2. de pactis, l. 1 de constituta pecunia, l.1.de pactis ff. cum simili. Nam hoc verū est, si res sit integra & seruari possit sine detrimento salutis æternæ, vt dicitur in dictis iuribus. Sed hic secuto matrimonio cum sponsa secunda, nec res est integra, nec matrimonium reuocabile est sine dispendio salutis æternæ, & sine adulterio.

Et hæc sufficient pro explicatione prioris regulæ c. de illis, agamus de alia in qua dicimus.

13 Sponsalia de præsenti, vel in quibus processum sit ad alia quàm ad verba de futuro, non posse dissolui propter sponsi absentiam, nec etiam per aliud matrimonium per eius absentiæ tempus contractum, hoc ipsum probatur in ca.in præsentia 19. hoc titul. cum hoc ca.de illis. processum autem ad aliud dicitur, si post sponsalia de futuro sponsus antequam discederat sponsam cognouerit, probat hic textus, dū ait in illis verbis, *postea eis sponsis incognitis dimittunt terram.* Vbi præsupponitur non fuisse cognitas sponsas, nec sponsalia simplicia fuot vbi post illa sponsalia, copula interuenerit, vel consensus datus est de præsenti, quibus casibus & pro matrimonio habentur, ca.super eo, de conditioni. appos. c. is qui fidem hoc tit.

14 Hincq; traditur prima ratio, cur si ad aliud fuerit processum quàm ad simplicia sponsalia non possint prima sponsalia dissolui, nempe quòd pro matrimonio habeantur indissolubili, si copula carnalis sponsionem de futuro sequatur, vel si consensus de præsenti adit. & ideo si cōtractū fuerit aliud matrimoniū, tanquā nullū dissoluetur, & redibit ad primā sponsā talē coniunctus ca.1.& 3.de sponsa.duor.c.tua dudum, 5 & c fi.eo.tit.

15 Secunda ratio, quod quando recedendum est ab obligatione ex consensu inita, oportet rem esse integram, hoc est in eodem statu in quo erat, dum contractus initus fuit aliter non resoluitur contractus etiam ex mutuo consensu: requiritur enim pro regula, nihil tam naturale, de reg.iur in ff & c 1. eo.tit. apud Greg. dum dicitur, *nihil tam naturale quàm eodem modo vnumquodque dissolui quo colligatum est*, vt subsit idem modus, eadem potestas, & res sit integra, aliter locum non habet, vt in l. ab emptione, de pact.ff.l.1 & 2. Quando liceat ab emp.disced. C.l.2.C.de rescin.ven. Hic potiò non est res Integra spōsaliorum de futuro, interueniente vel copula, vel consensu de præsenti, neq; post consummationem virginitas amissa restitui potest in integrum, aut reparari, ca.si Paulus, 32.q.5.l.1.C.de rap.virgi. Cū etiā de præsenti accedit cōsensus, res nō est integra, sed perfectum matrimoniū etiā sine copula, quia nuptias non cōcubitus, sed cōsensus facit, l.nuptias, de reg.iur.l.cū hic status, 32.§.si mulier & maritus, de dona.inter vir.& vxo.ff.l.fi.C.de diuort. §. nuptias itaq;, de nup.in Auth.ca.cū initiatur, c.sufficiat, c.beata Maria, 27.q.2.quare cùm contractus restitui non possit priori statui, vt semel perfecta donatione corporum, nō possumus in ea admittere diem, vel conditionē, vel modum, l.perfecta, C.de donat.quæ sub mod.neque talis sponsa idcircò poterit vel consensu coniugis, vel absēte eo, propria voluntate aliud matrimoniū eligere. Cùm aliunde nec etiā publica, vel authoritate publica lata cōtra matrimoniū sentētia teneat aut trāseat in rē iudicatā, quin possit ex nouis testib. redintegrari dissoluta cōiūctio, Pan.ad c.ex literis, in 2.sic incip. *In 4.notabili*, hoc tit.de spons.Felinus ad ca.præterea, 2. num.18.eod.

tit.&

tit. & quos Deus cõiunxit homo separare non potest.c. quos Deus,33.q.2.c.de infidelib.,de consang. & affin. D. Matt.19 Lucæ.c 10.c.inter corporalia,de transl.ex Neq; volentib. parentib. c super eo,de eo qui cogn.cõsanguineá vxoris suæ,c.seculares,33.q.2.cano multorũ.,5 qo 6.

16 Tertia ratio,quia absentia corporalis, & separatio habitationis non soluit matrimonium: affectio enim etiam inter absentes maritalis retinetur, l. cum hic status §.si mulier,de donatio.inter vir.& vxor. Proinde absente sponso de præsenti,vel marito, vxor debet alterũ duorum facere,vel sequi maritum,vel in casu quo nõ tenetur sequi,reditũ eius expectare,& remanere innupta: de primo in c.si qui necessitate,34.q.2.tenetur autẽ tãdiu expectare, quãdiu certũ nuncium de morte eius habeat,ante quẽ alteri nõ potest nubere sine pœna adulterij,etiá si per multum tẽpus expectauerit sine eo nuncio, cap.in præsentia,19.in fine hoc titu.c.dixit dominus, de secund.nup.authen.hodie,de repud.vbi corriguntur leges quę permittebant matrimonium, postquã per certum tẽpus sine nuncio mariti vel coniugis transactum fuisset, vel l.vxores,de diuor.ff.l.vxor C.de repu.§. quod autem,vt liceat matri & auiæ,in authentic.

18 Cur autem regulariter vxor teneatur sequi maritum proficiscentẽ,ratio peior esse potest, quòd domicilium vxoris sit in domicilio mariti,l.filij, in clpõtio,& l. fi.ad municipia.ff.l.mulieres de dignitatio li.12. Alleta,quod generaliter respõsum fuerit,quod vxor tenetur sequi maritum & in vita & in morte, c vnaquęque.13.q. 2.hoc est,vt debeat sepeliri etiam post morte cum viro. & in eius sepulchro,quod tamen est moris consilij quàm necessitatis. Nam si vxor noluerit cum marito in eius sepulchro sepeliri, non cogitur:soluitur enim post mortẽ viri à lege eius & potest alibi si velit sibi eligere sepulturam. viuẽs verò,virum tenetur sequi:quia vos caro,& caput mulieris vir,c.cum caput,c manifestũ,c noluit,33. q.5.nec debent mẽbra à capite discedere c.cũ nõ liceat, de præscriptio.& turpis est pars quę nõ cõgruit vniuerso c.tuas dudũ 5.de sponsa.duorum,est ordo naturalis in omnib.,vt fœminę viris,& filij parentib. inseruiant,c.est ordo.,3.q.5.Neq; arbitror conditionẽ illa recipi appositam in pactis matrimonialib., vt maritus in tali illa vel hac ciuitate cum vxore morari & domicilium habere teneatur perpetuò & absolutè,vt in l. Titio centum,70.§. Titio centum,in 2.lic incipien. *de conditio & demõstra.* vt nec valet conditio imposita, ne à monumento qui recedat,ibidẽ: parum enim distat ab specie seruitutis nõ recedere e loco,l.nihil,de libero homi.exhiben.ff & ita frágitur cõditio reiéta desponsatione,in c.1.de cõditio.apposi.vim tamen pacti appositi in matrimonij tabulis,vt vir perpetuò teneatur in domo vxoris manere,in ea cõsistere intactã resoluendũ est,vt seruandum sit,nisi aliud cõtingat excusabile marito,quo migrádũ si ,vel vti infirmitas,nocẽs intẽperies aeris, inimicitię,& si quid simile accidat, ex quo non possit habitare in eo loco , vt tenet Hostiensis in summa de coniugio seruorũ.§ 4.Iohanues Andræas Collectaneus,Panor ad c.1 Qui matrim.accusa.poss.Steph.Aufrerius,decisio. Capel æ Thol sa.67.

18 Et certè necessaria vel magis vtilis coniugio discessio,non permittit,vt affectio,quæ marito debetur, separetur: sempérque probæ mulieres etiam periclitantibus maritis & in discriminibus peregrinationis,comequuti eosdem sunt,vt Hipsycratea Mythridatem, Cn Pompeium fugientem,etiam per exteras gentes,vt ait Valerius Maximus libro quarto,capite quinto: mater & vxor sequutæ, Aeschinem exulantem sine metu legis Atticæ quæ id prohibebat, de quo se purganit Aeschines , epistola ad Senatum Atheniensem : narrat & Val.Max li.6. c.7. in fine post Appianum Alexãdrinum l.4 bellorũ ciuilium, Suppliciam, cùm à matre diligentissimè custodiretur ne Lentulum virum suum proscriptum à triumuiris,in Siciliam sequeretur:nihilominus famulari veste sumpta,cum duabus ancillis totidémque seruis,ad eum clandestina fuga peruenisse, nec recusasse seipsam proscribere,vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret, Liuia comitatá est etiam Octauium Augustum in Orientem : disputatúmq; cùm fuisset inter Seuerum Cæcinam & Valerium Messalinum , num vxores sequi debeant magistratus in prouincias deputatos , obtinuit Messalinus qui asserebat,vt refert Cornelius Tacitus li.5.facit l. obseruare, de offic. proconsul. & peregrinatas mulieres eum maritis in militia,& cum reipublicæ causa absentibus admonet l 1 C.de vxorib.milit.li.12.C.tit.52 vbi & donantur iisdẽ priuilegiis quib. milites & eadem exceptione aduersus præscriptiones vtuntur,l 2. C.eo notũ & Heluetios & Brytannas secum vxores ducere in bello, aliasq. nationes quasdã,quæ quáuis hospitib. sunt onerosæ ,tamẽ sunt honestiores quá scorta,quę cõtaminant vniuersas legiones. Expediret quamuis nec has nec illas inter hæc discrimina vitæ, & ad onera vitanda prouincialiũ,secum trahere, nõ magis quàm alia impedimẽta quæ à militando sæpè animũ auertunt pugnantium. Sed nec nos, nec probi viri mariti persuadent facilè vxorib., nisi ex magna causa huiusmodi periculis se cõmittere,at aliter certè & castissimum & honestissimum est, virorũ & vxorum simul transferre domicilium,vt non immeritò in responsis Pyrrhi Neapolitæ,lib 3 iuris orientalis excommunicari debeant qui cum coniugibus nolunt conuenire,sed seorsum habitant.

19 Vt autem hunc casum quotidianum euoluamus,& extricemus faciliùs,num quando vxor teneatur sequi maritum,vel non, distinguemus Aut maritus transfert de loco ad locum domicilium honestè , & tunc tenetur sequi vxor maritum, ex his quæ ante docuimus: aut non fixo domicilio vagatur:aut superueniunt causæ,quæ possunt vxorem excusare cur non sequatur Si vagatur maritus,rursum disting uit ad hoc cap.de illis, Panor.& Bartbol in l.Menia, §.fin. de annuis legat. & decis Capellæ Tholos 86.aut sponsa sciebat tem pore spõ aliorum antequàm nuberet maritum vagabundum , & errorẽ poterat nosse , nẽpe quia suę ciuitatis esset accola, & tunc tenetur eum sequi.gloss.in dicto c vnaquæque, 13.qu.2. veluti si sciebat esse histrionem. Aut ignorabat tunc,aut post nuptias factus est talis erro, & tunc non tenetur sequi,si nolit,peregrinantem,dicto c.vnaquæque, & dicta l.quod nisi,nisi de operis libertor ff

Sunt & alij certi casus in quibus non tenetur vxor sequi maritum si nolit : primus , si maritus instituerit votum peregrinationis vltra marinum,c.quod super his,8. in fine cap.ex multa, 9.§.quod autem superiùs diximus. & §.In tanta,de voto.

Secundus si marito superuenerit lepra, & ob id separetur à consortio hominum,iuxta c.13. Leuitici, tunc enim ei non tenetur adhęrere,si modo ea sana sit,& continenter vixerit,si velit tamen,potest,capitulo primo,& secundo de coniug.leprosor.

Tertiò potest relinquere , nec tenetur maritum sequi vxor, ob spiritualem eius fornicationem canon. idololatria,28.quæst prima: id est si maritus velit eam trahere ad infidelitatem capite secundo de diuortiis. Alioquin enim pro alio crimine non debet , nec potest à marito separari, nisi ob adulteriũ, vt postea dicemus, in canon. in coniugio , trigesimo secundo . quæstione prima , canon. si vxorem quis habuit, canon. præcepit, can. præceptum 32 q.5. can.omnes causationes 32.quæ.7 & correcta l consensu,de repud.C.Quartò,si maritus damnatus fuerit ad opus aliquod publicum ad remos , ad bestias, aut in metallum, vel quid simile,non tenetur vxor eo sequi maritũ:ita nec in seruitutem nec in casib.,quibus soluebatur ob ista matrimonium olim, vt in l.res vxoris 24.C.de donatio.inter virũ & vxor. videbis & pœnas quæ adimebant libertatẽ,in , pœnæ.& §.serui quib. modis ius patriæ potesta.solui.l.aut damnum, & §.inter eos , & §. quisquis,de pœnis, qui vltimo supplicio. & l. quidam de pœn.ff, ex quibus soluebatur matrimonium,

vt ex alia cauſa ſuperuenIente ſeruitute, qua dicebant ex inæqualitate fortunæ, tolli æqualitatem matrimonij, l. ſi libertam, C de nupt. §. ſed etiam captiuitatis, de nuptiis, apud iuſtinia. Quod tamen hodie correctum legibus etiam ciuilibus fuit, quiqus nullus bene natus, id eſt ingenuus, ex pœna ſeru' efficitur, Aut. ſed hodie, de dona. inter vi. & vxor. C. §. quod autem, de nupt. in authent. Remanet tamen & hodie, ne molieres fiant pœnæ maritorum participes, & ideò ad pœnam, ſi nolint eos ſequi, non tenentur, titul. ne vxor pro marit. C. l. ob maritntum. ad legem Iuliam, de vi publi. l. ſi cum dotem, 23. §. ſi maritus. Solut. matrimonio. l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Pœnæ etiam perſonales ſunt, nec excedere debent perſonas delinqnentium, l. ſi qua pœna, & l. crimen paternum, de pœnis. ff. l. ſancimus. C. eod. tit. Quintò eiſdem rationib. mulieres non tenentur ſequi in captiuitatem maritum abductum ab hoſtib. nam & ex hac cauſa ſoluebatur matrimonium olim. l. 1. de dinor. exemplo morris, idque & bona gratia ſine imminntione iurium alterutrius coniugis, expectato quinquennio, num reuerteretur à captiuitate, & incertum eſſet num mortuus eſſet in captiuitate vel viueret. ex reſponſo Vlpiani in l. vxores, 6. de diuortiis. ff. l. ſi ab hoſtib. eod. ti, qnod firmauerat Iuſtinianus eo addito, dummodò inquiſitio fieret num adhuc viueret vir vel mulier capti apud hoſtes, & c. §. ſed etiam captiuitatis, de nup. in Nouel. quod & poſtea correctum fuit.

Sextò vxor nõ tenetur ſequi virum adulterum, quia in eo caſu fit ſeparatio thori. c. intelleximus, de adulteriis. can. ſi quis in vxorẽ ſuam, in 1. in fine 32. qu. 1. can. ſi vxorem quis habeat ſterilem, canon. præcepit. 32 quæ. 5. Septimò, Si maritus ſollicitet vxorẽ de crimine Sodomitico non tenetur eum ſequi, & poteſt petere ſeparationem thori, cap. maritus, de adulter. Octauò, ſi vir vſque adeò ſit ſæuus & rixoſus maritus, vt vxor non poſſit cum eo habitare, & fugiat non tenetur eum ſequi, ſed maritus extra domum tenetur eam alere, vt habetur in deci. Capellæ Tholoſa. 87. Boer. deci. 195. Bald. ad l. C. de l. at & nos antè docuimus ad c. 1 n. 61. 62. 63. facit Vlpian. in l. ſi conuenerit pro ſocio. ff.

20 Verùm adhuc remanet ſcrupulus peregrinantibus, nauigantibus, & alio modo per lõgum tempus abſentib. maritis, vel vxoribus, quandiu hodie expectandi ſunt à cõiuge relicta vel relicto, vt poſſint alteri ſe coniungere liberè. Et Iuſtinianus in §. quod autem à nobis ſancitum eſt, vt liceat matri & auiæ, &c. In [illegible] onellis, de his qui in expeditionibus ſiue & militiis cõſtituti, ſiue militis, ſiue fœderati, ſiue ſcholares . ſtatuit, vt vxores eorum ſuſtineant, id eſt alteri non nubant quantoſcumque annos in expeditione manſerint, licèt nec literas, nec nuncium, nec reſpõſum aliquod à maritis ſuſceperint. & quod ſi aliqua audierit virum eſſe mortuum, vel per ſe, vel per nuncium debeat adire chartularium, vt ſciat num id verum ſit: teſtimonio autem accepto remanere debere innuptã per annum, & poſtea poſſe nubere. Alioquin hac ſolẽnitate prætermiſſa, nubentem alij poſſe cum ſecũdo marito de adulterio dãnari. Idipſum relatum in authẽtica hodie de repudiis quæ corrigit, l. vxor, eius titul. a pertiùs c. in præſentia in hoc titulo ſancitit Clemens 3. mulieres quarumviri in peregrinatione, vel captiuitate, vel in malitia abſẽtes fuerint, quãuis annum ſeptimum, vel aliud tẽpus expectauerint, aut quãuis propter diſtãtiam locorum in quæ abierunt mariti, de morte aut vita certificari maritorum nõ poſſint, & quantumuis iuuenes ſint & dicãt ſe nõ poſſe continere, nõ poſſe ad aliud coniugium tranſire, nec id permitti ab Eccleſia donec certũ nunciũ acceperint de morte maritorũ. Sic Lucius 3. Sum. Põt. prohibet in c. 2. de ſecundis nuptiis ſecundas nuptias abſẽte cõiuge, tanquam adulterinos amplexus, ſi fiant antequam de morte prioris mariti cõſtiterit, & ſi de facto fiãt antè, & maritus redeat, iubet vxorẽ ad priores nuptias redire. Et in c. ſi per bellicam cladem, 34. q. 2. ſi hoſtilitatis incurſu diuiſæ fuerint coniugia, & mulieres aut viri capti, & ij qui quæve relicti ſunt putãtes vicos proprios vel vxores interẽptas, alias ineãt nuptias, redeuntib. priorib. cõiugibus, omiſſis ſecundis, illis debẽt reſtitui: & quę redire noluerint notandę ſunt & excõmunicationis vinculo innodãdę, ſeu Eccleſiaſtica cõmunione priuandę. Addẽda eſt & diſtinctio Papiniani poſita in l. miles qui cum adultero, 11. §. mulier ad leg. iul. de adul. ff. quę nõ poteſt apertiùs quã ſuis verbis explicari: *Mulier*, inquit, *cũ audiſſet mariũ abſentẽ vita factum eſſe alij ſe iunxit, mox maritus reuerſus eſt. Quæro quid aduerſus eam mulierẽ ſtatuendũ ſit? reſpõdit, tã iuris quàm facti quæſtione moueri: Nã ſi longo tempore tranſactio ſine vllius ſtupri probatione, falſis rumorib. inducta, quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nup. ſecũdis iũcta eſt, quod verſimile eſt deceptã eã fuiſſe: nihil vindicta dignũ videri poteſt. Quod ſi ficta mariti mors, argumẽtum faciẽdis nuptiis probabitur præſtitiſſe, cũ hoc facto pudicitia laboretur, vindicare debet ꝓ admiſſi criminis qualitate*, hęc ibi Papi.

Nemo ſic iure Põtificio abſens, præſumitur mortuus in hoc caſu, etſi diſquiſitione facta ignoretur vbi ſit: quia præſumitur quis poſſe viuere vſque ad centeſimum annum, quòd is finis longiſſimus vitæ ſit l. vſusfructus municipibus, 8. de vſu & vſufruct. lega. ff. l. an vſusfructus, de vſufruct. ff. vinculum matrimonij nunquam niſi morte dirimitur, etiam inter ſeparatos thoro vel habitatione, c. 2. & 3. 32. quęſt. 7. ſicut nec ſacramentum ſuſceptum baptiſmi vt ordinis, c quod quidam. verſ nunc videamus, 1. q. 1. Et proinde, quia dolo malo feciſſe is videtur, qui contra legis iuſſa facit, l. quemadmodum, de Agrico & cenſit. li. 11. C. l non dubium, C. de legib. ita & ea quæ contemnit inquiſitionem & certitudinis cauſam à l. definitam, de vita & morte mariti antequam alij nupſerit, videtur eſſe doloſa & adultera, & incidit in pœnas eius qui duas vxores vel quæ duos viros accidit de quibus in l. eum qui duas, de adulter. C. vbi & infamia erat & olim, in Gallia fuſtigatio, & hodie vltimum ſupplicium: vt notat per rationes adductas Rebuffus ad §. & cum omne fornicationis crimen, de publ concubinatiis. in concordat. magiſq; peccat qui velamine matrimonij & clam delinquit, l. ſi. de ritu nuptiar. facit. l. 1 C de maleſi & mathem. l. 1. de delatoribus, li. 10. C. Prætereundum tamen non eſt quod Tancredus, Philippus Goſredus, & [illegible] annc. ad dictum c. in præſentia, hoc titul. dicunt, authenticam hodie, de repudiis. non ſeruari nunc. quod pertinet ad ſolemnitatẽ inquiſitoris mortis coniugis, ſed ſatis eſſe, ſi vel verè vel veriſimiliter conſtet, de morte coniugis, putà quia nauis in qua erat maritus, paſſa eſt naufragiũ, & omnes dicuntur mortui, facit in argumentum, c. prudentiam, de offi. de lega. vbi ſi tres fuerint delegati, cum clauſula, quod ſi non omnes, & c. duo non procedent in cauſa, niſi conſtiterit per nuncium literatoriè miſſum, venire non poſſe tertium, vel ſi alias canonicè conſtet. Dicunt & Hugo & Vincentius, ſolam ſamam ſufficere, quia & mors probari poſſit per famam, gloſſa in l. ſiquidem, ſoluto matrimonio. C. & textus in c. præſentia, hoc tit. ait, ſufficere certum nuncium, potiſſimum ſi lõgo tẽpore maritus fuerit abſens & ita temperantur l. vxores, de diuor. ff. l. vxor. C. de repud. Hîc tamen diſtinguendũ an in vicinis partib. dicatur abſens maritus mortuus, & tunc fama non ſufficit, niſi ſit probatio: aut in longinquo, & tunc debet eſſe certus nuncius, non fama quę eſt incertus nuncius & fallax, c. veſtra de cohabita. clericor. & mulier. Certúſque nuncius eius qualitatis eſſe debet cui fides adhibenda videatur, quíve deponat per verba veriſimilia. Et hæc d[e] ſecunda concluſione.

21 Venio ad poſtremam partem capitis noſtri, *de illis*, & ad tertiam cõcluſionem, qua docetur: pœnam pro fide rupta, & pro periurio imponendã illi ex ſpõſis, per quẽ ſteterit quominùs matrimoniũ promiſſum nõ fuerit ſequutum. Idipſum tractatur in cap. penult. hoc titu. periurij ſcienter cõmiſſi pœnitentia, eſt ieiunium 40 dierum, in pane & aqua & ſeptẽ annis ſequentib. pœnitere,

ſcilicet

ſcilicet intrinſecus, can. quicumque, 6. quæſt. 1. & ſecundum iuramenti trangreſſi quoque qualitatem pœnitentia quoque erat impoſita: vel ſi quis peieraſſet in manu Epiſcopi, vel in cruce conſecrata, triginta annos pœniteret: ſi in cruce conſecrata vno anno, ſi compulſus & ignorans ius tribus quadrageſimis ca. 2. & ca. ſi quis coactus, 22. q. 5. coactus peierans plus corpus quàm animam diligens tres quadrageſimas, aut tres annos pœnitere debebat, vnum in pane & aqua ca. qui compulſus ead. 22. qu. 5 vide & ca. prædicandum 22. qu. 1. & quæ diximus de pœna periurij lib 50 Syntagm. c. 10. & 11. vbi de diuinis & humanis in periuros animaduerſionibus & legibus agimus.

Hodiè tamen pœnitentiæ ſunt arbitrariæ in foro conſcientiæ, imponendæ ex circumſtantiarum occurrentium qualitatibus, c. 2. de pœnitent. & remiſ. quantitatis, qualitatis delicti: ætatis, ſcientiæ, ſexus, & conditionis delinquentium loci & temporis commiſſorum delictorum, c. ſicut dignum, de homic.

Iure ciuili, pœna alia poteſt adſerri adoerſus eos quorum culpa diſſoluuntur ſponſalia fide rupta, tã ex morũ varietate, quàm iure ſcripto Romano. In lege Salica. tit. 70. de eo qui filiam alienam acquiſierit, & ſe retraxerit. *Si quis filiam alienam ad coniugiũ quæſierit præſentibus ſuis & puella parentibus, & poſtea ſe retraxerit, & eam accipere noluerit, Malberg. 1? a fizena, hoc est quingentorũ denariorum qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis iudicetur.* Et in legibus Allemanorum, titul. 54 de eo qui ſponſam ſuam dimiſerit, & aliam duxerit: *Si quis filiam alienam deſponſatam dimiſerit & aliam duxerit, componat eam quam deſponſauit & dimiſit cum 40. ſolidis, & cum duod cim ſacramentalibus iuret, cum quinque nominatis & ſeptem aduocatis, quod pro nullo vitio, nec tentatam eam habuiſſet, nec vitium in ea inueniſſet: ſed amor de alia illũ adduxit, vt illã dimiſerit & aliã habuerit vxorem.* Lex & apud Baioarios, cap. 11. tit 15 ſimilis de iuramento non accipientis deſponſatã. additúrq; *quod nec per inuidiam parentũ ſponſã dimiſerit, & cõpoſitio eſt tantum 24 ſolidorũ.* Maxima videtur irrogata ſæpe parentibus puellæ deſponſatæ ſi relinquatur à qua purgare in prędictis legib. ſe debebant ſponſi. Meminit Ariſtoteles libr 5. Politicorũ, capit. 4 principium fuiſſe ſeditionis in Delphis, quod ſpõſus cum ſibi augurium triſte accidiſſet, vt venit ad ſponſam, ſuſcipere illam noluiſſe, parentes verò puellæ quaſi ſpretos atque contemptos, ſacrorum quiddam eo ſacrificante inieciſſe, atque vt ſacrilegum accuſaſſe, & capite damnari feciſſe. Mutatum item ſtatum Epidamni ciuitatis eadem occaſione Liuius et iam in prima narrat Turnum regem Rutulorum, cui fuerat pacta Lauinia ante aduentum Æneę, prælatum ſibi fuiſſe Æneam aduenam cruentum bellum intuliſſe, & Æneæ & Latino in l. final. de ſponſalibus. C. mulier quę extra 25. ętatis annom deſponſata eſt, ſi facto ſuo noluerit implere matrimonium, tenetur reſtituere ſponſæ quę arrarũ nomine accepit in duplum: ſi minoris ętatis, & nõ impetrauerit veniã eius ætatis, in ſimplũ acceptorũ tenetur, ſi ſponſi facto diſſoluãtur, repetit data à ſe, & lucratur ſibi data. Nec ambiguum eſt donatas res inter ſponſum & ſponſã, nuptiis non ſecutis repeti: quia iſtæ donationes tacitam conditionẽ continent, ſi nuptiæ ſequantur, l. cum veterum, de donatio. ante nupt C. in qua emẽdantur leges antiquæ contrariæ, vt l. ſi filiæ, l. ſi tibi eod. tit. de donat. ante nupt. C. & ius Pandectarum quo donata ab ſpõſis mutuo ante nuptias irreuocabilia erũt, l. 1. de donationib. ff l. ſi donaturus de cõdictio. cauſa da. ff. emendationis cauſa eſt, quod videantur iſtę donationes ſactæ contẽplatione matrimonij futuri, quod nõ eſt ſequutum, quare cauſa non ſecuta reuocantur, l. ſtipulationẽ 21. de iure dot. l. 1 & 2. de donatio quę ſob. C vt & ex cauſa diſſoluto matrimonio, quilibet coniugum quę dedit & communicauit, exẽplo ſolutæ ſocietatis, repetit. l. 2. & fi. de donat. inter vir. & vxor. niſi cauſa, vt nuptiæ nõ celebrarentur defunctus vel ſeparatus dederit. l. 3. C. de Sponſalib. exceperunt etiam antiqui in l. ſi ab ſponſo, C. de donationib. ant nupt. non reſtituenda vniuerſa donata ab ſponſa ſolutis ſponſalibus ſed mediam partem: ſi oſculum interuenerit inter ſpõſos, quòd certè ex moribus Italicis rationem habet, qui per oſculum putant datum à puella reſerata ſaltem mente clauſtra pudicitiæ, iuxta illud Ouidij.

*Oſcula ſi dederis fiam manifeſtus amator,*
*Et dicam hæc mea ſunt, iniiciámque manus.*

Facit cap. nec in aliqua, 27 qu. 1 & cap. vnic. Quib. mod. feud. amittatur. in li. feudor. quẽadmodum & Beguinorum & Beguinarũ error fuit, plus in oſculo eſſe peccati, quàm in coitu. Clemẽtina fin. de hæreti. & punitũ morte filiæ oſculum refert Valerius, lib. 6. c. 2. quod tamen aliter ſe habet in Gallia, vt docui, lib. 8. Synt. c. 8. & lib. 36. c. 12. vbi plura de his, atq. declaratum in Senatu Tholoſann. 12. Iulij 1575. Senatuſcõſulto, reſtituenda eſſe omnia ſponſalitia munera ſolutis ſponſalib. in cauſa cuiuſdam Petri Darietes & eius filiæ: omnia verò etiam ſponſalia Tholoſæ fiunt porrecto ab ſponſa ſponſo oſculo, neque ex oſculo ſolo contrahi propinquitatem tradit, ca. lex diuina, 27 quæſt 2.

---

*Ad Cap. ne muliere 6.*

## Ad cc. Veniens 13. & 15.
## Ad c. conſultationi 28. de Sponſalibus.

### ARGVMENTVM.

1 *Epitome capitis: & de nomine vi.*
2 *Finitio eius.* 3 *Species eius.*
4 *De vi compulſiua abſoluta & conditionata.*
5 *Matrimoniũ nullũ ipſo iure vi contractum: etiã iuratum 9.*
6 *Ratio prima à conſenſu requiſito.*
7 *Ratio 2 à libertate matrimonij.*
8 *Tertia à metu reprobante actus quibus adiicitur.*
10 *Metus iuſtè illatus agentis filii.*
11 *Mina parentum an habeant iuſtum metum.*
12 *De differentia poteſtatis in filios & liberos.*
13 *De reuerentia paterna conſeruanda.*
14 *Ita tamen vt atrox non obſit matrimonij libertati.*
15 *De probanda vi, & de proteſtationis effectu.*
16 *Quomodo voluntas ſine coactione perpendi in matrimoniis debent.*
17 *Qua via reſcindatur metu factum.*
18 *Metus qui impedit matrimonium, an talis eſſe debeat qui cadat conſtantem virum, & non in conſtantem fœminam.*
19 *De diſcenſu in conſenſum tranſeunte.*
20 *Gabaonitarum bonus dolus.*
21 *Matrimoniũ nullũ reſcindi dicitur ratione facti non vinculi.*
22 *Hypotheſis & ſumma c.* id quod *huius tituli, vim purgari per conſenſum ſequentem.*
23 *Ratio à poſteriori voluntate, & de moribus nationum in rapiendis ſponſis.*
24 *Cur matrimonia à parentibus rectè procurata diſpliceant ab initio puellis ſæpè.*
25 *Quomodo vis probetur adfuiſſe in matrimonio, & quomodo elidatur per conſenſum, & aliis modis.*
26 *Ratihabitio matrimonij violenti retrahit conſenſum ad primum diſcenſum.*
27 *Qui vult conſequens matrimonij, vult antecedens.*
28 *Conſilium pro tempore mutandum in melius, & de ſublata vi per lapſum temporis.*
29 *Mulieris liberæ conſuetudo facit præſumptionem matrimonij cum illa.*
30 *Diſcenſus ceſſat adueniente conſenſu.*
31 *Explicatio regulæ,* quod à principio non valuit.
32 *De anno in poſſeſſione religionis requiſito.*
33 *De tertia regula,* quod Iuriſconſultus non reſpondet de incertis.

34 Adsertur prædictorum comparatio. 35. Alia ratio.
36 Ambiguum debet resolui per id quod tutius videtur.
37 De consilio legis.
38 Leges num reduci debeant ad hypotheses singulares.
39 Quid sit dicere legem esse debere de dubitabili.
40 Nunc rescriptum expressionem singulorum exigat.
41 Quando supplicatio fa' a principi pondendo lite fieri posit.
42 Rescriptum qua omissione vitietur.

CAPVT VI.

*Alexander III. Paduano Episcopo.*

De muliere, quę est inuita tradita viro & detenta: cùm inter vim & vim sit differentia, vtrum postea consensus intercesserit, certum nobis nihil postea expressisti, nihil certum inde tibi possumus respondere.

CAPVT XIII.

*Idem procuratori & cano. Soran.*

VEniens ad Apost. sed. Mariota supplici insinuatione monstrauit, quod quendam a olescentem adamauit, in tantum, quod vterque de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstiterit iuramentũ: quod parentes mulieris ipsius ignorantes, eam inuitam & reclamantem in vxorem alij tradiderunt, quem ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit. Cúmque publicè fateretur quòd à priori viro cognita esset, atque iurata Episcopus Sotanio cognito quòd proxima inter eos esset linea consanguinitatis ipsos ab inuicem separauit. Cæterùm cum causa ipsa tractaretur, & viro cui tradita fuerat à parentibus cõsentire nollet, ipse aliam in vxorem traduxit: & & illa eidam T. nomine publicè in conspectu Ecclesiæ nupsit. Tandem eũm de illo filium genuisset, Pater ipsius T. ei opposuit quod filium suum non potuit in virum habere eò quòd ab alio qui defunctus est, prius desponsata fuisset* Er infra: Mandamus quatenus si inueneritis, quod prædicta mulier à priori viro iudicio Ecclesiæ fuerit separata, & ab eodẽ T. sine cõtradictione Ecclesię in vxorẽ traducta, & ille cui à parẽtibus fuit copulata, de præsenti vita decessit, prædictũ T. monitione præmissa compellatis, vt præfatam Mariotam recipiat, & studeat maritali affectione tractare. Alioquin eum & superindictam, & patrem eius (si huic restiterit) excommunicationi subdatis.

CAPVT XV.

*Idem.*

VEnientes ad nos Gu. sua nobis relatione monstrauit, quod in domo sua mulierem quandam receperit, de qua prolem habuit: Et cui fidem coram pluribus præstitit, quod eam duceret in vxorem: Interim autem cùm apud domum vicini sui pernoctauerit, eius filia nocte illa secum concubuit, quos pater puellę simul in vno lecto inueniens tpium eam per verba de præsenti de sponsare cocgit. Ideóque mandamus quatenus si inueneris, quod primam post fidem præstitam cognouerit, ipsum cum ea facias remanere: Alioquin secundæ, (nisi metu coactus, qui posset in virum constantem cadere eam desponsauerit) adhærere facias vt vxori.

CAPVT XXVIII.

*Honorius III. Episcopo Perguen.*

COnsultationi tuæ breuiter respondemus, quod mulieres quæ veniunt ad valuas Ecclesiæ benedicendæ cum sponsis, & ibi reclamãtes, adfir mant se numquam in eorum matrimonium consensisse, sponsis legitimæ probantibus contrarium non oportet, eum legitimis & idoneis testibus non debuerit illarum simplex assertio præualere: Sanè illis quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiunt, ante carnis copula m subsecutam, adserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas verba protulisse consensus, licet animo dissentiren: non statim est audientia denegãda, sed de illato metu est cum diligentia inquirendum: & si talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in constantem virum, erunt non immeritò audiendæ.

1 IN hoc cap. 9. de muliere, Alexander tertius, nihil certi videtur respondisse, verum admonet in quæstione, num matrimonium vi contractum cum inuita teneat, distinguendum esse inter vim & vim, deinde num consensus post vim interuenerit.

Colligemus itaque primùm inter vim & vim esse differentiam, quam vi intelligamus, & vt possimus vim ad quæstionem de matrimonio per vim contracto ea transferre, paucis explicabimus: reliqua reiiciemus ad ea quæ iam à nobis fuerant pertracta, lib. 36. Syntagma. Iuris ca. 15. addemus autem nunc vim nomen à Græcis habuisse originem, à quibus & nomina pleraque Latina fluxisse annotat Varro libris de lingua Latina: Græcis quippe ἶς, ἰνὸς, fibra est: fibræ autem sunt secundum Gorreum filia quædam oblonga gracilia, alba, solida, valida, omnis generis partibus corporis inserta. Propria fibrarum actio est ipsarum partium in se contractio, quæ quidem pro vario fibrarum situ opus quoque varium exercet: porrò quoniã virium corporis bona pars consistit in fibris, seu in his partibus quę fibras multas habẽt & neruosæ sunt: ideo ἶς etiam à poetis accipitur pro vis, robur, ἰσχὺς δύναμις, vt apud Homerum sæpe veluti Odyssea [illegible] & Hesiodum [illegible].

2 Vis est secundum Paulum Iurisconsul. in l. 2. quod metus causa maioris rei impetus, qui repelli non potest explicat aliis verbis impetum illum Vlpian. in l. 1. eius titul. *vis fiebat, inquit, mentio in edicto scilicet propter necessitatem impositam contrariam voluntati*, hícque pro violentia vis, cui resisti non potest, & aduersus quam partium valet custodia, l. si ea res, de actio. emp. ff.

3 Plures species eius sunt, vt alia diuina, alia humana, Humana rursũ vel legitima vel improba, improba item inquietatiua, expulsiua, ablatiua, repulsiua, cõpulsiua de quibus in prædicto cap. 25. 36. Syntag. hic autẽ tantũ agitur de cõpulsiua, quę illata facto quandam necessitatem obtẽperandi imponit l. 1 §. si. Quod met. causa, ff. ideo in hac requiritur periculum cũ atrocitate nõ leue, & quod sit præsens vel instans, l. 3. 6. l. non timorem, 7. l. metũ autem 9.

tem 9. quod met. causa. §l. accusationes, 10. eo. titu. C. c. cum dilectus, de his quæ vi metúve causa fiunt, & quod quis sibi ipsi metum non inferat: hoc est, vt à potentiore inferatur: nam qui habet à seipso originem, iustus non dicitur metus, vt l. si mulier, co. tit. ff.

4 Distinguendum etiam in hac vt compulsiua, inter absolutam, & conditionatá, & Panor. ad ca. sacris, quod metus causa, ait differre metum à vi, quod metus est vis cum dicit inata, vt interficiam te nisi id feceris: & vt in ca. ad audientiam, quod metus caus. vis autem est quædam coactio, vt si quis ligatus quippiam facere aut pati cogatur: corporaliter dicto c. sacris. Aristot. 5. Ethnicorum ait, ... voluntarium, continere id quod consultò & in consultè, itē 3. Ethicorum & quod per vim & per ignorantiam, & quia coactioni patesit accedere voluntas, & sic verum sit, voluntaté coactam voluntaté esse. l. si mulier, §. si metu, in 2. Quod met. causa ff. Absolutæ omnino vis, cui omnino repugnat voluntas, exemplum in c. maiores. §. item quæritur, & ibi glossa ad verba *conditionaliter volens*, de Baptismo, vbi distinguitur inter inuitum, & inuitum coactum vt inuitus & omnino reclamans baptizatus non possit cogi seruare fidem Christianam, nec baptizatus dicatur, at inuitus coactus baptizatus, qui coactus passus est se baptizari conditionaliter volens, licet absolutè non velit fidem seruare cogitur. Explicat & canone. mei tio 15. q. 1 quod est peccatum volentium & nolentium, & voluntas coacta, & inuitus quis dicatur: & peccatũ nolentis non esse ibi dicitur, quod quis facere cōpellitur metu mortis minitatæ nam vult facere vt mortē euitet, nam vult viuere. Aliud exemplum vis absolutæ, in l. vim passam, ad leg. Iuliam de adult. ff.

5 His præmissis, colligimus ex nostro cap. de muliere, iuncto c. veniens infra. Quod vis compulsiua cui cōsensus non adest cōtrahentis impedit, ne matrimonium ita contractum sortiatur effectum: cùm ita cōtractum nullum sit, cap. veniens, & c. consultationi hoc tit. can. on. 1. a. 3. 4. 31. qu. & 1. c. ex literis, de desponsatio. impube. & tractat ipso iure nullum esse huiusmodi matrimoniū, Panorm. ad cap. veniens, in s. nu. 8. ad ca. cum locum, nu. 6. ad ca. veniens, in 2. nu. 7. hoc titul. Quod locum habet si ne vis inferatur vxori, siue marito: in causis enim quæ consensum & honestatem matrimonij respiciunt, par est causa viriusque coniugis, canon. si ductum. ca. non mœchaberis, ca. indignantur 32. qu. 6.

6 Ratio prior, quia matrimonia non possunt fieri, nisi cōsensu eorum qui cōtrahunt interueniēte, l. spōsalia sicut nuptiæ, de spōsalib. ff. ca. cum apud, hoc tit. c. fi. de spōsa. duorum, cano sufficiat, 27. qu. 2. imò nec cogitur filius in patris potestate constitutus, nec filia inuiti cōtrahere matrimoniū, etsi sine patris voluntate id agere nequeat, l. nō cogitur filius, l. si patre cogēte, de ritu nupt. 20. l. nec filium, l nec ab initio C. de nuptiis: locum autē nō habet ubi cōsensus, vbi metus & vis est, c. cum locum, de spōs.

7 Eò pertinet secundo loco quod matrimonia debeāt cum plena libertate contrahi, id est, sine vlla compulsione metúve cuiusquam rei, l. fin. de sponsalib. C. l. Titia. de verb. oblig. l. 2. de inutilib. stipula. C. libertas autem ibi non est, vbi interuenit vis, vt liquet ex finitione libertatis, ibi *nisi vi aut iure prohibeatur*. l. libertas, de iustit. & iure §. 1. de iure perso. vis, vt dictum est, habet necessitatem aduersantem voluntati. l. 1. quod met. caus. constituit & differentiam inter liberum esse, & velle coactè lex, si minor, §. penult. cod. tit. quod met. causa. ff. *Si metu coactus*, inquit, *adini hæreditatem puto me heredem effici, quia quamuis si liberum esset noluissem, tamen coactus volui, sed per prætorē restituendus sum, vt abstinendi mihi potestas tribuatur: & enim quando metus causa aditur. datur abstinendi facultas.* In l. si metus, de acquir. hæredita. Ideò olim magistratibus superioribus, & rectoribus prouinciarum, & cohortis præfectibus, quibus imperium & potestas poterat adferre metum prouincialibus, interdictum fuit matrimonium cum subditis ne inuitas parentes've filiarum inuitos ad matrimonium *metu incusso possent impellere*. l. præfectus, l. si quis officium, l. qui in prouincia, 57. de ritu nuptia. l. vnic. si rector Prouinc. vel ad eom pertinen. li. 5. C. tit. 2. l. si quacumq. præditus potestate, &c. lib. 5. C. tit. 7. l. 3. §. videamus, de donatio. inter virum & vxor. Nisi post depositam administrationem, mulier quæ gerēti cōsenserat, in cōsensu perseueret, d. l. eos, C. de nupt. Quod tantum in Gallia locum nō haberet, cùm eius officiarij sint perpetui quandiu vixerint ex cōstitutio. Ludouici XI. quæ inseritur apud Aufierium, in stylo Parlamenti, titulo de excessib. officiariorum, & 9. §. præterea. Scribit & Gaguinus, li. 10. historiæ in Ludouico XI. Noluit etiam ius Pontificium sponsos etiam iuratia sponsalibus de futuro matrimonio cogi inuitos ad illud in c. 2. ca. requisiuit, hoc tit. ne difficiles amicitiæ matrimoniali contrarij hinc sequerentur exitus, vt adulterium, homicidium, perpetua discordia, & similia, ca. cum locum, de sponsalib. can. 1. 13. qu. 2. contemptus ex eo quod non diligitur, ca. Præsens. 20. q. 3.

8 Tertio loco generalis est regula, *metū iniustum & probatum, habente saluis periculum, vel corporis cruciatum, vel aliud quippiā simile atrox rescindere quæ eius interuentu facta sunt*, maximè quæ consensu peragi debent. l. interpositas, de transactio. C. ca. consultationi. hoc titu. ca. fi. de his quæ vi metúve causa fiunt. ca. Lotharius, 31. q. 2. metus autem sufficiens debet esse non vanus vaniúsque timentis non est iustus metus, l. vani, de regu. iur. ff. l. si quis ab alio de re iudic. ca. Lotharius, 31 quæst. 2.

Causa porrò metus, num excusabilis sit, & nū sufficiēs ad rescindendū negotium factū, examinari & discuti debet arbitrio iudicis. l. metus autē causa, 3 ex quibus caus. maior. ff. & c. li. 4. ff. lib. 6 ipse autē considerabit rem qua metus inferatur quale periculum cōtineat, per ll. 2 3. 4. 5. 6. &c Quod metus causa ff. d. hinc personas inferētium metum, & quæ patiuntur veluti si is qui atrox quippiam minatur sit eius cōditionis qui facilè illaturus esset minata, aut nō, l. donationis 7. C. de his quę vi metúve causa fiunt. Dehinc num metus possit mouere constantē virum, non meticulosum, l. si mulier, & l. nec timorē quod metus causa. ff. c. cum dilect. de eo quod met. caus.

9 Neque retinebit matrimonium coactè contractum prætextus iuramēti adhibiti: eo enim nō obstāte declarabitur nullū, c. significauit, & ibi gloss. 2. de eo qui duxit in matrimonio quā prius polluer. per adult. lasō ad leg. Titia. de verb. oblig. nu. 10. nec obligatorium est contra bonos mores præstitum iuramētum, c. non est obligatorium, de regul iur. in Sex. c. quēadmodum de iureiuran. cum simil. quēadmodum neque cōditiones repugnātes matrimonio sustineri possunt, ca. fi. de conditio. appoiit.

10 Neque etiam ex eo ipso metus dicetur sufficiens quod periculum ipsi contrahenti illatum sit, sed etiā si filius eiusque, per rationem l. isti quidem, quod met. caus. ff notat & Richardus in 4. sententia. d. 29.

11 Ceterùm quæritur, num minę paternę quibus filius filiáve familias se dicunt compulsos inuitos ad matrimonium, sufficiant ad declarādum matrimonium nullum, tanquam per vim contractum. In qua quæstione Panormi. ad cap. ex literis, de despons. impober. & Iason. ad leg. Titi. nu. 14. distinguunt, & nos quoque distinguemus num tales minæ fuerint, tanquam atroces, vt per cruciatum corporis extorserint consensum filiorum vel filiarum: vt tunc matrimonium nullum sit, *reclamantib. statim vbi potuerint liberè filiis coactis. vt expressè deciditur*, in dicto cap. ex literis: at si tales minæ, tanquam atroces, nō sint, vel si tales fuerint, sed post illas filij, cùm potuerint liberò reclamare, non reclamauerint, sola reuerētia paterna, propter quam filiusfamilias vel filiafamilias se dicit inuitam consensisse, non sufficit ad declarandum matrimonium nullum, sed tenet, l. si patre cogente, iuncta Gloss. de ritu nup. ff. l. sed ea quæ patres, 12. de sponsa. ff. vbi additur: *tunc enim solum à patre dissentiendi filia conceditur potestas si indignum moribus, vel turpem sponsum ei*

*eligat, neque existimatur conuenire pudicitia filiarum eligere sibi maritum.* & vt ait Plautus, in Persa actu 3. Scena 1.

*Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala,*
*Quæ præter sapit quam placet parentibus.*

Imposuit hoc munus & onus parentib. lex, vt quærant filiis conditiones & filiab. maritos, l. qui liberos, de ritu nuptia. ff. atq; in eo præposuit voluntatem patris voluntati filiæ, in l. vni. de raptor. virg. C. eáq; causa statuit ne vnquam filius filiáve familias sine voluntate patris coniungerent se matrimon. l. Paulus de statu homi. ff. l. 2. de ritu nup. ff. l. sponsalia, de spõsalib. c. aliter, 30. qu. 5 etiam si filiæ viduę sint, minores tamen 25. annis, quę etiam nõ possunt sine consensu parẽtum repetere matrimonium, l. nuptiæ, 18. de ritu nuptia. ff l. si vt proponis, 7. de Nup. C. Quinimò si fuerint emancipatæ filiæ viduæ minores 25. si earum voluntas repugnet voluntati parentum, & proximorum cõsensu debet adiri iudex dicturus pro negotij qualitate sententiam, l. viduæ 16. C de Nuptiis, l. In coniunctione filiarum. 20. C. eod. titu Naturale est, & veluti inuiolabile, vt semper consilium capiant parentes pro liberis in grauiorib. negotiis, l. nec in ea lege, ad leg. Iul. de adult & officium paternum non in atrocitate cõsistat. l. diuus, ad legẽ Põpeiam de parri vt fieri non possit quin cõmoueantur viscera parentum in misericordia & cura filiorum ca. adferte mihi gladiũ, de præsumptio. plúsq; torquetur in iniuria filiis illata, quàm in propria l. isti quidam, quod metus causa. ff. vt nec affectus supra paternum & qui eum vincat. l. consilio de Curator. furiosi Et vt hęc ipsum lex inculparet menti filiorum, atq. omnino patri obtemperandum esse illis ostenderet, pręscripsit concessionem potestatis paternæ in filios, quæ temerariis quidem filiis videretur atrox, sed quę legi visa est iustissima, per quam patri vitæ necisq. potestas in filios esset, l. fin. de patria potesta. C. Diony. Halic. in 2. Sciebat enim nũquam fieri posse, vt pater ob dilectionẽ quam nõ potest exuere, præter modum animaduerteret in liberos: & aliunde certum habuit plerumq iuuentutem ita ferocẽ euaderet, vt, nisi sæuissimo metu pœnarũ retineretur, facilè in parentes insurgat: & ita, vt mortis, sic & castigationis arbitrarię concessit potestatem, l. 1. de emend. propinquor. vtq. posset contumacem filium iudici offerre, qui in eum sententiam, qualem ipse vellet, diceret, l. 3. de patria potesta. C. Dedit insuper & lex patri potestatem, vt etiam posset moriturus eligere suo testimonio personas quę curam filiorum & potestatem suo loco subire possent: nempe tutores, l. de creationib. de Episc. audi. eo. tit. de testa. tute. possétq. & curatores furiosis, & substitutos pupillares eis eligere, l. humanitatis, C. de impub. l. morib., de vulga. ff. §. 1. de pupill. cum simil. Et quod etiam huic tractationi conuenit, posset filiabus superstitibus post mortem suam maritos destinare, l. si pater pactum, 4 de spons. C. l. tutor vel curator, 36. l. non est matrimonium, 16. de ritu nupt. ff. l. pater Seuerinam, 101 de conditio. & demonstrat. lib. 35. ff. tit. 1. l. Itta, quæ ex alio, 134. de verb. oblig. l. 7. ad leg. Iul. de adult ff. l. 6. C. de interd. matrim & ca. 2. de despons. impuber. Ex quib. collatis mirandum non est, si reuerentiam patris & voluntatem contrariam, iuuenili stultitiæ filiorum, & filiarum quæ sæpè certant contra propria commoda, dict. l. si pater, de Sponsal. C. pręponamus assertioni, quod propter reuerentiam paternam metúque eius matrimonio inuitos se coniunctos dicant: vt neque argumẽtum metus, vel vmbra quidem inde colligi possit. Neque rursus verisimile relinquitur factis nuptiis, præsentib. maximè parentibus & amicis, qui solent conuocari, metum aut vim illegitimam interuenisse: si enim præsentia amicorum sola, cõtractui adhibita, elidit omnem suspicionem metus, l. transactionem, & ibi glos & Barth. C. de transact. & bart. in l. fi. §. si quis aliquem testari prohibuerit, quod & de præsentia aliorum honestorum virorum dicitur, in l. quæsito, 59. §. si seruum, de ædilit. edict. ff. multò magis id dicendum, de præsentia patris quæ caret omni suspicione: cũ affectui eius, vt dixi, nullus sit similis. Quare & semper filia patri videtur cõsentire, nisi euidenter dissẽtiat, l. 2. §. voluntatẽ, solut. matrim. ff. Adiiciamus dignitatem paternã, quę veneratione digna visa est, in decalogo cum remuneratione etiã longæuæ vitæ. Deuter. c. 20. *Honora patrem tuum & matrem tuã, si vis longæuus esse super terram:* & ideò rectè dicemus similia bis quę rescripserunt Diocletianus & Maximia in l. ad inuidiam 6. de his quæ vi metúsve caus. fiunt, li. 2 C. tit. 20. *Ad inuidiam alieni nocere nullã dignitatem oportet: vnde intelligis quod ad metũ arguendum, per quẽ dicis initum esse contractum, senatoria dignitas aduersarij tui, sola nõ est idonea.* Rursum, solæ quoq; minæ non incutiunt metum, l. 3. §. quolibet, Quod metus causa nisi inferãtur à tyranno, vel alio homine pessimo, qui eas possit & soleat exequi, l. minæ, & ibi notatur eod. tit. Glos. ad l. Interpositas, de transact. C.

12 Nec oberit quod adferri posset ex l. 1. §. qui onerãdæ, quarum rerum actio nõ det. ff. vbi à patroni obligatione & præstatione operarum, nimia eius reuerẽtia & metu per libertũ promissarũ, liberatur libertus, tanquã metu cõpulsus. Siquidẽ permagni interest inter affectionẽ patroni in libertum & patris in filios: non secus quã valdè interest inter filium & seruum: imperium paternum & imperiũ tyrannicum, imperium ex virtute in liberos, dominatio in seruos, Aristot. 7. Polit. c. 14. imperiũ in liberos, regium, quo quis per amicitiam pręest, & per ætatem, vt idẽ scribit, 1. Polit. c 8. Neq; metus operarum supra modum promissarum, qui cadit in libertum ne opprimatur eius libertas, cadere potest in causa filij & patris. Quia filiorum reuerentia patris, naturalis est, quę nec pacto vel alio modo augeri, vel minui potest. l. si quando, §. illud de inof. testam. Sed neq; actus qui ex reuerẽtia patris geruntur, ideò nulli ex eo metu dicuntur: sed si læsio interuenerit officio iudicis rescindẽdo: nam ante rescisionem tenent, vt notat Barth. ad l. metum, in §. sic incip. & ad l. fin. §. pen. Quod met. caus. ff. vt in l. interpositas, C. de transact. Hoc tamen non admittit matrimonium: semel enim contractum, & semel validum nõ dissoluitur, vt docuimus ab initio.

13 Item dato quod nimia reuerentia paterna metum habeat, tamen non habet vim cogẽtem, & ita inter vim & vim, facienda est differẽtia, vt in nostro c. de muliere, & ca. cõsultationi, hoc titu. Alioquin daretur colludendi & delinquendi occasio, & orto vel leui dissidio inter virum & vxorem, obtruderetur reuerentia nimia contractum fuisse matrimonium, spe quod nullum declararetur, vt tractatur in simili per Glossam ad c. causam matrimonij, de of. deleg. Conuellenda etiã nullo modo sunt reuerentiæ paternæ repagula, sed firmiorib. clauis constringenda: ne irrepat in iuueniles calores adhuc delinquendi liberior occasio, & boni mores lædantur, qui debent subiici arbitrio parentum. Atque satius est coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitũ sentiant, vt ait Iustin. in l. fin. §. ipsum autẽ, de bonis quæ liberis, & c. libr. 6. C. titul. 60. cùm alioquin delinquendi occasio recidenda sit ab omnibus maximè conuenientibus, in l. conuenire, de Pactis dotalib. ff. leg. alia, §. eleganter, solut. matrimon. ff.

14 Tantum tamen, vt diximus, vt non tribuimus pręsumptionibus amicitiæ & reuerentiæ paternæ, vt veritatem coactionis, metus, atrocium minarum respuamus quinimò, vbi de his liquebit, & reclamauerint loco & tempore conuenientibus, filij, filiæve, præter voluntatẽ coniuncti, ad nullitatem matrimonij declarandam procedendum erit dicto cap. consultationi hoc titul. tunc, vt ait Cicero 3. de Oratore, erunt nuptiæ innuptæ, & vt Græci dicunt, γάμος ἄγαμος.

15 Verùmtamen hic probanda vis erit, nec sufficit asserere vel dicere, vim sibi illatam fuisse, dicto cap. consultationi, & c. primo quod metus causa. Fiunt autem approbationes de violentia per testes, c. super eo. tit. Quod met. causa: item per protestationes factas.

Sed in protestationum causa non inutiliter quærēdū est, siquis adactus adactáve ad matrimoniūm contrahēdum antequā contrahat protestatus sit in occulto: quod quicquid dixerit vel fecerit, nō est dicturus vel facturus animo contrahendi matrimonium: num illa protestatio releuet eum vt inuitum & adactum, & ideo matrimoniū postea contractum ab eo non reclamante, nullum sit. Et interpretes respondent, ita occultè factā iuuare & releuare, c.1. Quod metus causa, can. Lotharius, 31 quæ. .l. & c.tua hoc titulo, quod tamen ego virum intelligo, quando ipsa protestatio immediatè actū præcessit matrimonij, vel non paulò antè & durante metu: non autem aliter, vt colligitur ex dicto c.1 Quod metus causa. Cæterùm, si coram pluribus quis fuerit protestatus, quod quicquid sit dicturus vel facturus, non intēdat contrahere matrimoniū, & postea nihilominus dixerit, consentio in talem, prædicta præcedens protestatio nihil eum iuuabit sed pro matrimonio erit iudicandum. dicto c.tua nos, & ibi Gl. ad verba *qualiter tibi cōstiterit nō videmus*, hoc ti. Ratio, quia quamuis tēpore protestationis videatur repugnans, tamen postea mutare potuit voluntatē & consentire, quia ambulatoria est voluntas, l.4 de Adimen lega. atque dissensus in consensū trāsire potest, c ad id quod, hoc ti. c. de illis, de desponsa. impu. c. fin. de raptor. Mutata autē videtur volūtas protestātis, cùm postea consentire se dixit: verba enim ita intelligi debent vt sonant, & vt cōmuniter intelliguntur, l. non aliter de leg. 3 l labeo, de Supellec. lega l. librorū §. quod tamen Cassius de lega 1 ff c. quamuis, de verborū signif. cum similibus, sed maximè in fauorē matrimonij hoc expressum, verba valere tantundē quantū sonant. c. ex literis, 7. hoc titulo. Dicere autem quod quis aliter senserit quā expresserit, propositū in mente reptendū nihil operari satis repellit exceptionem, l. si repetendi, C. de condictio. ob causā l. quicquid astringendæ, l. stipulatio ista, § alteri, de ver. obli. facit, l. veteribus, de pact ff. Verba autem consensus sequentis dissensum dissoluunt dissensum, & ex cōsensu matrimoniū perficiūt, acquirūtque ius irreuocabile fide data consensus coniugi. l. 1 de sponsa. duntaxm. Quare postea non licet mutare voluntatem prætextu dissensus prioris protestationis, elisi. io præiudicium coniugis c. mutare, de regul. iur. in Sex l. nemo, eod. ti. ff. l. velles nec nc de reuocat donatio. l. postquam liti, C. de pactis c publicatio, de electio. cum simili. Nec protestatio nocere debet ei, cum quo postea cōtractum est, textus & gl ad c. cumana, ad verbum, *protestationem*, de elect. vt neque debitorum pactionibus creditorum petitio tolli aut mutari potest, l. debitorum, C. de pact. l. si vnus, § ante omnia, eod. tit ff.

Adducitur & textus expressus, quòd protestatio præcedens, in actu contrario sine protestatione alia, non sit consideranda, sed censeantur reuocata, l. cum in plures, §. locator, Locat. ff. vbi locator horreorū, propositum habuit se non argentum aut aurū receptutū suo periculo. Deinde autē cùm sciret eas res inferri, passus est, & perinde dicitur obligatus ac si propositū fuerit remissum, & sic patientia pro consensu, vt in l 1. §. magistrū autem de exercito. actio. ff. l. 1. §. penul. nautæ, caupo. stabula. ff. facit & ad idem l. item quæritur §. fi. loca. ff. Occurrit & magna occasio delinquendi & peruertēdi matrimonia, si ex illis protestationibus ante matrimonium factis liceret solutiones petere, nec vlla tā certa essent quin fictionibus & artib nō subuerterētur vel interpellarētur.

16 Supersunt quædam leuia argumenta, quæ proponi possent aduersus secundam regulā, c. de muliere, proximè explicatā. Primùm sufficit pro perfectione matrimonij voluntas contrahentium, c. sufficiat 27. q. 1. cum similibus sæpe antè citatis. At voluntas coacta voluntas est, l. si mulier, §. si metu, Quod met. caus. ff. c. maiores, §. itē quæritur, de Baptismo, & ante pluribus firmauimus: ergo matrimonium coactè factum, & cum vi, nihilominùs validum, & nonnullum dicetur. Solutio: in matrimoniis, non solùm voluntatem exigi, sed etiam libertatem & liberam voluntatem & consensum, c. requisiuit, c gēma, c. cum apud, de sponsa. l. Titia de verb. oblig. ff. Nihil autem ita contrarium voluntatis libertati, quàm coactio, vis, & metus, d. q. cū locū, l 1. quod met. caus. ff l. libertas.

17 Secundò videtur pugnare, quod matrimonium vi metuve & coactione contractum, non sit dicendū ipso iure nullum, sed rescindendum, vt valeat quandiu proposita querela non fuerit dissolutum: nam quando agitur ex dicto quod metus causa, oportet restitutionem interuenire gesti ita, vel per viam actionis, si res non sit integra, vel si læsus voluerit resilire à tali negotio: vel per viam exceptionis, si interpelletur de satisfaciendo negotio qui illud per vim perperam egisse se dicit, metū autem, § sed quod prætor ait, & ex hoc edicto, & §. volenti, quod met. causa. ff l. qui cœtu, §. ad leg. Iul. de vi pub. ff. *Ibi lex obligationem rescindit vi factam eius qui per vim sibi aliquem obligauit.* Facit lex si voluntate, de rescindi ven. C. & c. abbas, quod metus causa, quia, inquit, quæ metu & vi fiunt, debent in irritū reuocari, rescissio porrò præsupponit ante stetisse obligationem: quod enim nullum est, non dicitur dissolui vel rescindi, c. ad dissoluendum, de disp. imp. l. nā etsi sub conditione, §. de iniusto rup ff. priuatio enim præsupponit habitū l. Iulianus, de diuort. ff l. decem, de ve. bo. obl & eius quod non est nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, de rebus cred. ff quia accidentia non possunt esse sine subiecto. Quod si admittamus matrimonium per vim contractū esse, iā inde sequetur nullo modo posse posteà rescindi vel dissolui, quia, vt sæpe dictū est. matrimonium semel validè factū, ex post facto nō potest dissolui inter homines, c. inter corporalia, de translatio. Episc. cum similib.

Solutio: edictum de dolo, restituere contractus in pristinum statum, quando contractus eius naturæ sunt vt retractari possent: non etiā, si retractari nequeant. Quare tunc vi factum nullum est, & per edictum vi factum, tale declarari petitur, & restitutio non contractus qui nullus sit, sed eius quod ratione vis & metus factū est matrimonium est ex cōtractibus bonæ fidei. In cōtractibus autē bonæ fidei, & in hoc promissio dotis etiā metu extorta, nulla est, l. si mulier, § si dos, quod metus causa, ff. & quando metus & dolus dederunt causam contractui bonæ fidei contrahendo, cōtractus ipso iure nullus est, l 1. de rescindenda vend. C. l. & elegantet, §. 1. de dolo ff. l. si dolo aduersarij, de rescind. ven. l. dolo, vel metu, de inut. stip. C. dolum malū cōtinet vox, l. 2. §. doli mali, vi bonorum raptor. ff. quamuis aliter statuatur in contractibus stricti iuris, qui dolo contracti non sunt ipso quidē iure nulli, si retractari possunt: sed annullandi, vel per actionem de dolo agendo, vel per exceptionē doli defendēdo: dicta l. dolo vel metu, de inutil. stipula. C. cum simili.

18 Tertiò obiicitur, in causa dissoluendi matrimonij filiæ per vim & metum, vel nimiam reuerentiā contracti, non exactissimè vim esse considerandam & metum, prout in constantem virū cedere possint: sed habendam rationem infirmitatis sexus muliebris Nam vt ait Ouid,

*Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellis:*
*Fortius ingenium suspicor esse viris.*

Quod expreisè videtur probare c. indignantur, 32. qu. 6. & l. quisquis §. ad filias, ad leg Iul. maiesta. vt & non immeritò Panorm. ad c. consultationi, hoc titulo, videatur inclinasse in eam partem, vt verba de metu censendo legitimo, qui cadat in constantem virum, hic intelligi debere, qui cadat in constantem fœminam.

Solutio: c. consultationi, hoc titulo, loqui nominatim de metu cadente in constantem virum vt comminisci aliam non liceat interpretationē, neque fortsan posset inueniri nunc exemplū de constante muliere, vt vix nec de constante vim. Verūtamen ex materia in indiuiduo proposita iudici, eius partes erūt iudicare, nū metus incussus

ab agente ſufficiat ad incutiendum iuſtum metum, excuſabilem, leg. metus, ex quib. cauſ. maior. ff. alinquin verba legis captanda non ſunt, l. pen. ad exhib. ff.

19 Quartò obiicitur, l. ſi pater cogente, de ritu nup. vbi patre cogente matrimonium contractum, valet.

Solutio: ibi poſt diſſenſum & coactioneus ſequutum fuiſſe conſenſum filij: quod liquet ex verbis legis ibi *maluiſſe videtur*. Sic vltima voluntas libera & ſine vi adſuit.

20 Quintò obiicitur, c. inter cætera 22. q. 4. vbi contractus dolo initus ſen promiſſin per Gabaonitas à Ioſua extorta & iorata tenuit.

Solutio: ibi fuit bonus dolus Gabaoniterũ, ad ſui conſeruetionem, qui eis prnſuit, & aliis non nocuit: nos non de illo vel de ſolertia, ſed de dolo malo agimus, qui diſtinguitur in l. 1. §. dolum, & ſeq. de dolo, ff.

21 Sextò videtur obeſſe, c. veniens, In 1. ſic incip. *Item vbi reſciſſio matrimony per metum facti ſit* Solutio: reſciſionem intelligi de petitione qua poſtuiatur nullũ quod actum eſt declarari per ſententiam, cui probatio adhibetur ad factum docendum, ad docendum vim illatam non ad vinculum quod nollum eſt diſſoluendum, ſicuti in e nuper à nobis, de Bigamis.

EXPLICATIO C. ID QVOD.

22 Et hæc de prima regula dicta ſint. c. de muliere. Colligemus nunc aliam es codem capite & ea e. ad id quod, 21. iſtius tituli. Quod conſenſus ſoperueniens poſt quam vi fuerit contractum matrimonium, firmat & ratam facit illud, & id eſt, quod ſummus Pontifex in c. de muliere ait, nihil ſibi ſignificatum fuiſſe, qua vi factum eſſet matrimonium: & inſuper vtrum poſtea conſenſus interueniſſet: at in c. ad id quod, plenius propoſita hypotheſi, datur etiam plena reſolutio, vbi quædam virgo vndecim annorum, renités & inuita fuit tradita nuptui, cuidam, eum quo poſtea remanſit per annum & dimidium & cum eo cohabitauit & conſenſit: diſcordia tamen poſt id tempus exorta com marito, ab eodem diſceſſit, dicens ſe vi traductam fuiſſe. Quęſitum à Cleméte III. Summo Pontif. num matrimonium ſubſiſteret. Reſcripſit autem quod ſi appareat quod per annum & dimidium videretur conſenſiſſe cohabitando, iubeatus redire ad maritum: marito autem iniungeretur eam recipere, & maritali affectione eam habere, niſi ea vtriuſque conſenſu vellet ingredi religionem, ideò ibi gloſſa adfert hos verſus,

*Effuge cùm poteris ne conſenſiſſe puteris,*
*Nam ſi præſtiteris illius vxor eris.*

Similis textus in c. de illis, c. 9. de deſponſ. impub. c. inſuper. 4. Qui matrim. accuſ. poſſ. c. 1. de eo quod metus cauſa, c. fi. de rapt. c. 2. de eo qui duxit in matri. & c. li. 4. titul. 7. In quibus omnibus violentia purgatur per tacitum conſenſum ex cohabitatione continuata, & ſilentio in tempore quo liberum erat poſt violentiam reclamare, & cenſetur diſſenſus tranſiſſe in conſenſum, niſi vt ait Gl. ad dictum c. inſuper, violentia durauerit per id tempus ſilentij & cohabitationis.

23 Ratio cur habeatur ratio poſtremi conſenſus potiùs quàm diſſenſus præcedentis, quia *δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, cogitationes poſteriores, ſunt ſapientiores*, & poſteriore derogant prioribus, l. non eſt nouum, C. de legi. c. 1. de eog ſpirita. in Sex. c. 1. de conſtitutio. in Sex. cum ſimilibus. Adde quod aliquando & plerumque adeſt pudicitia virginibus verè, interdum & conficta à matribus & perſuaſu, vt appereant caſtiores viris, vtque illis imponant. quæ vel inuitas conuenire ab initio facit, vel inuitas ad thorum venire ſimulat, tamen vt ait Ouidius 1. de Arte.

*Vim licèt appellent grata eſt vis illa puellis*
*Quod iuuat inuita ſæpe dediſſe volunt.*

Strabo etiam li. 10. Geogra. commemorat, morem fuiſſe Cretenſium, vt amantes non ſuaſu, ſed raptu, violétia, amatas contrahant. Referunt hiſtoriæ Romanæ etiã primùm, menſe 4. poſt Romam à Romulo conditã Romanos Sabinas repuiſſe, vi, vt ſibi matrimonio cõiungerent inuitis illis & parentib. poſteaq. bellis ob eam rem perfectis, ad fœdus peruentum, & coniugia fuiſſe ſtabilita vt ſcribit Plutarch. in Romulo. Lucius Florus in Epit. lib. 1. c. 1. Dionyſ. Halic. in 2. Ouid. 3. Faſt. D. Aug lib. 2. de ciuit. Dei, c. 17. & lib. 3. c. 13. addit & Plutarc. lib. problem. prob. 84. morem inde traductũ ad poſteros vt ſponſę veluti raptæ, dũ traducerétur, haberent comã haſta diſcriminatã, ſicut & hodie mos hic, vt paſſis capillis vxores ducantur. Refertur & in religione Ruſſorum, matrimoniũ cõtrahi apud illos, vt iuuenis ſi cui fauet puellæ, propinquos tres quatuorve ablegat qui parentes de elocanda virgine interpellent: hi verò vt vehementiùs animum proci irritent, nihil iſto de negotio cõfici poſſe adfirmãt, & quanquam apud internuncios ſimulant grauitatem. Sponſus tali ſpe fruſtratus, alia rem via aggreditur, tempúſque & occaſionem venandæ virginis diligentiſſimè obſeruat, & ſi fortè domo paterna illa egreditur, miniſtri in inſidiis collocati, in cautam & nihil tale timétem in caſſes ſponſi venatoris coniiciunt, quæ ſimul atq. deflorata fuerit, mittit alios ad parentes legatos qui partim culpam deprecentur, partim amoris vehemétiam accuſent: tum demum parentum implorato conſenſu nuptiis dies dicitur Refert & Ioan. Meletius in epiſt. ad Georg. Sabinum, de religione & ſacrificiis veterum Boruſſorũ, apud Suolinos Curanenſes Samogitas & Lituanos nobiles puellas non duci, ſed rapi in matrimonium: non ab ipſo ſponſo, ſed à duob. ſponſi cognatis, ac poſtquam raptæ ſunt tunc primum requiſito parentũ conſenſu matrimonium contrahi. Et in libro Iudicum, poſtquam iuraſſent Iſraelitæ, ſe non daturos filias ſuas in vxores reliquiis Benjamin Benjamitæ rapuerunt ſibi in vxores filias Silo, procedentes ad ducendos choros ex more.

24 Ex quibus omnib & ſimilibus plurib. aliis, quę referre conſultò omittimus, liquet poſſe matrimoniũ initio inter inuitos contractum, reconciliari nouo cõſenſu, neque perpetuò inſpiciendũ eſſe quod virgines dicant ſe ad matrimonium cõpulſas, vt matrimonium inde nullum, & de facto cõtractum diſſolubile dicatur. Accedit, quòd quẽadmodum non auditur perire volens, in l. nõ tantũ, de appellatio ff. Et voluntatib. malè affectorũ vel phreneticorum & ſimiliũ, non eſt deferẽdum ſibi perniticioſa poſtulátium, ſic nec puellis parentes in omnibus voluntatib. debent obſequi: ſæpè. n. certant contra propria commoda, l. ſi pater, de ſponſalib. C. Nam fuerunt ægerrimè ab initio rectè ſe à parentib. matrimonio cum conuenientib. maritis collocari, dum veluti veneno & philtris cuiuſdam amiculi vel impudentiſſimi forſan laſciuiis detinentur irretitę: & ita ab initio durum illis videtur talem relinquere, & facilè contradicunt, ſed temeré & incõſultò parentum voluntati: vnde & dignæ ſunt quæ & minis & verberib & emendationib. patri cõceſſis, ab illa ſtulta ſententia conuellantur, & ad ſanã mentem reuocétur. Proinde ſępe accidit, vt quod matrimonium illis prouidè à parentib. delectum eſt, eum tempore euaneſcente incõſultò amoris colore agnoſcãt ſuam imprudentiam reſipiſcentes, & gratias Deo, parentib. & maritis habeant, & in meliorem ſententiam conuertantur, & vt ait Ouid. 1. de Arte.

*Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci,*
*Tempore lenta pati fræna docentur equi.*

25 Conſenſus porrò in matrimoniũ, quod propter diſſenſum antea non conſtabat, firmat ipſũ matrimonium etiã ſine copula adueniente. Et ſi ſæpe cohabitauit cum viro tanquã cum marito, videtur approbaſſe matrimonium, c. vnico, de Deſponſatio. impub. in Sex. Neque tamen annus cum dimidio, cuius tẽpus ponitur, in c. ad id quod hoc tit neceſſarius perpetuò requiritur ad purgãdã vim ex cõſenſu ſuperueniẽte: quia matrimonium, vbi cõſenſus interuenerit, ſtatim perficitur, l. nuptias, de reg. iur. ff. c. ſufficit 27. q. 2. ſupplet & cõſenſum, atq. pro conſẽſu in matrimoniũ habetur, copule quę pro ſpõſalia de

futuro

futuro interueniat. Nisi illa copula per vim dicatur, & probetur etiā ex tota c. cōsultationi, hoc titu. c. ex litteris, de desponsatio. impuber. Debet autem illa violētia illata esse absoluta, non cōditionata, vt quia constricta & ligata coacta fuerit virum admittere, vt in c. sacris, quod met. causa, & tradunt Ioan. Andr. & Hostiēsis ad c. continebatur, de despons. impuber. Eò pertinet iudicium à quodam probo iudice acutè factum, de quadam muliere quæ cùm cōquesta apud illum fuisset, se vi ab aliquo fuisse oppressam, condemnauit virum ad mulctā decem librarū, quas iussit se præsente statim numerari & tradi mulieri: permisit autem condēnato abeūtem mulierem insequi, & si posset pecunias ei auferre. Quod molitus, & tentans vir non potuit, sed illa in retinendo præualuit se strenuè defendendo. Cuius rei certus factus iudex, præsumpsit falso accusatum virū, quod eam vi oppressisset, quia nō minus corpus, quàm illam pecuniam potuisset, si voluisset, defendere: eàque præsumptione violenta adductus, reuocatā mulierem iussit pecuniam condēnato reddere: quod iustum erat, detecta falsa accusatione per l. si quis, de adulter. ff. per c. 2. de purgation. vulga. Simile in alio iudicium ex præsumptione vrgente in c. afferte, de præsumpt. Et D. Hieronym. ad quandam Susannam nomine scribens, dicentem se vi oppressam, *Susanna*, inquit, *cuius tu nomen falso baiulas, inter duos presbyteros & iudices vinci non potuit quia noluit*. Narrat autem porrò in c. ad id quod, de anno & dimidio, vt contigit in hypothesi proposita referri, nō vt illa adiectio faciat necessitatem determinationis, quod illud tempus anni vnius cum dimidio, ad purgandam vim requiratur. Ideò, inquit ibidem Pan. sufficit ad purgandum metum docere, aliquod legitimum excurrisse tempus, in quo potuerit, qui vim metùmve sibi illata præsupponit, illud proponere & conqueri, vel à copula effugere.

26 Ratio verò cur matrimonium vi coactéque contractum priùs, consensu ratum fit superueniēte est: quod per ratihabitionem, consensus retrotrahatur ad tempus contracti matrimonij c. final. de regular. ib. in fine, cap. proposuit, de coniugio seruorum, cap. perlatum, cap. 1. quod metus causa.

27 Secunda ratio, qui vult cōsequens, vult & probare videtur antecedēs, ex quo illud depēdet l. illud dubitari, 76. de acquirend. hæred. ff. & qui promisit quippiā vi, & postea promissum spōte soluit: nō potest repetere: vtpote firmato actu per consequentiā spontaneam, nisi quis quoque in soluendo vim se passum ostēdant, l. 2. quod metus causa, C. Cōsentit l. ex ea stipulatione, septuagesima quarta, de condict. ob turp. caus. l. si ob turpē causam eo. ti. Consequentia matrimonij sunt, copula & consensus qui faciunt transire spōsalia de futuro in matrimonium indissolubile, is qui fidē, hoc titulo. In matrimoniis quippe distinguēda ἐνάρματα & μέσα, Sunt verò secūda, ἐνάρματα initiū contrahendorum spōsaliorum, & finis nuptiarum & copulæ μέσα autem multa inter illa sunt, vt arrhę spōsalitiæ, osculum, donationes ante nuptias stipulationes, repromissiones instrumenta dotalia, & alia plura.

28 Tertiò, sæpè res ipsa monet consiliū mutare quod aspernandum non est: nam sicuti in prouerbio est, mens meminit, & vt Seneca ait libro tertio epistolarum, ad Lucillum, gladiator in arena capit consilium, tempus & consuetudo docent & deregunt proba, quæ repugnantes primum odio habebant, & consilium in ipso negotio plerique capere coguntur, vt ait Iulius Cæsar libro quinto, de bello Gallico. Sæpè vxor onerosa & displicens longa assiduitate minus odiosa fit cum quis sibi proponit os quod contigit rodendum, & esse, vt vulgò dicitur ἀναγκαῖα κακά, mala necessaria, quare & postquam vis coactioque mutata est in consensum, satius est μὴ κινεῖν καμαρίναν, *non mouere* vt dicitur, *Camerinam*, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων, aut, μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον, *non mouere malum benè conditum*, videtur quoque vis remissa dissimulatione per lapsum temporis, vt per illud iniuriæ præteritæ & iræ abolentur reconcilatione, §. final. de iniur. apud Iustinian. neque quod calore iracundiæ dictum factúmque est, prius ratum est, quàm si in eo perseueratum fuerit, l. quicquid, de regul. iur. Et diuortium non est nisi quod animo perpetuam dissensionem constituendi, & priusquam ratum calore iracundiæ nūciatum, fiat, vt nec breui reuersa vxor, diuertisse videtur, l. 3. de diuort. l. vir mulierem, 65. de donationibus inter virum & vxorem, l. plerique, 33. de ritu nuptiar.

29 Deinde in liberæ mulieris consuetudine nuptiæ præsumuntur potiùs quàm concubinatus, l. in liberæ, de ritu nuptia. nisi qui ea consuetudine vtitur fuerit de contrario protestatus, l. in concubinatu, de concubinis, cap. illud de præsumptionibus. Et quamuis hoc ipsum iure Pontificio aliter intelligi possit illicitus coitus, tamen idipsum eodem iure probatur si præcesserint sponsalia, multò magis argumenta nuptiarum in dicto cap. illud. Sicque intelligendum est cum hac distinctione, canon. primo, trigesima quæst. 5.

30 Postremò cùm cessante causa prohibitionis, cesset quoque eius effectus, l. adigere, §. quamuis de iure patrona. ff. capite cum cessante, de appell. Cessante causa prohibitionis matrimonij nēpe dissensu, cessabit quoque prohibitio per contrarium consensum expressum vel tacitum, vt & in cap. fin. de raptoribus expressè rescriptum est.

31 Cæterùm repugnare videntur quædam præcedēti conclusioni & regulę, primùm quod ab initio nō valuit, tractu temporis conualescere nequit, licet postea perueniat res ad eum casum à quo potuit incipere & initium legitimum habere, l. quod ab initio 29. de reg. iur. l. quæ ab initio, 210. eod. tit. cap. 18. non firmatur. eod. titu. in sext. §. fin. quib. non est permissum facere testamen. §. an seruu, de legat. can. fin. 36. quæstione secunda, l. inter stipulantem, §. sacram, de verbor. obligatio. ergo ab initio nullum per violentiam matrimonium non poterit redintegrari per subsequentem consensum.

Solutio argumentum & regulam, quod ab initio, &c. locum habere, quando ab initio quippiam nō valet propter perpetuum impedimentum, contra, si temporale.

Deinde quod ab initio non valet, non potest conualescere ex eodem actu, quo non valet, at ex contrario vel alio sufficiente, potest, vt hic ex consensu nouo, in l. qui superstitis, de acquiren. hæred. sic ex nouo consensu firmatur matrimonium, in l. si quis in Senatorio, de ritu nuptia. ff. l. 1. de contracti. iudic. l. prima, & secunda si maior factus alienata ratum habuerit.

32 Secundò obiicitur, c. 2. de regularibus vbi ad minus annus requiritur ad purgandam illatam violentiam, vel metum.

Solutio: illud verum in actibus qui habent tempus antequam perficiantur consensu, vt in ingressu religionis, pro cuius firma professione requiritur annus, & in strictioribus triennium cap. quia in insulibus eod. titul. nos autem agimus de matrimonio & actu, in quo, vbi consensus adiectus est, statim valet.

Sunt & alia leuia quæ obiici possunt, quæ prætermitto, vt accedam ad tertiam regulam quæ colligi potest ex nostro c. de muliere.

33 Tertia ergò & postrema cōclusio ex c. de muliere erit. De incertis Iurisconsultum non dare respōsum, nec de his fieri legem. Idem in l. vt respōsum, C. de transactio. l. precibus, C. de impub. l. Domitius Labeo, de testam. Ita iūs in causa est positum, vt secundū facti qualitatē iudicetur, l. si ex plagiis, §. in cliuo, ad leg. Aquil. ff. c. graue, 11. quęst. 3. *Graue & indecens*, inquit, *est, vt in re dubia certa daretur sententia*. Ita Demosthenes oratione contra Leptinen, dum impugnat eius legem quæ erat de immunitate nemini concedenda, arguit eandem vt cōfusam quod non excipiat beneficio immunitatis donatos, vt Leuconem, & alios magistratus: sed tantùm ex Armodij & Aristogitonis domo existentes.

34 Ratio prior quod lex, iudicium, responsa iurisconsultorum, pro recta resolutione, norma & directione negotiorum, & pro regula proponuntur & emittuntur ne erraret quis possit: & si errandi iter ingressus sit ab eo renocetur, l.1.& 2.de legib.ff.canon.priuilegia, §.officium, & §.omnis autem lex,3.distinct.l. legis virtus, de legib.ff. Oportet & iudicantem plena disquisitione cuncta rimari, planéque rei veritatem disquirere antequam sententiam proferat, canon. iudicantem, 30.quæst. fin. canon. in primis,2 quæst.1.canon. occidit. Principes,23.quæst 8.l. indices, & authentica iubemus.C.de iudic.nec incertam sententiam proferre debet, l.1.de sentent. quæ sine certa quantita.proferunt, C.si curare de.actio. Nec ex lite lis oriatur, contra l.terminato, de fructibus & litis.expens. C. Et ne inde iniuriarum occasio oriatur, vnde iura nasci debent, contra l.meminerint, C.vnde vi dubia, & in vtramque partem flexibilia respondere, vel ignorantis est, vel temerarij, vel decipientis. Eo nomine reprehensa etiam dæmonum responsa, quæ oraculorum nomen vsurpabant. Qui cùm dij vellent videri, & de futuris habere se cognitionem, vt Deus habet solus, persuadere hominibus volebant, sua mendacia & malitiam: imposturis ambiguitatum te... satagebant, vt docet diuus Basilius Magnus ad Euang... diui Ioannis, & Eusebius libro quinto de præpara. Euangelica, capite decimo, vbi & oracula eius fallaciæ refert.

35 Secunda ratio, quod sententia, responsum, lex, debent esse conformes libellis, petitionibus & negotiis, l. vt fundus, comm. diuid. Consultatio est, vt ait Cicero.1. de Orato. coniectio & examinatio causæ seu quæstionis, l.verum, 12.§.ex facto, de minorib.li.1.§.1.de Appell. Subinde lex nō debet esse dubia, sed clara & manifesta, quod nnn esset si incerta ea.erit autem lex, 4.dicta. Monet idipsum Isocrates ad Nicoclem. Soloni vitio etiam datum esse Plutarchus dicebat, quod quędam in legibus obscurius proposuisset, idque rectius quod consulto ita fecisset. Reiicitur & rescriptum quo dati sunt iudices incerti, vel quibus negotia futura committuntur incerta, capit. ad hæc, 10.de rescript. Reprobantur & literæ tanquā minus generales impetratæ, quæ committerent cognitionem in genere contentionum super quibusdam Ecclesiis, illis non nominatis, &c.& in c.2. de dolo, & contumac facit & cap.2.de appell. Sic etiam fraus præsumitur in istis generalibus petitionibus, quæ possunt in diuersas partes torqueri, l. ita fidei hæredis commisit, 40. de iure fisci, & in l.1.§.pe. de eden. ff. non videtur edere, qui totam stipulationem non edidit, & paria censentur, nihil respondere, vel ambiguè respondere, l.de ætate, §. nihil interest, de interroga. actioni.

36 Obesse tamen primùm videntur superiori resolutioni, c.iuuenis, suprà vbi responsum est in dubia quæstione, num cognouisset iuuenis, vel tentasset cognoscere puellam minorem septennem.

Solutio: dubiam quidem propositam esse, sed constabat tutius esse iudicare de impedimento propter honestatem publicam, quæ quidem incerta non erat: & ita secundùm eam, statuitur ex præsumptione vrgente, in c. adferte mihi gladium de præsumptio.

37 Secundò pugnat ca.fi.30.q.3. vbi in quæstione num commatris spiritualis suæ filiam accipiens possit comparet eam retinere in vxorem in consilio diuersarum sententiarū datur nihilominus consilium. Solutio: id dictum fuisse nō per modum legis aut iudicij, sed per modum consilij quod non obligat, vt in l. sæpè audiui, de officio præsid.ff.

38 Tertiò pugnat leges nō debere reduci ad hypotheses singulares, quia leges sint generales, l. leges vt generales, l.leges sacratissimæ, C. de legib. vt & in lege 12. tabularum, referente Cicerone in legibus, priuilegia ne irrogant, & vt ait Theophrastus, iura constitui oportet in his quę ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt: non in his, quę ἐκ παραλόγου, quod referunt & explicant Pomponius in l.iura, Celsus l.ex his, & l.nam ad ea de legib.ff. Quare cōsultus summ. Pontifex de hypothesi matrimonij vi contracti, debebat generaliter per membra distinguere, & decidere.

Solutio: leges decidentes, ex singularibus negotiis propositis transire in generales, vt ad similia negotia obseruentur. Verum & nostrum caput, de muliere, defendere possumus, generalem continere eā decisionem, vt si non proponatur iudici causa certa, de ea non debeat iudicare, sed absoluere reum temerè vocatum actore non probante, vel libellum conceptum sub incerto proponēte, cap.2.& 3.de libelli oblation.lib.2.tit.3. quod autem obiicitur hic, de priuilegiis non irrogandis, non conuenit huic loco, quia nihil singulare statutum est, de quo disputerut, num trahi debeat in consequentiam, iuxta l. quod verò contra rationem, de legib.ff.l.1.§ fi de constitutio. princip §.sed quod princlpi, inte natural.

39 Quartò obiicitur, subiectum legis esse dubitabile, de quo fertur, l.quod Labeo, de Carbonian. edict.ff. alioquin ridicula videtur, l.Domitius, de testam.& manifestè non egens explanatione c manifesta, 2.q.1.& proinde sum. Pontifex in nostro c.de muliere, non videtur benè respondisse, in dubio non posse se statuere.

Solutio: aliud est legem proferri de dubitabili: aliud, ipsam legem proferre dubitabilem: non dubium aut facti aut iuris est, cum factum certum est, & dubium de iure: tunc de illo dubitabili, fertur lex, ca.de manifesta 2.q.1.& fit dubium tunc certum: at quando factum ipsum dubiū & incertum est, nec describi potest, illud non admittit decisionem, nec suppleri potest à lege, aut à iudice, l.vni. vt quæ desunt aduoca.iud.supp.C.

40 Quintò pugnat, non fuisse necessarium exposuisse per singula & distinctè distinctionem, qua vi fuisset contractum matrimonium quemadmodum in l.fin. de precib. impetrator. offerend. in explicatione precum principi oblatarum, non exigitur vt instrumentorū, de quibus supplicatur exempla exprimatur omnino, sed sufficit vnum ex his, de quibus dubitatur, exponere.

Solutio: neq; hic sum. Pontific. id desiderare, sed tātum rei sibi exponi desiderat veritatem, vt possit respondere.

41 Sextò pugnat: paria sunt nō fieri, vel quippiam fieri inutiliter, l.quoties, qui satisd.cogan. at in hoc c. quoquo te vertas videtur inutiliter supplicatum Sum. Pontif. sine dubio & imperfectè, sine plenè fuerit supplicatum: supplicatur enim lite pendente de matrimonio quod prohibitum est, l.a.C.vt lite pendente, vel post prouocatio, & c.nulli liceat supplicare.

Solutio: ante litem contestatam licitum esse principi supplicare si iudex requisitus ius non dicat, l.1.C.vt lite penden. Debinc & in nostro c.de muliere, non tantùm supplicatio est, sed consultatio de iure post cognitū negotium, non tamen negotium plenè, & vt oportuerat fuerit expositum ab Episcopo. Licuit autem iudicib. de iure dubitantibus consulere principem, §.fin. de iudi.in Nouell. Prohibitum tamen à Iustiniano, ne hoc prætextu lites prolongentur, Nouell.125. μὴ ἀναφέρ. de iudicibus: & titul vt iudices non expectēt sacras iussio. &c. Supersedebunt etiam iudices à iudicio si de negotio proposito non habeant potestatem iudicandi, donec consuluerint principem, l.solent. l. si quid per consu.ff.l. inter pœnas, l. relegatorum de interdict. & relega.ff.

42 Septimò pugnat, quod omissio non vitiat rescriptum, l.1.si contra ius vel vtilit. public.

Solutio: id verbū, quādo id quod omissum est, potest ex expressis suppleri, alioquin si id quod omisū est, expressione facta potuerit impetrationē prohibere, vitiabitur rescriptum, c.ad aures, 8.c.cùm adeo 17. cod. titul. ca. si proponente 41. de rescript. cum similib. quæ de obreptione & subreptione rescriptorum loquuntur.

*Ad C. ex literis, 7. hoc titu. de sponsa... coniunguntur.*

C. cum apud, 23.

C.tuæ fraternitatis.25.
C.tua nos,26.hoc titulo.

ARGVMENTVM.

1 *Hypothesis & regula c. ex literis & aliorum canionctorum.*
2 *Idoneus matrimonio scientia quis dicatur.*
3 *Matrimonium duo requirit, consensum & eius expressionem: & quare: & ibi de duplici expressione consensus per copulam & signa.*
4 *De expressione per verba, & quando verba matrimonium constituant.*
5 *Verba dubia in fauorem matrimonij explicanda.*
6 *Formulæ verborum quibus matrimonium solet cōtrahi.*
7 *Quomodo verbis inhærendum.*
8.9 *Verba dubia in præiudicium loquentis explicantur, quando pro eo.14.*
10 *Verba quando ex mente proferentis explicari possunt.*
11 *Quando ex causis dicendi.*
12 *Dubia non sunt verba quæ explicationem habent communem.*
13 *AVT quando in ET conuertatur.*
14 *Verba ubi explicantur secundum intentionem.*
15 *Sensus ubi præfertur verbis.*
16 *Vt in foro contentioso.*
17 *Aequiuoca & dubia verba differunt.*

CAP. VIII.

*Alexander III. Cantuariens. Archiepiscopo.*

EX literis.*Et infrà: de hoc aūt quod cōsuluisti, quid debeat obseruari: quando inter aliquos spōsalia cōtrahuntur, nec intelligit alter quod alter proponit, Respondemus quod inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia & ætate: quo cognito si alter nō intellexerit, quod alter proposuit ad communem verbi intelligētiam recurratur: & cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

CAP. XXIII.

*Innocentius III. Arelatens. Episcopo.*

CVm apud sedem Apostol.*Et infrà: Sanè consuluisti nos vtrū mutus & surdus alicui possint matrimonialiter copulare. Ad quod t.r. quod cùm prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur, videtur quod si talis velit contrahere, sibi non possit vel debeat denegari.

CAP. XXV.

*Idem Brixien. Episcopo.*

TVæ fraternitati, & infra. Postulasti vtrū ex solis verbis, & ex quib. matrimoniū contrahatur: Nos igitur inquisit. t.r. quod matrimoniū in veritate contrahitur per legitimū viri & mulieris consensū, sed necessaria sunt, quantū ad Ecclesiā verba cōcessū exprimētia de præsēti. Nā surdi & muti possunt cōtrahere matrimoniū per cōsensum mutuum sine verbis: Et pueri ante annos legitimos, per verba sola non contrahunt, cùm intelligantur minimè consentire.

CAPVT XXVI.

*Idem.*

TVa nos duxit fraternitas, & infrà cōsequēter quæsiuisti, cū quandā mulierem quidā aliter inducere nequiuisset, vt sibi cōmisceretur carnaliter nisi desponsasset eandē: nulla solēnitate adhibita, vel alicuius præsentia dixit illi, Te Ioannes desponsat: cùm ipse Ioannes nō vocaretur, sed finxit se vocari Ioannē: non credens esse cōiugium, eò quòd ipse nō vocaretur hoc nomine, nec haberet propositū contrahēdi, sed copulam tantū exequendi carnalē: vtrū inter prædictos sit matrimoniū celebratū, cùm mulier consenserit in eundē, & ille dissenserit & dissentiat, nec aliud aliquid egerit, quā superius est expressū, nisi quod cognouerit eandē super t.r. quod cùm præfatus vir prædictam despōsauerit mulierē in propria persona, & sub nomine alieno, quo vocari tunc se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta: videtur fortè pro cōiugio præsumendū, nisi tu nobis expressè scripsisses, quod ille non proposuit, nec consensit illam ducere in vxorem: quod qualiter tibi cōstiterit non videmus. Nos autē quid iuris sit rescribētes, dicimus quod si res ita se habet, videlicet, quod ille eā nō proposuit ducere in vxorē, nec vnquā cōsensit in prædictā personā, non debet ex illo facto coniugiū iudicari, cùm in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omnino consensus, sine quo cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

1 HYpothesis c.7.& aliorum. Sic vna potest cum distinctione adferri, Semptonius & Betta cōuenerunt alicubi vt sponsalia cōtraherēt, ibique ex volūtate vtriusq; sponsalia facta, ritib. consuetis interuenientibus puta interueniente osculo, vel datione annuli vel arrharū. Post paucos dies maritus dicebat tunc sposalia o verba de præsenti facta, seu matrimoniū: negabat spōsa, atq; dicebat nulla talia verba se intellexisse: vel si prolata fuisset, tamen pro tali consensu de præsenti non acceptasse: vel vt in c. tua nos, maritus asserente vxore verba prolata fuisse antequam illā cognosceret, *Ioannes te desponsat*, dicebat illa à se nō fuisse prolata animo despōsandi eā, sed fallendi vt ad concubitum veniret, quia nec ille Ioānes vocaretur, vel vt in c. ex parte, cum quidam promisisset, quòd ab eo tēpore tanquam vxor aliquam haberat, & cum peteretur ad nuptias contrahendas, dicerat non se ita intellexisse verba illa, vt cōsensisset in matrimonium tunc: vel si ab æquiuoco exciperet, se eam accepisse, pro muliere, id est pro fœmina & nō pro viro. Controuersia de his mota coram sum. Pont. quid statuendum esset, consultus respondit verba in sponsalibus & inter contrahendum prolata, non ad nutum cuiusque, sed secundum communem intellectum habita ratione scientiæ & ætatis, explicari debere.

Colligamus itaq;, verba prolata inter cōtrahendū spōsalia, ab idoneo sciētia & ætate, intelligi debere & operari, secundū verba cōmunem eorum intelligentiā.

2 Idoneus scientia in hoc c.7. intelligitur, qui habet discretionē & intelligentiam eius negotij quod contrahitur, sciatq; distinguere quid agendum vel nō agendum sit, sic in l. certi, C. de iudiciis, l. magisteriæ, l. ff. de iurisd. omn. iud. vt si mentis compos nō furiosus,

qui matrimonium non potest contrahere quãuis cõtractum retineat, c. dilectus, 24. hoc tit. c. neque furiosus, 32. q. 7. c. sicut de regula. furor, de sponsalib. cum similib. Furiosi nihil scire dicuntur, non consentire, l. furiosi, l. in negotiis, de reg. iur. tanquã absẽtes habiti, quãuis corpore pʃẽtes sint, l. 2. §. pen. de iure codicill.

3 Quomodo autem ratione ętatis idonei dicantur ad matrimoniũ cõtrahentes iam dictum est superius, in c. iuuenis: non repetam: Porrò in matrimonio omni duo sunt necessaria, nẽpe consensus in matrimonio, & secũdo quod aius expressione appareat, ꝙ pertinet ad Ecclesiã quæ non iudicat de occultis, quandiu sibi de illis nõ liquet, c. 2. & 1. de clandest. despõsat. c. vnico, vt Ecclesiastica beneficia sine diminution. conferantur. Manifestatio verò consensus, triplici modo fit, 1. coniunctione, seu copula, post sponsalia, ca. duo pueri. de despons. impuber. c. de illis: de conditio. appositi. neq; cõtra hãc præsumptionẽ admittitur probatio, l. is qui fidẽ, hoc tit. l. in liberæ, de rit. nup. ff. Secundò declaratur consensus hic nutu & signis, qua ratione matrimonium contrahere possunt muti & surdi, quamuis non possint loqui nec intelligere verba, c. cum apud c. tuæ fraternitati, 25. de sponsalib. l. mutus, 76. de iure dotiũ, facit cõsequentia facti propositi, in l. ex facto, de Vulgar. qua ratione taciturnitas & silẽtium filiorũ filiarũmve familias præsentiũ, tractantib. de eorum matrimonio, vel mysteria tacitè recipientiũ eiusdem, perinde habentur ac expressus consensus: quia reipsa & facto probant quod voce, si vellent reiicere possent: c. honorantur, 32. q. 1. l. sed ea quæ patres, de sponsalib. ff. habetur & sola subarratio pro expresso consensu. in c. fi. de desponsat. impuber. nisi prohibeat ætas contrahentium non idonea, quæ malitia non suppleatur, vt in l. tenor literarum, de sententia & re iudica. vbi Pan. Card. & Bald. notant, per missionẽ annuli in digitum mulieris, præsumi matrimonium cõtractum per verba de præsenti, & stari huic subarrationi, donec contrarium probetur, quod & ibid. obseruat Gl. ad verbũ *subarrasset*, facit c. nostrates, 30. q. 5.

4 Tertiò verbis fit expressio consensus, verba tamẽ sola non sufficiunt, nisi ab eo proferantur qui cõsentire potest, nam verba sunt imagines, idola mentis & consensus, qui si loquentib. nõ adsit, perinde habẽtur ac si perperam prolata essent, vt si à pueris, ebriis, & similib. proferantur, c. tuæ fraternitati, 25. hoc titu. vel si eum contraria mente & dissensus, vt in c. tua nos, 26. hoc titul. si coactè, vt c. consultationi, hoc titu. si verba ioco vel ludendo dicãtur, vt simulatæ nuptiæ, nuptiæ non sunt, l. simulatæ, de ritu nupt. ff. vt nec ioco promissiones factæ valent, l. obligationũ substãtia, de actionibus: nec iactatio de instituendo, institutionem facit, l. fi. de testam. ff. & plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur, vt rubrica: actúsque agentium non valent vltra illorum intentionem, l. si ego, & l. non omnis, de reb. credit. ff. l. nullum interesse, C. si quis alteri vel sibi, l. 1. de iure codicillo. in ff. l. verum est, 40. & l. si quid fur. 22. de fur. ff.

5 Cæterum hîc obseruandum est quando verba exprimunt matrimonium & aduersus ea contraria mẽa vel ludus vel aliud, obiicitur. Probationem contrariæ mentis lucidè fieri debere, l. non aliter de legatis, 3. ff. quia verba semper explicantur in fauorem matrimonij, Gl. in c. tua nos, ad verbum, *mulierem*, de Sponsalib. cum verba non ad simulandam mentem, sed ad declarandam inuenta sint & nemo censeatur quippiam dixisse, quòd prius mente non agitauerit, aut aliud voluisse dicere, quàm ꝙ vox significauerit, l. Labeo, §. idem Tubero, de supellect. l. legat. vtóque ait versiculus.

*Verba ligant homines, Taurorum cornua funes.*

6 Verba cõmunia que matrimonium cõtrahi significant. sũt, vulgariterq; vsurpata *accipio te in meum, accipio te in meã*, & similia exprimentia consensum, de præsenti c. pe. huc tit. c. licet, 3. de spõsa. duorum infrà ti. 4. vel, *promitto vel iuro, quod ab hoc tẽpore, pro coniuge, teneбo, & sicut vxori mea fidem seruabo:* & si mulier etiã dicat, *te pro marito habituram, & fidẽ tibi tanquã viro proprio seruaturã.* In c. ex parte, 9. hoc tit. apud Romanos & formula, *ego tibi Caia, tu mihi Caia.* Idq; à tẽpore Caiæ honestę matronę lanificę, cuius lana cum colo & fuso dicauit prodente scilicet in tẽplo Sangi, vt autbor Varro, & ex ea facta fuit toga regia vndulata in domo fortunæ, qua Seruius Tullus vsus, indéque etiam factum, vt nubentes virginea comitaretur colus compta, & fusus cum stamine, teste Plinio li. 8. c. 48. Quærit & Plutarch. in problematib. Romanis, vnde mos natus sit vt qui sponsam ad sponsum deducerẽt, iuberent eã hęc verba proferre, ὅπου σὺ Καΐος, ἐγὼ Καΐα, vbi tu Caius, ego Caia, id est, vbi tu eris dominus, ego ero domina. Et respõdet, Caiã fuisse dictã Tanaquil, quæ nupsit vni ex filiis Tarquinij videlicet Tarquinio Prisco. Huic; Caiæ Romanos posuisse statuã ęream, *ἐν τῷ τοῦ σαγγοῦ ἱερῷ, in tẽplo Sancti:* is autem erat vnus ex diis Romæ cultis, ex numero duodecim selectorũ: & ibidem olim reposita fuisse eius sandalia & colum, quorum illa testabantur eam domi manentem familiæ curam habuisse: hæc industriam significabat.

Possũt aliç verborum formulæ addi quæ potissimũ vsui sunt ex morib. regionis matrimonio contrahendo. Nihil enim interest, quib. verbis matrimonia contrahantur, vel sponsalia, dũmodò intelligantur per se, vel per interpretem, l. 1. §. fin. de verb. oblig. ff. §. in hac re olim, cod. tit. apud Iustinian. adde his, quæ diximus li. 9. Syntag. iuris, c. quinto, de formulis & ritibus ducẽdi vxores per confarreationem, per coemptionem, per vsum, & quæ de his tradit Cicero in Topicis. Ibidẽ plura notabilia leges. Nobis nunc inhærendum negotio quod agimus, de verbis quorum dicimus retinendum soni & significationis vsum, & intellectum, in matrimonio contrahendo.

7 Ratio quia & in aliis negotiis, vsus explicationem verborum doceat, vt indicat Horatius de arte poetica.

*Multa renascentur quæ iam cecidère cadéntque.*
*Et quæ sunt in honore vocabula, si volet vsus*
*Quem penes arbitrium est & ius & norma loquendi.*

Et rursum,

*Multa ferunt anni venientes commoda secum.*
*Multa recedentes adimunt, &c.*

concludítque poeta.

*Semper in adiunctis æuóque morabimur aptis.*

Varro quoque quarto de lingua Latina, illud ipsum monet & pręcauendum etiam à fallaciis verborum, & ideo obseruandum in dictionib. ętates, arsim thesim, addictionem, detractionémq; syllabarum, quod ex his insidiæ dicendo tendantur. Appellatiua nomina vsu recepta mutabilia remanent, neque ex opinione singulorum variantur: saltem in præiudicium alterius non consentiẽtis expressè in contrariã significationem quàm vulgarem & receptam, l. 4. de legat. 1. l. Labeo de supellecti. lega. ff. & sequenda verba etiam si duram videantur habere executionem, & sensum durũ, in l. prospexit. Qui & à quib. ma. liberi non fiant. ff. maximè vbi lex decreuit illa verba significare certo modo, & vsus qui pro lege habetur, l. de quib. de legib. l. si de interpretatione, cod. tit l. fin.

Africanus à communi verborum acceptione & verbis legis argumentatur, in l. quod constitutum, 22. de militari testam. facit c. ad audientiam, de decimis, iuncto c. quid per nouale, de verb. sign. & facit quoq; lex quicquid adstringendæ de verb. sign. In ambiguo sermone non vtrumq; dicimus, sed dumtaxat quod volumus: itaq; qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult: neque id vult, quia id non loquitur, l. in ambiguo 3. de reb. dub. ff.

8 Secũda ratio, quia humanę aures in tantũ indicãt in quon-

in quantum audiunt, ne vltra progrediuntur ad cogitata, c. humanæ aures. 22. qu. 5. Et si callidè & dolosè verba proferuntur, ea explicanda sunt contra eum qui dolosè verba profert in fauorem eius cui verba dantur, & prout intelligit canon, quacumque arte 22. q. 5. vbi Gloss. ad verbum, *Intelligit* explicat hoc est, *intelligere debet*, per can. non illud de consecr. dist. 4.

9 Sed & tertiò verba dubia, si eis non sit communis intelligentia consentiens, debent explicari in præiudicium eius in cuius fuit potestate ea latius & apertius concipere, l. veterib. de pact. ff. l. Labeo. 21. de contrah. empt. l. cum in lege venditionis, 33. eo. ti. l. qui libertatis, §. penul. de euictio. ff. Neque excusatur quis qui dicit, effectum talem verborum qualis est, ignorasse: sicut non ideò minus tenetur quanti emptoris interest furem venditum, furem non esse qui vendendo quamuis ignorauerit, dixit, bonæ frugis esse, & fidum. quia non debuit facilè quę ignorauit affirmare & asserere, nec facilis esse debet ad temerariam iudicationem, l. Iulianus, §. quod autem diximus, de actionib. empt. ff.

10 Cęterum aduersatur primum, non tam intelligentiam verborum prolatorum inspiciendam esse ex cõmuni vsu. quantum morem significandi in consuetudine proferentis, l. non aliter de legat. tertio, l. 4. & l. librorum 50. §. quod tamen Cassius, de legatis primo, l. in ambiguis, 97. de reg. iur.

Solutio: hoc verum esse quando interpretatio ad solius loquentis mentem potest referri, vt in testamẽtis condendis, d. l. non aliter de legat. tertio. argumen. l. final. C. de legibus in prætoriis stipulationibus, in l. in pretoriis, de pretoriis stipul. At quando alterius interest non licet eo inuito à propria nominis significatione recedere, nec verba captari oportet, l. penul. ad exhibend. ff. facit, l. acta, l. iudex posteaquàm, de re iudicata, ff. l. 1. C. de sent. ex breuiculo recitan.

11 Secundò obiicitur. non verborum ipsam significationem esse accipiendam, ex vi verborum, sed ex causis propter quas dicta sunt c. intelligentia, de verborum signification. & vt quod actum est potius valeat, quàm pereat, l. vbi est verborum. 21. de rebus dubiis, l. si vno anno, loca. ff.

Solutio ad ipsum habere locum in nostro c. & regula eius: nã verba matrimonio apposito pro matrimonio explicantur, vt actus valeat: cum & in ambiguis in causa dotium pro dotib. in fauorem matrimonij interpretatio facienda sit, l. in ambiguis, 86. de reg. iur. multò magis pro matrimonio, sine quo non est dos, l. cum multæ. C. de donationib. ante nupt. l. 4. de dotis promissio. ff. propter quod enim vnumquodque tale & illud magis.

12 Tertiò facessit, verba dubia matrimonij, explicanda esse contra mulierem vel coniugem in cuius potestate fuit verba explicare tunc vel latius extendere, per l. veteribus, de pact. ff. l. si in emptione, de contrah. empt. ff. l. inter stipulantem, §. 1. de verb. oblig.

Solutio: hîc non videri verba, dubia quæ habent communem intelligentiam, quamuis dubium moueatur, an qui audiuit vel dixit ea, consenserit.

13 Quartò pugnat, l. cum quidem de verb. sign. C. vbi dicitur illa verba, *ille aut ille mihi heres esto*, vel, *illi aut illi dato, non accipiuntur secundum cõmunem intelligentiã vt alternatiuè sufficiat illi aut illi dedisse.* Sed oporteat vel vtrique dari: Et dictio, aut resoluatur inter personas posita, in coniunctionem, & citatur Gl. ad c. in calice, ad illa verba, *in cœlo vel in terra*, de consecrat. distinctione 1. Vbi Vel pro, Et, accipitur.

Solutio, predictas explicationes nihil singularitatis habere, sed declarat esse communes.

14 Quintò videtur pugnare, c. humanæ aures, 22. q. 5. vbi verba non sunt consideranda vt sonant, sed secũdum voluntatem & intentionem, quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni. Neque verba iuramenti sunt audienda secundum intentionem eius cui iuratur, sed eius qui iurat, quia sępè bona verba mala intentione proferuntur, & contra c. non omnis & c. nõ osculatur, 5. q. 5. can. paratus, 25. q. 5.

Solutio: ca. humanæ, loqui de iudicio diuino, quod intentionem respicit, cum Deus nouerit occulta cordis, quod non potest facere Ecclesia quæ non de occultis, sed de manifestis iudicat. c. 2. de clandest. despons... c. tuæ fraternitati, & c. tua nos, hoc ti. de spõsal.

Sextò pugnat, l. si quis intentione ambigua. 66. de iudic. si quis intentione *ambigua vsus sit vel oratione, id quod vtilius ei est accipiendum*, l. inter stipulantem, §. 1. de verb. ob. l. in conuentionalibus, idem in l. Neratius, in principio de reg. iur. l.

Solutio, aliud in iudiciis, quæ redduntur contra inuitum etiam, aliud in contractibus qui nisi inter volentes perficiuntur, vt expressè distinguitur, in l. inter stipulantem, §. 1. de verb. obl. vide Glo. ad l. veteribus de pact. in ff.

15 Septimò pugnat: c. cũ apud. hoc tit. vbi sine verbis contrahitur matrimonium, & in l. mutus, de iure dotium, ergo verba non sunt de substantia matrimonij, vt tantopere considerãda sint.

Solutio: verum est matrimonij substantiam non esse in verbis, sed in consensu; verum prolata verba exprimere consensum: quæ parum considerantur, si alio modo de consensu appareat. vt in aliis quæ consensu celebrantur, l. consensu de actionib. c. cum locum, de sponsalib.

16 Octauò pugnat, c. tua nos, hoc tit. vbi creditur dicenti se non protulisse verba matrimonij intentione contrahendi matrimonium, nec intentione eadem cognouisse mulierem, verbis fictitiis desponsatam.

Solutio: verum esse ita credi dicẽti pro se & cõtra se in foro pœnitentiali, sed non in foro iudiciali. Quia in foro pœnitentiali agitur de solo præiudicio cõfitentis vel dicentis, at in foro contentioso & iudiciali, etiam de preiudicio alterius, Pan. ad d. c. tua nos, n. 5. 7.

17 Nonò obiici potest, lex inter stipulantem, §. si Stichum, de verb. oblig. *si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio, nihil actum erit.* Ita in ambiguo sermone nihil actum valet, l. in ambiguo, de reb. dub. l. duo sunt Titij, de testam. tutel. ff.

Solutio: ibi fuisse in æquiuoco dubium, quod non poterat communi intelligentia definiri, vt hic.

*Ad C. non est vobis, 21. de Sponsa.*

## Idem Alexand. 3. Archiepiscopis & Episcopis & aliis Prælatis per Angliam constitutis.

### ARGVMENTVM:

1 *De Anglia & nominibus eius.*
2 *De fidei Anglis prædicatione.*
3 *De variatione circa fidem eorum.*
4 *De rege cuius meminit c. nostrum: De bello & causis inter Henricum II. regem Anglorum & filios eius.*
5 *De Archiepiscopatibus & Episcopatibus Angliæ.*
6 *Distributio partium examinandarum hoc cap.*
7 *Matrimonium est fori Ecclesiastici: & ibi de his quæ sunt etiam fori Ecclesiastici & laici.*
8 *Quando sum. Pont. de causis principum cognoscat.*
9 *De repetitione vxoris coram quo, & a quibus repetatur.*
10 *Cur possit repeti vxor à marito ab vnitate coniunctorum.*
11 *Num in vxorem liceat sæuire, eámve retinere ob factum mariti.*
12 *Vxor est omni iure subiecta marito.*
13 *Castigatio & animaduersio concessa maritis quæ in vxores.*
14 *Contumaces principes mandatis summi Pontificis possunt excommunicari & interdici, &c.*

## CAPVT XI.

*Alexander III. Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & alijs Ecclesiarum Prælatis.*

NOn est vobis(sicut arbitramur) incognitũ, qualiter rex Anglorum pro discordia,quæ inter ipsum & filios suos suborta est,vxores eorũ detineat: Et infrà. Nos itaq attendëtes iustũ & honestũ esse,vt viri suas petãt vxores:mãdamus,quatenus eundẽ regem ad eas restituẽdas solicitè moueatis:& si iuxta cõmonitionem vestram, filiis suis vxores suas intra certũ terminũ non restitueret ex tunc in quacũq. Prouinciarum vestrarũ detinentur vel transferũtur, donec ibi fuerant,nulla diuina officia ( prçter Baptismũ paruulorũ,& pœnitentias morientium) celebretis,nec permittatis aliquaten' celebrari.

1 ANglia,de qua hîc agitur, est vna ex Britannicis Insulis quę Albion seu ἀλιων,Ptolemęo dicitur, & ab aliis etiam Britannia per excellentiam,quasi inter Britannides, vt loquitur Dionysius Alexandrinus, præcipua, quæ contineat Anglicum & Scoticum regnum.Est & Anglia nunc dicta,quæ Britannia prima sub Valentiniano dicebatur, & superior de qua meminit Sextus Rebuffus consularis: Secunda Britannia Scotia dicitur,quæ & Britannia inferior alus. Britannia Flauia Vuest Saxonum tractus : cum insula Vuic: Britannia Cęsariensis,Cantiũ cũ Attrebatensi regione. De Britannis seu Britãnia tractat Põponius Mela li.3. dum agit de Hispaniæ & Septẽtrionis insulis,Strabo li.1.& 4.Iulius Cęsar li.5.cõmentariorũ, & Cornelius Tacitus in Agricolę vita,Solinus,Beda,& alij:videnda & tabula Europę apud Ptolemæum. Ita Anglia pars Albionis insulæ meridionalior,& putat Abraham ab thesauro geographico,in verbo Anglia,nomẽ habuisse ab Anglis Saxonij oppidis, quorum Tacitus meminit,qui hanc regionem occuparunt.Transmarinã Saxoniã nominat Vuuefridus, vt annotauit Rhenanus li.1.rerũ Germanicarũ:forsan & ab angulo, Anglia:nã Põponius Mela,dũ de Britannia præcitato loco agit, sic scribit:*Caterùm vt adhuc habuimus, inter septentrionẽ occidentemq̃, profecta grandi angulo Rheni ostia prospicit deinde obliqua retro latera abstrahit,altero Galliã, altero Germaniam spectans,* &c.consentit Plinius, li.4. c.16.Hanc quidem insulam insignem in Oceano quæ vndiq; à circũfuso mari cõplexa est,nusquã iuncta cõtinenti,ab albis rupib. quas mare vndiq; abluit, Albionẽ dictã putant. Alij putant deuictis illis Britãnicis p Saxones, Angelã Saxonũ reginã,agros & opes eorum inter legatos Saxonũ diuisisse,inde & per nomẽ reginæ Angliam dictam,vide quæ tradit Polydor.li.4. Historiæ Anglicæ.

2 Anno 32.post ingressum Anglorum in Britanniam Ella Australium Anglorum regnum inchoauit, circa annum Domini 485. cui successerunt ordine Sisca, Edelnachius, Beutus & Aduldinus, donec ab Ino,ad occidentalium anglorum regnum adiunctum est,vt scribit Polydorus Virgilius li.4.Historiæ Anglicæ.

Sanctus Gregorius Magnus ordine 66.Summ.Pont. sedem adeptus ann.Dom.590.conuertit Anglos Cantuarios ex idololatria ad fidem Christi cum suo rege Chelberto,per Augustinũ qui fuit postea Cantuariẽsis,& Melitonem qui postea Londinensis Episcopus:& Ioannem vt scribit Sigebertus, Gregorius ipse, libro quinto Epistolarum, Epistola septima,& libro septimo Epistola 112.& libro nono Epistola 52.& 60. Aimonius Monach.lib.3.c.74.

Sanctus Honorius primus Campanus Sum.Pontif. qui sedem est adeptus 72.an Dom. 623. hortatus iterũ est ad fidem Christianus Anglos gentiles, vt ait Beda li.2.c.17. & quo tempore Maometes falsa sua impietate Christianismum in aliqua orbis parte turbauit,Elduinus rex Nortumbranorũ Anglorũ,à Paulino Epõ baptizatus est,eiúsq; hortatu Erpuardus rex Anglorũ Cantuariorũ, Orientẽ versus qui cũ patre suo Rodoaldo à fide Christiana defecerat, denuò relicta idololatria vna cum gente sua fidem Christi suscepit, an.Dom.627.post aduentum verò Anglorum in Britãniam,anno 180.vt scribit Beda li.5. Historiæ Ecclesiasticæ c.14.Prędicasse & refert c.16. Paulinum in prouincia meridiana Humbræ Anglis, eamque vsque ad mare conuertisse: erat ille Paulinus qui Eboracensis primus Archiepiscopus, vt idem scribit c.14. & Polydorus Virgilius lib.4.Historiæ Anglicæ.

3 Scribit Monumetẽsis Archidiaconus,genere Britãnus,à tẽpore nihilominus Apostolorum vsque ad prædictum Augustinũ,septẽ fuisse Episcopatus in Anglia, & vnũ Archiepiscopatũ li.8. Historiæ Britãnorum,c.4. Vnde apparet sæpè eos mutasse fidẽ, mutasse reges, mutasse leges,& imperia diuersarũ nationũ fuisse expertos:nunc Gallorũ,nunc Normanorũ,nunc Saxonũ, nunc Germanorum, nunc Scotorum, & aliarum nationũ,vnde & idioma illorũ, veluti cõmixtio & farrago omniũ linguarum sit,fidésq; etiam nunc vel nulla, vel omnino incerta,vt & Gildas Badonius cognomento Sapiens, proprius gentis Britannicæ historiographus,sub anno 580. scripsit, quòd nec in bello fortes fuerint, nec in pace fideles.Et id Bonifacius martyr sum.Pontifici quoq; prædixit,scribens Echeldobaldo regi Anglorum:cuius verba referuntur & ratio in c.si gens Anglorum 10.56.dist.facit & c.quædam lex,35.q. 3. Sæpè enim fidẽ Christianam recepisse & reiecisse dicuntur:ferũt & Luciũ regẽ Britanniæ Insulę primũ omniũ regũ circa ann.Dom.196.prædicationib. Fugacij& Damiani,fidẽ Christi amplexũ,vt scribit Naucle-rus, Polyd. Virgil.li.2. rerũ Anglica.Et Britanniam omnium regionũ primam publicè fidem Christianam professam vsque ad Diocletianum Imperatorem,sub quo omni ferè religione extincta,ad idololatriã redut

4 Rex Angliæ, cuius meminit hîc Alexander 3.Summus Pontifex, fuit Henricus 2. filius Gaufredi qui in transmarinis partibus imperauit, regnum adeptus anno Dom.1154. quiq; cessit illud filio suo viuens.Nata autem ei simulatas & bellum circa annum Domini 1175. cum filio nomine quoque Henrico 3.qui vxorẽ acceperat filiam Ludouici regis Gallorum Margaretam, repetente filio regnum cum Normania à patre, huic se coniunxerunt fratres Gaufridus & Richardus,incitatione Alenoræ matris, quæ ob pellices furiis agitata,illos fratres contra patrem fratrẽ sequi persuasit. Tandem tamen post plura bella pax facta biennio post, anno 1177. vt recenset Polydor. Virgilius lib.13.Historiæ Anglicæ.

Bellum

Bellum erat occasio, ob quam pater Henricus 2. retineat vxores filiorum suorum qui arma sumpserant in eum, & proinde Alexander, 3. scribit hoc rescriptũ, c.cũ nobis, Angliæ Archiepiscopis & Episcopis & Prælatis, pro liberatione vxorum petitorum à filiis.

5 In libro Prouinciali omnium Ecclesiarũ orbis, ponuntur duo Archiepiscopatus Angliæ Cantuariensis, *vulgo Canturberi, vbi est primatus totius Angliæ legatus natus, cap.1. de off.leg.* & Eboracensis, *vulgo Yorke.* Sub Eboracensi ponũtur tres suffraganei Episcopi, in Vualia *vulgo Gualles,* Carolẽsis, aut Carlilienfis, *vulgo Carlilo,* Dunelinensis, Candidæ casæ, *vulgo Duresme, & iste Episcopus est etiam comes Palatinus & habet iura regia.* Sub Cantuariensi viginti suffraganei vel 21. Londodẽsis. *London vulgo Londres,* Roffiensis, *vulgo Rochester,* Cicestrensis, *vulgo Chichester,* Oxoniensis, *vulgo Oxfordo quem Episcopatum quidam benè separant ab Exoniensi, alij vnum putant, vt dixi supra ad c.3. in inscriptione,* Assatiensis, *melius Assaphensis vulgo S. Asaph in Cambria,* Licolfeldensis, *Lichfildensis vulgo Lichfild, cui iungitur vel vnitur Conuentriensis, vulgo Conentri: horũ enim Episcopatuũ vnus est præsul.* Baroniẽsis, *vulgo Bathon cui iũctus Episcopatus erat Vellensis vulgo Vuellez,* Vellenensis, Mambriensis, Vigorniensis, *Vuecceestre vulgo Anglice.* Helliensis, *vulgo Ely.* Conuentrensis, *vulgo Conuentre: Episcopatus vt dixi iunctus Kirbfildẽsis.* Linæoiensis, *vulgo Lincolne,* Normiensis, *vulgo Noruuich,* Landanensis, *vulgo Landafe.* Bangorensis, *vulgo Bãgor, oppido Angliæ quod dicitur Latinis Bonium vel Bonium,* Vinctoniẽsis, *est in Vuidoglania Angliæ oppido Antonino in itinerario, aliquib. putatur Hulphord Cambriæ vrbs, Gamdenus & vulgus vocat Vuinchester,* Salisberiensis, *vulgo Salisbury,* Exfordensis, *vulgo Hereford, qui hodie dicuntur Bubingamienses & Herfordiensis secundũ Lelandum & L'huydũ, Albanus insulæ populi, qui Ptolomæo, κατουχυανοὶ, Dioni vero, κατυχλανοὶ.* Astorensis, *& hi Episcopatus nominantur in prouinciali omnium Ecclesiarum. verũ vltra lego in Synodo Anglicana, sub Lanfranco præsule Cantuariensi, fuisse etiã Episcopatus ordinatos nõ tantũ Bathoniã, Lincolniam Salisberiam, Exoniam sed etiam Cestriã qua hodie Chester Latinus Canderoũ & Cicestriam, vt scribit Polydor. Virg. lib.9. Historiæ Anglicæ, dicunt & Angli ante discessionem à fide Catholica, fuisse etiam Episcopatus alios, Petriburgensem vulgo Peterbourgh, Briscouiensem vulgo Briscorne Glocestrense vulgo Glocestre: Meneuensem, vulgo S. Dauid* plures ibi abbatiæ & prælaturę erant, nescio quo in statu hodie sint: cũ religione enim, & pia sanctaque loca polluta iacere arbitror.

6 Sed ad rem propius accedamus, in hoc c.cum nobis, summus Pontifex, ostendit, quod filius iudicio etiá Ecclesiastico potest repetere vxorem detentam à patre, in quo themate, tres termini vim habent.

1. quod iudicio Ecclesiastico vxor repeti possit detenta.

2. quod & à patre detentore repetatur.

3. ex illa distinctione, *etiam*, indicatur & ab aliis posse repeti detentam.

Pro primo termino consideremus rem, nempe matrimonium. 2. personas patris filij & vxoris. 3. negotium nempe detentionem & impedimentum matrimonij.

7 Res seu matrimonium, fori est Ecclesiastici. c. tuam de ordine cogn. c. causam quæ & c. lator. qui filij sint legit. c. causam matrimonij, de officio deleg. c.1. c. ex literis de consang. & adfinit. Quemadmodum enim ad forum Ecclesiæ pertinet matrimonium indissolubile declarare, sic & einsdem est solicitudo tuari quod cõtractum iam rectè est: arg. l.1. ne vis fiat ei qui in poss. missus. ff. Nemo enim ambigit ratione rerum spiritalium eum fortiri forum Ecclesiasticum etiam si personæ sint laicorum: c. si clericus laicum: c. cum sit generale: de foro competen. c. a. nouit, de iudic. quamquam & sub iudice laico, alio respectu agitari eadem quæstio possit, vt dicitur de his qui vtriusque possunt esse fori, vt in vsuris, c. cum tu de vsur. in turbatione diuini officij, l. si quis in hoc genus. C. de Episc & cler. in iuramento seruando, c. fi. de for. compet. in sex. 2. Et potest loco laicus laicum conuenire coram Episcopo vel summo Pontifice, potest vacantẽ imperio vel principatu, hoc est, quando nullus est talis, c. licet ex suscepto, 8. de for. compet. vbi Glossa notat alios casus in quibus quæ fori sunt sæcularis, possunt tractari coram Ecclesiastico, ad verba, *vacante imperio*, facit & c. ex tenore literarum, eod. tit. de for. compet. vbi dictum est, de causa viduæ quæ est fori secularis, forũ Ecclesiasticum nõ posse cognoscere: nisi iudex secularis iustitiam ei deneget: sic enim propter negligentiá etiá reddẽdi ius iurisdictio ad aliũ deuoluitur, vt in c. prudentiam, in fine, de off. dele. c. significauit, c. licet, eo. ti.

8 Dahinc cum dubitatur inter heroes de iure reddundo, déve sopiendis eorum litibus, & ne ad arma & bella ob id perueniatur, aditur rectè summus Põtifex, vt, vel causæ notionem suscipiat, vel conuenientibus iudicib. deleget, vt tempore Honorij factum legimus in c. ex parte, B. quondam Angliæ reginæ, c.15. de foro compet. Summus Pontifex dicitur iudex ordinarius ordinariorum, can. cuncta per mundum, 9. q.3. & corá eo omnes conueniri possunt, c. fi. de foro competen. c. arguta, 13.2. q.6. disputant hanc quæstionem & resoluit Innocentius 3. in cap. nouit, de iudiciis, & in c. per venerabilem, qui filij sint legit. facit, & c.17. Deuteron. *si difficile & ambiguum iudicium apud te esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, inter causam & causam, lepram & lepram, & iudicium videris intra portas variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, ad iudicem qui fuerit eo tempore qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint.*

Consuluerunt proceres regni Francorum Zachariam summum Pontificem, de dando regno Pipino, can. Alius, 15. q.6. Stephanus 11. Imperium à Græcis in Pipinum trãstulit, c. venerabilem de electio. Theodosium ab ingressu Ecclesiæ prohibuit diuus Ambrosius ob cædem iussu eius admissam inconsulto calore in Thessalonica ciuitate, vt ipse D. Ambrosius testatur, li.5. epistolarum, epist.28. Rufinus, li.2. c.18. Eutrop. lib.12.

Innocentius I. in Archadium sententiam tulit, canonos incompetenter, §. fin. 2. quæst.7. Liberius restitit conuenticulis contra Athanasium à Cæsare indictis, vt ait ipse Amianus Marcellinus, li.15. Apud Ethnicos in Aegypto rex ex Sacerdotum collegio eligebatur, teste Platone in libro de regno. In Aethiopia Sacerdotes qui in Meroe erant, iubebant quando lubebat regi etiam è vita excedere, & se interimere, vsque ad Ergamenem regem, qui Ptolomæi, 11. tempore, hãc sustulit consuetudinem, vt refert Diodorus Siculus in 4. Bibliothecæ, c.1. Liquet & ex authoritate Dei, prophetas & sacerdotes vnxisse in reges per Deum electos: ex libris Regum, vt non opus sit me in tritis & cognitis immorari.

9 Sed prosequor, in nostro capite agi de causa restitutionis spoliationis vel separationis vxoris, quæ causa est Ecclesiastici fori, c. literas, de restit. spoliat. in c. ex transmissa, 8. c. ex parte, 14. eod. ti. Datur & iure ciuili pro vxore repetenda detenta, interdictum de liberis exhibendis, l. 1. de liberis exhib. ff. l. ad instar, C. eod. tit. l. si inuita, C. de nuptiis quando inuita retinetur: quod si non inuita retineatur non dabitur quidem illud interdictum, l. fi. eod. tit. ff. sed officium iudicis loci, vel compelletur redire per Episcopum, vt in c. pen. & fin. de adulter. cap. significasti, de diuortiis facit, c.1. c. de illa, eod. tit.

10 Quod pertinet antẽ ad secundũ terminum, addamus rõnes quare maritus possit repetere vxorẽ quo-

cumque, & à patre etiam. Prior erit à natura matrimonij quæ eſt, vt homo relinquat patrem & matrẽ & adhæreat vxori, Geneſ. 2. & 3. Eſdræ 4. Matthæi cap. 19. Marci, 10. ad Epheſ. 5. quia duo eſſe debent in carne vna, vt in iiſdẽ locis habetur, & c. gaudemus, de diuor. indiuiſibile inter coniuges vinculum, c. ad Apoſtolicam, de conuerſ. coniug. & quod ad habitationem idipſum debet ſeruari, per illa verba, *vbi tu Caius ego Caia.* Sic & ſum. Pontifex in noſtro c. ait, eſſe honeſtũ & iuſtum, vt viri vxores ſuas petant, ita Vlp. in l. ęcterum, §. mulieri, de vſu & habitatione refert. Q. Mutiũ primum admiſiſſe, mulierẽ cuiuſuſfructus relictus eſt domus poſt in ea cũ marito habitare, ne matrimonio, id eſt, vſu matrimonij, ei carendũ ſit, cũ vti vult domo: idipſum & ſi marito domus vſusfructus relictus eſſet.

Neque pater, aut mater audiendi ſunt, ſi velint filium vel filiam à coniugio diſcedere & præponenda eſt voluntati reprehenſibili parentum concordia & coniunctio ſeu affectio maritalis, l. cum te prolatis, C. de inoff. teſtam. C. l. reprehendenda, C. de inſtitutio. & reſtitutio. ſub conditio. fac. Et quamquam iure antiquo pater potuerit pro filia deſponſata repudiũ mittere, l. in ſponſalibus, de ſponſalib. in ff. tamen diuortium nuptiis ſeparatis facere non poterat, l. diſſentiẽtis, C. de repudiis. leg. cum hic ſtatus, §. ſi ſocer nurui, de donatio. inter vir. & vxor. facit, l. poſſeſſionum, 11. communia vtriuſque Indic. vbi diuiſiones poſſeſſionũ ita fieri debent, vt colonorum adſcriptitiæ conditionis vel ſeruorum ſeu inquilinorum proximorum agnitio vel affinitas remaneat: quis enim inquit ferat, liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſeparari? Item in l. plerumque, 35. de ædil. edict. *plerumque propter morboſa mancipia etiam non morboſa redhibentur, nec parentes ſine liberis, nec vnus ex fratribus, nec vnus ex contubernio coniunctus, redhiberi poteſt.*

11 Neque propter inimicitias erga maritum retineri debet eius vxor, quia eſt regula ne vxor pro merito, & c. li. 4. C. tit. 15. potiſſimum in l. 2. *ob maritorum culpã*, inquiunt, Dioclet. & Maxim. *vxores inquietari leges vetant*: nec alieni criminis infortunio adſtringi vxorem oportet, l. res vxoris, 24. de dona. inter vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16. l. 1. C. ad legem Iuliam. de Vi. Et Arcadius & Honorius, Cęſares, in l. ſancimus, 21. C. de Pœnis, *ſancimus ibi eſſe pœnam, vbi & noxia eſt propinquos, notos aut familiares, procul à calumnia ſubmouemus, quos reos ſceleris ſocietas non facit. Nec enim adfinitas vel amicitia, neſarium crimen admittunt.* Et quamuis tempore belli licitum ſit prædari bona alicuius, tamen non licet bona vxoris eius capere, vt hic notat Philippus Francus, Et Baldus, ad l. finalem, C. ſi contra ius vel vtilita. publicam notat quod quamuis liceat bannitum ſeu proſcriptũ ex ſtatuto offendere, & eius res capere vel furari, tamen id non extenditur, ad vxorem banniti, quæ non poterit ideò lædi, adulterari, vel detineri.

12 Secunda ratio ſumitur ex poteſtate quam maritus habet in vxorem, omni enim iure receptum eſt, vxores eſſe in poteſtate maritorum Geneſis, 3. ibi. *& eris ſubdita viro.* 1. ad Cor. 11. & 1. Petri. cap. 3. *Caput mulieris vir.* can. ſi quis acceperit, 33. q. 1. can. cum caput, canon. mulier, 33. q. 5. can. fœminæ, 30. q. 5. Eſt ordo naturalis vt vxor viro filij, parentib. inſeruiant, cano. eſt ordo. 33. q. 5. magis notabile trahit ad ſe minus dignum, l. quod in dubiis, de conſecrationib. Eccleſ. vel altar. capo. non exiſtimemus, 13. q. 2. l. ſi alieni, de ſolutio. l. quæ religioſos de rei vindic. ff. dignior eſt autem vir muliere, l. 1. de Senatorib. ff. & ideò & diximus ſuprà in cap. 5. de illis, teneri vxorem ſequi maritum & in vita & in morte, canon. vnaquæque, 3. q. 2. ca. ſi quis ineuitabili neceſſitate, 24. quæſt. 2. cap. 1. de coniugationib. leproſ. cum ſimilib. Sarra proba matrona, virum ſuum Abrahamum dominum ſuum vocabat, Geneſ. 16. Item alia matrona apud Paulum Iuriſconſultum in leg. ea quæ, 58. de donat. inter virum & vxor. Regina Vaſthi vocata per Aſuerum maritum, iudicata eſt digna repudio ac proceribus regni, edicto de eo facto. Eſther, cap. 1. & 2. ob id ſolum quod vocata non veniſſet.

Inuertitur enim naturæ ordo, quando imperãt mulieres viris, ſi Menandro credamus, dum ait, γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις, natura, inquit, non dedit mulieri dominari: additque, ἐν γυναιξὶν ἔστιν ὁ κόσμος μέγας ... γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν, id eſt, *ex mulieribus pertur mundus totus magnus: in mulieribus enim non licet inuenire fidem.* Ex quo ridicula, imò vituperabilis videtur illa obſeruatio Saccarum, apud quos imperium annuum inter coniuges duello conſtituitur. Nam ſi quis eorum puellam vxorem ducere cupiebat, pugnam cũ ea ſuſcipiebat, & ſi ea ſuperior tum eſſet, captiuum illũ adducebat, atque imperium in eum tenebat: ſi inferior, regebatur ab ipſo, vt ſcribit Aelianus libr. 12. de Varia. hiſt. c. 38. Sicut & ſine riſu recenſeri vix poteſt, quod apud Carrenos in more fuiſſe narrat Aelius Spartian. in Carracalla præcipuum habitum, vt qui lunam fœmineo nomine à ſexu putaſſet nuncupandam, addictũ mulieribus ſemper ais inſeruiret: vt qui verò marem, dominaretur vxori nec vllas inſidias pateretur.

13 Caſtigatio etiam in vxorẽ prorogata maritis, vſque ad mortem in cauſa adulterij, Dionyſ. Halic. in 2. Iulius Cæſar in ſexto leg. Gracchus, ad legẽ Iuliam, de adult. C. cum ſimil. vel permiſſum repudium Valer. Max. lib. 5. cap. 1. extra illum caſum, emendatio & caſtigatio moderata, l. conſenſu, de repu. ca. duo iſta, 24. q. 4. alioquin vt in l. conſenſu, verbera debent eſſe aliena ab ingenuis mulieribus, atque olim apud Græcos prodita erat actio, κακώσεως, id eſt, malæ tractationis, contra parentes, tutores, & maritos, vt refert Suidas, dum de κακώσεως agit.

Et quamquam quidam ex iure ciuili dubitarint, nam filia non emancipata nuptui data, liberetur à patria poteſtate: tamen in eo conueniant neceſſe eſt, etiã remanente paterna poteſtate, filiam collocatam matrimonio potius cõcurrentib. patre & marito, officio maritali inſeruire debere, quàm imperio paterno: quia nubendo filia tranſit in alienam familiam, potiſſimũ ſi iuſta ſit vxor & materfamilias effecta, vt liquet ex Dionyſ. Halic. in 2. & ex Gellio, lib. 4. ca. 3. verba aperta ſunt Vlpiani. in l. 2. §. fi. de Liberis exhib. lib. 43. ff. tit. 29. *ſi quis*, inquit, *filiam ſuam, quæ mihi nupta ſit, velit abducere, vel exhibere ſibi deſideret: an aduerſus interdictũ exceptio danda ſit, ſi pater fortè concordans matrimonium fortè & liberis ſubnixum velit diſſoluere, & certo iure vtimur, ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur. Quod tamẽ ſic erit adhibendum vt patri perſuadeatur, ne acerbè patriam poteſtatẽ exerceat.* Et addit Hermogenianus in l. 2. eiuſdem tit. *Imo magis de vxore exhibenda ac ducenda pater, qui filiam in poteſtate habet à marito rectè conuenitur.* Ita pater à genero petere nõ poteſt, vt filiam ſuam exhibeat, 15. Eclogę Baſilic. 3. ex li. 31. tit. 2. c. 19. nec diſſenſu ſuo turbare bene cõtractum matrimonium, l. diſſentientis, C de repudiis, l. fi. §. fi. C. de fur. cum ſimilib. Maritus tamen rectè petit detentam à patre vxorem, d. l. 2. de liberis exhibendis: fortius namque eſt ius poteſtatis mariti, etiam contra patrem vxoris, quia quando pater nuptiis conſenſit, ius quod habebat in filiam quoque ceſſiſſe marito videtur, vt indicat Catullus in carmine nuptiali de nupta agens.

*Virginitas non tota tua eſt: ex parte parentum eſt.*
*Tertia ſola tua eſt: noli pugnare duobus,*
*Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.*

Renũciaſſe ita ſuũ ius videntur parẽtes marito, & ideò nõ poſſũt reuocare cõtraria voluntate inuitis maritis, per l. ſicut, de actio. Cod. l. in commodato, §. ſicut, commoda. proinde & iudicari debet potius vxor à marito,

quàm à patre. can. sicut alterius, 7. q. 1. in Gallia ex generali consuetudine potestatem in vxores datã, meminit Iul. Cæsar. lib. 6. Comment. belli Gallici, Ioannes Faber ad l. 1. de bon. matern. C. ad §. 1. de Senatusc. Tertyl. Masuer. in praxi, ti. de possessio. §. item maritus. Est ea de re specialis similis consuetudo Tholosæ, tit. de acq. rer. dom. in consue. & Byturig §. 4. de statu & iure personarum, in consuetud. eorũ. Et in legibus Langobardorum, lib. 1. tit. qualiter mulieri liberæ alienare permissum sit, lib. 2. Rotharius rex sic statuit, *Nulli mulieri liberæ liceat sine mundio id in suæ potestatis arbitrio vivere, nisi semper sub potestate viri, aut curtis regia, defficientibus mariti hæredib.* Nec dubium est vxorem operari debere marito officia plura, & debere, quæ præstare non potest nisi cũ marito, l. sicut, de oper. lib. ff. l. Quintus Mutius de donat. int. vir. & vxo. l. etiam, C. eo. tit. de quibus nos fusè diximus, li. 11. Syntag. ca. 4. Et quamuis admittamus in sacris paternis non emancipatos liberos, matrimonio coniunctos remanere, vt in l. filię licet 1. C. de collat. lib. 6. tit. 20. l. 13. eo. tit. ff. l. 7. C. de nupt. §. 2. de Senatusc. Tertyl. cum simul: tamen postquam ius translatum est per patrem potestatis in maritum, in quantum vxoria munera respiciunt, non est pręferendus quandiu matrimonium durauerit marito, nec lucrũ cædit quod ex industria vxoris quæritur, dictis iurib. sic ut, & l. Quintus Mutius antea tamen contingentia percipiet, l. si vxorem S. C. de condit. insert. li. 6. C. tit. 46. Sic in simili patronus qui cõsensit nuptiis libertæ, operarum exactionem amittit pendente & constante matrimonio, l. sicut patronus, 48. l. liberta, 46. de oper. lib. l. 1. C. eo. tit. l. 2. C. de obsequiis, &c. quamuis cũ desierit esse nupta, operas peti posse omnes fere consentiant, l. planè, 14. de oper. libert. ff.

14 Colligitur, rursum ex postrema parte capitis, non est nobis, huius tituli, propter contumaciam principis seu regis, posse interdici locis ei subditis, ne officia vlla ibi diuina fiant, donec obtemperauerit: estque hic suspensio officiorum diuinorum seu ministeriorũ duobus necessariis baptismo & pœnitentia, exceptis. Quod vt intelligatur, sciendum erit inter censuras Ecclesiasticas esse excommunicationem, interdictum, & suspẽsionem. Excommunicatio est aut maior aut minor, eaque personalis seu personarum, contra certas tantum personas prolatas. Minor est, per quam quis separatur tantum à communione Ecclesiæ seu templi, & in participatione Sacramentorum tantum, vt in ca. fi. de cohabit. cleric. & minor. c. fi. de clerico excommunic. ministran. ca. audi. 11. q. 3. Ex numero causarum minorum sunt interdictio, cessatio diuinorum officiorum, seu suspensio à diuinis officiis. Interdictum Ecclesiasticum prohibet fieri eadem facitque cessare ab administratione Sacramentorum, & ab exercitio quorundam actuum spiritualium, in pœnam inobedientiam. estque interdictio vel locorum seu realis, vel personalis, seu personarum. Interdicuntur loca; vt ciuitas, regnum, prouincia: personæ, vt populus, clerus, ca. si sententia, cum seq. cc. de senten. & re iud. in 6. in interdictis locis, personæ, etiam non interdictæ ibi celebrare non possunt impunè, cap. postulastis, 7. §. quæsiuistis, de cleric. excommunicat. ministran. vt nec interdicti in loco etiam non interdicto, c. latores, 4. de cleri. excommunic. ministran. interdictio propriè fit, de clero, populo, & alia vniuersitate, vt de ciuitate prouincia, &c. Quia regulariter & propriè contra vniuersitatem, non potest fieri sententia excommunicationis, ne contingat inde insontes vna puniri, cap. Romana, §. fin. de sententia excommunicat. in sexto, verum inter cessationes diuinorum quædam est particularis alicuius Ecclesiæ, vt monasterij vel alterius Ecclesiæ: quædam generalis, ciuitatum, locorum, aut prouinciarum, aut regnorum, & priuatas cessationes interdum quædam Ecclesiæ ex priuilegio, ex causa vel iniuria sibi illata nec reparata, indicere possunt, iuxta præscripta, c. si canonici, c. quamuis de officio ordinarij, in sex c. irrefragabili, §. cæterum eo. ti. apud Gregor. Clem. 1. de sent. excõ. Generales cessationes, id est, interdictiones Ecclesiasticæ fiunt à summo Pontifice, vel ex consuetudine aliquando ab aliis, dicta Clem. 1. de sent excõmun. vide de hac interdictione multa quæ censeãtur prohibita, & quibus in c. alma, de sent. excom. in sext. Clem. 1. 2. 3. eo. tit. & quæ nos diximus, li. 31. Syntag. ca. 8. n. 1. & li. 4. Partitionum ius Pontificij, tit. 17. per totũ, de interdicto Ecclesiastico, & de cessatione officij, eodem li. 4. tit. 15. de pœnis, c. 4. n. 6. Maior excommunicatio dicitur per quam quis separatur non tantũ à participatione Sacramentorum, sed etiam ab omni communione Ecclesiastica, & fidelium, can. euidẽter, enim omnibus ferè canonibus sequẽtibus, 11. q. 3. c. permulti, de sent. excomm. can. Engeltrudam, 3. q. 4. c. penul. de sententia excomm. de qua diui Matthæi, cãn. 18. hi, *sit tanquam Ethnicus & publicanus*, de qua nos abundè diximus lib. 31. Syntagm. iuris, c. 9. & lib. 4. Partitionum iuris Pontificij, tit. 16. per totum, de senten. excommunicationis.

15 In nostro cap. non est vobis, non agitur de maiori excommunicatione, sed tantum, de minori illa de suspensione & cessatione à diuinis officiis antequam tamen iubet prius ab Episcopis solicitè moneri regem Angliæ, de dimittendis vxoribus filiorum, siquidẽ ante omnem contumaciam debet intercedere monitio, & maximè debet præcedere excommunicationem, ex decreto Concilij generalis Lateranensis habiti sub Innocentio 3. lib. c. 47. in can. sacro, 48. c. contingit, 45. de sententia excom. eaque competens trina dicitur, can. de illicita, 24. q. 3. can. de presbyterorum, 17. q. 4. can. omnes decimæ, 16. q. 7. vt & contumax in iure dicitur, qui edicto trino, vel vno peremptorio non satisfacit mandatis, l. contumacia, 53. §. 1. de re iudic. ff. li. 42. ti. 1. l. ad peremptorium, 73. de iud. cum similib. Quę dicatur etiam competens admonitio excommunicatione, docetur in c. constitutionem, & c. statuimus, de sent. excommun. In sex. & in interdictis & suspensionibus idipsum constitutum expressè, c. statutum, 13. eod. titul. in sex.

16 Excipiuntur ab officiis diuinis prohibitis tẽpore interdicti generalis, duo Sacramenta hîc quæ permittuntur ministrari. nempè baptismus paruulorum, & pœnitentia morientium, Ioan. Andr. hic nõ esse interdictum locorum colligit ex illis verbis, *donec ibi fuerint nulla officia diuina celebretis*, sed esse tantum organa suspensa ad tempus. Tamen resoluit Glossa, non licere pendente tempore illius suspensionis ibidẽ celebrare etiam submissa voce & ianuis clausis, nisi priuilegiatis aut Episcopis, c. quod nonnullis, de priu. verum expressè in hoc c. non est vobis, Episcopis prohibetur ibidem celebrare diuina officia, aut aliquatenus permittere alios ibidem celebrare quãdiu in illis locis vxores detinerentur filiorum regis, vt putem ita interdictum fuisse & clerum & populum, iuxta c. si sententia. 16. cum sequent. de sent. excomm. in sex. exceptis prædictis duobus tantum Sacramentis, quia sunt, inquit Glossa, Sacramenta necessitatis, & ideò excipiuntur de quolibet interdicto, citat can. remissionẽ, §. sed notandum est, & can. siquis hæreticæ. §. ecce si clericus, 1. q. 1. & c. præter §. verum, 32. 4. dist. & quod possint ista Sacramenta etiam in casu necessitatis recipi ab heretico, in forma tamen Ecclesiæ intellige, ca. si quem forte, 24. q. 1. non alia, ca. cepit, eadem, 24. q. 1.

17 Nomine pœnitẽtiæ concessæ tempore interdicti morituris Innoc. 3. in c. quod in test. 11. de pœnit. & remiss. vult viaticũ quoq; intelligi, quod vere pœnitẽtib. non negatur, vt etiam concedatur hoc significantius expressit, & aliud quoque permitti Sacramentũ nempe Eucharistiæ, Gregorius 9. in c. permittimus, 57. de

feot.excom. *Permisimus,inquit,Ecclesiarum ministris, semel in hebdomada tempore interdicti:non pulsatis campanis,voce submissa,ianuis clausis,excommunicatis & interdictis exclusis, Missarum solemnia celebrare causa cōficiendi corpus Domini,quod decedentibus in pœnitentia non negatur.* Quod caput secuodnm Glossam oou solum iotelligitur de illis ministris Ecclesiæ qui babebant priuilegium à sede Apostolica celebrandi tēpore interdicti,vt eapit.qnod nonnullis,de priuil.c.cum in partibus,de verb.sig.sed etiam de aliis prælatis qui prius non habebant, concessa & certa forma diuioa officia monasteriis tempotc ioterdicti, ianuis clausis sub silentio,exclusis interdictis &excommuoicatis:itē & sepultura clericorum sine cāpanis, in cœmiterio, qui seruassent interdictum in d.c.quod inter, de pœnitentiis & remiss. Rursum & nouissimis cōstitutionibus,placuit in c.fi.de sententia excomm.io sex. Missas in Ecclesiis & monasteriis, & diuina officia celebrari posse singulis diebns, tempote intetdicti, sicut prins iaouis clausis, interdictis & excommuoicatis exclusis & canonicos & clericos Ecclesiarum ioteresse debere,oisi velint prinari distributionib. quotidianis: Permissum nihilominus in festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ ac Pentecostes, & assumptionis Vitgiois gloriosæ,campanas pulsate,ianuis apertis & alta voce diuina officia solenniter celebrare, excōmuoicatis procul exclusis,sed interdictis admissis.Quod dicitur permissum ibidem, ne ex distinctiooe antiqua statutorū pro ioterdictis orretur in deuotio. populi, pullularant hæreses, & pericula animarū iosutgerent ad cōsequentiam baptismatis permissi tempore interdicti permittatur eodē tēpore Chrismatis cōsecratio.Quod exprimit Bonif.8.&de confirmatione in c.quoniam in baptismo,19.eo.ti.de sent.excom.in sex. *Quoniam*, inquit,*in baptismo & confirmatione, quæ nedum pueris,sed & adultis propter mora periculum exhiberi possunt licitè tempore interdicti(chrismatis vtimur vnctione:posse)licet terra interdicta existat,Chrisma die cœna Domini cōfici, dubiū nō existit.* Sic colligimus ex superiotib. posse tēpore interdicti accipi & dari Sacramēta, 4.5.1.baptisma,2.coofirmatiooem,3.pœnitētiam, 4.Eucharistiam, 5.etiam contrabi posse matrimonia hoc tēpore,& cōtracta tenere insolubiliter,defendit Gl.ad c.fi.ad verbum,*Sacramentis*,de sent.excom.io sex.quia inquit, & teoet contractum,ab excommunicato maiori excommunicatione,c.significasti,de eo qui duxit in matrim. quam polluit pet adulterium. Pao verò io nostro c. non est vobis,n.8.distinctionem quaodam adhibet: de matrimonio inquit nunquid possit contrahi tempora interdicti, communitet concluditur, quod sic: sed de solemnitate matrimoniali dubitatur.

18 Dubitatur etiam inquit de sexto Sacramento ordinis: num otdines cooferri possint tempore interdicti,& Innoceotius videtur tespondisse,quòd laicis nō possint conferri: aliis possint clericis:posséque ita cōferri maiores cum ipso non sint interdicti:hoc tamen non admittit Panorm.ego probarem, quando personæ sunt interdictæ tantū populi & non cleri, sic nullibi possent ordinari laici quia interdictum qnocūq; proficiscaotut petsonæ,eas sequitur, c.si sententia de sent.excom.io sex.Verum si loca interdicantur & noo personæ non ibi possint sacri ordines dari, quęstionē habet,in qua etiam resolueodnm videtur, in casu oecessitatis, defectus clericorum & presbyterorum, posse ordinati, qoia plura conceduntur tempota interdicti, quæ non possunt fieri sine ordinatis, vt Euchaństia,missæ,pœnitentia,& similia & quaodo quędam conceduntur, videntut & ea concessa sine quib. aoo potest concessio consequi effectnm, l.2.de iurisd. omo.iudic.ff.l.fi.de officio.eius cui manda.ast iurisd.ff. vt & diximus do Chrismate,in a.qnoniam, da sentent. excomm.in saxt.

19 Notabimus postremo loco in hoc ca. non est vobis, siogulare, ob contumaciam regis & peccatum eius,populum priuari beneficio officij diuini,& puniri peo eo,vt verissimum sit illud:

*Quicquid delirant reges,plectuntur Achiui:*

vt ait Horatius,epist.secunda:pro peccato obstioationis Pharaonis, voiuersa Aegyptus ptopemodum interiit,Exod. cap. 7.8.9. 10. propter peccatum Dauidis oumerantis populum,Deus iratus in populum, 2.Regum,cap.fin.propter peccatum filiorum Heli,Deus iratus io populum, eumdem in Philistinorum manum peruenire permisit.1.Reg.3.

Refert Hometus Iliade 1.pestem Troianos inuasisse, quod Agamemnon rapuisset Chryseidem, nec patri sacerdoti Apollinis pretium redemptionis offerenti, restituere voluisset, & eum contumeliis affecisset. Et vt ait Hesiodus in ergis.

πολλάκι ἢ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαύρει,
ὅς τις ἀλιτραίνει, ἢ ἀτάσθαλα μηχανάαται,

*Sæpe vniuersa ciuitas ob malum virum punitur*
*Qui peccat & iniqua machinatur.*

Præclara similitudo Plutarchi, dum in moralibus ait, quemadmodum Ischiachis medici pollicem inurunt, & cùm alibi doleaot alibi adhibent remedium: Sic Daus oonnunquam vi patres sanet,sæuit in filios.

20 Cætetum pugoara videtur aduarsum hanc partē capituli,primo loco,quod io principio dictum est,vxores detineri pro viris non debere,id est,non ideò quod peccasse videreotur io patrem regem filij, ideò patrē retinere vxores & viodicara in illis delictum maritorum,non debete,pet ea qoæ dicta suot,cùm & pœnæ vt delicta personam respiciāt.l.sancimns,C.de pœnis, l.crimen,l.si pœna.eod.titn.ff.Rubrica & ne filius pro patre,C.ea.crimen,can.non impntatnr, 1.quæst.4.*anima*,id est, persona. *quæ peccauerit ipsa morietur*, Ezech. 18.4.Regum,14.2.Paralipom.25. Deuteron. 24.Solutios ponitur & ratio multiplex,cur plerique & aliquando, animalia & res ioanimatæ pro peccatis aliotum flagellantnr,ca.Ecclesia,11.§.his ita respondetnr, 1.quęst. 4.vbi exempla fetè omoia sacræ paginæ, in quibus alij pro aliis puniti feruntur, relata sunt, & conciliantur,vt sufficiat lectio sola illius, §.Qnod pertinet autē ad c.nostrum,vxores qnia non poterant retineri, non poterant etiam puniri. Qnod autem populus interdictione vel cassatione diuinorom officiorū mulctatur, qnaodiu apud illos ratinerētur,factum videtut,quòd popolus quasi consentieos sit qoòd non expellat easdem,vel quod tetineat,& quodammodo sit particeps delicti:debet eoim potins Deo & vicario eius obedire, quàm principi Ecclesiæ tesisteoti c.non semper,92.ca. si Dominns,93.&sequente,Iuliaous,11.q.3.c.nos sanctorum,& can.inratos,15. q.6.

Sic culpam populi cum pœna miscet & causam Horatius Ode 6.lib.3.Carminum.

*Delicta maiorum immeritus lues*
*Romane,donec templa refeceris*
*Aedésque labentes,&c.*

21 Secnndò pugnate videtur,quod ptopter indictum bellum maritis vxorum,rex Anglię poterat eas retinere,& etiam innētas manu militari babere licitè captiuas,vt in ean.cū io captiuitate,2.& can.cū pet bellicā, 34.q.1.cū enim loca capta sunt ab hostib.omnia,ioquit Pomponius,desinunt religiosa esse(illo iure)vel sacra esse:sicut homines liberi qui in seruitutem perueniūt, vt & Iustin.ait, in §.item ea quæ de rerum diuis. & vt ait Cyrus apud Xenophootem,lib.1.Cyripediæ, ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος νόμος ἐστὶν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα τῶν ἐν τῇ πόλει, id est, *lex est perpetua inter homines, interpugnantes, vt ciuitas expugnata,& res & corpora ibi inuenta, sint capientium, similis & plenior lex*,Deuteron.c.20.vers.10. & sequentibus.Et Tryphonius Iurisconsult.in l.in bello,12.vers.

verum de captiuis has vxores retineri posse iure belli, etiam si tempore pacis eo in loco fuissent respondit, dum ait, *Verum in pace qui peruenerunt ad alteros scilicet hostes, si bellum subito exarsisset eorum serui efficiuntur apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur quibus ius postliminij est, tam in bello quàm in pace.*

Solutio facilis esset, si verum esset quod notat Phillppus Francus ad dictum Baldi, ad legem fin. si contra ius vel vtilitatem publicam, quod licet tempore belli est permissum capere bona alicuius, nullo tamen casu licitum est capere vxorem alicuius: verùm cùm non videam alicubi obseruari hanc legem militarem, & contra historiarum volumina referta sint, quod inter prædam & mulieres captæ sunt hostium, non possum facile videri factum satis per illam argumento, & in Deut. c. 21. vers. 11. inter captiuos iustè præhẽsos & adductos, annumerãtur, mulieres, nec mulieres cõnumerãtur inter personas quæ securitate gaudent tempore belli & induciarũ, in c. si. de Treuga & pace, lib. 1. tit. 34. cuius verba hæc, *Innouamus: Vt presbyteri, monachi, conuersi peregrini, mercatores, rustici euntes & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia quibus arant & semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur.* Et illi adhuc peregrini & rustici, vt notat ibi Glossa ea immunitate vtuntur, quandiu tantum peregrinantur aut vacant tantum agriculturæ, cui consensit Hostiensis. Idem dicendum est de scholasticis per authent. habita, ne filius pro pat. Cod. Neque mihi videtur hic considerandum quod ex Baldo adfertur ad dictam l. fin. si contra ius vel vtilita. publicã, quod stante statuto, quod Bannitus possit impunè offendi, ex quo possunt etiam bona eius præhendi, argumen l. in suis, de liber. & posthu. tamen eius vxor non possit capi aut detineri, multominus adulterari, ex eo quòd detentio vxoris sit improbata: Nam hæc quidem vera sunt in proscriptione, seu vt loquitur, *Bannitione*, quæ pœnam habet certi hominis & nominati, quare pœna ad vxorem & alias personas nisi expresſè dicatur in proscriptione vel banno, extendi nequit, per vulgares leges, sancimus, de pœnis, l. si pœna, eo. cum similib. & ita videtur vxor tunc secundum quid separata à matrimonio, saltem à marito. Quemadmodum Felinus in cap. significantibus, nu. 8. de offic. delega. ait, marito bannito, vel ad triremes condemnato, vxorem eius posse se dicere viduam, vt vxor reputetur vidua, quæ habet maritum inutilem. vt ait Glossa ad l. fin. ad verbum, *Orbitatem*, Cod. ad leg. Fauiam. de Plagia. Et Ecclesia dicitur viduata, quę habet Episcopum quidem, sed inutilem, in c. x. §. sed neque istud de translatio Episcop. Quare in eo casu rectè concluditur, nec capi posse vxorem damnati, & proscripti, sed idem non est in causa belli, in qua qui quęve capiuntur ex hostibus serui fiunt, vel redemptioni obnoxij sunt.

22 Quod autem concluditur multò minus nec adulterari posse vxorem banniti certè ex captis mulieribus iure belli, retinendum censeo, & capi quidem posse, sed non constuprari vel adulterari captas vel comprehensas in deuicta ciuitate: neque vlla lege militari vel ciuili permitti posse existimo. Ratio, quia stuprum adulterium, non tanquam iniuria afficit constupratas, sed etiam fornicantes: nam omnia ferè peccata extra corpus peccantis sunt, at qui fornicatur in proprium corpus peccat qui mœchatur: Et peccatum magis est in inferente vim propter prohibitionem Dei, non mœchaberis, nulli impunè fornicatio conceditur, can. nubendi licentia 20. in fine, 27. quęst. 1. canon fornicari, 88. distinct. l. penult. de concubi. quæ patitur enim vim non peccat. l. vim passam, ad legem Iuliam de adult. ff. Extat & lex belli à Deo prolata, quæ non permittit captiuas violare, nisi in matrimonio ducantur, vt habetur Deuteronom. c. 21. vers. 10. 11. & sequentibus. *Si egressus fueris ad pugnam cõtra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, & captiuos duxeris. Et vide n in numero captiuarum mulierem pulchram, & adamaueris eam, Volucrisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet caesariem & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est: sedénsque in domo tua, flebit patrem & matrem suam, vno mense & postea intrabis ad eam dormiésque cum illa & erit vxor tua.* Virtus inter hostes non est perdenda, sed omni studió bellantibus conseruanda, vt non latronum aut tyrannorum more, sed iustè bellantium legibus institutum bellum reipsa gerant. Et aliud bellum gerere, quod ex iustis causis commendatur, in c. 2. Dominus 23. q. 2. Aliud raptum committere & pudicitiam violare.

Laudatur factum Scipionis valde dissimile à retentione vxorum filiorum per Regem Angliæ, à Liuio, lib. 6. cap. 8. qui quartum & vigesimum annum, agens, cùm in Hispania Carthagine oppressa maioris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia, multosque obsides quos in ipsa vrbe Pœni clausos habuerant, in suam potestatem redegisset, eximiæ inter eos formæ virginem ætatis adultæ & iuuenis, & celebs, & victor postquam intellexit illustri loco inter Celtiberos natam, nobilissimoque eius gentis Indilibili desponsatam, accersitis parentibus & sponso inuiolatam tradidit. Aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat, summæ dotis adiecit. Qua continentia ac munificentia. Indilibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meriti eius gratiam debitam retulit.

23 Solutio alia itaque, cùm prius non probetur, pendet ex veritate historiæ, nempe quod Henricus 2. ante bellum cœptum à filio Henrico 3. cui regnum renunciauerat. retinebat & vxorem & regnum, ideoque tentauit per Alexandrum 3. repetere vxorem suam & regnum, paritérque frater eius, ex quo postea ad arma peruentũ est: sicque non tempore belli vxores retentæ fuerunt filiorum à patre, sed inde occasio belli orta est, iuncta quæstione regni.

24 Secundo verò obiici potest contra c. non est vobis, quod pater non erat reprehensibilis, si retineret vxores filiorum, quia non erant emancipati, & ideò quemadmodum & filij erant in eius potestate, sic & vxores eorum, §. 1. de patria potesta. l. 3 de his qui sunt sui vel alieni iur. filij enim qui non sunt suę potestatis, non possunt habere alios in potestate sua, l. sic eueniet, 21. ad leg. Iuliam de adulter.

Solutio iam constat ex eo quod diximus in probatione de potestate repetendi vxorem etiam contra patrem: & alia est potestas patris in filium, alia mariti in vxorem: maiorque est potestas quæ in vxorem: quia ea non habet potestatem sui corporis, sed vir vt contra capit. non debet, de consanguini. & affinita. facit ca. illud de præsumptio. dehinc licèt filius sit in potestate patris, causa repetitionis non impeditur: quia in causa spiritali cuiusmodi sacramentum matrimonij, non consideratur patria potestas. c. fin. de iudic. in sex. cap. licet, de sepultur. in sex.

25 Tertio, eodem modo tollitur, l. lis nulla, de iudic. ff.

Quarto pugnare videtur quod summus Pontifex in hoc c. videatur contra officium boni prælati & pastoris, turbare rempublicam, cùm per interdictum seu cessationem videatur commouere populum, ad rebellionem contra principem & regem proprium, contra id quod iussum est obediendum esse principibus tanquàm à Deo ordinatis, cap. quæ contra. 8. distinct. Omnibus superioribus dummodò non sint hæretici, licet sint alias mali, quandiu tollerat eos Ecclesia est obediendum, canon. sacerdotes, 2. quæst. 7.

Iubetur ne seditionarij vnquam ordinentur inter clericos, in Concilio Carthaginensi, cap. 67. cap. seditionarios, 6. 46 distinct. Christus veniens docuit pacem, dedit pacem, reliquit pacem, ca. nisi bella, 23. q. 1.

Solutio: non pertinere ad rebellionem hanc cessationem officiorum, sed ad pacem, vt eo modo cogatur rex satisfacere Ecclesiæ iudicio, qui in suis in quibus gloriatur, punitur.

Et in cauſis peccati,ſupra reges ſummus Pontifex,can. ſuſcepitis ne, 6.10.diſt. & poſt Deum Romanæ Eccleſiæ diligentius obediendum,ca.præceptis,12.diſt.cano.obedientiam,93.diſt.

26 Quinto non obeſt, quod reges & principes non ſunt pro temporalibus ſubiecti Romano Pontifici, capit. quoniam idem mediator,8.10.diſtinct.cap.per venerabilem,Qui filij ſint.legitimi. Nam hic erat quæſtio de matrimonio non ſeparando & de reſtitutione vxoris quod eſt iuris & fori Eccleſiaſtici, vt diximus antè.

Item & in temporalibus ſubiiciuntur reges ſummo Pontifici,ratione peccati,cap. nouit,de iudic. Sed & vltra ſcribit Blondus,libr.5. Decad. 2. Alexandrum,3.ſum. Pontificem Henrico 2. regi Angliæ , de quo noſtrum caput loquitur,excuſanti à cæde Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, ſub ſpecie pœnitentiæ iniunxiſſe vt ſubditi eius poſſent liberè ad ſedem Apoſtolicam appellare & neminem poſthac regem Angliæ fore, quin prius à Romano Pontifice fuiſſet rex appellatus. Antea & Adilulphus ſeu Athulphus rex Angliæ ſub Leone 4. ſummo Pontifice,qui ſedem Apoſtolicam eſt adeptus anno Domini,847.inſulam ſuam voto tributariam fecit ſummo Pontifici,abundantius quàm fecerant ſuperiores reges.Inas,11.Anglorum ſiue Occiduorum Saxonum rex,& Offa Merciorum rex,anno Chriſti,740.vt ſcribunt Polydorus Virgilius lib. 4. & 5. hiſtoriæ Angliæ & Sabellic. vt non mirum ſit,ſi filij regis Henrici 2 pro repetitione vxorum ad ſedem Apoſtolicam confugerunt contra patrem,cùm illud regnum videretur in ſingulari Eccleſiæ protectione quodammodo eſſe,quod & poſtea firmauit rex Angliæ Ioannes , dum circa annum Domini , 1205. petitus bello à Philippo rege Galliæ,Angliam & Hiberniam Romanæ Eccleſiæ voto vectigalem fecit,vt ſcribit Platina in Inoocentio,3.Ganguinus,lib.6.

27 Poſſet adiici pro argumento,quod aliquando ſummi Pontifices obtemperarunt principibus vt in can. ſatagendum,10 25.q.1.vt ipſe Dominus noſter Iesvs Christvs , ſubiectum ſe Cæſari dici non detrectauit, exhibitione cenſus,cap.omnis anima,de cenſib.can. tributum,23.q.7. Saltem quod duæ poteſtates Pontificalis, & regia diſtinguantur,ca.cum ad verbum.96.diſt. ca.per venerabilem,Qui filij ſint legit.vt inde videatur Romanum Pontificem nihil iuris habuiſſe in ipſum regem Angliæ vel eius ſubditos.

Sed ſolutio iam apparet ex ſolutione,5.argum.

*FINIS.*

# IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SANCTISSIMAE ET INCOMPREHENSIBILIS TRINITATIS, PATRIS, FILII, ET SPIRITVS SANCTI, INVOCATIS SVFFRAGIIS BEAtissimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum.

## *DE VSVRIS, LIBER PRIMVS PRAELVDIORVM.*

### CAPVT I.

### De nominis vsuræ distinctione, prout ab vsu dicitur.

1 *Nominis vsuræ acceptiones, & primùm pro vsu.*
2 *Dehinc, pro vtilitate & compendio ex vsu.*
3 *Vsura ex vsu, licita vel illicita: licita, quatuor modis est, ex suis & alienis, & quãdo ex suis liberu est potestas.*
4 *Abuti rebus suis non licet.*
5 *De societate in qua est vsus rei aliena cum damno & lucro domini.*
6 *De vsu rei commodatæ.*
7 *Ex quatuor modis vtendi, vsurarum quatuor species.*

VSVRA dicitur, & ipsemet vsus rei & id quod pro vsu rei ab vtente capitur. In prima acceptione Nonius Marcellus ex Plauto in Amphytrione exemplum mutuatur, *vsurámque corporis eius cepit sibi* Cicero quoque pro Rabirio in eadem significatione verbo vsuræ vtitur, *Huic optimo viro*, inquit *quo nemo melior vnquam fuit, nomen equitis Romani & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis.* Rursum septim. In Verrem. *Cur, inquam ciuibus Romanis quos pyratæ ceperant securi ictu ismo percussis, ipsis pyratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti?*

2 Crebriùs, quod ex vsu rei capitur, vsura appellatur: nempe quod præter rem, vel extra rẽ accedit domino, vel ei cui res restituenda est: lucrum ex re. Quod & dicitur vsurarum emolumentum in l. cùm quidam. 17. § diuus. de vsur. ff. Quare in concilio Agathensi, & li 1. capitularium, capitulari 125 vsura dicitur, vbi amplius requiritur quàm datum sit. Et in c. vsura est 4. in princip. & §. 1. 14. quæ. 3. vt ecce si dederis solidos decem, & amplius requisieris, vel dederis frumenti modiũ vnum, & aliquid superexegeris. c. 2. & 3. eadem 14. quæ. 3. Ideò interdũ & vsus pro vtilitate rei accipitur, quia solemus vti rebus, vt ex illis vtilitatem capiamus. Et cũ Apuleio dicimus, *rem ex vsu nostro non esse*, id est, non conferre nobis vtilitatem, atque sic palam est propriis titulis, vsum & vsúfructum habere vtilitatem.

3 Cæterùm illa vsura seu lucrum, quod percipitur ex vsu rei, vsura licita, aut illicita dicitur. Licita, ex legitimis seu approbatis modis vtendi sumitur: illicita contrà. Quæ vt faciliùs concipiantur & explicentur, prænotabimus aliquẽ vti aut rebus suis seu propriis, aut alienis, & rursum alienis, vel ex voluntate dominorum rerũ vel sine voluntate, vel contra voluntatem eorum. Vtitur porrò quis regulariter rebus suis ex arbitrio, l. sed & si l. 25. §. si quis re sua lautiùs vsus sit. de peti. hæredi. li. 5. ff. ti. 3. Et potest ita re sua vti, vt vtendo, possit eam consumere, id est, vt ait dict. l. sed & si. § consuluit, re sua abuti. & in l. si cùm dotem. §. sin autem, ibi *abutitur dotem*, solut. matrimon. ff. quod accidit rebus quę vsu consumũtur, l. hoc senatusconsultum, 5. §. fin. de vsufructu earum rerũ quæ vsu consumuntur. li. 7. ff. ti. 5. in quibus, non propriè esse ideò voluerunt Iurisconsulti vsumfructum (quia nõ remanet post vsum salua rerum substantia, vt requirit vsusfructus, l. 1. & 2. de vsufruct. ff.) sed quasi vsumfructũ propter auctoritatem senatusconsulti talem vsumfructum permittentis, quod tamen non potuit naturalem causam corrumpere. dict. l. hoc senatusconsultum, & l. 3. de vsu earum rerum quæ vsu consum ff Sic apud Plautum in Asinaria, quẽ & refert Nonius Marcellus, *abusa*, ponuntur pro, vsu consumptis, *vbi*, inquit, *illa quæ dedi antè abusa sunt. Nam si ea durarent mihi, mulier mitteretur ad te.* Igitur de rebus propriis, cuique vsus, & fructuum, liberum erit arbitrium, quemadmodum libera & proprietatis dispositio: nisi si iure quicquam inhibeatur, vulgatis iuribus, l. nemo externs. de Iudæis C. l in re mandata. manda C. vt iniuria ei fieri dicatur, qui prohibetur voluntate libera re sua vti. l. iniuriarum actio. 13. §. si quis me prohibet. & l. si quis proprium seruum 24. de iniur. li. 47. ff. ti. 10. l. sicut autem refectio 8 §. Arilio. si serui vendic. li 8. ff. ti. 5. l. 1. §. 4. de aqua pluuia. arcenda. ff. l. qui pendentẽ. 25. de act. emp. li. 19. ff. ti 1. Et, *vim facit*, inquit Pomponius, *qui non sinit possidentẽ, eo quod possidebit, vti arbitrio suo siue in serẽdo, siue in fodiendo, siue quid ædificando, siue quid omnino faciendo per quod liberum possessionem aduersarij non relinquit.* l. vim facit. 11. de vi & vi armat. li. 43. ff. ti. 16. cùm controuersiam possessionis censeatur facere, qui prohibet vti possessione. l. 3. §. cum inquilinus, vti possid. li. 43 ff tit. 17.

4 Verumtamen ita demùm liber vsus, vsque ad consomptionem rerum, dominis permittitur, si is sit legitimus, & ex arbitrio boni patrisfamilias: alioquin illegitimus vsus seu abusus, etiam dominis rerum interdicitur, l. 2. de his qui sunt sui vel alie. iur. ff. & interest reip. ne quis re sua malè vtatur. Secundum Iusti. in §. fi. eod. ti. de his qui sunt sui vel al. iur. quamuis enim principaliter intersit priuatorũ dominorũ, secundario tamen & interest reip. Quẽadmodũ & in l. 2. solut. matr. ff. dicitur

interesse reip. mulieres esse dotatas, vt facilius nubere, & rempublicam replere liberis ingenuis possint, vt & hoc modo dicitur interesse Principis habere subditos diuites. §. considerauimus, Nouel. vt iudic sine quoquo suffragio, &c. Et proinde prodigis interdicitur etiam propriorum bonorum administratio, l. 12. tabul. i. 1. de curatorib. furios. & aliis extra personam minorum dandis. ff. vti furiosis, pupillis, minoribus dantur curatores & tutores, adempta perdendi bona sua, omni potestate. l. in negotiis, de reg. iur. titulis de tutelis, de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, de curatore furiosi, & similib. Imò & mulieribus luxuriosè viuentibus, bonis interdici potest. .& mulieribus. 15. de curatorib. furioso & aliis, & c. dandis. ff.

5 Vtitur quis rebus alienis, interdum cum voluntate domini, cum suo lucro & domini, cúmque damno vtriusque, & sui & domini: vel cum lucro tantùm suo, nempe vtentis: vsus rei alienæ cum lucro domini & vtentis, potest exemplum habere in societate, in qua damnum & lucrum communicantur, & res, vt plerumque, vel res vnius socij cum industria alterius. l. societas contrahitur. 5. pro socio ff. aliter repugnarēt contractus suæ naturæ, si vnus ex sociis lucrum tantùm vsus, alius damnum solus pateretur, & iniusta illa, aut quæ leonina est, diceretur societas, l. si non fuerint. 29. in princ. & §. fi. & l. si igitur ex hoc 55. pro socio. ff. Quia societas habet quoddā ius fraternitatis, l. verum 64. eod. ti. ff. li. 17. ti. 2. pactúmque de lucro in ea & damnum quoque continet & contrà. §. illud. de societate apud Iustinian. neque etiam ferendus esset, qui lucrum quidem amplectitur rei, eius autem onus subire recusat, l. vnic. § pro secundo de caduc. tollen. li. 6. C tit 51. l. secundum naturam 10. de regul. iuris. ff. ea. qui sentit. eod. tit in sexto, l. 1. de institoria actione. ff. l. is qui in potestate. §. fin. de legat. præstan. ff. l. final. §. penul. C. de furt. Atque in rei communis vsu, non præsumitur dolus, etiam si partem socij quis dolosè tractauerit. l. meritò, 53. pro socio. ff.

Sic conductor, emphyteuta, superficiarius rebus alienis vtuntur voluntate domini, ex qua certum censum & lucrum placitum eidem persoluunt, ti. de locato, in C & ff. & decret. de iur. emphyteut. C. si ager vectigalis vel emph. petat. ff.

6 At vtitur quis re aliena cum damno domini, aliquādo tamen ex eius voluntate & cum lucro suo, nempe vtentis, nec damnum consideratur, quemadmodum in vsufructuario & vsufructuario apparet. Quia vsusfructus est ius vtendi fruendique rebus alienis salua rerum substātia l. 1. de vsufruct. ff. §. 1. eod. tit apud Iustinian. & dominus rei nudam habet proprietatem, ad alium pertinente vsufructu & ita etiam Iustinian. alibi vocat *ἄνευ τοσούτων χρήσεων*, c. 1. §. prohibemus, Nouel. 18. ti. de trien & semisse. Eodem modo vtitur re commodata quis interdum, cum iactura domini, licitè & ex voluntate eius, si in vsu ad quem commodata est, sine dolo malo & culpa vtentis deterior fiat. Sibi enim imputare debet dominus, quòd sciens eo vsu futuram deteriorem rē, nihilominus eam commodauerit, l. 5. §. interdum & l. eum qui rem commodatam 10. & l. final. commod. ff. li. 13. ti. 6 Nec licet cōmodanti ante vsum expletum ad quem res commodata est, rem reuocare, cùm prius liberum fuerit non concedere, contractu autem inito, non liceat resilire, & cùm nos iuuari beneficio permisso non decipi oporteat. l. in commodato. 17 §. sicut. commodati. ff. c. vnic. §. finali. eo. tit. apud Gregorium. Contractus etiam ab initio liberi sunt, num fiant: vbi autem perfecti sunt, habent implementi necessitatem, vt nequeant dissolui nisi mutuo cōsensu, saltem eius, cui ius quæsitum est, l. sicut, Codic. de actionib. l. velles nec ne. Cod. reuoc. donat. ob fidem datam, quam omninò seruari societati humanæ conuenit, l. 1. de constit. pecun. ff. l. 1. de pactis. Et potest quis ipsam rei suæ proprietatem donare, quod plus est, multò magis & vsum & vsumfructum eius ad tempus cōmodare, quod minus est. Atque intra illud definitum tempus vtendo, & eo modo quo placuerit, vsus rei alienæ erit licitus, aliter autem, si quis re commodata longiori tempore quàm definito, & alio modo, & alium vsum quàm res commodata esset, vteretur inuito domino, & ita illegitimus esset vsus. l. si vt certo 5. §. sed & interdum, commodat. ff. l. placuit. & § furtum. de obligation. quæ ex delict. nascunt. apud Iustinia. l. qui re commodata de fur. ff. vbi & furti argui possunt, qui inuito domino vltra tempus, & modum, & locum constitutum, re commodata vtuntur. Cuius rei iudicium refertur à Valerio Maximo li. 8. c. 2. eius qui furti damnatus est, quòd equo, cuius vsus vsque Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus fuerat. Affine commodato, quod pertinet ad vsum rogantis, precarium est, quandiu permittitur vsus à domino. l. 1. 2. 3. 4. & l. cum precario 12. de precario. li. 43. ff. ti. 26. Eiusdem generis & censentur precariæ dictæ, & ea quæ precaria dicitur concessio, de quibus in cap. 1. 2. 3. de precariis. lib. 3. tit. 14. cap. precariæ. 10. q. 1.

7 Cum damno verò domini, & sine eius voluntate aliquis rebus eius vtitur pluribus modis, vt si res immobiles alterius inuiti cum fructibus possideat, si eum deberet, iussus vel alio modo certam pecuniam soluere, vel quidpiam facere, constituto tempore non soluerit aut non fecerit, vel non exhibuerit. Et sic ex superioribus colligitur, quatuor modis vsuram dici, primò, id quod ex vsu rei percipitur ab vtente, nempe ipsum vsum, 2. lucrum ex vsu rerum propriarum. 3. lucrum cum damno & vtilitate domini ex eius voluntate. 4. lucrum ex vsu rei alienæ sine domini voluntate, & cum eius damno.

## CAP. II.

### Regulæ diuersæ de permissione aut prohibitione vsurarum, ratione diuersitatis vsus.

1 *Percepta voluntate domini, non restituuntur tanquam illicitè percepta.*
2 *Percepta ex rebus alienis sine voluntate domini restituuntur, cum eo quod interest rem detentam fuisse inuito domino.*
3 *Quid sit id quod interest, & quando lucrum cessans consideretur.*
4 *De fructuum restitutione, & quando id quod interest vtroque iure licitè.*
5 *Promissio eius quod interest, quando censeatur in fraudem vsurarum in mutuo.*
6 *Pœna causa exigitur, ex mora, vsura, & ibi quid sit mora.*
7 *Pœna adiecta mutuo, si non soluatur: an committatur parte mutui soluta intra diem constitutam.*

HInc sequuntur de permissione & prohibitione vsurarum diuersæ regulæ, pro distinctione vsus, & dum quæritur num dominus possit petere ab vtente quidpiam ratione vsus ei permissi, & num lucrum ex vsu iustum vel iniustum sit.

1 Prima erit, quod quis percipit ex rebus propriis iure suo, facit suū, neque tenetur restituere cuipiam. Ita quæ ex animalibus dominio nostro subiectis nata sunt, eodē iure ac animalia ipsa, nobis acquiruntur: §. item ea quę, de rerū diui. apud Iustin. l. 2. & l. item quæ. 6. de acquirē. rerū domi. ff li. 41. tit. 1 Plenū dominiū enim facit, vt non tam proprietas, quàm vsus & vsusfructus in nostra sit potestate. Sic enim definimus Plenum dominium li. 1. Syntagma. iur. cap. 12. numer. 5. Quando dominus, & corpus rei, & vsumfructum habet sibi liberum, secondum Tryphonium iurisc. in l. eum in fundo, 78. de iur. dot. li. 13. ff. tit.

ff.tit.3.id eſt,cum plenam habet in re poteſtatem, vt ait Iuſtinian. in §. fina de vſufruct. libr.2. Inſtitution. tit.4. quod & lege Iuſtiniana colligitur in l.raptores,54.§.bona.& §.ſequenti.C de Epiſcopis & cleric.

2 Quod pertinet ad ſecundam & tertiam ſpeciem vſurarum,vtilitas eius vſus nõ venit in reſtitutionẽ, quia ea iuſta permiſſione percepta eſt. Non enim fit iniuria volẽti aut cõſentienti,neq; licaus, l. cum donationis,34. C. de tranſact.li.2.tit.4. Dehinc,nihil tã videtur conuenire naturali ęquitati,quàm voluntatẽ Domini,rem ſuam in alium transferre volẽtis,ratam haberi, § per traditionẽ, de rer.diuiſion.Caius in l.qua ratione 9.§ hæ quoq; res, & l.traditio,20.de acquirend.rer dominio, ff l.traditionibus,C.de pact.& ita probata eſt conceſſio vſus & vſusfructus rei ſuæ alteri facta,titulis de vſufructu.

3 Quod pertinet verò ad 4.ſpeciem vſuræ,eſt concluſio,dominum rei iuſtè repetere ab eo qui re ſua ſe inuito vius eſt,lucrum vſus, vel quanti ſua intereſt non ſibi fuiſſe rem ſuam redditam,vel fuiſſe à detentore ſe inuito,poſſeſſam.Et hac ratione,deciſum eſt,iuſtè dominum rem ſuam repetere cum vſuris. Et proinde ſi is qui mutuas accepit pecunias, conſtituatur in mora ſolutionis, poterit conueniri licitè, tam ad id quod intereſt lucri ceſſantis,quàm damni emergentis ca 2. de fideiuſſo.l.2. C.de vſur & ibi Salic.nu.2.& Caſtr.nu.3.textus in l. cum quidam.§.ſi pupillo,ff.de vſur & l. Iulianus 13.§. ex vendito,de actio.empti. ff.l.curabit, C. eod.atque gloſſa ita reſoluit ad c conqueſtus,ad verb *defendo*.Et ibi Panorm. num.6.de vſur.& idem Panorm.ad cap nauiganti, num. 14.& Innocen. ad cap.1.num.2. eod.tit. Sed iſtæ vſuræ non ſunt ea ſola cauſa mutui,vel ex ſola cauſa debiti rerum quæ in pondere, numero,aut menſura conſiſtunt: ſed alia de cauſa exactæ, & ideò de vtroque iure debitæ & permiſſæ. Et ita ſeparantur à vetitis & iniuſtis vſuris. Reducuntur autem permiſſæ iſtæ vſuræ ad tria capita. Nam aut primùm exiguntur ratione eius quod intereſſe poteſt petentis,& tunc tranſeunt in nomen eius quod intereſt.

Aut 2. exiguntur propter moram debitoris, & tunc non tam ratione vſus, quàm pœnæ patiuntur ſolutionis delatæ cauſa.

Aut tertiò ratione pœnæ ſtipulatæ, ni ſolueretur,quæ petitur propter fidem non impletam. Dicamus pauca de ſingulis,in primi de eo quod intereſt.

3 Id quod intereſt definitur,vt ſit damnum emergens, aut lucrum ceſſans, ex eo quod differtur faciendum vel ſoluendum,vt pleniùs docemus lib.1.Syntagma.Iuris c. 10. & tractatur in l.vnica,in textu & gloſſa, de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.l. ſi commiſſa,13. rem rat.haberi.lib.36.ff.ti.8.Ita ex diametro,id quod intereſt opponitur vſuræ prohibitæ,quæ dicitur per gloſſam dictã l.vnic.de ſent. quæ pro eo quod inter profer. damnum ceſſans,& lucrum emergẽs eius qui ſupra mutuum exigit Sine mora,damnum emergẽs dicitur, quoties quis de vitando dãno agit,lucrũ ceſſans,quãdo propter detentionem indebitã pecunię meę,mihi abeſt lucrum,vt finge,mercatori pecuniam debitam, quæ ſi ſuo tẽpore ei non ſoluatur,ceſſat lucrũ eius quod negotiando ex illa pecunia conſequi poterat. De vtroque, nẽpe damno emergente, & lucro ceſſante agitur in l.fin.§. ſi quis in fine.C.de codicillis,lib.6 tit.36 l. Proculus, iuncta gloſſa ad verbum,*faciat*,de damno infecto.ff.l 2.C de vſur.l cùm quidam 77.§.ſi pupillo,eo.tit.in ff damnũ dicitur,deducto omni lucro, & lucrũ deducto omni damno;l.Mutius,30.pro ſocio,ff. & damnum à diminutione patrimonij,l.3.de damno infecto.li.39.ff.tit.2.ſemper autem conſideratur in reſtitutione debiti damnum emergens, quãuis non ſemper habeatur ratio lucri ceſſantis. Quod & receptum in camera imperiali,refert Andreas Gaylius,li.1.obſeruationum practicarum.obſerua 6.n.2. Niſi agatur de mercatore, qui ſolitus ſit de pecunia ſua negotiari,cui poſt moram debitoris lucrum etiam adiudicari debet ceſſans,per l.4.§.ſi.de eo quod certo loco.ff. glo.in l.curabit.ad verbum,*ratio*, de actio.emp.C.per illum textum, & ibi Bald.textus, & in l.ſocium qui in eo, 60.pro ſocio,ff.l.ſi commiſſa.rem ratam haberi,ff.

Ita ratione eius quod intereſt, reſtitui debẽt res dominis,cum fructibus illegitimè perceptis,vel percipiendis, nomine vſurarũ debitarum.Vſuræ tamen iſtæ non procedunt ex mutuo,vt dixi, ſed ex eo quia res ſuo tempore ſoluta non fuerit,l equis per fideicommiſſum relictis,8. l.vſuræ,34.de vſuris,ff.l.1.de action.empt.ff.Quare a tempore petitionis in perſonam,poſt litem conteſtatam res veniunt cum ſuis fructibus reſtituendę,hoc etiam eſt verè reſtituere, cum ſuis acceſſionibus rem reddere, & cum his omnibus quæ dominus conſequutus fuiſſet,ſi apud ipſum res fuiſſet,l.videamus,38.de vſu ff.l.reſtituere autem,35.& l.reſtituere videtur,75 de verbo.ſigni.ff. Sic in bonæ fidei iudiciis,fructus & partus editi,mercedes, & liqua ex rebus noſtris percepta, reſtituuntur. l. ſed & ſi,cum 3 legibus ſequentibus de petitio.hæred.ff quia ex noſtris nata & orta,noſtra quoque ſunt,l.de eo,12.ad exhiben.ff.l.ſolum,49.de rei vindica ff.l 2.l.item 6.l.acquiritur 10. de acquiren. rerum dom i.ff. fuit & Athenis actio: *κάρπου δίκη* id eſt, qua, non tantùm rem actor obtinens,ſed & fructus vindicabat,vt ſcribunt Arpocrat. & Suidas. Incidit autem hic quæſtio, qui fructus,à quibus poſſeſſoribus,& à quo tempore reſtitui debeant?de qua videnda l.certum.C.de rei vindica.& ſimiles per gloſſam notatæ ibidem.

Comprobat ius vtrumque,diuinum & humanum,petitionem & adiudicationem eius quod intereſt:vt in Exodo c 21.& c.1.de iniur.lib.5.titu.36. iubetur, vulnerato homini reſtitui operas amiſſas,& impenſas in medicos factas ſicut & iure ciuili l.ex hac, 3. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dica.ff.li.9.tit.1.l.fi. de his qui deiece.vel effude.ff.l.qua actione,7.in princi.ad leg Aquil.ff.Propter deformitatem autem ex vulneribus illatam corpori liberi hominis:non fit damnatio ad id quod intereſt,quia liber homo non recipit ęſtimationem,dictis ll.ex hac,& fi.idem in l.2.§.corporum, ad legem Rhodiam de actu, adiicitur tamen nonnunquam pro pœna ſceleris, ſumma pecunię,in quam damnatur vulnerans.l.1.§.ſed eum liber homo, de his qui deiece. quemadmodum pro iniuria reali, nonnunquam cum ſatisfactione honoraria, adiungitur mulcta pecunia. pœna autem iniuriarũ, de iniur.apud Iuſtinia.Aliud exemplum in dict.cap 21. Exod.& ca.2. de iniuriis, de damno reddendo, ab eo qui ciſternã foderit, nec poſtea operuerit, eius quod in eam inciderit idem in l.qui foueas,ad leg. Aquil ff.Probata item hac ratione petitio & damnatio ad id quod intereſt,ex temeraria excõmunicatione,contra temerè excõmunicantem,c.ſacro,de ſenten.excom.Eò pertinere poteſt,condemnatio eius qui plus petit,aut alio modo petit quàm debeatur, ad compenſandam vexationem illatam reo.c.1.de plus pet. Item eò pertinet ſpecies facti c. pertuas,de arbit.quando procurator monaſterij, qui ſine ſpeciali mandato compromiſit,& pollicitus eſt ſe ſtaturum arbitrorum ſententię,damnantur monaſterio ad id quod eius intereſt non ita cõpromiſſum. Item quando clericus qui ſubtraxit inſtrumenta Eccleſię,damnantur in quantum intereſt eiuſdem Eccleſiæ non fuiſſe ſubtracta cap.33.ſi quis de clericis,12 q.2.

Huius damnationis legitimę in quantum intereſt,poteſt eſſe prior ratio,ne quis locupletetur cum alterius iactura,quod iuri naturæ vel gentium repugnat, l.nã hoc natura,de condictio.indeb ff.l.iure naturæ,de reg. iur.ff. c.locupletari,eod.tit.in ſex.Altera,ne in alterius poteſtate ſit, noſtram non delinquantium cauſam deteriorem impunè facere iuxta Venuleium iuriſcon.in l.2.quod vi, aut clam.lib. 43.ff.tit.24.Calum in l.ſoluendo,19 de negot.geſt.lib.3.ff.tit.5.& Papinia.in l.non debet,74.de regul.iur.cum ſimilibus.

5 Cęterùm quippiã hęc acutiùs cõſiderantes,exiſtima-

rant non posse pe.i id quod interest, vel nomine eius ex mutuo à mutuum dante, si ab initio contractus mutui, de eo quod interest soluendo pactum sit inter contrahentes. Et hæc sententia verior contraria videtur, quia talis conuentio tempore contractus facta, tanquam vsuraria non subsistit, propter vrgentissimam fraudis suspicioné, & quod in fraudem prohibitionis legis apposita videatur, cùm eo tempore incertum sit interesse, facit l. cum quis decedens. 37. §. codicillis, & §. Titia. de lega 3. ff text. in l. qui testamentum 27. de probat. l. 22. ff. tit. 3. nu. 2. Innocent Panorm. & alij ad c. fin. de vsuris. Anchar. consi. 257 incip si. prędicta. nu. 2. Felin. ad cap. cùm ff. P. & G de offic delegat. nu. 1. Quare Pius quintus prohibuit huiusmodi pactiones tanquam vsurarias, anno Domini 1571. Quæ tamen intelligêda sunt de eo quod interest ratione lucri cessantis, & non de eo quod interest ratione damni emergentis. Nam de huius præstatione potest etiam in initio contractus caueri, & illud expressa certa quantitate, poterit in stipulationem & pœnam deduci, vt ait Dom. Soto, in 6 de iustitia & iure, quæst. 1. art 3. Couarr. li 3. c. 4. latè. Ioan. Baptista Lupus tract de vsuris. cóm. 6. § 6. n. 122. Sed & pugna non caret, quod quidam dicunt, valere ab initio pactum, quod creditor de lucro certo paciscatur, dummodo post morã probet, sua tanti interesse, vt ait Lupus prædicto loco, & Bal. ad l. rogasti. §. si tibi decem n. 1. de reb. cred. Gallus lib 2. prac obseru. obseruat 5. n. 16. quem vide. Et hæc, de eo quod interest dicta sufficiant, agamus de pœna & mora.

6 Propter pœnam, multis modis contingit, debitorem iustè condemnari vltra ea quæ principaliter soluere debet, vt propter moram seu culpam non soluendi, in bonæ fidei iudicijs, de quibus in §. actionem, de actionibus apud Iustinian. Et in his, quæ imitantur naturam ipsorum, vt in legatis, in quibus vsuræ veniunt soluendæ à tempore moræ, in l. 1. & 2. de vsuris & fructibus legatorum. C. l. si pupilli. §. fin. & l. quia de negotiis gestis. ff tãquã id quod interest. l. socium qui pro socio, ff. & officio iudicis loco principalis actionis, Speculator lib. 4. part. 4. tit. de vsuris, n. 1. Mora hic, cum culpa dilatio est, alioquin sine culpa, dilatio vel mora damnabilis non est. veluti si excusationem admittat, vel si à iure permittatur, quemadmodum in decisione l. si debitori, 21. de iudic. ff. l contra maiores. 18. de inoffic testament. lib. 3. C tit. 28. l. quod debetur. 51. de peculio, li. 15. ff. tit. 1. & l. 15 vt in possess legato. ff. Et Paulus, *Quod dicimus*, inquit, *in cohærede, qui fideicommissi testatoris, id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet.*

Quamobrem ea sola mora reprehésibilis erit, quæ ex culpa procedit, quæ nõ ex re, sed ex persona oritur. l. mora. 22. de vsuris. ff. dicta & frustratio. in l. hominem. 37. mandat. ff. lib. 17. tit. 1. Et proinde nocet, vel post interpellationem soluendi factam ab homine, & quando quis scire potuit se soluere debere, & non soluit: l. quod te §. si certum petatur. ff. tit. 12. l. si ex legati causa, 23. & l. nemo rem suam vtiliter. 82. & l. si seruũ stipulatus, 91. §. sequitur & §. videamus, de verborũ obligationibus, li. 35. ff. titul. 1. l. fundum Cornelianum de nouat. ff vel post admonitioné diei appositæ solutioni faciendæ, l. magnam. C. de contractibus, & commit stipolat.

Ex quibus fit regula, has vsuras ex mora non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infligi. l. cum quidam. 17. §. quid etiam, & §. ex locato, & l. moram. 32. §. in bonæ fidei. de vsuris. ff. l. quæro, 54. in principio, ibi, *vsura enim*, l si pupilli, sexta, §. finali, cum l. sequenti, de negotiis gest. ff. l Lucius, 24. ibi est constitutum, depos. ff.

Sunt etiam aduersus inficiantes, & temerè litigantes, pœnæ pecuniariæ introductæ §. at aduersus, §. hæc autem omnia, de pœna temerè litigant. ex titulo de fruct. & litium expens.

7 Pœnæ verò nomine adiectum, si non soluatur debitum stata die, admittit etiam iure Põtificio petitionem, si modo nihil solutum sit intra diem constitutam, aut si nihil receptum: alioquin si partem aliquam creditor admiserit, pœnam non petit pro reliquo intra diem dictam non soluto. capit. suam ad nos. 9. de pœnis, lib. 5. ff. tit 37. qui enim sortis partem recipit, pœnæ renunciasse videtur. l. finali, in fine, de eo quod certo loco, li. 13. ff. tit. 4. l. post diem, de lege commissoria. ff. Est tamen glossa ad dict. cap. suam, notabilis & videnda, quæ distinguit, quando in totum vel pro parte, ob partis solutioné tantùm committatur stipulatio pœnæ: num obligatio consistat in dãdo vel in faciendo: num sit stipulatio diuidua vel indiuidua, ratione quorum, est & diuersa responsio. Vide ibi, & Panormitanum, qui notat pœnam non censeri adiectam in fraudem vsurarum in mutuo, nisi aliàs creditor solitus fuerit fœnerari. Quod & iterum notat ad caput, dilecti, de arbitria: & Alexander ab Imola, cõsilio 64 incipiente *existentibus his*, num. 3. vel 4. vbi & plures alij citantur. Additur exceptio, nisi dictum fuerit in defectum integræ solutionis, pœnam peti posse: Et si pœna fuerit promissa, ratio manente pacto, contra rumpentem fidem. l. qui fidem. 16. de transact. lib. 2. Pandect. tit. 15. l. cùm proponas. 17. eodem titulo. C. Sunt & alia perpendenda in glossa dict. cap. suam. Attamen hic notandum, pœnam pro vsuris illicitis, de quibus postea, neminem etiam iure ciuili stipulari posse supra legitimum modum vsurarum. l. pœnam. 44 de vsuris, ff l. 15. & 16. eod titu C.

Item notandum, quod resoluit D. Thomas, 2. 2. qu 62. §. ad 3. quod cum aliquis accepit rem alienam, duo sunt ibi consideranda, quorũ vnum est inæqualitas ex parte rei, quæ quandoque est sine iniustitia, vt apparet in mutuis: aliud autem est iniustitiæ culpa, quæ potest etiam esse cum ęqualitate rei: puta cum aliquis intendit inferre violentiam, sed non præualet Et quãtum ad primum, adhibetur remedium per restitutioné, in quantum per eam ęqualitas reparatur, ad quod sufficit quòd restituatur tantum quantum quis habuerit de alieno Sed quãtum ad culpam adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem: & ideo antequam sit condemnatus per iudicem, non tenetur plùs quàm acceperit restituere: sed postquam condemnatus est, tenetur pœnam soluere. Et sic leges determinant, pœnam per iudices ob culpam esse infligendam, vt in Exodo cap. 22. *quinque boues pro vno, &c.* cui simile poterit statui per legem humanam si quando aderit similis ratio, atque iudex condemnando, potest ita plùs quàm debeatur in principali adiudicare, loco mulctæ: quod tamen plus ante condemnationem non debebatur.

Hæc D. Thomas.

---

CAPVT III.

## De Vsura vetita.

1 *Vsura vetita definitio, & quod quicquid in mutuo accipitur extra sortem, est vsura.*
2 *Explicatio c. 6 diui Lucæ,* nihil sperantes ex mutuo: *& ibi de vsura mentali.*
3 *De intentione prima & secunda aliquid accipiendi mutuò, quando faciat vsurarium.*
4 *Vsura duplex: realis & mentalis.*
5 *De mutuante ad captandam amicitiam, an sit vsurarius.*
6 *De receptione munerum licita sine simonia ab ordinantibus, vel à magistratibus.*
7 *Mutuum verum vel interpretatiuum, debet tantùm vsuram prohibitam.*
8 *De mercede pro vsu, & differentia mutui & fœnoris.*
9 *Vsura illicita forma.*
10 *Quid sit mutuum interpretatiuum.*

11 *Num*

11 *Num sit vsura, eximere aliquem, qui mutuum dedit, ideo à collectis.*

1 VSura quæ dicitur prohibita, est id omne quod exigitur ex pacto, vel præcedente intentione mutuantis, ab eo cui mutuum datum est, supra id quod acceptum erat, & ratione tantùm vsus mutui. & de hac vsura futura nobis est disputatio, quæ consistit in solo mutuo vero vel interpretatiuo.

2 Hæc, & alio modo poterit definiri. Iuxta tradita per Panor. ad nostram rubricam de vsur. n. 2. vt sit, quicquid sorti accidit & repetitur vltra sortem, seu mutuum siue ex pacto, siue ex intentione mutuantis præcedente.

Cuius finitionis verba priora monēt, omnia quæ vltra mutuum datum accipiuntur à creditore, esse vsurā prohibitam. in c. vsura 14. q. 3. vbi ex concilio Agathensi. *Vsura est vbi, amplius requiritur quàm datur: veluti si dederis solidos decem & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modiū vnum & super aliquid exegeris: siue igitur sit pecunia, siue factum vel aliud æstimabile super sortem, vsura est si ratione vsus accipiatur.* Ex D. August. super Psal. 6. ad verba, tota die & in c. 1. 14. q. 3. *si fœneraueris*, inquit, *hominiid est, mutuā pecuniam tuā dederis, à quo aliquid plus quàm dedisti expectes accipere, non pecuniā solā, sed aliquid plus quàm dedisti: siue illud sit triticū, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quàm dedisti expectas accipere fœnerator es, & in hoc improbandus nō laudandus.* Rursum in c. 2. eiusdem 14. q. 3. ex D. Hieronymo super Ezechielem ad c. 14 li. 6. *Putant quidem vsuram tantùm esse in pecunia, quod præuidens scriptura diuina, omnis rei aufert superabundantiam: vt plus non recipiat, quàm dedisti: Alij pro pecunia fœnerata, solent munuscula accipere diuersi generis, & non intelligunt, vsuram appellari & superabundantiam quicquid illud est, si ab eo quod dederint plus acceperunt.* Latius D. Ambrosius li. de Tobia ca. 14. relatus in ca. 3. ead. 14. q. 3. explicat. *Plerique*, inquit, *refugiētes præcepta legis, cùm dederint pecuniā negotiatoribus, nō in pecunia pecunias exigunt, sed de mercibus eorum tanquam vsurarum emolumenta percipiunt. Ideò audiant quid lex dicat neque vsuram*, inquit, *escarum accipies, neque omnium rerum*, Deuteronomij. cap. 23. & paulo post ibi, idem Ambrosius. *Et esca vsura est, & vestis vsura est & quodcunque sorti accedit, vsura est, ita qui à debitore suo conuiuium petat vel ad instaurationem conuiuij à negotiatore, puta Absynthiacum vinum, à caupone vinum Picenum aut thyriacum, à lanio vuluam, ab alio poma gratis, vsuram accipit.*

Dicemus & vsuram esse, accipere fructus ex arboribus pignori datis c. cōquestus 8. hoc tit. de vsur. Cōsequenter & vsura erit reditus pecuniæ seu sortis debitæ l. Titius Sēpronio, 24. de præscrip. verb. li 19. ff. tit. 5. alumnæ suæ, 30. de adimen. l. li 34 ff. ti. 4. ita vsura etiā, lucrū emergēs, gloss. in dict. l. vim de senten. quæ pro eo quod inter. profer. C. ratione inquam mutui tantum si detur: & ita fit prohibitū lucrum, alioquin mutuanti non erit illicitum accipere aliquid à mutuum accipiente, si ea mente non acceperit, vt plus quàm mutuo dederit, recuperet, c. de Eulogiis, 18. distin. vt & in Simoniæ quæstione respōsum & rescriptum est, in c. etsi quæstiones, de simonia.

2 Nam verba prædictæ finitionis, *siue intentione mutuantis, &c.* indicant, intentionem recipiendi plùs quàm datum est, facere vsurarium, etiam si sine pacto, ea intentione tamen ampliùs recipiat, ideò in foro animæ, dicetur vsurarius, & tenetur ad restitutionem accepti supra sortem. c. consuluit, 10. hoc tit. de vsur. propter verba D. Lucæ, capit. 6. ver. 35 Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες: id est, *Verumtamen diligite inimicos vestros & benefacite, mutuum dantes, nihil inde sperantes*: negatiua quippe dictione *nihil*, ita omnia excluduntur, vt nec minimum quidpiam inde separari aut recipi queat. dictiones enim, omne, totum, nullus, nihil, vniuersaliter affirmant aut negant, sine exceptione, l. Baptista. 32. ad senatusc. Trebel. ff. & quod nihil est, nullum operatur effectum. l. 1. §. fin. de auto & argent. l. ff. l. 1. §. fin. de manumissis testam. lib 40. ff. tit. 4. atque physica ratione, ex nihilo aliquid fieri posse, putatur impossibile, vt ait Aristot. 1. Physicor. & alibi, & Lucretius. Atque vt *omne*, nihil excipit, l. à procuratore, 13. C. manda. lib. 4. tit. 35. ita *nihil*, omne negat, quamuis forsan interdum, *omne* & *nihil*, recipere possint interpretationem, vt in l. sed si compromissum. 14. in fine, iuncta l. Pomponius 13. §. arbiter de arbitris. ff.

3 Obseruandum autem hîc considerandam intentionem principalem & non secundariam mutuantis: principalis seu primaria est propter quam aliquid principaliter fit: veluti, si quis propter charitatem proximi, & & honorem Dei mutuet pecuniam, alioquin facturus sine commodo aut lucro, nam si secundariò speret se cōsecuturum aliquod commodum, puta magis fore sibi amicum debitorem, aut quod ille non erit ingratus in aliquo alio, non est vsurarius realis, neque mentalis, vt defendit Benedictus in summa de peccatis, & remediis ipsorum, lib. 3. cap. 3. contra Sotum, qui contrarium tenuit lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 2. Mihique probabilior sententia Benedicti videtur, dummodo illa secundaria intentio, non veniat in pactum. Sicque licebit sperare ex mutuo lucrum minus principaliter, sed non oportet illud deducere in pactum pollicitum, seu in obligationem ciuilem quia obligatio pro pecunia habetur, quæ idcirco potest facere vsuram.

Si ergo aliquid accedat sorti, & lucro creditoris, præter eius intentionem fœnerandi, non erit illicitum accipere vt simoniam diximus non facere, si quędam minima dentur sine intentione mercandi spiritualia, vel beneficia ecclesiastica, cap. sicut. 1. quæst. 1. cap. etsi quęstiones, & cap. dilectus, de simonia. Quod & notauit Panor. ad rubric. de vsuris. Addit & glossa in cap. consuluit, 10. ad verbum *sperantes*, de vsuris. Quod si causa mutui non est principaliter in spe lucri secundariò, inquit, sperare aliquid, non puto malum, vel vt & ipse seruiat, arg 61. dist. c. quid proderit. 7. & 59. dist. c. si officia. Neque etiam recipere ex tali spe, argum cap. 2. quam pro, 1. quæstione 2. Imò naturaliter debitor est ei obligatus ad antidoron seu ad remunerationem, l. sed & si lege §. consuluit. de petitione hæreditatis. ff. ca. cum in officiis, de testamentis. Hæc interpretes.

Cæterùm non mihi satis explicare videntur, quid sit illud, *secundario licere sperare*, neque etiam illa verba, iura vlteriùs explicant, cùm tamen Christus Lucæ cap. 6. absolutè loquatur, *nihil inde sperantes.* proinde dicens, quòd quamuis teneamur natura ad remunerandum, tamen si spe remunerationis quis mutuum det, esse eum nihilominus vsurarium mentalem, si aliter non esset daturus nisi aliquid vltra datum se recepturum speraret. Quòd si mutuans sine ea spe, postea aliquid oblatum sibi à debitore liberè accipiat, non esse vsurarium.

4 Ex his colligimus, diuisionē vsuræ prohibitæ in realē & mentalē. Realis est ex pacto, & expressa promissione in cōuentione mutui. Mentalis est, quandoquidē mutuum datur sine pacto de plus accipiendo, sed ea tamen datur mente, vt plus detur, cùm, alioqnin non esset quis mutuaturus. Vtraque reprehensibilis apud Deum est. Et mentalis in foro exteriori, & contentioso non punitur, quia illud non iudicat de occultis, sed tantùm de reuelatis in foro conscientiæ, vel de probatis in contentioso.

Remanet tamen agitata cōtrouersia inter Theologos, num illa sola spes plus recipiendi vltra sortem, faciat mentalem etiam vsurarium: mentalem enim vsuram ferè omnes nominant, & dicunt esse aliquam interpretes, vt Bald. ad rubric. de vsur. C. num. 4. Panor. ad cap. nauiganti, num. 6. eo. tit.

Disputat porrò prædictā quæstionem cum distinctione Angelus Clauasius in sūma, in verbo *Vsura* 1. ex glossa ad c. 6. D Lucæ, *mutuū dat*. Et ait, quòd potest quis dupliciter mutuare propter spem lucri: vno modo, principaliter nempe quod aliàs non mutuaret, nisi lucrum

inde speraret, & tunc vsurarius est. vt patet, inquit ex c.1. & c.consuluit, de vsur. & ex c. si fœneraberis, 14. qu. 3. Et in hoc conueniunt Archidiaconus, Ioannes Andræas & Geminia. ad c.1. de vsur. in sex. & ad d.c. consuluit atque Theologi in 4. senten. 15. dist. Animaduertendum tamē, quod ista intētio potest tripliciter cōtingere, primò ante mutuum: vnde si post mutuum agnoscens peccatum, mutat intentionē, potest spōtè donata recipere sine nota vsuræ. 2. consideratur cōsequenter: quia post mutuum sperat aliquid, & sic etiam vsurarius est. 3. concomitáter, putà quia mutuans nullum sperabat lucrū, sed debitor propter mutuum ei dat premiū, & mutuans propter eādem causam recipit, & sic etiam vsurarius est, & tenetur ad restitutionē. Altero modo quis sperat lucrum ex mutuo, vt dixit, secundariò: videlicet quādo crediturus esset, etiam si nō esset plùs quàm daret accepturus, & mutuaret nihilominus propter charitatē, & tunc spes accipiédi non facit vsurarium, secundùm Richard. in 4. sententia. distinct. 15 arti 5 qu. 5. cum quo conueniunt Bernard. Innoc. Alanus, Panor. & alij multi, ad dict. c. cōsuluit, atque ita communiter tenetur. Secundum Ioannem Andræam ad c. peccatum de reg. iur. in sex. Notat & Alexander in 3. parte summæ, tit. de præcepto mutui, quòd mutuans alicui hac intentione sine spe, vt ipse sibi remutuet alia vice, non ex vi mutui sed ex recipientis charitate, non est vsurarius, careat autē merito, si hoc principaliter tacitat, sed tamen vsurarius si deduceretur in pactum, vt remutuaret: secundum quam exceptionem, Angelus Clauasius putat intelligendos Gosre. Rod. & Hostiensem, dum dicunt esse vsurarium eum qui mutuat ea spe, vt debitor ei iterum mutuet.

5 Resolutiuè etiam D. Thomas 2.2. q 78 respōdit, mutuantē ad captandū amorem alicuius nō esse vsurarium si principaliter ob id faciat, aliter cōtra, vt si quis mutuet putà imperatori aut princi aut Episcopo, vt inde possit postea cōsequi castrum, officiū, aut beneficiū, aut quidpiā aliud. Ratio diuersitatis, quia amicitia nullo precio æstimari potest, l. 1.2. de dona. inter vir. & vxor. ff. proinde per accessionem dari non censetur quod æstimari non potest, aut pro vsura accipi. At quæ æstimari possunt, si ea speretur, detur, aut promittatur vltra acceptū mutuū, faciunt vsuram, vt si munus sit à lingua, vel ab obsequio, quia hæc æstimari possunt, cum & locari possint operæ personales. l. qui operas, 38. 10 a li. 19 ff. tit. 2. vt etiam D. Thomas prædicto loco concludit, non licere ob mutuum petere etiam hæc obsequia & operas.

Nec obest, quod naturali ratione, recipiens beneficiū, teneatur ad antidoron, vt diximus ex l. sed & si lege, §. consuluit, de petitio. hæred cum similib. & gratia gratiā generet. vt extulit Sophocles in Oedipo Coloneo, & in Aiace Mastigophoro, & explicat Hesiodus. Operum & dierum: & videatur ita licitum esse de eo pacisci & id sperare quod naturalis suadet per l. non impossibile, de pact. ff. Nam hoc verum quidem est, sed solutio remunerationis naturalis debet per legem naturalem, pendere ex mera voluntate retribuentis, & ex vltronea eius oblatione. quæ definit tunc esse spontanea, quando fit interpellatio per mutuantem: quare ex cōuentione, vsura vetita fit, vt notat gloss. ad cap. si fœneraberis, ad verba *plus quàm*. 14. qu. 3. item Antidoton dicitur beneficium reciprocum: at qui mutuat nihil amittit, quia mutuum ex integro repetit: qui dat verò operas, vel aliud obsequiū pro mutuo, non repetit, & ita plus impendit dando ea quæ æstimationem recipiunt, & mutuum restituendo, quàm acceperit.

6 Munera non possunt plerumque sine offensione legis peti, at oblata possunt licitè accipi, vt c. 18. de simon. c. 8. de Eulogiis 18. dist. ex epistola Leonis IV ad Episcopos Britanniæ c. 3. l. solent, de officio præsid. ff.

Quare sic explicatur c. 6. D. Luc. *date mutuum*, népe ex consilio, non autē vt quis teneatur si nolit, *nihil inde sperātes*. nempe, principaliter & ex obligatione, seu pacto ea de re apposito in mutuum, scripto vel sine scriptura. Intētio enim & propositū distinguūt maleficia l. qui iniuriæ, & l. verùm de fur. ff cap. cum voluntate, 54. de senten. excōmunica lib. 5. tit. 49 & rursum, quoad Deum, mentalis vsura, alia erit ab ea intentione quæ facto probabitur, Neq; mentalis pro vsurario in contentioso foro habebitur, neq; potest cōdemnari vt talis, quia propositum in mente retentum, id est, nō apparens, nihil ad damnationé inter homines operatur l. cogitationis, de pœnis, ff. l. si repetendi. de condict. ob causam dator. lib. 4. tit. 6. l. quicquid adstringendæ, & l. stipulatio ista, §. alteri. de verbor. obligat. ff. l. veteribus de pact. ff. Ecclesia nō iudicat de occultis cap. 2 de clandestin. desponsatio. capit vnic. vt Ecclesiastica beneficia sine quaque diminutione conferantur. Nisi quatenus ex actu attentato, voluntatis indicium emanat, ex cuius consideratione potest oriri vrgens ad voluntatem præsumptio, vt in l. si quis non dicam rapere, 5 C. de Episcopis & cleric. cap. 1. de præsumptio. lib. 2 tit. 23. Et interdum etiam, ex euentu qui solet communiter accidere ex intentionis proposito indicatur de animo: quanquam dicatur alius futile animus, qui non consideratur nisi apertis probationibus doceatur, sed effectus seu euentus qui est in actu, repræsentans agendi animum. l. quoniā multa, 6. ad leg. Iuliā de vi publica, li. 9. C. tit. 12. l. 1. §. diuus, ad leg. Cornel. de sica. ff. c. 1. de præsumptio. Sicq; indicatur in foro contentioso de rebus, in quantum communiter accipiuntur, & non ex solo animo, quamuis aliter fiat in foro pœnitentiali. in cap. tua nos duxit, 26. de sponsalibus lib. 4. titul. 1. Quamobrem si pactum aliquod factum sit in mutuo, de reddendo vltra aliquo lucro pro eo, quamuis verè intentio non fuerit pro mutuo & vsura, tamen actus ipse considératur & damnatur, quia actus per se vsurarius est, & habetur pro vsura reali & mentali in foro exteriori.

7 Sed tandem contrahamus vela huius disputationis vsuræ permissæ & vetitæ, & distinctionum earum. Atque resoluamus, pro distinguendis acceptis supra solem fœnerari vsuram vetitam, ab aliis accessionibus iustis, materia & forma, vt ait glossa, ad cap. in ciuitate, & ibi textus, *tali forma*, de vsur. cap. illo vos. de pignor. Panorm. ad dicta in ciuitate. nu. 2. Materia propria vsuræ vetitæ, est mutuum verum vel interpretatiuum, vt interpretes aiunt, per c. consuluit, & cap. nauiganti, de vsuris, & ibi Panorm. nu. 6. & alij: glossa ad cap. 1. ad verbum, *plus*, 14 qu. 3 Bald. ad rubr. de vsur. Dominicus Soto latissimè tract. de iustitia, lib. 6. quæst. 1. arti. 1. & 2. Natura quippe mutui est, vt non amplius ex eo debeatur quam datum fuerit, nec amplius reddatur, quam acceptum fuerit, l. si tibi decem, de pactis. ff l rogasti. §. si tibi decem, de reb. cred. ff. §. 2. quibus mod. re contrah. obli. & tantundem tantum, nec minus, & eiusdem quantitatis & qualitatis, l. certi eqnd. de reb. cred. ff. Cum itaque ex mutuo & ratione eius aliquid exigitur, materia & causa illicitæ exactionis apparet, quia sua natura contractus mutui illam super exactionem non patitur. Quare pactum de plus reddendo non posset subsistere, vt contra naturam contractus, vel certè immutabit formam contractus substantialem illam formam contractus vt dicitur generaliter de pactis adiectis conuentionibus contra formam substantialem earum, in l. cum precario. de precario ff. l. vbi ita donatur, de donat. caus. mortis, ff. Est & natura mutui vt transferat dominum rei mutuatæ in accipientem, l. 2. §. appellata. de rebus creditis. ff cum similibus, l. traditionibus, Codic. de pactis. l. per traditionem. de rerum diuision. Et proinde, repugnat æquitati, vt qui dat & transtulit rem suam in alium, eius rei gratia lucrum percipiat ex vsu rei alienæ.

8 Ex quo liquet diffugium & excusatioñé vsurariorū non habere locū, dum dicunt, se vsurā recipere ex vsu rei suę mutuatę. Nā hęc sibi repugnāt, pro vsu accipere rei suę aut pro mutuo. Nā si mutuatę sunt res, eius qui mutuāt desinunt esse, quia, vt dixi, mutuum transfert dominium

nium à dante in accipientem, & vt ſcribitur libr. 2. Baſilic. ri. c. tao. ... id eſt, *pecunia Vſura nõ eſt fructus*. Si verò accipiatur pro vſu rei ſuę pretiũ, iam non eſt mutuũ, ſed potius locatio, quæ per mercedis aut pactionis conuentionē transfert tantùm vſũ, & non proprietatem, l. 1. locat. ff. l. 19. titulo ſecundo. Neque ſolet locatio dominiũ mutare, vt ait Vlpianus in l. non ſolet, 39. eod tit. l. malè agitur, de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, ita mutuũ propria ap pellatione eſt gratuitum, & ſine vſuris: fœnus verò mutuũ eſt vſuris, vt notat Philippus Peroaldus in primo de Aſino aureo Apulei, docet & Nonius Marcellus ex amatore apud Plautũ dicente in Aſinaria: *Nam ſi mutuo non poterò, certè ſumam fœnore*; ſcilicet pecuniam. Quanquam per tranſlationem & fœnerari vſurpetur pro communicare rē & mutuare, vt in l. ſi quis nec cauſā, nec animum fœnerandi haberet de rebus ereditis, ff. Et apud Plinium, lib. 2. cap. 6. *Sol fœnerat lumen ſuum cæteris ſideribus*.

9 Formę vſuræ illicitæ, eſt ipſa exactio lucri, cauta per pactum ex mutuo, & ipſa obligatio ſoluendi in conuentionem deducta. Alioquin, vbi non eſt pactum, vel obligatio præcedens, nihil poſſet mutuās vltra mutuum petere: quanquam ſi ei aliquid ſponte à reſtituente offeratur, poſſet accipere legitimè, quia illa oblatio libera nullo præcedente pacto vel exactione, cenſetur donatio, quam recipere nemini eſt regulariter prohibitum, l. donari, de regulis iuris, ff. & titulo de donation. ff. Eſt enim liberalitas permiſſa ex parte donantis, c. 1. de donation. Atque multa honeſtè accipiuntur oblata, quę inhoneſtè petuntur, imò & interdictum alioquin peti prohibentur, l. prima, §. proinde, de extraordinaria cognition. libr. 50. ff. tit. 13. e. de Eulogiis, 18. diſt. e. quæſt. 13. qu. 2. cap. ſicut Epiſcopum, ca. quam pro 1. qu. 2. Et ſic in ſpecie loquitur de materia & forma vſurę, Ioannes Andræas in qu. 52. ſuper cap. peccatum, numero 6. de regulis iur. in ſex.

10 Eadem etiam conſideratione non tantum damnata eſt vſura quę ex vero capitur mutuo, ſed etiam ea quę ex mutuo interpretatiuo ſumitur. Siquidem aliquando in quibuſdam contractibus non apparet euidenter mutui cauſa, & tamen mutuum eſt ſaltem interpretatiuè, ſic loquuntur interpretes, proinde & in aliis contractib. quæ fuerint faciant mutuo in præiudicium debitoris, & in fraudem legis locum habebit prohibitio vſurarum, vt liquebit ex c. 1. & ſequentib iſtius tituli, quando pro dilatione ſolutionis faciendæ, & ob expectatam ſolutionē ex aliis contractib. quam mutui, ſupra ſortem debitā exigitur, vt tractatur in c. conſuluit, 10. & c. in ciuitate, & c. ſi. hoc tit. Vel ſi quādo ciuitas, iudex, aut poteſtas ſtatueret, vt repetētes vſuras in foro Eccleſiaſtico, cogātur vſurario mutuare tantam pecuniam tanto tēpore, quanto tenuerunt pecuniam vſurarij, vt notat gloſſa ad Clementinam 1. ad verbum, *onera*, de vſuris, & facit ibi textus.

Singularis tamen eſt concluſio Speculatoris, poſtquam quæſtionem in vtramque diſputauit partem li. 4. partic. 4. tit. de vſuris, nu. 6. verſ. *ſed pone*, non eſſe vſuram, ſi communitas accipiens mutuum à ſingulari perſona, paciſcatur, quòd donec ei mutuum, puta centum aureorum reſtituatur, non ſoluet ei collectas cum aliis. Ideo reſtituin ei mutuo, non poterunt ab eo repeti collectæ, alioquì per eum ſoluendæ, perinde ac ſi eſſent vſuræ ex mutuo. Et quia ibi plenè agitata eſt illa quæſtio, non vltrà immorabor Et ſufficiet concluſionem poſuiſſe, & fontem diſputationis indicaſſe.

## CAPVT IIII.

### De legib pro iudicio vſurarum diligendis.

1 *Quibus iuribus ſit ſtandum pro definitione quæſtionum vſurarum, nũmquid Theologorum opiniones præferantur.*
2 *Vſurarum prohibitio, vnde habeat originem.*
3 *Canonicum ius, quomodo ſibi attribuit quæſtiones fidei.*
4 *Prælatus, num potius eligendus ſit Canoniſta quàm Theologus. Iudicia ex Canonibus, non ex opinionibus Theologorum pendent. eodem.*
5 *Vna & eadem res, quomodo ſubire poteſt, iuris temporalis & Eccleſiaſtici iudicium.*
6 *Crimen vnum in diuerſo foro conſcientiæ & contentioſo, quomodo tractetur.*

1 ET hæc dicta ſint, de diſtinctione in genere veræ vſuræ, quæ ex mutuo orta, reprobatur & alterius vſuræ, quæ quidem nomine cum vera participat, ſed reipſa diſtinguitur, vel ratione eius quod intereſt, vel moræ, vel pœnæ. Agamus nunc loco protheoriæ etiam de legibus, quibus cauſę de vſuris vtriſque, tractantur & iudicantur, vt poſteà liberiùs ad veritatem vſurarum plenam interpretationē tranſgrediamur. Tractant itaque Iuriſcõſulti, ſeu leges ciuiles, de vſuris: Tractat ius Pontificium, & eius interpretes: Tractant & Theologi Et inter hæc iura, aliquando quædam inueniuntur communiter, & eodē modo deciſa & determinata, quædam diuerſo modo, quædā ex contraria ſententia in omnibus autem, ius quidem diuinum inuiolatum conſeruandum eſt. Verùm de eius interpretatione aliquãdo certatur inter iuris Pontificij Doctores, & ſacræ Theologiæ Profeſſores. Proinde reſoluitur, cum eorum intentiuntur ſententiæ diuerſæ, In materia vſurarum & foro contentioſo, potiùs ſtandum canonicis ſanctionibus, & earum interpretib. quàm ſacræ Theologiæ diuerſis ſententiis aut opinioni. Sicut tradit Alexander Tartagnus Imolenſis, conſil. incipien. *ſuper tribus* n. 10. vol. 2. etiam in libris eius excuſſis poſt correctionē & emaculationem eorum quę, digna Theologis emēdatione videbantur: citatur Petrus Anch. in ſua diſputatione eleganti incipiente. *antiquis & modernis temporibus viri Catholici & conſcientia*, &c. Decius conſ. 3. Quod intelligēdum eſt, vbi ſunt citata ab Interpretib. iuris canonici, decreta ſummorũ Pontificũ, quę præferūtur ſanctorũ etiā opinionib. & interpretationib., vt notat gloſſa in ſumma 20. diſtinctionis, & textus in c. 1. eadem 20. diſtin. eo quòd Pontificibus ſummis non aliis vel ſanctis, data fuerit poteſtas Legis condendæ. Niſi ſententia Theologorum innitetur authoritate noui aut veteris Teſtamẽti, ſeu alicuius ſacri approbati Concilij, iuxta gloſſ. ad c. de libellis, ad verbum, *illorum*, eadem 20 diſtinct. Bald ad authen. ad hæc, de vſur. C. Alexand. ab Imola ad l. benè ad cognitionem, ſi cert um peta C. Ludo. Roman. ſingulari 591. *incip. dicas qua authorit as*. Panor. ad c. qualiter & quando, in 2. de accuſa. Quod reſtringit tamen Panor. ad c. ne innitaris, n. 3. de conſtitutionibus, ſi ageretur de expoſitione neceſſaria, ſeu de ſacramentis, vel articulis fidei, quia potiùs tunc credendum eſſet Papę quàm eis: quòd ſummo Pontifici, non Theologis quatumuis ſanctis, data fuerit poteſtas ita deciſoriè interpretandi legē dubiam, Deuteron c. 17 c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & poteſt ſummus Pontifex ſupra concilium, c. ſignificaſti, 4. de elect tota 17. diſt. cap. cuncta per mundum. cum 4. ſequentibus 9. q. 3.

2 Obeſt quòd prohibitio vſurarum, trahit originem à iure diuino, noui & veteris Teſtamenti cap. quia in omnibus, eapit. ſuper eod. hoc titulo, de vſur. cum ſimilibus, de quibus poſtea Deo fauente in prohibitione, & ideò ad peritos eius ſcientiæ Theologicæ potiùs pertinere videantur interpretatio dubiorum, iuxta regulam omnibus communem, *cuique experto in ſua ſcientia credendum*. cap. ſignificaſti, in 2. de homici. l. 1. de ventre inci pien. ff. l. ſemel, 6. de re milita. li. 12. C. tit. 36. Exemplo Q. Scæuolæ, qui quamquam eſſet legum clariſſimus vates quotieſcumque tamen de iure prædiatorio conſulebatur, ad Furium & Caſellium, quia hnic ſcientiæ dediti erant, conſultores reiiciebat. vt Plato conductores ſacræ arcis, de modo & forma eius ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iuſſit, ſcientiæ eius cedens, imò profeſſioni, vt narrat Valerius Maxim.

lib. 8. c. 12. & quando doctores in opinionibus dissident potiùs standum ei qui in ea professione, qua de agitur, videtur versatus vt ait Archidiaco. post glossam, ad ca. vt veterum 9. distinct.

Sed pro solutione istius obiectionis, Ancharanus & Alexander aiunt, quod casuum de vsuris decisio, spectat potiùs ad professores iuris Pontificij. Quia scientia canonica ad hoc tendit, interpretari ius diuinum in dubiis casib. pertinentibus ad moralem philosophiam: Scientia verò Theologica, pertinet ad interpretationé iuris diuini in quantum respicit opera Domini nostri IESV CHRISTI, quod bene probat dicit Ancharanus in libro moralium B. Gregor. j in Iob, in duplici expositione, veteris & noui Testamenti. Atq; ita videmus in decretalibus summorũ Pontificum esse decisiones super titulis iuris naturalis & diuini, constàq; ex textibus, de decimis, de baptismo, de voto, de sponsalibus, de simonia, de iureiurando, de vsuris & similibus. Sicque interpretatio iuris diuini, quatenus respicit moralitatem quæ dirigit actus nostros in Deum, pertinet ad Doctores decretorum, qui ex constitutionibus canonicis, & decretis sanctorum Patrum debent ius diuinum adiuuare & supplere iuxta notata per glossam fi. ad l. fi. si contra ius vel vtilit. public. & ibi interpretes. & ad c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio.

Quatenus verò ius diuinum pertinet ad spirituale, & cognitioné veræ fidei contra hæreticos, Iudæos, & alios infideles, explicatio est Theologorũ propria, vt dict. loco. ait Anchara. qui subdit: & potiùs canonistis quàm Theologis deferendas consultationes de decimis, testamentis, vsuris & similibus, in quibus tutum non est contrariæ sententiæ Theologorum adhærere.

4 Quare notat Hostiensis ad c. 1. per illum textũ, in fine de consanguini & affinita in eligendis prælatis, canonistam præferendum Theologo in locis vbi non pullulãt errores, vel quæ non sint vicina hæreticis, contra si sint. Id ipsum Felinus notat ad c. fi de magistris, pleniùs Rebuff. & ad §. 1. ad verba, *seu licentiatum.* de reg. ad prælaturas nominatio. In cõcordatis gallicis, Verùm his omnib. esset præferendus, qui in vtraque scientia Theologica & pontificia esset instructus: sed rara auis hic, quanquã in his qui præsunt vtraq; requiratur, sicut docuit Gratianus totis 36. 37. 38. distinctionibus, oportere sacerdotes tam literarũ sacrarũ quã secularium esse peritos, & deinde 39. distinctio probatur, prælatos non spiritualia solũ subditis, sed etiam carnalia subsidia ministrare debere, exemplo Christi, qui turbas sequentes, non solùm verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat: & ideò vt hęc possint plené & solerter efficere, secularium negotiorum eos habere oportere solertiam: vt eorum cautela, & Ecclesiæ seruẽtur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur, & in c. fin. eadem 39. dist. ex lib. 8. Epistolarum Gregorij, epist. 40. reprobatur electio à clero & Neapolitanis facta, de quodam Petro, pio quidem viro, sed simplici, quia inquit Gregorius *nosti, quod talis hoc tempore in regimine debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate & cautela sciat esse sollicitus.* Sed & nemo ambigit, ad Episcopum iurisdictionem ordinariam diœcesços pertinere, & plura in forum Ecclesiasticum deduci ioatac conquirente, de offi. ordinarij, quæ non possunt nisi à canonista ex ediri. canonum authoritate, non proprio sensu. e. 1. & cap. ne inuitaris, de constitutio. in fin. in procemio decretal. vbi glossa ad verbum *indicus* notat, quod si quis vellet aliarum decisionum quam iam collectarum, vti decisione, esset excommunicandus tanquam faciens contra mandatum principis. vt in c. a. de malori. & obed. en. lib. retir. 33. 1. Reg. cap. 15 Deutero. cap. 17. generali. 25. q. 1. Sic Nicolaus summus Ponti. Photio scribens cap. 2. si decreta 20. distinct. *Si decreta Romanorum Pontificum non habetis de neglectu atque incuria estis arguendi, si vero habetis & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi.*

5 Quòd si quis rursum obiecerit, Theologos hæc quæ de vsuris agunt & alia tractare per casus conscientiæ, admitto: verùm, quemadmodum vna & eadem res subiicitur diuersis & variis disputationibus secundum diuersos fines, ita eadem res pro materia supponitur diuersis tractationib. pro modo professionis tractantium, vt tractatur de hæreticis in legibus ciuilibus, pro pœna temporali, apud Theologos pro iudicio dogmatis, de hæresi & pertinacia; & apud Pontifices, prout ad forum pertinet Ecclesiasticum contentiosum & pœnitentiale: Sic de nuptiis, de sacramentis, de clericis & similibus, quæ alio atque diuerso modo considerantur.

6 Sunt duo maximè & generaliter fora. Ecclesiasticum & Seculare: & rursum Ecclesiasticum, pœnitentiale interius & exterius animæ: & contentiosum, in quibus vnum & idem crimen cognosci, iudicari potest & puniri secundum cuiusque fori leges & consuetudines: vt fusè notatur, ad c. de his criminibus, 6. de accusatione in c. 8. admonere 33 quæst. 2. & ibi glossa, ad verbum *pœnitentia*, atque sæpe euenit, vt aliis pœnis in diuerso foro, vnum crimen damnetur: neque pœna ab vno imposita prohibet quominus ab alio damnari alia, vel absolutio fieri possit, vt in dictis iurib. notatur Forum animæ interius, ad Deum vt ad proprium iudicium pertinet, c. si omnia, 6. q. 1. forum autem animæ exterius & pœnitentiale, est sacerdotis, cui fit exomologesis seu confessio peccatorũ, cuius iudicium ex arbitrio eius pendet, maximè hodie in c. 3. & c. Deus qui Ecclesiam, de pœnit. & remissione. Forum exterius contentiosum pendet ex iurisdictionis concessæ potestate, quæ secundum allegata tantùm & probata iudicat, siue sit hoc forum seculare, siue Ecclesiasticum, l. illicitas. §. veritas. de officio præsid. ff ca vnic. vt Ecclesiast. beneficia sine quaque diminutio. conferant, lib. 3. tit. 12. eum similib. ibi nota.

Multùmque interest, inter iudicium & discussionem fori pœnitentialis & fori exterioris, seu contentiosi, Ecclesiastici & secularis.

Siquidem prima ratione personarum & rerum, actor & reus, pro vno & eodem sunt in foro conscientię interiori, debet enim seipsum quis accusare, & in conscientia sunt rationes se mutuo accusantes & defendentes, arguentes & iudicantes. Quod docet D. Paulus ad Romanos, cap 2. vers. 14. & sequentib. *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium.* Sicque dicit Angel. Claua. in verbo, *conscientia*, quod conscientia conuenit cum lege naturali & rationalis creaturæ, & cum synderesi, in hoc, quod est regula, sed differunt in modo lex naturalis dictat ei bonum faciendum, & malum fugiendum: post hoc sequitur iudicium in ratione, & sic formatur conscientia.

Et vlterius, facto iudicio, quod tale sic debet esse: sequitur synderesis, quæ est scintilla conscientiæ, quæ stimulat voluntatem ad bonum faciendum. Et sic patet, quod conscientia propriè est regula in ratione: *synderesis* verò, in voluntate, instigandi eam ad bonum. Alexander de Ales in 3. parte summæ. *Secura mens, quasi iuge conuiuium.* Prouerbior. 15. vers. 15. *Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij*, Ecclesiast. 13. vers. 30. Et D. Paulus, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* 2. ad Corinth. 1. Et D. Ioannes, epi. cap. 3. vers. 21. *Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Vt cotra, timida nequitia, dat testimonium condemnationis, *semper enim præsumit sæpe perturbat conscientia.* Sapient. cap. 17. vers. 10. *συντήρησις*, græcum nomen est, quod est *conseruatio obseruatio*: à verbo *τηρέω*, seruo, conseruo, ita *συντήρησιν* dici aiunt partem animæ quæ semper aduersatur vitiis. vocant vulgò, *remord de conscience*, id est, reprehensionem lancinantem & mordenté animam, ex eo quod sit vel cogitatur, vel dici

vel dictat, quia & *συντήρησις* est, attenta obseruatio.

Potest quis errare in hac synderesi, & in iudicio hoc suæ conscientiæ, credendo quòd id quod agit vel dicit, non est malum: vel credendo esse bonum & permissum, quod tamen malum & prohibitum est. In foro tamen conscientiæ resolutum est, quòd conscientia ligat ad faciendum omne id quod dictat per modum præceptionis & prohibitionis. Nam, aut conscientia dictat aliquid quod est secundum legem Dei, & sic quis tenetur facere, aut dictat, quod est præter legem Dei, & sic tenetur facere, vel cõscientiam deponere, vtpote si dictat, necessarium esse ad salutem, festucam de terra leuare, si non deponit conscientiam, & non leuat, mortaliter peccat. Aut conscientia dictat contra legem Dei: & sic non ligat ad faciendum: sed ligat ad deponendum. Quia est erronea, errore repugnante legi diuinæ: vnde quoadiu manet, ponit hominem extra statum salutis, & ideo tenetur necessariò eam deponere. Quia, siue faciat quod conscientia dictat, siue non faciat, semper mortaliter peccat, siquidem faciendo quod dictat, peccat mortaliter, quia facit contra legem Dei: non faciendo etiam peccat mortaliter, quia faciendo bonũ, facit in contemptum Dei, dum credit dictante sibi conscientia, hoc Deo displicere. Sic tradunt Angelus Clauasius, vbi suprà. Bonauentura in 2. sent. dist. 39. art. 1. qu. 3. Summa Rosella in verbo, *conscientia*. Et in summa, quæ Magistrutia, seu Pisanella, vel supplementum eius dicitur, in verbo, *conscientia*. Sic explicat glos. illud ad Romanos, ca 14 *Omne quod non est ex fide, peccatum est*: vt omne quod fit contra conscientiam, ædificet ad gehennam. quia qui facit illud, quod existimat peccatum, peccat: sic & explicat can. omnes deinceps clerici. 34. §. ex his, & ibi glossa, ad verbum, *conscientiam*, 28. quæst. prima: & c. per tuas literas intimasti. 35. de simonia, & c. final de præscriptionib. vbi scrupulosa & dicitur sententia, quæ fit in eo in quo non est trepidandum, idem in c. literas, 13. §. porrò, de restitutione spoliat. Tamen quod pertinet ad pœnam conscientiæ, qua quis putat se benè agere, cùm malè agat, non excusat, etiamsi in propria conscientia quis securus sit, vt in c. per tuas nobis literas, 35. de simonia. Is qui rogauit aliquem, vt se præsentaret Episcopo ordinandum cum suo titulo Ecclesiæ, & promiserat quòd in posterum in Ecclesia sua nullam peteret portionẽ, & ita fuit ordinatus, nec se in hoc aliquid illicitum egisse intellexit, nihilominùs punitur, vt non possit in susceptis ordinibus ita ministrare, nec ad altiores ascendere, nisi fuerit eum eo misericorditer dispensatum. In foro etiam exteriori contentioso, scrupuli illi, qui conscientias occupant perperam, non considerantur, & vocantur tenuea conscientiæ, quę hęsitant in quibus non est hæsitandum, cap. etsi quæstiones 18. de simonia, cap. cum contingat. de rescrip. cap. sanè quod super 24 quæst. 2. In foro ergo animæ interiori & exteriori, iudicium adhibetur secundùm illam explicatam conscientiam, vt in dict. c. per tuas 35. de simonia, & c. fin. de præscriptionib. in contentioso nequaquam. In pœnitentiali rursus, vnus & idem sibi iudex est actórque & reus: contrà in cõtentioso, alius actor, alius reus, alius iudex, l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iudic. ff. & nemo in sua causa iudicat, tit. ne quis in sua causa iudic. C. cum sim. lib.

Deinde secundùm ea quæ exposita sunt à confitente, qui de casu conscientiæ in eo foro cognoscit debet iudicare, & illi credere, vt notat Angelus in verbo *confessio*, 3. nu. 32. quia nemo creditur confitens suæ salutis immemor. l. fin ad leg. Iuliam, repetund. lib. 9. C. tit. 27. quia tenetur seipsum accusare. At in foro exteriori contentioso, cùm secundùm allegata & probata debeat iudicium fieri, l. illicitas, §. veritas, de offic. præsid. ff. Gellius lib. 14 c. 2. non creditur asserenti, nisi probet, l. non nudis assenerationibus 13 l. actor quod assenerat. 23. de prob. C. l. qui accusare. C de eden. & nemo in exteriori hoc foro tenetur se accusare, vel contra se probationes afferre, l. nimis graue, C. de testibus, l. qui accusare, C. de eden. c. 1. de probatio. c. qui intendit, 4. quæst. 3.

Tertiò, in foro conscientiæ iudex eius, nempe confessor habet arbitraria iudicia, & secundum id quod expedire sibi videtur considerata contritione confitentis. & circumstantiis personarum & criminum & locorum potest statuere, c. significauit nobis, 3. pœniten. & rem. expressè in c. Deus qui, 8. eod. tit. & cap. mensuram. 86. de pœnit. dist. 1. & paulò antè etiam notaui. At in foro contentioso, iudex non potest iudicare secundùm conscientiam & ex arbitrio, sed secundùm iuris ordinem, alioquin nihil agit, c. 1. & c. ne innitaria, de constitut. c. si sacerdos, de offic. ordin. §. 1. de offic. iudic. Atque in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet quàm legibus aut constitutionibus, aut moribus proditum est, l. rem non nouam. C. de iud. d. §. 1. de offic. iud. apud Iustinian. Quartò, forum animæ iudicat de occultis. quia Deo omnia cognita sunt, qui scrutatur cor & rene, & in conscientia iudex est ipsa cõscientia, vt antè diximus, remanéntque confessa adhuc occulta. ca si sacerdos, de offic. ordin. iudex verò exteriora tantum & apparentia iudicat, ca. 6. si omnia. 6. quæst. 1. cap. erubescant 31. distinct. c. vnic. vt Ecclesiastica beneficia sine vlla diminution. conferant. c. 2. de clandestina despons. sicque distinguit inter forum pœnitentiale & contentiosum, tex. in c. tua nos, de sponsal. & ma. cap. significasti nobis 18. de homicid. Quintò, vt suprà, pœna vnius fori non releuat accusationem in altero pro eodem crimine, nec pœnam alterius fori imponi prohibet, ca. 8. admonere 33 quęstio. 2. & ibi glossa fusiùs ad verbum, *pœnitentia*, & glos. ad cap. de his criminibus, de accusationibus. Differentia sexta, quod in iudicio contentioso, explicatio dubij debet fieri in mitiorem causam pro absolutione, c. 2. de reg. iuris, apud Gregor. cap. ex literis, de probatio. At in conscientiæ foro, in dubiis quis potius se præsumere debet ligatum & peccatorem, quàm absolutùm, c. ad audientiam. 11. & ca. significasti, 16. de homine, lib. 5. tit. 12. & quis debet ab illis abstinere in quibus dubitatur an sit peccatum, vt tutiùs agat, c. iuuenis, de sponsal. c. illud 5. 6. licet, de cleric. excommunic. ministran. lib. 5. ti. 27. c. petitio, 24. de homicid. Septimò, quamuis lex condita ab habente potestatem, debeat quoque seruari in foro animæ regulariter, tamen secundum Panormit. post Hostiensem ad cap. tua, de vsuris, id intelligitur, quando non cessat ratio legis in foro animę, & quando est eadem ratio in vtroque foro: aliter contrà, vt ponitur exemplum in herede non conficiente inuentarium, qui in foro contentioso tenetur vltra vires hæreditatis creditoribus, quia talis lex est fundata super præsumptione malæ fidei, & quod interceperit bona hęreditatis §. fnal. C. de iure deliberan. lib. 6. tit. 30. ca. 2. §. si verò non fecerit, Nouel. 1. de hęred. & falcid.

Contrarium tamen est in foro conscientię, in quo creditur assertioni confitentis. Sic notat in specie summa Rosella in verbo *Vsura* 5 num. 5. vers. *nec obest*. textus expressus in cap. significasti 18. de homicidio.

# DE VSVRIS, LIBER SECVNDVS.

*Explic. cap. 1. de Vsuris, libr. 5. tit. 19. Decretalium,*

## CAPVT PRIMVM.

*De vita Alexandri III. Concilio Turonensi, deque regulis prohibitionis Vsurarum, & rationibus eius.*

Inscriptio cap. 1. sic se habet, *Alexander* a 3. *ex Concilio Turonensi.* b

1. *Alexandri III Pontificis vita.*
2. *Turones populi qui.*
3. *Consilia apud Turones edita.*
4. *Vita Ecclesiasticorum est exemplaris laicis.*
5. *Prælatorum peccata cur grauiora habentur.*
6. *Prohibitio Vsurarum cur quare primum clericis.*
7. *Omne ge⁎ns Vsurarum omnibus cuiuscumque generis personis prohibitum.*
8. *Et omni iure, primum ex natura pecunia.*
9. *Contra naturam hominis est Vsura.*
10. *Vsura contra ius gentium est.*
11. *Vsura contra naturam contractus mutui est.*
12. *Contra mores receptos in bona republica.*
13. *Contra legem diuinam.* 14 *Contra concilia Ecclesiastica.*
15. *Mala quæ proueniunt debitoribus ex Vsurarum datione.*
16. *Vsurarum vsus auaritiam alit pellit dilectionem proximi.*
17. *Mala quæ generat Vsura danti ad Vsuram.*
18. *Rationes aliæ prohibitionis Vsurarum.*
19. *Vsuras pro mutuo dantes, an & quando peccent.*
20. *Seditiones ortæ ex exactione crudeli Vsurarum.*
21. *Lucrum est maledictum, quod ex Vsuris colligitur, & de maledictione Vsurariorum.*
22. *Damnatio & priuatio vitæ æternæ Vsurariorum, & exempla ibi damnatorum.*

VITAM Alexandri a 3. Senensis, tradidimus, li. 2. de rescriptis, ad c. t. num. 2.

2 Turones, b Gallorum populi apud Iulium Cæsarem, lib 2. de bello Gallico in fide, & 7. iuxta Carnutes & Acides, dicuntur Turini, apud Ammianum Marcellinum: horum ciuitas præcipua *Tours en Touraine*. Mattheus Vindosinensis in sua Topiæ historia, vocat Martinopolin ab insigni eius Episcopo S. Martino. De his Marlianus in veterum Gallorum descriptione ad Iulium Cæsarem, sic scribit. *Turones populi inter Celtas. Carnutibus & Andegauensibus finitimi, proximi Oceano: ciuitas est metropolitica, cuius omnes suffraganei sunt in Celtica & ex maiore parte in Britannia citeriori ducatu: nomen retinens, in Regno Francorum sita, quam, & Andegauensem vrbem D. Ludouicus Rex Francorum ducatus Britanniæ detraxit: cuius tamen prouinciæ omnes aliæ Britanniæ Britonantes, ciuitates remanserunt.* Plinius Turones Lugdunensis Galliæ facit populos, ad Ligerim amnem lib. 4. cap. 78.

3 Turonibus plura concilia habita, vnum per Alexandrum III. summ. Pontif. circa annum Domini 1163. in quo Friderici I. qui victorem Papam, ad se Papiam profectum summum Pōtificem designauerat, acta damnata sunt: vt scribit Paulus Æmil. lib. 5. Rhandericus, li. 4. c. 72. Aliud prouinciale sub Pelagio, 1. qui adeptus fertur sedē anno 1158. secundum Bartholomæ i Caranzam Miran. in summa cōciliorum: qui tamē lapsus videtur quia primū cōcilium quod inuenitur factū Turonense, fuit octo Episcoporum, ita prouinciale, sub S. Hilario Sard. summo Pōtifice, qui adeptus est sedē anno Domini 46 . vt annotauit Genebrardus in Chronicis, li 3 vel ipse quoq; fallitur. Fuit 2. Turonense sub S Pelagio 1 qui adeptus est sedē anno Dom. 555 vel, vt ait Procopius li. 3. anno 5;6. vnde nō potuit celebratum fuisse sub Pelagio I. illud cōcilium quod Mirand. dicit anno 1158. atq; etiam in Tomo 2. cōciliorum hoc 2. Turonēse ponitur sub Pelagio I. Meminit & Sigebertus Carolum Magnum, suo tempore anno Dom. 813 Iussisse celebrari cōcilia prouincialia reformatoria per Gallias vt notat Aymonius li. 4. historię Franc. c. 10 . inter quæ fuit Cōcilium Turonense, vt Mogōtinū, Vormaciense R⁎emense. Arelatense, Ticinense, & alia quædam sedente Leone III. summo Pontif. Quartum cōcilium, illud est Turonib. habitum, de quo nos prius & ex quo sumptum est caput nostrum primum, de Vsuris. Quintum illud tēpore Iulij 2. Gallicanum Turonense, omnium Episcoporum Gallię, & plurimorum doctorū, tā Theologię, quàm Iuris canonici, pro Rege Francię Philippo anno 1550. contra Pontificē Romanum, in quo decretum est vt mitterentur ad summum Pontificem legati, qui cum eo de pace agerent, vel si eos nollet audire, eum prouocarent ad habendum generale concilium, vt habetur in Chronicis Francorum. Ibi tamen nihil puto de vsuris expressè cautum. Legitur autem lib. 1 capitulorum Caroli Magni cap. 5. mentio de Leonis decretis de Vsuris, vt etiam non obscurum sit, sub Leone III. etiam Concilium Turonense celebratum, de his statuisse capituli verba sunt. *Item in eodem cōcilio, seu in decretis Papæ Leonis, necnon & in canonibus, qui dicuntur Apostolorum, sicut & in lege ipsa Dominus præcipit, omnino omnibus interdictum est ad Vsuram aliquid dare.*

4 Capitis 1. de vsuris hypothesis per se cōstat, superest vt tractanda ex contextu eius iuncto cap. 2. per modum methodi admoneamus. Primùm notandum est, causam constitutionis fuisse mores eius temporis clericorum, qui non existimabant esse vsuram vetitam ex possessione data in pignus percipere interim fructus, quod & credidisse laicos, & eo vsos esse more docet capit. 2. facilè enim imitantur laici clericorum vestigia ex communi præsumptione, quod arbitrentur malum non esse, quod ab ipsis clericis fieri vident. Dixit enim de illis Christus Dominus Deus, *Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur?* Et postea: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Matth. cap. 5. Et quanquam Deus monuerit populum, super cathedram Mosis sedere Scribas & Pharisæos, neque secundùm opera illorum mala faciendum, sed secundùm ea quæ dicunt: *Dicunt enim, & non faciunt*, D. Matthæi, capit. 23. vers. 2. Tamen populus & laici, qui magis externa, & quod fit, quàm quę fieri debent, considerant: & quia semper neq;

di faciendis ex negligentia pastorum admonentur, magis inhærent exemplis clericorum, atque ex illorum factis quærunt excusationem in peccatis.

4 Quare D.Hieronymus in c.2.epistola ad Titũ, relatus in c 21. qualis enim 8.q 1. *Qualis enim*, inquit, *erit ædificatio discipuli si se intelligat magistro esse maiorẽ? Vnde non solũ episcopi, presbyteri, & diaconi debent magnoperè prouidere, vt cunctũ populũ cui præsidẽt conuersatione, sermone, & scientia præcedat, verũ etiã & inferior gradus, exorcistæ, lectores, æditui, acolythi, & omnes omnino qui domui Dei seruiunt, quia vehemẽter Ecclesiã Dei destruit, meliores esse laicos, quã clericos.* Et Aug.serm.51.ad fratres in eremo, & in c.10.nolo, 12.q.5. *Nolo vt aliquis de vobis inueniat malè viuẽdi occasionẽ: prouidemus enim bona*, vt ait Apo.ad Rom 12.& 2.ad Cor.8. *non solùm coram Deo, sed coram hominibus propter nos conscientia nostra sufficit nobis: propter vos, fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis* Et deteriùs prælati delinquunt in populis, ac propter hoc ipsi crudeliùs quàm cęteri puniũtur, vt ait B.Grego. Scire enim prælati debẽt, quia si peruersa vnquã perpetrant, tot mortibus digni sũt, quot ad subditos suos perditionis exẽpla trãsmittũt: vnde necesse est tãto se cautiùs à culpa custodiant, quanto per praua quæ faciũt, nõ soli moriũtur, c præcipuè Gualdr.3 circa mediũ 11.q.3 sũt subditis scandalo. *Et væ homini per quẽ scandalũ venit*, inquit Christus Dominus, qui & iubet tolli hominẽ, vel id quod scandalizat, D.Matthæi c.18.ver.6.Lucæ 17.ver.1.& 2. Marci 9.ver.42 Et iussit Deus deleri gẽtes, ne essent populo Dei ob idololatriã scandalo, Deut. c.7. Quare & grauius peccatum vsurarum in clericis, qui mandata Dei explicare nosse debent, quàm in laicis: & maior culpa illis imputatur in transgressione mandatorũ, & prælatis adhuc maior, qui per desidiam non animaduerterunt in causis sacerdotũ, c.3.nulli fas.25.quęst.1. Conuenit quod de peccatis principũ dixit Cic 3.de Leg. *Non tantùm mali*, inquit, *est peccare principes (quanquã magnum est per seipsũ malũ) quantũ illud, quòd permulti etiã imitatores principũ existunt. Nã licet videre, quæcũq. mutatio morũ in principibus extiterit eandẽ in populo sequutã.* Nobilium enim vita, victũq. mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solùm vitia concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt ciuitatem: neque obsunt, quod solùm ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt: plúsque exemplo quàm peccato nocent, quæ & personis Ecclesiasticis qui principatũ in populo habent quadrant. Incipit ergo merito in c. nostro 1.de vsuris reformatio perceptionis illicitę vsurarum à clero, posteà peruenit ad laicos, in c.2.

6 Sic Deus incipit repurgare domum suam, & incipit iudicium à domo Dei, quando eiecit ementes & vendentes à tẽplo, e.21 D Math c.eiiciens Domin. 11.in prin.88. dist. Sed multo magis clerici abstinere debent ab vsuris quàm laici, quia Eccl.non deberet in suis actib. fraudem aliquam adhibere. c.per tuas, 5.de donat.li.3.tit.24 Eccl. cultrix iustitię nemini laqueũ iniicit. Primò nõ dat occasionẽ delinquẽdi, vt dicitur in c.41 de viduis 27.q 1. Et in can. 7.nec hoc quoq.14 q.4. Iubet Leo Papa grauiùs vindicandam vsurarũ exactionem factam per clericos, quã per laicos, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

7 Secundò colligitur genus vsurarũ omne prohibitum esse. Tertiò omnibus clericis & laicis decisionem prohibitionis conuenire. Dehinc quartò plures consequenter esse species vsurarum, earúmq. prohibitarũ in contractibus vsurariis dicemus. Et quintò agemus de genere vsurę prohibitæ, quando possessionis datæ in pignus, fructus pro vsuris retinentur. Sextò de exceptione quæ proponitur in fine. Atq. ea occasione dicemus de quibusdam casibus, in quibus videtur permissum plus accipere ratione debiti quàm sors sit principalis. Septimò dicemus explicando *§.quod si post huiusmodi*, de pœnis vsurariorũ.

7 Quod pertinet ad 2.not. constituemus regulam, vsuras mutui, id est, plus recipere quàm mutuo datum est, pro mutuo esse omni iure tam diuino quã humano reprobatas. Hanc probauimus iam in Syntagm. iuris vniu. lib.22.c.3 & in clericis & laicis, c.1 & 2.hoc tit. Primùm enim abhorret natura ab vsura, nam cõtra naturã pecuniæ est, vt producat aliam pecuniã: quia vtendo consumitur potiùs, l.2 §.1.de vsufr. ear. rerum quæ vsu consumuntur. ff. §.constituitur, de vsufruct. apud Iustinian. Dicuntur & eodẽ abusu, pecuniæ parere vsuras, in l.si bene collocatæ sunt pecuniæ publicæ 33. de vsur. ff. & fœnus vsura à fœtu & partu, & τόκος Græcis Et ita veriùs Pomponius in l.vsura 121.de verb sign. dixit, *vsura, quã percipimus in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, id est ex noua obligatione, ὁ τόκος τῶν ἐγγυρίων ἐκ τῶν καρπῶν.* Considerati per se nũmi, certã habent æstimationem intrinsecus, habent certã qualitatẽ, profunt autẽ & distinguũtur ad numeros & certo charactere, l.1. de contrah.empt.ff. Ideò non iuratur in litem pro nũmis depositis, quia certa fit nũmorũ æstimatio, nisi fortè de eo quis iuret, quod sua interfuit, nũmos sibi sua die redditos non fuisse. Vlp.in l.3.de in litẽ iurando.lib.12.ff.tit. 3. pecunia facit ita certã æstimationẽ merciũ: ipsa autem mercib. æstimari non potest. Iauolen. in l.si ita fideiussorem accepero 42 de fideiussorib.lib.46 ff. tit 1 nec vẽdũ reb. extra vsum destinatũ, c.his autẽ 22.q.2. neq. licet impunè augere vel minuere valorẽ definitũ nũmis, si iusti & constituti sint ponderis, l.1.& fin.de veteris numismatis potestate, lib.11.C.tit.10. Nummus sterilis & infœcundus suapte natura non parit nũmũ, vt ait Arist lib.1. Politic.c.7 *Pecuniaria, inquit, acquisitio improbãda meritò, quia non secũdũ naturã, sed ab hominib. acquirit, ita rationabilissimè habetur odio ipsa nũmularia, quoniam à nũmo ipso facit acquisitionẽ, & nõ ad id ad quod inductus est.* Commutationis.n. causa nũmus inductus fuit: fœnus aũt seipsũ maius facit, vnde & nomen venit, quoniã illa quæ pariuntur similia sunt gignentib. in fœnore aũt nũmus nũmũ parit. Quare maximè prę̨ter naturã est hic acquirendi modus. Accedit Seneca lib 7.de benef.c.10. loquẽs de auaritia: *Video, inquit, istic diplomata & syngraphas & cautiones vana habẽdi simulacra, vmbras quasdã auaritiæ laborantis, per quæ decipiãt animũ vanitate gaudẽtẽ. Quid.n. ista sũt? qd fœnus & calẽdariũ, & vsura, nisi humanæ cupiditatis extra naturã quęsita nomina? &c.*

Et Plutarchus, libello *Non esse fœnerandum*, legem esse ait, quę inhibeat hominibus sub vsura mutuari, quia contra naturam est, cũ ex nihilo nihil gigni possit, & arte nequissima aurũ ex auro nasci in vsura, ait Ambrosius serm. 81.in c.12.D.Luc.relatus in c.sicut ij, 8. §.interdum 47.dist. Sic Nonius Marcellus. Mutuum à fœnore hoc distat, quòd mutuum sine vsuris, fœnus cum vsuris sumitur, & est accepti fœtus: vnde fœnus dictum est, Gręcis, τόκος, quasi partus mutui sumpti. Plaut.in Asinaria: *Nã si mutuo nõ potero certum est sumã cũ fœnore: vnde honestatis mutuũ est quod sub amico affectu fiat, tamen vsu tẽporis necessariũ fœnore sumere dicit.* Hęc Nonius. Quod fit etiã notabile, vt si possessor hęreditatis inuentam pecuniam non attigerit, nõ conueniatur ad vsuras. l. item veniunt, ff.de petitio.hęredi. ff. Neque procurator, aut negotiorum gestor, pro pecunia otioso domino, qui non fœnerabat, mandatia institutum sequutus, non debebit quicquam vsurarum nomine præstare, l.qui semisses, 13.de vsur.ff.

9 Secundò, contra naturam hominis est fœnus & vsura, quia minuit vinculum societatis humanæ, quo interest hominem affici beneficio, l.seruus ea lege 7.de seruis exportan.lib.18.ff.tit.7.& non lædi proximum, propter vinculum necessitudinis commune inter homines vniuersos, l. 3. de iusti. & iur.ff. impedit autem vinculum illud beneficij auaritia consequendi plus quàm datum sit, vnde non pauperibus à quib. vix sors repeti potest, sed diuitibus ex intentione

lucri contra charitatis affectum, datur pecuniæ mutuo & sæpe ad inescãdũ debitorem. Medico enim, quo pro tempore aget, accepto, sæpe breui tempore exuitur facultatibus fœnore, & vsuris aliis ex aliis nascentibus. Ita extra charitatem, cùm etiam beneficium gratuitum esse debeat, nec quicquam magis sit contrarium officio amici, quàm merces, l.1. manda. ff.

Tertiò, contra naturam etiam est vsura, nempe contra ius gentium, quod naturale dicitur vt naturali communi ratione ab omnibus comprobatum, in §. singulorum apud Iustin. de rer. diuis. l. littora 51. de contrahen. emp. li. 18. ff. tl. 1.

Hoc autem iure placuit, vt dominus rebus suis liberè vtatur, vt antè docui ex l. in re mandata, man. C. quia sũt eo iure dominia distincta & conseruata, l. ex hoc iure, de iustit. & iur. ff. eodémque iure si quid commodi rebus nostris accedat, illud ad dominum, non ad alium pertineat. l. solùm, 49. de rei vendica. ff. l. de eo. 12. ad exhibẽ. li. 16. ff. ti. 4. l. 2. l. item 6. l. acquiritur, 10. de acquiren. rei ũ domi. li. 41. ff. ti. 1. & maxima iniustitia censetur, res alienas velle sibi vsurpare, dicitur & ita furtum rapina, nẽ e inuito domino: & vendens vsum alterius, vt alienæ rei venditor est fur. l. in ciuilem. l. ciuile est 5. C. de furtis, li. 6. ti. 2. In controuersiam autem non venit, rei mutuatæ dominium transire à dante in eum qui mutuo capit, l. 2. §. appellata, de red. cred. ff. quia ex eo ipso quod conceditur, res quæ vtendo absumitur (quales sunt res quæ mutuũ constituunt, in pondere, numero & mensura consistentes mobiles, quibus vti nemo nisi consumendo potest) censetur concessum dominium, concesso namque vsu, & res consequenter censetur concessa, & dominiũ quoque translatum, quia in his vsus à re separari nequit, imò si quis vellet seorsum vendere vinũ, oleum & similia, & seorsum eorũdem vellet vendere vsum, venderet eandem rem bis, vel venderet id quod non esset, & sic manifestè delinqueret: simili ratione, Inquit D. Thomas 2. 2. q. 78. *Iniustitiam committit, qui mutuat vinũ aut triticum petens sibi duas recompensationes, vnam quidẽ restitutionem æqualis rei, aliam autẽ pretium vsus, quod vsura dicitur.* Et impossibilis ita censetur æstimatio vsus eius rei, quia à re non separatur, & nihil est: aliter autẽ accidit in vsu rerum quæ vtendo non consumuntur, vt domus, agri, & similium: quia separatim à re æstimari potest, vt liquet in conductione.

Proinde mutuo dans, iniustè petit lucrum ex re debitoris, cui, si quod est, quæritur iure gentium, l. fin. de reb. alien. non alien. C. atq; fur manifestus efficitur. Nec potest esse dominium eiusdem pecuniæ duorũ vel pluriũ in solidum, l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, commoda. ff. l. non vt ex pluribus, 120. de verbor. significat. ff.

Quartò, diximus hoc esse contra naturam contractus mutui, vt plus quàm datum sit in mutuo repetatur, l. rogast. §. si tibi dedero, de rebus credit. ff. l. si tibi decem. de pact. ff. & proinde plus petens re, dignus est pœna, c. 1. de plus petitio. li. 2. decreta. ti. 11. §. si quis agens de action. apud Iusti. §. appellantur, & §. sed hodie, de except. l. 1. 2. & 3. de plus petitio. li. 3. C. ti. 10.

12 Quintò, moribus ferè omnium bene institutarum rerumpublicarum prohibitæ vel exosę etiam vsurę fuerunt. Reiiciunt Indi, Ælia. 4. de varia histor. c. 1. Germanis vt Indis olim fœnus ignotum, Alexander ab Alex. li. 1. c. 7. Lycurgus à tota Sparta fœnus & vsuras expulit. Prisci Romani fœneratorem quadrupli, vt furem manifestum damnabant. Cato in principio li. 1. de re rustica, & Lælius Genutius tribunus plebis, rogationem etiam ad populum tulit. ne fœnerari liceret, Liuius in 7.

13 Sextò, prohibuerunt fœnerari leges diuinæ, Deuter. c. 23. vers. 19. & 20. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsurã pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliã rẽ, sed alieno: fratri autẽ tuo absq; vsura id, quo indiget, cõmendabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo, in terra ad quã ingredieris possidendam.* Et Exodi c. 22. ver. 25. *Si pecuniam mutuam dederis populo pauperi, qui habitat tecũ non vrgebis eũ quasi exactor, nec vsuris opprimes.* Et Leui. c. 25. ver. 35. & seq. *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, &c. ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quã dedisti. Time Deum tuũ, vt viuere possit frater tuus apud te, pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugũ superabundantiã non exiges.* Accedit oratio illa efficax Nehemiæ, li. 2. c. 5. vers. 7. *Cogitauitq; cor meũ, & increpaui optimates & magistratus, & dixi eis, Vsuráſne singuli à fratribus vestris exigitis? & congregaui aduersus eas concionẽ magnã & dixi eis. Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros qui vẽditi fuerant gẽtibus secundũ possibilitatẽ nostram. & vos igitur vẽdetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerũt, nec inuenerũt quid respõderẽt, dixiq; ad eos: Non est bona res, quã facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gẽtibus inimicis nostris. &c.* Psa. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. qui pecuniã nõ dedit ad vsurã, & munera super innocẽtẽ nõ accepit.* Lucæ c. 6. *Mutuũ date, nihil inde sperantes.* Et Dauid Psal. 71. pro magno Dei beneficio reputat quod ait. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.*

14 Crimen vsurarũ, vtriusque testamenti pagina detestatur, ait c. 4. hoc titulo de vsuris. in sacrosanctis cõciliis extant & prohibitiones & pœnæ in cõcilio Apostolorũ, in canonib. c. 4. secũdum editionem D. Clemẽtis. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Episc. aut presbyter, aut diaconus qui vsuras a mutuũ accipiẽtib. capit, aut desinitor, aut deponitor.* Et Photius 9 Nomocanonis, c. 27. & ibi Balsamon ita interpretatur, quasi nõ liceat episcopis vsuras petere ex pacto, sed ex mora, aut tanquam interesse.

Idem prohibitum in concilio Nicen. 1. c. 17. relato in c. 8. quoniam multi, 14. quæ. 4. vbi & vsurarius deiicitur à clero, & fit alienus à gradu ecclesiastico. In Eliberitano quoq. c. 20. cuius verba in c. 5 si quis clericorũ 47. di. *Si quis clericorũ detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere* (licet à sacramẽtis) *quon;q. pœniteat.* In concilio Arelatensi 1. c. 12. *Ministri qui fœnerantur. placuit iuxta formam diuinitus datam, eos à communione abstinere,* relatum à Gratiano in c. 2. ministri 14. q. 4.

In capitulis Martini Pap. Bracharensis cõcilij, c. 62. vnde sumptus c. 4. si quis oblitus timorem Dei 14. quæst. 4. prohibitæ, & clericus vsurarius de gradu deiicitur, & fit alienus à clero.

In concilio Carthaginensi 3. c. 16. *Nullus clericorũ amplius recipiat, quam cuiq. accommodauerit. si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eandem quantam dederit accipiat.* relatum c. nullus, 14. q 4.

In concilio Turonensi item sub Alexand. 3. nostro c. primo de vsuris.

In concilio Lateranẽsi 3. sub Alexan. tertio habito c. 25. referuntur & ibi pœnæ, vt in c. 3. & 5. hoc ti. de vsuris: c. 1. de vsuris, li. 5. sexti, titulo 5. etiam in communitates & collegia.

In concilio generali Lugdunensi, sub Gregorio X. d. c. 1. de vsuris, in sexto etiam prohibitæ collegiis, & communitatibus.

In concilio Viennensi idipsum, sub Clemente V. summo Pontifice in Clem. 1 de vsuris, lib. 5. cle. tit. 5. idque ibi in §. fin. singulariter statuitur, vt si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, puniatur vt hæreticus, & procedatur per inquisitionem tanquam contra suspectos de hæresi.

15 Septimò. Sunt & rationes, vltra prædicta, quæ impulerunt iurisconsultos seu principes & legislatores, ad prohibendas vsuras, seu ad illas taxandas: ne ex arbitrio mẽtium auararum & cupidarum excrescerent in immensũ. Atque in primis, quod ex illarum exactione, infinita propemodũ mala, vt ex quadã lerna oriantur, quæ pluribus

prosequitur

prosequitur Plutarch.libr. *Non esse fœnerandum*. Cato fœneratorē, ciuem improbum appellauit, & rogatus, quid esset fœnerari, quid, inquit, hominē occidere? Cic.2.offic. quod aliis verbis explicauit, & eodē sensu D. Ambrosius in lib. de Tobia.ca 15.relatus per Gratianū in c.fi.14. q.4. *ab eo*, inquit, *vsuram exige. cui meritò nocere desideras: cui iure inferuntur arma huic legitimè indicantur vsura: quē bello facile vincere non potes, de hoc citò potes centesima vindicare te: ab hoc vsurā exige quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat: Sine gladio se de hoste vlciscitur qui fuerit vsurarius exactor inimici: ergo vbi ius belli, ibi etiam ius vsura*, ex quibus sic cōcluditur, quia nemini licèt priuato, quemquam occidere propter præceptum diuinum, *Non occides*, Exodi 20. Sic nemini licèt vsuras ex mutuo exigere quia perinde est vsuras accipere, ac trucidare. Ausonius in Ecloga de ambig vitæ elig.

*Sic turpia lucra*

*Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat.*

Sic Augustin. ad Macedonium, epistola 54 vnde sumptum ca. penult 14 quæst.4 *Quid dicam*, inquit, *de vsuris, quas etiam ipsæ leges & iudices reddi iubent? an crudelior est qui subtrahit vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore?* Et Dauid Psalm.9. *Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum in laqueo suo humiliabit eum &c.* Monninus aliàs in Syntagmate, vsurā dictā Hebræis נשך *neschech, morsum*, naschech enim est verbum quod significat mordere & arrodere, serpentibus venenosis conueniens, vt tradunt doctiores verborum Hebræorum interpretes, in radicibus seu dictionariis, sūctes Pagninus Munsterus, Reuclinus, Forsterinus, R. Dauid Kimhi. Nam iuxta rabbinen Salomonem in c.22. Exodi *vsura est veluti morsus serpentis, qui quidem exiguum vulnus in pede infligit alicuius, vt vix sentiat, At mox venenum serpit, & sese in artus paulatim diffundit, donec veniat ad eius verticem. Sic etiam vsura se habet, quippè qua non percipitur, neque cognoscitur eius malum & damnum donec inuenerit, vt magnam hominis substantiam penitus imminuat aut consumat.* Chaldæi vocant eadem ratione חבוליה *chabuliah*, id est, perditionem & corruptionem hominum.

Quæ sanè multum reipsa distant, imò contraria sunt his quæ ab vsurariis proferuntur ad excusandas excusationes in peccatis, dicentes debitores ex illorum mutuatione cōmoditatem & vtilitatem, & gratias à fœnerantibus capere, & releuati à miseria & vrgentioribus negotiis, ex quibus incurrerent magnum patrimonij & fortunarum detrimentum. Quibus etiam respondet diuus Chrysostomus tomo secundo, homilia 57. in Matthæum ex capite 17. de Matth. *Noli*, inquit, *mihi dicere, quæso, quòd gaudet & gratiam habet (debitor) quod sibi fœnore pecuniam collocet: id enim crudelitate tua coactus fecit. Nam & Abraham Geneseos 12.c. cùm vxorem Barbaris traderet ipse modum inuenit, quo facilius vxor susciperetur: nō libenter autem, sed timore Pharaonis impulsus. Sic & pauper postquam eum ea re dignum non putas: cogitur crudelitati gratias agere. Tu autem mihi videris si à periculis hominem vindicaris, mercedem ab eo flagitare, quoniam eum liberasti, &c.*

Et posteà. *Fœneratus sum, ait, sed pauperi obtuli. Bona verba, quæso, talia Deus sacrificia non accipit, noli cauillari legem: multò enim melius est non dare pauperi, quàm hoc modo dare. Quod enim iustis laboribus collectum argentum est, propter hos iniquos fœtus plerumque contaminas, quasi quis fœcundum vterum scorpionis pareret &c.*

Et posteà: *Sordes namque sunt vsura, & leges prohibent amplissimos homines, quos senatores appellant, huiusmodi emolumentis deturpari, & prohibent, ne qui rempublicam gerunt, tali lucro maculentur, &c.*

Sed audiamus D. Ambrosium loquentem, libr. de Tobia, ca.4. *Iniquitatem vidi in ciuitate & contradictionem*, inquit Psalmista Psal.54. *Non defecit de plateis eius (ciuitatis) vsura & dolus: Vsurarij similes sunt Iudæis, qui dederunt pecuniam Iudæ vt occideret Saluatorem: Isti, vt occidant innocentem, & vt Iudas proditor accipiens laqueo se suspendit, sæpè & desperant de salute mutuum accipientes. Graue vocabulum debitorum: nam & criminosi debitores appellantur & peccatores, dimitte nobis debita nostra: Vnde Deus Psalmo septuagesimo primo inter maxima beneficia qua contulit populo suo ait, Ex vsuris & iniquitate redemit eos.*

Tractat eodem libro idem Ambrosius ca.6. de iniquitate & dolis fœneratorum, & cap 7. & 8. de miseriis debitorum fœnus debentium, & capite decimoquarto, vsuram, ab vsu dictam ait, Quod vt vestes vsu, ita vsuris patrimonia scindantur, aitque, vsuram nondum natā parturire aliam, contra rerum naturam, omne patrimoniū tanquàm fluctus absurbere, nunquam vsurario expleto. Dolos etiam & mala fœneratorum enarrat D Basilius in Psalmum decimumquartum, quòd fingant se non habere ad manus pecunias mutuo dandas & aliunde quærēdas donec offeratur fœnus. Addit miseriam dehinc debitoris sub fœnore accipiētis. Nam sicut ille fœnerator, vt canis debitorem persequitur, sic hic debitor, vt fera venationi obnoxia, cōspectum omni modo euitat creditoris, & latitat, si ianua pulsetur, sudat, ad canis latratum in domo sua omnia sua vsuris consumit. Et rursum deterret à mutuo sub fœnore accipiendu, his verbis, Τί πολυτόκῳ θηρίῳ σεαυτὸν ὑποζευγνύεις, τοὺς λαγωούς φασι, καὶ τίκτειν ὁμοῦ καὶ τρέφειν καὶ ἐπικυΐσκεσθαι, καὶ τοῖς τοκογλύφοις τὰ χρήματα ὁμοῦ δανείζεται, καὶ γεννᾶται, καὶ ὑποφύεται. οὔπω γὰρ εἰς χεῖρας ἔλαβες, καὶ τὸν παρόντα μηνὸς ἀπῃτήθης τὴν ἐργασίαν. καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν ἕτερον κακὸν ἐξέθρεψε, κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τὸ κακὸν εἰς ἄπειρον. διὰ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξίωται, τὸ εἶδος τοῦτο τῆς πλεονεξίας τόκος, γὰρ ὡς οἶμαι διὰ τὴν πολυγονίαν τοῦ κακοῦ προσηγόρευται. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν ἢ τάχα τόκος λέγεται διὰ τὰς ὠδῖνας καὶ λύπας, ἃς ἐμποιεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν δανειζομένων πέφυκεν. id est, *Cur teipsum cum varia & nimiùm fœcunda bestia iungis? lepores aiunt eius esse natura, vt simul & pariant, & nutriant, & superfœtent: Sic & pecunia vsurariis vno tepore datur, fœtus gignit, & superfœtat agnoscendo: nondū enim in manus accepisti & præsentis mensis fructus expostulatur. Hæc rursus data alterum malum producit, illud rursum aliud denique infinitum malum. quamobrem genus hoc auaritiæ hac appellatione voco, vt puto, ob multiplex malum nominatur. Vnde enim aliunde quàm ob dolores, quasi parientis, qui in illorum mentibus sequuntur.*

Gregorius decimus in concilio Lugdunensi, & in capite primo de vsuris in sext. vsurarum vocat voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit. Est enim dulce venenum, vel venenum melle oblitum fœnus, quod sub specie charitatis beneficij minutatim totum deuorat patrimonium.

Efficit & dulcedo vsurarum (sic enim vocat vsurarum exactionē Vlpianus Iurisconsl. in l. ait prętor, 10.§. si quid in fraudem creditorum, lib.42.ff. tit.8.) vt qui iam exigit veluti insatiabilis vertex semper trahat substantiam pauperum, & vt qui accepit mutuum, dum videtur sibi iam subuentum, ex improuiso irretiatur laqueis creditorum, à quibus se eximere nequeat. Necessitas qualecumque remedium in ea perturbatione amplectitur, pro meliori bono, vt Darius in fugam profectus, cum aquam turbidam ebibisset, dixit, se nunquam iucundius bibisse: nunquam videlicet sitiens biberat. Plato vetat à vicinis aquam petere, nisi priùs domi foderis vsque ad terram quàm ceramitidam vocant, repereri sque non esse spem venæ: ita priùs excutiendum vt parsimonia aliáque via tibi necessaria suppedites, quàm à mensariis pecuniam mutuam petas.

16 Malum adhuc ex vsurarum vsu, quod inde alatur auaritia, præcludatur dilectio proximi, dum enim gratis nihil dare auarus vult eos qui redonare nequeunt non iuuat, imò si possit spoliat.

Ex parte dantis, malum vltra animæ detrimentum vt etiam facultatem propriarū sequatur iusto Dei iudicio

breuis possessio & accelerata subuersio, fœnerandi vsus continuus, vix diurnus & stabilis est: quo subsequuto, intercidente sæpè pecunia, ad minimum patrimonia deducuntur, vt dicitur in l. lex quæ tutores 22. §. ff. de administr. tut. lib. 5 C. tit. 37.

Generatur & otiositas in his qui vsuris viuunt omniũ malorum causa, quia multam malitiam docuit ociositas, Ecclesiasti c. 33. contráque præceptum Dei & quod proprium est hominibus à Deo inditum, committitur: vendunt enim omnia quæ in patrimonio à maioribus acceperunt pluribus laboribus quæsita, vt pecunias fœnori locent, & otiosi viuant obliti quod Deus primo homini & successoribus præscripsit Genes. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et quod Iob. c. 5. *Homo nascitur ad laborem, auis ad volatum.* Et D. Paul. 2. ad Thessalonicens. 3. *si quis non vult operari, non manducet.*

8 Adiecerunt alias rationes plures prohibitionis vsurarum, Imola ad Clem. 1. de vsu. Petrus Anchar. ad regulam peccati. in 3. quæstione, de regul. iur. in sex. Laurent de Rodulphis, in tracta de vsuris, vers. *ad septimum*, Bald. plenè ad rubr. de vsur. & ad leg. cunctos populos. in lectura, C. de summa Trinitat. ver. *quæro ponno.* Panorm. ad rubr. de vsur. Innocentius ibidem.

Nempè quòd si licitum esset lucrum vsuræ omnes ferè homines relicta agricultura & aliis mercimoniis, intenderent vsuris: cùm sit lucrum magnum sine labore, & vt videtur tota mvnde facilè sequeretur rerum penuria & caritas annonæ, sequeretúrque excidium pauperum, qui sine vsuris nõ possent mutuo capere necessarias pecunias, quod videtur esse sumptum ex mente & verbis c. 1. de vsur. in sex. sicq; vetitis vsuris, præferenda est insatiabili & inutili & perniciosæ reipub. cupiditati auri habendi, vtilitas societatis humanæ, quæ ex artibus & agriculturæ oritur exercitio. Huius rationis poni potest exẽplum, quod refertur à Polyæno lib. 8. stratagẽma. περὶ πυθοπόλιδος Pythes enim aureis metallis inuẽtis omnes ciues iubebat inquirere, fodere aurũ, purgare, nullũ aliud opus facere, neque in mari neq; in terra: quam rem omnes molestè ferebant, quod neque fructus haberent, neque quicquam aliud ad vitę cultũ facere possent: vnde conquestæ ea de re omnes mulieres suppliciter vxorem Pythis orarunt. vt de eo negotio apud virum intercederet quæ illas iussit abire & bonum animum gerere. Ipsa autem conuocatis aurifabris, præcepit eis, vt aureos pisces facerent bellaria matura, obsonia, cibos, omnia ex auro. Cùm autem Pythes reuersus è peregrinatione cœnam peteret, vxor auream ei mẽsam apposuit, in qua nihil eduliorum erat, sed omnia facta ex auro eduliis similia. Pythes collaudata artis effictione seu imitatione, postulabat quod ederet. Illa quoddam aliud aureum edulium ei attulit, & hoc iterum. Et indignãti marito, ac fame se premi dicenti, respondit: at tu omnem agricolationem & omne artificium sustulisti, & aurum inutile fodere iussisti, quod nemini hominum vsui est nisi fructus etiam seminatos plãtatosque habeant. Et hac vxoris prudentia Pythes edoctus, metallorum opera reliquit & ciues ad agriculturam, aliásque artes exercendas dimisit. Narunt stultitiam similem Mydæ regis Phrygiæ, qui legerunt 11. Metamorphos. Ouidij, & pœnã quoque eius, qui cùm animum ad aurum vt rem præstantissimam admouisset, se ipsum penuria victus propemodum enecauit, donec resipisceret: siquidem voti compos vt omnia quæ tangeret in aurum verterentur, iam fame cœpit laborare, omnibus cibis, vbi admouebat manus in aurum conuersis, donec voti pœnitens, vestigia retinuit suę stultitiæ, aures tardigradi aselli.

Hacq. pœna propemodũ se ipsos vsurarij omnes necant, vt dum aurum sequuntur, & in numeratu plures in aceruo coactos lætãtur videre nummos, nihil ferè reliquum pro victu faciant, sed omnia distrahant in pecuniamque conuertant, non dicam parcissimè, sed etiam mendiciter & esurienter cum suis diuitiis viuendo.

Vnde alia sequitur ratio improbandarum vsurarum, quod ita auro & nummis parandis intenti sunt, vt specie quadam idololatriæ in veneratione eius occupentur, nihilque sit quod auro non postponant, semper aurum cogitantes c. sicut hi 47. dist.

Vnde tanta stoliditate detinentur, vt simul obliuiscantur auaritia obcæcati, quis sit vsus pecuniæ, & cur inuenta sit iuxta l. de contrah. emp. ff. in quos Horatius coniecit fabulam Tantali lib. 1. Saty. 1.

*Tantalus à labris sitiens fugientia captat*
*Flumina: quid rides? mutato nomine de te*
*Fabula narratur: congestis vndique saccis*
*Indormis inhians, & tanquam parcere sacris*
*Cogeris, aut pictis tanquàm gaudere tabellis.*
*Nescis quò valeat nummus quem præbeat vsum?*
*Panis ematur, olus, vini sextarius, adde*
*Queis humana sibi doleat natura negatis.*

Et auari huiusmodi, dũmodò diuitias possideant, Deum, præcepta eius & Ecclesiæ pœnas parui faciunt omnes. Sicut innuit Iuuenalis Satyra 13.

*Est alius,* inquit, *metuens, ne crimen pœna sequatur,*
*Hic putat esse Deos, & peierat, atque ita secum*
*Decernat quodcumque volet de corpore nostro*
*Isis, & irato feriat mea lumina sistro,*
*Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.*

Notatur insuper, omnibus quidem prohibitum esse vsuras accipere, & hoc peccent esse. At qui de his qui soluunt? an peccant, non eadem regula terminatur: nam gloss. fin. ad c. debitores, 6. de iureiuran. li. 2. ti. 24. per illũ textum tradit, quod soluere vsuras non est peccatum, aliter, non cogeretur eas soluere virtute iuramenti promissor, propter quod tenetur in dict. c. debitores: quamuis post solutionem eas illo iure repetere possit: si peccatum, inquit, esset soluere, non cogeretur implere per c. si peccatum, 22. q. 1 sed ille qui recipit peccat, & in eodẽ facto alter peccat, alter non: sicut in alio casu, vnus committit adulterium, alter non, ea. proposito, 32. q. 5 Refert autem Panor. ad c. super eo, nu. 4. de vsur. Innocẽtij glossam magnam, qua videbatur respondere, vtrumque peccare, & dantem & accipientem vsuras: quia recipientes dant causam criminis: nisi enim essent qui darent vsuras & reciperent sub fœnore, non peccaret mutuans, & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur cap fin. de iniur.

Hostiensis verò in dict. c. super eo, ait, in mutuũ dante, & accipiente vsuras semper esse peccatum: in soluente etiam, si accipiat mutuum pro opere illicito.

Quod si pro opere pio vel indifferẽte, si alioquin mutuaturus erat qui vsuras accipit sine vsuris, qui promittit peccat inducens eum ad peccandũ. Quod si alioquin non erat mutuaturus & mutuum accipiens indiget, tũc non pecc. Cum his cõsentit Pan. & Archid. ad c. si quis vsur. 14. q. 4. atque de hac quæstione tractat. D. Thomas in terminis 2. 2. q. 78. art. fi. vbi resoluit, quòd nõ peccat capiens ad vsuram, nisi induxerit mutuantẽ spe lucri ad pactum mutui sub vsuris. Accedunt quę tradit & Panor. ad c. cum Ecclesiæ circa finẽ, de simonia. Reprobãtur enim meritò ea quæ inducunt occasionẽ delinquendi l. conuenire de pact. dota. ff. l. general. & l. veluti, de ver. obli. ff. l iurisgẽt. §. ob malefic. & l. si vnus §. illud de pact. ff. Verũ aliud est cooperari peccato alterius, & aliud vti peccato eius ad suam vtilitatẽ. Atq; quinque requiruntur, vt quis possit licitè accipere mutuũ ad vsurã & sine peccato: primò vt sit necessitas absoluta aut cõgruentis vel decẽtis vtilitatis, ad negotia exercẽda, nõ ad põpas aut ludos, voluptates & similia. Secũdò quòd nõ offerat statim vsurã cũ petit mutuũ: nã videretur tunc inuitare ad delinquendũ. Tertiò quòd potius vellet dari sibi mutuũ sine vsura. Quartò quòd alibi nõ possit inuenire mutuũ sine vsura. Quintò quòd existimet, quod dabit, potiùs pertinere ad liberalem donationem quàm ad vsurã secundùm aliquos: verùm dico ego quòd debeat arbitrari,

se pronter

& propter necessitatem non sponte concedere detestando vsuram in corde suo. Quin & si aliunde habere non possit, quam ab vsurario consueto, nó peccat qui ad eum recurrit in casu necessitatis. Neque ideò quis participat, aut cooperatur peccato eius, sed vtitur peccato ad suam vtilitatem, vt qui incidit in latrones pecuniam dando vt liberetur a morte, vtitur eorũ peccato,quia furantur,& tamen nõ cooperatur eorũ peccato,neq; sit parti ceps sceleris furti:vt Hier. 41.ep. ait nõ esse participes q incidetũt in latrones, & dixerũt, *Noli nos occidere nos,q a thesaurũ habemus in agro.*

20 Notát insuper Historiographi,vt Appian. li. .libellorũ ciuiliũ , ob æs alienũ in vrbe Roma exortá seditionẽ dũ q dá acerbiùs vsuras exigerent cõtrà quàm cautũ esset antiquis legib. *Videntur enim illi prisci Romani*,inquit Appianus, *sicut & Græci, abhorruisse a fœnore,vt negotiatione molesta pauperibus,& litiũ inimicitiarũmque materia: quare ne Persis quidẽ placuit, vt nõ abhorrent a fraude ac mẽdacio.Sed quia veteri more iá fœnus receptũ erat,fœneratores reposcebat id iure suo: debitores vero bellum & seditiones causando differebat reddere,&c.*

Quare & hoc malum seditionis erit & ratio prohibendarum vsurarum seu iustissima occasio.

21 Item & aliud quòd maledictum videatur hoc lucrum,quod prouenit ex mutuo, quod ex charitate esse debebat, contra fraternam charitatem extortũ; quod vix potest describi,& facilius reipsa probari possit seu demonstrari ab euẽtu: siquidem vsurario tum diuitiæ ad tempus quidem intumescũt & crescunt; sed statim & breui momento,vel in vsuratiorũ manu,vel in persona heredum aut filiorũ sic euanescunt,in inuisibili (vt ita dicam)facto,vt nulla alia,quá iudicium Dei, causa vix annotari vel reddi possit.Sic ẽnim talia patrimonia seipsa consumunt, vt nulla seuerissima custodia, nullis clausuris quantumuis obturatis, nullàve parcitate aut diligentiá possessorum constringi aut conseruari possint,quin effluant.seu euanescant:imò hoc grauius malum vltra secum inuehunt , vt etiam alia bona possessorum iustè à maioribus,vel proprio iusto labore quæsita,secum consumant. Tanta enim videtur esse recondita in ipsis quæstibus vsurariis Dei maledictio, vt sua infectione reliqua bona inficiant, neque de bonis malè quæsitis gaudeat tertius hæres.

Hæc paucis expressit D.Chrysost. in 5. c.prioris ad Corinth.*Sæpè*, inquit, *exiguũ lucellũ fraude quæsitũ, magnas opes rectè partas euertit. Nihil enim est quod facilius omnia corrumpat quam fraus. Quod si capsam illam lera,ostio,vectẽ quoque communieris: tamen frustra id facis: si quidem fraudem inclusam intus habes,violentissimũ pradonẽ, qui quicquid inuenit diripit.*Sicque Mich.ca.6. vers.16.*Nũquid ignis in domo impij? Thesauri iniquitatis & mẽsura ira plena*,quo loci Thargũ,Seu paraphrasis Chaldaice sic explicat, *nũqd adhuc extat domus impij? Thesauri impietatis,& mensura iniquitatis adducunt maledictionẽ.* 22 Eò pertinet maledictiones quas Deus comminatur populo non obedientem præceptis suis, Deuter.ca.15.vet.15. *Quod si audire nolueris vocẽ domini Dei tui vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias,quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te.*

16. *Maledictus eris in ciuitate maledictus in agro*,17.*maledictum horreum tuum,& maledicta reliquia tua.*

18. *Maledictus fructus ventris tui & fru(c)tus terra tua, armenta boum tuorum , & greges ouium tuarum.* 19. *Maledictus eris ingrediens maledictus egrediens* 20 *Mittet dominus super te famem & esuriem & increpationem in omnia opera qua tu facies: donec conterat te,& perdat velociter propter adinuentiones tuas pessimas,in quibus reliquisti me,&c.* vt cõti(nuò),scriptum, *Beatus vir qui intelligit super egenũ & pauperem in die mala liberabit eũ dominus.* Psal.40.22. Sed vl(tra) maledictione temporalé, timenda est vsurariis maledictio æterna:cũ illorũ numerum referentur,de quib.dicitur,D.Matth.c.25.v.41 *Ite maledicti in ignem æternũ,esuriui & non dedistis mihi manducare:sitiui,& nõ dedistis mihi potum,&c.* Suntque pœnæ grauissimę in eosdẽ,de quib.posteà suo loco:interim autẽ & illud obiter inseremus; Deũ in huiusmodi vsurariis seu fœneratores,futurę dãnationis manifesta indicia ante mortẽ eorũ, & post,hominib viuentib.insinuasse:vt viuentes deterreretur ab hoc crudeli scelere.Sicut in lib.apũ scribitur,*Ergo*,inquit author ipse,*vidi in Brabantia partibus,vsurariũ nequam valde, qui multos nobiles & potentes exhæredauerat,& ipsos pauperes spoliauerat supra modum. Hic frequenter occurrens religiosis rogabat quasi cum lacrymis pro se orari: sed in nullo se penitus correxit,cúmque super hoc frequentius eum argueremus, nec tamen in aliquo proficeremus, accidit,vt repentina infirmitate correptus ad exitum appropinquaret; & ecce subitò duo ingentes tenebrarum canes,lectũ iacentis circuitibus ambiebant Ille verò protracta lingua propè ad longitudinem pedis dehiscens horribiliter exspiravit.*

Refert de alio vsurario Cæsarius in exemplis. *In ciuitate*(inquit)*Metensi sicut narrauit mihi quidam abbas ordinis nostri,vsurarius quidam defunctus est,auarus nimis,qui cum moriturus esset,supplicauit vxori suæ,vt crumenam denariis refertam iuxta se poneret in sepulchro, quod cum illa fecisset quanto secretius potuisset,tam celare non potuit,& accedentes aliqui sepulchrum clam aperuerunt. Et ecce ibi duos conspicantur bufones:vnum in ore crumena alterũ in pectore:ille denarios in ore de crumena extrahebat: iste suscipiens extractos cordi eius immittebat,ac si diceret, Nos pecunia satiabimus cor tuũ insatiabile:quib.visis ipsi timore perculsi terrã reiiciẽtes fugerũt.*

Iacobus de Vitriaco prupemodũ simile.narrat exemplum de alio vsurario, cui cũ per sacerdotẽ prædictũ fuisset,nõ posse saluari sine restitutione vsurarũ,diuisit testaméto in tres partes pecunias: vnã dimittens vxori,aliã pueris suis,tertiã iussit reponi in sacco,quem iuramento adegit suos secum sepeliri & poni in sepulchro: quid cum eo mortuo factũ fuisset; & ancilla rei conscia,pacta fuisset nuptias cuipiam,ea lege quòd eũ ditaret,si illam duceret; cúmque illa cum sponso peruenisset ad sepulchrum,illud aperientes, inuenerunt bufones,danarios ardentes per os eius proiicientes, & de ventre extrahentes,dehinc reponentes: cuius spectaculi timore perteriti, fugerunt clauso sepulchro, factum renunciantes.

## CAPVT II.

### De argentariis seu trapezitis & cambiis.

1 *Qui olim dicti argentarij,& trapezita,& quorsum Roma recepti.*
2 *Argentariorũ officium circa locandas ad vsuras pecunias diuisum,& pro recipiendis depositis pecuniarũ.*
3 *Odium argentariorũ ex eo quod sub fœnore negotiatur.*
4 *Cambiorum & bancariorum diuersitas.*
5 *Cambia realia,literalia & realia,& sicca.*
6 *De cambio seu permutatione nummorum cũ nummis, nunc vsurarium.*
7 *Cambium nummorum licitum & necessarium.*
8 *De cambio quod fit realiter & per literas.*
9 *De cambio sicco & eius reprobatione.*
10 *De fœnore traiectitio.*

1 INter vsurarios exosos,& tamen propter necessari(um) (c)eterum alios operam permis(er)as, sunt argentarii o(lim) d(icti), & trapezitæ Græcis, & illi qui mensarij Latin(i).

(Fuer)at Ar(gent)ar(ii) R(o)m(æ) Tabernis,(n)o nous aut veterib.qu(i) ... cerẽt.vt log... Cicero. diuites &copi... quæstũ fa... ebat aut permutandis pecun... fœnerãdi quæstũ porrò faciebãt ex permutatione,pretiũ accipiẽtes pp̃ter collybum,(seu).detrimentum pecuniæ, *La tare*

*ou dechet de l'or ou de l'argent*) vel ꝓpter ipsam permutationẽ vnius speciei in aliá speciẽ. In fœnerãdis pecuniis verò quęstus erat, dũ ad minores vsuras sumebát, & ad maiores pecunias suas elocabát: sunt dicti hi hodie *banquiers*, & trapezitæ: quãuis quidã mensarios & trapezitas, ab argẽtariis distinguãt; quod illi pecunias publicas, isti priuatas tractarẽt, & mensarij publicani rationes faciebát, & rei nũmarię publicę curatores erãt: Argẽtarij cõficiebát rationes priuatorũ, & rei nũmarię priuatę negotiationes curabãt secundũ sententiã Caroli Sigonij li.2. de antiquo iure ciuiũ Rom. c.21. Tamẽ Budęus in annotationib. priorib. ad Pandectas, ad l. si hominẽ §. quoties foro cedunt, depositi. ff. existimat, ꝓ iisdẽ accipi nomina vicissim: sic enim scribit, postquã notauit argẽtarias tabernas fuisse circa forũ Ro. & inde circũforaneũ æs esse ꝓ fœneratitio, q̃ ab argentariis ibi tabernas habẽtib. fœneratorib. accipiebatur.

*Cedere igitur*, inquit, *foro & solũ vertere dici propriè potest de argentariis, qui & nummularij dicuntur & mensarij mensulariiq;, & Græcis verbis trapezitæ & collybistæ, qui & ipsi rursum duorũ sunt generũ. Nã minutuli illi nummularij, id est, campsores vulgò dicti, quos Græci argyronomoras vocãt, quasi pecuniæ spectatores & collybistas, & ἀργυραμοιβοὺς, publicã causam habere nõ videntur nec rationẽ accepti expensiq; facere vt argẽtarij illi & mensularij. qui non tam pecuniarũ permutationẽ, quàm maiorẽ negotiationẽ exercent. Quibus olim moris fuit pecunias custodiẽdas dari fœnerato interdum, interdum gratuitò. Hos Demosthenes* τραπεζίτας vocat, & ἀφορμὴ dicitur pecunia, quę apud eos deponebatur, vt in oratione ὑπὲρ φορμίωνος.

Nũmularij dicti à nũmulis, quod maioris pretij nummis acceptis, nũmulos, id est, minusculá monetam per partes reddebant, aut certę regionis acceptam pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant. Scęuola Iuriscõsultus, quẽ dixit mensariũ qui ad vsuras pecuniá acceperat, nummulariũ statim in eadẽ hypothesi dicit: in l. emptor prędij. 47. §. Lucius Titius 1. de pactis. li.2. ff. tit.4. potest ita mensam habere, mensariusq; dici collybista, quod arguit locus D. Ioan. in Euang. ca.2. v.15. loquens de Christo ingresso templũ vnde eiecit ementes & vendẽtes oues & boues. καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε, & collybiston effudit (τὸ κέρμα) minutũ æs seu nũmulos & mẽsas subuertit. Eadẽ ferè verba D. Marci, c.8. v.15. & D Matth. c.21. v.12. ibi, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, in Hebr. est, ואת שלחנות השלחנים הפך *veet schoulechonot haschoulechonim haphach*, i. & mansas mensariorum subuertit: mẽsam vocant enim שלחן *schulcam*. Hesychio authora κόλλυβος, vnde collybistæ, erat species numismatis, seu ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς, æreus numus, cui bouis imago erat impressa. Iulius Pollux ait quoq; λεπτὸν τι νομισμάτιον, cum Callimachus de iis qui apud inferos sunt, dicat, βοῦν κόλλυβον προχάονται, itẽ & Pollux κόλλυβος, inquit, est ἀργυρίου ἀλλαγὴ argentei nummi permutatio, quibus verbis videtur significare, minutos nummulos, quibus argentum permutatur, inde trapezita nũmularius, qui argenteos aureosve nummos permutat minutiis, & κέρμασι, quales oboli sunt & teruncij. Et sic sanè Cicero dicebat, quod deductiones fieri solebant pro spectatione pecuniæ & collybo.

In sacra pagina etiã trapezitę seu mẽsarij pro iis qui pecuniá accipiũt fœnore & dãt ad fœnus seu ad vsurá accipi liquet ex c.19. D. Lucæ v.23. dum dominus profectus in regionẽ lõginquam repetens rationẽ pecuniæ datę seruis suis ad negotiandũ, ait ad illum qui mnam acceptá cõseruarat sine negotiatione, καὶ διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό? *Et quare nõ dedisti pecuniã meã ad mẽsam, & ego veniẽs cũ vsuris vtiq; exegissem illã?* Argẽtarij & ij ab argẽto tractando qui & mensarij & cãpsores. Sed hoc interest, q argentarij maiores negotiatores erant, qui non permutando tantum, vt cęteri, tabernam exercebant, sed vltra nummos fœnori collocabant, nõ suos tantũ, sed & aliorum. Qui eorum nomine cõquirebát pecuniá fœnerãdá, vt ministri & minores argẽtarij, dicebátur collectarij, de quib. meminit l. quisquis 16. si cert. pet. li.4. C. ti.2. Vnde pro fœneratorib. argentarij, vt hodie bãcharij. Tabernas argẽtarias construxit in foro Romę, L. Tarquinius Priscus, test. Dio. Halic. in 3. Ex quo intelligere possumus iá tum negotiationẽ argentariorũ nũmariam Romę esse factitatá. Earũ verò tabernarũ sępius meminit posteà Liuius, vt li.9. & alibi.

2 Erant huiusmodi argentarij veluti proxenetę, qui diuitum pecunias sibi datas curabant mutuari cum fœnore, quare postquàm sæpè à plurib. accepissẽt, foro cedebant, & solum vertebant, id est, cum pecuniis sibi datis ad fœnerandum fugiebát è foro: & alið, clã illis sublatis, commigrabant: dicuntur illis similes qui appellãtur *bãqueroutiers*, aut *falliti* Italis. Meminit de collocatione pecunię Plaut. in Asinaria, Actu 2. Sce.4.

*Qui triduum hoc vnum modo foro operam assiduam dederim,*
*Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.*

& in Curculione Actu 4. Sc.1.

*Sub veteribus (scilicet tabernis) ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore*
*Pone ædem Castoris, ibi sunt quibus credas malè.*

Et iterum in Persa Actu 3. Sc.3.

*Mirum quin tibi ego crederem, vt idem faceres mihi,*
*Quod partim nostri faciunt argentarij:*
*Vbi quid credideris, citiùs extemplò à foro*
*Fugiunt, quam ex porta ludis cum emissus est lepus.*

Deponebantur pecuniæ apud huiusmodi nummularios seu argentarios interdum custodię causa, interdum & fœnerandi causa: vnde diuersa causa repetitionis depositi in bonis argentarij, qui foro cessit, vt depositarius simplex pręferatur aliis creditoribus, qui verò fœnerandi causa deposuerit suo ordine sine priuilegio cũ cæteris creditorib. concurrat in l. si hominem 7. §. fi. & l. seq. quod priuilegiũ depositi, li.16. ff. ti.3.

Hac de causa, & hi argẽtarij ꝑerãt auctionib. hoc est, vẽditionibus quæ in publico solénniter fiebant, (Cicero oratio. ꝓ Cecinna, Quintil. li.6. instit. orato.) rerũ nõ ad esum, sed ad supellectilẽ vel ad alios vsus pertinẽtiũ contractus quoq; celebrati apud eos, eorũ calendariis inscribebantur, & quod argentariorũ olim fuerat, hoc hodie notariorum est officiũ publicũ. Docet id Vlp. in l. prætor ait, 4. de edendo li.2. ff. tit.13. vbi, *Prætor ait argẽtariæ mẽsæ exercitores, rõnẽ q̃ ad se ptinet edant, adiecto die & cõsule: huius edicti ratio æquissima est: nam cum singulorũ rões argẽtarij cõficiãt. æquũ fuit, id q̃d meã causa cõfecit, meũ quodãmodò instrumentum mihi edi.* Et Caius in l. Argẽtarius, 10. eo. ti. *Argẽtarius rões edere iubetur, neq; interest cũ ipso argẽtario cõtrouersia sit, an cũ alio. Ideo autẽ argẽtarios tantùm, neq; alios vllos absimiles eis, edere rões coegit: qa officiũ eorũ atq; ministerium publicam habeat causam & hæc principalis eorum opera est vt actus sui rationes diligẽter cõficiant.* Ad tabulam seu tabernam itaque argentariorũ promissiones soluẽdi, auctionésque fiebant à licitatorib. Stipulabatur autẽ argentarius, vt hodie notarius; quare posteà fides habebatur editioni rationũ argentariorum vt hodie instrumento per tabellionẽ cõfecto: verba Ciceron. pro A. Cecinna id planè indicant, *negotiũ* inquit, *Aebutio datur, scil. emẽdi fundũ. Adest ad tabulam licitur Aebutius. deterrentur emptores multi, partim gratia Cæsenniæ, partim etiam pretio fundus addicitur Aebutio: pecuniam argẽtario promittit Aebutius. Quo testimonio,* sc l. argentarij, *nũc vir optimus vtitur sibi emptũ esse, quasi verò aut nos ei negemus addictum, &c.* Inter probationes debiti, ẽrãnumerat Aul. Gell. li.14. c.8. mẽsæ rationes: loquẽs enim de reo pro debito coram se in iudicio conuẽto, probari apud me debere pecuniá datam, cũ sine multis patronis clamitabat, cõsuetis modis, expensi latione, men-

ne mēſæ rationibus,chyrographi exhibitione,tabularum obſignatione,teſtium interceſſione,&c. Atque ratione actuum & ratione facilioris commercij non tantum fit exceptio à creditoribus ſuper pecuniis depoſitis inuentis apud argentarium fraudatorem foro cedentem,ſed etiam in omnib. eius facultatibus, idq́; propter vſum neceſſarium argentariorum ex vtilitate publica receptum eſt,inquit Papinian. in l. quod priuilegium,¶.depoſiti.ff.lib.16.tit.3.Vnde magis mirū eſt, quia ad vtilitatē publicā argētarij facere videtur,cur tamen exoſi fuerunt & parum honeſta argentaria viſa eſt apud Romanos ciues quod nō eſt obſcurū colligere ex his q̄ Sueto. Trāquillus tradit in Octauio c.4. quod à M.Antonio Cęſari Octauiano auus argētarius in maledictis obiectus eſt,& quod eūdē Caſsius Parmenſis nūmularij nepotē ad cōtumeliam appellauit.

3 Nec poteſt aliunde oriri odium in argentarios, quàm quod fœnore negotientur, & ex illo quæſtum faciant,vnde in odium hominum venerunt,vt ait Cic. in Offic.Quanquam vt ſępè dicendum propter vitandum maius malū vtilitas publica in his eſse dicatur, & tollerati ſunt ob eandem communam vtilitatem quàm contractibus exhibēt, dum multis periculis ipſi ſe immiſcent , vt ingruentibus aliorum neceſsitatibus medeantur,& intercedunt pro aliis recipiendo & cōſtituēdo in ſe obligationes cū vſuris, quas vſq; ad beſſes poſsūt etiā ſine ſtipulatione quærere iuxta totam nouellam 136.de argētariorū cōtractibus,& in edicto 9.Iuſtin.de argentariorū contractibus,& in edicto 7. tit.de forma pragmatica,de argentariorū contractib.

4 Hic locus poſtulat vt dicamus de mēſariis, qui dicuntur etiā hodie *banquiers*, & *banco di camby*, argētaria menſa , num huiuſmodi campſores & cambia licita ſint.Ad quam quæſtionem Iaſon in electione Paduana,l.cunctos populos,n.64.C.de ſumma Trinit,reſpondet ſimpliciter eſse cambia mercatorum licita, quando non excedunt communē cōſuetudinē , ſecūdum Bal.ad rubr.de cōſtituta pecunia. C.in 1.gl.in l.3. & ibi clarius Bal.& Salic.de exercitor.actio.ff.Bal.ad l. 2. de vſur.rei iud.C.Alex.conſ.61 viſo proceſs.vol.2. Salic.ad auth.ad hoc q.11.C.de vſuris. Sed certè non poteſt ita ſimpliciter,meo iudicio,hæc quęſtio ſalua cōſcientia reſolui. Quod vt intelligamus,diſtinguemus ſpecies diuerſas cambiorum : nam propriè quædam ex illis cambia dicuntur,quædam impropriè: & ideò quę propriè talia ſunt,ſunt vſurarum vetitarū expertia,vt dicemus:quæ impropriè. & nomine tenus talia illicita damnanda. Cambium, idem eſt quod permutatio,& eſt vulgare Italicum.Ita pro permutatione in c.cum venerabilis 6.de exceptione li.2.decret.tit.25. & in §. ſi quis , quo tempore miles inueſtituram petere debeat,li.1.feud.ti.22. Cambium in feudis eſt datio rei in feudum à domino pro re ſua ſeu pro feudo euicto à vaſsallo in iudicio, §.1. de feudo ab aliquo vaſsallus interpellatus fuerit,lib.2.feudor.tit.25. iūcto §.1.de inueſtitura de re aliena facta,lib.2.feudor. tit.8.& lib.5. feudorum conſtitutione 5.Conradi Imperatoris.

5 Omnia cambia reducuntur ad tria capita ſeu ad tres ſpecies: aut enim ſunt realia ſolum , aut realia & literalia,hoc eſt facta per literas quæ dicuntur *lettres de change*,aut quæ dicuntur ſicca.

Cambium reale ſolum eſt, quando pro permutatione nummorum aliquid accipitur,vt ſi velis permutare aureum cum minutis nummis, vel minutos nūmos cum aureis.Et in hoc quod datur illi qui permutat,& artem exercet illam permutandi, non eſt vſura:ſiquidem eſt permutatio,& non mutuum.Et iam diximus, vſuram locū habere tantum in mutuo vero vel interpretatiuo. Et ſi quid hic argētarius,vel collybiſta,vel campſor,accipiat pro hac permutatione pecuniæ accipit pro laborib.ſuis,& forſan,quia inſtitorē eam ob cauſā nutrit,& dignū eſt,vt quis viuat ex labore ſuo,c. cùm ſecundum Apoſtolum de præb. cum nemo ſine ſtipendiis teneatur officium præbere,c.charitatem,12. quæſt.·.

Poteſt tamen eſse iniuſtitia in lucro,ſi pro permutatione excederet merces accepta legitimum modū. Sed non omne iniuſtum lucrum eſt vſurarium,aliis quamnis legibus emendandum.

6 Item permutatio eſt rei certæ pro altera facta reciproca præſtatio,l.1.de contrahend.emp.ff. l.1.de rerū permutatio. ff. qualis in cambio nummorum interuenerit.

Vel eſt contractus nominatus,vt quādo vna ſpecies pro altera datur,l.naturalis, §. .de præſcriptis verbis ff.In nummis tria conſiderantur;materia,character,& æſtimatio,l.1. de contr.emp.ff. & quando fit permutatio vnius materię,nempe aurei nummi,ad æreum vel argenteum,non tam habetur ratio æſtimationis quantum materię,ita hoc cambium,permutatio eſt,nō mutuum quod debet reddi in eodem numero vel pōdere vel menſura,l.certi condictio.de reb.cred.ff.Nec habetur hîc conſideratio æſtimationis nummi potiſſimum: quia fieri poteſt vt nummorum æſtimatio in vna ciuitate,maior ſit quàm in alia.Ex lege enim,ſeu ex definitione eius qui poteſtatem habet imponādi æſtimationem:augetur vel minuitur valor vnde numus dicitur quaſi νόμος,ſeu lex,Ariſt.5.Ethic. ad Nico. Et fieri pōt, q̄ proficiſci velim in Galliam,vbi moneta Germaniæ & Lotharingię nō habent valorē quem in ſua patria habent,imò ibi omnino non recipiuntur, quare ſi cū aureis vel moneta Francia hîc eam permutē, nullū videtur eſse crimē eius qui mihi volenti,& pro mea vtilitate & ſine mutuo, in permutationem dati Franciā: nec vſura erit,ſi quid vltra capiat cum nūmis à me in permutationem datis, quia & permutatio nō ideò minus dicitur, q̄ ad æqualitatem cōſtituendam inter cōpermutantes pecunia ex vno latere accedat,c.ad quęſtiones.de rer.permu.Neq; improbatur permutatio,quòd forſan vna res cōpermutata, communi functione alia plus valeat: nā primus cōmerciorum vſus nō habebat rationem eius æſtimationis , vt nec hodie in permutationib.habetur,ſed vtilia inutilib.vel vtilia vtilioribus permutabantur, & æſtimatio fiebat rōne vtilitatis & neceſſitatis cōpermutantiū vt ſutor calceos cū tritico agricolę;& agricola egens domo cū architecto,ſic de ſimilib.operas ſuas & res permutabant.& hęc iuſtitia cōmutatiua ſuſtinet cōtractus,vt dicitur in d.l.1.de cōtrah.emp ff.vbi ex authoritate Homeri firmatur ſententia,quam fuſius exequitur Ariſtot.prędicto loco.Sic igitur in permutatione numorū cū numis,nō tam habetur ratio valoris quā rerum cōpermutatarum & materię ex cōſenſu cōtrahētium,quare hic argētarius nō erit dicendus vſurarius aut illicitam artem exercere.

7 Quin & hanc artē maximè vtilē reipublicę dixerunt cambiorum, quidam ex Theologis vt Alex.de Ales nō minus quàm negotiatorum, vt enim negotiatores, quib.deſtituimur ex loci natura, ea ex longinquo important, & ſuperflua exportant ad vtilitatē noſtram & ſuam diſtribuunt; ſic & iſti collybiſtę ſeu campſores,& nobis ſuperflua vtilib.commutant,apud eos.n.numiſmata pōdere imminuta deferuntur,quę expēdi nequeunt:& iuxta materiam,valorem recipimus;& iuſti pōderis numos cum aliis alterius characteris permutamus ad eundem noſtrum neceſsarium vſum:vt non immeritò apud Romanos in republica bene cōſtituta, creati ſint publici argentarij,& apud Græcos menſęque publicæ.Quod colligitur ex Cic. in orat.pro Flacco.*Cum ciuitate,*inquit,*mihi res eſt acerrima,& cōficiendarū literarū diligentiſſima, in qua nummus cōmoueri nullus poteſt,ſine ſex prætoribus quæſtoribus, quatuor menſariis,qui apud illos a populo creantur.*Quem locum enarrans Adria.Turn.lib.20.c.28. *Cùm,*inquit,*ibi menſa publica nominetur,ſuſpicandum eſt & mēſas priuatas fuiſſe,*

Secunda species Cambiorũ, est eorũ quę dicũtur fieri realiter & p literas, sunt istę literę symbola collybistica, vel tesserę collybisticę vulgò *litere di camby*, institutę ad permutandã facilius pecuniã externã, vt tradit Bud. Sic n. significatur respõsorib. seu institorib. tabernę argentarię, vel mercatorib. quib. scribitur, cui, quantúmve, & quo tẽpore dandũ sit. Primũ exemplũ: habeo hîc Põtimussi cẽtum aureos, de mẽsatio, vt mihi restituantur 95. Romę & reliquum lucretur, cõtractus hîc est licitus, vt notat Bald. ad c. 1. de plus petitio.

Ratio prior qđ hic nõ tã habetur ratio mutui, quantũ expensarũ faciendarum in deferendis toto pecuniis Romã, vel alibi. Neq; phibitum est aliquid pro mercede & labore cõsequi, l. qui operas, loc. ff. imo nec ratione periculi cõuenire, l. periculi, de naut. fœno. ff. maximè si sequamur iura ciuilia, l. traiectitiæ, de act. ff. l. q Romæ, §. 1. de verb. oblig. ff. neq; iniustum lucrum est, quod ex industria quis consequitur cum industria accedit rei licita, l. si heres, 3. ad l. Falcid. ff. lib. 35. tit. 2.

Nõ est illicitus cõtractus, si paciscar mihi minus reddi quam dem, quamuis sit illicitus si plus dari paciscar l. rogasti, 11. § si tibi dedero, de reb. cred. ff. *Si tibi dedero,* inquit Vlp. *decẽ, sic vt nouẽ debeas, Proculus ait, & recte, non amplius te ipso iure debere quã nouẽ: Sed si dedero vt vndecim debeas, putat Proculus, amplius quam decẽ, cõdici nõ posse. Cũ vltra hoc quod accepit, re obligari neminem posse costet* l. cum vltra, 9. de non nume. pecun. lib. 4. C. tit. 30. l. si tibi decem, 18. de pact. ff. Posset tamẽ dici contractus iniustus, si pro labore vel industria plus æquo acciperet, & non vsurarius, vt docuimus etiam antea. Hac ratione campsor vel mercator, vel alius quiuis q recipit in Hispania centũ aureos ab aliquo, vt illi curet numerari Romę, põt licitè in tessera collybistica, seu, *en sa lettre de change,* ponere, illi tantum numerari nonaginta, quia nonaginta aurei Romæ tantuidẽ valent, quantũ centũ in Hispania. Pari modo licitè mercator põt tradere alicui hic duos modios frumenti, vt tres vel quatuor in alio loco recipiat, vbi vilius venditur triticum, & vbi ex pretio quo hîc æstimatur, duo modij possunt, tres vel quatuor comparari; est enim tantum ibi permutatio, non vsura, quia plus non redditur quàm datur habita probatione æstimationis.

Tertia species cambiorum seu cõmutationum negotiantium, nomẽ tantũ nihil vltra habet, vnde opinor dictũ est cambiũ siccum: nẽpe in quo nihil ex nomine preter superficiẽ inuenias, quia fictitia cõmutatio est, & nihil aliud sit quã vsurarius cõtractus, sub fuco eius appellationis: & ita huiusmodi cãbia sunt prohibita vt vsuraria: per Bullã sum. Põt. Pij 5. cuius tenor hic adiicietur, quia ea distinguit, & q improbanda sint, ostendit. *Pius Episcopus Seruus seruorũ Dei ad perpetua rei memoriã. In eo, pro nostro pastorali officio curã incumbimus, &c.* Et infra: *primũ igitur dãnamus ea omnia cãbia, quæ sicca nominãtur, & ita cõfinguntur, vt cõtrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cãbia celebrare simulent, ad qua loca, ij qui pecunias recipiũt literas quidẽ suas cãbij tradũt, sed nõ mittuntur, vel ita mittũtur, vt trajacto tẽpore vnde processerant inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis, pecunia ibi deniq; cũ interesse reposcitur, vbi cõtractus fuerit celebratus. Na inter dãtes & recipiẽtes vsq; a principio ita conuenerat, vel certè talis intẽtio erat, neq; quisqua est qui in locis vel nũdinis supra dictis huiusmodi literis receptis solutione faciat. Cui malo simile etiã illud est, cũ pecuniæ, siue depositi, siue alio nomine ficti cabij traduntur, vt postea eodẽ in loca vel alibi cũ lucro restituantur. Sed & in ipsis cãbijs quæ realia appellãtur, vt ad nos pfertur, cãpsores pretiũ solutionis terminũ lucro, ex tacita vel expressa coditione recepto seu et tãtũmodo pmisso di[illegible] Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, [illegible] fieri distri[illegible] prohibemus. Porrò & tollẽdas quo que in cãbijs [illegible] possumus occasiones peccadi, fraudesq; fœneratiarũ statuimus, ne deinceps quisq aude at siue à principio siue alios, certũ & determinatũ interesse etiam in casu non solutionis pacisci neque realia cambia, aliter quàm pro primis nundinis vbi celebrantur: vbi autẽ non celebrãtur, pro primis terminis iuxta receptũ locorũ vsum exercere: abusu illo prorsus resecto, cambia pro secundis & deinceps exercẽdi. Curandum autẽ erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis & viciniatis locorũ, in quib. solutio destinatur, ne dum longiores prafigantur quam loca destinata solutionis desiderat, fœnerandi detur occasio: datum Romæ apud Sanctũ Petrum anno Domini 1571.*

Hæc decisio multũ lucis attulit. Quidam enim confundentes cambia realia, & ficta, quæ sicca vel destituta à veritate dicuntur, arbitrati sunt omnia cãbia esse vsuraria & damnata: alia contrà, omnia promissa & legitima: cum distinguendum sit, vt cambia vera, quæ realia sunt & reipsa habent permutationẽ, siue fiant in vno loco, siue in diuersis per literas, non censeantur improbata, si non adest animus fœnerandi: alia autẽ ficta censeantur vsuraria. Qua distinctione cõuenire possũt argumẽta in vtrãq; partem variè. Sic igitur dicemus, nõ illicita cãbia realia etiam quę per literas aliò dirigũtur quàm vbi pecunia recipitur implenda. Si itaque do tibi hîc centum aureos in valore & æstimatione currenti, & tu pollicearis mihi reddere illos Lugduni in specie, hoc est in aureis vel in valore quo ibi æstimantur, non erit contractus vsurarius, quamuis Lugduni aurei pro maiori valore expẽdantur: non minus quàm si mutuo tibi decẽ aureos vt totidẽ mihi reddas intra decẽ menses, vel intra aliud tempus, quamuis tempore solutionis valeat amplius & creuerit aureorum publica æstimatio: tamen non censebor vsurarius, si in aureo repetã vel ęstimationem qua functio aureorum tũc erat: quia plus nõ peto ratione vsus, sed repeto quod dedi. Sic Paulus Iurisconsultus respondit, *creditorem nõ esse cogendũ in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnũ aliquod passurus sit.* l. Paulus, aliàs *debitorem* (sed legendũ *creditorẽ*) 99. de solutio. li. 46. tit. 1. & aliud p alio inuito creditori solui non potest, l. 2. § mutui datio, de reb. cred. lib. 12. ff. [illegible] 1. l. eũ à quo C. de solution. Volẽti autẽ cõtrà solui potest in alia pecunia & in alia specie: & dãdo res alias pro numerata pecunia, consentiente creditore tolli paratã obligationẽ manifesti iuris est, l. manifesti iuris 17. de solut. li. 8. ti. 43. Possunt operæ in cõpẽsationẽ dari, l. si operas, 2. e. ti. C itẽ & p pecunia pecora, in l. pretij causa 9. de resciod. vẽd. li. 4. C. tit. 44. & moneta ẽt vna ex diuersis aliarũ nationũ nũmis plus vel minus, sum. Pontifex ad iustitiam pertinere tradit vt Synodaticũ quod soluebatur in trib. Papiẽsib. denariis, soluatur in specie vel ad valorẽ sex denariorũ Lucẽsiũ pro singulis Papiẽsibus, de moneta tũc currente & re[illegible]pta in c. olim causam, ff. de censib. li. 3. ff. ti. 39. sic licitè fit ęstimatio vnius monetę per aliam monetam vsualẽ, & secundũ valorem in loco vbi expẽditur c. cũ canonicis, 16. eo. ti. de cẽsib. Quod si hic do, vt eã pecuniam quam accipis, reddas mihi Lugduni vel minus, nõ est ẽt cõtractus mutui. Itẽ qui pro opera quippiam accip[illegible] nõ videtur vsurarius in lucro, quia tantũ prębet ministerium translationi pecuniæ, & videtur potius cõtractus innominatus eo vt des alibi pecuniam, proximus permutationi: vel eo vt facias transferri, vel cures mihi dari alibi similem pecuniam iuxta ea quæ tractantur in d. l. naturales, 5. l. 1. C. de re[illegible] pa[illegible]u.

Et si quis dicat lucrari campsorẽ, q pecunia, quã hic accipit maiori ęstimatione fũctionẽ recipiat in loco in quo eadẽ specie restitui debet, & ideo videatur vsurarius, dico qđ nec hoc mutuũ videtur, nec lucrũ ex mutuo, si alia nõ sit intẽtio q transferẽdi. Esset aũt vsurarius, si daret hic centũ aureos mutuo, ea lege, vt plus restituatur intra certũ tẽpus in eodẽ loco, vel si detur hac lege, vt resoluatur Lugd. in valore quo aurei exponũtur ibidẽ, quo loci nec q accipit negotiũ habet

nam

nam videtur illa adiectio loci facta ad fugandam vsuram, nēpe, quod Lugduni plus pecunia valeat quàm in loco vbi mutuatur: & hoc est cābium siccum improbatum, atq; hic est intentio mutuandi & lucrandi ex mutuo, vt etiā si dicat cāpsor, mutuo tibi centū ducatos, sed volo, vt nō restituas Lugduni ducatos, sed tantum æstimationem talem, quæ ibi maior est, pro ducatis singulis, nēpe tot solidos Turonenses & est cōtractus in fraudem vsurarum: secus in permutatione si dicat, permutabo tibi tot hic ducatos cum tot solidis Turonensib. animo permutandi, sed hic videant qui conscientiæ iudices sunt, de animo, qui Deo cognitus est. Nā in istis dubiis, debet inspici intentio quid intēdant agere cōtrahentes & cōtractus ex intentione dubij explicantur in c. ad nostram, de empt. c. illo vos. de pign. c. Eleuterius, 18. q. 2. toto titulo, plus valere quod agitur quàm quod simulatè cōcipitur. C. alioquin cōtractus debet iudicari secundum apparentiā, c. in ciuitate, de vsur. c. porro de priuil. c. dilecti. de donat. Deus porro falli nequit in occultis istis vsurariis, quia secretorum cognitor & iudex est, c. 12. erubescat, 31. dist. c. cōsuluit, 2. q. 5.

Sed & in foro cōtentioso, vtimur simili propemodum censura, in iudicandis his cōtractib. prætextu traiectionis, vel trasiectionis pecuniæ mensariorum, qua vtimur in cēsendis legitimis vsuris pecuniæ traiectitiæ, rōe eius, & periculi suscepti à creditorib. infortunii, naufragij & nauigationis, maiores permittuntur, vt non debeantur tales, sed cōmunes, si pecuniæ quæ transferri debebant ex cōuentione, in loco vbi datæ sunt cōsumptæ fuerint, & ibi sunt restituēdæ, l. 2. c. de nautico fœnor. li. 4. C. ti. 33. l. 1. & 4. & 5. eo. ti. ff. videlicet quod sicq; discutietur in his cambiis & illorum vsuris seu lucris, an adiectio loci, de reddenda pecunia alibi quàm vbi accepta sit, fuerit simulata: & si ita erit vt in fraudem legis lucrum retractandum vt vsurarium: nō autem, si verè de permutanda pecunia conuentum fuerit.

---

## Obiecta prohibitionis vsurarum.
## CAPVT III.

1 *Obiectio prima explicata, quod quis de suo non teneatur beneficium facere.*
2 *Obiectio 2. explicatio verborum Euangelij,* quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, &c.
3 *Obiectio 3. & explicatio illius argumenti,* non fœnerabis fratri tuo, sed alieno.
4 *Explicatio replica, quod Deus permiserit, & iusserit Hebræis spoliare Aegyptios.*
5 *Explicatur quarta obiectio, quod non dicatur grandis culpa furtum.*
6 *Explicatio eius,* Et fœnerabis gentibus multis.
7 *Pro obiectione 6. quomodo potius vasa aurea & argentea, quam pecuniam liceat sub mercede mutuare vel locare.*
8 *Obiectio 7. volenti non fit iniuria, quomodo intelligēda*
9 *De iuramento implendo, de soluendis vsuris.*
10 *Num vsura pertineat ad vtilitatem mutuātis, & mutuum accipientis.*
11 *Quomodo furtum permittatur tempore necessitatis pro octauo argumento tollendo.*
12 *Obiectio 9. resoluta à consuetudine fœnerandi.*
13 *De parificatione pecuniæ & operæ pro 10. arg.*
14 *Non esse vsuras laudabiles quod a legibus sanctis permittantur.*
15 *De vsuris ex bonis & pecuniis pupillorum colligendis.*
16 *Non ideo minus esse sæuiendum in vsurarios manifestos, quod plures sint.*

VErū dicet aliqs, hoc valdè durū videri vt quis mutuare & beneficiū de suo facere gratis teneatur, vel cogetur inopi cōtra, c. precariæ, 4. §. decreuit, 10. q. 2. Sed iusta nō est inde excusatio vsuræ. Siquidē hic nō quæritur, an quis teneatur de suo largiri egenti seu indigenti: quamquam nec illud sit vacuum à cōtrouersia, propter verba D. Lucæ, c. 6. *mutuū date,* quæ plures ad præceptum necessarium transeant, cum tamē præceptū affirmatiuū nō semper obliget vt negatiuū, *nihil inde sperātes,* quod in cōtrouersia est, in mutuo nihil esse sperandum. Liberum quidē est nō mutuarē indigenti mutuo, sed liberum non est, si mutues ex eo aliquid vltra sortē percipere: sed si vis mutuare, gratis mutuandum. Quin si tanta inopia esset pauperis petentis sibi aliquid dari teneretur quis nō solum mutuare, sed etiā donare & communicare propria: nam quamuis verum sit iure gentium & ciuili omnia non esse communia, tamen & illud verum potissimum inter Christianos, qui charitatem exercere debent in domestico fidei propria, tēpore extremæ necessitatis, cōmunicanda, c. discipulus, de consecra. dist. 5. arg. c. 1. 42. dist. c. 2. 12. q. 1. c. quod autem, 23. q. 7. cum similib.

Facit quod tradit Clemens Alexandrin. li. 2. Stromaton: *De elargitione autem & communicatione cùm multa dici possint, sufficit hoc dicere: quod lex Deuter. 23. prohibet fratri fœnerari, fratrē nominans, non solum qui est ex ysdē natus parentib. sed etia qui fuerit eiusdē tribus, eiusdēque sententiæ, & eiusdē verbi particeps, non æquum cēsens, vt ex pecuniis vsuras capiant. sed laxis manibus & animis gratificari egētibus. Deus enim est talis doni cōditor. Iam verò qui lubēter largitur, satis magnas accipit vsuras ea quæ sunt apud homines pretiosissima. nēpe mansuetudinē benignitatē, magnificentiā, bona famā, tandemq; & gloriam An non hoc tibi videtur præceptū esse humanitatis? sicut illud, mercedē pauperis ipso die reddere. &c.*

2 Rursum videtur obesse quod dixit Christus in parabola D. Lucæ. c. 19. vers. 23. contra eum qui mutuam sibi traditam cōseruauerat. *Et quare nō dedisti pecuniā mea ad mensa, & ego veniēs cū vsuris vtique exegissem illa?* Vnde permissa videtur, aut iniūcta negotiatio illa nūmaria per cōclusionē Christi. Solutio. Consentiunt oēs sacri interprētes, quod vsura accipitur metaphoricè pro superexcrescētia bonorum spiritualium, quā exigit Deus, volens vt in bonis acceptis ab eo, semper proficiamus, quod est ad vtilitatem nostram, non eius. D. Thom. 2. 2. q. 78. v. ad 1. Parabola seu similitudo, refert quidē facti veritatē, quia mēsarij sunt, & quia pecuniam accipiunt ad vsurā, & quod illis datur ad vsuram, sed nō firmatur pro licito, quod dicitur datū ad vsuram, vt nec aliarum parabolarum relatio, quēadmodum quod dicitur in alia Lucæ, c. 16. de villico iniquitatis, qui audiens futurum, quod Dominus cū auferre decreuerat administrationem, sibi prospexit, vt remisso debito pro parte debitoribus domini sui, gratiam illorum sibi cōpararet, non enim Christus per relationem parabolæ probauit factum eius, quia fraudulentum. Quare in parabolam & conceptionem illarum ducimur tantum ad conclusionem, hoc est, ad rem ipsam cui accommodatur similitudo, & non probatur quod factum reipsa refertur per omnia.

3 Tertio pugnat: inclusio vnius est exclusio alterius; & contrà cum ita. 94. de condi. 10. & demonstratio. li. 35. ff. ti. 1. l. Pomponius, §. sed & si 15. 16. de procuration. ff. & inde fit incerta locutio, vt quod negatur in expresso, certū sit admitti in casu non expresso, vt in l. cū prætor. de iudiciis. ff. multo magis id certum, quando inclusio vnius & exclusio alterius expressè adest. At in lege diuina, sic expressè cautum, Deuteron. c. 23. v. 19. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno.* Quare non videtur omnino vsura à Deo prohibita, sed tantum cum restrictione, ne liceat ad vsuram dare fratri seu eiusdem gentis homini, id autem extraneis.

4 Pro solutione, resoluitur in ca. 23. Deut. permissiuē id dictum, posse Iudæos fœnerari cum alienis, scilicet potius, quàm vsuram accipere à personis eiusdem nationis, quod fecissent aliter propter auaritiam qua tenebantur, vt ait D. Thomas, 2. 2. q. 78. iam citata.

Sed replicatur, quod etiam Deus probauit factum & rapinam inferri Barbaris & alienigenis, iussitq; abeuntib. Iudæis ex Ægypto, postulare mutuo sibi dari ab incolis vasa argētea, & alia, & sic spoliaret Ægyptos, Exod. 12. Nullū aūt peccatum cadit sub pcepto diuino, nemini n. Deus mandauit impiè agere. Ecclesi. 15. c. ideo rapina vsurarum q̃ furto equiparatur, nō est peccatum Sic etiā Cęsares in l. 2. de cōmerciis & mercatorib. li. 4. C. ti. 63. *Non solū, inquiunt, à Barbaris aurū minimè prebeatur, sed etia si apud eos inuentū fuerit, subtili auferatur ingenio.* Respōdetur Iudęos accipiētes mādato Dei ab Ægyptiis, non fuisse fures aut raptores, quia q̃ bona alteri eripit iussu iudicis, & auctoritate eius qui pōt iubere, nō facit furtum. Et post sententiā, tanquā suum legitimè pcipit per sentētiā sibi adiudicatum. Et p veritate habetur res iudicata, l. ingenuū de statu homin. ff. l. res iudicata, de reg. iur. ff. Et si infstis pro laborib. susceptis in Ægypto, Deo iusserit ita in solutionē bona Ægyptiorū accipere, nulla fuit iniustitia, nullum furtum, nō minus quàm si bona confiscata ex pœna priuari alteri donētur, & ita iusti tulerunt spolia impiorū. Sapi. 10. Et hoc explicat ex professo D. August. in qq. in Exo. q. 39 in c. dixit Dominus, 12. in §. 14. q. 5. Hoc .n. inquit, Dominus iussit qui nouerat quid quēque pati oporteret. Nec Israelitę furtū fecerant, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt.

5 Quartò, quod hoc delictum vsurarū nō sit mortale peccatū, nec tā detestabile vt sit, quia, demus quod vsura furtū rapina sit, tamē vt scriptum est Prouerb. 6. v. 30. *Nō grādis est culpa, cùm quis furatus fuerit.* Augetur vis argumēti, quod pro peccato mortali debeatur pœna mortis: inde .n. dicitur mortale peccatū. At pro furto nō est imposita iure diuino pœna mortis, sed solum pœna dāni secundum c. 22. Exod. vt pro vna oue furata, reddātur quatuor, pro vno boue, quinque. Solutio. In c. 6. Prouerbiorum nō dicitur absolutè nō esse grandē culpā, cum quis furatus fuerit, sed additū, *furatur, vt esurientē impleat animā suā*, &c. Quare & illud profertur p cōparationē ad adulterij crimē. Nā sequitur, *Qui autē adulter est propter cordis inopiā perdet animā suā.* Sunt enim inter peccata mortalia gradus: neq; quod vnum alio grauius sit, ideo desinit & minus graue esse mortale. Neque habenda ratio pro mortali peccato pœnæ tēporalis q̃ infligitur in hoc seculo. Nā istæ pœnę sunt magis medicinales quàm retributiuę. Nā retributio q̃ secundū veritatē est, reseruatur diuino iudicio: ideō secūdum iudicium præsentis vitæ non infligitur pœna mortis pro quolibet peccato mortali, sed tantum pro his, quæ inferunt irreparabile nocumentum, vel etiā pro illis q̃ habēt aliquā horribilem deformitatē. Quare inquit, D. Thomas, 2. 2. q. 66. pro furto quod irreparabile dānum nō infert, non infligitur secundum præsens iudiciū pœna mortis, nisi vel furtum aggrauetur p aliquā grauem circunstātiā, vt in sacrilego peculatu, plagio, &c. Plato dicebat quoque delinquentium quosdam sanabiles esse pœnis, & ideo morte nō mulctādos, quia emendari possent, & alios insanabiles ideò tollendos, ne peiores ipsi euadant, & ne alios inficiant sua contagione aut malo exemplo.

6 Quintò probare videtur vsuras, c. 28. Deut. v. 12. *Et fœnerabis gentib. multis, ipse autē fœnus à nullo accipies.* Solutio. Ibi fœnus accipitur largè pro omni mutuo, etiā sine vsura, sicut & in toto c. 2 . Ecclesiast. v. 1. & seq. *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo, & qui præualet manu mādata seruat. 2. Fœnerare proximo tuo in tēpore necessitatis illius, & iterū redde proximo in tēpore suo... Multi quasi inuentionē estimauerūt fœnus & præstiterunt mo... iis qui se adiuuerunt. 5. Donec accipiant ... anitur manus dantis &c.* Sic & sol dicitur fœnerari lumē suum cæteris syderib. apud Plin. li. 2. c. 26.

7 Sextò, videtur probāda vsura ex nūmis, hoc modo; Nihil interest inter substantiam nummi aurei seu argentei, & vasis aurei & argētei: in vtrisq; enim est aurū & argentum, & forma accidentalis non mutnat substantiā: adest enim exemplo accidentis, & abest sine subiecti corruptione, vt liquet ex principiis Philosophorum & dialecticorum. At licitum est pro vsu vasorum argenteorum vel aureorum quippiam accipere & ex vsu lucrum capere: nā & locari possunt.

Solutio. Multū interesse inter pecuniā signatā mutuatā, & vasa mutuata, quia pecunia vtēdo cōsumitur: At vasa quæuis argētea nō cōsumuntur, sed post vsum remanēt & restitui possunt in codē indiuiduo: ita in pecuniis seu nummis, quia certa est æstimatio nō cadit adfectio, l. 3. de in litē iurand. ff. nisi & numismata tātum ad vtendum siue cōsumptione dētur, quia vtilitas pcipi pōt vel voluptas ex illis saluo corpore, veluti in specie, l. cumismatum, 28. de vsufr. li. 7. ff. tit. 1. Pōponius scribit, *numismatū aureorū argenteorū, vel antiquorū veterū quib. pro gemmis vti solent, vsusfructus legari potest*, vt in l. Iulianus, 9. §. ad exhibendum. ff.

Sic secundarius nō principalis vsus pecuniæ vendi pōt & locari, remanēte eod corpore pecuniæ in indiuiduo, q̃ nō trāsit in mutuum, quod de meo fit tuum, l. 2. §. appellata, de reb. cred. ff. cum tamē certum sit locatione rei dominium nō trāsferre in l. nō solet loco. ff. Sed & forma accidentalis, quando transit in definitionē speciei facit differre argentum signatum, ab infecto, aut conflato in certam formam, l. Iulianus, §. si quis rem, ad exhibendum, li. 10. ff. tit. 4. & aliud pecunia à materia, quia non tantum in ea est materia electa, sed & vltra certum pondus, certus character, certa functio & certus publicus consensus & authoritas, q̄ uō cōcurrunt in vasis, adde & diuersum vsum: videnda quæ diximus de forma substātiali & accidētali. li. Syntag. c. 11. & quæ de accidente tomo 1. commentariorum, in 2. lib. Syntaxeos artis mirabilis. c. 12.

8 Septimò videtur pro lucro vsuræ, quod volenti non fit iniuria nec dolus, l. cum donationis, C. de transact. cum simulib. At quādo ex pacto promittuntur vsuræ, id fit à volēte & cōsentiente. siquidē pactum est duorū plurimúmve in idē placitū & cōsensus, l. 1. de pact. ff. l. 3. de pollicitatio. li. 50. ff. ti. 12. & libertas est in cōtrahendo ab initio, q̃ cessat, inito cōtractu, l. velles, necne, C. de reuocan. donati. C. l. sicut. C. de actio. l. in cōmodato. §. sicut cōmodati ff. Solutio Dantē vsurā, non velle simpliciter, sed ex necessitate coactā ideò volontatem quidē ibi esse, sed coactā, nō liberā, cum nollet aliter creditor mutuare, & sępet pśumatur debitor inuitus vsuras soluere, cum nemo pśumatur spōte iactare suū, cū de indebito de pbatio. ff. Deinde, nō tā habetur ratio cōtractus & cōsensus, quantū trāsgressionis legis diuinæ q̃ phibet vsuras, & idcirco quoad illas, velut lege phibēte, pmissas, redditur cōtractus nullus, & pmissio nulla, l. nō dubiū, C. de leg. & solutę vt indebitæ cōdicūtur. Atq; dū lex phibet vsuras, prohibet eas recipi etiā ab spōte soluēte, quia is qui soluit nō peccat, sed is tātum qui recipit, vt not. glo. ad c. debitores, ad verbum, *reddere*, de iureiur. atq; tota materia prohibitionis consistit in recipiēte, c. consuluit. de vsur. Propterea nō cōsideratur voluntas soluētis, & vt ait gl. ad l. 1. ad verb. *quoties quis*, de solutio. quādo debitores soluunt vsuras, quas non receperunt, videtur illis quod soluant lumina vel oculos de forte non fieri videtur, cum eam acceperint. Eadem ait ferè Baldus ad l. indebitas C. de vsur. neque excusatur ad ulrer, si dicat consensu mulieris adulterasse, quia offensio & legem, & superiorem & Deū etiam respicit.

9 Sed replicatur ex c. debitores, 6. de iurein. li. 2. ti. 24. vbi debitor q̃ iurauerit se soluturū creditori vsuras, cogēdus est reddere domino iuramērō, & soluere. Verū textus seipsō explicat. *Debitores, inquit, ad soluendas vsuras quib. se obligauerāt cogi nō debent: Seuera de spōrum ...*

*rum solutione iurauerunt, cogendi sunt domino reddere iuramētū. Et cùm vsura soluta fuerint creditores ad eas restituendas, sunt Ecclesiastica seueritate, si necesse fuerit, cōpellendi.* Neq; valet cōsequentia, quia promissas cum iuramento soluere tenetur debitor: ergo licitæ sunt vsuræ. Nam nnn peccat, qui promittit in magna necessitate, vt diximus, sed peccat qui exigit, & vno modo propter metum iuramenti promittens soluere debet, at deinceps, repetit tāquam indebitas solutas, vel etiam cogendi sunt debitores soluere qui iurarūt se soluturos vsuras; scilicet si nō obtineant absolutionē à iuramento; nā habent actionem aduersus creditorē, vt eos liberet à iuramento: id est vt remittat promissionem iuramenti, c.1. de iureiu. c. tuas, de vsur. Dicemus latius de explicatione eius replicæ infrà in exceptione 5 de fructibus non computandis in sortem.

10 Hinc & tollitur aliud simile argumentum, q̄ vsura ptineat ad vtilitatē vtriusq; & accipiētis & dātis; & ideò nō sit cōtra charitatem; nā ad præsens quidē secundū præsentem necessitatē videtur ad vtilitatē debitoris, sed considerata natura vsuræ quæ paulò pòst serpit est valdè dānosa. Ideò etiam violenti ꝓhibendo; quia nesciat quid agat præsentib. cōtentus, vt dicitur de transactione alimentorum, l. cum hi, de transact. ff. Neque etiam qnod videtur bonum temporale ꝓ debitore, permittendum est in damnum mutuantis, qui committit peccatum mortale fœnerando: nec mala faciēda sunt, vt inde eueniat bonū c. super eo. de vsur.

11 Octauò, facit quòd furtum admittitur & permittitur tēpore necessitatis, vt in c. propter necessitatem, de furt. c. discipulos, de consecr. dist. 5. & quod non est in lege licitum, necessitas facit licitum, ca. quod non est, de reg. iur. & D. Thomas 2.2. q. 62. art. 5. dicit non esse peccatū in extrema necessitate aliena auferre, vt parētib. subueniatur aut aliis, si extrema sit necessitas: ergo qui pauper est & habet aliquas pecunias, poterit fœnus exercere licitè, vt de illis se & domum suam nutriat: & dato qnod vsura sit furtum & rapina, nihilominus debet ab ea excusari propter illam necessitatem fœnerantis, vel eius qui accipit indigentis. Solutio. Ex parte eius quidem qui accipit, iam dictum est necessitatem excusare à peccato; nam qui dat ad vsuram mutuum, non qui illud accipit, & dat vsuram aliter mutuum non inueniens, excusatur.

Quòd autē pertinet ad necessitatē ꝓsuppositā eius qui pecuniā fœnerat, illa necessitas non est cōsiderāda, tanquā necessitas ad peccatum inducens; & satius est amittere vitā temporalē q̄ malo cōsentire, c. sacris, quod metus causa. c. ita ne. 32. q. 5. anima enim plus q̄ corpus est præferenda cæteris, c. cū infirmitas, de pœniten. & remissio. c. præcipimus. 12. q. 1. c. solitæ, de maior. & obed. l. sancimus de sacrosanct. Eccl. c. cū nu ā cōmutationē dare possit homo ꝓ anima sua. D. Matthæi, c. 16. vers. 26. Marci, c. 8. vers. 37. Qund autē dictum est tēpore necessitatis permissum esse furari, furtum ibi permittitur de necessariis, sed nec verè furtum tunc, quia tempore necessitatis omnia scilicet necessaria aliis sunt communicanda, c. sicut hi. 47. distin. l. 2. ad leg. Rhod. de pact. ff. & illud distinguitur ab vsura per quam arte nequissima aurum ex auro nascitur, dict. can. sicut ij. 8. §. interdum, 47. dist.

12 Nonò, posset obiici, consuetudo quòd fœnerātes tolerantur, *& consuetudo per legem fit, & fertur*: l. de quib. de legib. ff. cū simili. & ideò nunc tolerandos, vt cōmessationes in festis sanctorum abusiuæ, c. cōmessationes, 44. dist. [illegible] R. Solutio. Istam consuetudinem esse corruptelam, nec valere tanquam peccati nutritiuā, c. fi. de cōsuetu. c. mala, c. veritate, c. consuetudo, 8. dist. c. cum in Ecclesiæ corpore, de simonia.

13 Decimò, potest obiici, ea quæ parificantur in effectu, debent pacificari in iuris dispositione, l. à Titio, de verb. oblig. ff. l. illud, ad leg. Aquil. ff. Sed pecunia & opera in effectu parificantur, in l. societas, §. 1. pro socio, ff. Ergo simile ius statuendum sicuti de opera mea, eam impendens, participare possum de lucro; ita & de lucro pecuniæ meæ possum. Soluit hanc rationem Ioann. And. in qq. mercurialib q. 52. ad c. peccatum de regulis iuris in 6. n. 66. & 67. quod non sunt similia pecunia & opera ad lucrum producendū, quia operæ possunt fructificare, nec determinatur eius lucrum à natura vel arte; Pecunia verò sine opera non est apta natura ad fructificandum.

14 Et rursum n. 79. respondet ad argumentum aliud suo ordine 13. dum dicebatur vsuras permissibiles esse omni iure, quia sanctæ viderentur, quod illius naturæ est causarum cuius est causans: vsuræ autem permittantur à legibus ciuilibus quæ sanctæ dicuntur, ergo. Nam, inquit, leges ciuiles non ita permittunt vsuras vt sint causæ earum tantum, tanquam pœnam non infligentes, non tamen approbantes.

15 Duodecimò, videtur repugnare Pan. ad c. cōquestus. de vsu. dum ait, habente administrationem bonorum, vel minorum, vel pupillorum vt tutores & curatores, qui non debent habere pecuniam illorum otiosam teneri ad vsuras pupillis licitè, eò quòd non conuerterent ei in emptionē prædior ūiuxta l. tutor in 1. §. si post depositionem, de administra. tutor. ff. Solution. Ibi nihil agit de mutuo; & tutorem condemnari ad illas vsuras non tanquam vsuras, sed ad interesse pupilli ex negligentia. Sed neque hodie etiam ad illas condemnantur tutores, ratione quòd non fuerint fœnerati pupillares pecunias, nec tenentur locare ad vsuras l. lex quæ tutor. Co. §. quoniam, vt hi qui perhibent obligatas se habere res pupillorum, &c. in Nouellis. Et si quando contingat minores non habere aliunde vnde viuāt, quàm ex pecuniis tutores non debent per fœnus lucrum quærere; sed debēt negotiari ex illis pecuniis, vel dare mercatori ad societatem vt ex honesto lucro (quod ex collatione pecuniæ cū industria oritur, l. societatem pro socio) viuere possine, iuxta c. per vestras, de donation. inter virum & vxorē.

16 Decimotertiò. Videtur obesse sæuiendum in vsurarios manifestos, quoniam multi sunt & in omnibus ferè locis, vt ait c. 3. de vsuris; propter multitudinē autem est remittenda pœna vt euitetur strages populorum, vt dicit D. August. ad Aurelium Episcopum, epist. 60. c. cōmessationes. 44. dist. c. vt cōstitueretur, 50. dist. c. quoties, 1. q. 7. [illegible] ipsa pietas, c. non potest, 32. qu. 4. & vt ait Senec. 3. de beneficiis. *Pudorem tollit multitudo peccantium, & desinit esse probri loco commune maledictum.* Solutio. Vt quando delictum vnum à pluribus simul admissum est & plures habet simul authores, tunc ad euitandam stragem multitudinis in paucos cernitur maximè in nocentiores, & exempli causa saltem in aliquos vt cæteris parcatur. Sed quando singulariter separatim [illegible]nē idē cōmittūt, in singulos pro crimine proprio debet fieri animi aduersio pœnis legalibus, vt in c. multi, in fine, 2. q. 1. c. flagitia, 32. q. 7.

## CAPVT III.

## De prohibitione vsurarum per iura humana, Pontificia & ciuilia: & de permissione, & cautionibus adhibitis ad cohibendam vsuram.

1 *Iure Pontificio prohibitas esse vsuras probatur.*
2 *Et legibus ciuilibus diuersorum regnorum.*
3 *Et legibus Romanis.*
4 *Ratio propter quam Iustinianus emendauit leges antiquas qui Christianis, & recepit Synodos quæ resistunt vsuras, & ibi aliæ rationes.*
5 *Vsura legitima in iure dicta ciuili.*
6 *Sed explicatur quare legitima dicta & fuisse per iura promissas, non probatas.*
7 *Permissio tribus modis fieri dicitur.*

8 *Remedia plura adhibita contra vsurariorũ crudelitatem, cum eos non possint omnino auertere per leges, ne ex nudo pacto debeantur.*
9 *Excipiuntur quidam casus.*
10 *Si modo intra summam permissam sint promissa.*
11 *Constitutum 2. eo odium vsurarum ne solutio illarum argueret ideo debitas.*
12 *Tertio, constitutum, vt remissa censeantur, si non sint petita per triennium aut quinquennium.*
13 *Quarto introductum, ne vsura vsurarum peti possint, & ibi de anatocismo.*
14 *Quinto, ne solutio vsurarum ascendere possit supra duplum.*
15 *Etiamsi per particulas fuerint soluta & non simul, etiamsi ciuitati debeantur, & ibi de emptione redituum in pecunia licita.*
16 *De probatis montibus pietatis.*
17 *Pensiones & census excrescentes vltra summam emptionis ad duplum, non ideo cessant.*
18 *Eius quod interesse petitio, an duplum sortis excedere possit, & quando.*
19 *Id quod interest incertum, & incertum diuiditur.*
20 *Item in commune conuentum, & singulare, & de singulis.* 21 *Id quod interest emptoris, an possit contra venditorem supra duplum peti.*
22 *Sub pœna promittens intra certum tempus soluere nũ ad eam teneatur partem tantum soluendo intra tempus dictum, & de pœna legali.*
23 *Pœnarum legalium approbatio fit per ius Pontificiũ, & ibi de pœnis legalibus & conuentionalibus prolatis.*
24 *Nisi fiant in fraudem vsurarum.*
25 *Quod tamen in factum sit, iudicis prudentiæ relinquitur.*

1 SVblatis prædictis scrupulis perueniamus ad prohibitionẽ vsurarum per iura humana. Iure Pontificio statutũ, amatorib. vsurarum nõ esse imponẽdas manus, hoc est, ita probibitas vsuras vt vsurarij non ordinẽtur in Ecclesia & electus vsurarius deponatur in can. de Petro. 4. 47. dist. ex epistola 40. beati Gregorij li. 8. Clericis & laicis vsuræ prohibitæ per Leonem Papã, ep. 1. c. 3. c. 7. nec hoc quoq; 14. q. 4. Per Alexand. 3. in can. 1. & 2. de vsuris. Atq; p totos titulos & eorũ cc. satis explicatur vsuras hoc iure illicitas, vt alio non indigeamus magis particulari indice, imò iuxta cócilũ Viennẽse, in l. 1. §. fi. de vsuris. declarati vt suspecti de hæresi. qui dixerint vsurã exercere nõ esse peccatũ.

2 Sũt leges quoq; ciuiles & principũ, quę eas prohibuerũt, saltẽ reprobarũt & si necessitate aliquãdo impiorũ creditorũ coacti, permiserint ad certã vsq; quãtitatẽ Imperatores. Lex Platonis 5. de legib. *Nemini liceat fænerari, & si quis vsurã acceperit, nec sortẽ, neque vsuras reddere cogatur.* Lælius Genutius Tribunus plebis, rogationẽ tulit ad populũ, ne fœnerari liceret. Liuius in 7. Refert Cornelius Tacitus li. 5. Annaliũ primũ duodecim tabularũ cautũ, ne plus q̃ vnciario fœnore vsura exerceretur, quę anteà ex arbitrio locupletũ agebatur. dehinc ad semiunciariũ fœnus redactam, & posteà multis Senatuscõsultis vetitã. Et iterũ de Germanorum morib. *Fænus*, inquit, *agitare, & in vsuras extendere ignotũ* (scilicet Germanis tunc) *ideòque magis seruatur. quam si vetitũ esset.* Liuius de reprobatione earum agit li. 7. & 8. quando agit de Luc. Papyrio fœneratore, & li. 35. In capitulatib. collectis p Benedictũ Leuitam, lib. 5. c. 36. *Vsura non solum clerici, sed nec laici Christiani exigere debent.* Prohibuerunt & in Gallia vsuras. Philippus Pulcher anno 311. & anno 312. & Ludouicus XII. vt liquet ex eorũ constitutionib. & modũ pmissis imposuerũt. Fuit & insigne decretũ Senatus Parisiẽsis publicatũ 1. Augusti 1565. quo vetitum fuit sub fœnore mutuare, quod dicũt *a l'interest*, quocũq; etiã negotiationis colore, sub pœna cõfiscationis corporis & bonorum. Atq; iussũ omnib. qui tales nossent vsurarios, q̃ per se vel p interpositas personas fœnus exercerent, eos reuelare & deferre sub pœnã centũ librarum Parisiensium, cuius etiam edicti pœna, sæpe ad ipsos proxenetas fœneratorum prorogata est. Iussit D. Ludouicus per constitutionẽ anni 1254. Iudæis cessare ab vsuris, à blasphemiis, sortilegiis, & characteribꝰ renouauit probibitiones & pœnas. Firmauit Henric. III. anno 1570. mense Augusti, & 6. Octobris 1576. & eodem anno mense Nouemb. & 12. Mar. 1577. & statuit cõmissarios seu iudices delegatos pro inquisitione & punitione vsurariorum, vt anteà Carolus VI. anno 1415. & Carolus IX. die 20. Ianuarij, anno 1567.

Constitutiones imperij extãt de vsurariis cõtractib. editæ in comitiis Augustanis, an. Dom. 1500. & posteà anno 1539. & anno 1548. promulgatæ, cõtractus vsurarios reprobãt, mãdántq; iudicib. omnib. ne sup talib. contractib. iudicent, aut executionẽ faciant; imò ipsũ vsurariũ, amissione quartę partis sortis mulctat; & notariũ conficientẽ huiusmodi instrumenta vsuraria, vt periurũ infamiæ nota dãnant, & officio exuũt, iuxta l. iubemus, §. fin. de testa. ca. 1. §. callidis, vers. scriba. de ꝓhibit. feud. alienat. p Frider. li. 2. ti. 55. in feud. c. si aduersus, de hæretic. manus abscisio, in d. vers. scriba. vt in aliis quibusdam, de quib. alibi, vt Nouell. 42. c. 1. §. 2.

De iure ciuili verò scripto Romanorũ quo vtimur: an vsuræ ꝓhibitæ sint, opiniones sunt diuersę, de quibus agit Iulius Clarus lib. 5. sententiarum iuris. §. vsura. n. 4. Nam Alciatus ad c. 1. nu. 78. de offic. ordi. tradit vsuras iure hoc infra legitimum modum seu taxationem, esse permissas, assentiunt quidam alibi.

At in contrarium, quod etiam de iure ciuili & authẽticorũ ꝓhibeantur, defendunt ex glo. Legi statum, ait Imola ad clem. 1. n. 8. de vsuris. Et Albericus, ad l. cunctos populos. n. 15. de summa Trinit. & fide Catholica, cum aliis quos citat Clarus d. loco, vbi & hanc opinionem tanquam veriorem & magis communem seruari in practica dixit. Ita iure illo nouissimo ciuili ꝓhibitas esse vsuras ait gl. ad c. quia in omnibus, 3. ad verbum, *multi.* de vsuris. gloss. dict. c. quid dicam 11. ad verbum, *redde*, 14. q. 4.

Ratio prior, quia Iustinianus Imperator qui per Nouellas posteriores superiora iura emendauit aut explicauit, recepit sacrosancta concilia, maximè Nicenum in principio, de Ecclesiasticis titulis.

Nicena autem synodus prohibuit vsuras, c. quoniã multi. 47. dist. Itẽ iure diuino prohibitę, vt docuimus. Cęsares verò profitentur se sacrã fidem seruaturos, & l. inter claras, de summ. Trinit. & fide Catholica, C.

3 Nec leges dedignantur sacros canones imitari, c. Euphemium, 8. §. hinc colligitur 2. q. 3. §. pen. vt Episcopi apud proprios Episcopos conueniantur. Nouell. 83. vers. sacris canonib. 45. de Episcopis & clericis.

4 Et quãuis leges essent quæ probarent, tamẽ sequẽdę nõ sunt, quia ciuiles leges, neq; diuino iuri, neque dogmatib. & sanctionib. de his quę ad forum Ecclesiæ ptinent tractantib. derogare possũt, c. lege Imperatorũ. 1. & sequentib. 10. dist. c. penus, de secundis nuptiis, c. nouit, de iudiciis. Nec inferior potest derogari legi superioris, c. cum inferior, de maior. & obedien. ff.

Causa de vsuris causa peccati est, & vsura est peccatum & crimen iuxta Theologos in 4. sentent. dist. 15. & Canonistas ad c. quoniam multi, 47. d. Et est malum nõ solum in se, vt homicidium, quod posset ex aliqua circumstantia fieri sine peccato, vt per iudicem seruato ordine, sed etiam est malũ secundum se, & ideo vsura nõ potest fieri vel exerceri benè de potestate etiã ordinata à Deo, vel pro redẽptione captiuorum, c. super eo. de vsuris, licèt ob eandem causam liceat alienare bona Ecclesiæ, ca. aurum habet Ecclesia. 12. q. 2. l. sancimus, C. de sacrosanct. Ecclesiis. Probatur & esse vsuram peccatum mortale per c. 18. Ezechielis, & Psal. 14. quib. locis expungitur à libro vitæ æternę qui pecuniam dat ad vsurã, & qui asseuerat nõ esse peccatum,

catum, reputatur & iudicatur tanquam hæreticus in Clemen. prima, §. final. de vsuris. Et D. Ambrosius lib. de bono mortis, c. 12. relatus in c. 10. si quis, 14. qu. 4. si quis vsuram receperit, rapinam facit, vita non viuit. Sed & Iustin. Nouel. 72. c. 6. & sequentib. § quoniam autem, & sequenti. vt hi qui obligatas perhibent se habere res mino. &c. *Sancimus*, inquit, *nullam necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias fœnerare, sed cautè reponere & reseruare, idque propter conscientiam tutorum.* Et ita abrogauit leges iubentes sub suo periculo tutoribus & curatoribus fœnerare pecuniam minorum, vt erat constitutum l. 15. § 1. l. 58. § 3 de administrat. tutor. ff. l. 24. C eod. tit. neque rursum exception. §. quoniam autem, & auth. nouissimè, de administrat. tutor. C seruatur. vt cogatur tutor fœnerare pecuniam pupilli, si minor non habeat vnde aliunde viuat, quia nemo pro alienis commodis debet salutem animæ suæ impendere, vel ideo delinquere vsuram committendo. c. super eo. de vsuris. ca. sicut non suo. 46. dist. neque officium cuipiam debet esse damnosum, c. 2. de fideiussorib. c. si testes. §. venturis 4. qu. 3. l. si seruus communis §. quod verò, de furt. ff. l. 2. §. 1. quemadmodum testamen. aperian. ff cum simil.

5 His tamen repugnare videtur quòd in iure ciuili legitimæ vsuræ & secundùm legem & taxationem eius exigantur, & quædam dicantur ita illegitimæ, quędam legitimæ. in l. eos qui, 26. § super vsurarum verò quantitate, C. de vsuris, lib. 4 tit 32 Sic inuenimus dici licitas vsuras illo iure, l. acceptam, 19. ibi, *acceptam mutuo sortem cum vsuris licitis*, C. de vsuris, l. placuit, 29. ibi, *licitas peti posse.* eod. titu. Item & dicuntur legitimæ, l. cum allegas, 15. ibi, *vltra pœnam legitimarum vsurarum*: l. cùm non frumentum, 16 ibi, *in fraudem legitimarum vsurarum*, C. de vsuris, l. tutor qui repertorium, 7. d §. quæ sunt autem pupillares de administr. tutor. lib. 26. ff. tit. 7. Dictum & pro auro & argento, & veste facto chyrographo, licitas solui & promitti vsuras iussimus, ab Imperatore Constantino, in d. l. pro auro, 25. de vsur. Sicut & legimus illicitas vsuras sæpe in iure, pro vetitis & non permissis, & improbum fœnus, l. improbum fœnus. 20. ex quib. caus. infam. irrog. lib. 2. C. tit. 12.

Cæterùm, hæc & similia locum habere possunt dupliciter modo: vt vsuræ iure ciuili licitæ dicantur & legitimæ: in quantum exiguntur nomine eius quod interest, aut moræ, aut pœnæ, aut fructuum perceptorum loco, quia tunc, vt antè docuimus, non est vsura ex mutuo debita, sed aliunde procedens.

6 Item 2. debentur iure ciuili legitimæ vsuræ à lege definitæ tanquam ad certam taxationem tantum permissæ, & non approbatæ ideò. Quod effecit crudelitas creditorum, qui nullo sperato lucro malunt pecuniam concludere arca inutilem, quàm iuuare ex illa egẽtes, quod disertè pluribus proponit Leo, nouel. 83. tit. vt ad trientes vsuras pecuniæ licitè mutuentur: atque testatur ob eandem crudelitatem se abrogare coactum, Basilij Cæsaris Nouellam, quæ omnino vetauerat vsuras exigi.

7 Taxatio autẽ adhibita, ne insatiabilis auaritia in immensum eas exigeret. Aliud porrò est approbare, aliud quippiam permittere sine approbatione, c. hac ratione nona vers. quod enim permittimus, 31 qu. 1. *Aliud*, inquit C. Chrysostom[9], *est præcipere, aliud permittere: quod enim permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus: quod præcipimus, semper placet.* Sicque Christus agẽs de indissolubili vinculo matrimonij est Matthæi c. 5. & 19. ver. 8. cùm ei obiiceretur Mosis lex, quę permittebat libellum repudij dare dimittendi vxorem, Exod. c. 24. *Quoniam*, inquit Moyses, *ad duritiem cordis vestri permiserit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non sic fuit, &c.* nempe, quod inter duo illicita relinquendi & occidendi vxorem ad euitandum homicidium, quod erat maius malum quàm relinquere vxorem, pro tempore satius visum fuit permittere diuortium, alio modo non posset esse permissum, minus nempe alteram ducere, vt explicat D. Augustinus lib. 2. de adulterinis coniugiis, relatus à Gratiano in cap. 9. si quod verius, 33. quæst. 2. Vide singularem huius promissionis in malis considerationem in ca. 2 nerui testiculorum, 13. distinct. ex moralibus D. Gregorij. & in capit. duo mala eadem 13. distinction. ex Concilio Toletan.

Permissio porrò trib. modis dicitur fieri, aut permitti quid tribus modis dicatur: secundum quod notat glossa ad c. omnis autem lex 4. ad verbum *permittit*, 3. distinct. Primùm permittitur, quod nullo iure prohibetur, vt secundas nuptias contrahere, in c. hac ratione 31. quæst. 1. Sic quod non mutatur, stare non prohibetur, vt ait l. sancimus, 26. C. de testamen. C, lib 5 Secundò permittitur, quod contra constitutiones humanas indulgetur, vt contrahere in quinto gradu, c. quædam, 35. q. 3 vt dicitur absoluta permissio.

Tertiò dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum euitetur: vt commessationes die dominico in cap. denique, 4. distin. & permittitur adulterium, ne fiat homicidium, c. si quod verius, 33. q. 2. Estque hæc permissio tolerantia, & comparatiua ad aliud permissum, vt in c. hi qui 3 26. qu 2 *Hi qui de paginis Euangelicis sortes legunt: & si optandũ est, vt id potius faciant, quàm ad dæmonia cõsulenda recurrant: tamen etiam ista mihi displicet consuetudo: ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatem propter aliam vitam loquentia oracula diuina velle conuertere.* Ex D. Augustin. epist. 119. ad inquisitionem Ianuarij, sicut in c. 8. considera. 22. quæst. 1. quamuis non sit bonum iurare per Deum, tamen satiùs visum est id permittere, quàm si iuraretur per idola. Satius est vsurario, qui non vult absque lucro etiam constituto in extrema necessitate mutuare, promittere, vt saltem cum aliqua vsura det, quàm eum ob penuriam mori, D. Thomas 2. 2. q 78. Syluester in summa, in verbo, *vsura*, 7. num. 1. Concluditúrque etiam apud Theologos persuaderi debere ei qui absolutè decreuit pessimè agere, vt quòd minus est peccatum potius agat, c, duo. 13. distinct. Quemadmodum Loth Genes. 19. dixit Sodomitis, qui hospites receptos volebant constuprare, *habeo duas filias, abutimini eis, &c.* Quia non tam graue scelus fornicatio illa, quàm impietas illa detestabilis Eodem responso vnus est Iudicum c. 19. vers. 23. senex ille in Galaad, qui receperat hospitio Leuitam & vxorem eius, quærentib. filiis Belial, id est, sine iugo educi foras Leuitam, vt eo abuterentur: *Nolite fratres, nolite facere malum hoc: habeo filiam meam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis, tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virũ.*

Gradus sunt peccatorum fornicationis maiores fornicatione simplici, nẽpe, adulteriũ, incestus, sed est abominabile cõtra naturã, ob quod euitandũ magis toleratur fornicatio, c. adulterij malum, 11. ca. offerebat, 12. flagitia, 13. & seq. vsus naturalis, 32. qu. 7. Sed & D. Thomas, 2. 2. qu. 78. explicans vers. ad secundum illud Deuteronom 23. *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, &c. sed alieno. Non fuit*, inquit, *concessum Iudæis etiam pecuniam accipere ab extraneis, quasi licitum, sed permissum ad maius malum euitandum, ne scilicet à Iudæis Deũ colentib., vsuras acciperent propter auaritiam cui dediti erant*, vt colligitur ex c. 26. vers. 18. Isaiæ: *Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terra.* De vsuris ita permissis etiam, illud quoque dicitur quod de mulierib. dixit Cato, mulieres esse malum necessariũ, quia bene, nec cum illis, nec sine illis esse possimus. Sic & Iudæi inter Christianos aliquando & Pagani cum spe conuersionis eorum tolerantur, non probantur: item & lupanaria. Bonum publicum nempe & commerciorũ, & priuatorum, quia finis legum ciuilium est, facit vt à rigore probibitionis legis aliquantum decidatur, l. ita vulneratus, 25. ad legẽ Aquiliã. ff. & D. Thomas dict. qu. 78. vers. ad tertiũ, Leges humanas vsuras ait permittere, non quod sint secundũ iustitiã, sed ne multorũ vtilitates tollantur. Atque principes seculares permisisse vsuras non approbasse, ad euitandum maius malum, tradunt D. Tho-

mas 2.2. quæst. 78. & in opusculis de vsuris, ca. 4. glossa ad cap. 1. 10. distin. Bartol. & Bald. ad l. primam de summa Trinitate, Ioannes Gerson de contractibus, proposit. 17. Petrus Ancharanus ad cap. peccati venia, quæst. 2. de regul. iur. in sext.

Tolerantur autem in iure ciuili quædam vsuræ, nõ in fauorem vsurariorum & capientium, sed in fauorẽ pauperum mutuantium, ne destituantur, vt dictum est, 158. omni auxilio diuitum, malignorum & improborum.

8 Neque quicquam prætermiserunt Legislatores, ad conuellendam tam damnosam reipublicæ diuitum cupiditatem quod posset illos ad vsuris reuocare, & hos mutuo accipiẽtes cum fœnore, releuare & tutinuare. Neque quia omnino non potuerunt animos fœneratorum curare ab auaritia & cupiditate, omiserunt inquirere omnia quæ ad morbi remediũ facere videreiur: proinde & multa quæ frænum improbis iniecerant statuisse cognouimus, imitati medicos, qui in morbis incurabilibus pharmaca adhibent ad leniendum dolorem, potius quàm ad curandum. I. ne vsuræ deberentur ex nudo pacto & nisi per stipulationem, l. 1. & l. de pignorib. 22. de vsuris. C. *Pignoribus quidem interueniuntibus vsura quæ sine stipulatione peti non poterant, pacta retineri possunt, &c.* & l. cum quidam 17. §. ea locato, de vsuris. ff. *Ex locato vsui cannemitur, nisi conuenerit, vt tardius illata pecunia vsuras deberet: non ni i ex mora vsuras præstare debet.* Idem in l. Titius 25. de præscriptis verbis. ff. & ibi, non ex nudo pacto, aut nisi interueniente stipulatione debentur, *Aphricanus* inquit, *respõdit pecuniæ credita vsuras nõ in stipulatione deductas nõ deberi.*

9 Nisi forsan ciuitas crediderit. Nam etiam ex nudo pacto, illo iure ciuili non emendato, debentur ciuitatibus vsuræ creditarum ab illis pecuniarum, l. etiam, 30 de vsuris, ff. Excipiuntur etiam certi contractus in quibus ex simplici pacto vsuræ præstari debent, vt in traiectitia pecunia l. in quibusdam, 7. de nautico fœnore, l. periculi. § eodem titul. pro stipulatione quoque habetur retentio pignoris, donec pactæ soluantur, l. 4. er retentionem, & l. pignorib. 22. C. de vsuris, l. cum debitor. 8. ex quibus causis pignus tacitè contrahat, l. secunda, C. de fiscali vsurar. lib. 10. tit. 8. Quemadmodum etiam si vsuræ simplici pacto promissæ solutæ sint, non reuocantur, in l. quamuis vsuræ, 3. C. de vsuris Si modo in omnib. etiã stipulationib. vsuræ sint licitæ, id est, permissæ, & si quatenus sunt permissæ, fuerint in stipulationem deductæ vel solutæ, non aliter, l. pecuniæ fœnebris nona, de vsuris. ff.

10 Attamen si præter summam legitimam fuerint stipulatæ vel solutæ, reuocabuntur ad licitum vsurarum modum, & intra illum retinebitur stipulatio, l. placuit, 29. de vsur. ff. l. si pro mutua, 8. C. si certum petat. & ad easdem quoque non vltra competet retentio pignoris, l. nihil interest, 4. vers. nec pignora, de nauticor. fœnor. ff. Neque etiam pro stipulatione vsurarum, quæ reprobatur omnino, d. l. placuit, 29. de vsuris. Vt nec inefficax est ea stipulatio, quæ incertas vsuras deducere videtur in obligationem, §. vsuræ fanè. Nouel. 136. Ita enim reducuntur ad besses, ratione qualitatis contractus permissos. Forma stipulandi vsuras colligenda, ex l. lecta, de reb. creditis, ff.

Quę regulariter obtinent, alioquin in specie, multi casus sũt in quib. & sine stipolatione, & ex pacto nasceatur vsurarum obligatio, nonnunquam etiam hæ, tametsi nõ ex pactis, sed suapte sponte introducantur, tamen exiguntur, veluti in argentariorũ contractibus, vt iisdem verbis, tradit Iustinianus, in l. quinta §. insuper. & hoc quoque Nouell. 136. tit. de argentariorum contractibus, & edict. 7. & 9. Sed illos casus puto debere esse certa lege expressos, & non aliter admittendos.

11 Secundò constitutum est in odium vsurarum, vt solutio facta vsurarum non ideò arguat eas esse debitas, nisi aliunde doceatur, vel ea stipulatione vel alio modo deberi, l. creditor, 7. de vsur. C. *Creditor,* inquit Antoni. *instrumentu suo probare debet qua intendit, & vsuras se stipulatum, si potest. Nec enim si aliquando ex consensu præstita sunt, obligationem constituunt:* & l. si certis annis 28. C. de pactis. Quanquam in aliis præstationibus fideicommissariis triennium solotionis continuatum, in posterum det ius petẽdi: l. 1. C de fideicommissis. Nisi forsan arguatur bonus paterfamilias per longum tempus antea præstitisse, id est, decem aut viginti annor. l. cùm de in rem verso. 6. & l. qui remisses, 13. de vsuris, ff. quia bonus paterfamilias non præsumitur iactare suum, l. cùm de indebito, de probation. ff.

12 Tertiò, constitutum vt remissæ censeantur vsuræ, si non sint petitę ex lapsu longi temporis: nempe quia credit creditor remisisse debitori, vt el gratior fit, l. cum quidam, 7. § 1. de vsuris, ff. & ideo si non sunt petitæ peti nequeunt temporis præteriti nomine longi. Explicat autem ibi Accursius longum tempus triennij, vel quinque annorũ, & & in emptione censuũ qui habent quandã speciem vsurarum constitutio Ludouici duodecimi sic statuit: *Ordonnons que les achepteurs des rentes & hypotheques ne pourrõt demander les arrerages, que de cinq ans au moins, & si outre iceux cinq ans aucune année d'arrerages estoit escheue, dont n'eussent faict question ny demande en iugement, ne seront receus à le demander, ains en seront deboutez par fin de non recevoir Et en ce ne sont comprinses les rentes foncieres portans directe ou censiue, donné l'an mil cinq cens douze, article 71.* Facit l eos, 1 ol. 6 C. de vsuris. Notat autem ad dictam constitutionem Rebuffus, constitutionem reditus vel census ad pretium pecuniæ, si non petantur census per decem annos inter præsentes & inter absentes per viginti annos præscribi omnino, & ita iudicarum. Quare si is qui semisses vsuras promisit per multos annos minores soluerit in posterum non debebit nisi minores quales soluit, l. qui semisses, 13. de vsur. ff. Multi anni intelliguntur ibi per glossam, ad verba, *tanta tempora*, decem anni, videlicet inter præsentes, & viginti inter absentes, vel, inquit, mihi, & ait hoc argui in odium vsurarum, quòd petens minores tanto tempore, videatur tacitè pactum fecisse de non petendis maioribus. Et ista præsumptio, mea sententia firmatur ex eo, quòd res mala permissa, facilè ad iuris dispositionem, communem reuertitur, vt res reuertitur facilè ad suam pristinam naturam, l. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, de pact. ff. & odia restringi, fauores verò ampliari conuenit, reg. iur. in sex odia.

13 Quartò salubriter introductum in fauorem debitorum, ne ex vsuris debitis vsuræ soluerentur à debitore, ne vel licet vsuras liceat præsentis, vel præteriti, vel futuri temporis in sortem transferre, vt inde etiam pusteà alię vsurę soluantur, est hic anatocismus prohibitus vt improbum fœnus, l. vt nullo modo. 28. de vsur. C. l. placuit, eo. tit. ff. l. si non sortem, 26 §. supra duplum, de condict. ind. ff. l. si. C. de vsur. rei iodic. Dico nominatim etiam de futuris, quia licuit hoc iure etiam futuri temporis vsuras accipere, vt liquet ex l. qui in futurum, 57. de pact. ff. dum dicitur, *qui in futurum à debitore vsuras acceperit, pactus videtur ne intra id tempus sortem petat.* Idem in l. secunda, §. nec malè, de doli mali exceptio. li. 44 ff. tit. 4. Quamquã tutori, qui pecunias pupilli repetiisset, mutuo datas cũ vsuris, si vsuras in suos vsus conuerterit, conuertantur vsurę in sortem, quia nouus incipit esse debitor sortis & vsurarum acceptarũ ab allo nomine pupilli. turor. qui repertorium, 7 § si vsuras exactas, & l qui negotiationem, 58. § 1. & §. fin. de administration. tutor. libr. 2. ff. titul. 7. ἀνατοκισμὸν, vsurę renouationem anniuersariam dixerunt Græci, quando vsurę anni iterum in sortem computabantur. Vtitur eo nomine Cicero 5. ad Atticum libro epist. 5. *Centesimis*, inquit, *cum anatocismo anniuersario.* Et paulò pòst: *Senatusconsultum modo factum est in creditorum causa, vt centesima perpetuo fœnere ducerentur.* Vbi perpetuo fœnore dixit, pro vno & eodem, sine anatocismo, vt explicat Budæus ad l. nihil interest de nautico fœnor ff. Et Ambrosius in librum Tobiæ, cap. 12. *Vnde etiam*, inquit, *τόκους Græci appellarunt vsuras, eo quod dolores partus animæ debitori*

*debitoris excitare videãtur. Veniũt Calẽdæ, parit sors cẽtesima: veniũt mẽses singuli, generãtur vsuræ. creuit centesima, petitur, nec soluitur, applicatur ad sortẽ. Itaq; nõ cẽtesima incipit esse, sed summa, id est, nõ fœnoris centesima, sed fœnus centesima.* Et hoc est quod Liuius dixit: *Mergentib. semper sortẽ, vsuris fœnore obrutũ esse.* Odiosum magis & infame hoc genus vsurarum ex vsuris. indicãt Diocletiani & Maximiliani CC. in l. in l. improbũ, 10. C. ex quib. caußis infamia irrogat. li. 2. C. ti. 12. *Improbũ,* inquit, *fœnus exercẽtib. & vsuras vsurarũ illicitè exigẽtib. infamiæ macula irrogãda est.* Vocat vulgus huiusmodi vsurarios, *renouuiers,* & trapezitæ, *renouations, contreschange,* ex quo deuorãtur patrimonia debitorũ crescẽte semper debiti cumulo. Sunt autem hęc dicta *cõtracãbia,* cũ astutia à fœneratorib. dicit .n. fœnerator se habere ab alio mutuas pecunias, quas mutuat sub tali fœnore, & ea cõditione se ei mutuare: & volẽs aliquid super lucrari, accipit vsuram tã de sorte principali, q̃ de vsura, quã se dicit debere primò alteri creditori, vnde cumulus accedit miseriarũ debitoris secundi, accipientis sub tanto fœnore, vt breui iacturã sui patrimonij, ne citò se à laqueis extricet patiatur. Fuitq; etiã olim odiosum hoc genus hominũ, & talea fertur aliquos notasse apud Suetonium Augustus, qui pecunias leuiorib. vsuris mutuati, grauiorib. collocassent. Suetonius in Augusto, c. 39. Sic nõ debetur interesse ex eo quod interest. Albericus in l. socium qui in eo, pro socio. ff. Decius ad caput, cum venerabilis, de except. sicut nec accessio accessionis. Gl. & Bal. ad l. neque eorũ, 15. de vsuris. ff. Itẽ nec p fructib. iudicis officio debitis, debentur vsuræ, l. eũ qui, decima octaua, de his quibus vt indig. li. 34. ff tit. 9. d. l. neque eorum.

14 Quintò, in odium vsurarum cautum, vt particulares earum solutiones, si ad duplum ascẽdant, dissoluãt debitũ. In nouel. Iustin. 121. ti. vt particulares solutioneain duplũ cõputentur. Sic .n. scribit. cõfirmat, & explanat, & supplet q̃ in antiquiorib. legib. minus aperte cõstitura erãt. *Cũ igitur,* inquit, *leges nihil vltra duplũ solui velint, & nos tantũ differentiã habeamus cum priorib. quod illæ quidẽ debita constituant vsq; ad duplũ si nulla particularis facta fuisset solutio nos etiã recipiamus, vt particulares etiã solutiones debita dissoluat, si vsque ad duplũ pertingant: sancimus, vt secundum hoc fiat cõputatio.* Secuta aũt est illa resolutio Iustin. ad cõsultatiõnẽ nepotum quorundã Demetrij, qui mutuo acceperant 500. aureos promissis vsuris, nomine quorũ solutæ erãt vsuræ, nẽpe nõgenti nonaginta nouẽ aurei, vno tantum deficiente, quominus mille fierẽt aurei: vnde duplum cõficiebatur, debitę principalis sortis quingentorũ aureorum, & nihilominus adhuc sora repetebatur p creditorem à dictis nepotib. Demetrij. Respõdit aũt Iustin. nõ teneri ad sortẽ, si ad duplum peruenisset vsuræ sortis. Est & alia nouel. 138. de vsuris supra duplũ nõ computãdis, vbi, *manifestissima est,* inquit, Iusti. *nostri nominis cõstitutio, q̃ vsq; ad dupli quãtitatẽ, exactionẽ debiti concludit. Si igitur creditores tui quidã in duplum acceperunt, alij aũt minus adhuc consequuti sunt: hi quidẽ qui in duplũ ex vsurarũ quãtitate p diuersa tẽpora cõsequuti sunt, nullã aduersus eo inquietudinẽ pponere, concedantur: alij aũt si simili modo repleti fuerint, eo modo silere cõpellantur.* hoc & voluit Papinia. dũ ait in l. nihil interest 4. §. pro operis serui, de nautico fœnore, li. 22. ff. tit. 2. *pro operis serui traiectitia pecuniã gratia secuti, quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimo, non vltra duplum debetur.*

Mens illius resolutionis clarior hęc esse põt vt dicantur vsurę sortẽ ęquasse, nẽpe si mutuo sunt dati centum aurei, & pro his soluti nomine vsurarũ alij cẽtũ, quanquã p tẽpora & lapsu tẽporum minutim solutę fuerint vsurę illæ, vel nõ solutę: sed debitę nomine tẽporis lapsũ, statim vbi sortẽ æquauerũt, desinant iam posterum currere & deberi pro dictis centum aureis. Et si de facto cõtinuetur solutio vsurarum post ęquationẽ sortis, quicquid deinceps soluetur, sorti imputetur: & ideò si post æquatam sortem, aliæ solutæ iterũ sortis cõstituerint quantitatẽ, fiat liberatio à sorte, & si supra duplum solutum possit à debitore repeti: & si post ęquationẽ sortis solutę quędã sunt, non ęquãtes duplum possit reliquum offerẽdo, debitor à debito liberari: correctáque est l. vsurę, 10. C. de vsuris In qua Antonius Imperator statuerat, vsuras p tẽpora solutas, nõ proficere reo, id est, debitori. ad dupli cõputationẽ, & tunc solũ vltra sortis summã vsuras nõ exigi, quoties tempore solutionis, summa vsurarum excedit sortis cõputationẽ. Iustinianus cũ dupli cõputationẽ iniit in d. nouella 121. & 121. etiã ex vsuris minutim solutis, sicq; hodie receptum notãt Alcia. li. 1. pater. c. 31. Molinæus tracta. de vsur. n. 46. & 47. sunt additæ de his leges Grecæ in nuper excussis codicib. in tit. de vsuris l. pœnæ & final. quę id etiam exprimũt quas postea subiiciã correctione remanẽte l. de vsuris §. cursũ, C. de vsur. vbi emendãtur iura etiam antiqua quę occasione pignoris dati, creditori permittebant supra duplum vsuras recipere. Vel sic breuius concipe. Debeo tibi mutuum centum aureorum, solui per diuersos annos vsuras vsque ad alios centum aureos. Hoc est finis legitimarum etiam vsurarum, vt amplius nõ teneatur soluere: verũ postea solui, puta quinquaginta, ita 150. nomine vsurarũ accepisti, si offero tibi adhuc alios quinquaginta, liberor à sorte. Item si post centũ aureos vsurarum, alios nomine vsurarum quoque dedi, liberor à debito, & si solui pro cẽtum aureis 250. aureos, quicquid vltra 200. aureos solui, etiam remissa sorte principali, à te petere possum.

15 Sic intelligamus expedit. leges alias de duplo vsurarũ impediẽdo, vt quãdo in l. de vsur. 17. §. cursum, de vsur. C. legimus, *Cursum vsurarum vltra duplũ minimè procedere cõcedimus nec si pignora quadã pro debito creditori data sunt, quorum occasione veteres leges, & vltra duplũ vsuras exigi permittebant. Quod & in bonæ fidei iudiciis cæterisq; omnibus casib. in quib. vsuræ exigũtur, seruari cẽsemus.* Itẽ l. si nõ sortẽ. 26. §. supra duplum, de condict. indebiti, lib. 12. ff. tit. 5. *Supra duplũ.* inquit Vlp. *vsuræ & vsurarũ vsura, nec in stipulatũ deduci. nec exigi possunt, sed & soluta repetuntur, quẽadmodũ futurarũ vsurarũ vsura.* Ex quib. omnib. liquet in summa, supra duplum vsuras etiam legitimas, id est, à lege permissas, non fuisse cõcessas, & imputare in sortẽ, vel repeti etiam minutim solutos. Refert & Diodorus Siculus lib. 2. legem fuisse veterem Ægyptiorum, ne creditor *κεφάλαιον*, id est, caput vel sortem principalẽ maiorem faceret duplo. In quo duplo simplum est sortis, hoc est, sors, & tantumdem, quæ faciunt duplum, id est, sortem duplicatam.

Accedunt duo capita Basilicorum Eclogæ, lib. 23. ti. 3 *περὶ τόκων ἀπαιτουμένων.* de vsuris petitis quorũ vnum est c. 72. *οἱ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον καταβαλλόμενοι τόκοι τῷ διπλῷ συμψηφίζονται, καὶ μὴ καθάπαξ ὦσι καταβληθέντες.* id est, *vsuræ minutim & diuerso tempore solutæ, cum duplo cõpensantur, etiã si nõ vniuersæ simul solutæ fuerint.* Et rursũ c. 73. *ἡ παροῦσα διάταξις δηλοῖ, ὅτι κατὰ μέρος καταβαλλόμενοι τόκοι τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν· ὑπεξῄρηται δὲ τὸ κείμενον ἐν τῇ ρξʹ νεαρᾷ περὶ τῶν τόκων πολιτικῶν χρημάτων.* Id est, *Præsens constitutio declarat vsuras particulatim solutas duplum debitæ sortis nõ excedere, verũ excipitur id quod positum est in 160. nouella, de vsuris pecuniæ municipalis.* Explicat autem scholion sequens. *νοητέον ἐν ταῦτα λέγοντι τὸ ὑποκείμενον κεφάλαιον. τοῦτο δὴ τὸ ἐκ τῶν νεαρῶν, τὸ τρέχειν τὸν τόκον δηλαδὴ ἐπὶ τῶν ἁρμοζόντων ταῖς πόλεσι χρεῶν καὶ τόκων δημοσιακῶν.* id est, *per positũ, intelligendũ est hic, subiectũ caput, nimirũ illud ex nouellis sumptũ: currere scilicet vsuras in vniuersum, indebitis ad municipiũ pertinẽtib. & vsuris publicis.* Iulianus antecelsor quoq; in conuersione Nouellarũ ad finẽ cõstitutionis 126. de vsuris

supra duplum nõ cõputandis c.586. addit, *Similis huic cõstitutioni Græca hic cõsequitur, q̃ iubet in his tantũ quæ ciuitates mutuãtur locũ nõ habere.* Illa aũt cõstitutio q̃ ibi sequitur 127. de partiariis solutionib. vsurarum in duplũ cõputandis, q̃ Iuliano est caput 587. q̃ tamẽ nõ habet illã exceptionẽ. Verũ in nõuellis nup. editis iuxta iudicẽ Basilicorum librorum, ponitur nuuell. 160. q̃ habet titulum, *Exemplum sacræ pragmaticæ formæ de vsuris.* Et ponitur sub collatione 9. authenticarũ nouellarum, ti. 42. & in ea Iustinianus Augustus Papio, ꝓ republica Aphrodisiẽsi rescripsit & declarauit edictũ de non exigendis supra duplum vsuris, non pertinere ad Aphrodisiensium rẽpublicam, cuius aurum collectum ex legatis & aliis modis ne deperiret, collocatum esset ab his q potestatẽ habebant in republica, nempe ab administratorib. apud quosdã, vt quãdiu id aurum apud illos resideret, tandiu qui suscepisset quoquo anno pro eo ciuitati dependeret, siue quis id pactum siue reditum, siue etiam vsuram, inquit, appellare velit, quantum ferre ciuitatẽ ęquum esset: & ideò ad solutionem etiam supra duplum cogendus debitores. Cæterum obseruandũ est cur hoc ita statuat: nõ. n. statuit simpliciter, vt vsurę supra duplum à ciuitate exigi possint potius q̃ à priuato: sed addit causam in hæc verba, q̃ ppendi debẽt. *Illa enim cõstitutionẽ de creditorib. cõscripsimus, & quæ in ea cõprehendũtur, casib. pſens verò species illa nõ attingit, siquidẽ hoc magis annuo reditui q̃ vsurarũ pſtationi simile videtur.* Quod certè singulare est, & receptũ, non tanquam ex vsura, sed tanquã ex reditu pecuniæ, quanquã & vsura, reditus sit pecunię alicubi, vt in l. Titius Sẽpronio, 24. de pſcrip. verbis, li. 19. ff. ti. . l. alũnæ suæ, 30. de adimẽd. lega. lib. 34. ff. ti. 4. Verum non oẽs reditus ex cõcessione pecunię ꝓueniẽtes, faciunt vsurã illicitã. Ratio potest esse. quia nõ est ꝓhibita, imò pmissa emptio rerũ immobilium, vt p se liquet. Inter immobilia autem annumerãtur annui reditus, clem. exiui, §. cũmq; annuus reditus, de verb. sign. §. 1. de non alien. reb. Ecclesiasticis, in nouella. Nec dubium est, ꝙ firma rerũ immobilium venditio subsistat, quanquã in posterum ex prouentu earũ plus possit emptor & eius successores percipere. Sed & licet cõtrahentib. inuicẽ se in ptio circũscribere, l. in causę, 2. §. fin. de minorib. ff. dummodò nõ violetur l. 2. C. de rescind. vend. C. Quo casu ob deceptionẽ reipsa supra dimidiã iusti ptij adhuc nõ diceretur rescindendus contractus vt vsurarius: sed agendum esset vel ad supplementum, vel ad resolutionem. iuxta d. l. 2. Dehinc, hic deficit natura & materia veræ vsuræ ꝓhibitæ, nẽpe mutuũ verum vel fictum, in quo tantum habet locũ vsura, etiã non est in potestate ementis reditum, annuum pretiũ reuocare: cum tamẽ in mutuo reuocetur in l. cum quid si cert. pet. ff. hic tãtum peti posset reditus. Quod si quis dicat in fraudem vsurarum mutuum hunc venditione fucarũ, hoc habere debet ꝓbationẽ: nam aliud est emptio, aliud mutuũ: & ita forma dat esse rei & cõtractib. l. cum precario, de precar. ff. l. vbi ita donatur, de donation. causa mortis. ff. Facit & capit. & si qq. c. tua. de simon. et si quis Epm. capitulo, quam pro primu, q. 2. Et sic in hac hypothesi redituum concludit Pan. in q. 5. disputata Seni , an. Do. 1417. & ad c. in ciuitate nu. 7. & 8. de vsuris. Rursum Ioann. Gerson acutissimus Theologus, in secunda parte operum tractat. de cõtractib. in secunda parte principali per quatuordecim cõsiderationes primas, docet emptiones redituum & cõtractus censuales esse licitos per se. & nõ vsurarios etiã si de nouo constituuntur, & r consideratio. 12. 13. Neque metuendum etiam, si alii Doctores aliter sentiãt, quãquam si sit excessus & inæqualitas pretij, restituanda veniat ad æqualitatem communem receptam ex legislatorum decretis, non ex commoditate aut incommoditate singulorum, ex quib. non est iniustitia. Adijcit & in consideratione noua, primæ partis, & sequentibus, arbitrio legislatorũ, contractuum formam & modos subijci, vt, prout statuerunt, seruentur.

Imò & sũmi Põtifices, probarunt similes reditus annuos emptos, & declarant nõ esse vsurarios. In primis Martinus quintus in c. 1. de emptio. in extrauagantib. cõmunib. ꝓbat cõsuetudinẽ ab omni tẽpore obseruatã in ciuitate & diœcesi Vratisiauẽsi, ac partib. aliis vicinis, pro vtilitate hominum, ꝓ quib. princeps, baro, miles, ciuis siue oppidanus, partium earundem cũ hoc expedire videbatur, melius pro tunc nõ valentes sibi consulere, pſonæ Ecclesiasticæ, aut seculari collegio, aut vniuersitati, oppido, aut ciuitati, super bonis suis dominiis, oppidis, terris, agris, pdiis, domib. & hęreditatib. vẽdẽdi cõsuetudinẽ annuos census vnius aut plurium marcarum aut grossorum Pragensium, nũmi Polonei & pagamenti (sic loquitur textus) consuetis, ad rationem & ꝓ qualibet marca annui census ad decẽ, vndecim, tredecim, quatuordecim marcas aut plus vel minus secundum temporis qualitatem, prout ipsi cõtrahentes tunc inter se conuenerant, ipsi venditori tunc in pecunia numerata, & ꝓut integraliter solui cõsueuerant, bonis in ipso cõtractu tunc expressis, ꝓ ipsius census annui ex solutione in ppetuũ obligatis, ita vt semper in ipsis cõtractib. expressè ipsis venditorib. data fuerit facultas atq; gratia, quod ipsũ annuũ censum, in toto, vel in partẽ, pro eadem summa denariorum, quam ab ipsis emptorib. receperunt, quãdocũq; vellent liberè absq; alicuius requisitione, cõtradictione vel assensu, possent extinguere vel redimere, ac se ab ipsius census solutione extunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census vẽditores inuiti nequaquã p emptores arctari vel adstringi valerent, etiam ipsis possessionib. & bonis obligatis penitus intereptis seu destructis. Atq; summus pdictus Pontifex Martinus, *Iuxta Doctorũ*, vt ait *sententiã*, declarat huiusmodi cõtractus emptionis & vẽditionis redituum, licitos & non vsurarios, & posse ab ecclesiis vel aliis laicis contrahi: idipsum declarauit alia constitutione eodẽ modo Callixtus 3. in c. 2. eiusdẽ tit. de emptio. & vend. in extra cõmun. cessauitq; cõtrouersia tũc, quæ in Alemania & alibi erat, an istæ emptiones redituum ex datione pecuniæ, cum cõstitutione cẽsus qui redimi posset vel ꝓ parte, pro parte restituta pecunia, vel pro toto, tota reddita; essent vsurariæ resolutione data nõ esse. Notat & Masuerius in praxi, tractat. de emptione & vẽditione, vt §. itẽ q̃ põt, n. 40. idẽ alibi seruari, *itẽ quis*, inquit, *potest emere reditus vel pensionẽ ad vitã suã sine periculo vsurarũ. si emat iusto pretio, vt notat Cynus ad l. si pater, C. de inoffic. testa. l. si ea pactione, C. de vsuris.* Similis, sed dubitabilior aliquãdo quęstio, nũ cẽsus qui dãtur annui, mutuantib. mõtib. pietatis, ab iisdem mõtib. sint vsurarij, donec Leo decimus, in constitutione 10. incip. inter multiplices iuxta collectionem Bullarij Cherubini respondit nõ esse & declarauit: Ita demum dictos montes esse licitos, si nihil vltra necessarias impensas mõtib. recipiatur, si quid detur pro impẽsis & indẽnitate moderatè, atq; excõmunicat eos, qui pdicauerint esse illicitas: de erectione istorum mõtium extant excussa plura summorum Põtificum diplomata in bullario Laertij Cherubini, vbi obserua quosdã esse tẽporales, vt tãtũ durẽt vsq; ad certos annos, puta nouẽ aut duodecim, alios ꝑpetuos, quos dicũt nõ vacabiles. Similes videntur mõtib. pietatis, bursæ ciuitatum vocãt *les bourses communes ou de maison de ville.* vbi locantur pecuniæ à priuatis in perpetuum, ea tamen lege, vt reditus inde annuos percipiant, qui locauerint, vel eorum hæredes, aut ij in quos debitum transtulerint, qui succedunt in ius eorum. Eò pertinet quod tradit Pan. ad c. in ciuitate, num. 8.

n.8. de vsur. *Ex his, inquit, infertur ad q̄stionē Venetiis & Florētiæ t͞pe necessitatis ciues cōpellūtur subuenire cōi, & cōmune statuit eis liberè lucrū, videlicet quinq; p͞ centenario & quādoq; minus, & nō possūt ciues illud capitale repetere, sed bene possūt vēdere alteri. Nūquid cōmittatur hoc casu vsura? communiter moderni hic, & in c. si. infra eodē (de vsur.) dicūt quod non. Pro hoc facit dictum, Inno. Nā ciuitas habet reditus, vnde videtur cōstituere annuū reditū ex reditib. suis. Itē hic nō est mutuū, quia ciues cōpellūtur subuenire cōmunitati & nō possūt repetere quādo volūt: licet cōe possit se exonerare ab illo debito, soluendo capitale. Itē cōe liberè cōstituit lucrū.* Facit c. & si q̄stiones de simonia c. sicut 1. q. 2. hęc Pan. ad verbū in d. c. in ciuitate. Plura adduci ad hanc sententiā possūt q̄ adferuntur in simili p͞pemodū causa ab eodē Pan. ad q. 5. incip. *augere patronatū in basilica.* n. 8. & 9. Huius bursę communis speciem referunt mōtes pietatis ciuitatū alicubi erecti: qualis ille quē Patauini erexere anno Dom. 1491. quando 21. menses Iudæorum fœneratorias quintam partem sortis exigentes, sustulere, monte tātum vigesimam accipiente, vt scribit Bernardinus Scarderius li. . historiæ Patauinæ, classe 5.

16 Dicuntur in summa mōtes pietatis hic, quando p͞pter aliquod negotium expediēdū publicæ vtilitati, cōquirunt pecuniæ mutuo, & mutuantib. datur pro illis cēsus taxatus in pecunia. Sit in exēplū, mons quē Cle. 7. erexit, dictus mons fidei, & collegiū eius, ad conquirēdas pecunias, quib. ad defensionē alienæ vrbis egeret, vt liquet ex eius cōstitutione anni 1526. 14. Cal. Nouembris. *illius qui veritas est*, *ordine* 1. d. Bullarij Cherubini, qua statuit dohanā merciū S. Eustachij de vrbe cum omnib. iurib. suis & emolumentis, p͞petuo ei applicandam, & quod quilibet eorū qui pecunias in dicto mōte ponerent, eorumq; hęredes & successores quicūq; pecuniis sup mōte positis, ad rationē decē, p͞ quolibet centenario annis singulis, & singulo mense, ad rationem decem pro centenario huiusmodi habere deberent. Atq; declarat religiosos quoscumq; in eo mōte posse pecunias ponere & posse eosdē reditus vēdere, nō posse cōfiscari, quib. & alia plura addit priuilegia, de quib. nos d. lib. Partitionis iuris Pōtificij. Praxis huius reditus est relata à Ioanne Papone, in primo notario li. . sub finem tituli, *des prests vsuraires*, quando loquitur de secūdo modo capiendi ex pro mutuo simplici licitè, qui tamen magis ad redditum pertinet emptū. Sic enim scribit, *le second moyen est, si le debiteur constitue au creancier pour la somme fournie, vne rante sur son bien au denier vingt, seize, quinze, douze, & non plus hault, rachetable a tousiours quand bon semblera au debiteur. Que sont nos rantes vulgaires acheptées à prix d'argent. Cy deuant on les a solées au denier dix & iusques y a soixante ans, qu'on a cogneu l'excez, & cōmencé de les reduire. Et encores qu'il y eust faculté de les racheter perpetuelle plus & seconde aulte a plusieurs fois & diuers payemēts, & les estaindre particulieremēt à mesure du payemēt particulier du sort, si est-ce pourtant qu'on n'a laissé de les iuger excessiues, & de les reduire au denier quinze, ou douze, ou autre, ou selon ce que la sause a longuement duré: ou bien autre raison que les Iuges ont peu prēdre.* Eadē seruantur in emptione seu constitutione redituū p͞ pecunia data soluendorū annuatim in tritico, vino, aut oleo vel similib. in quibus fit reductio ad pecuniā reditualē iuxta p̄dictam taxationem, prout latè iudicatū videbis diuersis Senatusconsultis apud eundē Papū seu Paponē li. 12 Rhapsod. arest. ti. 7. arest. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. quib. & docetur q̄ęstimatione cēseri debeāt q̄ pro pretio in reditū annuum cōstituūtur, in aliis reb. q̄ pecunia. Receptum enim iure est, vt pro pecunia, nō solum reditus in pecunia, sed etiam in certa modiatione frumenti, vel aliarum specierum cōsti[tu]i possit, dūmodò nō excedat æstimatio legitimā taxationem vsurarum in l. cum nō frumētum 16. C. de vsur. facit auth. ad hæc eo tit. ideò p͞ cōstitutionē Caroli 9. editā an. 1565. census seu reditus cōstituti in tritico, debēt reduci ad p̄tiū pecuniæ: nēpe vt cōstitutio loquitur *au denier douze, que sont 20. deniers pour liure*, antea p͞ arestū Senatus Parisiēsis 13. Martij, an. 1549. emptio reditus modij frumēti annui rōe centū librarū Turon. p͞ modio, reduct⁹ ad rationē quindecim denariorū pro libra, vt refert Papus li. 12. Arest. ti. . arest. 15. Addit autē arest. 16. deinde reductionē redituum annuorum cōstitutorū pretio pecuniæ cōtractam, fuisse ad viginti denarios reditus p͞ libra Turon. pretij, q̄ est ad denarium, vt dicunt, 12. Quod notandum pro temperāda licentia concessa in Germania cēsuum vel redituum annuorum ad rationē, vt p͞ qualibet marca annui cēsus, decē vel vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut sicut conuentū esset, darētur iuxta cōstitutionē Martini quinti & Calixti tertij summorū Pōtificū in c. 1. & 2. de empt. in extrauag. cōmunib. statutū & in dicta cōstitutione Carol. 9. in hęc verba: *Ordōnons que toutes rētes cōstituées en bled qu'ō appelle volōtez de quelq̄ tēps en q̄lque prix que ce soit, serōt reduictes à prix d'argēt, à raisō du denier douze, tat pour les arrerages que peuuēt estre deus, que pour le payement qui s'en fera a l'aduenir sās que les creāciers en puissēt demander aucune chose, sur peine du quadruple, & d'estre punis par la rigueur des ordōnances faictes cōtre les vsures & vsuriers, dōné a Tours le penult. Nouemb.* 1565. Facit l. cum non frumētum. C. de vsuris. Vide alia aresta, de reductione censuum in pecunia constitutorum apud Papum d. lib. 12 per totum tit. 7.

17 In his itaq;, vt redeamus in viā, & ad duplū, pręstitæ pēsiones seu reditus non imputabuntur in sortē principalē, quia habēt aliam naturā à formali vsura, p͞ d. Nouellam 160. In vsuris cōtra, cum resoluatur supra duplum peti nō posse. Placuit aūt & in eo quod interest singularitas, vel ex cōuentione in omnib. casibus, q̄ certā habent quantitatem vel naturam, veluti in venditionib. locationib. & omnib. contractibus, hoc quod interest dupli quantitatem nō excedere: In aliis aūt casib. qui incerti esse videntur, statutū vt iudices qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatē requirant, vt hoc quod re vera inducitur dānum hoc reddatur, vt sanciuit Instin. in l. vnica de sententiis, quæ pro eo quod interest proferūtur li. 7. C. ti. 47.

18 Cuius tamē legis verba, habeor controuersiā de quo interesse æstimatio dupli intelligatur, an de cōi, aut de cōuento, aut de singulari rōe lucri cessātis aut dāni emergētis. Quare latius explico secundū cōmuniorē interpretum sententiam, id quod interest, esse vel intrinsecum, vel extrinsecū. Intrinsecū est, quod oritur ex ipsa re, quēadmodum in venditione aut promissione animalium, si mora cōmittatur, vel si nō fiat traditio, id q̄ interest creditoris cui solui oportuit, cōsistit nō tantum in ęstimatione ipsorum animaliū, sed etiam fructuū eorum, vt vitulorum, pullorum, agnorum, lactis, & reliquorū quæ pertinēt ad res venditas in lucro cessante & dāno emergente. Extrinsecū est non circa rem nec ex re, vt retenta eadem hypothesi animalium venditorum aut promissorum, si creditor negotiator aut mercator fuerit, & dicat potuisse se ducere animalia dicta ad nūdinas, & aliquid inde lucrari, hoc est ext[r]insecū interesse, id est, extra ipsa animalia, quā[uis] ci[r]ca eadem animalia versetur. Antiquit[us] nō habebatur ratio lucri cessantis aduenientis extrinsec[us], aliūde quàm ex re ipsa, nō si circa rem, vt in l. fin. de peric. & commod. rei vend. li. 18. ti. 6. *Venditori*, inquit Hermog. *si emptor in pretio soluendo moram fecerit, vsuras duntaxat prastabit, non omne omnino quod venditor, mora non facta consequi potuit: veluti si negociator fuit, & pretio soluto ex mercibus plus quam ex vsuris quarere potuit.* Sic distinguit & Paulus in leg. si sterilis ancilla 21. §. cum per venditorem

de act. emp.li.19.ff.ti.1. *cũ per vẽditorẽ steterit quominus rẽ tradat, omnis vtilitas emptoris in æstimationẽ venit, q̃ modo circa ipsã rẽ cõsistit, neq; .n. si potuit ex vino, puta negotiari & lucrũ facere, id æstimãdũ est, nõ magis q̃ triticũ emerit, & ob eã rẽ q; nõ sit traditũ, familia eius fame laborauerit, nã pretiũ tritici, nõ seruorũ fame necatorũ cõsequitur. Nec maior fit obligatio quod tardius agitur, quãuis crescat, si vinũ hodie pluris sit merito, quia siue datum esset, haberet emptor, siue nõ, quoniã hodie saltẽ dandũ est, quod iam olim dari oportuit.* Facit Iauolen.in l.si is cui cõmodata res erat, 71.§. fi.de furtis.li.47. ff.tit.2.cuius verba, *Eius rei q̃ ꝑ hærede possidetur, furti actio ad possessorẽ nõ pertinet, quãuis quis vsucapere possit, quia furti agere põt is cuius interest rẽ nõ surripi, interesse aũt videtur eius, qui dãnũ passurus est, non eius qui lucrũ facturus esset.* Multũ .n. interesse putarũt quidam Iuriscõsulti, nec pari calculo cõputabãt, vtrũ quis dãnum faciat, aut lucro q; adhuc faciebat, vti ꝓhibetur, vt tradit Vlp.ex Proculi sentẽtia, in l.Proculus ait 26.de damno infect.li.39.ff.ti.2. Quę tamẽ ratio prout ibi scripta est, nõ põt cõuenire ꝓ exceptione, ad excludendũ eum, qui petit sibi cessãs lucrũ, vt dãnum emergẽs reparari ex mora q̃ est culposa dilatio: si quidẽ l.Proculus loquitur quando quis iure suo aliquid facit ex quo lucrum adimitur vicino sine iniuria facientis, qui iure suo vtitur, quod in mora locum non habet. Eodẽ modo intelligẽdus est Vlp.in ti.1.§.sicut ante tẽpus, de aqua pluuia.arcen.li.39.ti.3.dum ait, nõ licere vicino opus facere in suo agro, ex quo aqua ꝓfluẽs noceat vicino: licere autẽ, & si ex eo aqua ꝓfluẽs, q̃ illi cõmodo erat adimatur, nec eadẽ ratio ibi lucri cessãtis, & dãni emergentis, quia videl. in suo agro quis q̃ vult iure libertatis agere potest. Quẽadmodum etiã in d.l.si is cui cõmodata, §.fi.cõsideratur id, eius q; interest dãnum potius euitantis, quàm possessoris ꝓ herede lucrũ captãtis: nã si ageretur de eo quod interest ipsius hæredis, rectè & eius lucrum cessãs, si quod ex iniuria aut mora aduersarij accederet, consideraretur. Sic enim & Iust in l.vnica.de sent.quæ pro eo quod interest proferuntur.C.ait antiquos determinasse id quod interest, ex damno emergente, & lucro cessante: Quod & admonet Paul. Iuriscõsultus in l. si commissa. 13.rẽ rat.hab.li.46.ff.tit.8. *Si commissa*, inquit, *est stipulatio, rẽ ratã dominũ habiturũ in tantũ cõpetit, in quantũ mea interfuit: id est, quãtũ mihi abest, quarũmve lucrari potui.* Sic quoq; lucri ablati habetur ratio in l.2.de eo quod certo loco.li.13.ff.tit.4.in l.si fundus, 13.locati.ff.lib.19. tit.2. *Si colonus tuus*, inquit Africanus Iurisconſ. *fundo frui à te, aut ab alio prohibetur, quem tu prohibere ne id faciat possis: tantum ei præstabis quanti eius interfuerit frui in quo etiam lucrum eius continebitur.*

Lucrum est compendium quod quis ex re consequi potuisset ipse, vel alius eius nomine consequutus est l.quicquid tutoris dolo. 7. C. arbitrium tutelæ.libro quinto C.ti.51.

Accedit ratio quod dãnum pati videtur, qui cõmodum amittit quod ex re cõsequebatur, vt ait Vlpia.in l.2.§.dãnũ ne quid in loco publico li.43.ff.ti.8. Cõsiderãtur enim priuationes vt diminutiones patrimonij, & dãnum à diminutione dictum l.4.de dam. infect.ff.

19 Secũdò diuiditur interesse, in certũ & incertũ. Certũ põt cõsiderari in eo q; functionẽ recipit in quãtitate, numero & mẽsura: vt si quis dãnum resarciri sibi postulet ex vitulis, agnis, satis potest constare quanti venditi sint, vel similes, aut vendi potuerint per l.pretia rerũ, ad leg.Falc.ff. Potest & certũ, si certũ cõuentũ sit, si à lege certũ detur, in furto duplum quadruplũ animaduerti. Incertum potest dici quod ex affectione singulari pendet, quod variè æstimari potest p in litẽ iurando, aut p iudicis officiõ, vt liquet ex titulo de in litẽ iurãdo.ff. Ex quib.tradunt eius quod interest aliã diuisionẽ, in commune, conuentum, & singulare, in d. l.vnica de sent.q̃ pro eo quod interest proferun.vt gl. not.etiam in l.1.ad verbum *interest*, de actionib.em.ff. Accurs.in l.libertas inæstimabilis, 106.in fin.gl.de reg. iur. ff. iuxta dictã l. vnicam de sent.quæ pro eo quod int. C. In qua Imperator voluit in casib. qui habent quantitatẽ & naturã certã, nẽpe ex cõtractib. emptionis, venditionis, locationis, & similib. id quod interest non possit duplum excedere, nẽpe, quia taxatio & æstimatio eius quod interest pendet omnino ex verisimili intelligentia & voluntate contrahentiũ. Quare si mihi vendidisti agrum quẽ bona fide mihi tradideris, qui postea euincatur, datur mihi actio qua reddar indemnis à te: vt in primis recipiam pretium datum, cũ aliis impẽsis legitimè ob illũ factis. Quod si vltra hęc, existimẽ rẽ vẽditã à me euictã, interesse mea non fuisse euictam, statuit imperator ne fiat æstimatio huius interesse, vltra quantitatem pretij, quo res vẽdita fuit in contractu ęstimata cõmuni cõsensu: & hoc interesse videtur extra rẽ, quod nõ pẽdet ex ipsa re, vt indemnitas pretij & fructuũ & similiũ, quãuis ratione rei ęstimetur, sed nõ vltra pretiũ rei; & ita nõ excedit duplã æstimatione rei in duplo cõputata; vt pretiũ rei, & interesse ęquale pretio simul duplũ cõstituant: quod etiam ante Iustin.Paul.Iurisconſ. videtur respõdisse q; explicare cẽsetur dictum ad Vlpia.in l. 1. de act.empt. ff. Si res vendita nõ tradatur, in id quod interest agitur; hoc est, quod rem haberet interesse emptoris: hoc autẽ interdum pretium egreditur, si pluris interest q̃ res valet, vel empta est. Explicat autẽ Paulus in l.Titius cum decederet, 43.§. fin.iuncto Africano in l.cũ & forte, 44. de act.emp.li.19. ff.ti.1.quorũ verba: *De sumptib. verò quod in condiscendũ hominẽ* (scilicet euictum) *emptor fecit vidẽdũ est. Nã empti iudiciũ, ad eã quoq; speciẽ sufficere existimo: nõ enim pretiũ continet tantũ, sed omne quod interest emptoris seruũ non euinci. Plane si in tantũ pretiũ excessisse proponas, vt nõ sit cogitatũ à vẽditore de tanta summa: veluti si ponas agitatorem postea factũ, vel Pantomimũ, euictum esse eum qui minimo venit pretio, iniquum videtur in magna quantitatem obligari venditorẽ* (Africanus) *cũ & forte mediocriũ facultatũ sit, & nõ vltra duplũ periculũ subire eum oportet.* Ita euicta re, interesse impensarum factarum extra iudicium ab emptore, non debet excedere duplum pretij cõuenti vel cõmunis. *Nisi*, vt ait Paulus in l. idq; & Iulian.45. § 1.eo.tit.l. *qui sciẽs alienũ vẽdiderit.* nã omnino de omnib.impensis etiam maiorib.circa rem factis, vt si ędificauerit, tenetur omni modo, etiam vltra duplum. Cuius ratio esse potest quia propter dolum & malam fidem puniri maiori æstimatione quæ debita emptori est, meretur. Quemadmodum qui temerè litigare cognitus est, tenetur indifferenter pro omnib.sumptibus sua culpa ab aduersario in litem factis l. eum quem temere, 79.de iudic.libro quinto. ff. tit.1.c.exterum, & c.fi.de rescript.c.ex literis, de dolo.

20 Notãt etiã supra duplum teneri venditorem emptori pro eo quod interest, si ita conuentum est, nam tunc potius agitur ex pacto & cõuentione seu stipulatione quàm ex ipsa venditione. Quod primum probari põt ex verbis iã relatis Pauli, dum defendit nõ egredi duplum per rationẽ, *vt nõ sit cogitatũ à venditore de tanta sũma*, ergo à cõtrario: si fuisset cogitatum teneretur, cogitatũ aũt videtur dum expressè cautũ & conuentũ est, vt quis teneatur de eo quod interest supra duplum etiam. Deinde stipulationũ ius, hoc põt, quarũ causa finalis est, vt stipulationes aut verborum obligationes inuẽtæ sint vt vnus quisq; acquirat sibi quod sua interest: Alteri ita dari stipulatio nõ valet, quia nihil interest stipulatori alteri dari. Planè si quis velit hoc facere, pœnam stipulari cõuenict, vt nisi ita factum sit vt est comprehensum, committatur pœnę stipulatio etiam ei cuius nihil interest: Pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur quod

interſit

intersit eius, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si ita quis stipuletur, Titio dari, nihil agit: sed si adiecerit pœnã, nisi dederis, tot aureos dare spondes? tunc cõmittitur stipulatio. §. alteri, & seq. planè, de inutilib. stipulation. l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. obl. ff. c. suã ad nos rectores, 9. de pœn. ff. l. arbiter intra, de recep. arbit. ff. Sic obligatio verborum, separatam videtur habere causam ab ipso contractu cui adiicitur, vt non omnino effectus obligationis à principali pendeat obligatione, sed à propria.

21 Ex quo mota quæstio ab interpretibus Pan. & Innoc. ad d. c. suam 9. de pœnis, resoluitur facilius, num in foro pœnitentiali debeatur pœna promissa à debitore, si stato die iuxta pactum non soluerit. Quidam enim putarunt non deberi, sed sufficere si solutum sit debitum, per d. c. suam. vbi pœna non potest peti, si debitum fuerit propemodũ solutum die dicto, & si quippiam soluendum supersit, pro quo non potest peti pœna. Sed alij contrarium arbitrantur, respondentes hoc verum pro parte etiam non solutæ pecuniæ, in solutione diuidua rei promissæ indiuiduæ, vel stipulationis indiuiduæ: non autem si indiuidua sit, per l. stipulationes nõ diuiduntur. de verb. obl. ff. quod per distinctionẽ dãdi vel faciendi plurib. gl. prosequitur in d. c. suam & adiectione distinctionis, num accipiendo partẽ protestatus fuerit de pœna petenda, si solidũ nõ soluatur suo tẽpore, quo casu remanet pretio integræ pœnæ, neq; vt notat idem Pan. n. 6. textus decisio vlla est; an pro parte cõmissa sit pœna, particula debiti non soluta, sed an tota peti debeat, neq; ibi resolutionẽ de eo dati. Alia & fuit sẽtẽtia gl. ad c. fraternitatis ad verba, *cũ augmẽto* 12. q. 2. occasione sũpta à textu, eũ agitur de furto Ecclesiæ restituẽdo, an etiã cũ pœna, puta dupli vel tripli, restituendum sit. *Et cum paulò districtius*, inquit Greg. *agitur, ex caritate agendum est & nõ ex furore quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur, ne gehẽnæ ignib. tradatur. Addit etiam, quo augmento ea, quæ furto abstulerũt, reddere debeant Sed absit vt Ecclesia cũ augmẽto recipiat, quod de terrenis reb. videtur amittere, & lucra dãnis quærat.* Et ibi gl. *Quæsitũ*, inquit, *fuit si aliquis cõfessus fuerit se furtũ fecisse sacerdoti suo. an in pœnitentia debet ei iniungi. vt illam rem restituat cũ pœna? respondetur quod nõ.* Quam glo. dicit notabilem Alex. de Imol. in l. si pœnæ, de condictio. indeb. ff. quamuis teneatur damnum passum ex furto restituere, vt in c. si læserit, de iniuriis, c. 1. 2. 3. & c. in literis, de raptoribus. In quo adhuc Innoc. ad d. c. suam, & Felin. ad c. 1. vers. 3. casu de constitution. dicunt, quod licet pœna non debeatur in foro conscientiæ, secundum d. glos. ad c. fraternitas, tamen illud procedit quando illa pœna processit ex legis dispositione, sicut si debeatur ex conuentione partium.

22 Sed dices: quorsum si pœna ex lege debeatur, confessor potest restitutione solo contentus esse, nullus certè est qui dissoluat nodum, quod sciam. Sed puto causam esse, quia cõfessor in sua exomologisi, alia pœna pro peccato occulto punit, neque tenetur sequi pœnas legales, c. 2. de pœni. c. a Deus qui, eod. ti. c. a mensuram, de pœniten. dist. 1. At si agatur in foro contentioso, licet etiã Ecclesiæ recipere pœnam legalem quam iudex condẽnãdo, vt minister tantum legis ex officio etiam tenetur infligere, & dare Ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriam reliquit, l. si quis, C. de Episcop. & Cler.

23 Neque canones improbant huiusmodi petitionem pœnarum legalium appositarum, tam ad plectẽdum factum quàm ad id quod interest resarciẽdũ, vel ad delectionem facti, vt in c. 10. de cẽter. 89. dist. Ibi, *quæ verò oblata fortasse fuerunt ab eo qui tulerit. reddãtur in duplũ:* ex concilio Tolet. 10. c. 4. Et Eusebius Papa epist. relatus in c. 10. in legib. sæculi. 12. q. 2. *Si quis Ecclesiast. oblationes & quod Deo consecratũ est rapuerit, vel consenserit sacrilegus iudicetur; & damni in quadruplũ restituat, & canonicè pæniteat: ita tamen, vt in ipso quadruplo restitutio cõtineatur*, vt § 1. vi bonorũ raptorũ. *quamuis in furto sit rei persequutio præter pœnã furti.* §. fi. de obl. q̃ ex del. nasc. voluit & lex duodecim tabularum, eum qui falsò rem sibi vindicauit alienam, id est secũdum quẽ post iniustam manuum cõsertionẽ vindiciæ datæ sũt, ad duplos fructus restituendos teneri: verba extant apud Festum, in voce *vindiciæ* hæc. *Si vindiciam falsã tulit, prætor eius litis arbitros tres dato: eorũ arbitrio fructuũ duplione dãnum decidito.* Idem traditur in l. 1. de fructuum & litium expensis, in C. Theodosia. & apud Paulum li. 5. sententiarum c. 9. *ex die*, inquit, *accepti iudicij, dupli fructus computantur.* Neque putandum est Iustin. in l. vnic. de sent. quæ pro an quod interest proferuntur, prohibuisse id quod interest ex pœna legali supra duplum: prohibet enim tantum iudici taxationẽ supra duplum eius quod interest, sed nõ extinguit ideò pœnã legalem, quæ excedit pro modo delictorũ & factorũ: atque simile petetur argumentum à §. omnes. de actionib. vbi dictum, nullam pœnã excedere debere quadrupli pœnam, nẽpe vt non possit sita authoritate illam excedere, possit tamen, vbi inuenitur quod possit vltra condemnare, illãm imponere: nam & lex permittit, & iubet condẽnationẽ fieri vsq; ad decuplũ, vt in d. c. in legib. 12. q. 2. in c. cũ deuotissimã, eod. Et apud Ioannem Papam, in c. quisquis inuentus fuerit. 21. §. fi. 17. q. 4. *Si qui monasteria & loca Deo dicata*, inquit, *& Ecclesias infringunt, & deposita vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum nouies componãt, & emunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subiungetur.* Nec repugnant, imò consentiunt leges diuinæ, vt in c. 22. Exod. ver. 1. *Si quis furatus fuerit bouẽ aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue.* Idem 2. Regum, c. 12. vers. 6. & rursum Luc. 19. *Quod si quid defraudaui, reddo quadruplum.*

Poterit & conuentionalis pœna rectè & validè imitari leges, vt in l. non impossibile. 50. de pactis. ff. Si agatur etiam de pœna conuentionali, quamuis pœna excedat interesse, licitè peti poterit secundum Innoc. ad c. suam de pœnis. & ibi Pan. n. 3. etiam in foro conscientiæ. Nec obest, quòd qui contrariam sententiam tueri conantur, ingerunt, neminem ditari cum alterius iactura: quia ex promissione, iustam causam petendi, qui sibi dari stipulatus est, rectissimè habet, non minus quàm alia, quæ in verborum obligationem etiam non debita ante deducantur. Neque volenti aut consentienti, vt sit per stipulationem fit iniuria: l. cum donationis, C. de transactio. & modus legitimus obligationis est verborum stipulatio. l. 1. & toto titulo de verb. obl. ff. & apud Iustin. & l. 1. in princ. & §. verbis de actionib. ff. Ex obligatione verò nascitur actio ad petendum in iudicio quod nobis debetur, §. primo, de action. l. obligationum substantia. 3. l. actionum generera. 25. de action. ff.

24 Addenda tamen restrictio ex alia regula, quòd appositio pœnæ in contractu, quando cõuenitur vel agitur de damno. non tenet, tanquam facta in fraudẽ vsurarum, secus si non fiat in fraudem. Bart. per Bald. in l. cum proponas. C. de dolo. idem Bart. ad §. alteri, de inutilib. stipu. Sic & Pan. in notabili 1. num. 2. ad d. c. suam. de pœnis. Appositio igitur pœnæ, inquit per illum textum. super quantitatẽ soluenda, si non sit soluta, non inducit vsuram, aut præsumptionem vsuræ. Quod dit Innoc. verum, nisi apponens pœnam sit solitus fœnerari: quia tunc præsumitur in fraudem vsurarum apposita. de quo vide quod notatur ad c. dilecti, 4. de arbitris. lib. 2. tit. 43. & ibi à glos. per textum alioquin extra suspicionem fraudis. posse peti etiam à personis Ecclesiasticis pœnam conuentionalem, notatur, vt per c. quæcunque. 25. q. 2. & caput. Episcopus qui mancipium. 12. q. 2. caput, si quis cuiuslibet, 21. q. 5.

caput quanquam.23.distinction.

25 Cęterũ in omnib. his iudiciis prudẽtia exigitur vt disquirat quantum inter sit, vt iuxta eius disquisitionẽ probatione facta, temperamẽtum etiam infra duplũ adhibeat: quatenus enim cuiusq; inter sit, in facto, non in iure consistit: l. quatenus. 24. de reg. iur. ff. quatenus, id est, quantum intersit, sic enim hanc dictionem explicat Vlpia. in l. si quis crediderit. 49. de pact. ff. dum ait: *Si quis crediderit pecuniam, & pactus sit, vt quatenus facere possit debitor, eatenus agat: an pactum valeat? & magis est hoc pactum valere, nec enim improbum, & si quis hactenus desideret conueniri, quatenus facultates.*

In facto ita consistit interesse ratione quantitatis, & ex se incertum, vt pro eo non possit competere certi condictio, vt notauit Dec. per d. l. quatenus, ad l. certi condictio, ver. & ad hoc, si certum petat. ff. Atq; idem Philippus Dec. ad d. l. quatenus. n. 1. de reg. iur. putat idipsum in omni interesse locũ habere. Nã si agamus de singulari, illud erit metiendum ex facto: veluti si habeatur ratio fundi vicini, vt l. si cui. de legat. 2. vel quia res fuerit maiorum, vt l. si in emptionem, de minorib. ff. l. lex quæ tutores, de administr. tutor. C. Si agatur de interesse cõmuni q̃ communiter æstimatur, ad factum & id pertinet, quod apud quemque tanti valeat res: l. pretia rerum, ad l. Falcid. ff. l. si seruum, ad leg. Aquil. ff. Si quoque agatur de conuento interesse, quia illud pendet à conuentione & contractu, l. si. de prætoriis stipulat. & illud ad factum pertinet. quia conuentiones facti sunt, l. consilio. in fin. de curator. furioso & aliis &c. dand. Et quamuis ex cõtractu certo ad certitudinem taxatio eius quod interest reduci possit, tamen hoc est, ne supra duplum ascendat, at nõ ideò semper ad duplum ascendit, & proinde quatenus intererit, facti erit quæstio, & iudicis inquisitio.

## CAPVT V.

## Explicatio l. eos qui, 26. §. super vsurarum, de vsur C.

1 *Sextò in odium vsurarum, taxatio earum à legib. restricta & limitata, ob diuersas causas, ita & maiores & minores, & quæ sint illæ.*
2 *Maiores in vniuersum centesima iure ciuili, & quæ illæ sint.*
3 *Centesima vsura per partes & vncias distinctio.*
4 *Centesima & libralis vsura propriè quæ, & de errore aliquorum circa quantitatem eius.*
5 *Dicta à mensibus centum, & de more soluendi vsuras, per menses.*
6 *Quæ, secundum vsum quantitatis centesima vsura singulis annis.*
7 *Cẽtesima vsura in quib. negotiis tantũ erat permissa.*
8 *De centesima vsura pro periculo traiectitiæ pecuniæ permissa iure ciuili.*
9 *Sed non ita iure Pontificio, & explicatur mens c. nauiganti: de vsuris.*
10 *Centesima permissa à Iustiniano in dationibus specierum, & qualis illa superabundantia.*
11 *Explicatur illa superabundantia & vsura sesqui altera, & docetur prohibita clericis & non aliis permissa.*
12 *Centesima vsura à socio domus communis readificata, debita socio readificanti, sed discutitur quod non nomine vsurarum id præstetur.*
13 *De centesimis debitis pro pœna, non obtemperantis rei iudicatæ.*
14 *De causa maiorũ vsurarũ pupillis à tutore debitarum.*
15 *De puniendã contumacia non obtemperãtis iudicatis.*
16 *Minores vsuræ, & primum semiunciales.*
17 *Vnciales & quæ hodie ad eam æstimentur.*
18 *Sextans, & quæ ad eam æstimentur.*
19 *Quadrans & quæ hodie ad eam æstimentur.*
20 *De colonario iure.*
21 *Num Ecclesia possit vsuras quadrantes capere.*
22 *Trientales vsuræ, & quæ per eas æstimentur.*
23 *Trientarium fœnus, qui exercuerint.*
24 *Rusticorum vsura triennalis.*
25 *Quincunx vsura, & quæ ad eam æstimentur.*
26 *Semis vsura, & ad eam æstimata.*
27 *Septuncis vsura.*
28 *Besses vsuræ, & qui eas nequeant excedere.*
29 *Dodrantes.* 30 *Dextantes.* 31 *Deunces.* 32 *Assalis.*
33 *Abacus vsurarum ad solidum & libram.*
34 *Abacus alius vsurarũ, iuxta diffinitionẽ iuris ciuilis.*

1 SExto loco, in odium vsurarum etiam permissarũ iura ciuilia constituerunt certam taxationẽ, veluti frænum, p̃ negotiorum diuersorũ qualitate, & conditione personarum diuersa, in quib. non posset creditor prętextu eius quod interesse sua diceret, ex arbitrio debitores opprimere, & diuersa summa ita permissa vsurarum viris illustrib. & superillustrib. alia negotiatorib. in ergasteriis, alia in pecunia traiectitia, alia aliis personis: vt liquet ex l. eos qui 26. §. super vsurar. de vsur. C. cuius explicatio altiorem exigit indaginẽ, vt quę iuris veteris habent permissionẽ, & ea quæ ex iure Codicis & nouissimo recepta sunt, lucem recipiant. Itaque ratione taxationis, dicemus, vsuras esse vel maiores vel minores permissas duplici ratione: primũ ratione negotij, cui adhibitus certus vsurarum est terminus, nã illę quę exiguntur, integræ maiores in eo negotio, dicũtur maiores secundũ quid: illę aũt quæ in eodẽ negotio infra supremam illam taxationẽ pro termino illi negotio definitam, exiguntur minores eius negotij dicũtur seu leuiores aut teauiores.

Secundò maiores absolutè in iure illæ dicuntur, q̃ maiores in toto iure, vel inter omnia negotia maiores habent fines; quos non licet egredi in negotio, cuiuscumq; sit generis, & si quid exactum sit vel promissum supra maiores vsuras legitimas, illud eas facit illegitimas, hoc est vetitas & reprobatas nec p̃missas vllo modo. Ita nẽpe vt si quid supra legitimũ modum vsurarũ adiectũ sit, p̃ nõ adiecto habebitur, remanẽte tamẽ promissione quãtitatis permissæ. l. si pro mutua pecunia. 8. C. si cert. pet. *Si pro mutua pecunia quã à creditore poscebas, argentum, vel iumẽta, vel alias species vtriusq; cõsensu æstimatas accepisti, dato auro pignori: licet vltra cẽtesimũ vsuras stipulãti spopõdisti, tamen sors quæ æstimatione partiũ placito definita est, & vsurarum titulo legitima tantum, rectè petitur.* & in l. vsuras, de vsuris. ff. *vsuras illicitas sorti mistas, ipsas tãtum nõ deberi cõstat, cæterũ sortẽ nõ vitiare.* & Marcian. in l. placuit, 20. de vsur. ff. *Placuit siue supra statutũ modum quis vsuras stipulatus fuerit, siue vsurarũ vsuras, quod illicitè adiectũ est pro nõ adiecto haberi & licitas peti posse.* Proinde q̃ vltra à lege permissas vsuras, quas vocat ligitimas, solutum debitori est, in sortem principalem imputatur, si sors soluta non est: Quòd si sors soluta etiam sit cum vsuris illicitis, illæ repetuntur condictione indebiti; l. si non sortem, de condict. indebi. ff. l. indebitas vsuras. 14. eo. ti. dict. l. eos qui, §. fi. C. de vsur.

Cẽsebuntur item legitimæ maiores & minores vsurę, habita ratione regionis, vt alicubi vsuræ debentur 7. cum dimidio, pro centum: alibi 8. sic & de similib. siquidem mos regionis, si pacto ei expressè augendo vel minuendo licitè derogatum non est, sequendus est: quia pro lege habetur & vincit legem, l. de quib. de legib. ff. c. 1. de constitut. nisi lex principis prohibitiua & taxatiua vsurarum excessu per morem superetur, vt explicat vtrũq; l. 1. de vsur. ff. his verbis: *Cum iudicio bonæ fidei disceptatur, arbitrio iudicis vsurarum modus ex more regionis vbi contractum est constituitur, ita tamen vt legem non offendat.*

Maiores in vniuersũ p̃missę vsurę, dicũtur Cẽtesimę, cẽtesima ita maxima d. in l. q̃ fine vsuris, 38. de neg. gest. li. 3. ff. ti. 5. Quo loci Trypho. ait, *vbi q̃s eius pecuniã, cuius tutelã negotiáve administrat, aut magistratus municipij publicã in vsus suos cõuertit, maximas vsuras p̃stat, vt est cõstitutũ à diuis principib.* & ibi Accur. ad verbũ

*maximè*

*maximas*, explicat centeſimas, quoniã inquit nullę ſunt maiores. Et idẽ in l. nõ exiſtimo 54. de admin. tut. lib. 26. tit. 7. *nõ exiſtimo maximis vſuris ſubiiciendũ eũ qui à cõtutorib. ſuis pecuniã pupilli accepit, & canit, certáſq; vſuras promiſit, quas & alij debitores pupillo depẽdũt: quia hic ſibi non conſumpſit, nec clã, nec quaſi ſua pecunia licẽter abutitur.* dicta & grauiſſima à Iuliano in l. tutor qui repertorium 7. §. idem ſolet facere, eo. tit. de admin. tuto. vbi & Accurſ. ait, dici legitimam nẽpe ſecundũ legem in negotio in quo permiſſa eſt. Sic Antonins in l. ſi curator 1. C. arbitrium tutelæ lib. 5. tit. 51. in eadem hypotheſi tutoris ſeu curatoris qui pecunias pupilli in ſuos vſus conuertit, vt teneatur ad legitimas vſuras, quas vocarunt leges maximas: idem titu. 1. de vſur. pup. C.

3 Et quia habita ratione iſtius centeſimæ, minores aliæ diſtinguuntur, ideo & hęc vſura dicitur as ſeu aſſalis, integra; quę recipiat duodecim partes vt as diuiditur in duodecim vncias ſeu partes; Exemplo hęreditatis, quam totam Vlpianus aſſis nomine cõplectitur, & ait diuidi in 12. vncias in l. ſeruum meum, 50. §. fi. de hæred. inſt. lib. 28. ff. tit. 5. *hæreditas*, inquit, *plerumq; diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur: habent autem & hæ partes propria nomina, ab vncia vſque ad aſſem: ſextans, quãdrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as*: idem in §. *hæreditas* de hęred. inſt. apud Iuſtin. Sic Papin. in l. aſſe toto. 77. eo. tit. ff. aſſem totum diſtributum, & non diſtributum, nominat hęreditatem totam. Et Martial.

*Hæredem Fabium Labienus ex aſſe reliquit.*

As, ita generaliter ſolidum aliquod, quod in partes diuidi poteſt aliquotas, vt plurimum in 12. Monuimus li. 2. Syntag. c. 3. nu. 32. hanc integram vſuram dici quoq; libram ex authoritate Martialis, dum ait lib. 11. Epigr. epigram. 106.

*Mittebas libram, quadrantem, Gaurice mittis*
*Saltem ſemiſſem, Gaurice, ſolue mihi.*

Libra duodenalis in duodecim vncias diuiditur, vnciã octo drachmas capitata facit 95. drachmas, ſed hic illa non eſt intelligenda, ſed mina Attica centenaria.

4 Nam Robertus Cenalis, Epiſcopus Albricenſis in menſuratũ ac ponderũ ratione tom. 1. de aſſisvaria acceptione. *Centeſima*, inquit, *vſura eſt, quæ cẽteſimo menſe æquat ſortem*, hoc eſt octauo quoq; anno, quarto etiam ſuperaddito mẽſe, habẽtq; ipſa drachmas centũ, adeò vt ſingulis menſib. ſua drachma reſpõdeat. ac proinde ſingulis annis: qui duodecim cõplentur menſib. centenariũ fœnus exercens, vnuſquiſpiam pro centenarij mutuo drachmas duodecim percipiat. Monet autem idẽ Cenalis eod. lib. tom. 7. de ſolido, eius partitione, & ab abbaco, attendendũ eſſe, ne quis fallatur duplicẽ eſſe libram argenti: centenariam videlicet, ſeu drachmarum centũ, quę & mina dicitur attica, æſtimata ad valorem decem coronatorũ. Aliam eſſe libram quam dicunt duodenariam, quę eſt nonaginta drachmarũ, minor ſemiuncia, quàm mina ſit attica, & hæc valet nouẽ ſcuta coronata, &c. Quare qui dicunt centeſimã vſuram drachmatam, neceſſe eſt vt ſe referant ad illã minam atticam centenariam, non ad duodenariam.

Explicat malè gloſſa in l. ſi non ſortem 26. §. ſupra duplum. de cond. indeb. ff. ad verbum (*duplum*) ſupra duplum exigi vſuras non poſſe, id eſt, inquit, maiores centeſimis. Duplum enim vocat ſortem, & vſuram centeſimam, quę ſorti æqualis eſt in anno. Dicunt vulgariter iuxta illam gloſſam alij centeſimam, quando pro centum, totidem, nempe centum exigũtur. In quo valdè errant. Quia nunquam apud Ethnicos etiam tam deteſtabilis vſura permiſſa fuit, quę poſſet in anno æquare ſortem principalem, ſic emendandus ſimilis error gloſſæ, ad ca quoniam multi, 2. ad verb. *Centeſimas*, 47. diſt. dum ait, *Centeſima dicitur vſura quæ ſorti æquiparatur in anno.* vera enim ſententia eſt centeſima dici, quòd in menſibus centum æquaret ſortem, nempe in 8. annis & 4. menſibus.

5 Dicta ita centeſima à menſibus; quòd mos fuiſſet fœneratorib. antiquis, vt docuimus in ſyntagmate iuris loco dicto in c. 3. n. 28. 29. 30. per ſingulos menſes, ſingulis Calendis vſuras exigere: idque ex Budæo li. 1. de aſſe, Doſeo, Alciato, & alijs.

Morem hunc ſoluẽdi vſuras centeſimas, imò & alias per ſingulos menſes, indicat l. centeſimi kalẽdis 46. de verb. oblig. li. 45. ff. ti. 1. quod loci. Paulus ſcribit. *Centeſimis kalẽdis dari vtiliter ſtipulamur, quia præſens obligatio eſt, in diẽ autẽ dilata ſolutio*, expreſſius idem Paulus in l. lecta eſt, 40. de reb. cred. ff lib. 12. tit. 1. vbi formulã hæc cautionis, *ſi die ſupra ſcripta, ſumma, Publio Manio eive ad quem ea res pertinebit, data ſoluta, ſatiſve eo nomine factũ nõ erit, tũc eo amplius quo poſt ſoluã, pœna nomine in dies triginta (ſic enim legẽdũ nõ 25.) inque denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt Publius Manius; ſpopondi ego Lucius Titius conueniq; inter nos vti, pro Manio ex ſũma ſupra ſcripta, mẽſtruos reſũdere debeã denarios trecenos ex omni ſumma ei hæredive eius. Quæſitũ eſt de obligatione vſurarũ quoniã numerus mẽſiũ q; ſolutionis cõpetebat trãſierat, &c.* Ibi notatur, in denarios centenos mẽſtruos, ſiue in triginta ſingulos dies ſingulos denarios dari, & eſſe centeſimã vſuram per ſingulos mẽſes, ex cẽtũ debitã vnius denarij; vnde aliud dicitur eſſe calẽdarij actio, aliud mutuũ, prout mutuũ à fœnore differt. Seruius itã præpoſitus calendario apud Africanũ in l. eius qui in prouincia, 41. de reb. cred. 16. eſt qui erat præpoſitus fœneratitiis obligationib. ſeu pecunis deſtinatis fœnori, quia ſolebant creditores ſtipulari vſuras in Calẽdas ſingulas. Et ob eã rẽ mẽſes dicũtur à Baſilio τόκων πατέρες, patres vſurarũ & fœneratores mẽſtrui exactores, ſimiles dęmonib. qui recurrente luna, homines quoſdã affligant. Et apud Ariſtophanẽ, quidam debitor optat lunæ vincula & carcerẽ, ne ea recurrente à creditore pro vſuris interpellaretur. νουμηνίαν vocabant initium menſis Gręci, quod Latinis calẽdę dicuntur apud Horatiũ li. 1. Satyra 3. *triſtes debitori miſero calẽdæ*, quę de ſolutione debiti eius mentem interpellarent. Vt apud Plutar. li. nõ eſſe fœnerandũ, *inſuper*, inquit nẽpe tu debitor, *Aut neomenia aut calẽdarũ recordaueris quæ dies etſi ſacratiſſimi extitẽre, nefãdi tamẽ atq; execradi ab vſurarijs redduntur: nam pignora ipſis præſtita. nec Iupiter ipſe ſaluare poſſet.* Explicat Moſes quid calẽdę & ſanctitatẽ earum, Numer. 28. verſ. 11. *In Calẽdis inquit id eſt in mẽſiũ exordiis, offeretis holocauſtũ Domino &c.* Notatũ tamẽ vſurarũ ſolutionẽ dilatã eſſe, à primo die in idus menſis; veluti diffuſo ob æquitatẽ ſolutionis tempore, vt colligitur ex l. ex pluribus, 89. §. fi. de ſolut. ff. ibi. *ſolueretur idibus Septembribus*, & ex Horatio Epod. 2. *omnem relegit idibus pecuniam, Quærit calendis ponere.*

Cẽteſima ergo vſura, maior in iure ciuili permiſſa, integra & plena, quãdo ſingulis mẽſib. centeſima pars ſortis principalis, ꝑbebatur ꝓ vſuris, & ita intra cẽtũ mẽſes æquabatur ſors ab vſuris, & cõſequenter ꝑ ſingulos annos, 12. partes ex centũ exigebãtur hoc nomine vſurarũ & in 8. annis, & 4. mẽſib. ad tãtũdẽ aſcẽdebãt vſurę ꝑbitę ac ſors; nã ex 8. annis & 4. mẽſib. cõficitur sũma cẽtũ menſiũ. Hęc vſura dicitur vulgò *douze pour cẽt, & au denier huict.* Id eſt, q; intra 8. annos sũma principalis ęquatur quę denarius dicitur ab vſuris: in qua phraſi loquẽdi *au denier huict*: Oportet ſupplere, *tiers d'an*: quia octo annorũ præſtatio non æquat ſortẽ, niſi addas etiã quatuor menſes pro centeſima. Vel ſi demas quatuor menſes & æques vſuras ſorti, intra 8. annos maior erit vſura centeſima, aut dicemus intelligi facilioris numerationis cauſa, ſi ſit *à douze pour cent à l'an*, quemadmodũ quando apud Romanæ hiſtoriæ authores, legimus ad iudicandum centũuiros delectos, ternos ex 35. tribub. Romanorũ, quę & curię dictę, & licet eſſet cẽtũ & quinque, tamẽ quò facilius

nnminatentur,centumuiros dictos,authore Festu.Simile est illud de septuaginta interpretibus antiqui Testamenti, qui ex Hebræn in Græcã linguam legem transtulerunt,aurhnre D.August.li. 8.de Ciuit.Dei c. 42.cum enim duo & septuaginta essent,vtpote ex singulis duodecim tribubus Iudæurum senis electio, septuaginta tamẽ interpretes appellari sũt,sic etiá centesimam dixit Iustinia. nctauam partem;nnuella 106.

7 Centesimam hanc vsuram Iustinianus tantum permisisse videtur stipulari in reformatione permissinnis vsurarum in l.eus 26.§.in traiectitiis, C.de vsur. *in traiectitiis contractibus, vel specierum fœnori donationibus*,& pruhibuit vltra excedere,licet fuisset veteribus legibus cnncessum.

Verba purrò illa, quæ de traiectitiis agunt, hanc mentem habent,vt vsuræ maritimæ vel nauticæ, quę fiunt cum suis cnnditiunnibus à lege definitis, possunt tantum esse centesimæ, quæ lex fuit ab endem Iustiniann retractata permissis maintibus vsuris in Nouella 106.& postea restituta Nuuella 1n.

*Traiectitia ea pecunia est*, inquit Modestinus, *qua trans mare vehitur, cæterum si eodem loco consumitur, nõ erit traiectitia. Sed videndum an merces ex ea pecunia comparata in ea causa habentur,& interest? vtrum etiam ipsa periculo creditoris,nauigent,tunc enim traiectitia pecunia fit* l.1.de Nautico fœnor.li.22.ff.tit.2.

Atque Iustinianus Nuuella 106. de vsuris Nauticis, dicit expressè, suam legem, vocare marina debita, & eredira traiectitia, nempe quando pecunia credebatur debitori rransuehenda, ira vt creditor eius periculnm sustineat non debitor, donec peruenerit extra periculum.& ideo maiores permissas vsuras,nõ aliter dict.l.1.& l.nihil interest 4.& l.periculi pretiũ,5. eu.ti. de nautico fœnor ff.l.1.2.4.C.eo.tit.lib.4.C.tit.33.

8 Existimarnnt Iurisconsulti & Cæsares, has esse vsuras permittendas: quia secũdum naturam videtur, vt qui sentir onus,sentiat & cõmndũ. l.secũdũ naturá, & reg.iur.in ff.c.qui sentit,eo.in sex.l.fi.de furtis c.

Et quia creditoris est periculum debiti, dũ trásfertur pecunia; nam ipsi perit res non debitori : contra communes regulas iuris, quibus fortuitus casus nõ exuit ære alieno debitorẽ,& periculũ eius est, nõ creditotis l.incendiũ,si cert.pet.C.§.·.quib.mnd. re. contrah. oblig. videtur hîc pretium putius esse periculi, quod accipitur à creditore,quàm vsura mutui,sicque videtur innuere l.periculi pretium, 5. de Nauticu fœnor. qno loci si bene perpendantur verba, distinguitur pretium periculi à conditione pœnali adiecta mutuo,vt quid amplius reddatur quàm datum sit: itá distinguitur ab aliis pactionibus, in quib.aliquid datur sub cõditione,vel ob causam;vt si manumittas,si non illud facias,si cõualuero, in quib.dantur cõdictiunes, si causa non fuerit secuta,vt liquet ex tirulis propriis da condictio. ob causam, de condictione causa data, &c.de condictio.ob turpem causam, de donationibus quæ sub modo:de dunationibus causa murtis,l.naturalis,de præscr.verb.ff.cum similib.nam in his non est mutuum,nec pretium periculi datum debitori.

Item in illa d.l. periculi pretium, distinguitur contractus traiectitius,qui est ratione periculi,ab aliis,in quib.aleæ est species,idest futuri casus incertitudo, & habẽt cõditionẽ si fiat vel nõ, vt si piscatori in apparatũ erogaturo; plurimũ pecuniæ dedero, vt si cepisset,redderet:& athletæ vnde se exhiberet, exerceretque, vt si vicisset redderetur : in bis enim omnibus & pactũ sine stipulatione ad augẽdam obligationẽ prodet.Hoc est,vt ego interpretor in his, quis potest dare ea lege,vt adueniente conditione seu ea impleta nẽpe si cepisset,si vicisset,plus reddatur. Quia certè hîc ꝓpriè nõ videtur mutuum,sed cõtractus innuminatus.

Vnde mihi videtur errasse gl.ad l.eos, §. in traiectitiis,ad verba *vel specierũ*,dũ ait pecuniam traiectitiam esse, si piscatori detur pecunia in apparatum; quod lungè distat à mente l.periculi,cuius authoritate probare se putat.

Et videtur hîc reciproca dunatio, cũ additione sub mudu: quę ita resuluitur, si tu non viceris donu tibi:si viceris,id qund dedi mihi restitues: ita fit dunatiu sub mudu, exemplũ iuuat quod inseritur in l.iubemus nul li 14.§.sanè,de sacrus.Eccl. c.qun loci potest quis accipere fruendum fundum ea lege, vt pust murtem ei eũ restituat,& vltra alium similem, qund & probat lege canonica,in c.24.ptecariæ à nemine 1n.q.2.

Insuper,vt ad rẽ,dicũt Iuriscõsulti,eum qui periculũ in se suscipit,qundá fauore supra eos qui immunes sunt à periculo,dignum esse:quemadmudũ hæres qui periculu fideicummissarij adiit hæreditatem,nnn detrahit quartam,quam aliuquin detraxisset, si hæreditas esset locuples:l.quia puterat, ad senatusc.Trebell.

Et procurator qui credidit pecuniá suu periculo, nõ tenetur duminu dare vsuras ex ea perceptas,l.idémq;, 1n.§.si mandaueru manda.ff.lib.17.tit.1.Quemadmodũ nec sucius sociu dat vsuras pecuniæ, quas suo periculu fœnerauit,l.si vnus,67.§.1.pru sucio,lib.17. ff.titul.2.

Hęc ira iure ciuili pruculdubiu definita sunt:verùm iure puntificiu, nũ ratione periculi permittantur vsurę traiectitię,nõ ita habet facilẽ&peruiá resolutionẽ: vt neq; quęstio de cábiis seu transuectionib. pecuniarum,quá faciunt mensarij suo periculo,quamquá Gregur.9.in c.nauiganti,·9.& fi.istius tit.de vsur. videatur quibusdam negotiũ terminasse ꝓ prohibitione.Verba anim eius sunr: *Nauigãti vel eunti ad nundinas,certam mutuans pecunia quantitatẽ,pro eo,quod suscipit in se periculũ,recepturus aliquid vltra sortẽ,vsurarius est censendus*.Quibusverbis nihil expressius vel significatius potuisset dici,vt cõcludatur ꝓ mutuo creditorẽ nõ posse etiam ratiune periculi suscepti in se,supra sortem sine nota vsurarũ quippiam accipere.Et primum dictio *cẽsendus*,in hoc punit vsuram etiam in dubio: censere enim est,iudicare cum deliberatione.gl.in clem.1.ad verbũ *censemus*,de pruba.& gl.in cle. 1. ad verbũ *cẽsemus*, de cuncess.pręb.Dehinc dictio *quoque* in d.c.nauiganti, implicat,vt habeatur hîc pro vsurario ratione periculi etiam illud suscipiẽdu.Facit l.plane. §.si cõiuncti,de leg.1.3.c.*nauigãti* generaliter loquitur,& ideo generaliter intelligendum videtur,l.1.§.& generaliter.de leg. pręst.ff.Et vbi lex non distinguit, nec nos debemus distinguere:l.si vero.§.de viro.sol.mat.ff. At nihilominus diuersę fuerunt circa illius capitis mentẽ interpretationes,& dicitur, in dubio nõ esse præsumendum vsurarium,suscipientẽ in se mediante lucro periculum:nisi, qui suscipit,solitus sit fœnerari:ná cõtractus,in dubiis in meliorẽ partẽ debet interpretari: ca.2.de reg.iur.in decret.ne ꝑsumatur delictum,l.meritu.pro soc.ff.quádo vero solitus qs est fœnerari,vna ꝑsumptio aliã tollit:c.1.de ꝑsump. Er sic etiam cõsuetudo fœnerandi inspicitur contrahẽtis,in l.qui semisses,de vsur.ff.ca.illo vus,de pign.c.fi.Atq; ex hac cunsuetudine posset argui in mutuo,etiam ratiune periculi,vsura vetita. Et sic c. naniganti,rectè improbat eandẽ : vt & quando apud Ianuenses datur hac cunditiune pecunia; si nauis trãsierit.promittis quinq; solidos de libra: quia hic est vsura vetita,vt resolnit per d c.nauiganti.Barth. Brixiãsis in q.venereali, 78.incip.*Ianuenses*.

Archiepiscopus etiam Florentinus in secunda parte suæ summę,tit.1.c.7.v.22.intelligit d.c.nauiganti,loqui, quando illud quod recipitur vltra sortem, recipituri ratione murui tantum:vt tunc sit vsura,nnn obstante, quod mutuans suscipiat in se periculum: Secus si mutuans præcisè reciperet,ratione periculi.Quod ramen videtur repugnare textui,dum ait: *pro eo quod suscipit in se periculum*.

Alius intellectus Angeli de Clauasio,in summa vsura 1.n.38. vt intelligatur d.c.nauiganti, quando mutuans

nolebat

nolebat mutuare, niſi cum tali pacto ſuſceptionis periculi,& propterea grauat debitorem in aliquid plus ex mutuo,& ideo vſura fit. Si autem quis liberaliter mutuaret,deinde poſt mutuũ ſuſciperet ad inſtãtiam debitoris in ſe periculũ: quod dicitur *aſſecuratio*, Luſitanis *à poſta*: ait licitè poſſe aliquid ſuſcipere ſine vſura. Adfert ratioñe diuerſitatis, quia receptũ in primo caſu vltra ſortem,directè cõcernit mutuũ, in quo omnis ſuperabũdantia prohibetur. Lucæ 6.c.1.14.q.3. Sed in ſecundo caſu non ſic. Quia non pro mutuo,ſed propter factum,id eſt,ſecuritatem. Vnde iſte ſecũdus contractus,eſt contractus innominatus. Addit &dict. Clauaſius in dicto verbo *vſura*,primo,n.37.quod rõne periculi aliquid recipitur vltra ſortẽ, quod plurib. illuſtrat exẽplis ex vtroque iure petitis. Et poſteà n.46. hęc verba ſubiicit,*Tene ergo pro toto iſto octauo caſu*(in quo ſcil.rõne periculi aliquid vltra ſortẽ licet accipere)*melius intelligendo hanc regulam: quod ſi mutuum ſit principaliter ſpe habẽdi vltra ſortẽ, nullũ periculũ poteſt excuſare,quin ſit vſurarius talis contractus: ſi verò mutuũ ſit liberaliter, & poſtea propter periculũ aliquid accipitur,excuſatur*. Sic in cõtractib. inſpici animũ in cãbiis licitis,vel illicitis,diximus,& in fœnore in l.ſi quis nec cauſam,4.de reb.creditis.ff.li.12.ti.1.vt in l.1. de authoritate tutor.li.26. ff.tit.8. quanquã tutor in rẽ ſuã pupillo author eſſe nõ poſſit:tamẽ pupillo adeũti hęreditatem ſui debitoris,eſſe poteſt author,& ſic per cõſequentias ſibi author eſt,quia obligatur pupillus,nõ principaliter:&inſpicitur principale,quod eſt additio hæreditatis.Eodem modo cũ de naui reficiẽda & cõſernatis mercib.agitur, inſpicimus principalem intẽtionẽ iuxta l.nã aduerſa,6.ad legẽ Rhodiã, de iactan. li.14.ff.ti.2.Videndus in hac materia Bal. conſ.311.n.1.& 2.vol.5. & Ioan.Santerra Luſitanus, tractatu de aſſecurationib.& ſponſionib. mercatorũ in prima parte. Concil.Nicenn,c.17.prohibentur vſuræ quidem abſolutè centeſimæ,ſine diſtinctione,& in c.2.quoniã multi. 47.diſt. & in concilio Martini Papæ c.61. relato in c.4.ſi quis oblitus.14.q.4.& in c.fi.de vſuris,prohibita vſura nautica.Sed hoc procedit in verb. *vſura*. Baldus conſ.379.n.2.4.vol.& conſ.395.n.8.vol.3.& conſ.115.nu. 12.vol.2.Cęterũ,ſola ſuſceptio periculi non facit contractũ illicitũ ſimpliciter.Ita Calder.& Innoc.ad d.ca. fi.de vſuris.volũt,quod ſi nauigãs pretiũ in ſe accipiat, vt talẽ pecuniã traiectitiam ſecum reportet vltra marẽ,ſiue periculũ pecunię eius per pretiũ accipiat, ſiue nõ,nõ eſt vſura ſecundũ Salicetũ ad rubricã de vſuris, in princ.ff.Quare ſi contractus non ſit illicitus,ſuſceptio periculi ſimpliciter in eo appoſita non facit cõtractũ illicitũ,etiã in mutuo,vt in l.in naue Saufelli. l. opus quod in aduerſione,& l.hæc diſtinctio. l.loca.ff. in l.iuriſgentiũ. §.item ſi quis pactum.de pactis. ff.l.1. C.eo.ti.l.Ariſto. mandati ff.l.1. & l.ſi in venditione, de peric.& cõmo.rei ven.ff.Et eſt textus expreſſus Papin. in l.decem ſtipulatus,116.de verb.obli.li.45. ff.1. in quo vltra cõtractũ obligationis principalis, puta ſtipulationis à Mæuio de decem ſoluendis; licita eſt ſtipulatio alia pro illis decem aſſecurandis, quanto minus à Mæuio perciperentur,vt ita periculum in aliũ per ſecundã ſtipulationem transferre liceat. Item quia cõtractus innominatus de ſuſceptione periculi,nõ eſt in iure prohibitus,cenſetur permiſſus.l.ſtatuas, C.de relig.& ſump.funerum l.nec non, ex quib.cauſ.maior ff. eſt autem contractus innominatus,facio, ſuſcipio periculũ vt des pecuniã, vel eo vt ſuſcipias de quo in l. naturalis,§.ſed ſi facio de pſcr.verb.ff.ti.1.§.ſ.de ęſtim. actio.ff.l.1.§.ſi quis fundũ,depo.ff.l.cũ qui commod.ff.

10 Secũdò,Iuſtinia.in d.l.eos.§.in traiectitiis,de vſur. C. tradit vſuras centeſimas permitti in donationibus fœnori ſpecierũ,cuius exẽplũ ponunt in l.oleo quidem,23.eo.tit.de vſuris:vbi Philip. Cæſar in hæc verba reſcripſit: *Oleo quidem, vel quibuſcunque fructibus mutuo datis,incerti pretij ratio,additamẽta vſurarũ eiuſdẽ materia,ſuaſit augmentũ*.Et Alex.Cæſar in l.frumenti,12.eo.ti. *frumẽti vel hordei mutuo dati acceſſio,vtrũ ex nudo pacto praſtãda eſt:& ita pro fructib.ſtbi aridis & liquidis,vſuras paciſci licet*.Imò & pro veſte,ſicut pro auro & argẽto, in l.pro auro,25.eod.tit. Cuius rei mens eſſe dicitur,vt poſſit ita licitè dari certa mẽſura æſtimata liquidorũ vel aridorum fructuũ,vt tãtumdẽ reddatur,& aliquid plus,ex iiſdem ſpecieb.vt mutuo tibi decẽ modios frumẽti,vt reſtituas tali die duodecim,vel amplius.Quod permittitur propter dubiũ valoris rei, qui erit tẽporẽ adiecto reſtitutioni. Fieri enim poteſt, vt etiam minus tunc duodecim modij frumenti valeant,quàm tẽporẽ dationis ſeu mutui.Quemadmodũ in l.ſi ea pactione, 14.eo.tit.C.ſuſtinetur cõſtitutio vſurarũ pro mutuo in dato vſu domus, quamuis vſus locari poſſit ſupra legitimũ modũ debitarũ vſurarum: nẽpe propter incertitudinẽ, num pluris vel minoris locari poſſit domus quã ſint debitæ vſuræ: permittit autem hanc vſuram vſq; ad centeſimã Iuſtinianus,ſecundum mentem glo. in d.l.eos,§.in traiectitiis,ad verba,*vel ſpecierũ*. Vbi addit, aliam interpretationẽ, vt ſpecierum fœnori datarum,vſurę intelligantur,ſi ſpecies illæ traiiciẽdę ſunt, vt de pecuniis traiectitiis dicitur, dari pro illis licitas centeſimas vſuras.Et hæc explicatio mihi ſanior videtur.Facit autẽ cur ita ſuſpicio mentem fuiſſe talem Iuſtiniani,l.1.de naut.fœn.ff.quam videtur renouaſſe aut firmaſſe Iuſtin.Cum enim dixiſſet Modeſt.in d.l.1.*Traiectitia pecunia eſt qua trans mare vehitur:* addit de iſtis ſpecieb. quoq;. *Sed videndũ eſt,an merces ex ea pecunia cõparata*,ſc.traiectitia,de qua loquitur: *In ea cauſa habentur & intereſt : verũ ipſa periculo creditoris nauigent, tunc pecunia enim traiectitia fit*.Neq; etiam putó,l.oleo, l.frumenti,l.pro auro,C.de vſur.pertinere ad mentem §.in traiectitiis,vt de centeſima intelligi poſſint,cũ res illæ ibi ſint inæſtimatæ, & vſuræ æſtimari non poſſint facilè, quæ per acceſſionem ſpecierum accedunt ſorti,iuxta l.ſi ea lege,eo.tit. Quę etiã lex loquitur de antichreſi.de qua poſtea forsã latius, vt de ſeparata ſpecie ab vſuris.Et obſeruandũ eſt,in l.fin.de vſur.rei iud. C.lib.7.ti.54.repetiiſſe Iuſtin.nullas eſſe debere vſuras pro debito centeſimas prætet eas quas ipſe ſtatuerat.

11 Sed dicet aliquis : Audebimúſne aſſerere in dictis legibus,oleo,frumenti,nõ agi de vſuris? Nequaquam certè inficiamur: ſed aliam eſſe formam ſeu ſpeciem vſurarum, quam traiectitiarum ſeu nauticarum, dicimus quę ſuperabũdantia dicitur: cuius fit tantum in dictis legib.cõmemoratio,& approbatio,ſed nõ fit explicatio,quę aliunde petenda nobis eſt,vt illæ fiãt certæ.Explicationis author erit D.Hieron. in commen.in Ezechiel.li.6.c.18. *Solent*,inquit,*in agris, frumenti,milij, & olei,cæterarũmque ſpecierum vſura exigi,ſiue,vt appellat ſermo diuinus,ſuperabundantia.ſcilicet,vt hyemis tempore demus decem modios,& in meſſe recipiamus quindecim hoc eſt amplius partem mediam.*

Ideo Conſtantino dicta hæc, *ſeſquialtera*,id eſt,quæ cõtinet id quod datum eſt,& mediam partem eius,vt ſi duo modij mutuati ſunt,tres reddantur: quam vſuram permiſit Cõſtantinus in frugib. humidis & arentibus.in l.1.de vſur.lib.2.C.Theod.tit.fin. ἡμιολίαν, nempe μεῖζον τοῦδε, i.totum,& media pars totius:ſeu ſeſcuplam,quod idem eſt,nominauit concilium Nicenum, quod eam prohibuit clericis,in c.17.relatum in cap.2. quoniam multi. 47.diſt. & rurſum in concilio Laodicenſi,c.5.relato in c.9.non licet.46.diſt. *Non licet fœnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali ordine cõſtitutis, vel vſuras,vel lucra,quæ ſeſcupla dicuntur accipere*. Videbatur permiſſionis iſtius lucri hemiol ; vel ſeſcupli ratio q iam arida & tempore hyemis reſeruata multum à quantitate ſeu pondere ſe retraxerint; veluti humiditate naturali defæcata,quæ multum ineſt frugibus nuper collectis,ſicuti etiã accidit in vino veteri,quod

multā habet in ebullitione nouella diminutionē: ante quā ad cōsistentiam & defæcationē peruenerit vnde nō tam lucrū, quā id quod interest, videbantur e.à dātib. iā veteres species vt darentur nouæ eius speciei in sescupla quantitate, cum antequā illæ nouæ ad tempus veterū peruenerint, subeant tandem tertię partis ferè diminutionē, vinū ita vetus melius, & nouum pro veteri restitui nō pōt inuito creditore, l.3. de reb.cred.ff. Sed rursum videbatur alia ratio, quod hyeme datum triticū vel vinū mutuo vel aliud simile carius vēditur, q̄ in ęstate in qua colliguntur recētes fructus, vnde nō videbatur vsura propriè, nec lucrum, si pro cōpēsatione æstimationis maioris in æstate prouno modo tritici vnum cum dimidio redderetur. Quia si vēdidisset creditor in hyeme modium tritici, ex ptio habiturus fuisset in æstate vnum cum dimidio, sicq; certabat hic de dāno euitādo, q sibi p beniuoliā pspiciebat, q̄ de lucro captando, & de vsura accipienda. Atq; istæ rōnes censentur mihi quoq; extra crimen vsurarum, si modò tāta accessio restitutioni specierum futurę adijciatur, q̄ proximè accedat aduerisimilem diminutionem nouarum specierum, q̄ illis vt cōiter accidit, anteq̄ ad defæcationem vel cōsistentiam antiquarum pueniant, maximè inter eos qui solent de frugib. negotiari. Et putarem cōcilia pdicta loqui de clericis & psonis ecclesiasticis, quib. summoperè negotiatio interdicta est, & pin de lucra illa sperare potius, q̄ aliis interdictum videtur, vel etiā de illisq; nō aridos fructus, seu cōsolidatos, vt ita loquar, dant, sed nouos, vel tantumdem cum superabundantia cōsolidatorum dant, & rōne dilationis solutionis mutui ita plus accipiant, qd facit vsurā vetitā. Suffragari sententiæ meę videtur Greg.9. in c.fi.§.fi. h. t. *Ratione, inquit, huius dubij excusatur, q pānos, granū, vinū, oleū, & alias merces vēdit, vt amplius q̄ tūc valeāt in certo t pe recipiat p eisdē, si tamē eo t pe nō fuerat contrahus vēditurus.* Putarem quoq; D. Hier. in Ezech. & dicta cōcilia, verè hemioliam seu sescuplam vsuram phibere omnib. si pdictarum rationum aliqua nō possit, vel rōne tpis reddendi mutui, vel alio modo quadrare: puta quia cōstituitur reddendum granum, oleum, vinum & alias species simili tpe quo datæ fuerint. Aperta.n. est tunc fœnerandi intentio adeo prohibita cessante damno, & emergente lucro sine damno, vnde cōstituimus veram in mutuo vsuram. Et hæc quidem ita sentio, sine preiudicio indicij meliores, si quod sit alterius, cui etiam nunc, si potiora inueniat, accedo.

Tertiò extra legem Iustiniani, eos, arbitrantur aliqui centesimas vsuras posse exigi à socio, si socius nomine cōi domum refecerit, probatio eius sententiæ sumitur ex l.si proponis.4. de ædif.priu a.li.8.C.tit.10. vbi. *Si vt proponis,* ait Philip.Imp. *socius ædificij ad refectionem eius, sumptus cōferre detrectat, nō necessariò extra ordinem tibi subuenire desideras. Etenim si solus ædificaueris, nec intra quatuor mensiū tēpora, cū cētesimis vsuris nūmus p portione socij erogatus restitutus fuerit, vel quominus id fieret per sociū stetisse cōstiterit, ius dominij p solido vindicare vel obtinere iuxta placitū antiquitatis poteris.* Huic legi alia antiqua similis adfertur, ex orat. Marci Anton. q̄ inuenitur relato à Papiniano in l.si fratres alias l.cū duob. 52.§.idē respōdit socius pro socio, lib.17.ff.tit.2. excepto q̄d ibi, nō fit mētio ob ea causam, de centesimis vsuris, sed de certis vsuris, vt neq. in Basilic.li.12.ti.1.c.50.§.inquit, χωνωνὸς ὑπερθεμένων τῶν ἄλλων ἰδίᾳ ἀναλώσει τὴν κοινὴν οἰκίαν, ἐπιλεγῶν ἔχει ἢ τὰ δαπανηθέντα λαβεῖν μετὰ τόκων εἴσω τεσσάρων μηνῶν μετὰ τῶν ἀναλωμάτων, &c.

*Si socius cessantibus alijs communem domum restituerit, opinionem habet, vel vt impensa recipiat μετὰ τόκων,* cū vsuris, non dicit centesimis intra quatuor menses post refectionem, & priuilegium siue exactionem nomine refectionis suæ habet: vel vt, post quadrimestre tempus dominicum, domus consequatur.

Forsan tamen in ipsa oratione Marci Imperatoris, de centesimis vsuris, etiam in eā causā actū fuisse possumus colligere, nō ex Papiniano quidem, sed ex Philippi prædicta constitutione, cùm ait: *iuxta placitū antiquitatis poteris.* Sed discutiamus, num hic vsurarum, quæ ex mutui nomine & vsu ortæ improbantur, questio sit: & mihi placet verius nō esse: sed agi de pœna quæ taxatur à Marco Cæsare ad summā centesimarū vsurarū: vnde, quia pœna est legalis ad cōtumaciā contēnentis ædificare vel reficere domū in vrbib. positam, iura pontificia non improbant vsuras cētesimas. Aliud enim est dicere mutuantem posse ex pacto vel intentione pro mutuo exigere cētesimas vsuras; aliud, à lege in pœnā contumaciæ iniūctę solutionis impēsarū in causā ædificij domus cōmunis, imponi pœnam pecuniariam taxatam ab eadē lege, vsq; ad quātitatē cētesimarū vsurarū, p rōe impēsi: nā ab initio, dū impēdit p re cōmuni socius, nō intēdebat aliud, quàm pro parte cōmuni à socio sumptuum partē repetere, & eam si refudisset, tenebatur accipere. Quare si quid accipiat postea ob moram nō solutarū impēsarū, authoritate legis, nō pprie vsura vetita est, nec vsurarius ideò: nō magis q̄ vsurarius nō dicetur, qui ab ipso etiam debitore sine intentione fœnerandi, acceperit sponte oblatum, vel pœnam, vel ob moram, quia hæc aliunde quàm ratione mutui concessi petūtur & dantur. Quod autem hæc quantitas vsurę centesimæ pro impenso, pro pœna fit: alterum membrum legis, *si vt proponis,* & orationis D. Marci, ostendit manifestè: dnm aiunt esse in potestate socij reficientis, vel eam pœnam centesimæ accipere vel ius dominij pro solido domus refectæ, antea cōmunis, vindicare, si nomine cōmunitatis impēderit. Fnit.n. ea cura & solicitudo imperatorū, vt ciuitatū ornatus cōseruaretur, ne ruinosa eius ædificia essent, & vt ad domos reparandas etiam inuiti, & ad cōseruandas cōpellerentur domini, alioquin iure suo priuarentur, vt puniantur in quo delinquūt, l.singularū, 8. & l.si quis post hanc, 6. de ædifici.priu.C. Atq; Paulus in l.ad curatoris. 46. de dam.infec.ff.li.39.tit.2. *Ad curatoris reipublicæ officiū spectat vt diruta domus à dominis extruatur: domū sumptu publico extructam, si dominus ad tēpus pecunià impēsam cum vsuris restituere noluerit, iure eam respublica distrahit.* Rursū Vlp. in l.preses prouinciæ 7. de offi presid.li 1.ff.tit.18. *Præses prouinciæ inspectis ædificiis, dominos eorum, causa cognita reficere ea compellat: & aduersus detractantē, cōpetentē remedio, deformitati auxiliū ferat.* & Dioclet. & Max. in l.fi. de iure reipub.li.11. C.ti.29. *Si secundum legē ciuitatis respublica, cuius meministi, ruina collapsis ædificiis tuis, distraxit arcam nihil contra legis huius tenorem, rector prouinciæ fieri patietur.*

Simili consideratione vtemur in vsuris centesimis sortis debitæ, statutis pro pœna eius qui intra quatuor menses non satisfacit rebus iudicatis, nec soluit summam in quam condemnatus fuerit, l.1. & 2. de vsuris rei iudicatæ, li.7. tit.54.

Sicut.n. pœnę & pecuniarię & alię, inductę sunt cōtra temerè litigantes, vt liquet ex toto titulo de pœna temerè litigantiū, apud Iusti. & iure canon. c.e. de plus petit. c.vt debitus honor. 59.§.cum autem, ver.& si minus, de appel. c.calumniam, 4. de pœni cum simil. lia & pœnę introductæ, aduersus eos q cōtēnūt satisfacere iudicatis. & imperia iudici erat lex decēus ita si credamus Cic.3. de legib. qua Magistratus nō obedi n. & noxiū ciuē, multa, vinclis verberibusq; coerceat, ni par, maiorve potestas, populusve, phibuisset. I.ecet iudici iurisdictionē suā, cōtra nō obedietē, õib. modis, ēt pœnali iudicio, tueri: l.1. si qs ius dicēti nō obtēperarit li.2. ff.ti.3. alioquin imperia magistratuum, & sententiæ & iudicia essent illusoria; quod non expedit reipublicæ propter publicam authoritatem, quæ ideò impleri legitimorum iudicum statuta seu iudicia decernit, in l. fi. ne q̄d in loco publico, vel itinere fiat. li.43. ff.tit.8. l.si

pretori

prætor, 75. de iudic. li. 5 ff. tit. 1. Sicq; loquitur Marcian. in l. seruo inuito 65. §. cum prætor, ad SC. Trebel. lib. 36. ff. tit. 1. *cum prætor cognita causa, per errore, vel etiã ambitione iuberet, hæreditatem ex fideicõmisso restitui etiã publicè interesse restitui, propter rerũ iudicatarũ authoritatẽ.* Quod & plurib. docui ex Quintiliano lib. 5. Inst. c. 1. Cicerone & aliis. li. 50. syntag. iur. vniuersi c. 1. nu. 29. excommunicatur vt cõtumax à iudice si aliter coerceri nõ possit. c. tuæ fraternitatis, vers. quod si causa talis, vt lite non cõtest. & c. c. 1. in fi. c. accedens, 2. §. cum igitur, vers. licet iudices, c. quoniam, 5. §. fi. eo. tit. c. non ita, §. fi. cum c. sequenti 2. q. 6. & in princ. 4. q. 5. & c. 1. cum simil. pluribus ibi, not. & in c. 43. si cui, 2. q. 1. *Sicut sine iudicio quemquã nolumus condemnari, ita quæ iustè definita fuerint, nulla patimur excusatione differri.* contra non obedientes & manu armata, authore iudice vti possumus, l. qui restituere, de rei vind. lib. 6. ff. tit. 1. & carcer. li. 1. C. qui bonis ced. poss. l. cum eo, 10. ad leg. Iul. pecul. ff. l. nemo carceres, de exact. tribut. lib. 10. C. sunt & aliæ pœnæ. vt nec mirũ si post indultum beneficium quadrimestris dilationis soluendi iudicatum, mora pariat effectum vsuræ centesimæ, quæ præstatur nõ quidẽ ex vsuris etiam debitis ex sorte debita, sed tantum pro sorte principali nõ soluta. l. fi. de vsur. rei iud. C. lib. 7. tit. 54. ita debetur pro mora, nõ pro mutuo, aut principaliter pro lucro creditoris: vsuræ enim ex mora, non propter lucrũ petentium, sed propter morã non soluentium infligũtur, l. cum quidam, §. si pupillo, de vsur. ff. &. vt vno verbo dicam, pœna inobedientis non est centesima vsura, sed habet æstimationem reductam ad quantitatem centesimæ vsuræ, durius etiam Gratianus Cæsar cauerat, in condemnatos non soluentes intra quatuor menses, si interpellati fuissent: & statuebat duas cẽtesimas ab illis soluendas, vt extat li. 1. tit. 17. C. Theodo. eâque lege vsi antiqui donec Iustin. in d. l. 2. de vsur. rei iud. c. duas centesimas ad vnam contraxit centesimã. Hoc est pœnam moræ noluit ascẽdere vltra quantitatẽ centesimæ vsuræ, & ibidẽ expressit nolle, suam sanctionẽ quæ dimidiã centesimæ tantũ statuebat habere locũ, nẽpe in l. eos qui 26. §. cæteros, de vsur. ita posterior illa lege 2. derogatũ priori in persona horũ nõ soluẽtiũ iudicata.

14 Et, nisi fallar, antiquæ illæ vsuræ pupillares, quib. obstringebatur tutor, qui in suam causam clam pecunias pupillares conuerterat, quæ & centesimæ fuerũt. l. qui sine, de negot. gest. ff. fuerunt tutoribus magis ob pœnam, quàm pro mutuo, mala fides enim arguebatur ex eo, quod clam sibi accepisset, vt videretur animam intercipiendi vel frustrandi pupillum habuisse commodis suæ pecuniæ, quæ inutilis non debebat remanere, l. non existimo. 54. de admin. tut. lib. 26. ff. tit. 7. facit. l. pupillus obligari 5. §. sane, de author. tut. lib. 26. ff. tit. 8. palam delinquentes vt errantes maiore pœna excusantur, clam committentes, vt contumaces plectuntur. l. fi. de ritu nupt. lib. 23. tit. 2.

15 Crescit mala fides iudicatorum & contumacia, si post damnationem non curent debitores creditoribus satisfieri. quam admodum fuisse exosam legislatorib. conscribit manifestè, vel ex vna decemuirali lege, de qua agit Gell. li. 20. Noctium c. 1. cuius verba, *æris cõfessi* (scilicet nomine) *rebúsque debitis iudicatis, triginta dies iusti sunto. Post rem manus iniectio esto: in ius ducito. ni iudicatũ facit. aut quis endo* (id etiã Festus) *eo in iure vindicit secũ ducito vincito aut neruo, aut cõpedib. quindecim pondo ne minore, aut si volet maiore vincito. Si volet, suo viuito, ni suo viuit. qui* (eũ) *vinctũ habebit, libras farris* (in) *die dato, si volet plus dato. ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retineto. Trinis nũdinis cõtinuis in comitiũ procitato, æris que æstimia* (i. æstimationẽ) *iudicati prædicato. tertiis nundinis capite pœnas luito aut trãs Tyberim peregrè venum ito. at si plures esunt* (plures erũt s. pr. more antiqu. Varro,) *tertiis nundinis partes secanto: si plus minúsve secuerũt,* (secuerũt) *nisi fiunt.* Fest. *se fraude esto.* Ex cuius legis verbis, durius habitos antiquitus iudicatos non satisfacientes, apertũ est: vt etiã pœna corporali pro debito iudicato plecterentur, & plurib. creditorib. existentibus, frustatim diuidendi cũ vita addicerẽtur vt non mirum si centesimarum vsurarũ æstimatione sequentib. legib. mulctati fuerint, post 4. mẽses: & pro sexaginta diebus, 4. mensib. concessis post rẽ iudicatam, ære grauiori redempta vita, pœna hæc mitissima visa est. Cũ & alioq; in pro fraude & delicto contumaciæ videatur pœna corporali dignus, vt in multis quæ ratione delicti imponuntur, propter inopiam qui non habet in ære luere debeat in corpore. Sic. n. Vlp. in l. 1. § fi. de pœn. li. 48. ff. ti. 19. *generaliter,* inquit, *placet, in legib. publicorum iudiciorum vel priuatorum criminum, qui extra ordinẽ cognoscunt præfecti vel præsides, vt iis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercitionẽ extraordinariã inducãt.* Atq; in l. si quis 7. §. in seruos, de iurisd. om. iud. li. 2. ff. ti. 1. *in seruos,* ait, *si non defenduntur à dominis, & eos q. inopia laborãt, corpus torquẽdũ est:* Similia exẽpla in l. fi. de in ius voca. ff. l. Pedius 9. de incẽd. ruina & naufra. ff. l. 6. § fi. de modo multarũ li. C. ti. 54. li. 4. §. quod si, de seruis fugitiuis firmatũ placito curiæ supremæ Parisiẽs. vt refert Ioan. Lucius, li. 12. placitorum ti. 8. art. 4.

Quemadmodum contrà pœna corporalis interdum conuertitur in pecuniariam, habita ratione dignitatis aut qualitatis delinquentiũ. l. 4. C. de modo multa. d. l. Pedius. Neque incognita est lex Dei, qui contumaces & inobedientes eis qui præsunt, & habent potestatẽ iudicandi, mori iubet c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Deuter c. 17. vers. 11. *qui autem superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille & auferes malum de Israel, cunctúsque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.* Non est potestas nisi à Deo; & qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit, c. 97. qui resistit 11. q. 3. ad Roma. c. 13.

16 Explicata maiore vsura centesima, videamus de minoribus, quæ ad rationẽ cẽtesimæ, minores dicũtur: & incipiamus à minima, à qua postea gradatim perueniemus ad centesimã seu assalem: cũ ergo as contineat 12. vncias, sic cẽtesima, quæ liberalis est, & veluti as, & totũ, vt diximus cõtinebit 12. partes pro 12. vnciis: semincia est adhuc minor, quia vncia in duas semincias diuiditur: Semiuncialis ergo vsura est, habita rõe cẽtesimæ; quãdo ex cẽtũ denariis principalis, singulis annis soluitur tãtũ dimidius denarius pro vsuris: dicitur Gallis, *au denier deux cents, à sçauoir, demi pour cẽt chascune annee.* Et proinde hæc vsura, æquat tãtũ sortẽ in 200. annis, aut duob. millib. & quadringẽtis mẽsib.

17 Vncialis quando ex sorte centum denariorum; singulis annis datur pro vsuris vnus denarius, sicut. n. 12. denarij pro centum singulis annis dati, faciunt plenã assalẽ, & liberalẽ vsuram; sic vno denario dato pro cẽtum singulis annis, efficitur vnciarium fœnus, dicitur Gallis *au denier cent,* aut, *vn pour cent.* & hæc æquat sortem, in centum annis aut in mille ducentis mensibus.

Vnciarium fœnus, non ex menstrua ratione definitur, quæ erat, vt diximus, cùm singulis mensib. pars assis (quæ drachma apud Græcos esset) duodecima penditur: neq; .n. hîc as in vsuris est mẽstruus, sed annuus duntaxat. Tribuunt legibus 12. tabularum, & illam *ne quis vnciario fœnore amplius exerceto.* Quod colligitur ex Cornelio Tacito, li. 5. vbi sic scribitur. *sane vetus vrbi fœnebre malum; & seditionum discordiarúmque creberrima causa, eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sancitũ, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cùm ante ex libidine locupletium agitaretur.* Testatur & Liuius lib. 7. hanc legẽ annis postquam perlata est 97. depravatis; vt credi par est, tpib. obsoletã, renouatã fuisse à M. Duilio, & L. Mænio tribunis plebis, Marcio, Manlio, Coss.

anno 398. vrbis conditæ, quàm plebs aliquando cupidius sciuit, accepitque, quàm patres, quib. haud æquè læta erat. Addit Tacitus prædicto loco; vnciarium, ad semiunciarium postea fœnus redactũ, & dehinc multis senatusconsultis vetitam vsuram. Philippus Augustus Rex quoq; Galliarũ, vt cõstat ex monumẽtis Gallicę historię, sub annũ Dom. 1206. ad cõpescẽdã Iudaicæ voraginis sitim inexplebilẽ, redegit vsurã mutuatę libræ vnius Turonẽsis, ad sextãtẽ solidi, hoc est denarios duos: vt nõ amplius mutuãs annuo pronẽtu acciperet, quàm libram vnam pro centum viginti, quæ vsura minor erat vnciali quæ quotannis est vnum pro centũ. Hîc autẽ seruata ratione centuriæ librarũ, quã diximus, respondent solidis, sedecim cum besse solidi.

18 Alia species vsurarũ dicta sextans & est, cum duo denarij quotãnis pro centũ denariis, qui in sorte sũt, pendũtur, sic perueniunt vsurę ad æqualitatem sortis, spatio quinquaginta annorum; aut sexcentorum mensiũ. vocatur Gallis *au denier cinquante, ou à deux pour cent.* de hac scribit Papus lib. 1. Tomi primi notariorũ, cap. *des prests vsuraires,* in hęc verba; *A raison de cests cy, l'on achepte communément la seigneurie en iustice haulte, moyenne & basse, bastie conuenablement selõ le reuenu libre de quints, riere quints, rachats, lods, & autres deniers, & situee au lieu où, la loy de Frãce, par laqlle, q cõfisque le corps, cõfisque les biẽs, n'a lieu: cõme en Lyonnois, Forests, Beaujolois, qui sont regis par droict escrit, & sont l'obseruãce de l'autheur.* Bona dãnatorũ, de bonis damna. C. *& où les fiefs n'ont autre charge que du riereban.*

19 Quadrans, seu quarta pars assis, sunt tres vnciæ: quater ter enim, sunt duodecim, vnde quadrantales vsurę sunt, quę ęquant sortẽ in triginta trib. annis & 4. mẽsib. seu in trecẽtis nonaginta sex mẽsib. ideo vocatur vulgò vsura, *au denier trẽte trois,* aut, *trois pour cent.*

*A raisõ de cestuy cy,* inquit Papus, vbi suprà, *sont aujourd'hui estimees les rẽtes en directe seigneurie, sãs iustice, & sãs bastimẽt, & est le plus hault prix qu'on les peut estimer cõmunémẽt, c'est au denier trẽte q est trois & tiers pour cẽt.* Permisit Iustin. in nouel. 120. c. 6. §. & hoc quidem, versus in venerabilib. de alien. & emphyteu. vnde sumpta auth. Hoc ius porrectũ, de sacros. Eccl. ante alienationem rei Ecclesiasticę ob vrgẽtia debita, vt res immobilis detur creditori eius, vt eius fructus colligẽs cõputet, sibi tã in ipsis sibi mutuo debitis pecuniis mutuis, q in vsuris, non amplius quarta parte centesimę.

20 Affinis cõtractui emphyteuseos fuit colonarium ius, *παροικικόν*, in quo post certum pretium numeratum pro re cẽtum puta solidorum, qui rẽ accipiebat pẽdebat singulis annis 4. solidos in perpetuum dominio in se translato certo modo nõ absolutè: nostri hunc contractum libellarium seu colonarium dicunt; Iustinia. *παροικικόν*, in nouel. 7. in prin. vers. lex itaque; de nõ alie. aut permut. reb. Eccl. quo loci ait, illum colonarium contractum factum fuisse in fraudem prohibitionis emphyteuseos; & ideo ꝓhibeo ne in posterũ fiat: Launus eius nouellę interpres adiecit de suo pręter ꝓtotypũ, fũctionem eius colonarij cõtractus, quo etiã, & si in Ecclesiasticis respuatur à Iustiniano in aliis vtimur. *Colonariũ,* inquit, *ius est veluti si domũ valentẽ 100. solidos, & pstatẽ pẽsionẽ 10. solidorũ, accipiat qs ab Ecclesia, & det pro ea solidos cẽtũ seu amplius aut certè minus: & quasi ea de ꝓprio aggrauet si dare singulis annis quasi pẽsiones nomine solidos tres, iste autẽ appellatur parœcus, sed ipsã domũ sub tã parua pẽsione in perpetuũ, & ipse & hæredes eius possidebat.* Videtur hoc ius parœcicum esse, quod ex libellario cõtractu nascitur: nam libellaria venditio fit, scriptura interueniente certo pretio, & hoc amplius certa pensione cõstituta in annos singulos, & hac plerũq; lege, vt certo & cõdicto tpe cõtractus renouetur numerato certo pretio, vel arbitrario: cõmuniter datur (vt dicunt) pro ingressu, hoc est, initio cõtractus & pro renouatione certa summa quam peculiari nomine dici *ἀνανεωτικόν* tradit Leo in nouella 13. de perpetuis emphyteusib. renouationes, ita vt plerũq; adijciũtur cõtractui & res datur in perpetuã locationẽ de 29. annis in 29. annos, vel in aliud tẽpus: & sic in perpetuũ, quẽadmodũ precariæ dabãtur cũ lege renouationis faciendę per singula lustra, seu per post quinquẽniũ. c. 1. de precar. colonarium videtur dicere cõtractũ, nec à iure cognitũ aut admissũ in rebus Ecclesiæ: l. Constantinop. Ecclesia 24. §. 1. de sacros. Eccle.

21 Extat scholion li. 23. Basilic. tit. 3. ad c. 47. quod videtur permittere Ecclesiæ quadrãtẽ cẽtesimę in hęc verba, *νόμιμος τόκος ἐπὶ ἐμπορευομένων τοῖς τοκίζοντος ἤτοι ὀκτὼ ἑκατοστιαῖος, τουτέστι* ll. 16. *ἐπὶ δὲ τραπεζιτῶν ἐπὶ ἄλλων πραγματευτῶν, διμοιρον ἑκατοστῆς ἤτοι* ll. 8. *ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τελεία ἐπὶ ἐκκλησιῶν τρίτον ἑκατοστῆς, ἤτοι* ll. 4. *αἱ δὲ ἐκκλησίαι δ. ἑκατοστὴν ἤτοι* ll. 3. i. *Vsura legitima, cũ quis vsurã traiectitiã capit, hoc est, cũ periculo suo, est cẽtesima: id est nummi. 12. in nummulariis autẽ cæterisq; negotiatoribus bes cẽtesimæ, hoc est nummi octo. In aliis, exceptis illustribus, cẽtesimæ semis, id est nummi sex. In illustrib. triẽs cẽtesimæ, id est nummi quatuor. Ecclesia deniq; quadrantẽ cẽtesimæ, id est nummos tres recipiũt.* Quod postremũ firmatur ab Hermonopulo lib. 7. Enchirid. tit. *περὶ τόκων.* loquũtur autẽ illi de permissione iuris ciuilis, cũ tamẽ in c. 1. de vsuris, omnes species vsurarũ prohibitæ sint Ecclesiis & clericis & in 2. laicis idem ferè in d. lib. 13. Basilic. tit. 3. c. 69. in textu.

22 Trientales vsuræ sunt, quãdo tertia pars cẽtesimæ prestatur, nempe quatuor vnciæ: ter enim quatuor faciũt 12. quib. vsura cẽtesima cõstat: quãdo quatuor pro sorte centũ solidorũ pro vsuris singulis annis soluũtur, & perueniũt istę vsurę ad æqualitatẽ quantitatis sortis in 25. annis seu tercẽtis mẽsib. ideò dicuntur vulgò, *au denier 25. quatre pour cẽt,* dicitur & in iure tertia cẽtesimę, vel trientariũ fœnus: aut triẽtes vsurę. Leues istę etiã dicuntur, & quę imponuntur tutorib. accipiẽtib. mutuo ab aliis cõtutorib. vel palã pecunias pupillares; vt legitimę maiores, si clã easdẽ in vsus suos conuerterint, in l. tutor. qui repertoriũ, §. quę autẽ, de admin. tut. lib. 26. ff. tit. 7. *Quæ autẽ sunt vsuræ pupillares &c. & primũ earũ pecuniarũ quas tutor in suos vsus conuertit legitimæ præstantur. Itẽ si à debitorib. legitimas exegerit ex ceteris causis secundũ morẽ prouinciæ præstabit vsuras, aut quincunces, aut trientes, aut si quæ aliæ leuiores in prouincia frequententur:* Paul. Iurisc. in l. cũ quidã, 17. §. fi. de vsur. ff. pœnã non ponentis imagines in loco publico ex decreto testatoris, ad quantitatem istius modi vsurarum constituit. *Si diis,* inquit, *nõ sit ab his qui statuas vel imagines ponẽdas legauerũt, præfinitum, à præside tẽpus statuendum est, & nisi posuerint heredes: vsuras reipublicæ vsq; ad tertiam centesimæ pendent.* Adfertur & casus harum vsurarum in dote nõ soluta, in l. fi. §. præterea sancimus; de iure dot. lib. 5. Cod. tit. 12. cuius verba. *Præterea sancimus si quis in dotem, vel prædia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes ciuiles, spoponderit vel promiserit: si ex tempore matrimonij biennium transactum sit, ex eo reditum vel pẽsionũ, necnõ panis ciuiles quæstum eum præstare, etiamsi adhuc non fuerint principales res traditæ. Et si tota dos in auro sit, itidem post biennium vsuras vsque ad tertiam partem centesimæ præstari,* &c. facit l. vnic. §. exactio. de rei vxor. act. C. Quo loci obseruo illam taxationem tertię centesimæ, esse æstimationem eius quod interest ipsius mariti dotem nõ sibi reddi promissam; cum tamen onera matrimonij sustineat, pro quib. dotis fructus sunt percipiendi, l. dotis fructus, 7. de iure dotium, ff. l. pro oneribus 20. C. eo. tit. Et istæ vsuræ approbantur iure Pontificio, ca. salubriter, 16. hoc tit. de vsuris. Siquidem non pendent ex mutuo, sed ex illegitima detentione rerum dotalium: ideò non planè pertinent istæ vsuræ ad controuersiam vetitarum: atque taxatio ad tertiam centesimæ, pertinet ad taxationem eius quod interest non dari dotem, iuxta potestatem datam iudicibus in l. vnica, de sentent. quæ pro eo

quod

quod inter.profer.C.videtur enim iustos reditus ad trientales vsuras metiendus, si emendus esset aut æstimandus: pro quo facere videtur l.3.§.fin. ad legem Falcidiam, li. 35.ti.2. *Item*, inquit Paolus, *si respublica in annos singulos legatũ sit, eũm de lege Falcidiæ quæratur, Marcellus putat tantùm videri legatũ quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius sũma, qua legata est, colligẽdas.* Hinc volo, vt reditus quatuor solidorũ annuus, possit iustè emi cẽtũ solidis secundùm illam legem. Hic tamen videtur, considerata taxatione iuris malè respondisse, & consuluisse Alex.consi.100.inc.*perspectis narratis*, vol.6. stipulationẽ valere, vt quinq. pro centũ soluãtur, donec dos soluatur. Item malè sensisse Imolam in l.vsuram, § vsuras, soluto matrim.ff. quòd pactũ factum à genero cũ socero valet, quòd donec sibi soluatur dos, dentur sibi sex pro centenario, quamuis nõ exprimatur quod dẽtur pro oneribus & alimentis. Siquidem prohibuit Iustin in § fin.l eos, de vsuris.C. egredi taxationem pro vsuris impositam: & in dicta l.vnica, §.exactio, de rei vxor.act.& l fi.§ præterea, de iure do.C. imposita est taxatio pro dote nõ soluta tãtùm trientalis vsuræ. Quare reductio ad interesse tertiæ centesimæ facienda est, & quod super exactum vel promissum est, pro non adiecto est, l.si non sortem, § supra duplum, & l.indebitum, de condi.ind.ff cum simil.ib.

23 Trientarium fœnus exercuit Antonius Pius, & pecuniis suis plures ditauit, sicut scribit in eo Capitolinus. Alex.quoq. Seuerus eodẽ fœnore vsus, ita tamen vt pauperibus sine vsuris pecunias dederit, vt ait Ælius Lãpridius in eo. Tempore Octauij adductis post victoriã Antonij & Cleopatræ spoliis ingentibus, fœnus quod denario pendebatur ad trientem peruenit, teste Dione Cassio li.51. Iusti. in l.eos qui, 26 § super vsurarum, trientem fœnerandi terminum illustribus personis cõstituit, intra quem minoribus vsuris mutuare, & maioribus nõ poterãt. Ideóq. inquit, *iubemus illustribus personis, siue eas precedẽtibus* (id est, *superillustribus & dignioribus*) *minime licere vltra tertia partẽ centesima, vsurarũ nomine in quocũq. contractu vili vel maximo, stipulari.* Vbi cauenda & emendanda gl. ad verba *tertia partã cẽtesima*, dũ ait, Sors est duodecim, vsura sit in anno quatuor, nã dicendũ, vsura centesima annua pro centũ, est duodecim: vsura trientalis sit quatuor in anno, quæ est tertia pars centesimæ vsuræ, nõ sortis, vt glossa dixit. Alex. Seuerus, vt ait Lampridius, generaliùs vsuras fœneratorum omnes & omnium, contraxit ad trientes, & pensiones. At senatoribus vsuras accipere voluit pro mutuo, permisit autem capere munera. Dehinc cum muneribus abuterentur, permisit illis capere semisses, munera verò capere inhibuit. At Gordia. excipere videtur ab hac licentia administrantes prouincias cum aliis Cæsarib. de quib. meminit in l.3. si certum petat. li 4.C.ti.2. *Eas*, inquit, *qui officia administraut, neq. per se, neq. per suppositas personas tẽpore officij sui in prouincia fœnus agitare posse, sæpe re, criptũ est.* Idipsum Modestinus iurisconsul. testatur in l.principalib.33. de rebus creditis, ff. li.12.ti.1. *Principalibus*, inquit, *constitutionibus cauetur, ne y qui prouinciã regũt quive circa eos sunt, negotiẽtur mutuámve pecuniã dẽt, fœnúsq. exerceant.* Propterea quod erant temporales magistratus, poterántq. dignitate incutere timorem subditis: cum quibus ideo contractus inhibiti erant: l.non licèt, de contrah.emptio.ff.l.qui officij, eod.ti.l.2. de contract.iu l.C. l.si quis officium. de ritu nuptiarum, ff Quo pertinet lex Thebanorum, de qua Aristoteles 3.Politi. Et certè puto magis inhærendum legi Honorij & Theodosij in l.nobiliores, 3. de commerc. & merc.li 14.Cod.ti.63. quo loci nobilioribus interdicuntur commercia negotiationum vt faciliùs plebei inter se negotientur, quia quo quisque honestior est, eo minùs debet negotiari & fœnerari: quibus non censentur derogatum per l.eos, §.super vsurarum. eod. quod illustribus ponitur terminus tantùm fœnerandi, scil. quibus permissum, non quib. interdictum, l.vt gradatim, de mune.ff.

24 Cæterùm Leo Imperator in nouella 83. *ὡς ἂν ἐπὶ τὸν χρόνον τοῦ δανείου προσέχεσθαι τῷ λογισμῷ ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς.* *vt ad trientes vsuras pecunia licitè mutuetur.* Refert Basilium patrem suum & principem iuxta sacrosancta Dei præcepta prohibuisse omnes omnib. vsuras, verùm impietatẽ & crudelitatẽ creditorũ, non modò nõ emendatã sed in peius versam: & ideò propter redũdãtem in humana vita peruersitatem, non modò nõ profuisse tam sanctam legem, sed etiã obfuisse: & quãquam lex illa culpari non posset, tamẽ propterea quòd humanæ non potuit ad illius peruenire sublimitatem, ait se egregiũ illud præscriptũ abrogare, & in contrarium statuere, vt æris alieni vsus ad vsuras procederet, ad trientes nempe centesimæ, quod fœnus quotannis, in singulos solidos singulas fœneratorib. parit siliquas, vt ipse ait.

Restrinxit etiam vsuras quæ à rusticis peterentur ob illas mutuas pecunias, ad trientales, nou. l.31. Græca. *ὡς τὸ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν, καὶ τόκον ὑψηλὸν λαμβάνειν τόκον ἀπὸ τῶν γεωργῶν.* *Ne quis mutuũ dans agricolæ terram eius teneat, item quam magnas vsuras creditores ab agricolis debeant percipere.* Cuius tenor, iterũ edicto Latino iussus est, nouel.33. de his qui mutuũ dant agricolis, & nouel.34. ne quis, quod agricolæ mutuã pecuniam dedit illius terram teneat, &c. quæ videtur conuersio ad verbum Nouellæ 32.

25 Quincunx vsura est, quando quinque penduntur annuatim pro centum, nempe quinque partes seu vnciæ ex duodecim partib. quæ faciunt centesimam & æquant sortem viginti annis, aut mensib. 40. vulgo dicitur *au denier vingt, & au sol la liure, ou, cinq pour cent.* Meminit de Quincuncibus l.tutor qui repertorium 7. §. quæ autem, de ad minist.tutor. ff.l. à filio, 15. & l.alimẽta, 16. §. Basilicæ, de alimẽtis & cibar.leg.lib.3. ff tit.1 ibi, *Basilicæ libertæ decem dedi, quem apud Epictetum & Callistum libertos esse volui, vt cùm fuerit annorum viginti quinque Basilicæ cum vsuris quincuncibus restituerentur, &c.* Et Paulus in l.cùm quidam, 17. de vsuris. ff *Cùm quidam*, inquit *cauisset se quotannis quincunces vsuras præstaturum: & si quo anno non soluisset tũc totius pecuniæ, ex die qua mutuatus est, semisses soluturum, &c.* Istæ vsuræ modestæ dicuntur à Pers. Saty 5.

> *Quid petis*, inquit, *vt nummi, quos hic quincũq. modesto*
> *Nutrieras peragant auidos sudore deunces.*

Iustinianus in Nouella 7.c.3.§ emphyteusim, vers. quia verò Leonis, de non alienan. aut permutandis reb. Ecclesiasticis, in concedenda emphyteusi rerum Ecclesiasticarum in suburbio existentium, & pro cõstituenda annua pensione pro iisdem ab emphyteuta, statuit, non ex reditib. metiendam emphyteusim, sed æstimari debere suburbanum subtiliter, & reputari ex pretio collecto, reditus possibiles in viginti annis computari. Et in reditibus ex hoc computatis agi emphyteusim, non perpetuò, sed in eum qui percipit, & in duas ex eo successiones. Ex quibus verbis apertè colligitur, reditum quinque solidorum habere iustam æstimationem per summam eorumdem, quæ intra viginti annos æquet pretium vt iustum. Huius fœnoris Quincuncialis quod quinque de centum colligit in annos singulos, rationem sortitur Calechutianum vectigal, auctore Caconusto, vt refert Robertus Cænalis Episcopus Abrincensis, libro de mensurarum ac ponderum ratione, tom. 2. de assis varia acceptione.

26 Semisses vsuræ, quando semis, hoc est, media pars centesimæ, datur singulis n n s pro centum, media centesimæ, æquat sortem sexdecim annis & 8. mensibus aut ducentis, vulgò dicitur, *à six pour cent, au denier seize, à quinze deniers pour liure.*

Iustinian. in d.l.eos qui, §. super vsurarum, vers. cæteros C. de vsuris, communem exactionem vsurarum & stipulationem earum, intra hos fines concludit. exceptis qui-

hus illa lege maiores concessæ. Atq. ad eam quantitatē iudices vult, idquod in contractibus bonę fidei accedit, tantùm vsuras debitas redigere, etiam non habita ratione cōsuetudinem locorū, si maiores decernantur. Verba eius sunt: *Cæteras autē*, id non supra expressos, nempè nō illustres, aut qui non habent mercaturam, aut terrestrē, aut maritimam, quibus alia adhibita taxatio, *homines, dimidiā tantūmodo centesimæ, vsurarū nomine, posse stipulari* (sancimus) *& eā quantitatē vsurarū etiā in alijs omnibus casibus nullo modo ampliari, in quib. citra stipulationē exigi vsura solet, nec liceat iudici memoratā augere taxationē, occasione cōsuetudinis in regione obtinētis.*

Qua decisione, & fiscus, & respublica continentur, neque fiscus vltra semisses habet, l. fi. de vsur. fisc. li. 10. C. Sūt & ciuitatum vsuræ semissales, l. septitia, 10. de pollicita. li. 50. ff. ti. 12. per iura autem alia ciuilia cuiusq. ciuitatis, possunt inueniri alterius quantitatis, maximè in ciuitatibus quæ non subiiciuntur imperio: quemadmodū & alij reditus alterius taxationis inueniuntur ibidem, ex pecuniis publicis constitui, actiuè & passiuè.

27 Septunces vsuræ, dicuntur septem ex centesimis, septem annuatim pro centū: vulgò *sept pour cēt, au denier quatorze*: quia in quatuordecim annis seu centū sexaginta octo mensibus æquant sortem centum. Et ita emendandum est in lib. syntagma. 22. c. 3. num. 39. vbi pro mensibus 171. scribendum mensibus 168.

28 Besses quando octo partes, octo vnciæ ex duodecim accipiuntur singulis annis pro sorte centum: vulgò dicitur, *au denier douze, à huict & tiers pour cent: à vingt deniers pour liure*, & æquat sortem 12. annis vel 144. mensibus, vel vt alij computant, Bes vsura est ad centesimam, quod bes ad assem. Besses vsuræ sunt duæ partes centesimæ: & 150 partem sortis quolibet mense pendent: integram verò sortem 12. annis & 6. mēsib. & annuatim 8 in centum, quę altior est vsura recepta, nihilominùs in constitutione redituum approbata reliquis maioribus reiectis. Sic Iustinian in dict. l. eos qui §. super vsurarū, vers. *illos verò*, de vsur. C. *Illos verò*, inquit, *qui ergasteriis præsunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt, vsq. ad bessem centesimæ, vsurarum nomine in quacunq. cōtractu suam stipulationē moderari* (*scilicet iubemus.*) Argētariis quoq. debentur vsurę besses, quāuis de his expressè non fuerit dictum, nouella 136 Est singulare quod datur à Iustiniano priuilegiū vsuræ sumendæ bessalis, mercatoribus in licita negotiatione & qui ergasteriis pręsūt, id est officinis negotiationis, vbi opera quæ venduntur, fiūt: sic enim explicat l. 2. C. de Episc. & cler. quibus pręsunt institores, trapezitę, argentarij, & apud Plutarch. de Socrate ἐργαστήρια μαχαιροποιῶν Illud certè vtilitati publicè videtur concessum, propter commercia faciliora, vt pauperes potiùs à mercatoribus iuuarentur: vt habetur in dict. nouella 136. Quamquam hodiè etiam in mercatoribus, si agatur de simplici mutuo, nō de eo quod interest respondendū sit, & vsuram esse illicitā, non tantū bessalem, sed aliam qualemcūq. per c. fi. istius tituli de vsuris c. consuluit, eo. ti. nisi fiat ob cambiū permissum, de quo suo loco diximus suprà. nec defenduntur negotiatores vsurarij ob constitutio. Iustin. quoad Deum, multò minùs qui ex permissione principū extra negotiationem etiam recipiunt ex mutuo vsuras: nā & personæ & arti tribuit Iust. negotiandi priuilegiū, principes verò crudelitati creditorū permissionē, vt rectè responsū etiam sit l. à Molinæo tracta. de vsu. no. 60. 61. vsuras besses desinere deberi mercatori si desinat negotiari, vel si nomē seu creditū alteri cedat, quia cessat ratio priuilegij, nempè negotiatio, & ideo eius dispositio l. adigere, §. quāuis, de iure patro ff. c. cū cessante, de appellat. Bessalem vsuram Calechntani apud externos in suis cōmutationibus, obseruant, dū octo pro centū colligunt. Robert. Cenalis li. de mensurarū ac ponderum ratione, tomo 2. de assis varia acceptione, & eiusd. partitione. Hodiè etiam solent taxari ea quæ interesse sua dicūt mercatores pecuniam sibi dicta die non fuisse solutam, ad æstimationem & finem istius vsuræ bessalis, ad summum: quanquam stipulatus sit à debitore creditor. vt ad diē pretio non soluto puta venditionis, duplum præstaretur. nam hæc stipulatio in fraudem vsurarum censetur adiecta. ideò id quod interest, si quid magnum proponatur ad istas legitimas vsuras metiendum erit, cuius praxis sumpta est ex l. Iulianus, 13. §. ibidem Papinianus de actio. empt. li. 19. ff. ti. 1. & ex Hermogen. in l. fin. de peric. & commo. rei vend. li. 18. ff. ti. 6. venditori, si emptor in pretio soluendo moram fecerit, vsuras dumtaxat præstabit: non omne omnino quòd venditor mora non facta, consequi potuit, veluti si negotiator fuit, & pretio soluto ex mercibus plus quàm ex vsuris quærere potuit: quod de lucro incerto non de damno emergente intelligendum est, & si solitus sit negotiari per l. 2. in fi. de eo quod certo loco ff.

29 Dodrantes vsuræ, quando nouem partes centesimæ, hoc est noueni pro centum singulis annis soluūtur, appellatur vulgò, *neuf pour cent, au denier onze*: eò quòd eius præstatio ascendit ad æqualitatem sortis, vndecim annis & vno mense, aut 133. mensib.

30 Dextantes sunt, quando soluūtur deciæ, aut decem partes centesimæ singulis annis, vulgò, *dix pour cent, au denier dix, deux sols pour liure* Et ita ęquat sortem centum, decem annis, vel 120. mensibus.

31 Deunces, quando vndecim vnciæ seu partes *vsuræ* centesimæ singulis annis præstantur pro centum, dicitur vulgò, *onze pour cent, au denier neuf*, quia se æquat sorti nouem annis & vno mense vel 109. mensibus.

32 Postrema, vt diximus, & maior assalis centesimæ, quando duodecim pro centum annuatim penduntur, vulgò, *douze pour cent, & au denier huict*: quia sortem æquat intra octo annos & quatuor menses, vel 100. mensibus, de qua anteà.

33 Cæterùm, vt facilior sit vsurarum praxis seu æstimationis, quę fit, habita ratione lucri vsurarum, in eo quod interest, & in emptionibus redituum & fructuum, subiiciemus abacum iuxta communem librarum Turonensium valorem, nempè viginti solidorum Turonensium, solido valente duodecim denarios. Ergo reditus vel vsura vnius denarij, in libras singulas annuatim pro centuria librarum, conficit summam octo solidorum & quatuor denariorum ad cuius rationem deinceps fit multiplicatio, hoc modo: Vnus denarius in libras tur. singulas assurgit in anno ad 8. solidos 4. dena.

Denarij duo, ad 16 sol. 8. den.
Denarij tres ad 25. sol.
Denarij quatuor ad 33. s. 4. den.
Denarij quinque, ad 41. so. 8. de.
Denarij sex, ad 50. sol.
Denarij septem, ad 58. sol. 4. den.
Denarij octo, ad 66. so. 8. de.
Denarij nouem, ad 75. sol.
Denarij decem, ad 83. so. 4. den.
Denarij vndecim, ad 91. sol. 8. de
Denarij duodecim, ad 100. sol. Et hoc est quod vulgus ait, *au sol la liure, & vn sol pour liure tous les ans*. Vnde pro centū li. Turonēsib. sūt quincūces vsurę, *5 pour cēt*.
Duo solidi Turon. ad 10. lib. turo.
Tres solidi, ad 15. lib.
Quatuor solidi, ad 20. lib.

34 Alius Abacus vsurarum maiorum & minorū iuxta definitionem iuris ciuilis, ad quarum taxationē plerunque eodem iure reducitur taxatio pœnæ ex mora, & eius quod interest, censuum & redituum.

*Centesima* vsura a maior est, quando duodecim pro centum, soluuntur singulis annis, quæ proponitur pro suprema, vulgò *au denier huict*, quia æquat sortem intra centum menses, seu intra octo annos, & quatuor mēses.

*Seminu*

*Semiuncialu, minima, demi pour cent à chacun an*, æqoat ſortem tantùm intra centum annos.

*Vncialu*, vnum pro centum ſingulis annis, vulgò *au denier cent*, quia iotra centom annos æquat ſortem centum.

*Sextans*, cùm duo pro centum ſortis, ſingulis annis ſoluuntor, vulgò, *à deux pour cent*, aut, *au denier cinquante*, quia intra quinquaginta annos æquat ſortem.

*Quadrans, trois & tiers pour cent*, aut, *au denier trente trois*, quia triginta tribus annis, & quatuor menſibus ſoluta, ęquat ſortem.

*Triens b* tertia pars centeſimæ, *quatre pour cent*, aut, *au denier vingtcinq*, quia viginti quinqne annis ęquat ſortem centum.

*Quincunces* vſuræ habent quinque partes vſurę centeſimæ, *cinq pour cent*, aut, *au denier vingt*, dicitur &, *au ſold la liure* æquant ſortem viginti annis.

*Semiſſes*, habent mediam partem vſuræ centeſimæ, *ſix pour cent, au denier ſeize*, quia æquant ſortem ſexdecim annis & octo menſibus, dicitur &, *à quinze deniers pour liure*.

*Septunces* quándo dantur pro ſotte centum ſingulis annis ſeptem, dicitur *au denier quatorze*, quia in quatuordecim annis æquant ſortem.

*Beſſes d* octo partes centeſimæ, *huict & tiers pour cent, au denier douze*, quia æquant ſortem annis duodecim, & ſex menſibus.

*Dodrantes*, nooem partes centeſimę pro centum annuatim, *neuf pour cent, au denier onze*: eò quòd æquent ſortem vndecim annis & vno menſe.

*Dextantes*, decem partes centeſimæ vſuræ annuatim pro centum ſolutæ, *dix pour cent l'an, & au denier dix*, qnia decem annis ſolutæ æquant ſortem. Dicuntur, *deux ſols pour liure*.

*Deunces*, ſunt vndecim partes centeſimæ vſuræ annuæ *onze pour cent, au denier neuf*, quia æquant ſortem annis nonem & vno menſe.

Poſtrema centeſima maior, 12. pro centum, vt dixi.

*a Hæc maior in iure, & nautica l. eos, §. in traiectitia, C. de vſur.*

*b Hanc vſuram non poſſunt ſupergredi illuſtres & ſuperilluſtres, quia hic terminus vſurarum illorum. dict. l. eo. § ſuper vſurarum. C. de vſur. poſſunt tamen exigere minores.*

*c Hic limes mutuantium, qui neque illuſtres, neque mercatores ſunt, quem non licet ei transgredi, dic. l. eos. §. cæteros.*

*d Hæ ſunt maiores vſuræ, permiſſa mercatoribus communibus, d. l. eos. §. ſuper vſurarum.*

## CAPVT VI.

### Priuatis perſonis & corporibus ciuilibus ſeu vniuerſitatibus & collegiis vſuras accipere prohibitum.

1 *Communitatibus & ciuitatibus interdicta vſura.*
2 *Ratio quia corpus faciunt ſingulares perſonæ vnita, & communitas delinquere & puniri poteſt.*

1 COlligimus rurſum ex ſuperioribus diſtinctionibus vſurarum, Iuſtinianum in ſæpè citata l. eos, §. ſuper vſuratum, permiſiſſe vſuras certis perſonis tantùm, vel ratione negotiationis, vel ratione periculi: & aliquibus propter dignitatem minores tantùm, aliis maiores. Sed nunc iure noſtro pontificio, dicimus omnes vſuras cuiuſcumque generis, fuiſſe in noſtro c. 1. de vſuris prohibitas & omnibus, quod & omni iure firmari oſtendimos: & in laicis quoque vt in clericis locum habere docetur ex ca. 1. huius tituli, & aliis iuribus anteà explicatis. Quod & locum habere declaratur non ſolùm in ſingularibus perſonis, ſed etiam in communitatibus, corporibus municipiorum & collegiorum, vt illis quoque interdictum ſit fœnerare pecuniam ſeu ad vſuram collocare, vel approbare vſuras, vel etiam ſtatuta de illis ſoluendis vel de ſolutis, non repetendis condere, clement. 1. de vſuris Vbi pononrur ex concilio Viennenſi in huiuſmodi perſonas pœnæ, & in cap. 1. etiam & c. conqueſtus Item hoc titul. de vſur. loquitur diſpoſitio de monaſteriis & collegiis eccleſiaſticis, quibos prohibitum eſt pro mutuo dato vſurarum nomine, retinere fructus poſſeſſionis in pignus eo nomine datę. Sic emendatæ leges ciuiles, quæ dicunt ciuitatis & reipublicę pecunias ad vſuram mutuari poſſe, vt in l. ſi bene collocatæ 132. de vſur. ff. Neque tamen hîc liquor de emptione redituum annuorum in pecunia vel aliis rebus: nam emptio hæc & priuatis, & collegiis, & ciuitatibus eſt licita, iuxta decreta cap. 1. & 2. de emptione in extrauagantib. communibus, de qua nos alibi: ſed agimus vt non liceat communitatibus, mutuare ſub vſuris & illis eſſe prohibitum & collegiis, & ſi faciant poſſint puniri.

2 Quia quanquã collegium, capitulum, vniuerſitas, populus, communitas, conſtant ex ſingularibus perſonis, tamẽ ſimul vnum corpus faciunt, & pro vno habentur, in his quæ totam cõmunitatẽ reſpiciunt l. 1. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine dict. lib. 3. ff ti. 4. Põpo. in l. rerũ miſtura, 30. de vſucapio. libr 41. ff ti. 3 l. proponebatur dẽ iudic. ff. Atq; totum illud corpus ciuile pro vna perſona fictitia, quæ ſingulos de corpore repræſentat, habetur quẽadmodum hęreditas repræſentat hęredem, & perſonæ vice fungitur, ſicut municipium, & decuria & ſocietas, vt reſpondit Florentinus Iuriſconſ. in l. mortuo reo, 22. de fideiuſſ. li. 46 ff ti. 1. ſic Caius in l. non minus ſeruos, 41. §. fin. de hæredib. inſtituen. li. 28. ff. ti. 5. hæreditarium ſeruum ante aditam hæreditatem, ideò placuit hęredem inſtitui poſſe, quia creditum eſt hęreditatem dominum eſſe, & defuncti locum obtinere, neq; tam ſinguli vt ſinguli in cauſa collegij, quàm vt omne ſimul cõſiderantur: & aliud eſt collegiũ, aliud ſinguli de collegio: c. qui manumittitur 12. q. 2 neq; ſeparatim ſinguli poſſunt, quod ſimul poſſe dicuntur: in c. nouit, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capituli. Quare in his quę propriè ab vniuerſitate, collegiu, vel capitolo fieri dicuntur, poteſt & dici delinquere vniuerſitas, collegium, aut communitas, ſi in his factum delictum ſit: quemadmodum ſtatuendo iniqua, imponẽdo collectas, ſeu munera illicita permittendo vſurarios & ſimilia illicita agẽdo nomine vniuerſitatis, quę priuatis delicti pœnam irrogant, vt noua cõſtitutio. Itẽ quęcumque communitas de Epiſcop. & clericis, C. auth. caſſa, de ſacroſa. Eccleſiis, C. §. item quęcũque, de ſtatut. & conſuetudine in vſib. feudorum. vbi bãnum imperiale communitatibus inducitur ſi violent libertatem Eccleſię exactionibus, aut ſtatutis quibuſcumque: & ſubiiciuntur ſententię excommunieationis officiales c. grauem, de ſentent. excomm. c. nouerit eod. tit. Interdictum fertur in vniuerſitatem in c. clericis, 3. §. nos igitur, de immunit. Eccleſiar. in ſex loco excommunicationis vt Romana. §. vniuerſitate de ſenten. & ex quo in ſ2a cum ſimilib. Lex & ciuilis in l metum. §. animaduertendum quod metus cauſa lib. 4. ff. ti. 2. notat edictum, *quod metus cauſa, &c.* generaliter conceptum fuiſſe nec adiicere à quo geſtum ſit, & ideò ſiue ſingularis ſit perſona quę metum intulit, ſiue populus, vel curia, vel collegium, vel corpus, huic edicto locum eſſe Et quanquã facilè nõ detur actio de dolo in municipes quia facilè dolum municipium committere non poteſt, ſed detur in adminiſtratores, in qoantum ad eos peruenerit, in l. ſed & ex dolo, 15. §. ſed an, de dolo libr. 4 ff. tit. 3. tamen datur aliquando ſecundùm Bartholum ibidem, quando dicitur delinquere vniuerſitas, quod quando dicatur explicat gloſſa in l. ſicut, 7. ad verb. non debetur. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. libr. 3. ff. tit. 4. gloſſa ad l. aliud, 321. §. refertur, ad verb. *refertur*, de regul. iur. ff. Barthol. ad l. aut facta, de pœn. ff gloſſa ad cap. dilectus 30. ad verbum *officialibus*, & ibi Panormit. de ſimo, nempè quando actus

potest referri ad vniuersos de corpore, dict. §. refertur si publicè fiat à maiori parte, vocato solemniter vniuerso populo cū sonitu companæ vel tubæ, vel allo mote solito ad congregandum vniuersum populum licèt non omnes veniant, sed tantùm duæ partes ex tribus, cum quib. deliberate actus qui pœnam meretur, factus fuerit. Iuxta l nulli quod cuiuſ. vniuer. nomine. l. quod maior pari, 19. l municipes 14. ad municipalem li. 50 ff. ti. 1. c. cū omnes, de cōstitutionib. Et proinde ptopter delicta hæc quę cōmisit ab vniuersitate dicūtur, punitur interdum vniuersitas tota, dissipando & dissoluendo ius vniuersitatis, eáque omnia ei adimendo quib. cōstat, nempè arcam, syndicum & similia, vt l. 1. §. 1, quod cuiusque vniuers. nomi. ff. l. 1. & 3. de collegiis illicit. lib. 47. ff. ti. 22. arattum in ferendo, l. si vsusfructus, 21. quib. modis vsusf. uct. amitta. li. 7. ff. tl. 4. Poterit & res possideri in qua delictum cōmissum, ab vniuersitate vt in l 1 §. fin. & l. 2. de acquiren. possel. lib. 41. ti. 1. l. 1. §. fin. & l ciuitates 8 quod cuiusque vniuersitatis nomine poterit & ea publicari, l. lubemus, C. de sacrosanct. Eccles. Si tamen agatur de pœna pecuniaria imposita vniuersitati soluent eam, nō omnes quidem qui ex vniuersitate sunt, sed tantùm in eos fiet executio qui fuerunt consentientes, vel subscribentes, vel qui ratum habuerunt factum expresse vel tacitè si possunt ab aliis non consentientibus separari, l. 1. de magistra conueniet. libr. .. ff ti. 8 glo la ad c. Romana. § in vniuersitatem. ad verbum *inculpabiles* de sententia excommunica. in sex sunt exempla in cap. veniens, 10 in c. dc hoc. ca. ad hoc de simo. Puniuntur ita maximè & præcipuè illi de quorum consilio factum quippiam nomine vniuersitatis fuit, non alij, vt prælati & officiales, ex capitulo prccipui, & illi, qui cùm possent non restiterunt. cap Episcopus. 10. q. 1. 1. iudicibus, C. de appella. dict. §. in vniuersitatem cap latores, de clerico excommunica. ministran. Atque vidi sæpè in Senatu Tholosano, dum ibi patronus causarum essem, in caulis syndicatus & communicatis, condemnari nominatos & comprehensos tantùm in syndicatu, & ratum habentes, & contra eos tantùm executionem decerni. Quòd si incertum sit qui ex pluribus communitatis vel collegij deliquerint, leuatur pœna & quidam tantùm ex pluribus plectuntur, vt euitentur clades & strages plurium. capit. commellationes. 44. distin. cap. 25. ita nos, 25. qu. 2. Sequitur autem in aliquos ne delictum maneat omnino impunitum, quod ne fiat, & propter exemplum, & propter iustitiam, reipublicæ interest, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil ff. & in l. municipibus 97. de cond tion. & demonstra lib. 5. ff. titul. 1. iurant municipes, per quos municipij res geruntur.

Cùm ergo vsurarum peccatum graue sit, & damnandum in singularibus & priuatis personis, multò grauius erit in his qui palàm vsuras defendēt & exercebunt, quia deteriora sunt peccata publica occultis, propter maioris mali pernitiem cap. præcipuè, 11. q 3 argu c. quàm sit, de excessibus prælator. Et tolerabilior culpa si lateat, quàm si culpę vsurpetur authoritas, nempè si authoritatibus & rationibus factum defendere nituntur. c. nemo. 32. quæstion. 4.

## CAPVT VII.

### Num Iudæis permissum sit exercere vsuras licitè, & sit explicatio c post miserabilem, 12. de vsuris.

1 *Iudæis prohibita vsura, quia contra ius gentium & naturam rerum sint.*
2 *Item quia secundùm rationales leges viuere debent, quæ omnibus naturales & communes.*
3 *Item quia iure illæ Pontificio prohibentur.*
4 *Quia Iudæi ab oppressione Christianorum arcentur, & vsura habeant oppressionem.*
5 *Item quia Iudæi & Pagani non possunt turbare religionem Christianorum.*
6 *Iudæi turbarent politiam Christianam, & darent occasionem Christianis fœnerandi.*
7 *Iudæi peccant exercendo vsuras.*
8 *Contraria sententia Iudæis permittentium. 1. Quia dictum illo, fœnerabis populis multis, sed ibi solutur.*
9 *II. Quia ab hostibus licitè dicunt vsuras accipere & Christianos esse hostes Iudæorum, sed sibi vtrumque falsum docetur.*
10 *I. l. Adfertur & dissoluitur c. quanto de vsuris.*
11 *Soluitur quartum argumen. quo dicitur Iudæos esse extra Ecclesiam.*
12 *Quare sustinerantur inter Christianos Iudæi.*
13 *Respondetur ad quintum argumentum, non permittendas illis vsuras ad euitandum maius malum, & quando malum minus permittendum.*

Sed num Iudæis interdictum sit fœnerari, quemadmodum aliis clericis & laicis, quæritur. Et pro parte affirmatiua & veriori primùm respondebimus prohiberi: & illis quoque esse vt Christianis, imò & gentibus illicitam vsuram.

Primum quia Ius Gentium & Naturale, omnibus hominibus & gentibus commune est, & debet ab omnibus seruari §. ius gentium, de iure natur. l. 1. §. fin. de iustitia & iure. Atque huius iuris commercia sunt, & emptio & venditio & obligationes, l. ex hoc iure, 5. eod. titul. de iustitia & iure, ff. At contra ius gentium, & naturam rerum superioribus rationibus docuimus esse vsurarum ex mutuo exactionem, & proinde non licere gentibus & Iudæis illas exercere, ut etè concluditur, & pone quoque puniri Iudeos exercentes fœnus ab Ecclesia, et quod Ecclesia potest puniri Iudæos & Paganos, si delinquunt contra legem naturalem, quam omnes obseruare debent Angelus Clauatus in summa ad verbum, *Iudæus*, num. 27.

2 Secundò, quæ natura turpia sunt, Iudæi & Ethnici, qui naturali ratione moribus viuunt iustis, debent vitare, vel si non vitent degenerant à naturali hominum ratione: Et vt refert Lactant. libro sexto, c 8 ex li 3. Cicer. de Republ. *Est quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat, huic legi nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Nec verò aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus, neque quærendus est explanator aut interpres eius alius. Neque verò erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac: Sed & omnes gentes omni tempore, vna lex & sempiterna, & immutabilis continebit: vnusque erit communis quasi Magister & Imperator omnium Deus,* &c. Aristot. etiam 1. Rhetoricorū, ait, sciri, eas leges sæpè mutari & corrueer: Ius verò commune, quod naturam dicem sequitur, nunquam corrumpi: non enim heri, hod e. e ortum, sed omnibus secolis viguit. Quod & firmat Institinianus à diuina prouidentia §. fin. de iure naturali gentium & ciuilium, & Iurisconsult. in l. eas. de capite di minutione. ff. Et vt quædam naturâ iusta sunt, vel constitutione: sic turpia contra vtroque modo, vt liquet ex Quintilian. libro 7. Institut. c. 4. Illa est lex naturalis regina omnium mortalium, vt dixit Pindarus, quem refert Plato dialogo 24. In Gorgia, vel de Rhetoric. Et Iurisconsult. in l. 2 de legib. ff. Cui & Iudæi, & Ethnici subijci debent, tanquàm à Deo inditæ humanæ naturæ, vel nullo alio monstrante, vt merito reiecta & improbata fuerit sententia Cyrenaicorum, qui prodierunt ex schola Aristippi, dicentes, vt est apud Diogenem Laertium, lib. 2 in Aristippo, *[Greek illegible]*, id est, *nihil esse natura iustum aut honestum, vel turpe, sed lege aut consuetudine.* Alter enim se res habet & nemo est, qui si naturam hominis quo animal est rationis particeps, & diuini luminis signaculum habens, contempletur, idipsum non sentiat in se ipso falsissimum. Et proinde rectè Vlpia. in l. pro

probrium, 42. de verbor. signifi. ff. *Probrum & opprobrium idem est: Probra quædam natura turpia sunt: quædam ciuiliter & quasi more ciuitatis.* Adiicit autem inter naturâ turpia furtum. Quod etiam prohibitum esse naturaliter admittere, vt dicit Paulus Iurisconsultus in l.1. de furtis lib. 50. tit. Iustinianus in §.1. de obligationibus quæ ex delicto nascunt vt is cui res furto ablata sit, à natura dicatur habere actionem a Quintilian Declamat. 416.

Vsura porrò ex genere furtorum manifestorum est, quæ percipitur ex re domini, nempe ex mutuo quod factum est debitoris, vt tanquàm fur manifestus plecteretur etiam apud Ethnicos quadrupli pœna vsurarius, vt ait Cato lib. 1. de re rustica, c. 1. Imò & vsura rapina perniciosa est, cap. 10. si quis rapiuam, 14 quæst. 4. Similis homicidio, quia ea trucidatur lenta morte debitor, cap. 1. quid dicam, eod. 14. qu. 4. Vt meritò concludamus, & Iudæum, & Ethnicum etiam iniquè vsura vti. Neque mores recepti in contrarium, si qui sunt, eos possunt excusare, qui fraudulentam illam contractionem traduxerunt verius in corruptelam quàm consuetudinem honestam: ideò magis detestabiles, quo diutius in hac corruptione vitæ perseuerarunt, cap. penultim. & fin. de consuetud. li. 1. tit. 4. *Cum tanto,* inquit Gregorius nonus, in dict. cap. fi. *sint grauiora peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam: nemóque sanæ mentis non intelligit, naturali iuri, (cuius transgressio periculum salutis inducit) quacumque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) nō posse aliquatenus derogari.* Cui consentit cap. cum in Ecclesię, de simonia. cap. cum haberet de eo qui duxit in matrimon. quàm priùs polluerat per adulterium, l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Atque vt Celsus Iurisconsultus dicebat in l. quod non ratione 39. de legib. ff. *Quod non ratione introductum, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum est: in aliis similibus non obtinet.* Et vt Paulus in l. 14. quod verò, eodem titulo: *Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.* Quod prodest obseruasse, si quis obiiciat furandi fuisse Ægyptiis libertatem, & Lacedæmoniis in laude positum, vt refert Cicero & Xenophon lib 4. expeditionis Cyri, Gellius libro vndecimo cap. 18. & alij. Sunt enim ista corruptelæ humanæ rationis, non minus quàm scortationem publicam & promiscuam probasse, aut parentum interimendorum cùm senuissent, consuetudinem apud alios, aliáque pleraque, quæ illæ leges populi & idololatrę introduxerunt in corruptionem naturæ. Potuerunt enim sub impiis institutis quædam nationes impunitatem delinquentibus contra naturalem honestatem, & bonum dare sua corruptela, verùm non potuerunt turpitudinem factorum conuellere, aut iustam facere, vt ait Cicero 1 de leg.

3 Tertiò in cap. post miserabilem 12. hoc titulo de vsuris. Innocentius tertius: *Iudæos, inquit, ad remittendas Christianis vsuras, per principes & potestates compelli præcipimus seculares, & donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus tā in mercimoniis, quàm in aliis per excommunicationis sententiā eis iubemus communionem omnimodam denegari.*

Quamobrem ex eo quod cogantur remittere, colligitur eos illicitè percipere, alioquin lucrum licitum nemini est auferendum: oportet enim ius suum cuiq; conseruari intactum: l. 2. de iis qui sunt sui vel alieni iuris: ff. quin etiam aliquando illicitè acquisitum ea negotiatione vel alio modo, potest retineri: vt tractat Innocentius ad cap. quia plerique, de immunita. Ecclesiast. & glossa ad cap. ex transmissa, de decimis.

4 Quartò, vsurę habent oppressionē debitorum, iuxta illud Exodi c. 22. vers. 25. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eū quasi exactor, nec vsuris opprimes.* Proinde, vel ex eo capite interdici debēt Iudęis, ne exercerēt in Christianos, quēadmodū publica officia interdicta inter eosdē ipsis sunt, ne occasionem habeāt sęuiendi vel pœnā Christianis inferendi, in Cōcilio Toletano 3. cap. 14. & in canon. 14. nulla officia. 54. distinct. capit. consuluit. 17. quæst. 4. confirmatum in concilio generali Lateranensi, habito sub Innocentio tertio, cap. 68. relato in cap. cùm sit nimis absurdum, 16. de Iudæis libro 5. tit. 6. *Prohibemus*, inquit, *ne Iudæi publicis officiis præferantur, quoniam sub tali prætextu plurimum Christianis sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, ibi punitur excommunicatione.* Iudæus autem officialis factus, tamdiu eximitur à communione & commerciis Christianorum, donec in vsus pauperum Christianorum, secundùm diœcesani Episcopi prouidentiam conuertantur quicquid fuerit à Christianis adeptus occasionē officij iam suscepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Et hoc idem extenditur ad Paganos ibidem. Idem l. fin. Cod. de Iudæis. Sic quoque dicemus de vsuris restituendis adēptis Christianis, ratione vel prætextu beneficij mutui.

5 Quintò Iudęi & Pagani si impugnent fidem alterius peruersa doctrina, sunt cum prę scriptione bonorum pœnæ sanguinis mox mancipandi, nec tolerantur, l. fi. de Iudæis. Cod. At qui vsuras dicit esse licitas, quamuis Iudęus expugnat fidem Catholicam, siquidem pro hęretico habetur, qui id asserit in Clemen. 1. §. fin. de vsuris. Igitur illorum vsuræ tolerandæ non sunt.

6 Sextò, nec ferendi sunt Iudæi fœnerantes in politia exteriori, & si de salute animæ eorum parum quis sollicitus sit, propter occasionem delinquendi quæ datur Christianis, quæ luce meridiana clariùs elucet in locis vbi Iudæi tolerantur. Siquidem Christiani auari illis cum vsuris grauibus etiam & prohibitis mutuant: illi verò grauioribus collocant: vel Christiani per Iudæos immensas vsuras exercent, participantes lucro, quas non auderent per se exigere: Sicque alij Christiani per instrumentum seu ministerium Iudæorū etiam à Christianis fœnore crudeliter deuorantur. Euitanda autem est delinquens occasio per l. conuenire, de pact. dotalibus ff. l. alia causa, 14 §. eleganter, soluto matrimonio. ff lib. 24. tit. 3.

Scribit & D. Thomas 2. 2 quæst. 78. art. fin quod si quis mittit pecuniam vsurario, vt idem copiosiùs per vsuram lucretur, dat ei materiam delinquendi, & particeps culpæ illius fit. Si quis verò instet, licere vsuras accipere ab eo quem licèt occidere. cap. fina. 14. quæst. 4 & dicat Iudæum inimicum esse Christianorum, cap. ad hæc. 8. & cap. & si Iudæos, 13. de Iudæis. Iam alibi respondimus, illud interpretandum aliter, nempe à nullo licere accipere vsuram, quia neminem liceat priuato occidere propter præceptum, *non Occides.* Quod & Christus docet: Lucæ sexto, dū ait: *Et vos Christiani, Diligite inimicos vestros, & eis benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes.* Debemus nos omnes homines diligere, tanquàm homines & creaturas Dei, quem colimus, & proximos nostros: cum ex vna primi parentis radice omnes orti simus, sicque cōmune vinculū inter omnes homines, l. 3. de iustitia & iure, ff. ob quod interest hominis hominē affici beneficio, l. seruus ea lege, de seruis exportandis, ff. Quanquam odio digna sunt eorū vitia, impietates, blasphemiæ. Tractant Theologi cum Magistro sententiarum li. 3. distin. 29. art 1. & 2. vbi concludit Deum nullum hominem excepisse in illo præcepto: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quomodo autem explicat idem eodem lib. 3. distin. 27. Diligendus & homo propter Deum vt iustus fiat: vel vt iustus est: non vt malus, vt ait D. Augustinus super Psalmum 11. & lib. 8. de Trinit. D. Thomas 2. 2. qu. 44. art. 7 & Beda in c. 6. ad Galatas, *Duo ista nomina cum dicimus: homo peccator non vtique frustra dicuntur: quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere: nec omninò liberabis hominem, nisi persecutus fueris peccatorem.* Quæ referuntur in cap. 35 duo ista nomina, 13. quæst. 4.

7 Postremò, Iudæos peccare exercendo vsuras inter Christianos, ait Panorm. in cap. post miserabilem, n. 5. de vsur. Baldus ad proœmium Decretal. vbi & condictione indebiti ab eis repeti posse tradit.

8 Io contrariam sententiam quidam declinarunt, & licitas Iudæis vsuras atque Paganis, qui inter nos Christianos conuersantur ex permissione arbitrari sunt. Et pro illorum o inione primum facere videtur, quod Iudæi qui seruant ad literam legem Mosaicam & permittuntur conuersari inter Christianos vtentes leges sua, dummodo in contumeliam Christi & fidei Christianorum non committant, iuxta legem Musis vsuras à Christianis tanquam ab alienigenis, licitè exigunt. Sic enim Moses Deut. c 23. ver.28. *non fænerabis pecuniam fratri tuo, sed alieno*, & rursum c.28. vers. 12. *fænerabis gentibus multis, & ipse à nullo fænus accipies.* Sed reiicitur argumentum, quod verba illa *fænerabis alieno*, secundùm D Thomam 2.2.q.78. intelliguntur permissiuè, nō approbatiuè: cùm enim Iudæi, vt alibi docuimus, auaritia maxima detinerentur, & ideò non tantùm gentes, sed etiam fratres Iudæos vsuris opprimerent, permisit à gentibus vsuras accipere Moses, vt cum illis explerent auaritiam, potiùs quàm exigerent à Iudæis: sicut & ad euitandum maius malum, nēpè homicidij vxorum, permisit dare libellum repudij, non tamē approbant. Matth. c.19. maius malum inter duo extrema euitandum, & minus dissimulādum si corrigi nequeat. c. nerui 13. dict. ca. hac ratione 31. q.1. & si in totum Moses potuisset conuellere vsuram à cordibus Iudæorum, nunquam permisisset: & multa per patientiā tolerantur, quæ si in iudicium venirent punirentur c. cum iam dudum, de præben. quare vbi Iudæi possunt prohiberi ne accipiāt vsuras, vt inter Christianos, permitti illis non debēt Possunt enim Christiani expellere & meritò à suis ditionibus Iudæus & Ethnicos, quòd plus est, multo magis & inhibere illis vsuras, eadem potestate qua possunt illos expellere, reg. iur. cui licèt in sex vt & alia illis etiam prohibētur, vt nuptiæ iuxta legem suam in l nemo Iudæorum, 7. C. de Iudæis. libr. 1. C. Quod autem adiicitur ex c.28. Deuter. *fænerabis gentibus multis*, ibi fœnus pro mutuo accipitur & pro potestate mutuandi ex abundantia, quæ accidit seruantibus mandata Dei, ob quam quis potest aliis mutuare, & sibi sufficiens, non egat mutuo alterius.

9 Secundò pro Iudæis facit, quod liceat ab hostibus vsuras accipere, ca. ab illo, 14 q 4. at Christiani sunt inimici Iudæorū, quod patet per se, & dicuntur inimici fidei pertinaces & in contumeliam eius plura faciunt c. & si Iudæos, §.1. de Iudæis. Solutio: Nec maiorē nec minorem esse veram in hypotheticam ca. ab illo, non ita intelligitur ad liberam: siquidem Christus mandauit diligere inimicos, & statim subiecit, *diligite inimicos vestros, & benefacite: mutuum date, nihil inde sperantes*, Luc.6. Quare etiam peccarent Christiani accipiendo à Iudæis vsuras pro mutuo illis dato: quando liceat illis mutuare ad conuertendum eos, quia non sunt facienda mala vt inde eueniant bona, tota 14. q 5 is autē, c. ne quis c. faciat 22. q 2. imo peccatum vsurarum, non est in eo, qui dat pro mutuo vsuras, sed in eo qui accipit, vt antè docuimus, quare si ratione quod quis sit tibi inimicus, ab eo vsuras accipias, tuū est peccatum, & tibi ipsi noces, non hosti, eò quòd dare ad vsuram, non accipere ad vsuram sit prohibitum in necessitate.

Idcireò mēs c. ab illo, alia est, nempè, vt quemadmodū nō licèt occidere quemquā priuata authoritate, sic etiā nō licet ab vsuram accipere: vt antè sæpè dixi. Neq; etiā Iudæi tanquàm hostes sunt, can. dispar. nimirum, 11.35. qu.8. sed pietate Christiana sustinentur, in Christianos cōuersantes in his quæ prohibita non sunt, imò & summi Pontifices & Cæsares statuerunt, vt nullus Christianus, eorū quēlibet sine iudicio terrenæ potestatis, vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre p̄sumat, aut bonas, quas hactenus habuerint consuetudines immutare, vel coacta seruitia ab illis exigere, aut iniuriā in personam aut bona inferre illorū. c. sicut Iudæi 9. de Iudæis lib.5. tit.6. l. nemo exterus, 9. l. nullus, 14. eo. titu. de Iudæis lib.1. C. tit.9. Testatur & pleniùs Innocentius 3. in c. & si Iudæos, 13. eod. tit. dum ait, *& si Iudæos, quos propria culpa submisit perpetuæ seruituti, pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitationem illorum. ingrati tamen nobis esse non debent vt reddant Christianis pro gratia contumeliam, vt de familiaritate contemptum.* Idipsum de Iudęis & Paganis in l. Christianis, 6. de Paganis & sacrificiis eorum, li.1. C. tit. 11. Neque inter hostes annumerantur omnes inimici, sed ij cum quibus bellum indictum est, vel qui nobis ius habentes indicendi, indixerunt Vlp. l. hostes. 24. de captiuis & postli. reuer. lib.49. ff. tit. 15. Pomponius in l. hostes hi sunt. 128. de verb. signi Iudæi verò qui conuersantur inter Christianos neque bellum indicere possunt, neque illis à Christianis Indictum est.

10 Tertiò, facere pro Iudæis videtur, ca quanto, 18. de vsur. vbi Innocentius 3. authoritate cōcilij generalis Lateranensis c. 67. *Volentes*, inquit, *prospicere Christianis ne à Iudæis immaniter aggrauentur synodali decreto statuimus, vt si de cætero quiuis ne prætextu Iudæi à Christianis graues immoderatásve vsuras extorserint, Christianorum eis participiū subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter, &c.* Quibus verbis non censentur prohibitæ omnino Iudæis vsuræ, sed tantummodo immoderatæ, & ad quas solas teneantur pro restitutione: argumentum enim valet à cōtrario sensu: vt exclusio vnius est inclusio alterius. l cū prætor, de iud. ff c. qualis 25. dist. & dicuntur graues vsuræ, quę excedunt legitimū modum, hoc est, à lege statutum l ces. super vsurarum, de vsur. C.

Sed glossa ad dictū c. quanto, ad verb. *Immoderatas*, soluit hoc argumentū, dicens bonum nō esse à sensu cōtrario argumentū semper, maximè in quib. sequitur absurdus intellectus, l. cōuenticula, C. de Episc. & cleri. Hostiēsis verò & Iohannes Andræas ibidem, dicunt, quamlibet etiā minimam hoc iure dici grauem & immoderatam, & proinde ab omnibus prohiberi iure pontificio.

11 Quartò, Iudæorum vsuras liberas arguere videtur, quòd illi extra Ecclesiam sint: & de his qui foris sunt, Ecclesia non debeat se immiscere. Deus enim de his qui foris sunt, iudicat 1. ad Corinth. c.5. c.18. multi corriguntur, 2. q. c 4 qui syncera, 45 distin. solutio. Quod pertinet ad religionem eorum vel superstitiosam pertinaciā, Ecclesiam non cognoscere, nec eos punire, quia neminem cogit ad credendum, sed potiùs allicit dulcedine & conuersatione Christiana ad fidem. c. qui syncera 3. c. de Iudæis 45 distinctio. At quod pertinet ad mores & præcepta moralia, & in quibus offendunt religionem nostram, iam resolutum est Ecclesiam de his cognoscere, & potestates sæculares tanquam contra delinquentes contra ius naturæ: vt in d c post miserabilem, de vsur. & notat glossa in dict c. multi, ad verbum *iudicare* 29.1. ca. constituit, 7. qu. 4. C. in Archiepiscopatu. 14. de raptoribus lib 5. tit. 17. item si delinquant contra ius diuinum in præceptis moralibus. Ioannes Andræas. Hostien. & alij ad c. gaudemus, de diuortiis. notat & glossa in cap. Iudęi siue Saraceni, 5 de Iudæis, in verb. *permutantur*, plures casus in quibus de Iudæis agnoscit Ecclesia, & principes sæculares.

12 Tolerantur verò Iudæi & infideles inter Christianos, etiam permittente summo Pontifice, quia spes est conuersionis illorum, quamuis nimia familiaritas & cohabitatio cum illis non permittatur. d. cap. qui syncera, 45 d. nisi in contemptum Catholicæ fidei quippiam facerent, quod in illis punitur c. & si Iudæos, de Iudæis. l. Iudæus. C. eo. tit. Et quamuis peccent mortaliter cultum suum sequendo, vmbras retinendo, dimissa veritate impleta, tamen in eo Ecclesia non peccat serēdo illos quos non potest cogere ad fidem. Sustinet & Iudęos Ecclesia, tanquam testes legis antiquæ in qua de Messiah scriptū est venturo, quem Christiani ex eadem lege venisse etiam ostendunt & probant Sunt verò Iudęi fori Ecclesiastici vel sæcularis, ratione criminis Ecclesiastici: aliter non subditi Ecclesiæ, cùm sint laici & infideles, vt in cap. nouit, de iudiciis, & ibi glossa cap. nos inter, de purga.

de purge, canon. gloss. & doctores ad cap. 1. de offic. ordinar. interpretes ad cap. quod super his, de voto, ad cap. gaudemus, de diuort. & nemo ignorat aliquem etiam alterius iurisdictionis, forum sortiri ratione criminis: vt & ratione domicilij, authen. qua in prouincia, vbi de crimin. agi oporteat, Cod. est crimen vsurarum etiam inter crimina Ecclesiastica. ¶. de vsur. Et quamuis dicatur Ecclesiam non curare de peccato vsurarum ratione Iudæorum & gentilium; quia propter defectum fidei iam damnati sunt: tamen Ecclesia vindictam criminis quo Deus offenditur, præterire non debet, sed debet corrigere infideles: quia Deum offendunt nec potest remittere offensam in Deum illatam, can. o. qui 23. q. 4. cap. salonitanæ 63. distinct. imò & Ecclesia curam habet animarum Iudæorum, & singulis annis publicam orationem pro illis emittit in hebdomadæ sanctæ feria sexta.

13 Quintò pro parte Iudæorum, videtur tolerandas eorum vsuras, ad euitandum maius malum: nempe Christianorum fœnus quod fieret crebriùs si non essent Iudæi qui ad vsuras mutuarent, argumento can. denique, quarta distinction. & tollerat Ecclesia prostibula, vt euitentur adulteria & alia maiora crimina, glo. ad ca. inter opera charitatis de sponsa.

Sed respondetur minus malum permitti ad euitandum maius, quando illa duo concurrunt, in eadem persona, non si in diuersis, vt in repudio quod nisi permissum fuisset, idem cui non permittebatur incidebat in homicidia: eis cui non permitteretur ingredi lupanar, idem posset incidere in adulterium, vel incestum: sic non mihi licet committere minus malum, vt alius euitet maius, vel vt maius consequatur bonum, vt tradit glossa in capit. quod ait, 14. distinction. capit. primo, 22. quæstione secunda, & textus est in proposita hypothesi in can. super eo. hoc titolo de vsur vbi cum scriptura diuina pro alio mentiri prohibeat, multo magis, quis prohibendus est ne inuoluatur vsuris pro redimendis captiuis. Ecclesia non consentit prostibulis, licet dissimulet maioris mali euitandi causa, & talis tolerantio appellatur concessio impunitatis, quia non fit eius punitio causa maioris mali vitandi, vel maioris boni, quod inde oriri potest, Glossa, Archidiaconus, ad dict. canon em. denique, 4. distinction. canon. hac ratione 32. quæst. 1. Notat gloss. ad cap. inter opera, de sponsalibus. Et D. Augustinus in sermone de ordine, *Aufer meretrices de rebus humanis, turbabis omnia libidinibus.* Sicut Ecclesia non potest dare licentiam Iudæis, vt seruent ritus suos, tamen tolerat, remouendo impedimenta quibus possent a Christianis prohiberi: gloss. 2. in capit. qui sincera, 45. distinction. quia inde figurati nostri ritus comprobantur. vt ait D. Augustinus libro 17. de ciuitate Dei. Ecclesia non potest aliter dare licentiam faciendi malum, permittendo & præstando minimum. capit. legatur, 22 quæ. 4. socios maleficij est, qui cum peccantibus operatur, vel committentibus fauet, cap. ita planè, 13. quæ. 4. Atque ea est mens Ioannis Andreæ ad can. peccatum, de regulis iuris, quod vsurarius contractos non debet, quia malum spiritale, permitti, propter maiora damna vitanda putà propter damnũ in rebus, periculum in personis, nec propter bonum quod inde sequitur, putà propter pauperum & mercantiarum saluationem: imò nec pro salute alicuius populi: pro quocunque malo vitando, non licet committere vel peccatum veniale, vt in ca. primum, cap. nequis arbitretur, cap. faciat homo, cap si quis ad te, 22. quæst. 2. Et potius quis debet omnia mala pati, quàm malo consentire, c. sacris. quod metus causa f. ca ita ne, 32. quæ. 5. Quia etiam agentes & consentientes, dando maximè authoritatem, pœna eadem digni sunt, ca. notam, in fine, 2. q. 1. c. 1. de offic. delegato. c. qui consentit, 11. q 3. ad Rom. ca. 1. ca. facientes, 86. dist. l. iubemus, §. œconomus, de sacrosanct. Eccles. C.

CAPVT VIII.

## Num ex principum permissione vel dispensatione Papæ vsuræ efficiantur licitæ, alioquin prohibitæ.

Et fit explicatio capit. super eo. capit. 4. huius tituli de vsuris.

1 *Permissio principum accipiendi certas vsuras, non facit eas licitas, sed est tolerantia & ibi prima ratio.*
2 *Ratio secunda, quia principes non possunt tollere leges diuinas, & Pontificias de diuinis. Ratio tertia, quia ius prohibet omnem dispensationem.*
3 *Quarta ratio, quia corruptela vsus non tollit ius.*
4 *Ratio quinta, quia damnantur omnia statuta, vsuras introducentia.*
5 *Ratio sexta, quia etiam dispensationes pro vsuris exercendis prohibita, quia ibi peccatum.*
6 *Ratio septima, quia contra naturam est octaua, iusta dispensatio permittens peccat Et nona, maledictio in consensu approbationis.*
7 *Falsum demonstratur, dicere principes posse conducere Iudæos, vt vsuras exerceant.*
8 *Refellantur contraria & sequentibus, & quod ita possit interpretari ius diuinum vt permittat.*
9 *Dispensatio ob necessitatem piscandi, quare permissa in die Sabbathi.*
10 *Soluitur quod dicitur Deum permisisse vsuras Iudæis cum alienigenis.*
11 *De subuentione obiecta, prætextu iuuandi pauperes per mutuum ad vsuram, & solutio.*
12 *De quinto obiecto, quod peccatum non consideratur in Iudæis, iuxta legem Euangelicam.*
13 *De 6 quod Papa dispenset in casu à iure non permisso.*
14 *Reiicitur 7 e salubriter, de vsuris, nec ibi vsuram esse permissam ostenditur.*
15 *De octauo, quomodo fides conuentionis seruanda Iudæis, & de scandalo vitando non omittenda ob id sit veritas.*
16 *Breuiter explicatio ca. super eo, de vsuris, & prima ratio de prohibita dispensatione contra ius diuinum, vt vsuras quis capiat.*
17 *2 Quod mala facienda non sunt, vt inde eueniant bona.*
18 *Tertia ratio, quia non licet etiam pro alterius salute mentiri.*
19 *Non valent consuetudines contra prohibitionem vsurarum.*
20 *Peccatum est fœnerari, ideo dispensatio reiicitur.*

[1] HActenus dictum sufficienter existimo de illa conclusione cap. 1. vsuras omni iure & omnibus esse illicitas. Superest quæstio, num permissione sua principes facere possint licitas, vel Iudæis, vel subditis aliis, quibus permittunt ad certam vsque quantitatem vsuras accipere? Cui subiicietur alia quæstio; Num saltem ex dispensatione Papæ, licitè quis possit fœnus exercere. Et ita explicabitur cap. super eo, 4. hoc tit.

Resoluo primũ, vt permissio principis accipiendi certam, quantitatẽ vsurarũ, non faciat licitas vsuras quoad Dei legẽ, & pœnas ab ea trãsgressorib. debitas: quanquã quod pertinet ad forum cõtentiosũ seculare, in ea quantitate in qua toleratur certa quantitas pro vsura, nõ possit puniri vsurarius, ita tamen vt verum sit, nõ posse dare licẽtiam principem vel summum Pontificẽ, vsuras accipiendi. Aliud enim est dicere permitto, ne plus quã talẽ taxationem accipiat quis: aliud, permitto & do licentiã vt accipere quis possit & fœnerari vsq; ad talem quantitatem. Et imperator, & leges ciuiles potuerunt vsuras permittere indulgendo pœnam, non autem præcipiẽdo vsuras, aut auxilium præstando. Ioannes Andræas, ad regulam, peccatum, in sex. Suaderem etiam principibus, qui ita permittunt vsuras, abolere huiusmodi permissionem: & si non possint statim: saltem in animo habere in-

tentionem omnino submouendi, si quando detur occasio & facultas, & odio interim habere & execrari impios vsurarios, ne illis consensisse vllo modo videantur. Atq; intentio statuentium, ne liceat nisi certas vsuras accipere, debet esse prohibendi maiores, & non permittendi minores: alioquin consentiendo minoribus inciderent in excommunicationem, Clement. prima, vt ibi notat glossa, de vsuris, & ibi Cardinalis, & Imola, facit ca. 1. 14 distinctio. cap. hac ratione, 31. quæstio. 1. Alioquin nudus consensus etiam qui nullum iuuamen præstat ad faciendum malum, damnabilis est & puniendus, in cap. fœlicis, §. illud, de pœnis, in sext. & tolerantia sine consensu non obest, cap quod prædecessor, 11. quæstion. 3. cap. ita planè, & cap. si quis à Catholica. cap. malis, cap. recedite, 23. quæst. 4. ita valet statutum, ne liceat vltra talem summam pro vsuris accipere, neque ex eo censetur statuens consentire minoribus vsuris, sed vetare maiores, glossa ad clement. 1. §. nos igitur, ad verbum, *facere*, de vsuris, per cap. quanto, de vsur. & cap. 1. de treuga & pace, ita toleratur vsurarius contractus, non vt esset licitus, sed ne deterius eueniret: Gerson tractat. de contract. consil. 14.

Ratio quia hæc tolerantia non est approbatio, sed est restrictio mali, quod omnino non potest cōuelli sine iactura bonorum, quemadmodum, & Deus permittit crescere zizania inter triticum, quando nondum maturo tritico non potest euelli sine euulsione vel damno tritici, c. ita nos, 15. quæstio. 2. diui Matthæi, & cap. 13. vers. 29. & 30. ca. noliite, 21. §. sed nos, 11. qu. 3. & §. 1. 23 qu. 1. Neque potuerunt omnino expellere Iebusæos Israelitæ, & ideò eos passi sunt, Iosuę cap. 15. nihilominus Iebusęi & impij habiti sunt. Multi corriguntur vt Petrus, multi tolerantur vt Iudas: capit. 18. multi corriguntur, 2. q. 1.

Nec tam permisisse videtur princeps restringendo vsuras quārum minùs punire, quia restringendo punit affectum fœnerandi immoderatum, & inuitum ad certos seducit fines.

2 Alia ratio quia princeps secularis non potest tollere leges diuinas aut canonicas Pontificias, maximè in his quæ pertinent ad causam peccati: c. lege Imperatorum, 10. distin. & ibi per totam distinctionem c. 1. 9. dist. c. cum inferior. de maiori. & obedientia. facit c. fin. de rebus ecclesiasticis non alienand. dum ex defectu potestatis traditur principes seculares non posse constituere legem de rebus ecclesiasticis, & ad forum animæ pertinentibus, cuius generis sunt vsuræ, Clemen. 1. §. fi. de vsuris.

3 Quia c. super eo, de vsuris, prohibet omnem dispensationem permissiuam vsurarum, etiam summo Pontifici & ob bonum aliquod, puta, ob piam redemptionem captiuorum. *Nolite*, inquit D. Augustinus in libro de verbis Domini, sermo. 35. *velle eleemosynas facere, de fœnore & vsuris*, relatus in cap. primo, nolite, 14 quæst. 5. neque etiam prætextu boni mala facienda sunt, quod vulgò dicitur, *Non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona*. ad Romanos, cap. 3. non est putanda, id est, quæstione prima. cap. forte, 14. quæstione 2. cap. faciat, & ca. si quis, 22. quęstione 2. cap. sicut sanctis, 32. quæst. 4.

4 Communis vsus & obseruantia seu corruptela afficere non potest vt censeatur bonus vsus vsurarum, capit. quia in omnibus de vsur. quia consuetudo contra ius diuinum nihil inducere potest, c. fi. de consuetudine sicut & eo argumento vsus Iustin. in l. eos §. in traiectitiis, de vsu. C. Quod consuetudo nihil possit introducere in vsuris contra definitam in sua lege taxationem: multo minus contra legem diuinam permissio, non minuit peccatum. Generale est pactum humanæ societatis obedire regibus suis, quanto magis Deo regnatori, vniuersę creaturæ suæ, ad ea quę iusserit sine dubitatione seruiendum est? sicut enim in potestatibus societatis humanæ, maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus, capit. 2. quæ contra mores, 8. distinct.

5 In Clement. 1. de vsu. damnantur omnia statuta & cōsuetudines, quibus pręstatur fauor prędationi vsurarum. *Nos igitur*, inquit Clemens V. in concilio Viennensi, *perniciosis his ausibus obuiare volentes, sacro approbante concilio statuimus, vt quicunque communitatum ipsarum potestates capitanei, rectores consules, iudices, consiliarij, aut alij quiuis officiales, statuta huiusmodi de cætero facere, scribere, aut dictare, aut quod soluantur vsuræ, aut quod soluta cum repetuntur non restituātur plenè ac liberè, scienter iudicare præsumpserint sententiā excommunicationis incurrant. Eādem etiam sententiam incursuri, nisi statuta huiusmodi hactenus edita, de libris communitatum ipsarū (si super hoc potestatem habuerint) infra tres menses deleuerint, aut si ipsa statuta aut eorum consuetudines effectum eorum habentes quoquo modo præsumpserunt obseruare.*

6. Neque Papa potest dispensare contra ius diuinū, in his quę per se & secundū se mala sunt, & in quibus committitur peccatum mortale secundum legem diuinam, quemadmodum in furto & rapina, quominus pœnitentia agatur & restitutio fiat c. cum his, 5. de vsu. c. pœnale, 14 q 5. quamuis si ex aliqua circumstantia non esset peccatum, posset admittere dispensationem, vt in cap. licet, de feriis, aut si esset peccatum ratione iuris positiui, supra quod est plenitudo potestatis sum Pontificis in cap. proposui, de concess. præb. sic notat expressè in vsuris Speculator post Hostiens. tit. de legatn. §. nunc de episcoporum, vers. sunt etiam qui dicunt, DD. ad cap à nobis, de decim. in c. non magno, ne clerici vel monach. facit c. quidam 25. q. 1.

6. 7. Diximus etiam contra naturam vsuras esse, at constat iura naturalia, leges ciuiles tollere nō posse, in princip. 9. dist. § sed naturalia, de iure naturali gentium & ciuili, Leas de capitis diminu. ff. l. 2 §. 1 & l. Senatuscōsultum, de vsufructu earum rerum quæ vsu. consu. ff textus in c. 1. quæ contra mores, 8 dist. præcepta naturalia sunt indispensabilia: quia immutabilia, c. his ita 6. dist. 8. nō potest dari aliqua iusta dispensatio, quæ permittat peccatum: neque auditum sub isto cœlo, nec legitur omninò, nec dicitur, quod aliquorum voce depromitur, *date veniam nobis. dum tamen nos in errore duremus*, c. 2. legatur, 24. q. 2. cum ibi notatis, c. 1 40. dist. Pręcepta negatiua, quale illud, *non fœnereris*, obligant semper. & ad sēper, vnde nullo modo possunt concedi: sæpiem plus obligant quàm præcepta adfirmatiua, can. si non licet, 23. qu. 5 Præcepta adfirmatiua obligant semper, sed non ad semper: imò quandoque quis excusatus per circumstantias ab illorū obseruatione, vt filius qui debet parentibus honorem, obedientiam, tamen ex causa potest relinquere patrem & sequi Deum, imò & vxorem, vt de primo. D. Matthęi ca. 4. vers. 21. & cap. 10. vers. 37. de 2. Genes. c. 2. vers. 24. Deus non concessit Petro nec eius successoribus, licentiā peccandi, cap. 1. 40. distinction. neque itaque Papa, quod committatur peccatum mortale. vel quod quis remaneat in peccato mortali Innocent. ad cap fi. de transact. quem ibi sequuntur omnes interpretes.

9 Maledictio esset in consensu approbationis vsurarum, de qua in c. vę qui dicitis, 11. quæst 3. ex Esaia cap. 5. vers. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras, lucem, & lucem, tenebras. Propterea ductus est populus meus captiuus, quia non habent scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descenderunt fortes eius, sublimisque eius ad eum*, & rursum c. 10. *Væ qui condunt leges iniquas, &c.*

10 Vbi dispēsatio cedit in opprobriū religionis Christianæ, non conceditur dispensatio Papæ, ca. & si illa 1. qu. 7. doctores, ad c. quanto, de consuetud. Et si quando contingeret de facto extorqueri tales permissiones seu dispensationes, pręsumuntur subreptitię & interceptę.

7 Hinc puto sequi aliā conclusionē, falsū videri, quod quidā dixerunt & cōsuluerunt, principes posse conducere Iudęos ad vsuras exercendas, & summum Pontificem posse eis licētiam hanc cōducendi dare: In qua sententia

fuit

uit Alexander Tartaguensis in Concilio 1. voluminis 2. incipiente, *quæsitum est de tribus*. & Angelus de Castro in additionibus seu apostillis ad Concilium 1. Alexandri de Neuo. contra quem respondit dictus Alexander de Neuo qui & ad contrariam consultationem cuiusdam Magistri Galuani ordinis seruorum. Possunt superiores rationes pro præcedente quæstione & resolutione probatæ, etiam ad præsentem pertinere sententiam & multò magis quia qui consilium dat delinquenti, ex quo sequitur delictum, videtur esse author sceleris: Saltē à quali censura aut pœna puniendus, ac is qui delictum ma[illegible]nalione facit c. sicut dignum 6 §. qui verò se asserunt, de homici. Quamobrem qui tales facerent conductiones & permissiones tenerentur de omni damno quod datum est Christiani. occasione illius conductionis, per Iudęos vsurarios; qui enim occasionem damni dat damnum dedisse videtur, l. qui occidit, §. pen. ad leg. Aquil. ff. cęderet & in opprobrium Christianorum dispensatio, si Iudæi licitè fœnerarentur Christianis: quia qui fœnus dat est seruus fœneratoris Prouerb. 22. l. 3. C. de nnua. quod non debet tolerari cùm potiùs Iudęi subiecti sint Christianis, c. & si Iudæos, de Iudęis, Clem. 1. de testib. c. Iudæi, eod. tit. Et quia persuadet delinquere, tenetur de delicto: quia plus etiam est persuadere, quàm cogere, l. item si obstetrix, §. 1 ad leg. Aquil ff. l. 1. §. fi. de seruo corrupto. ff. ca. tanta, 81 distin. quamuis & prohibeat progredi ad mandatum: quia in culpa censetur qui consentit & mandat aliquid fieri, ex quo peius sequi potest, quàm ipse mandauerit, c. fi. de homicid. in sext. tit. 4. lib. 5. & interpretes ad cap. super eo, de vsur. nam tale illud cap collectum ex narratione, in qua quærebatur à summo Pontifice, an liceret ad vsuras inducere aliquem mutuare, vt inde ex mutuo captiui redimerentur, & decisionem esse non licere. & ita etiam dispensationem denegandam pro opere illo pio. Sanctus Bernardinus in sermone Dominicæ, de Passione arti. 2. ait. vsuram approbantes tanquam necessariam reipublicæ, committere quatuor blasphemias & impietates: 1 quia imponunt Deo quod impossibile præceptū mandauerit, cùm tamen talia dicentes mandata, sint anathematizati: dehinc & reprehendatur Christus, quod dixerit, *mutuum date nihil inde sperantes* Luc. 6. 3. quod reprehendatur Ecclesia, quæ etiam prohibuerit, & 4. omnes sacri Doctores. Sed & quando quædam incommoditas populo accederet, si non conducantur ad fœnerandum Iudæi. vt desistant Christiani fœnerari: tamen deberemus potiùs omnia mala pati, quàm malo consentire, cap. itá ne, c. sicut, 32 q. 5. ca faciat homo, 22. q. 2. neque pro salute hominum temporali committendum est peccatum, imò nec veniale, vt homo liberetur à morte, ca ne quis arbitretur, cap si quis ad te, 22. q. 1.

8 Obiicitur primò, quòd Papa possit ius diuinum interpretari, Innocentius & Doctores, ad c. quæ in Ecclesiarum, de constitutio & ad c. fi. de consuetud. & potest dispensare contra dictum Apostoli, ca. lector 3 . dist ca. presbyter, 81 distinct. Solutio: Hæc vera esse, dummodo ex interpretatione vel dispensatione non detur materia peccādi, vel remanendi in peccato. d. c. legatur, 24. qu. 2. quia abuteretur potestate quæ pro Dei lege conseruanda, non pro destruenda concessa est.

9 2. Obiicitur c. licet, de ferijs. vbi Papa dispēsat propter necessitatē, vt contra præceptū *sabbatha sanctifices* die dominica piscatio halecium exerceatur. Solutio, ibi actum permissum esse licitum, per se, & necessitatem ad ferias dispēsare sicuti piscari non est illicitū: quia, & ad piscationem rediit, D. Petrus post Apostolatum D Ioan c. 21. & Matthęus non rediit ad Telonē: fuerunt & viri sancti piscatores, c. Esau, 86. distin. facit & necessitas in festis licitū, quod sine necessitate fieri esset illicitum, vt pugnare in Sabbatho, c. quod non est licitū de reg. iur. apud Gregor. c. sicut de consecrat. dist. 1. manducare panes propositionis: Regum c. 21. cōtra prohibitionē c. 12. Leuitic vellere spicas & comedere in casu famis, D. Matthæi, ca. 12. ca. discipulus de consecrat. distinct. 5. reuelare animal, & eruere cadens in foueam, Sabbatho curare in Sabbatho. D. Matthæi c. 12 Marc. 2. & 3 At quando actus per se illicitus est, non admittit illam permissionem, & diuersa est eius consideratio: & ea quæ de sua natura sunt mala, nulla ratione possunt fieri bona, c. & si Christus. vers. quædam enim prohibentur, de iureiur.

10 Tertiò pugnat, quòd Deus permisit vsuras Iudæis cum alienigenis, & diximus rectè tolerari. Sed respondemus, aliud esse permittere, aliud consensu approbare: toleratio est sola permissio indulgentiæ pœnæ temporalis sine consensu tolerantis: idque, vt non semel diximus in præcedentibus, quando vsurari non possunt coerceri plenè. Sic tolerantur meretricum prostibula, vt dicit glossa, in c. inter opera de sponsalib. in eo quod nō puniuntur, & dissimulatur eorum peccatum: sed non licet eas conducere, vel dispensare quod possunt condici, quia nec Papa nec alius potest pręberē authoritatē peccato committendo, licet ex causa possit dissimulare & pœnam non imponere peccatibus. Atque illa permissio fœnerandi alienigenis, fuit comparatiua, quæ non excusat à peccato, vt ait D. Thomas 2. 2. q 78 artic. 1. & Theologi, quemadmodum idem Moses permisit libellum repudij, & tamen illa permissio non excusat à peccato, ca. hac ratione, 31. qu. 1. Vnde concludit D. Thomas quòd nunquam fuit licitum Iudæis fœnerari alieno: & quòd sic fœneranda peccabant mortaliter, quia fuit illis permissum sicut libellus repudij, ne peius facerent. idem tenent alij Theologi, Scotus, Richardus, & aut Alexander de Ales, in 4. senten. distin. 5. Eusebius Cæsariensis li. 8. de præparat Euangelica. cap 2. ait simpliciter Deum & Mosem prohibuisse Iudæis fœnus quod & Christus docuit Lucæ c. 6 quo loci loquebatur turbis Iudæorum, idem & Alexan de Ales, tracta. septimi præcepti ait.

11 Quartò facit, quod Iudæorum opera maximè videatur conducere reipublicæ, si conducantur ad fœnerandum: nempe quòd subueniant ita pauperibus, conseruantur commercia ea quæ sint faciliora.

Solutio, non ideo inducendum malum vsuræ, aut & consentiendum: Primùm quia & illa bona quæ videntur sequi ex vsurarum acceptione sunt ficta: nā verè peruertunt facultates. Deinde mutuantium. Item quia talia mala euitata per vsuram, & bona inducta, si quæ sint per eandem, sunt temporalia: & malum spirituale nunquam debet permitti propter aliquod malum corporale vitādum, aut ob consequendum quodcunque bonum corporale. Quare nec debent Iudæi adduci ad fœnerandum copiosius quàm faciant, propter temporalia mala vitāda, aut propter bona corporalia consequenda: fœnerantur enim minus sine conditione vel consensu principum, fœnerantur verò crudeliùs & liberius si consensus adesset eorumdem & quantò maioribus fœnerantur vsuris, tantò Deum grauiùs offendunt. Neque est licitum tolerare ea quæ sunt mala, nisi ad vitanda mala alia maiora spiritualia. vel propter bona spiritualia corporalia consequenda, D. Thom. 2. 2. quæstion. [illegible] act 1.

12 Quintò, Alexander Tartagnensis consil 1. volumin. 2. num. 2. & 3. ait Papam posse dispensare ad conducendos Iudæos, argumento: quòd Papa in his quę sunt peccata mortalia ex iure positiuo, in quibus non potest Episcopus dispensare, potest dispensare: vel is cui specialiter Papa cūmiserit iuxta Archidiac. ad can. fin. 14 q 6. Sed inquit ita est quòd Papa permittendo ex causa, quòd Iudæi in certo loco exerceant vsuras, nō facit committi peccatum secundum legem diuinam, quia respectu Iudæorum fœnerantium superuacuo, quæritur, an committant mortale peccatum, quia vt dicit Petr. de Ancharano, consilio 144 incipiente, *Christianissime & illustrissime princeps, &c.* Superuacuæ rei dare operam videtur, qui coercere Iudęos nititur à peccato. qui iam dānati sunt propter perfidiam eorum. & ideò tolerandi sunt in eorum iuribus, cap. quàm sanctè, 45. distinct. Et nihil

ad nos de his qui fori nostri nō sunt, ca. gaudemus de diuortiis. Neq; etiā ex parte Christianorum soluere vsuras est peccatum pro mutuo accepto à Iudæis. Hostiēsis ad c. super eo, de vsuris: Archidiaconus ad c. monet, 22. qu. 1. & in c. si quis vsurā, 14. q. 4. Petrus Anchar. ad Clem. 1. de vsuris Ioann. ab Imola, ad c. debitores, de iniuria, per illū textum & c. 1. eodem titulo de iureiurando. Solutio. Iam diximus hoc peccatum vsurarum mortale esse, nō ratione tantum iuris positiui, sed ratione prohibitionis legis diuinæ, & ideò nullam dispensationē admittere, ca. super eo, de vsuris. Docuimus insuper, & Ecclesiā habere curā aliquā Iudæorum, & punire diuersis rationibus peccata eorum, quæ & Christianis dant offendiculum, & quæ in Deum committunt, & contra naturam sunt, seu præcepta naturalia: quale ostendimus esse, vsurarum.

13 Sextò, argumentatur pro dispensatione Alexander Tarta. di. con. 1 n. 3. vol. 2. quod vbicumq; de iure diuino nō est prohibitio simpliciter facta, sed in aliquo casu, est permissa res prohibita, vt in homicidio superior dispensare potest, & permittere in casu non permissū à lege, vt patet in l. 1. quādo liceat sine iudice se vindic. l. 3. §. fi. ad leg. Corn. de sica. ff. l. Gracchus. C. ad leg. Iuli. de ędil. Sed ita est, inquit, quod vsura simpliciter non fuit prohibita: sed in aliquo casu permissa, Deut. c. 23. *Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno:* ergo dispensationē admittit. Solutio Minorē veram nō esse, vt antea docuimus, quia & Christus Luc. c. 6. absolutè prohibuit etiam Iudæis, *Mutuum date, nihil inde sperantes,* & Psa. 14. ibi, *Qui pecuniam suā non dedit ad vsuram ingredietur tabernaculū Dei.* Et Ezech. ca. 18. cum similibus in prohibitionis probatione citatis.

14 Septimò, probare nituntur dispensationem, ex cap. conquestus, c. salubriter, de vsur. & simili b. in quibus dicunt vsuram esse permissam à Decretalibus summi Pōtificis. vnde & Iudæis concedi posse concludunt. Sed neque in dictis iuribus vsura est, quæ ex mutuo procedit vera, vt docebimus posteà suo loco, ideò nō pertinent ad dispensationem: licet quiddam habere videantur vsuræ simile: vbi autē est vera vsura, semper est mala, nec potest permitti per ius naturale, vel diuinū, vel canonicum. Ioann. Andræas, ad regulam, peccatum, in sex. Neq; id omne quod accipitur à mutuante alia de causa, quā mutui, vltra mutuum aut debitum, est vsura: vt abundè in principio docuimus vt pro eo quod interest, pro mora, pro pœna. Quare & in dictis cc. conquestus, salubriter, & similibus, Papa dicitur non dispensare, sed declarare, non esse quod ibi accipitur, vsuram: sed pro indemnitate; vel ex ratione alia quam mutui & fœnoris.

15 Octauò, videtur docere conducendos & inducendos esse Iudæos ad fœnerandum, & non esse iuxta conuentionem, prohibendos fœnerari, propter scandalū quod inde sequeretur, si ita fieret, offenderentur enim multi, quod fides illis data seruata non esset, quæ etiam hosti seruanda est, l. 1. de constituta pecunia. Et videtur magnū non solùm dispendium ciuibus, sed magnum scandalū, quod per personas ciuium aut principum nō prouideatur, vt Iudæi dent vsuras quas ex consensu illis taxent. Et propter scandalum vitandum, potest fieri dispensatio, c. vt constitueretur, & c. Domino sancto, 50. distin. Vnde cū Anglis fuit dispensatum, vt possent matrimonium contrahere propter malum maius euitādum, c. quod scripsi, c. quædam lex, 35. q. 3. Propter scandalum quod ex punitione sequeretur, remanent delicta impunita, c. cōmessationes, 44. distin. c. plurimos, 87. distinct. & propter graue scandalum vitandum Ecclesia potest desistere à petitione iurium vel bonorum suorum, cap. nihil. Et ibi interpretes & Innocentius de præscript. quibus addi alia possunt, quæ propter scandalum omittuntur. Solutio. Non esse verum absoluiè, ob euitandum scandalum, omittendam esse veritatem omnem. Nam veritas triplex dicitur, vitæ, doctrinæ & iustitiæ. De quibus resolutio versiculis duobus traditur in glos. l. 3. de reg. iur.

*Est veritas Vita, doctrina, Iustitiaque,*
*Primum semper habe, propter scandala linque duo.*

Quanquam paulo aliter loquatur D. Thomas 2. 2. q. 47. art. 5. Nam propter scandalum vitandum veritas vitæ, nempe vt quis faciat malum metu scandali, non est omittenda, c. qui scandalizauerit, 3. de reg. iur. Vtilius nasci scandalum permittitur, quàm veritas relinquatur. Et hæc veritas ad vnumquemq; pertinet: nec curādum est, si mali ex bono nostro opere scandalizētur, quia hoc nō est scandalum datum, sed acceptum, capit. magnæ, 7. §. cum igitur, de voto, lib. 3. tit. 34. c. inter verba, 55. vers. cum enim, 11. quæst. 3 & vtrobiq; citatur dictum Dei, cui cùm ei dixissent Apostoli, D. Matth. c. 15. *Scis, quia Pharisæi audito verbo hoc scādalizati sunt.* respondit, *Sinite eos, quia cæci sunt, & duces cæcorū.* Expressiùs in c. 2. §. super eo, de noui operis nunciat. lib. 5. tit. 32. *Cum sacra,* inquit Imola 3. *Scriptura testimonio debueras didicisse, quod licet opera illa quæ sine mortali peccato omitti non possunt, ab his tamen quæ sine mortali peccato cōmitti possunt pariter & dimitti, sic pro scandalo tollēdo cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendū.* Ita & Innocentius tertius in c. nisi cum pridem, 10. §. cū pro graui scandalo, de renunciatio. li. 1 tit. 9. docet inter scandalum & scandalum, & modū scandali, esse distinguendum, & ibi glo. ad verb. *distinguendum. Vtrum,* inquit, *sine peccato scandalum euitare possumus, an non:* vt distinguit Gregorius super Ezechielem homilia 7. nam in quantū possumus sine peccato, scandala euitare debemus alioquin vtilius scandalum nasci permittitur, veritas enim bonæ vitæ vel iustitiæ, nunquam deserenda est, disciplinæ, quandoque, vt quando multitudo peccantium est in causa: non tamen defendere volunt peccatum quod faciunt, argum. c. commessationes, 44 distin. c. vt cōstitueretur, 50. distin. ca. latores, de clerico excōmunic. Quod si malū vellent exulare, tunc multitudini parcendum nō est propter scandalū, c. 1. de pœnitent. distin. 6 argu. c. aduersitas, § cum autem, 7. qu. 1 Si verò dubitetur, an sit peccatum, videtur scandalum vitandum, argu. ca. fin. 4. distin. c. & si illa, t. quæst. fin. ca. quid culpatur, 23. quęst. 1. & si dubitatur de peccato, & certum sit de scandalo, dicemus cum Augustino, tene certum, & dimitte incertū, §. 1. ad finem. de pœnit. distinct. 7. Propter scandalum vitandum, licet abstinere à delictis puniendis, aut à prædicatione, aut doctrina. cap. 23 quando, 1. quæst. 4. ne detur sanctum canibus, aut margaritæ porcis, D. Matthæi, c. 7.

Proinde cùm non posset consensus adhiberi vsuræ cōcedendæ sine peccato & eius cui cōceditur, & eius qui cōcedit cōtra diuinum pręceptū, rectè concludimus offendiculū seu scandalum eorum, qui accipiunt sibi scādalū, non esse considerandum: offenduntur enim ab eo, qui nō debebant pati scandalū, non esse considerādum, à bono prohibente malum: & nemo debet peccare & ita salutem suam ęternam perdere vt caueat alicuius scandalum si sine peccato illud nequeat omittere: proximus enim & proximior quisque sibi. Reliqua autem quę potest quis omittere ratione scandali, videnda sunt apud D. Thomam 2. 2. quæst 43. ad 7.

16 Breuiter alia explicatio C. super eo. adiicitur adhuc à nobis, vt satisfaciamus auditorum captui, & accedamus ad hypothesim eius. Quæstio igitur hic resoluitur, an liceat pecuniam fœnerari, vt ex vsuris captiui redimantur? Et respondetur non licere. Arbitrantur autem interpretes ferè omnes, & Panorm. hic quæstionem etiam motam, num pro redimendis captiuis liceat pecuniam mutuam cum solutione vsurarum accipere, ex quo orta & disputatio num pecuniam sub fœnore accipere peccatum sit quæ posterior quæstio iam à nobis cum distinctione exposita est antea, suprà num. 19. vt de ea nihil ampliùs dicturus sim. Neque etiam puto talem quęstionem fuisse hic summo Pontifici propositam, quanquam admittam in decretali ex qua hæc sumpta est, fuisse forsan ei propositam, num propter redemptionē captiuorum, dispensari posset à summo Pōtifice, de pecuniis fœnerandis, his qui eas postulabant vt possent

captiuos

captiuos redimere acceptis cum vsuris pecuniis,de qua dispensationis quæstione diximus quoque proximè.Superest itaque, vt doceamus hîc,iustum visum esse, ne etiam prætextu redimendorum captiuorum , possit permitti potestas dandi pecunias ad vsuras: nempe,vt de illis vsuris à fœnerante redimâtur captiui , vel aliud opus bonum fiat Cuius prima sit ratio:quia nulla dispensatione concedi possit,quod vtroque testamanto diuino antiquo & nouo prohibitum sit:non enim fit dispensatio contra quatuor Euangelia,c.sicut 14.distinct.aut contra præceptum regulariter Apostoli , cap. sunt quidam.25. quæst. 1. cùm inferior legem superioris tollere nequeat ca.1.& c.10. distinct.c. cum inferior , de maior. & obedien.l. nam Magistratus,de recep. arbri. ff. vsuræ autem sint prohibitæ vtroque testamento c.super eo,hoc tit.c. quia in omnibus,c.1.eod tit.ca.quid dicam,14.q.4.c.plerique.14.q.3.

17 Secundo ratio:quia mala facienda non sunt,vt inde eueniant bona,vt antea docuimus. Et qui ea intentione malè accipit vt bene dispẽset,grauatur potiùs quã iuuetur,vt neq; obtento eleemosynæ faciendæ, cum peccato aliquid rapiendum est,vt plurib.sacrę paginę authoritatib.docetur,in ca.non est putanda 1.quæst. 1.neq; monasteria ex alienis raptis & vsuris ędificata,proficiunt ad salutẽ.& D Augustinus,de verbis Domini,tracta. 35. *Nolite velle eleemosynas facere,de fœnore & vsuris*,relatus in ca.nolite,14.qu.5.dicitur & rursum in c. forte aliquis cogitat, eadẽ,14.q.5 *forte aliquis cogitat,& dicit,multi sunt diuites & auari,cupidi:non habeo peccatum si suum illis abstulero & pauperib.dedero,vnde illi nihil boni habent, mercedem habere potero. Huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuas pauperib. quod abstulerat , addis potius peccatum quàm minuas.*Item in c.neq;,eadem causa & quæstio.*Neque enim si agros iniquè aut perperam inuasisti,ita quis vtatur vt largas eleemosynas faciat,ideo rapinã iustificat.*Et in ca. is autem qui mentitur,22.quæst.2. non ideò quis dixerit furtũ peccatũ non esse,si pauper , cui pctiã detur sentiat cõmodum,& diues,cui clam tollitur non sentiat incõmodum.Cõsentit c.faciat homo.ead.22.quæst. 1.*faciat homo pro tẽpora li salute hominũ quod potest : cùm autem ad hoc ventum fuerit vt tali saluti nisi peccando consulere non possit,iam se existimet nõ habere quid faciat*,siquidem vt ait Papianus,ea existimare debemus facere nos nõ posse,quæ facta lędũt pietatẽ,existimationem,verecundiam nostrã.& vt generaliter dixerim,cõtra bonos mores fiunt. l.filius qui fuit in potestate,15.de cõdition.institutio.li.28.ff tit.7.Et Labeo.in l.auus,79.§.fi.de iure dotium,lib.23.ff tit.3 refert. Ateium scripsisse Seruium respondisse , permissionem dandi eũm cõmodissimum esset, intelligi,cum primum sine turpitudine & infamia dari posset.Et Proculus permissionem,*cum potuero*,intelligit quãdo salua mea dignitate potero,in l.Nepos Proculo,125. de verbor. signific. Obseruandum est, & interdum dæmonem se transfigurare in angelum lucis & prætextu boni alicuius,inducere ad malum,quo perueniatur ad bonum ; quod cauendum est in ca.non magnopere,3.ne clerici,vel mona.secula.negotiis se immisceãt,li.3.ti.50.quo loci glossa, ad verbum,*obtentu* , fusè & eruditè id explicat & illustrat exemplis,cum distinctionibus commodis.

18 Tertia ratio proponitur in dict. cap. super eo,à minori ad maius,quia non liceat,inquit,pro salute alterius mentiri,c.ne quis arbitretur,c.si quis ad te confugerit,22. quæst.2.& fere per totã illam quæ.2.& c.si quælibet culpa,eo, vbi contraria quæ ad simulationem potius pertinent quàm mendaciũ,soluũtur. Ergo nec licet peccatũ vsurarum exercere ratione vtilitatis proximi , quia illud grauius mendacio habetur,& crimen vsurarum grauissimum & maius cæteris criminibus. à Deo quòd iura canonica propter aliquod malum vel scandalum vitandũ, noluerint talo crimẽ tolerare d.c.super eo.c.quia in omnibus,c.cũ tu,de vsur.c.1.& 2.eo.ti.in sexto,Clem.1.eo.tit.

19 Hic notandum,quod quamuis non possit dispensari vt quis vsuras committat,tamen possit dispensari aut absolutio dari super crimine commisso, vt scribit Alex. Tartaginensis cons.6.inc.*super præmissa dubitatione*,nu. 8 volum.6.per dictum c.super eo.& c.præterea de vsur. Quarta ratio,quia non valent statuta, aut cõsuetudines introductæ contra prohibitionem vsurarum,l.eos, qui §.fi.de vsur.C.Clement.vni.de vsur.vt nec consuetudines aliæ contra iura diuina & leges,c.fi. de consuetud.cum similibus.

20 Quinta quod cùm peccatum sit vsura,Clem.1.§.fi. de vsur.Ezechiel 18.Psalm.14.Lucæ 6.Summus Pontifex remanente vsura,non potest facere vt peccatum nõ sit peccatum,vt ait Laurentius Rodulphus,ad dict.Clem.1. à simili,ex c.ex parte,de conuersio.coniuga.aliter enim peruerteret statum Ecclesię & fidei , quod ei non licet per c.cũ inferior.de maior.& obedien.Et proinde neq; imperator potest propter bonum publicum cuiplam permittere quod fœnereror, vt tradit Bald.ad l.cunctos populos,de summa Trinita.col.4.

## CAP. IX.

### De specie vsuræ ,quando retinentur fructus pignoris dati creditori à debitore pro mutuo: ex CC.1.2.c.conquestus 8.hoc tit.

1 *Fructus pignoris pro mutuo dati retinere,vsura vetita est,& sunt debitoris.*
2 *Ratio quia commodum & incommodum pignoris ad debitorem pertinet.*
3 *2.Ratio quia directò prohibita vsura per obliquum non debet permitti in fructibus.*
4 *3.Quia actus agentium non operantur vltra voluntatẽ 4.quia in fraudem vsurarum prohibitarum.*
5 *Rom.5 quia soluto debito,pignus restituendum:restitutio verò plena est.*
6 *Qui sint fructus quos sibi imputare creditor vel restituere teneatur debitori.*
7 *Casus in quibus malæ fidei possessor tenetur etiam de percipiendis fructibus restituendis.*
8 *Fructus pignoris imputantur in sortem debiti,vel restituuntur debitori,deductis expensis,& quæ sint illæ impensæ quæ minuunt fructus.*
6 *Impensa facta in rem pigneratam quo repetantur per creditorem à debitore.*
10 *Impensæ necessariæ quæ dicuntur & retineantur.*
11 *Dummodo ab initio fuerint necessariæ,quamuis postea perierint vel inutiles fiant.*
12 *Vtiles expensæ in pignore quæ dicantur.*
13 *Voluntariæ impensæ quæ dicantur vt de repetitione illarum.*

1 COlligitur alia resolutio ex c.1.& 2.& ex c.cõquestus hoc tit.de vsuris,vsuram esse vetitã,si creditor suos facere velit fructus ex pignore dato pro mutuo perceptos,ideo tenetur consumptos, deductis expensis in eos factis,vel imputare in sortem ad extenuationem sortis principalis,vel restituere extantes debitori, vnà cũ ipso pignore,solutione facta debiti mutui.Sic in c.nostram, 7.de iureiur.creditor non cogitur restituere pignus,nisi soluatur ei debitum , vel ex fructibus perceptis fuerit sibi satisfactum.Idem in c.cum contra,6.de pign.li.3.ti. 21.& iure ciuili in l.3.de pignora.actio.C.li.4.ti.24.Creditor qui prædium pignori nexũ detinuit , fructus quos percepit, vel percipere debuit, in rationem extenuandi debiti computare debet,& ipso iure soluitur pignus soluto debito ex fructibus,l.1.de distractiou.pignor. Cod. Et quanquam eo iure pignoris fructus possint retineri pro modulo quantitatis licitarũ vsurarum, permissarũ

& promissarū,l.1.Cod.de partu pignor.l.cum debitor,8. in quibus causis pignus aut hypot.tacitè contrah.li.20. ff ti.2 l.per retentionem,4 Cod.de vsur. Tamen solutis & perceptis vsuris,reliquum ex fructibus vel restitui debet debitori,vel imputari in sortem.Et si inde possit solui debitum impeditur distractio pignoris pro debito,l. prima, de distractione pignor. Cod.l.2.de partu pigno. Cod.l.1.& 2.de pigno.act.Cod.l.si dominium, de pignoribus,Cod.l.ex prædiis,11.Cod de vsuris.Expressus in l.is cui,5.§.quæri poterit,vt in possession.legato, &c.li.36,ff tit.4.Et Marcellus in l.Titia,cum propter dotem,48.de solutio,li.46 ff.ti.3.

2 Ratio prior, quia quemadmodum omne incommodum quod fortuito pignori aduenit, ad debitorem dominum eius pertinet: non ad creditorem possessorem, sic æquum est,& omne commodum vt rei suæ ei reddet l.si inter,21.§.quicquid,de pigno,li.20,ff.ti.1.Cū pignus in bonis debitoris permaneat : nec dubium sit ideo ipsi perire,§.finali, quibus modis re contra obligatio, apud Iustinianum,l.pignus In bonis, 9.de pignora.actio.li.4. Cod.ti.24.l.quæ fortuitis,6.eod.Cod.& secundum naturam est,vt quem sequuntur incommoda sequantur & cōmoda,l.secundum naturam de regul.iur.ff.c.qui sent , eodem ti.in sext. Quare & fructus modici etiam,restituendi sunt debitori,vel in eius liberationem imputandi,vt ait Panorm.ad c.2.istius ti.quia quicquid vltra sortem mutui recipitur,vsuram facit in c.vsura,14 q.3.

2 Secunda ratio,quia quæ directò prohibentur per obliquum permitti non debent,l.cum quid de regul iur. ff l.1.si manciplum ita veneat ne prostituat Vetantur autem,vt diximus,directę vsurę per obliquū,ergo occasione pignoris ex fructibus non debent percipi Et sicut di rectè prohibitum est pactis legis cōmissoriæ, vti in ipso pignore,c.significante,7 de pign.li.3.ti.21.l.prima, C.de pactis pignorū sic & in fructibus eius. Atque emendatū ius, quod quondam obtinuerat licere creditoribus sibi retinere pignora ,non soluta à debitore stata die pecunia,& nihilominus petere debitum , vt ait Dio Cassius, li.41. Quod innuit Plut libro,non esse fœnerandum,dū ait,Aduenientibus Cal-ndis, nec soluentibus debitoribus,nec ipsum Iouem de manu creditorum pignora saluare posse Statuit autem Iulius Cæsar, vt ait Dio,oppignerata quidem in solutum cedere,sed æstimatione facta,delectis etiam iudicibus sorte , qui ea æstimarent. Quemadmodū Alexander quoque Cæsar cauit,in l.prima,de pactis pignorum, nihil amplius iuris dari creditori per cessionem pignoris,quam ius cōmune statuerit in venditione.Non improbatur tamen pactum in traditione pignoris appositum,vt si intra constitutum tēpus, pecunia debita non fuerit soluta, creditor possideat rē iure emptionis iusto pretio tunc æstimandam,quo casu venditionem conditionalem esse,est receptum , & probam à Martiano , in l.si fundus hypothecæ,16.§.fin.de pign.li.20.ff ti.1.Similiter & pactum probatum,vt si die dicta non fuerit soluta pecunia:Tertiò,si res pignoratę liberanti debitum empta,in l.fin.de cōtrahenda emptione,ff.Fuit & iudicatum ita in pacto & clausula, vt possit res vendi post annum,scilicet iusto pretio,à Senatu Parisiensi,19.Maij,1552 vt narrat Papus,li.11. Rapsodiæ Arestorum, ti.3.arresto 2. Neq etiam reprobabitur pactum factum post interuallum mutui,vt creditor habeat rem pignori datam sibi emptam,l.Titius cùm credidisset,34 de pign.ff.

4 Tertia ratio, quia actus humani non operantur vltra agentium intentionem, l.non omnis numeratio, de rebus credit l.1.de iure codicillo.ff.l.multum interest,C. si quis alteri vel sibi. Pignoris autem datio & acceptio fit tantum ad securitatem & cautionē solutionis faciendæ,per l.plus cautionis,de regu.iuris,ff.§ fin. quib.modis re contrah.obl.l.1.§.creditor,de action.ff.In subsidiū enim datur,vt si non soluat debitor,possit pignus vendi, & suum consequi creditor prælatus inuito debitore,l.1. & 2.C.debitorem venditionem pignoris impedire non posse,li.8.ti.23.Atque nisi integro soluto debito,quamuis pro parte pignoris ius integrum manet,l.quādiu nō est,6 & l.si in hoc,de distractione pignoris,C.& pignoris oblatio indiuidua,ideo pro parte non resoluitur, l.1. de luitione pign.C. Et vt liceat significantius loqui,pignus nihil amplius est,quàm signum debiti.Quare & locus signatus olim dicebatur æri alieno obstrictus: non signatus,contrà,nemini obnoxius. Moris enim erat bona hypothecę subiecta lapide vel columna quadā notare,vt scribit Iulius Pollux,li.3.Onomasticon c.9 Innuit l.si iniuriæ,ff.de iniur.ff.quare pignus remanet in dominio debitoris,nō creditoris, qui simplicem tantum habet detentionem, l.pignus de pignoratitia actio.li.4.C. l.debitor,40.eo.ti.ff.l.rescriptum,12.de distract pign.li. 20.ff.tit.5.l quid sit fugitiuus.17.§.pignori.de ædilitio edicto,ff.idipsum de fructibus pignoris dicendum, quia & illi tacitè obligati ad eandem cautionē. Et quicquid ei accadit,quamuis re ex pretio fructuum comparata, rebus pignoris loco non sit.quod probant,l.3.in quibus causis pign.vel.hypotheca tacitè cōtrah.l.1.de partu pigno.C.li.8.ti.2.l.si conuenerit.§.si nuda proprietas, de pign.act.ff.Ex quibus concluditur,constitutionē pignoris & fructuum eius,cùm cautionis tantum nomine detur,non pertinere ad donationem,vt censeantur donati creditori, quia etiam nemo præsumitur iactare suum,l. cum de indebito,de probationi ff Et quia id verū, quādo sibi & titulo dominij possidet , vt hic,aliter neque quod dictum est , bonæ fidei possessorem facere omnes fructus suos,l.bonæ fidei,de acquir. rerum domi. quod explicat gl.in §.si quis à non domino,de rerum diuis.de industrialibus tantum,non de naturalibus. prout & responsum in l.fructus percipiendo,45.de vsur.ff & l.fructus non modo percepti,33.de rei vendic.ff.

Quarta ratio, quia pactum in fraudem vsurarum super fructibus pignoris , non valet etiam titulo emptionis c.ad nostram,5.de empr.li.3.ti.17.c.illo vos,4.de pig. li.3.ti.21.Et plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur,ca.per tuas, qui filij sint legitimi,l.3.C.plus valere quod agitur.

Quinto,quia postquam restituendum est pignus,verbum restituas continet & fructus,l videamus,38.§.in Fauiana quoque actione,de vsur.ff.l.25.§.4 quæ in fraudē creditor.&c.ff §. 6.de act.l.restituere,lo 35.75. de verbo signific.ff.

6 Sed videamus,qui sunt isti fructus , quos imputare vel restituere creditor teneatur debitori.Erūt certè illi, qui percepti sunt à creditore & percipiendi,hoc est,qui percipi potuerunt, si modo nō sint percepti in fraudem debitoris,non aliter,vt ait Hostiēsis ad c.1.de vsur.Quare creditur imputabit in sortem, si res oppignorata anteà locari solita erat & nō locauit, vel si locari quidē solita nō erat,verūtamen tunc reperiebatur conductor: nā in vtroq.casu tenetur de percipiēdis illis fructibus tanquā de perceptis,l.2.de partu pig.C., vbi tenetur creditor ad serui pignorati perceptas operas,& quas poterat percipere Confirmat hoc Panorm.ad c.1.de vsur.sed cū Ioan. Andræa addit:de percipiendis aliis qui à domino percipi potuissent non teneri, nisi post solutam sortem retento pignore.Nam tunc retinēdo pignus,incipit malæ fidei esse possessor, & tenetur non solùm de perceptis, sed de omnib,qui percipi à domino potuissent,c.grauis 11.de restitutio.spolian.li.1.ti.13 Vbi Archidiaconus violentus possessor damnatur ad restituendos fructus, non tantū perceptos,sed & q percipi potuissētà monasterio spoliato si possidere licuisset.Idē in c.cōquerēte,eo ti.in c. cū causa,23 de of dele.li.1.ti.29.Dānū.n.nō percipiēdo, sic videtur intulisse debitori creditor, & ideò tenetur, quēadmodū tenetur sibi imputare alia damna quæ dedit rei pignoratę,l.creditor,in 2. & 7.de pi.act.lib.4.C. tit.24.

tit. 4 Constat & creditorem non possidere sibi tanquã dominum, non alieno tantùm nomine possidet ad securitatem tantùm, vt diximus, solutionis, quæ maior est ei qui pignori incumbit, §. furti, de obligat. quæ ex delicto nascunt. l. itaq. §. fi. de fur. ff. vt plus cautionis est in rem, quàm in personam, l. plus cautionis. 25. de reg. iur. ff. l. sæcimus, C. de verborum signific. §. nec autem, de mandat. principum, in nouel. & quæstio pignoris ab intentione dominij separatur, vt ait Papinian. in l. 1. § cum prædiũ, de pignori. li. 20. ff. ti. 1. quod & in fructib. pignoris locũ habet: quia & fructus, & quicquid accedit rebus pignoratis, pro pignore censentur, & ipsius debitoris, non creditoris, l. si conuenerit, 18. l. si pignore subrepto, 22. de pignorat. actione li. 13 ff. ti. 7. Neq. pignus censetur esse in bonis creditoris, vt respondit Vlpia. in l. itaq. fullo, 12. §. si res pignori data, de furt. li. 47 ff. ti. 2. Quare non potest tanquam bonę fidei possessor fructus vllo modo rei quã scit alienã, facere, semper enim qui nomine alieno possidet, malæ fidei est, si velit tanquam suam rem vsurpare, l. malè agitur de præscriptio. 30. vel 40. anno. C. Quamobrẽ quæ dicuntur de bonæfidei possessore vt non teneatur ad restitutionem fructuum consumptorum, & non extantium, l. certum, C. de rei vindicat. cum similib. hic non habent locum. Ita quæ dicuntur de malæfidei possessore, vt teneatur restituere omnes fructus perceptos, qui ad illum peruenerunt ante & post litem contestatam, d. l. certum, & l. si fundum, de rei vindi. C. & de percipiendis qui percipi potuissent à domino vel alio, qui restituuntur etiam à malæ fidei possessore, qui non excusatur in illis, in occupante fructus pignoris vltra sortem locum obtinent.

Monebo autem quosdam casus, in quibus dicunt malęfidei possessorem teneri de percipiendis, quorum primus in restitutione facienda ex edicto quod metus causa l. 7. sed partus quod metus causa l. 4. ff. tl. 2. l. videamus 28 §. item si vi, de vsuris. li. 22. ff. ti. 1. d. c. grauis, & c. conquerente, de restit. spoliato.

Secundò, in eo qui emit in fraudem creditorum, l. ait prætor, 13 §. per banc, in secund. sic incipiente, quæ in fraudem creditorum, li. 41. ff. ti 8.

3 In eo qui contra legum interdicta mercatur, l. quẽadmodum 11. in fine, de agricol. & censit. li. 11 C. ti. 47. facit ratio l. non dubium, C. de legib. 4. In restituente rem quam emit à fisco non vendente solemniter, l. 1. de fide instrumentor. & iure hastæ fiscal. li. 10. C. ti. 5. 5. Ponitur à glossa. in dicta l. si fundum, de rei vindica. idem, inquit, posset dici, in eo qui fructus maturos patitur studiosè corrumpi 6 In nostro casu quando in fraudem debitoris non sunt percepti iuxta etiam d. l. 2. de partu pignoris qui casus accedere videtur.

4 Cæterùm diximus fructus restituendos debitori, vel in sortem principalem computandos à creditore, deductis impensis in rem pignoratam, vel pro fructibus percipiendis factis, quæ dabentur ipsi creditori, l. creditor, 7. C. de pignoratitia actio. C. li. 4. ti. 24. fructus in omnibus rebus deductis necessariis impensis intelliguntur, l. fructus hominis, 4. de operis seruor. li. 7. ff. ti. 7. l. 1. C. de fructib. & lit. expen. l. fructus, solut. matrim. ff. l. fundus qui dotis nomine, famil. ercisc. ff.

Et quod in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsus fructus diminuere, l. quod in fructus, 46. l. videamus, de vsur. ff. Et alibi fructus intelliguntur deductis impensis quæ quęrendorũ, conseruandorúmq. eorũ gratia fiunt. Quod non solùm in bonæ fidei possessorib. naturalis ratio expostulat, verùm etiam in prædonibus: sicut Sabino quoq. placuit l. si à domino, 36. de petitio. hær. ff. quia nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, d. l. fundus qui dotis nomine, famil. ercisc. impendi verò fructuum percipiendorũ causa, Põponius ait, quod in arando, serẽdoq. agro impensũ ut in tutelam ædificiorum, ægrúmq. seruum curandũ. l. diuortio, § impendia, aliàs est in noue excussis, §. Papinianus, l. fructus, soluto matrim. ff. quemadmodum instrumenta fundi sunt, non tantùm quæ ad colendum fundum pertinent, sed etiam ea quæ fructuum quærendorum, cogendorũ, conseruandorúmve gratia, parata sunt. l. instrumenta, 8. de finib. instruct. instrum. lega ff.

Reliquæ etiam impensæ necessariæ factæ in rem pignoratam possunt repeti à debitore per creditorem cõtraria actione vel per retentionem pignoris, l. si necessarias 8. de pignora. actio. li. 13. ff. ti. 7. d. l. creditor. 7. Certi. Atq. omnis possessor, non solùm bonæ fidei, & malæ fidei, necessarias repetere potest à domino in rẽ eius impensas factas, vt rescripsit Gordia. Imperator in l. domũ quam, 5. de rei vindic. li. 3. C. ti. 32 Dantur ita pro repetitione horum sumptuum necessariorum maximè bonæ fidei possessori, duo remedia. nempe retentionis rei & actionis, vt dictum & in l. si in area tua, 33. de condictio. indebi. li. 12. ff. ti. 6 §. cæterùm illud, de rerum diuisio. apud Iustinia. nisi expreßè interdixerit fieri dominus l. fin. de neg. gest. C. li 2. ti. 19.

10 Necessariæ impensæ erunt, quibus non factis res erant perituræ, vel deteriores futuræ, l. impensæ. de verborum signif. ff. l. 1. 2. 3. 4. & l. impesæ 14. de impens. in res dot. fact. ff. veluti ædificia ruentia refecere, olineta reiecta restaurare, arbores curare, aggeres facere, flumina auertere, & quamuis sit odiosa alienę rei retentio, l. 5. in quib. caus. pignus vel hyp. ta. con. l. fin. C. de commo. c. penul. de sponsal. ob necessarias tamen impensas permittitur. d. l. si necessarias. l. in rebus, 18. §. possunt, & §. sumptus, commoda. l. creditoris 15. de furt. l. quę omnia, 25. de procura ff. Obque eam causam ius est marito, rerum dotalium retinendarum l. quod dicitur 5. & l. pen. de impens. in res dotal factis. ff. Neq. hoc ius ei oblatum per constitutionem Iustinia. in l. vni. de rei vxor. actio. C. eam sumptuum nomine rerum dotalium retentionem, inhibuit: nam id de vtilibus tantum impensis intelligẽdum, non de necessariis in quibus eodem authore ius in Pandectas relatum, remanet illibatum. §. item se, de dote, de actio. apud Iustinia l. dote, 61. de ritu nuptia. ff. l. si is qui. 56. § quod dicitur, de iure dot. Quæ multò magis habet locum in creditore ad quem fructus pignoris non pertinent, vt ad maritum dotis; & ideo impensas has necessarias in illud factas repetit. habetque meritò pro illis beneficium, vt præferatur anterioribus creditoribus l. 1. 2. & sequenti. qui potiores in pignore habean. fi. §. his consequẽs, nouel. 79. de ęqualitate dotis. Si quid ergo creditor propter possessiones pignori datas, ad collationem viarum muniendarũ, vel quodlibet aliud necessarium obsequium præstiterit, id restituendũ vel deducẽdum ex fructib. perceptis, l. in summa, 6. de pignoribus, l. 8 C. Item si stipendium aut tributum soluerit ob rem hypothecatam seu pignoratam, quia hæc onera & impendia, sunt percipientium fructus, l. neq. tributum, 13. de impens. in res dotal. fact. ff. l. hactenus. & l. si pendẽtes, 27. §. si quid cloacarij nomine, de vsufruct. li. 7. ff. ti. 1. Paulus in l. gnæro, si vsusfructus, 28. de vsuris, & vsufructu legat. li. 33. ff. ti. 2. vbi de indictionib. temporariis & de vectigalibus pro re dependendis, idem respondetur, ideò restituuntur impendenti ab eo qui rem cum fructibus repetit, si non spontè, sed necessariò solutæ sint, in l. debet, 27. de ædilitio edicto, l. 21. ff. tit. 1. Item si quid in ædium ruinosarum refectionem seruorum ægrotantium curationem, vitium propagationem, & similia impenderit, repetet creditor, d. ll. 1. 2. 3. de impẽ. in res dota. fact. li. 25. tit. 1. Nec interest quod pertinet ad repetitionem necessariarum in causa pignoris, num ad necessitatem temporalem aut perpetuam rerũ impensæ pertineant: quanquam maritus impẽsas necessarias, quæ forsan ad vnius anni vtilitatẽ pertinet, nõ repetat, & sibi imputare debeat, quia eas cõpensat cũ vtilitate fructuũ quos percipit, d. l. 3. & fin. de impẽsis in res dot. fa. quod nõ potest

quadrare creditori, qui nullam vtilitatem fructuum ex pignore recipit, sed restituit debitori domino, nec tueri suo sũ: tu debet pignora, vt maritus tenetur dotales res l.pen.de impen.in reb.dot.fa. Ideò, vt negotiorũ gestorum etiam modicas impensas repetit in re pignorata factas creditor, in l.omnino 12.de impensis in reb.do.fa.ff. quia nihil vtilitatis ex fructib. pignorum percipit. Sicut maritus, qui etiam ideò sumptus in colligendus fructus rei dotalis, vel ad tuendas res dotales, quibus fruitur, impensos sibi imputat in l.fin.eo ti.de impensis.

12 Sed illud quoq prætereundũ non est, ex necessitate facta impensas, quamuis res malè gesta sit, repeti nihilominus posse, & sufficere, si ab initio iusta & necessaria impendendi fuerit causa, vt si in tutelam refectionémq; ædificiorũ impensũ fuerit hypothecæ nomine datorũ, quæ postea exusta sunt, l.4. de impen in res dot.fact.ff. Sicut Vlpia.in l.sed an vltro, 10.§.1.de neg.gest.li.3.tit.5. 11, inquit, *qui negotiorum gestorũ agit, non solùm si effectũ habuit negotium quod gessit, actione ista vtetur: sed sufficit si vtiliter gessit, & si effectum non habuit negotium. Et ideò si insulam fulsit, vel seruum agrum curauit: etiam si insula exusta est, vel seruus obijt, aget negotiorũ gestorũ, idq. & Labeo probat.* Facit l. si seruum alienum, 10.C. eod.tit de neg.gest.li.2.ti.19.

Vtiles porrò impensas in pignore factas eatenus repetere poterit, quatenus illis dominus futurus est locupletior nisi is paratus sit pati factum tolli per facientẽ, l.sin aut, 28.§.in rem peritam, & l.in fundo, 39.de rei vẽdica li 6.ff.ti.1.cum temperamento tamen impensarum vtilium, vt neq.nimiũ delicatus debitor, neq.nimium onerosus creditor audiatur, d l.in fundo, & l.si seruos pignoratos, 25.de pigno.act.ff. Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem rem faciant, & deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus domino acquiratur, sicut arbusti pastinationem vltra quam necesse fuerat: itẽ doctrinam puerorum, pistrinum, & horreum insulæ adijcere, l.impensæ, 78.§.vtiles de verborum significa Bonęfi. possessor etiam vtiles impensas à creditorib. repetit, l. Paulus, 29.§.domus.de pignori.ff. Et habere hanc exactionem ait Vlpia.in l.voluptuariæ, 7.§ finali, de impẽsis in re.dota fact.dummodo nimium graues non sint debitori, ad quas soluendas expediret vendere ipsam rem forsan, vt ait l.vtilium, 8.de impen.in re.dot.fa.l. in fundum, §.de rei vindi.ff.l.si seruos, 25.de pignora.actio.ff.

13 De voluptuariis impensis in pignore factis, maius esse pullet dubium, an repetantur per creditorem, & an per retentionem pignoris diminuant fructus restituendos, voluptuarię sunt, quę speciem tantum exornant, nõ etiam fructum augent, vt sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, lorications, picturæ: d.l impensæ. §. voluptuariæ, ff.de verb.signifi.balnea, l impensę necessarię, 14.§.fi.de impens.in reb.dotal.fact.ff.

Pro voluptuariis impẽsis itaque repetẽdis, inde dicemus quod Vlpia.respondit in l. voluptuariis, 9. de im.in reb. do fa. in causa repetitionis dotis per mulierem, vt nisi debitor paratus sit creditorum facta tollere, exactionẽ patiatur. si modo recipiant separationem. Cæterùm, si non recipiant, relinquẽda sunt Nam quæ separari nequeunt non debent radi, aut deleri vt picturę, & similia, quia malitiis non est indulgẽdum hominum, qui quod sibi non prodest, aliis adimere cupiunt: l.in fundo, 38.de rei vindicatione, ff.cum similib. iurib. ibi notatis per gl. ad ver. *indulgendum*, & c.auaritiæ, de electio.in sex.

## CAP. X.

## De antichresi, num permissa.

1 *Antichresis an habeat vsuram: & quid antichresis, videri habere vsuram. 1 quia vltra sortem.*
2 *Item II. quia videtur in fraudem vsurarum.*
3 *Contraria sententia ratione pacti.*
4 *2. Ratione gageria feudi ecclesiastici.*
5 *3. Argumento a permutatione permissa.*
6 *4. Argumento à redhibitione venditionis probata.*
7 *5. Quia potest res vendi dari à debitore creditori, quæ illis est inutilis.*
8 *Conciliatio superiorum contrariarum sententiarum.*

1 Videtur digna tractatione quæstio antequam à fructibus pignoris imputandis in sortem vel restituẽdis digrediatur oratio. Nam quia percipere fructus ex pignore, resoluitur facere vsuram. Idem dicendum sit de antichresi, & an is qui per antichresin vtitur re debitoris, donec ei soluatur mutuo acceptũ dicatur vsurarius. Vocant Iurisconsulti ἀντίχρησιν, cum conuenit, vt debitor pecunia vtatur fruatúrve, & creditor percipiat fructus pignoris, eoq. interim similiter vtatur fruatúrve. Atque in prin is Panor.ad c.1.nu.1.de vsur.existimat, textũ quidem tantum loqui de fructibus possessionum fructiferarum rerum, quod illi imputari debeãt in sortem, & prohibitam vsuram eorũ. Idem tamen dicendum de domibus, & aliis reb. in pignus traditis, quæ quamuis per se fructum non faciant, tamen æstimationem recipiunt vsus, seu pensionem, vtq. pensionis exigendæ locario, extenuet sortem, perinde esse, ac si per vsuram solutã quis reciperet pensionem. Quicquid enim, vt dictum est, æstimabile recipitur pro mutuo vltra sortem est vsura, tota 14 quæst.3.

2 Et videtur facta hæc pactio in fraudem vsurarum, quia & leges quæ loquuntur de antichresi addunt eam factam fuisse cum pacto vt vsus rei datæ in antichresim pro mutuo esset loco vsurarum, & in hoc distingui ab aliis vsuris, quod vsurę ex antichresi non ideò illegitimę viderentur, quod supra legitimam taxationem locatio pensionis posset ascendere, vel fructus vberiores colligi possent quam requiratur legitimę vsurę, eo quod, & posset fieri, quod minores esse possint, & ita propter incertitudinem si tolerantur in vsu concesso potius quàm si supra legitimam taxationem essent expresse in stipulationem deductæ, l.si ea lege, l.si ea pactione C.de vsuris. Ita Papinia.in l.1 § pacto, de pignorib. meminit cuiusdã pacti, quo creditor fructus hypothecarum vsuris cõpensaret fini legitimæ vsurę, talémq. conuentionem vtilem esse ait, nempe ex iure, quo vsuræ permittuntur. Modestinus quoq in l.Caius Seius 39.de pignora.actio.ff. similem propemodum refert conuentionem, vt creditor pignus pecuniæ suæ compensationem certo tempore possideat, & fructum capiat.

Atq. Marcianus scribens de formula hypothecaria, in l.si is qui bona, 11.§.1.de pignorib.ff & l.si pecuniam, 33. de pignoratitia actione. Hãc pignoris conuentionem vt liceat vsum rei & fructus habere, donec pecunia soluatur mutuata, vocat ἀντίχρησιν & pignus nihilominus dici posse, & hypothecariam actionem competere, & soluto debito pignoratitiam actionem.

Tertiò, extat Nouella Iustiniani, 32.ne mutuum dans agricolæ, eius terras teneat, qua cautum, ne prædictorũ mutuorum prætextu: siue scriptura interueniente, siue sine scriptura celebrata sint, terram agricultorum vel boues penes se retinere audeat.

3 In contrariam partem videntur inclinare, primum receptum esse pactum inter creditorem & debitorem, vt creditor pignus suum in compensationem pecuniæ suæ, certo tempore possideret, in l.Caius 39.de pignoratitia actio.ff.

Verùm, illud pactũ iustum videtur: quia per illud, fructus vsus rei & in antichresi imputantur in sortẽ, & ad liberationẽ debiti. In antichresi autẽ, de qua agimus, vsũ suum facit creditor, & nihilominus repetit debitum.

4 Secundò, videtur probare iustam antichresin, c.1.de feudis.libro 3.titulo 20. vbi valet gageria quæ est feudi dati in vsum Ecclesiæ per debitorem eius & fructus

Ecclesia suos facit. Sed ibi, cum fructus suos faciat Ecclesia ex gageria ratio est sing. . . . pothesis, nempe quod feudum ibi dederat dominus directi Ecclesiæ cui in gageriam ab eius vassallo datum erat pro debito, & proinde vi feebatur à re sua, & ex vsu res suæ, non alienæ creditori, va. . . fr. . . us percipere, quia vassallus pendente illa gageria, non tenebatur ad seruitia vassallatica, pro qui. . . d ta erat illi fructu feudalis iniuria nulla ibi inferebatur: at in antichresi res data creditoris est debitoris.

3 Probare antichresim iustam videtur, quod permutatio in licita sit in l. 1. & toto titulo de rerum permutatione, nihil aliud videatur antichresis, quã vsus cum vsu permutatio. cum vsus rei pecuniæ conceditur, vt ait Alciatus, lib. 2. dispunctio. c. 3. Sed hic non potest esse permutatio cum vsu pecuniæ quæ vtendo consumitur sine fructu, & vsu rei immobilis, quæ superest post commoditatem vsus permutatio non est æqualis, quia mutuum dans creditor, facit illud ipsius debitoris: at debitor das antichresim remanet dominus, & creditor vtitur re aliena: debitor vtens mutuo, vtitur sua.

4 A simili videtur licita antichreseos fructuum perceptio: sicut enim valet conuentio qua res venditur seruata facultate recuperandi, & interim emptor fructus suos facit. l. 2. de pactis inter emptorem & vendito. C. Ita valere debet pactio, vt fructus creditor percipiat vel re vtatur, & eam retineat, donec ei pretium mutui refundatur & repetatur pignus. Sed certè permagni interest inter pactum de redemptione vel reuendendo, & pactũ pignoris: nam per venditionem transfertur dominium rei in emptorem l. cum manu sata, 80. de contra empt. lib. 18. ff. tit. 1. ideò fructus ex re sua merito suos facit: at nõ ita in pignore & res vendita etiam cum facultate redimendi perit periculo emptoris, res verò pignorata per antichresim, debitori domino, quia pignus periculo est domini debitoris. l. quæ fortuitis, & l pignus in bonis, C. de pigno. actio cum similibus paulò antea adductis.

5 Pro approbatione eiusdem iuuat considerare, aliquoties debitores habere domos inutiles vel prædia inculta, quæ nolunt locare, datque ea creditoribus, vt interim ea oppignorata conseruent vel colãt, vt boni patresfamilias, & postea restituta pecunia, reddat, videtur que huc pactum non esse vsurarium, in summa . . . ofetia in verbo, *Vsura* 5 §. Tertiò quæro, versicul. *idem de eo qui pignorat domum*. Quemadmodum & ibidem dicit, non esse vsuram si mutuum accipiens det pignori creditori equum otiosum, quem locare non vult, ea conditione vt pascat eum & equitet, tamen sine grauamine & periculo equi: dipsum dicemus de domo data vt qui inhabitet, & eam fartam tectam habeat: nihil enim prohibet rem suam commodare etiam ei à quo beneficium non accepit, l. in commodato §. sicut commodari: ita ca tit mobilis sive immobilis. Secus nõ est improbata, imò est recepta pactio, qua quis alicui dat vel concedit aliquam rem ad certum tempus, vel quoad vixerit possidendam, vt inde fructus gratis accipiat in c. nuper. 6. de donatio. inter vir. & vxo. lib. 4. ti. 20. ca hoc ius porrectum, §. si œconomus. 10. q. 2. l. si pater, 5. C. de vsu & habita. lib. 3. C. titu. 33. Quæ duæ postremæ rationes nos admonere videntur vt inter primam & secundam contrariam sententiam quæramus mediam quandam viam qua possunt conciliari. Siquidem verissimum est pro mutuo antichresim non . . . habere vsuram

6 Cæterùm nõ erit reprobanda antichresis domus vel fundi, si nõ cõtẽplatione mutui, sed ration. donationis, beneficij, & liberalitatis seu sponte quis percunte creditori extra pactum vti vsque ad certum tẽpus gratis re sua, vel habitatione, vel etiam si permittat creditori, in re sua vel agro suo serere: nam inde alia nascitur obligatio præscriptis verbis, quæ nullo iure reprobatur, non magis quàm donatio, pro quo, illa permissio habetur, & habet actionem ciuilem aduersus eum qui permisit vel vsum vel sationem, vt patiatur eum cui concessit, vti & frui, Pẽponius in l. permisisti 16. & Vlpianus in l. si gratuitam tibi habitationem, 17. de præscript. verbis, lib. 19. ff. tit. 5. Probant & Papinianus remunerationem factam pro doctrina acceptam à præceptore Nicostrato, per Aquilium Regulum in hæc verba dono & permitto tibi habitare in illo cœnaculo, eóque vti, l. Aquilius Regulus 27. de donatio. li. 39. ff. tit. nec ambiguum est res soli & immobiles etiam commodari posse ad vtendum fruendum, l. cõmod. ff. quẽadmodum & precario vsus earum cõcedi potest, l. 1. l. 3. l. cum precario, a. . de precar. li. 43. ff. ti 26 imò & dari constitoiq; vsum vsumfructum, habitationem in reb. propriis alteri posse sine controuersia est, ex titulis de vsufruct. & vsu & habitatione, in ff. C. & institutionibus iuris ciuilis: cùm itaq; tunc mutui datione possit imputari licitè hoc beneficium & permission. in accipere non erit arguendus, si beneficiu mutui concesso debitori, ab eius liberalitate accipiat antichresim rei eius seu beneficium: alioquin officium amici, quod imperitus esset debitori mutuãdo, & esset damnosũ quod esse non debet, l. si quis ex signatorib. quemad testa. aperia. ff. e. cũm non deceat, electio. in sex. & nemo debet damnum cõsequi ex quo præmium potius meretur. c. 2. de fideiussorib. & deterioris esset cõditionis qui iuuarent proximos mutuo, non iuuantib. qui possent vsum alienarum rerum dono accipere vel nomine commodati aut permissionis aut precarij: & qui mutuũ dedissent non possent. Sicque contra vtilitatem publicam retraherentur à benefaciendo & mutuando.

Sed neque qui mutuum dedit existimatur vsurarius, si sine intentione & pactione vsuræ exigendæ vel petendæ, oblata sponte à debitore acceperit, etiam supra & præter mutuum datum. Erit autem pactum proculdubio improbatum ex circunstantiis in fraudem vsurarum appositum in antichresi, quæ gageria dicitur, secũdùm interpretationem Petri Iacobi tit de pignoratitia actione directa, versi. de gageria in practica. dum ait gageriam esse, quandam barattariam quæ sub prætexto liciti cõtractus ab vsurariis fit. Nam, inquit, valet quidem contractus, si quis mihi vendat fructus fundi sui quem habet in certo loco iuxta l. si iactum, de act. empt. l. interdum, 72. in princip. & l. si autem, 5. §. illud, de verborum obligat. ac si in fraudem vsurarum factum sit, vt pignus venditum sit pro pecunia, cum pacto de retro vendendo post certum tempus, & ita fructus essent creditoris, vel si fructus modico & ficto pretio vẽditi sunt, datis mutuo pecuniis, si, ctus ille contractus vsurarius est.

## CAPVT XI.

### Exceptiones, in quibus fructus rerum accipi possunt. Et alia quædam supra sortem debitam: prima in feudo, 2. in fideiussore.

Explicatio §. 6. c. 1. de vsuris. Et c. conquestus 8. §. fin. eiusdem Titul.

1 *Casus in quibus retinentur fructus ex re alterius: primus in feudo Ecclesiastico redeunte ad Ecclesiam.*
2 *Ratio eius exceptionis, & explicatur c. conquestus de Vsur.*
3 *Distinctio, an pro illo feudo primum data fuerit pecunia à vasallo, vel non.*
4 *Reprobatur pactum, quo debitor dat pignus pro debito creditori, vt quandiu ei non satisfiet habeat in feudum.*
5 *Fideiussor soluens pro debitore, quas vsuras ab eo petere possit.*
6 *Sed quid si fideiussor soluat indebitè vsuras.*

1 Exceptio ad regulam proximè explicatam, in qua dicebatur, nõ posse fructus ex pignore creditorem percipi, nisi quatenus imputat in sortem, deductis impensis, prior ponitur in §. fin. capit. 1. hoc penso nisi inquit

Alexander, *Ecclesiæ beneficium fuerit: scilicet quod ei datum sit à debitore in pignus, quod redimendũ hoc modo de manu laici videatur*, & in ca. conquestus, §. fin. eo. tit. ibi *nisi terra ipsa* (scilicet in pignus per monasterium accepta) *de feudo sit monasterij vestri*. Videtur & ad eandem retentionẽ fructuũ pertinere, in feudo Ecclesię, eo reuertente ad Ecclesiã, c. 1. de feud. li. 3. ti. 20. Cæterùm hic animaduerto, hãc exceptionem nõ pertinere ad vsuram, vt nec aliquos alios casus, in quib. arbitrantur interpretes & glossæ permissam esse iure pontificio vsuram, & eos esse exceptos à prohibitione iuris pontificij, quos notant his versiculis.

1 *Feuda 2. fideiussor. 3. pro dote. 4. stipendia cleri.*
5 *Venditio. 6. fructus. 7. cui velles iure nocere.*
8 *Vendens sub dubio. 9. pretium post tempora soluens.*
10 *Pœna nec in fraudem. 11. Lex commissoria. 12. gratis.*
13. *Dans 14. Sociis. 15. pompa, plus sorte modis datur istis.*

Arbitror autem nullos esse casus in iure pontificio, in quibus permissæ sint vel probatæ vsuræ tanquàm vsurę, neque illos casus notatos esse de regula, quòd in his permittantur. Quia omnis exceptio debet esse de regula, atque vt sigillatim excutiamus eosdem, dandæ sunt rationes, cur in illis plus exigatur quàm in sorte principali debeatur, quę manifestè docebũt aliunde habere quàm ex causa vsurarum, tractationem. Et primùm quoad feudorum exceptionem pertinet, in quibus per exceptionem dicunt permitti iure pontificio vsuram: illud verum non est, nam ratio est in c. 1. §. fi. de vsur. licèt Ecclesiæ vel clerico vel alteri laico mutuanti recipere fructus feudi dati in pignus, ibi ponitur, si non possent redimere aliter suum feudum de manu eius qui mutuum accipit quam mediante mutuo. Redimere, est retrahere ne is qui habebat, ampliùs sit habiturus, & redeat ad dominum directum: siue is sit Ecclesiastica persona, siue Ecclesia siue laicus: nam tunc per redemptionem consolidatur vsusfructus vel vtile dominium quod antè fuit penes debitorem: & redimere est liberare à iure alterius vt in l. qui se dicit se suis numis redemisse, de iudic ff. l. si pecuniam, §. item si quis dederit, de cond. causa data. ff. Et in illa redemptione, videtur pactum factum quòd Ecclesia vel dominus directus feudum iniustè possessum rehaberet & daret mutuo cedendi feudum. Neque ambigitur, vassallum posse refutare feudum, vel pro parte, vel in totum, etiam sine domini voluntate, neq; ei post cessionem vel dimissionem teneri ad obsequium vassalliticum, quanquã & tunc offendere eum non debeat. §. 1. de vassallo qui contra constituti. Lotha. regis benefic. aliã, vt & vsusfructuarius potest remittere vsumfructum proprietatis, in §. finitur, versic. item finitur, de vsufruct. ff. Quocirca si post hanc redemptionem, Ecclesia vel dominus ad quem reuersum est feudum, percipiat fructus feudi, non percipit ratione pignoris mutui, sed velut ex re sua & non debitoris, neq; consequenter vsurarius dicetur, neq; oportebit hanc collectionem fructuum ad pignus debitoris referre, cùm non sit res ex qua percipiuntur, debitoris, sed creditoris, qui non ideò minùs repetet per consequens integrum mutuum.

2 Expendamus nunc verba c. conqoestus, 8. isto titulo: quæ sunt Alexandri. 3 *Discretioni vestræ mandamus, quatenus si terram ipsam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius sortem recepistis, prædictã terrã clerico memorato reddatis: nisi terra ipsa de feudo sit monasterij vestri*. Ex quib. liquet non imputari fructus in sortem, si terra pignoris sit de feudo monasterij, & ibi glos. ait ad verbũ *feudo*: hoc in fauorem Ecclesiæ introductũ & receptũ, at restrictionis causa legitima mihi nõ videtur fauor Ecclesiæ: quia Ecclesiis vsurę sunt prohibitæ, vt diximus, & personis Ecclesiasticis, & retẽtiones fructuum pignorum. Sed puto ideò id recipiendum, quod terra reuersa ad Ecclesiã fuerit de feudo eius, & placuerit ob naturã rerũ Ecclesiasticarũ, quæ inalienabiles sunt cõmuniter, vt dum reuertuntur ad Ecclesiã aliquo modo possunt retineri, si ita p. prælato videatur Ecclesię expedire, & vtilius quã dari debitum in feudum, c. vt super de rebus ecclesiasticis nõ alienand. c. 1. de feudis, li. 3. tit. 20. etiã si legitimè antea & cum solẽnitate res data fuerit in feudum, quia videbatur vtilius tunc ecclesiæ, quæ tamẽ melior effecta dum redit, debet retineri. Multò magis si quando per malã administrationẽ prę lati, vel eius solius voluntate, sine vtilitate ecclesiæ & solẽnitatib. requisitis fuerit perperam infeudata: nam & per se nõ est probanda alienatio, vel infeudatio, §. 1. tit. epm, vel abbatẽ, vel abbatissam, vel dominũ plebis, feudum dare nõ posse, lib. 1. feudorum, & §. 1. de his qui feudum dare possunt. Quia res ecclesiasticæ, cùm inalienabiles sunt, nec in feudum dari possunt, vel alio titulo ab ecclesia separari, c. nulli, de rebus ecclesiast. nõ alien. l. iubemus nulli, C. de sacrosa. eccle. tota 12. qu. 2. cum similib. Et si quando tales res redeãt aliqua occasione ad ecclesiam, videtur ecclesia iure suo fructus eius percipere, nõ ratione vsurarum, aut lucri eorumdẽ: & res de facili ad suam naturã reuertitur: l. si vnus, §. pactus, vers. quod & in specie de pactis, ff. Verum Innocentius tertius qui post aliquot annos sequutus est Alexan. tertium, explicauit, quomodo hæc intelligenda sunt, quæ de fructib. percipiendis ab ecclesia vel domino feudi dicta sunt, quando pignoris loco datur feudum domino, in c. 1. de feudis, li. 3. tit. 20. *Declaramus*, inquit, *quod gageria*, id est, pignus, *quam de feudo ecclesiæ tuæ à M. dignosceris recepisse à te potest liberè retineri fructibus non computatis in sortem, ita videlicet, vt quandiu fructus illos perceptos in sortem minimè computandos. Idem M. à seruitio in quo tibi & ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur interim sit immunis*. Quod c. declaratiuum est, anteriorum construendum, vt liquet ex illo verbo *declaramus*. Quare ei inhærendum est in istis fructib. feudi pignorati percipiendis, vt non possint percipi ab Ecclesia, quicquid dicat glo. ibi posita si seruitium præstet pro feudo vassallus: contrà, si nõ præstet. Nam quamuis proprietas pertineat feudi ad dominum, tamen vtile dominium seu fructus pertinent ad vassallum pro seruitio, §. 1. & final de inuestitura de re aliena facta. gloss. fin. in §. præterea, de capitulis Corradi, in feudis. Potest autem secundum glossam & Panormita. in d. c. 1. de feudis, dominus nõ admittere volentem vassallum impignorantẽ sibi feudum, si velit seruitium solitum præstare. Quod certè etiam pendet ex natura feudorum, quæ propriè feuda sunt: nam non licet vassallis feudum impignorare sine voluntate domini: vt nec vendere, nec donare: & si fecerint, pertinet feudum ad dominum, soluitúrque ius vassalli. ex quo ad dominum peruenit: c. imperialem, de prohibita feudi alienatione per Fredericum II. 2. feudor. tit. 55. Censetur enim fidelitatem & obsequium repudiasse. qui feudum non habet ex quo tenetur ad fidelitatem. Si tamen post pignorationam dominus eum admiserit ad seruitium, nõ percipiet fructus: nec enim priuare illis eũ poterit, vt notat Hostien. ad d. c. 1. de feudis. per c. cum Martinus, de constitutio. l. x. de iure domi. & impe. C. quia videtur iterum eum ad vassalliticum ius admisisse, nisi expressè protestatus sit quod non acceptet oblatum seruitium. Quæ omnia habent locum non tantùm in feudo ecclesiastico, sed etiam in seculari, quia rationes congruunt eidem. Neque in fauorem tantùm ecclesiæ dicendum est cùm gloss. cap. conquestus hoc titul. permitti vsuram hanc: cùm non sit vsura ex re propria, & alio iure dominus ex feudo tanquam ex re propria accipiat, vt monui. Sicque notat Chassa. ad §. 13. *Des droicts appartenans à gens mariés*, ad verba, *deniers de mariage*. numero 39.

3 Considerandum hic quoque erit, num in feudo impignorato, cũ illud primum datũ est ab ecclesia vel alio vasallo pecunia data fuerit à vasallo domino. nã feuda propriè gratis cõceduntur pro obsequio. quędã alia impropriè feuda, dantur certo interueniẽte, & dato pretio à vassallo pro ingressu. Quo casũ vltimo nõ esset liberũ domino incipienti feudum in pignus à vassallo, reiicere eius seruitium quòd prosequeretur vassallus, vt eo

prætextu

prætextu suos fructus faceret, nisi forsan restituto pretio dato: Siquidem nisi eo restituto, vassallum non posse priuari feudo, constat §. fi. de his qui feud. dar. poss. li. 1. feu. ti. 2. §. fi. de natura feud. c. in li. 1. ti. 7. § fi. de feudis datis minimis valuatoribus. Leo. li. 1. ti. 16 Et feudum etiam emptitium non habet naturam veri feudi, quod non prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est in § 1. de feudo dato in vicem legis cōmissoriæ reprobandæ, li. 1. feudor. ti. 57. Quare & si pretium solutū à vassallo vel eius maioribus, non haberet proportionē ad seruitia, sed esset maius: iniquū esset retinere fructus impignorati feudi, nō minùs quàm iniquū, retinere fructus & meliorationes emphyteuseos impignoratæ. Sicq; assentior Angelo Clauasio ita asserenti in summa, in verb. *feudum*, nu. 31. & Hostien. Quamquam Ioan. Andr. ad d. c. 1. de feudis, dicat de emphyteutica re data in pignus domino, Papam consulendum, quod mihi non videtur necessarium, cùm causa alia sit emphyteuseos, alia feudi: vt alia feudi veri, alia emptitij, vt dixi. Sicq; notat Chassa. prædicto loco. Quid etiam referri possit in hac q. cùm aperta sit, ad summum Pontificem, vt putat Hostiensis, nō video, cùm etiā vulgare sit, vbi aliquod in feudis singulariter disponitur contra ius commune, non admitti argumentum à feudis ad emphyteusim. Alexander cōsilio 106. incip. *Viso themate*, volum. 4. Et rursum, vt monui, fructus in feudo oppignerato dominus accipit, nō ratione vsurarum, sed quia dominus est, & iure proprio, liberato vassallo à seruitio: alioqnin enim pignus datum domino, non aufert ius vsusfructus domino vtili. Ergo existimo rectiùs, capitulo primo, de feudis, dum ait de gageria fructus à domino feudi acceptos, non imputari in sortē, interpretandum ex natura feudi. Quare nec placet sententia Gabrielis Mudæi cùm explicando, l. res hypothecæ, de pignoribus, sub ca. pactis pignorum & hypothecarum num. 54. existimat, Innocentium III. in dicto capitul primo, de feudis, censuisse, in gageria non imputari fructus in sortem mutui, quod ita conuentum esset, & quia ex pecunia mutua potuissent emi fructus aliūde ab Ecclesia tāti valoris, vel alij reditus eius valoris cuius essent fructus percepti ex gageria. Rationē habeo cur hoc displiceat, quia si hoc pactū esset adiectum in traditione mutui, esset formalis & perfecta vsura hoc prætextu percipere fructus ex gagerie feudi, nisi recurratur ad causā naturæ & substantiæ feudi. Interdicta autem est iure Pontificio, & laicis & clericis, & Ecclesiæ vsura etiam in perceptione fructuum ex capitulo 1. 2. capit. conquestus, hoc tit.

4 Distinguendum etiam erit hoc pactum, quo vassallus accipiens mutuum à domino, eidem domino dat feudum quod ab illo acceperat in pignus, ab alio pacto quod affine videtur, sed tamen longè diuersum est & reprobatur, per quod debitor dat rem pro mutuo creditori in pignus, cum ea lege seu conditione, vt si nō soluerit ei pecuniam intra certum tempus, eam habeat in feudum: cuius reprobationis ratio est, quod feudum non pecuniæ prætextu, sed honore & amore domini acquirendum sit. Et proinde quotiescunq; debitor soluerit pecuniam, reuocare rem poterit. §. 1. de feudo dato in vicem legis commisso. li. 1. feudo. ti. 27. Quod notabile est pro causa restitutionis fructuum, aut imputationis eorum in sortem: & quod videatur fraus facta prohibitioni percipiendarum vsurarum per hoc pactum. quod vetatur iure in pignore l. 1. de pact. pignor. C. quanquam non reprobetur pactum factum à debitore mutui cum suo fideiussore: vt si ipse debitor intra certū tempus nō soluerit mutuū creditori, & ipse fideiussor cogatur pro eo soluere, res pignorata sit ei in feudum, vt notat gl. ad d. §. 1. de feudo dato in vicem legis commisso. per l. fi. de de cōtrah. empt. ff. quod tamen ego non adfirmo: quia mihi videtur præcedens ratio refragari, vt eadem ipsa data gl. fatetur, & veriùs puto cōtrarium, quia non possit æstimari obsequiū feudi vt res venalis in d. l. fi. de cōtrah. emp.

Et hæc sufficiant de prima exceptione c. 1. de vsur.

5 Secunda ponitur in fideiussore, quem posse dicunt vsuram accipere ex soluto pro debitore, citant c. 2. de fideiussorib. Sed certè ibi nihil de vsuris, sed statuitur à Lucio tertio Pontifice, summo clericum teneri conseruare in omnibus suum fideiussorem indemnem, qui pro eo soluerit cōpulsus, debitum, ne is ex eo quod præmium meretur, damnum consequebatur. Nec obest quod citāt glossam in eo. c. 2. ad verbum *indemnem*, quæ postquam in vtramque partem multa adduxit, concludere videtur clericum quoque teneri ad soluendas vsuras, quas fideiussor soluit pro illo creditori: tum quia & hoc dictum extra textum. Et rursum quod non sequitur, quod inde iure Pontificio teneatur fideiussori soluere vsuras pro mutuo. Sed resoluitur, quod quia de facto fideiussor cōpulsus est pro debitore clerico soluere vsuras, clericus teneatur illi etiam soluere illud damnum, cùm teneatur eum reddere indemnem: & in illa specie, fideiussor non repetit vsuras solutas creditori, tanquam vsuras, quia nullum lucrum ipse consequitur, sed tanquam damnum quod pro debitore passus est quod omni iure iustè repeti potest, vt in ea initio dictum est. l. vnica C. de senten. quæ pro eo quod inter. prof. & l. si commissa, rem ratam haberi, ff. Quare hoc adiciendum vt fideiussor qui fundat intentionem suam super coactione solutionis vsurarum pro debitore, debeat eam apertè probare l. 1. C. de probatio. gloss. & Barthol ad l. 2. de iure emphyteu. C. paria enim sunt nihil allegare, aut allegare, & non probare, Alexand. cons. 72. vol. 3.

6 Maius tamē dubium orietur si obiiciatur, quod fideiussor soluit indebitè vsuras, quia poterat nō soluere: c. consuluit c. super eo, de vsur. Et sciēter indebitum soluens, nō repetit, quia donasse videtur, l. 1. de condict. indeb. ff. l. cuius per errorem, de regul. iur. ff. l. campanus, de operis liberto. ff. item 2. quod per iniuriam iudicis etiam damnatus, non habet actionē mandati. c. si de empt. o. 3. quod fideiussor emittens exceptionem nō debiti vsuras, nō repetit solutum à reo suo debitore. l. si fideiussor. mā-da. ff. l. exceptione, de fideiuss. ff. immò si reus seu debitor promisisset vsuras, ipse fideiussor vt reus potuisset negare, & si iurasset, petere tanquam reus absolutionem, c. 1. de iureiura. proinde damnum quod sua culpa sentit fideiussor, sibi imputare debet. c. damnum de reg. iu. vbi adferuntur aliæ rationes per Ioānem Andr. in mercurialib. vt & in contrariam partem aliæ per [illegible] Brixiensem in q. veneriali 77. qui tamen concludit contra fideiussorē, vt nō repetat vsuras à debitore pro eo creditori solutas, si fideiubendo nō se obstrinxisset ad soluēdas eas cum sorte. Ioannes autem Andræas adhibet plures distinctiones in quæ. 10. ad dictum c. damnum quarum summa, aut, inquit, debitor ignorat obligationem fideiussoris aut non, in primo casu, fideiussor vsuras solutas aut aliud indebitū solutum nō repetit. l. si qui negotia, de neg. gest. ff. In 2. casu distingue. aut debitor scit & contradicit: aut scit & patitur: aut scit & mādat: in primo casu nec sortē nec vsuras solutas repetit. l. si pro te, l. si remunerandi. § si passus, mand. ff. l. fi. C. de neg. gest. nec vtiliter etiā impensa ibid. in 2. repetit fideiussor sortem solutā, nō vsuras indebitas, quia se obtulit l. fi. §. sæpe, depositi. ff. in 3. sub distingue. Aut mādat debitor fideiussori illum se obligare pro sorte tantùm, aut pro inclusis nomine sortis vsuris in primo casu, soluens vsuras extra mandatum nō repetit l. diligenter, mandati. ff. c. cū teneamur, de præb: quia ad illas non erat obligatus l. fideiussor. C. de fideiussorib l. fideiussores Magistratuum, eod. tit. In secundo casu simpliciter aut generaliter fideiubens, soluens vsuras nō repetit, quia de his nō censetur fideiussisse. In tertio verò casu fideiubendo ex mandato pro vsuris etiam, aut fideiussor iurauit creditori quòd ei solueret, aut nō: si iurauit, & soluit, repetit, propter, c. debitores, de iureiur. vel ab ipso debitore si iurauerit se indemnem seruaturum fideiussorem, per c. 2. de fideiussor. vel si expedi-

bat ipsi debitori soluere vsuras: aliter repetit ab ipso creditore tantum cui soluit, per c. debitores, de iureiur. l. si quis pro eo, manda. Quod si debitor non iurauerit se seruaturum indemnem fideiussorem, expediat tamē pu- ta propter pignora vel aliter, repetit. Si non expediret, & soluerit sponte, non repetit iure fori: sed in foro con- scientiæ & iure poli tenetur ei debitor, si, inquam, fide- iussor soluerit coactus, non obstante ab eo proposita ex- ceptione: & ita quia non est in culpa, repetit.

## CAPVT XII.

### Explicatio c. Salubriter 16. de vsur.

*Num pro dote vsuras liceat accipere.*

1 *Vsura num sint licitæ pro dote non soluta.*
2 *Docetur autem fructus rei cuiusdam recipere a marito non esse vsuras, donec soluatur dos. 1 ratio propter pactum.*
3 *Alia ratio quod percipiuntur à marito pro eo quod interest, & pro oneribus matrimonij.*
4 *3. Ratio vt dos sit salua mulieri sed quæritur quales illi fru- ctus esse debeant, certi vel incerti.*
5 *Sed requiritur, vt maritus iustè recipiat fructus pro dote non soluta, quòd sustineat onera.*
6 *Ideo hæres eius non facit fructus suos rei pignoratæ pro dote, quia non sustinere debet onera.*
7 *Sed hæredes mariti retinentes dotem, an ad vsuras teneantur viduæ.*
8 *Et num statutum sit vsurarium, quo cauetur vt quandiu nō restituunt hæredes mariti viduæ dotem, teneantur annua- tim certam summam pro alimentis, & dare prouentum: num etiam si à marito ita relinquatur vxori, vsuraria censeatur.*
9 *Num in donatione propter nuptias non restituta vxori, ali- quid ei possit dari legitimè pro vsuris.*
10 *Sed nunquid onera matrimonij debeāt esse certa, ad hoc quod certos fructus ex re pro dote pignorata licitè maritus accipiat.*
11 *Et num illi fructus pignoris debeant esse incerti, & subiect fortunæ.*
12 *An verò habenda sit ratio quantitatis dotis constitutæ, & non onerum matrimonij, pro fructibus certis lucrandis.*
13 *Sed num si pater certam dotem constituerit, genero, & ca- uerit de ea numeranda genero, & interim caueat de certa pecunia, donec soluerit, num sit pactum vsurarium.*
14 *Num requiratur pro lucrandis fructibus legitimè rei pro do- te pignoratæ, quod dos sit statim promissa dari, & pignus quoque tunc fuerit datum.*

1 TErtia exceptio adfertur pro dote ex c. salubriter 16. de vsur. vbi Innoc. 3. *Sanè generum ad fructus possessio- num, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem non credimus compellendum: cum fre- quenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sup- portanda.* Quæ certè exceptio videtur accommoda quæ- stioni de fructibus de re aliena pro debito percipiendis: sed non quæstioni accipiendarum vsurarum pro mutuo: ita fructuum perceptio in cap. salubriter, pertinet ad quæstionem eius quod interest ex dote non soluta iollè, & non ad vsuram prohibitam ex mutuo. Ne tamen in- uoluamur & obruamur erroribus pro eius c. salubriter. intellectu, distinctione egemus, & ne prætextu fructus dotis, capite illo abutamur ad fucandam vsuram vetitā, vt quidam abutuntur eodem errore, c. per vestras, 7. de donatio. inter virum & vxor. lib. 4. tit. 20. dum dicitur in fine in quæstione, num dos marito pauperi sit tradenda. *Mandamus, quatenus dotā assignare facias eidem, sub ea, quā potest cautionem præstare, vel saltem alicui mercatori cōmitti, vt de parte honesti lucri, dictus vir onera possit matrimonij subire, ne occasione dotis detenta vxor à viro dimissa, seu vir qui dimi- sit vxorem, adulterij reatum incurrat.* Existimarunt namque, ex illis verbis plerique posse dari dotem ad vsuram à marito vel vxore mercatori, vt ex redditu vsurarum dotis sustineantur onera matrimonij à marito. Quæ explica- tio, nec conuenit c. per vestras, neque etiam admitten- da est contra prohibitionem vsurarum. Siquidem Inno- cent. 3. in c. per vestras, non agit de lucro ex vsuris dotis colligendo, id enim non est honestum lucrum de quo agit, sed loquitur de lucro quod oritur de pecunia in so- cietatem mercatori data, cum quo communicatur & lu- crum & damnum idque indicant verba, *vt de parte hone- sti lucri, &c.* vnde lucrum ex pecunia & industria mercá- toris non totum pertinet ad maritum, sed pars, alia verò pars mercatoris est industriam conferentis, idque licitè l. 1. de societa. C. §. 2. eo. tit. apud Iustinia. l. si non fuerint, pro socio. ff. c. plerique, 14 q. 3. distat autem iste contra- ctus in plurib. à mutuo, sed vel maximè, quod in mutuo transfertur dominium mutui in accipientem, l. 2. §. ap- pellata, de reb. cred. ff. In societate verò, pecunia contri- buta remanet Domini & socij contribuentis, l. si tibi a- reæ meæ, de præscript. verb. ff. & ideò perit domino non mercatori accipienti in societatem.

2 Dico ergo, primum ex c. Salubriter colligi posse, da- ri à socero genero fundum fruendum nomine dotis non solutæ, vt interim percipiat fructus, donec illi dos pro- missa in pecunia, soluatur.

Ratio prior mihi videtur, quia quemadmodum dotis definitio, & qualitas, & quantitas habet vim ex pacto & lege dicta, quæ seruanda est, l. 1. C. de pactis conuentis, l. legē quam dixisti, C. de pactis Cùm pacta in continenti apposita pars sint contractus, in l lecta. 40. de rebus cre- ditis. lib. 12. ff tit. 1. l. pacta conuenta, 72. de contrah. empt. lib. 18. ff titulo 1. Sic potuit constitui pactum, vt quandiu dos non fuerit soluta, fundus sit pro pignore, & fructus percipiantur, qui censentur eadem potestate & volunta- te concessi, qua ipsa dos Neque ibi mutuum est, vt vsura ibi censeatur prohibita, quæ ex mutuo oritur. Non enim gener acceperat dotem, vt mutuaret cum vsuris socero vel alij constituenti dotem. Ita valet pactum in conuen- tione matrimonij, vt pater, qui pro filia dotem promit- tit, alat filiam, omnésque eius, & hoc interueniente pa- cto, non possunt peti vsuræ dotis non solutę cessante in- teresse, vt respōdit Scæuola, in l. pater pro filia, 17. de do- li mali except. libro 44. ff tit. 4. & in l. pater pro filia, 20. de in rem verso. libr. 15. ff. tit. 3. Papinian. in l. cum post, 69. §. in donum, soluto matrim. lib 23. tit. 3.

3 Secundò, maritus fructus percipit ex fundo dato, do- nec soluatur dos, non tanquam vsuram, sed tanquam in- teresse, nempe ob damnum quod sentit ex oneribus ma- trimonij, dum accepit mulierem dotatā quidem, sed do- te non soluta. Ideò non ratione mutui, sed ratione onerum suscepit legitimè fructus. Pro oneribus enim dantur do- tis fructus: l. pro oneribus, de iure dotium. C. l. dotis fru- ctus, 7. eod. tit. ff. Atque D. Thomas, 2. 2. quæstion. 62. §. ad 4. sub finem, aut teneri aliquem ex non solutione de- bitæ pecuniæ ad damnum, si damnificet aliquem im- pediendo, ne adipiscatur in via habendi: tamen tale dā- num non recompensandum ex æquo, vt si damnificaret in eo quod actu haberet, quia minus est habere virtute quàm actu Qui enim est in via adipiscendi, habet illud solùm secundùm virtutem vel potentiam, & ideò si red- deretur ei, vt haberet hoc in actu, restitueretur ei quod est ablatū, non simplum, sed multiplicatum: quod nō est de necessitate restitutionis: tenetur tamen aliquam re- compensationem facere secundum conditionem perso- narum & negotiorum. Et ibi debet esse dos, & apud eū apud quem onera sunt matrimonij in ti. si filia, ff §. hoc amplius, famil. ercisc. ff. li. 10. ti. 2. Paulus in l. si maritus, 46. & Iul in l. fūdus qui. 51. eo. ti fa. ercisc. l. 2. de dote prælega- ta. ff l. vxor. c familiæ ercisc. l. si is. §. 1. de iur. dot. ff. Et ideò debētur vsuræ pro eo quod interest, secundū Barth. ad l. æqui natura, §. nō tātùm, de negot. gest. ff. & ad l in insu- lam. §. vsuras, sol. matrim. Sic consuluit Alexan. cons. 74. incip. pro titul. quæstionis. n. 1. & 2. vol. 5. & cons. 200. in c.

perfectis

*perfectu aerrais*, volum.6. Hinc Chassan.in §.23. num.6. *des droicts appartenans à gens mariez*, in consuetudinibus Burgund resoluit valere cõsuetudinem,vt aliquid detur pro dote non soluta, quis illud luctum petstur non pro vsura,sed pro eo quod intereſt.Facit text.in l.ſi quis pro vxore, §.ſi vxor.de donat. inter vir. & vxor ff.vbi, ſi vxor dotem viro promiſerit,& dotis vſuras:dicendum eſt ſine dubio vſuras peti poſſe. quia non eſt iſta donatio , cùm pro oneribus matrimonij præſtetur.

4 Tertia ratio poteſt adſerri ex Hoſtieſe,deciſionem, c.ſalubriter,receptam eſſe,vt dos remaneat ſalua vxoris, quod intereſt reipublicæ,l.1. ſoluto matrim.l.2. de iure dotium,lib.23.ff.tit.3.

Voluerunt tamen aliqui , vt Ioann. Andræas, fundum dotis,nomine non ſolutæ in pignus datum,vel aliâ poſſeſſionem incertorum eſſe debere,nec determinatorum fructuum,putà, quia aliquãdo fieri poteſt,quòd parùm, aut nihil ex eo prædio maritus recipiet aliquando poteſt plus recipere & ratione iſtius incertitudinis , valere fructuum receptionem loco eius quod intereſt , per l. ſi ea lege,C de vſur.& aliter eſſe,quando ex pacto certum quid ex fundo vel poſſeſſione reciperet quòd videretur ſupergredi onera matrimonij. Atque Antoninus Butrigarius requirit quatuor pro reſolutione c. ſalubriter. I. Quod maritus ſuſtineat onera matrimonij. II. Quòd onera ſint certa: & ſic non poſſit retinere fructus cũ lucro vltra debitam quantitatem oneris,quia ceſſante cauſa,ceſſat effectus. III. Quod fructus ſubiiciantur fortunæ,& & ideò,inquit,ſi genet pro ſolutione dotis faciendæ certa die,reciperet cautionem & promiſſionem cum pacto, quòd interim certa quantitas debeat ſolui pro oneribus matrimonij ſupportandis,talis conuentio eſt vſuraria. Nec obeſſe ait,cap.ſalubriter . quia ibi ſpecies facti,quando pignori data eſt,poſſeſſio & fructus habent cauſam fortunæ cui ſubmittitur, & lucrum non eſt, certum quod & ſequitur ibidem Ioann. Andræas. Quartò requirit,vt dos ſit ſimpliciter promiſſa Nã ſi gener paciſceretur de recipienda dote ad certum terminum,& interim perciperet fructus, illi computarentur in ſortem: quia intereſſe non poteſt deberi ante moram , quæ non poteſt ei eſſe durante termino.

5 Cæterùm iſta quæ neceſſaria putat Butrigarius,mihi omnia non videntur , illud tamen, quod primum requirit,ſine dubio erit,vt maritus , qui fructus velit retinere ex pacto, ſubeat onera matrimonij. Nam & illa ratio eſt cap.ſalubriter , quare ſubmota illa cauſa quæ intereſſe conſtituit,redibit perceptio fructuum ſine oneribus ad vſuram vetitam, ceſſante diſpoſitionis ratione, l. adigere,§.quamuis,de iure patronatus.ff.pet l.pater pro filia,17.de doli mali except.ff. Ideò fructus percepti rei dotalis ante matrimonium & ante ſubita onera.& poſt, ſine ſuſceptione onerum augent dotem,hoc eſt,efficiuntur dotales & vxoris, non mariti,l.ſi ante nuptias, 6.l.de diuortio, alias l.fructus 7.§.item ſi meliſſas,ſoluto matrimonio.lib.24.ff.tit.3.l.dotis fructus.§ 1.de iure dot.

6 Quocirca hæres mariti poſſidens, vt mariti pignus datum pro dote, imputabit fructus in debitum, nec illos lucrabitur, quia non ſuſtinet onera, ſaltem poteſt ſe. liberare ab oneribus nutriendi viduam , reſtituendo ei pignus. Sic contrà, ſi poſt mortem mariti detur ab hæredibus vxor res in pignus pro reſtitutione dotis , illa debet imputare fructus quos perceperit in ſolutionem dotis , quia ipſa non ſuſtinet onera matrimonij ſoluto matrimonio, licet illa alimentetur ex dote ſua. Quamobrem, vt ſibi proſpiciat,vel debet curare vt res veneat, vel detur ſibi in ſolutum pro dote.Sic notat Panorm.expreſſè ad c.ſalubriter,nom.4.de vſur. Notat & diſputat Alexand.conſil.141.incip. *viſo themate*,vol.5.quia mulier vſuras dotis non ſolutæ petere non poteſt tanquam vſuras , vt olim ſaltem poterat leg. Titia de ſolutio. ff eò quòd ſint prohibitæ, cap.ſi fœneratoris,14.q.3.cap.quia in omnibus, de vſuris, cum ſimilibus à nobis in princi-pio adductis,& in authent. ad hæc,de vſuris.C.Nec poteſt etiam petere tanquam intereſſe,niſi præſupponatur quòd ilIa ſit ſolita negotiari, & ex lucro ceſſante debeat illud petere,iuxta l.3.§ fin.de eo quod certo loco.ff l. ſocium qui in eo.60.pro ſocio.ff.Et niſi doceret,quod veriſimiliter tantundem lucrata ea fuiſſet . vel ſi alius,qui vxore mortua repetit dotem,talis eſſet:iuxta l ſi ſterilis.§. cum per venditorem,de actione empt. ff.l. numis,de in litem iurando. ff. vel niſi vxor repetens dotem fidem faciat, ſe paſſam verè aliquod damnum emergens ob non reſtitutam dotem , iuxta dict.l numis, aliter non debetur ei vſuræ ex dote non reſtituta poſt mortem mariti neque poſt annum,à morte mariti poteſt petere aliquas acceſſiones aut vſuras ſupra dotem. Et ſic reſoluunt ad dict.c.ſalubriter , Interpretes.Barthol.ad l.ſi quis naturas §.non tantùm,de negot.geſt.ff.l.in inſulam, 42.§ vſuras, ſoluto matrimon.ff & conſil. 28.incip.*Franciſcus*. Ioannes ab Imola ad Clement.1.de vſur.

7 Attamen ſi hæredes interpellati de reſtituẽda dote, vel aliter morã fecerint, & litigauerint, alia ratione poterunt petentibus,& repetentibus dotẽ,dari nomine pœnæ,non propter lucrum petentium, ſed propter moram nõ ſoluentium,alterius generis vſuræ, quam ex mutuo, per Leum quidã.§.ſi pupillo de vſuris.ff.& æſtimatio harum vſurarum pro eo quod intereſt,fit vſque ad taxationem tertiæ centeſimæ,id eſt, *quatuor pro centum*. quando etiam dies adiectus à lege reſtitutionis, non ſeruatur, vt dies ipſo iure cenſeatur moram arguere, quemadmodũ adiecta in conuentione in l.magnam,de contrah & cõmitten.ſtipulat.Cod. Duóque ſunt eius rei in hypotheſi, dotis obſeruanda reſcripta vel ſanctia per Cæſares:Primùm l.fin.§.præterea,de iute dot.lib.5.C.tit.12. *Praeterea* inquit Iuſtin. *ſancimus, ſi quis in dotem, vel praedia, vel certum reditum, vel ades, vel panes ciuiles ſpoponderit, vel promiſerit , ſi ex tempore matrimonij biennium tranſactum ſit, illico reditum vel penſionum, necnon panis ciuilis quaeſitum eum praſtare etiam ſi non fuerint adhuc res principales tradita. Et ſi tota dos in aure ſit, ubi poſt biennium , vſuras vſque ad tertiam partem centeſima praſtari.*

Alia cõſtitutio Iuſtiniani in repetitione dotis propemodum ſimilis,in l.vnica, §.exactio, de rei vxor.actio.l.5.C.tit.13. *Exactio autem*, inquit, *dotis celebretur non annua bima trima die, ſed omnimodo intra annum in rebus mobilibus vel ſe mouentibus , vel incorporalibus · caeteris videlicet rebus, quae ſolo continentur,illico reſtituendis; quod cõmune vtriuſque fuerat actionis. Sin autem ſuperſederit res mobiles vel ſe mouentes vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel caeteras ſtatim poſt diſſolutum matrimoniũ, etiam vſuras aeſtimatione omnium rerum quae extra immobiles ſint, vſque ad tertiã partem centeſimae ex bona fide introducendae mortuus praeſtet,fructuum vero videlicet immobilium rerũ parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonij praeſtandi,ſimiliique modo mercedibus. vel vectura naulum ſiue iumentorum vel operis ſeruorum , vel quaeſtu ciuilium annonarũ,& aliis quae ſunt eis ſimilia parti mulieris reſtituendis.*Ex quibus duabus legibus colligitur mora promiſſoris dotis,& non ſoluẽtis,& pariter nõ reddentis,ex lapſu diei reſtitutioni vel ſolutioni appoſitæ doti per legem, gloſſa etiã ad l.de diuiſione, 5. ad verba *tradita poſſeſſione* ſoluto matrimonio,ff.tradit ſpeciem aliam moræ in dote tradenda, quãdo videlicet qui tradere debet dotem immobilibus conſiſtentem,percipit fructus rei dotalis,& ipſe maritus ſuſtinet nihilominus onera matrimonialia, quo caſu rectè dãnari poſſet ad vſuras permiſſas ratione damni emergentis l.Iulianus,§.ex vendito,de actio.emp. ff.l.curabit,C.eodem. vt niſi qui promiſit, aut qui debet dotem,non percepiſſet fructus : aut niſi oblata eſſet dotalis res,& ita negligentia ſua maritus non periſſet : nã tunc ei in neutro caſu debẽtur vſuræ, nec ratione etiam eius quod intereſt. De primo caſu in l.videamus , de vſur. De ſecundo quem ſuæ negligentiæ imputare debet in l.vt perfectius, de annali excep. C.facit l. ſi aliena, in princ.de vſur.quę omnia tradit dict.gloſ.l.de diuiſione,

8 Dubitarunt tamē plures, aut statutū municipale valeat, aut verò sit vsurariū: quo cauetur, vt quandiu hæres mariti steterit in dote persoluenda vxori, det illi certum quid, vt inde se alere interim possit. Nā Ioan. de Lignano ad Clem. 1. de vsur. tenet nō valere, quia nihil debeatur mulieri solutæ à matrimonio, cū nō sustineat onera matrimonij. Panor. distingnit in c. salubriter, quod si mutuò nihil habeat vnde se alere possit intra annum cōcessum ad reddendā dotem post solutum matrimoniū, quo casu eā alere tenetur hæres mariti iuxta glosā ad l. vnic. §. exactio de rei vxor. actio. & speculatorem, qui filij sint legitimi, [illegible] posse aliquid ei certum dari pro alimentis, non aliter, longa etiam interpretum & rationum allegatione vsus est Alexāder in cōs. 27. incipiētē *Viso themate*, vol. 4. vt probet soluto matrimonio per mortē mariti vxori pro dote debita in pecunia, nulla deberi alimēta, nec pro primo anno, quo solutū est matrimoniū, si habeat vnde se alere possit, quo casu dotē nō posset repetere iure scripto, multò minùs pro sequētib. annis quib. si voluisset potuisset dotem exigere: nam intra annū ei non debentur, cùm & ille cui debentur alimenta, ex officio iudicis vel ex dispositione legis, nō possit ea petere si aliunde se possit nutrire, l. si quis à liberis, vers. denique, & § alimenta, de liberis agnoscen. ff. Post annum verò minus debentur: & sibi imputet si non exigat dotem quam potest ab hæredib. exigere, vt notant Innocent. Ioan. Anton. de Butrio. Card. Florentinus, Panorm ad dict. c. Salubriter, neque poterit aliquid loco alimentorum ab hæredibus exigere, Angel. in l. Titia 48. per illum textum de solutio. libr. 46. tit. 3. nam quicquid vltra dotem petitur, est vsura, cùm nulla sint onera matrimonij, quæ est prohibita c. quid dicam, 14 q. 4. nisi secondum Ioannem ab Imola ad l. diuortio, §. vsuras, solut. matrim. hæredes viri fuissent in mora restituendi dotem, & mulier esset consueta dare pecunias suas ad honestum lucrum mercatoribus (quemadmodum in c. per vestras de donat. inter virum & vxor.) ratione etiam moræ haberi debeat ratio eius quod interast consistentis in lucro, quod verisimiliter mulier percepisset, vt percepit de alijs suis pecuniis, iuxta l. 3. §. si. de eo quod certo loco, quę omnia satis probantur à communi sententia.

Concludit tamen vltrò Alexand. prædicto consi. 27. n. 5. 6. 7. quod ratione prædictæ opinionis non sit licita hęc clausula adiecta testamento mariti, tanquā vsuraria, *Volo, casu quo vxor mea ab hærede nō petierit dotem suā nec exegerit in bonis hæreditatis meæ, quod hæres meus perpetuo quolibet anno, donec dictam dotem tenebit, & eam non soluerit, debeat dare dictæ vxori meæ pro vsuris dictæ dotis [illegible] libras vnoquoque anno.* Et dicit esse vsuram, & quodcumq. acceperit mulier ab hærede eo nomine, imputandum esse in sortem debiti principalis dotis: cùm illud annuum legatū non sit pœna, sed vsura citat P. Anchara consil. 93. inclp. *Verba testamēti*, quem sequitur. Et videtur ratio esse, quia hæc præstatio annua, est adiecta dationi faciendæ quantitatis contra hęredem morosum: Et quod sicut adiectio hæc apposita contractibu, esset vsura: ita & dicendū sit in testamentis, & pro illa sententia facere videtur textus in l. 3. §. fi. de annuis legatis, li. 33. tit. 1. *Si cum*, inquit Vlpiā. *certa quātitas legetur, & quasi præstetur, in singulos annos certum aliquid velut vsuras iusserit testator præstari, legatum valet, sed in vsuris, hactenus debet valere, quatenus modum probatum vsurarum non excedit.* Quin & nec occasione alimentorum vel rędemptionis captiuorum sustinetur vsura c. sup. eo de vsur. Nec ratione interesse fuenti quod non apparet, sustineri potest. quia nōdum de eo. tempore cum ic[illegible] par[illegible], & ideo in fraudem prohibitionis vsurarū factum videtur, arg. [illegible] testamentum [illegible] de probatio ff. Sunt huius sententiæ & multi allegati, quos adducit Molinæus in additionibus ad dictum consilium 27. Alexandri ad versum *ement*. Sed ipse ibidem notat hanc esse sententiam erroneam, & talem illam ostendisse in tracta. de vsura ad l. eos, C. de vsur. & contrarium tenuisse Bald ad l. [illegible] §. si tibi, in fine nonæ lecturæ, si certum petatur, Paulum Castr. ad Rubricam de his quæ pœnæ nomine, ff. & ibidem Socinum in 2. Aleiatum Paradoxo. lib. 5. c. 10. Romæ consilio 510. Ioan. Gerson. de contractibus & *melius*, sic concludit quod Alexander ibi malè consuluit. Ego etiam magis inclino ad sententiam contrariam Alexādro, & puto non esse clausulam testamenti vsurariam: quia testator cauet, vt si hæres non reddat dotem vxori vel &c. det ei certam summam singulis annis donec soluerit.

Nam hoc relictum mihi videtur licitum, cùm testatoribus permissum sit pro implenda sua voluntate vel pecunias dari percipere, vel aliam pecuniariam pœnā inferre quibus voluerint: & antiquantur leges veterū, præcipientium non valere quæ à testatoribus pœnæ nomine essent relicta ex constitutio. Iustin. in l. vni. de his quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis scribuntur, lib. 6. C. tit. 41. § [illegible] de legatis apud Iustinia. Dehinc, & iure antiquo, conditio adiecta in fauorem Legatarij habens mulctam contra hæredem non implentem eam, vtilis est & probata, si eam implere possit hęres, in l. multa 6. de condition. & demonstra. lib. 35. ff. tit. 1.

3 Tertiò videtur esse in mora hæres restituendi dotē, si malit relictum in causa non factæ restitutionis, soluere, cum posset si vellet, à debito soluendo, liberare se à pensione & dote & ideo ratione suæ moræ ad pensiones damnandus iuxta voluntatem testatoris.

4 Nihil prohibet quin testator possit pensionem annuam, vel certum reditum vxori legare præter dotem, & dote etiam restituta, quia & omnino alienis potest relinquere, tit. de alimentis & cibar. legat. lib. 34. ff. tit. 1. & censualis contractus etiam est licitus, de se, & de suo genere, in multis casibus: vt docet Ioann. Gerson parte 2. operum, tractat. de contractibus in 2. parte principali, propositione 9. dummodò intentio sit recta. Quare neque improbanda voluntas testatoris, quæ sancta est, vt quàm citiùs fieri poterit dos vxori reddatur: neque modus quo facilius impelli potest hæres ad redditionem, metu annonarum solutionis pensionum pro retentione eius, erit re[illegible]bandus.

5 Non potest dici vsuraria vxor, quia non dedit mutuum hæredi, nec pro mutuo petit pensionem: & ea mutuo tantum plus capiens, non ex alijs, dicitur vsurarius.

6 Sed & vsurarius non est, qui ex voluntate debitoris spontanea, aliquid plus quàm sors debita sit, principalis e. vt docuimus antea, sine pactione vel obligatione: vt nec simoniacus qui sponte oblatum ab ordinato capit sine pactione, cap. etsi quæstiones, de simonia cap. de eulogijs [illegible] distin[illegible].

7 Quando autem mulier accipit relictū à marito, donec ei soluta fuerit dos ab hærede, non facit iniuriā hęredi qui si velit potest se liberare soluēdo, nec committit vsuram, quia non ratione quòd hæredi mutuet dotem, [illegible] accipiat, si quidem non ei mutuant, sed accipit ex liberali causa ipsius mariti testatoris.

8 Si[illegible] ne[illegible] ōcil[illegible]abitur cum hac sententia, l. [illegible] §. fi. de annuis lega. ff. quia ibi, nō erat iniuncta restitutio rei alienæ, sed legata erat certa quantitas legatario, & vsurarū nomine quædam alia erant certa præstanda ab hærede quoad legatū soluisset, in nostra verò hypothesi de dote restituenda per hæredem nec illa mentio vsurarum, sed & ratione interesse mulieris, & pro dilatione morosa pensio & quædam summa imposita est hæredi, vt citiùs ad solutionem compelleretur.

9 Ceterùm diuersa erit resolutio, si quęratur, Si hęredes mariti nō soluant donationem propter nuptias, quā lucratur mulier vidua in proprietate & vsufructu si non sint liberi, vel si sint, in vsufructu, quandiu vixerit cū onere restituendi post mortē filijs. Nam debeantur [illegible] eo quod interest seu [illegible] ius antiphernæ [illegible] Pro qua quęstione, extat decisio Neapolitana [illegible] apud Matthęū de Afflictis 291. vbi resolutū est nō debere & si

quis pro

quis pro eo acciolatur, eſſe vſurariam mulierem & eo quòd dotalitium ſit lucrũ dotis vxoris,& veluti loco vſuratũ acceptæ dotis vel vſusfructus,auth. dos data,de donat.ante nuptias, C.cũ ſimilib. vſura autẽ nõ debetur de vſura l.improbum fœnus,C.ex quib.cau.infa.irrog. & l. fi.C.de vſur.rei iudica. quod latiùs diximus ſuprà nu 33. neque ex fructibus perceptis vſura debetur in l.eum qui tacitum,18.de his quib. vt indig lib 34. ff tit.9.ſupra neque vſusfructur de vſufructu,aut de acceſſionibus,vt in l. nec eorum,15 & ibi gloſ.de vſur.ff.

Sic abrogata eſt permiſſio Iuſtiniani,quæ iubebat pro dotalitio vel antiphernis non ſolutis dari tertiã vſuræ centeſimæ.§.ſi autẽ omnes,de non eligen. ſecun.nuben. Item & omnes pariter conſuetudines quæ id poſſent iubere.iuxta Clem. 1. de vſur. Et inde colligunt iuncto ca. nõ licet & ibi gloſ.10.diſt. nec poſſe principes approbare vſuras etiam in vno nummo, & ſecundùm Baldum ad auth.ad hæc,verſ.*ſed dubitatur*,de vſur.C. Et hęc pertinẽt ad primum neceſſarium pro reſolutione,ca. ſalubriter, nempe vt ſuſtineat maritus onera matrimonij.

10 Videamus de 2.quod exigit Batriga.nempe vt onera ſint certa,vtque non poſſit recipere ſupra neceſſaria ad ea onera.Quod certè mihi non videtur obſeruãdum, ſi modò conſtet matrimonium eſſe cõtractum, & apud maritum vxorem eſſe, & ſuis expenſis eum more maritali,omnia quæ neceſſaria ei ſunt,ſubminiſtrate:velle enim redigere penſiones pro dote retenta ad numerum certum onerum,nec fieri poteſt,nec decens,aut conueniens coniugio eſt: ſunt enim onera penè innumera, & quæ quotidie alia ex aliis oriantur, & ſæpè, imò cõmuniter ita grauia vt nullo pretio vel dote quantumuis ampla cõpenſari poſſint.Nec etiam iuris optimi eſt,matrimonium,cùm tot tãtiſq; ſuis difficultatib opprimatur, adiectitiis etiã cumulare põderibus,aut exiſtimare quod datur nomine dotis inter lucratiuas cauſas, vt ſanctiſſimè reſcripſerunt imperatores Theodoſ. & Valentinia. in l vnica,de imponen. lucratiua deſcriptio.li.10. C.tit. 35 poterit ea onera varia ſaltem aliqua videre qui voluerit in lib.9.noſtris Syntagmatis Iuris,c.19.& 20.Et ſiduram & inhumanum viſum ſit iiſdem Cæſaribus,(in l.2. quando & quibus quarta pars debeatur eo.lib 10. C.tit. 34.)publicatione pompáq; rerum familiarium , & paupertatis detegi vtilitatẽ & inuidiæ patere diuitias, quãto magis inhumanum & abſurdiſſimum erit,velle cogere maritum omnes miſerias onerum matrimonij declarare in numerato , vt ſecundùm eas detur certa penſio pro dote retenta, vel fiat æſtimatio fructuum pignorum pro dote non ſoluta datorum.

11 Sed & quod tertiò ait, requiri neceſſariò,pro licita perceptione fructuum pignoris dari pro dote , vt fructus illi ſubiiciãtur fortunæ,quòd plus vel minus valere poſſint , item quod poſſit fieri quod aliquando non percipiantur, vel excedant certam rationem , & ideò certam quantitatem pecuniæ pro dote ſoluenda non poſſe cõſtitui ſine vſura , hoc minus placet: nam quamuis in his in quibus certæ vſuræ permiſſæ iure ciuili ſunt,prædiorum in pignus datorum fructus incerti,poſſint excuſare ab vſuris illicitis , propter incertitudinem fortunæ fructuum,l.ſi ea lege,& l ſi ea pactione,C.de vſur.Tamẽ illa allegatio non conuenit huic quæſtioni,de fructibus pro dote percipiendis ex pignore:Nam nõ percipiuntur iure vſurarum, vt in d.l.ſi ea lege, & l ſi ea pactione, & in illis legib. agitur vt fructus ſint loco vſurarum. In noſtra verò hypotheſi,nec iure vſuræ percipiuntur.ſed ad tolerandа onera matrimonij,vnde argumentum à ſeparatis non valet:ſeparatorum enim ſeparata eſt ratio.l.naturaliter,§.nihil cõmune,de acquirend.poſſeſſ.ff.l. Papinianus,ff.de minoribus,li.4.ff.tit.4.l.fi.de calumniato.ff. Et petere vſumfructum , & petere pecuniam debitam pro vſura,differunt, vt diuerſa: quare nec electione petitionis vnius,non tollit alterius actionem,vt notat Matthęus de Afflictis,deciſio.Neapolita.191. nu.5.per l.ſi pro fure 7.§.furti,de condictio.furtiua, lib.13.ff.tit.1. per Dynum in reg.nullus pluribus. Item quod ſicut ſententia abſolutoria lata ſuper ſorte non nocet in vſuris, l. fin.§. Lucius,de cõdictio. indeb.ff.ita ſententia lata ſuper vſufructu non nocet in re,quia diuerſæ ſunt res, l. 2. de exceptio.rei iudica.ff.cum ſimilib.

Meliùs forſitan diceretur,habẽdam eſſe rationẽ dotis cõſtitutę,& nõ onerũ matrimonij, cur autem ita potiùs diuerſitatem adferat,quod vxor ſecundum quantitatem dotis de qua cõuenit eſt alenda,l ſi cùm dotem,§ ſin autem,ſolut.matrim.quare id quod intereſt dotem nõ reddi,ad quantitatem dotis quę certa eſt,referẽda erit, ſicut & in l vnic.§.exactio,de rei vxor.actio.C.l.fi.§.præterea, de iure dot C.neq; hic tam onera vniuerſa,quàm pactum mariti quo dote cõtentus fuit cõſiderabitur,vt certa ſtipulatio, ex certo contractu recipit definitam æſtimationem eius quod intereſt:quare pro modica dote,& eo tantum nomine data poſſeſſione,quæ apparet vt cõmuniter excederet id quod intereſt tum modicæ dotis non reſtitutę,non faciet maritus omnes fructus ſuos,niſi in quantum æquũ eſt illi ſatisfieri pro eo quod intereſt,quod ad tertiam partem centeſimæ dotis, erit reducendum per dd. §§. exactio,& præterea: reliquor autem debebit in ſortem principalem cõputare. Neque obeſt quòd onera matrimonij maiores impẽſas forſan requirant:nam ſola onera non faciunt hoc intereſſe,ſed onera cum dotis conſtitutione. Poterat enim in dotis cõſtitutione,de maiori ſumma, ſi onera maiora putaret futura proſpicere,at quia nõ fecit,ea debet quæ plus ſupra dotem impedit affectioni maritali imputare, l. quod in vxor.14.C.de negot.geſt lib.2.tit.19.quia & poteſt conſtare matrimonium ſine dote quamuis dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, l.fi.C.de donat.ante nup.li.5.tit 3. & l.iubemus,11.de repudiis eo.li.5.C.tit.17. neque maritus ideo expellere domo vxorem poteſt quod dotem non habet ſi ſine dote duxerit, c.18 § ſed à nobis aliquid, de nuptiis,nouella 22.& dicta l.iubemus,§.1.

13 Quare alia in hoc articulo dubitabilior quæſtio,Si pater puellę promiſit certam quantitatẽ pro dote genero,& cauerit de ea numeranda, certo tempore, interim quoq.promiſit dare certos numos pro libra ſingulis mẽſibus,nunquid hæc pactio ſit licita,an verò vſuraria?dixerunt aliquid pactum hoc illicitũ, ſicut Ioannes de Ligna.ad Clem.vnicam de vſuris videtur reſoluere,ſtatutũ nõ valere, vt quandiu hæres diſtulerit reſtituere dotem, ſoluat certũ quid mulieri pro centenario. Panorm in c. de prudentia,n.6 de donatio. inter virum & vxorẽ.Cõtrariam ſententiã & valere huiuſmodi ſtatuta tenet Barthol.ad l.fi.§.pręterea de iure dotiom, C Paul.Caſtrenſis,in l.diuortio,ſoluto matri. ff.dum ait,ſtatuta quędam recepta in aliquib. ciuitatib. quòd mulieribus debeant ſolui pro cẽtenario nomine alimentorũ donec dos reſtituatur & ſunt qui exiſtiment nomine ſtatutorum poſſe ſine conſcientia à muliere recipi ratione alimentorum, ſi nõ habeat vnde aliunde ſe alat,aliter ſi habeat. Tamẽ Paul.Caſtrenſis & Bald.ad l.1.de ſumma Trinitate tenẽt contrarium, & Barth.ad l.vnicam §.exactio, C.de rei vxor. act. neque nomine alimentorum poſſe quippiam accipere ab hęrede pro dote non ſoluta: quod & firmat Panorm.ad c.ſalubriter de vſur.Iaſon.ad l.de quib.n.70. & 71.de legib. quia illa non ſuſtinet onera matrimonij, & poteſt dotem exigere, vt anteà docuimus: verùm hic omittamus illam controuerſiam,& nõ egrediamur terminos quæſtionis de promiſſione facta à ſocero genero pro dote non ſoluta , de ſoluendo certam ſummam pro centenario, & Ioannes Andręas ait,eſſe vſurariam hanc promiſſionem,& illicitam,in pecunia promiſſa, quia c. ſalubriter,loquitur tantùm in fructibus incertis pignoris dati.& quòd nullus alius caſus in iure cenſetur exceptus pro oneribus matrimonij ſuſtinendis. Panormit. verò contrarium concludit in dicto c.ſalubriter,iiſdem rationibus quibus permiſſum genero accipere fru-

ctus possessionis seu pignoris: nec obesse ait cap. salubriter, imò firmare sententiam, eo quòd in eo dicitur, posse lucrari fructus fundi pignorati, & fructus possunt esse certi perinde a incerti: nam sunt ex illis certæ pesiones certæve conuentiones, quæ non ideo minùs percipiuntur ac incerti fructus, & cap. salubriter, ita de illis loquatur indefinitè. Verba super hac quæstion. Panotm. cum distinctione in dicto c. salubriter, num. 3. hæc sunt: *Vnde & hanc quæstionem satis dubitam putarem, sic dicendum, quid ... a principio da ... fuit simpliciter terminus ad dotem persoluendam non interueniente pacto interuentionis pignoris, licet ex post ... fuerit redditum, & tunc nihil potest gener ... Nam ... potest vxorem sine dote ducere, & de ... tenetur ... vt notatur in cap. per vestras de donation. inter vir. & vxor. ita potuit vxorem transducere dato termino ad ... dotem persoluendam. Sed ... ab initio interuenit datio ... credo opinionem ... procedere: Quia gener recipiendo pignus ... dotis dilatæ: & puto etiam quod ... possit conueniri cum socero de percipiendo aliquid annuatim vsque ad solutionem dotis, dummodo sit solitum mercari ... apud mercatori ... iuxta c. per vestras, de donatio. inter vir. & vx. ... pro mutuo vel pro dilatione data, sed vt sustineat onera matrimonij, & sic cauit potius ... inter esse, nec videtur hoc cōtra bonis charitatis.* Hęc Panor. Mihi etiā videtur non esse vsurariū si in pacti matrimonialib. ... marito, quod quādiu nō dabitur ... dos cōstituta, ... certū qui ... pro supportandis oneribus matrimonij, nō magis quam vsurarū ... dicet cum, vt quandiu non dabitur dos, tādiu nutriatur aut manebit cum socero, cum vxore & suis. Sunt ... hæc pacta affinia, imò cadem, quia ... pro onerū supportandorum, & pacta ... pars cōuentionis dotalis. Quare & Matthęus de Afflictis in decisione Neapolitana 93. scribit, decisum ... fuisse secundum consuetudinem Neapolitanam quę dat vsumfructum pro dote non soluta ad rationem ... quolibet vncia: & illud deberi ratione ... dotalis, & consuetudinis.

14 Quantum ad 4. requisitum per Antonium Butrigarium ad decisionem c. salubriter, vt dos sit ab initio promissa ... dati, & pignus quoque in defectum dationis, æquissimū illud est, nam ex eo cessit, & venit dies matrimonio contracto soluendi dotem, ex eo tempore ... incipit onera subire, & ob morā tenetur ad ... Quod si conuentum sit vt non statim dos ... sed in ... tempus data sit soluendi dilatio ... fructus ex pignore dotis percepti pendente ... computandi in sortem, eò quòd nō ... mora sit socer soluendi.

... prætextu onerū potest retinere fructus, eò quòd si sine dote duxisset vxorē, nihilominus tenetur subire onera ... habemus, Cod. de repudiis, §. sed à nobis aliquid, de ... in nouel. 121. Habetur ac ... pretium, si de eo ... habita sit, id est, si data sit dilatio ad soluendum.

Et hæc pertinent ad præsuppositam tertiam exceptionem ex causa dotis.

CAPVT XIII.

## Num in fauorem Ecclesiæ permittatur accipere vsuras ex mutuo.

1 *Fauor Ecclesiæ non debet permittere vsuras capere.*
2 *Quia illi prohibita, & illa lucrum earum tanquam ex peccato abominatur, & respuit.*
3 *Licet tamen clericis accipere fructus rerum ecclesiasticarum pro mercede laborum.*

1 AGamus de quarta exceptione, quæ dicit, pro stipendiis cleri licere vsuras capere. Explicant, vt ratione fauoris ecclesiæ, ei permittantur vsuræ, quia & iure ciuili permittuntur eidem vsque ad quartam partem centesimæ ... in quadrante vsura.

Alij explicant ... ex vsuris possint dati ecclesiæ reditus ad sti... ... & ad fundationes ecclesiarū. Sed neutra explicatio ... vera est. Nā hoc die resolutum satis ... quàm laicos, imò multò magis prohi... ab ... vt ab initio documus ex nostr... hoc titulo, de vsuris.

Vnde ... Panorm. ad c. 1. de vsuris, dicunt ... vsurā ecclesię pro sustentatione ... & personarū ecclesiasticarum: cùm non ... etiā pro redēptione captiuorum ... foenerari laicis ... Nā & multa licet laicis, quæ ... sunt clericis ... 88. di. in cap. filias de te... monac... & c. cōueniunt & ... clericis, ergo & dispo... ratio, ibi & ... de constitutio c. tua, de consang. & affinita. ... 

2 Sed & ... ecclesiis eleemosynas recipere vsurariorū & munera ex vsuris, c. nolite 14. q. 5. ex dict. August. tract. 35. de verbis Domini. neque sartum sac... vt alantur pauperes, c. sic non sunt, 14. q. 5. & oblationes & donationum, qui opponūt pauperes ... Ecclesia ... & c. ex Cōcilio Lateranensi ... vsurariorum reiiciēdis, c. quia non ... & raptorū oblatæ ... reiiciuntur ... cap. de raptor. Neque iniuriarum debet ... vnde iura nasci debent, vt de principijs ... dictum in l. meminerint, C vnde vi. ... lucra vsurarum tanquā ex peccato, ... cadem ratione & in ecclesia ... in statuendum arg. dict. c. translato, de constitut. cap. tua, de consang. & affinitat. Et quia aliq... ecclesia bene consulat de turpiter & iniustè acqui... eleemosynas, & facere amicos de māmona iniquitatis, c qui habetis, 14. qu. 5. tamen hæc vera non ... restitutionē habent, vnde non ... alieno, quādiu restitutioni subia... vt dicemus plenè dū de restitutione agetur, & non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum ... putanda eleemosyna, quæ de rebus alienis ... habet ... fundatio monasteriorum ex ... c. 17. non est ... 14. quæst. 1. Sic mulier meretrix ... quidem ... turpiter quæstitis, & ex aliis, in quę pactis eleemosynas & monasteria facere in redemptionem peccatorum, quando dominium in eos translatum est etiam ex illicita arte ... §. 9. quoties. de condi ob tur... Sed non quando non trāsfertur dominium, vt latè docet glossa in summa 14. qu. 5. Et scriptū: *Honora Dominum de tua substantia, non de aliena, sed de tuis iustis laboribus* Prou. c. 3.

3 Forsan conuenientior videretur, ad verba *stipendia Cleri*, explicatio, si quis dixerit, licere clericis accipere fructus possessionis eis datæ pro mercede laboris, vt in cap. charitatem. 45. 12. quæst. 2. Referuntur & illa verba *stipendia Cleri*. Ad prædia, quæ coincentur per Ecclesiasticas personas ab iniustis possessoribus. Cæterùm, quāuis hæc vera sint, tamen mihi videntur pa ... & nullo modo conuenientia ad tractationem vsurarum permissarum, vel ad perceptionem fructuum ex pignore pro mutuo, vel debito dato.

CAPVT XIV.

## De ratione emptionis fructus quis lucretur.

1 *Emptor ... fit dominus, & facit interim fructus suos, nisi sit contractus simulatus.*

2 Landi

2 *Laudimia debentur ex venditione cum redhibitione, etsi redhibitio fiat alia.*
3 *Redituum venditio non est vsuraria.*
4 *Fructuum venditorum venditio non est vsuraria, vel si pro vsura fructus incerti dentur, restringuntur ad permissam vsuram.*

1 SED progrediamur ad quintam exceptionem, quam notât nomine emptionis. Arbitrantur enim, vt opinor, ex l.2. de pactis inter emptorem C. emptorem sub pacto facultatis redhibitionis posse facere fructus suos rei emptæ, quanquam post redhibitionem teneatur eam restituere. Et hoc verum quidem est, sed quorsum ad exceptionem prohibitæ vsuræ, vel ad exceptionem, quòd liceat fructus ex pignore licitè suos facere, referatur, non video: quia aliud est habere rem titulo emptionis, aliud ratione pignoris. ca. ad nostram, de emption. Pignus remanet in dominio debitoris, & eius censetur, l. pignus, de pignorat. act. C. cum simil. Rei verò venditæ dominium transfertur in emptorem, l. cum manu sata, de contrah emption. ff. & periculum rei eius est, l. necessario, de periculo, & commodo rei venditæ. ff. Ideò emptor cum pacto etiam redhibitionis, vel de retro vendendo, & dictus, cùm verus emptor sit, & dominus factus, iure fructus vt rei suæ emptæ percipit, non vt rei alienę, l. fructus, l. in fundo, l. ea diuerso, de rei vindi. fructus pẽdentes & pars fundi sunt empti, nisi aliud expressè excipiatur, l. Iulianus, §. si fructibus, de action. emp. l. bonæ fidei. 48 iuncta glossa, de acquir. rer. dom. ff. li. 41. Et quãuis emptor sub pacto reuenditionis teneatur; interpellatur reuendere venditori, tamen antequam reuendat, interim verus est dominus Ioannes Faber, ad §. actionũ, de action. Alberic. de Rosato, in 1. par. statutor. q. 97. Baldus, & Paulus Castren. ad l 2. de pactis inter emptor. C.

2 Proinde vbi debentur laudimia ex venditionibus, iuxta l. fin. Cod. de iure emphy. debentur quoq. ex venditione, vbi pactum redhibitionis positũ est, vt iudicatum refert Papus lib. 13 Arrestor. tit. 2. Arresto 13. argumento l. si pro fundo Cod. de transactio. Et si post venditionem, & conuentionem redhibitionis, & pretium solutum sequatur effectus, duplicia debentur laudimia, quãdo redhibetur, l. si à me, 29. ad leg. Falcidiam, ff. Tiraquellus tractat. de retractu conuentionali. §. 6. num. 4. 7. 12. 19.

Quod si quis putet, hanc exceptionem pertinere ad cõtractum simulatũ emptionis, cùm tamen re vera tradita sit res pignoris loco, & in fraudem vsurarum, adhuc non potest subsistere exceptio: quia tũc, nec fructus percepti ex hoc cõtractu pertinent ad fictitium emptorem. Nam contractus ille resoluitur in pignus, c. ad nostram, de emptione, c. illo vos, de pignorib. Quare ille casus nõ ad exceptionem, sed ad ipsam regulam prohibitionis percipiendi fructus, nisi ad extenuationẽ debiti, pertinebit directè. Posset tamen exceptio de redhibitione rei venditæ, habere rationem, cur fructus singulari iure possint retineri ab eo, qui reuendit ex scrupulo legis iudicialis antiquæ, in qua cauebatur, vt pro modo frugum possessionis venditæ percipiendorum, plus, vel minus emeretur: Leuit. c. 25. ver. 13. cuius verb[a] [a]nnus Iubilæi (id est, quinquagesimo) *redibunt omnes ad possessiones suas. Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuũ. Sed iuxta numerum annorum Iubilæi emes ab eo, & iuxta supputationem fructuũ vendet tibi. Quantò plures anni remanserint post Iubilæũ tantò plus crescet & pretiũ, & quanto minus tẽporis numerauerit, tanto minoris & emptio cõstabit: tempus enim frugum vendet tibi.* Sed duplex est solutio, prior id obliuioni se legati constitutione antiqua, quæ erat accõmoda tẽpori, quo hæreditates erãt extra tribus proprias inalienabiles, & ideo redibant in Iubilæo ad proprias domos, & ita non transferebatur dominiũ. exceptis domibus, quę in vrbe murata alienarę intra annũ tãtùm redimi poterant, nõ posteà, dicto c. 25. Leui. ve. 29. Dehinc iudicialia legis antiquæ non fecerũt post legẽ Euangelicam regulã, quia erant tempori accommoda, & ita permissa, vt pro circunstantiis variari possẽt ab aliis legislatoribus, & dicere hodie inter Christianos ita seruari debere, quia in lege antiqua ita seruatum est. Propositio & consequentia nedum falsa, sed etiam est hęreticalis, vt & resoluit etiam proposita hac redemptionis hypothesi. Ioan. Gerson, parte 2 operum, tract. de contract. considerat. 10 & consid. 8. posse fieri etiam iusta lege, vt prohibeatur redemptio, aut fiat, considerat. 20 ait

3 Quidam, & meliùs, coniungunt venditionem cum fructibus, *ita venditio fructus*, & bene, cuius mens est. vt emptio redituum non sit vsuraria, quanquam annua solutio possit per longos annos excedere sortem sic suprà docuimus ex c. 1. & 2. de emptio in extrauag. com. posse licitè reditus emi in pecunia, & in speciebus, nũ minùs quàm census ex emphyteusi, vel res ipsas, etiã maiores lõgo tempore habeant fructus ipso pretio numerato, quia alia est ratio emptionis, ex qua acquiritur dominium vtrinque, pretij, & rei: alia mutui, & hanc emptionem Gerson dicit licitam in contractibus.

4 Sexto loco excipiunt *fructus*, id est, venditionem fructuum futurorum secundùm mentem quorumdam, vt emptio fructuum non censeatur vsuraria, quamuis excedant fructus pactum pretium: quia commissa est perceptio fructuũ aleæ fortunæ & possit esse minùs vel nihil in fructib perinde ac excessus supra pretium, ideò valeat emptio vt aduersa fortunæ, l. si iactum retis, de act. empti. ff. l. nec emptio, 8. de contr. emp. ff. l. interdũ, 72. & l. vbi autem non apparet, 75. §. illud, de verbor. obliga. ff. Sed hæc exceptio nullo modo pertinet ad vsurã: quare alij meliùs referunt ad pignus datum pro vsuris accipiendis ex fructibus incertis, & dicunt propter incertitudinem fructuum, num ad permissas vsuras perueniãt, vel non, sustineri: quanquam aliquando accidat, vt excedant legitimarũ vsurarum taxationem, per l. si ea pactione, & l. si ea lege, C. de vsur. Nam si certum esset plus ex locatione capi posse, quàm ad solutionem vsurarũ pertineat, notat glossa in dict. l. si ea lege, illud plus imputãdum in sortem solutis vsuris permissis ex reliquo: contrà si incertũ sit, sic incertitudo euentus alia negotia sustinet, dum in vtilitatem, aut in commodum potest cõuerti, vt l. si pater puellæ, 12. C. de inoffic. testamẽ l. cùm pro pecunia, pen. C. de solution. vbi ratio. & l fin C. de alluuionib. Cæterùm nec hæc exceptio habet vsuram permissam ex fructibus pignoris, quia iure Pontificio, cùm vsuræ prohibeantur etiam ex fructibus pignoris, ratione c. 1. & c. conquestus, de vsuris, cum simillib. erunt hæc iura abrogata, nisi quatenus ciuili iure tolerantur, quo casu poterit locum habere, l. 1. §. pacto, de pignor. ff. Modestin. in l 39 de pignorat. action. ff. Et si quis antichresin velit intelligere permissam, remittimus lectorem ad ea, quæ de illa antè diximus.

## CAPVT XV.

### Ab hoste num liceat vsuras accipere.

1 *Ab hoste non licet etiam vsuras accipere, & explicatur c. ab illo 14. 7. 4.*
2 *Propter absurdum intellectum quod etiam liceret hostes mutuo iuuare, & propter alia.*

1 SEptimò excipiunt, vt liceat vsuram accipere ab eo, *cui velles iure nocere*, ex c. ab illo, 14. quæst. 4. *Ab illo, cui petes nocere sine reprehensione, cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur arma, quem non sit æquum occidere, vsuram exigi posse dictum, quia sine ferro dimicat, qui vsuras flagitat.*

Et secundò arguitur ex eo, quòd dicunt licitum esse auferre, quæ hostium sunt, c. si de rebus. 23. quæst. 7. vbi iustè possidentur à Christianis, quę ab impiis, seu hæreticis, & Iudæis possidebantur, & eis ablata sunt, quod scriptũ sit

D. Matthæi, c. 21. *Auferetur à vobis regnum, & dabitur gentibus facientibus iustitiam.* Et alibi, Sapient. 10. *Labores iniustorum pij edent.* Et capta ab hostib. capientium fiunt, imò & personæ, l. hostes, 24. l. si quid bello, de captiuis, & postlim. reuer. ff. Atq. auferendum est aurum à Barbaris etiã subtili ingenio, l. 2. de commer. & mercator. li. 4. C. ti. 63. Bonus dolus, nec improbatus contra hostes, l. 1. §. nõ fuit autem de dolo malo, ff. vt quibuscũq. insidiis licitum est eis nocere, c. 2. dominus, 23. q. 2. Si modò, vt ibidem dictũ est, iustum est, &, indictum bellum. Facit c. vtilem simulationem, 22. quæst. 2. quo loco laudatur simulatio Iehu, qui v. faciliùs necaret Sacerdotes Baal, simulauit se velle ei sacrificare: facit, & quod Deus Iosuæ iussit rectò sibi ponere insidias hostibus, Iosue 8.

Tertiò videtur c. Deuter. 23. sæpè citatum pro hac sententia facere: *Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: sed alieno.* Verùm iam aliàs exposuimus superiùs mentẽ c. ab illo, & c. 23. Deut. non pertinere ad hanc exceptionem, sed ad prohibitionem firmandam: vt quemadmodum non licet cuipiam propria authoritate occidere, vel bellũ mouere, vel cuiquam nocere. sic nec liceat vsuras ab eo accipere: & c. 23. Deut. non excusat Iudæos: quia illud illis dictum est permissiuè, non approbatiuè, vt explicat D. Thomas 2. 2. q. 78. ad euitandum maius malum: & ne vsuris opprimerent suos, ob duritiam cordis permissum potius, vel toleratum, vt acciperent ab extraneis, quemadmodum de permissione libelli repud. dictum est, D. Matthæi c. 19. & absolutè eis etiam vsuras prohibuit Christus, Lucæ 6. & ademit illam excusationem, quòd liceret ab inimicis accipere, dicens: *Diligite inimicos vestros, & benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes.*

2 Sed & sequeretur absurdus intellectus ex consequẽtia, quòd liceat vsuras accipere ab inimicis, & hostibus: eò quòd noceri illis impunè possit. Nam per vsuras, non tam nocetur accipienti mutuum, qui soluit vsuras, quãtum sibi nocet, qui fœneratur: est enim peccatum fœnerati, c. l. 1. § fi. de vsur. sed non est peccatum vsuras soluere, c. debitores, de iureiuran. affectio fœnerantis damnatur in d. c. 6. Lucæ. c. consuluit, de vsur. & quod ob illam cupiditatem lucri sæpè propriam artem relinquat vtilẽ reipublicæ, vt fœnerandi cupiditati inseruiat, c. quia in omnibus, de vsur. & damnatur intentio rapiendi sine ratione, quòd quis velit ex diuitum rapinis aliquos iuuare c. fortè, 14. q. 5. c. super eo, de vsur. Dehinc vna, & eadem res non potest diuerso iure censeri l. eum qui ædes, de vsuca. ff. neque per consequens vsura ab hoste petitur, quia mutuum non potest fieri hosti, & si fiat, non tanquã hosti, sed vt amico fit: est enim officium eius, & charitatis mutuare, fieri ergo non potest, vt hic idem, à quo vsura petitur, tanquam hostis, & tanquam amicus habeatur, neque igitur ab eo vsura erit tanquam probata exigenda: quia non est vsura nisi ex mutuo.

Sic reiicitur, quod dicitur licere insidiari, necare, moliri detrimenta hosti: hoc enim est, si tanquam hostis habeatur, & si fiat ita iure, quo contra hostes vti fas est, at quãdo mutuũ datur, pro tali non habetur, qui accipit, & iuuatur hostis auro, q. prohibitum est in dicta l. 2. de commer. & merca. C. Sed & si fides detur hosti, erit hæc seruanda iure gentium, nec in fide data licet ei insidiari, l. 1. de constituta pecu. ff. c. 1. de treuga & pace, c. noli 23. q. 1. Mutuum dare hostibus, & alienigenis, nihil aliud est, quàm illos iuuare, vt non immeritò lex Atheniensiũ fuerit sancita grauissimis pœnis, si quis Atheniensiũ alio quopiam, quàm Athenas frumentum vexisset, aut pecuniam mutuasset in alium mercatum, quàm Atheniensium, ne pecuniæ extrà importarentur, vt refert Demosthenes circa finem orationis aduersùs Lacritum.

* *
*

## CAPVT XVI.

### Num ratione dubij futuræ æstimationis, vel valoris plus capi possit, fitque explicatio c. in ciuitate 6. & c. nauiganti, §. 1 de vsur.

1 *Acceptum supra verum valorem rei venditæ propter dubiũ, non est vsura.*
2 *Sed pretium inspicitur debita ratiõne temporis venditionis, cum circunstantiis ibi appositis.*
3 *Et habita ratione temporis, quo quis tantùm erat venditurus.*
4 *Nisi contractus sit simulatus.*
5 *Consuetudo fœnerandi sola non facit contractum omnem vsurarum.*
6 *Nec retractus permissus in emptione.*

Octaua exceptio est in illis verbis, *vendens sub dubio*, nempe, vt ratione dubij futuri, quod recipitur supra sortem non sit vsura: ponitur exemplum, species facti, & resolutio, vt non possit meliùs adferri, ab Alexandro 3. in c. in ciuitate 5. hoc tit. *In ciuitate tua*, scilicet Genuensi, *dicis, ò Archiepiscope, sæpe contingere, quòd quidam piperis seu cinamomum, vel alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque libras non valent, & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt sex libras statuto termino soluturos. Licèt autem contractus huiusmodi ex tali forma non possit censeri nomine vsurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt: nisi dubium sit illas merces plus, minúsve solutionis tẽpore esse valituras. Et ideo ciues tui saluti suæ bene consulerent, si à tali contractu cessarent: cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.* Sic pro eodem dubio concludit, c. fin. §. 1. de vsur. *Ille quoque*, inquit Gregorius IX. *qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei mensuræ reddantur: quæ licèt plus valeant. vtrum plus, vel minùs solutionis tempore fuerint valitura, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc vsurarius reputari.* Pro huius exceptionis intellectu, D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. sic tradit. *Si aliquis cariùs velit vendere res suas, quàm sit iustum pretium, vt de pecunia soluenda emptorem expectet, manifestè vsura cõmittitur, &c. Similiter etiamsi emptor velit rem emere vilius quàm sit iustum pretium, eò quòd pecuniam antè soluit, quàm possit ei res tradi, est peccatum vsuræ.* Hæc eadem ponit Pan. ad c. ad nostram, de emption. & reputat tales manifestos vsurarios, & qui pœnis eorum sunt puniendi.

2 Verùm pretium inspicitur, habita ratione tẽporis, quo fit venditio, c. cùm dilecti de contrah. emptio. & tractatur in l. 2. C. de resc. ind. vend. vt non ex affectione singulorum, sed communiter res æstimantur, l. pretia rerum, 63. ad leg. Falcid. l. lib. 35. ff. tit. 2. vel in rei veritate l. in Falcidia § 62. eo. tit. & vt æstimatur in quacunq. ciuitate l. 1. vt nemini liceat in emptio. specier. & c. tit. 10. C. tit. 27. Quod intelligitur duplici accedente circũstantiâ. Prior quando ea res, de qua agitur habet certam æstimationẽ taxatã, vel res ei similes habent impositã in publico certam æstimationẽ, vt in c. 1. de emptio. alioquin minimè: quia res tantũ valent, quantũ vendi possunt l. 1. § ... res ad SC. Trebell. lib. 36. ff. tit. 1. l. quærebatur, 81. ad leg. Falcid. ff. l. si quis vxori, §. fin. de furt. ff. l. mortis causa § fi. de don. caus. mor. ff. l. 2. §. portio. ad leg. Rhod. de iact. Altera, si eo tẽpore, quo vẽditio fit, erat, qui vẽdit, vẽditurus.

3 Alioquin si nõ erat vẽditurus, dilatio pretii in aliud tẽpus, quo erat venditurus, æstimationẽ potest accipere maiorem, sine suspicione vsuræ: quod pertinet ad forum contentiosum, vt explicat Gregor. 9 in d. c. nauiganti §. fin. hoc tit. de vsur. propter rõnem eiusdem dubij, nam plus eo tẽpore ter, vel minus esset valitura, *Ratione huius dubij*, inquit, *excusatur, qui pannos, granũ, vinũ, oleũ, vel alias merces vendit, vt ampliùs, quã tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ea tẽpore cõtractus non fuerat venditurus.* Incertitudo n. futuræ æstimationis propter euentũ varium, qui põt esse in fauorem vtriusq. contrahentis, facit, vt sustineatur contractus, etiam in foro conscientiæ,

l. cerud,

[illegible] tempore [illegible] tionis re[illegible] nec admitti- [illegible] redditus [illegible] 72. c. 5. [illegible] di- [illegible] in con[illegible] do [illegible] ff. [illegible] expresl. Barthol. [illegible] de [illegible]

[illegible] n ve[illegible] frumentum si tempore nati- [illegible] conuenit [illegible] pretio, quo tunc [illegible] aestimatur, [illegible] expectat sque ad [illegible] Maium [illegible] non in hoc casu, tantum abest, [illegible] contra, [illegible] exce- [illegible] Aut cum vendit tempore natiuitatis, maius pretium imponit [illegible] vendi [illegible] tunc valeat, & venditor [illegible] expectat, vel [illegible] solutionem [illegible] mensis Maio proximo. Quo casu distin- [illegible] erat vendit tempus in natiuitate, & [illegible] vedat [illegible] ut vsuram accipere, in eo quod [illegible] si vellet seruare vsque ad mensem Ma- [illegible] & solum pretium [illegible] tamen [illegible] vendidit: si in [illegible] casu constet [illegible] tale, quale [illegible] esse veri- [illegible] Maio tempore vel [illegible] vel mi- nus, non erit vsura, per ditum c. nauiganti. Quod si con- stituat tale pretium [illegible] solu[illegible] dum maius, quā in mense Maio, vt fit [illegible] vt plerumque fit, & illum cū quo contrahit [illegible] quia rarò non possit [illegible] valere, sed minùs [illegible] erit v- sura: [illegible] venditor [illegible] & emptor commodū expectant. Pari modo indicandum erit, si quis emit in na- tiuitate Domini [illegible] vin [illegible] quantū val[illegible] tempore Maij. Nam si ad [illegible] vsque men- sem erat [illegible] turus, non est vsura, & est [illegible] contractus: Si non erat, est vsura, quod vltra pretium temporis ven- ditionis accipitur. Sunt tamen pericul[illegible] si animae isti cō- tractus, propter communem consequendi quod plutis est auiditatem, vnde plerunque sub his conuentionibus, & fictionibus de conferendis in aliud tempus rebus vendendis, latet vsurarij animus, & meliùs facerent si à talibus negotiationibus abstinerent homines, vt dicitur in [illegible] ciuitate de [illegible]. Multò magis vsurarios est contractus, si dicatur, vendo tibi [illegible] natiuita- Domini [illegible] & mihi [illegible] in eo [illegible] vē- ditur in principio, aut medio, aut fine mensis Maij quia est vsura aperta, vt notat Ang[illegible] summa, in verbo, *vsura*, [illegible] tamen si dictum [illegible] quā- tū vendetur mense Maio, simpliciter, nam tunc arbi- trio boni viri, neque maius, neque minus pretium ven- [illegible] Maij, sed mediocre censetur venisse in con- uentionem, argum. vers. [illegible] etiam nos, nouel. 105. de consulib. in [illegible]

[illegible] quis nunc emat minori pretio res, quas [illegible] alio tēpore, [illegible] valitura sint, quam nunc [illegible] lucrum [illegible] tempore [illegible] constitutae [illegible] d. c. na- uiganti. Si tamen quando [illegible] quidam anticipata [illegible] emerit species, vt [illegible] vel aliud sol- [illegible] dum, seu tradendum [illegible] vt inde [illegible] empt[illegible] anticipata emptione alijs [illegible] emendi [illegible] tem pore facultatem & ita postea [illegible] omnib[illegible] [illegible] comparatis vendere possint, dicem[illegible] eadem non committi: verùm malitiam dignam pœna, & esse speciem monopoli, & puniendam [illegible] hominum non [illegible] c. a de [illegible] in fundo, de rei [illegible] Interest enim [illegible] anticipatis empti [illegible] distrahi [illegible] maxim- te collectionem: cariores enim fiunt, cùm non [illegible] cer tis re[illegible] vendi[illegible] uenit, l. vnica, C. de mo- nopol. e. qui [illegible] 14. q. 4. [illegible] tenetur ad [illegible] damni communis, non item, [illegible] vel ad prouiden-

dum suae familiae, & postea [illegible] reliquum ven- dunt [illegible] aut [illegible] negotiationi. cau- sa [illegible] aliquid [illegible] familiae. [illegible] Philosophus, & Math[illegible] [illegible] sequentem annū [illegible] sequente verò in oe- [illegible] co anno, diu [illegible] emptis, [illegible] admodum [illegible] oleati [illegible] anno, ingens lucrum [illegible] sed voluntatē opes congre[illegible] sapien[illegible] vt Cic. de Diuin. Plinius autem [illegible] & [illegible] tribuit & I- dem Sext[illegible] Arist. [illegible] sed [illegible] id est, [illegible] traditā Tha- le[illegible] proueniat vbertā- [illegible] fecit maximum, quod & La- [illegible] l. nec emptio, §. 1. [illegible] sic turpe lucrum [illegible] aliud emere quo tem- pore [illegible] alio tempore cariùs vendatur quam [illegible] propter auaritiam [illegible] quicunque 14. q. 4. vt c[illegible] pat ho- mines ex suo arbitrio emere [illegible] solus habeat, & ita ca- ritatem inducat recludere [illegible] vt ait Salomon, Prouer. [illegible] vers. *Qui abscondit frumenta, maledicetur in po- pulis: benedictio autem super caput vendentium.* Nisi id faciat, non quidem ex auaritia, [illegible] vt prospiciat bono publico in [illegible] quemadmodum [illegible] fecit Io- sephum in terra Ægypti, Genes. c. 40 & 47. Vide Ang. Clauasin summa, [illegible] *vsura* [illegible] P. Anchar. in c. [illegible] de vsu. in [illegible] Videnda & quae diximus de vexanti- bus, & onerantibus annonam. l. 36. Syntag. c. 30.

4 Quòd si praedictae conuentiones non concurrant ve- ritae in emptione, quae efficiant contractum simulatum, & consequenter nimium praesumptum, non erit dicen- da emptio vsuraria, vel ob vtilitatem pretij solius vel quia [illegible] data est facultas redemptionis, aut ob id, quòd emptor solitus fuerit negotiari. Nam nisi haec tria con- currant, non debet vsurarius contractus dici, ad nostrā 5. de empt. Nam quod pertinet ad vilitatem pretij, li- cet in [illegible] contrahentibus se circum[illegible] in causa in [illegible] de minor. 25. anni [illegible] si de pretio, §. fin. Incert. ff. & si quis decept[illegible] dicatur vltra dimidium iusti pretij, dantur alia remedia vel rescissionis, vel supple- menti pretij [illegible] de re cind. [illegible] C. ca. 3. & c. cum causa, 6. de em[illegible] eum al[illegible] cetetè indicitas pretij contractum arguere[illegible] simulatum, [illegible] cum du- bitat, qualiter olim feudalico poterat in vsib. feud.

5 Solā [illegible] consuetudo [illegible] quòd solitus fuerat foenerari, non facit contractum vsuratium: cùm aliquā- do vsurarij faciant aut facere possint contractus non v- surarios. B[illegible] decil. 02 nu. [illegible] idque si nullae a- liae sint instantiae arguant simulationem, vt mutuū prę- ced[illegible] ex modico qui semel est m[illegible] praesumitur esse delinquens in eodē genere mal[illegible] de his [illegible] de regu. in. in sex.

6 Retractus etiam permissus est in pacto emptionis, l. 2. d[illegible] pactis inter emptorem. Cudic. Quando videlicet fa[illegible] retrahendi omnino residet in potestate venden tis, alioquin pactio, vt venditor non liceat retrahere, ni- si aut [illegible] triennium, aut septennium, videtur in frau- dem vsurarum prohibitarum adiecta: nempe vt possit fructus lucrari ratione fictae venditionis, quae verè est pignoris constitutio, ex [illegible] non potest fructus, suos iure facere, sed debet im- putare in sortem, d. c. ad no- stram, de empt. & c. conquestus, bo[illegible] de vsuris.

SS

CAPVT XVII.

## De accepto supra sortem principalem, ratione temporis, vel dilationis morosæ, vel pœnæ.

1 *Acceptum supra pretium res venditæ, ratione dilationis morosæ, vel pœnæ, non est vsura.*
2 *Pœna pro mutuo non soluto apposita, vel exacta, non est vsura, si non sit in fraudem vsurarum, siue sit conuentionalis, siue iudicialis.*
3 *Fructus percepti ratione pacti legis commissoriæ in venditione non faciunt vsuram, & quare.*

1 NOna exceptio recipiendi supra sortem principalē exprimitur his verbis, *pretium post tempora soluēs.* Sed ibi verè non est vsura, sed id quod interest. Exemplū: Si vendita sit res fructuosa, & tradita emptori, certo cōuento pretio, & pretium, quod solui debebat, non fuerit solutum dicta die, poterit petere venditor, quanti sua interest pretium non fuisse sibi statuta die solutum, l. 2. C. de vsuris. l. fin. de peric. & commod. rei vēditæ, ff. propter moram commissam l. iulianus, §. cùm per venditorem, de action. emp. Sine mora verò via condemnatur ad illas vsuras, seu interesse emptor, etiam re tradita: quia per patientiam videtur prorogasse dilationem solutionis, & volenti non fit iniuria, vel dolus, l. cum donationis. Cod. de transact.

Ideoque duo hic maximè concurrere videntur, nēpe quòd verè intersit, & tradita res sit ipsi vēditori, & quòd mora interuenerit: sic enim putandum, æquissimum esse emptorem, cum re fruatur, ad vsuras, seu interesse teneri, d. l. Iulianus, §. ex vendito, de action. empti. ff. contrà si non fuerit res tradita, l. curabit 5. Cod. eod. ti. 49. lib 4. Sic intelligo, quòd in contractibus bonæ fidei vsuræ exiguntur à tempore dilationis morosæ. l. in bonæ fidei, de vsuris, C. l. eod. ti. ff. vt in contractibus alijs à tēpore litis contestatę, l. vinum. 22. de reb. cred. cum simil. Atq. in vtrisque, non propter mutuum, sed ob pœnam moræ non soluentium infliguntur istæ vsuræ, vt alias diximus ex l. cū quidam, §. si pupillo, de vsuris, ff. Hoc dignū obseruatione est, non omne interesse peti posse ob pretiū non solutum suo tempore, sed tantū, quod ex damno emergente & probato oritur, & nō quod ex lucro cessāte, nisi creditor talis sit persona, qui verisimiliter lucratus fuisset ex pretio, si illud habuisset, l. 2. seu 3 §. si de eo q certo loco, ff. Innocen. ad c. sacro, de senten. excommun. gl. ad l. curabit, de action. emp. ff. Sic & venditor, & mutuās posset petere etiam iure canonico quippiam extra sortem ratione interesse non solū damni emergētis, sed etiam lucri cessantis: dummodò lucrum cessans esset in actu, vel quasi, hoc est, quod probabiliter fuisset, quia sic dicitur peti, quod aliquo modo est: secus, si tantū esset in potentia, quia tunc potiùs dicitur non esse, vt l. si iactū retis, de action. emp. ff. & in summa Rosella, in verbo *vsura* 7. nu. 41.

2 Decima exceptio, *pœna nec in fraudem*, scilicet vsurarum adiecta, vel exacta, non facit vsuram, etiamsi supra sortem petatur. Hæc potest esse vel legalis, vel conuentionalis, vel iudicis sentētia legalis, vt in furto, pœna nō manifesti furti dupli, manifesti quadrupli à lege fuit imposita, §. pœna, de iniuriis, [illegible] de oblig. quæ ex del. nasc. §. 1. de vi bonor. rap. tor. apud Iustin. l. 1. de vi bonorū rap. li. 47 ff. ti. 8. explicat distinctionem l. 2. 3. 4. 5 de furt. ff. c. in legibus, 10 & seqq. c. fraternitas, 12. q. 2. Sic in aliis, in §. omnes autem actiones, de actionib. auth. contra qui propriam, C. de non nu. pecu. li. 4. ti. 30. l. fi. de vsur. rei iudic. C. In conuentionali, quæ pacto concipitur, idem receptum est. Sed cum distinctione, & extra ipsum mutuū plerumque quandoquidem sæpè adiicitur, si quid non fiat, vt soluatur, & non satisfacto promissioni committatur, vt in cōpromisso accidit, l. 2. de recep. arb. ff. l. fi. C. eo ti. si modò licitū sit arbitrium, non aliter c. dilecti. eo. ti. quilibet potest expressè ad pœnam pecuniariam & corporalem se obligare, c. si quis cuiuslibet, 21. q. 5. gl. ad canonem, quanquam, 6. ad verbū *transgressores*, 23. distin. c. suam, de pœnis, l. ad diem, de verborum oblig. dicitur & hæc pœna canonica etiam conuentionalis, quia eius exactio à canone permittitur, c. in legibus, 22 q. 2. Licet, fit & stipulatio interdum pœnalis supra duplum, quando lex ita probat, vt in l. stipulatio ista, §. alteri de vet. oblig. ff. l. in omnibus prætoriis stipul. ff de prætoriis stip. Dummodo in omnibus nihil fiat in fraudem vsurarum, & legum, & ne maior pœna, quàm permittatur, veniat in promissionem, iuxta l. vnic. de sent. quæ pro eo, quod interest, proferun. li. 7. C. ti. 47. veluti si supra duplū sortis sibi deberi velit stipulari, quod indubitum est regulariter in l. si non sortem, §. supra duplum de condict. inde. ff l. Iulia. §. ibid. Papinian. de act. emp. ff Potest & Iudex, quam voluerit, dummodò non excedat iuris permissionem, imponere pœnam contumaci non soluēti mutuū, c. quanquam, 21. dist. l. 2. si quis ius dicen. non obtemper. & præsumitur iustè consequi, qui authore iudice habet, l. iuste possidet, de acquir. possessio. ff. neque hæc pœna in fraudem vsurarum prohibitarum censetur permissa, vt neque legalis: prætereaquam si ex conuentione, & consensu litigantium iudex adiudicaret pœnam repetenti, qui consuetus est fœnerari. Nam videtur tunc hic esse suspicio, quòd in fraudem vsurarum cōsenserit debitor se condemnari ad illam pœnam & factum censetur potiùs litigantium quàm iudicis, in l. si cōuenerit, 19 de re iudic. li. 42. ff. ti. 1. non secus quā præsumitur esse in fraudem vsurarum pœna adiecta conuētioni, de mutuo restituendo, quando creditor solitus est fœnerari, vt notat Innocen. ad c. suam de pœnis, l. Iulia. de act. emp. ff l. vel vniuersorum, de pignora. actio. ff maximè si cautum sit, vt per singulos menses, aut annos dicatur pœna cōmitti, argumen. auth. ad hæc de vsur. l. 3. de annuis le[gatis] ff. Quanquam quod pertinet ad forum conscientiæ, & cōfessionis, standum sit testimonio pœnam adiicientis, & credendum asserenti, quo animo pœnam ita adiecerit pro non facta solutione, vt secundùm eam sit, vel non sit cogendus ad restitutionem; an verò animo vsuram percipiendi, Innocen. in c. suam, de pœn. Anton. Butrig. ad c. conquestus, de vsur.

3 Vndecima exceptio est, in l. commissoria, ex qua, qui emit sub hac conditione, *si non retrahatur res a venditore*, lucratur fructus. Quod vt intelligatur faciliùs, repetenda est natura eius pacti, quæ est, cùm venditor fundi ita cauerit, vt si ad diem pecunia soluta non sit pretij conuēti, res sit inempta: quod intelligitur, vt inemptus ita sit fundus, si venditor inemptum esse velit: quia id venditoris causa cauetur. Nam si aliter acciperetur, [illegible] in potestate emptoris futurum, vt non dando [illegible], inemptum faceret fundum, qui eius periculo fuit. Ita legem commissoriam, quæ in venditionibus adijcitur, si volet venditor, exercebit, non etiam inuitus. l. 2 & 3 de lege commissoria, li. 18. ff ti. 3. Quare huius pacti [illegible], fructus interim, antequam cōmittatur lex, emptor suos facit, vt nec teneatur restituere, si noluerit emere inēptam venditor: sed si fundus reuenierit, restituere cùm nihil apud eum residere debeat ex re, in qua fidem fefellisset, vt respondit Neratius in l. fundo vendito. 5. eod. ti. de lege commis. hæc est enim natura pacti legis commissoriæ, vt nisi pretium fuerit solutum, vel in totum, vel pro parte restante, res sit inempta, vt de parte etiam pretij non soluta in l. 3. C. de pactis inter emp. li. 4. ti. 54. l. si fundus 4. § sed quod ait. de lege commis. ff. in quo. § sed quod ait, notatur, posse non soluentem integrum pretium, pro ea parte, qua pretium dedit, lucrari fructus, alioquin enim emptor, qui promisit sub hoc pacto pretium rei soluere, amittit pretij partē solutam, & arrhas, l. de lege commissoria 6. eod tit de lege commissor. Sed nec hic casus ad vsuram pertinet, neque ad fructuum lucrum ex re aliena. Nam si reuenditio fiat ex lege cōmissoria

soria, & venditor reuocet rem pretio non soluto intra diem dictam, iam ei omnes fructus percepti per emptorem restituuntur, ideò illos non lucratur, nisi forsan pro modulo partis soluti pretij, per d. l. 4. de lege commiss. ff. & quamuis purè sub hac lege cõtracta fuerit emptio, tamen vbi habet locum pactio, & committitur, resoluitur sub conditione l. 1. eo. tit. ff. Quòd si pretium die dicta soluatur, aut si non sit quidem solutũ, sed venditor, qui poterat repetere rẽ elapso termino, tamen non repetiit, sed vel vsuras pretij non soluti petiit, vel expressè renunciauit pacto, constat veram esse venditionẽ, & puram, nec posse agi ampliùs ad repetitionem, l. cõmissor. 4. de pact. inter empto. C. l. de lege commissoria, 6. l. post diẽ. 7. de lege commissor. ff. poterit tamen post morã nõ soluti pretij vsuras venditor petere rationes, eius, quod interest, item si velit reuocare ante renunciationem, poterit ex lege commissas quoq; retinere arrhas ob nõ impletam promissionem ab eodem emptore, vt ait Scæuola dicta l. de lege commissoria. Et si quis docere possit in fraudẽ vsurarum pactum legis cõmissoriç adiectum pignori, alia erit quæstio, & reuocabitur ad censuram improbationis vsurarũ, per c. ad nostram, de emptio & diximus pactum legis commissoriç in pignorib. habere nõ posse locum, per illud c. ad nostram, & per c. illo vos de pignorib. Et hæc conuenire exceptioni huic de lege cõmissoria arbitror, de qua aliter summa Rosella posuit exemplũ in verbo *Vsura*, 1. vers 45. vt inquit, si vendo fundum tibi iusto pretio, ea tamen lege, vt quandocunque soluero, vel intra certum tempus, vel hæredes mei, tibi pretium, quod mihi datur, fundus ad me reuertatur. Sed hoc pactum non est legis commissoriæ, vt docui, sed reuenditionis, vel de retrouendendo, emptionis veræ puræ, & perfectæ, de quo in l. 2. de pact. inter empto. C. l. 12. si vir vxori de præscrip ver. ff. diximus autem de huius pacti exceptione, & ratione antea in exceptio. 5.

## Capvt XVIII.

### De oblatis à debitore, locatione pecuniæ ad põpam, & pacto de non repetendo pignore ante solutionem.

1 *Oblatum à debitore, supra mutuum, sponte, non facit Vsuram.*
2 *Pecuniæ data ad pompam merces non pertinet ad Vsuram, sed ad locationem.*
3 *Fructus dati pro labore non faciunt Vsuram.*
4 *Iuramentum de non inferendo grauamine super pignore creditori, donec solutio fiat debiti, non impedit, quin post solutiones fructus repetantur, vel imputentur.*
5 *Iurans soluere Vsuras, num possit post solutionem repetere, disputatur per 4. rationes.*

1 DVodecima exceptio, vt non censatur vsura supra sortem mutui accepti, si gratis offeratur ab ipso, qui restituit mutuum, sed hîc etiam cessat ratio vsuræ, nempe intentio, aut pactio mutuantis, & accipientis, & multa honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur, l. 1. §. proinde ne, de variis, & extraord. cognitio. cap. de tio. c. de Eulogiis, 18. dist. vt in simonia etiam obseruatur, c. etsi quæstiones de simonia. Iámq; diximus antea de hac re suprà in principio, intentionem maximè constituere vsurarium, ex c. consuluit, hoc tit. de vsur. & remunerationes non esse prohibitas, si in pactum non deducantur. quæ iuris natura sunt, quo obligamur beneficium retribuere facienti, ca. cùm in officiis, de testam. l. sed etsi lege, §. consuluit, de petit. hæred. ff.

2 Decimatertia exceptio proponitur in eo, qui accipit ratione pecuniæ datæ ad pompam, seu ad ostentationẽ, sed neque hic casus pertinet ad vsuram, aut mutuum, in quo tantùm vsura cùm ad locationem referri debeat, l. sed mihi, 3. §. non potest, & l. sequen. cõmod. ff. ita remanẽte corpore vsusfructus datur, vt in l. numismatũ, 28. de vsufruct. lib. 7. ff. tit. 1. numismatum, inquit Põponius, argenteorum, vel aureorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vsusfructus legari potest, idem Vlpianus in l. Iulianus, 9. §. Marcellus de exhibend li. 10. ff. tit. 4. & l. 27. §. 4. de auro, & argento legat. ff. animi sic delectatio pro fructu habetur, vt & dictum de aromatum odoribus, l. penult. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. Possunt & locari pecuniæ, quæ accipiuntur faciendi depositi simulati gratia, vel quæ, vt si quis ditior appareat, dantur ad ostentationem & vt dicunt, dicis gratia: nempe quòd nulla id alia causa fit, quàm vt factum esse dicatur. Caius in l. 4 commoda. ff. *sæpe* inquit, *ad hoc commodantur pecunia, vt dicis gratia, numerationis loco intercedant*, Sin in l. 1. §. excusantur ad Senatuscon. Syllanianum, lib. 29. ff. tit. 5. excusantur serui, qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia, tulit, i. *par maniere d'acquit*, vt diceretur tulisse persunctoriè, nihil hoc commentum illi proderit.

3 Quatuordecima exceptio est Ioannis Andrææ, si quod detur pro labore soluenti pro Ecclesia, vt in cap. penult. de reb. Ecclesi. non alienan. sed ibi nihil de vsuris, & mutuo, sed de feudo ea lege dato ab Ecclesia, vt vassallus soluat octoginta libras debitas, & habeat pro labore fructus: diximus & dum de cambiis ageremus, posse aliquem habere pro labore mercedem, per l. qui operas lucri, ff. consti.

4 Quindecima videretur proponenda exceptio in c. ad nostram 7. de iureiur. lib. 2 tit. 24. vbi debitor, qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorat. inferre, donec soluerit debitum, non auditur volens repetere pignus, & compensare fructus perceptos per creditorem cum sorte Cæterùm ibi nihil est, quòd aduersetur regulæ compensationis. Nam verum est ante solutionem debiti, debitorem non posse petere illam compensationem, repetendo pignus propter iuramentum. Sed non inde sequitur, quòd minùs posteaquam debitum soluerit, non possit petere fructus à creditore, quinimò ibidem post solutionem creditor cogitur censura Ecclesiastica restituere, quicquid deductis impensis cùm vltra sortem recepisse constiterit. Facit & c. debitores, eo. tit. de iureiuran. vbi debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerunt, cogi non debent; si verò de illarum solutione iurauerint, cogendi sunt domino reddere iuramentum. Sed postquam vsuræ solutæ fuerint, creditores ad easdem restituendas sunt Ecclesiastica seueritate, si necesse fuerit, compellendi.

5 Huic tamen explicationi, glossa in d. c. debitores, tres videtur obiicere rationes, quòd non cogatur etiam debitor, qui iurauerit soluere vsuras, eas soluere. Prior, cui damus actionẽ, multò magis exceptionẽ, l. inuitus, §. 1. de reg. iur. ff. l. 2. §. planè de superficiebus, ff. At debitori datur actio ad repetẽdas vsuras solutas in d. ca. debitores, multò magis dabitur ante solutionẽ exceptio contra petentem. Secũda, creditor dolo petere videtur vsuras, quas consequutus statim reddere tenetur, l. dolo, de doli mali exceptione, ff. l. in condemnatione, de reg. iur. ff.

Tertia est à sufficienti diuisione: aut enim pecunia creditori percipienti fructus soluitur, vt debita, aut vt indebita. si tanquam debita, non est repetenda, quod tamen fit repetendo fructus perceptos: debitum enim solutum non repetitur, l. Iulianus, l. si procurator, l. iudex, de condictio. indebi. ff. At si ea pecunia repetatur vt indebita soluta, eò quòd possit fieri compensatio debiti cum fructibus: non poterit quoque repeti Nam indebitum scienter, & sine errore solutum non repetitur, l. 1. de condictio. indebit. ff. l. indebitum, C. eod. l. cuius per errorem, de regul. iur. ff. quia donari videtur, quod indebitum scienter soluitur, l. Campanus, de oper. libertor. ff. & donatio irreuocabilis est, l. velles necne, C. de reuoca. dona C. non videtur debitor à iuramento liberatus, qui vsuras soluit, vt postea repetat, l. qui sic soluit, 55. de solut,

li.46.tit.3.l.qui hominem,eo.tit. Solutio glossæ c.ad nostram est,vsuras præstari vno iure,ciuili scilicet, & alio, nempe canonico, repeti, vel 2. vno iure tenetur soluere propter iuramentum:sed alio iure solutas repetit.

Tamen non videtur hæc solutio satisfacere obiectis duplici ratione: primùm quod in his, quæ ad salutem pertinent animæ,iuramentũ,si eam lædat, improbatur: c.quamuis pactum de pact.in sext. cum similibus: tale autem videtur esse de percipiendis vsuris. item 2. quia datur actio contra creditorem debitori, ad remittendum iuramentum de soluendis vsuris præstitum, cap.1.de iureiur.ca.tuas, hoc ti.de vsur. Soluitur nihilominus prima, quòd contra salutem animæ quidem est, petere,& exigere vsuras;ac non ita soluere:quare cogitur quis præstare domino ratione iuramenti,quia id potest facere,d.ca.quamuis pactum, & melius est illi iacturam rerum incurrere,quàm periurium. Atque in c.1.de iureiuran. & c.tuas,creditor cogitur remittere iuramentum, si iuratum fuerit de non repetendis solutis vsuris.

Posset etiam responderi ad quatuor obiecta contra c. debitores,alio modo separatim. Ad primum,vt quod adducitur,cui damus actionem, multò magis dandam exceptionem:verum esse,quando actio,& exceptio sunt ad eundem finem. At hic sunt diuersi fines. Nam datur actio debitori pro repetendis solutis vsuris, sublato impedimento iuramenti,eius obtenta liberatione. Exceptio autem dari non posset contra petentem, constante iuramento,quia periurium incurreretur.

Ad secundum,dolo non facit, qui suo iure vtitur,l.iniuriarum,13 §.si. de iniur.ff. l. nullus videtur 36. l. nemo damnum,166.de regul.iur.ff.

Itaque creditor petens vsuras ex iuramento debitas, dolo non videtur ex eo ipso facere,quòd petat; quamuis contra legem diuinam ipse faciat.

Ad 3. diuisio illa non pertinet ad repetitionem fructuum: nam aliud est mutuum debitum soluere; aliud post solutum,pignus cum fructibus petere:non enim repetitur solutio mutui: item vsuræ debitæ ex iuramento soluuntur,iuramento dissoluto indebitæ repetuntur.

Ita quòd ad quartam rationem debitor non repetit vsuras solutas, eodem iure,quo soluit:nec soluit, vt non repeteret, sed soluit vt se à iuramento liberaret. Sed & verior est solutio nodi c.debitores, de iureiuran.verum esse in eo capite promittentem soluere vsuras cum iuramento, eas soluere debere,si non petat ante solutionem dispensationem iuramenti,quam petere potest,& ita liberaretur,vt & rectiùs animaduertit glossa penultim.ad dictum cap.debitores,in fine.

DE VSV

# DE VSVRIS, LIBER TERTIVS.

## *DE POENIS VSVRARIORVM.*

Et explicantur §.fin.c 1.c præterea,7.
c.quia nonnulli, 14.
c.cum in tua diœcesi,15 de vsur.
Et alia iura.

### CAPVT PRIMVM.

### De pœna prima Clerici vsurarij circa officium, & beneficium.

1 *Clericus vsurarius ab officio, & beneficio Ecclesiastico est deponendus seruato ordine. & est prima pœna.*
2 *Vel contumax degradandus.*
3 *Si beneficium adhuc non habeat, ex eo quòd vsurarius nec ad illud, nec ad officium promoueri potest.*
4 *Dispensat tamen super beneficio, iam obtento, retento, si se emendauerit, Episcopus.*
5 *Ratio istius pœnæ.*

1 POENÆ vsurariorũ multæ sunt, & diuersæ in iure vtroque tam Clericorũ, quàm Laicorum, de quibus nunc agendũ est. Prima pœna ponitur à Greg. 9. in c. 1. ...quod si post hoc talibus verbis, *Quod si post huiusmodi constitutum, in Clero quisquã extiterit, qui detestãdo vsurarũ lucro insistat, Ecclesiastici officij periculum patiatur.* Quorum verborum mens est, vsurarium Clericum & ab Ecclesiastico beneficio esse deponendum si in eo sit, aut si adhuc non sit, ab Ecclesiastico beneficio obtinendo esse repellendum. Iuuatur hæc decisio aliis similibus iuribus, in ca.4 si quis oblitus, 14.q.4. *Si quis oblitus timorem Domini, & sanctã Scripturam, quæ dicit,* Pecuniam suam non dedit ad vsurã, *post hanc cognitionẽ magni consilij fœnerauerit, aut centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæsierit, aut per diuersas species vini, vel frugis, vel cuiuslibet rei, vendendo, emendo, aliqua incrementa susceperit, de gradu suo deiectus alienus habeatur à Clero.* quod sumptum est ex consilio Martini Papæ, seu ex capitulis eius in Bracharensi concilio, c. 62. Eadem & decisa in concilio Niceno, c.17. in Aquisgranensi, c.40. relatum, & in cap.8. quoniam, 14.q.4. in c.2. quoniam multi, 47. dist. vbi si quis, inquiunt, post hanc definitionem inuẽtus fuerit vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio lucra sectari, vel etiam species frumẽtorum ad sescuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deiiciatur à Clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu. In Concilio quoq; Elibertino, c.20. & cap.5 si quis Clericorum 47. distinct. *Si quis Clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere,* id est excõmunicari: nam apud Cyprianum, & alios, abstentus pro excommunicato. Quæ omnia intelligenda sunt seruato ordine iudiciali: neque enim statim ab officio, ordine, aut beneficio, vsurarius Clericus deponendus, nisi sit inemendabilis. Et ideò admonitus potest vitare pœnam depositionis Clericus, si se emendauerit, vt colligitur ex alternatiua adiecta in canone 43. Apostolorum, & c. Episcopus 47 dist. ibi Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vsuras à debitoribus exigens *aut desinat, aut certè deponatur* Sic in c. Clerici 14. quæst 4 Clerici in quocunque gradu sint positi, si ab indignis quæstibus cessare noluerint, mox à Clericalibus officiis abstinere cogantur. Et ibi glossa ad verbum *cessare.* Non ergo, inquit, statim deponendus est propter vsuras Clericus cap. 47. dist. Perpendenda etiam sunt verba §. final. cap. 1. huius tit. Ibi *Si detestandu vsurarum lucro insistat, Ecclesiastici officij periculum patiatur.* Insistit enim, qui non desistit. Sic & loquitur Hostiensis in summa de vsur. §. fina. vers. *alia à iudic.* Vsurarius, inquit, Clericus, ab officio, & beneficio suspenditur: & si nec adhuc desistat, degradandus est. vt in d. c. 1. & 14. q 4 cap. canonum, cap. quoniam, c si quis oblitus. Itaque si Clericus desistat à crimine vsurarum, degradationis pœnam euadit. Consentit & Gofredus Seruandus itaque ordo, vt moneatur desistere: deinde si monitus non desistat, suspendendus ab officio, & beneficio c præterea, 7. hoc tit. de vsur. Per quantum autem tempus sit suspendendus, ius non ponit, ideò arbitrio Iudicis relinquendum erit.

2 Et si rursum parere contemnat, contumax deiiciendus, & degradandus verbo, & facto post exauctorationem, Iudici seculari forsan quoque tradendus, iuxta c. at si Clerici, 4 iunctis, 1. & fin. de iudic. lib. 2. tit. 1. ca. nouimus, de verb. signific.

Nemo ne si tueretur peccatum non esse vsuras accipere, quia in eum tanquam in hæreticum suspectum procedi posset in Clemen vnica, § fin. de hæreticis, posset etque defendi, quòd de facto exauctoratus, seu realiter degradatus posset dari curiæ sæculari. Contrarium tamen veriùs puto, si non esset in eo errore, sed ex cupiditate lucri incorrigibilis esset in vsuris accipiendis. Nam verbo deponi posset, non tamen remittendus realiter degradatus ad curiam secularem, per d c at si Clerici, §. fin. de iudic quia non omnis depositus statim mittendus est curiæ seculari puniendus cùm satis punitus sit. d ca. at si Clerici, § fin. Neque Clericus depositus, nisi traditus, efficitur de curia seculari, vt ab ea puniri etiam possit, vt defendit meritò Bernardinus Diaz, in practica canonum, cap. 28. in fine, contra nimiùm generalem decisionem Archidiaconi, ad cap. Presbyteri, in 2. sic incip. 5. q. 6. Neque etiam exprimitur id iure, resolutióque contraria est generalis, ne etiam Clericus propter enormia crimina tradatur curiæ sæculari, præterquam in casibus à iure expressis. Bernardinus Diaz d. lib c. 131. cum similibus ibi citatis capitibus.

3 Quòd si nondũ Clericus obtinuerit beneficiũ, aut officium, ex eo capite, quòd vsurarius dicetur, & probabi-

tur electio eius ad officium, aut beneficium reiicitur. Et si obijciatur electo, quòd talis sit, suspēditur electio, donec per inquisitionem factā appareat non esse vel esse talē, cap de Petro, 47. dist. Quemadmodum in c. inter dilectos, 11. de excessib. Prælator. lib. 5. tit. 31. irritatur collatio successoriæ Ecclesiæ Pictauiēsis facta cuidā Petro manifesto vsurario, qui solitus erat pro vndecim denariis mutuatis [illegible] accipere duodecim Statutum & in cōcilio Carthaginensi, 4. c. 67. & in cap. 8 seditionarios, 46. dist. *Seditionarios statuimus nunquam ordinandos Clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vltores.*

Neque in hac reiectione, aut prohibitione, ne eligantur, aut promoueantur ad Clericatum, vel ad Sacerdotium vsurarij, exigeremus illam admonitionem, vt desistant, & ita promoueatur, quemadmodum in depositione promotorum requirimus, sed sufficit tantùm probationem fieri, quòd electus, vel eligendus sit vsurarius: quia facilius quis impeditur ascendere ad dignitatem, quàm depo[illegible] ab eadem. Et facilior institutio beneficiati, & ordinati, quàm destitutio. Ah vno eodémque collatore, ex arbitrio eius potest quis institui, aut ordinari. At ab vno solo non potest deponi, c. inter corporalia, 2. de translatione Episcopi, li 1. tit. 7

Et multa facta tenent, quæ si facienda essent, non fierent, [illegible] furioso, de his, qui sunt sui vel alieni iuris, c. neque furiosus, 41. quæst 2 cap ad Apostolicam, 16 de reg. iuris lib 3. tit 3. ca. nos noulmus, 1. 7. qu. 1. cap. si vit, 27. distin. cum simil.

4 Dispensat tamen Episcopus circa beneficium cum illo, qui se correxerit. Panormit. ad ca inter dilectos, de excessib. Prælator. citat eundem Bernardus Diaz, to practica canonum, c. 82. Videtur textus in c. at si Clerici, 5. final. de iudiciis.

5 Ratio illius pœnæ depositionis, & suspensionis, & prohibitionis promotionis ad Clericatū, vel beneficiū, pet. da est ex 2. pœna sequēte, quòd infames sint vsurarij, & infamibus portæ dignitatum nō patent nec hon[illegible], c. infamibus, de reg. iur. in sex. lib. 1. de infamibus, lib. 10. Cod. tit. 57 l. 1. de his qui non impletis sti[illegible] ædiis sacramēto soluti sunt, lib. 10. C. tit. 54 l. neque famosis, de dignitatibus libr. 12. C. Et hac ratione in hac specie vsurariorum vtitur e inter dilectos, 11. de excessib. prælat.

## CAPVT II.

## De secunda pœna vsurarij manifesti, vt sit infamis.

1 *Pœna secunda vsurarij manifesti, infamia.*
2 *Quia fures, & raptores, tales sunt*
3 *Vnde colligitur, ea, quæ sequuntur infames, ad vsurarios manifestos pertinere, quæ ponuntur.*

1 Secunda igitur pœna est, quod manifesti vsurarij sunt infames, viles, & indignæ personæ: sicuti dicitur in ratione cap. inter dilectos, 11. de excessibus Prælat. lib. 5. ti. 31. Per quē textum probat Panorm. esse infames. Facit & l. improbum fœnos, 20. ex quibus causis infamia irrogetur, lib 2. Cod. tit. 2 *vbi improbum fœnus exercentes sunt infames.* Et vt notat ibi glossa finalis, infames ipso iure, quia aliàs ex cōditione vsurarū nō nasceretur infamia, quòd cōdictio indebiti nō infamet. l. cessat, de action. & oblig. ff. Omne autē fœnus iure hoc Pontificio, & Christiano improbū est, vt antè docuimus. Et proinde omnes vsurarij sūt infames, facit c. infames, §. porrò, 3. q. 7. vbi ipso facto exercitióq; vsurarum sine declaratione Iudicis dicuntur infames vsurarij, & ea vsuris vsuras capientes. Et maximè erunt Clerici infames, qui non possunt etiā excusatione vti permissionis Principis sæcularis cum eius fori non sint, & negotiationibus se immiscere non debeant, tit. ne Clerici, vel Monachi sæcularib. negotiis se immisceant, c. canonum statutis, 14. q. 4.

Notabile est, quòd hac infamia notātur etiam illi, qui exercent vsuras vltra modum à iure ciuili permissum, non obstantibus dictis per glossam in dict. l. improbum, Cod. ex quibus causis infamia irrogetur. Contra quam concludunt omnes communiter Doctores, vt ait Salicetus, ad dict. l. improbum, num. 12. Geminianus concil. 77. num. 5. Iulius Clarus, lib. 5. sententiar iuris, §. vsura, num. 16. Vbi & ideò infert talem non posse esse idoneum testem etiam in causa ciuili, etsi supra permissas vsuras non exegerit, tanquam infamem Rationem ergo afferri posse puto, ex eo, quòd, vt antea dictum omne fœnus inter Christianos est improbum, & quòd Principes, imò ipse summus Pontifex, non possint approbare fœnus tanquam non peccatum remanente vsura cap. super eo, hoc tit. cap. 1. cod. in sex. Et quòd, vt etiam docuimus, illa permissio sit potiùs in fauorem debitorum non cessante odio creditorum, quibus permissio non est approbatio, cap hac ratione, 31. qu. 1. ideò sequitur eos infamia, vt quos præceptum Dei non potest ad charitatem reuocare, saltem infamia confundat, & resipiscere compellat, sicut dicitur de sententia excommunicationis, cap. 1. de excepti. in sex Imò & qui desiit fœnerari, dicitur vsurarius, & postea hac notari infamia, vt latiùs Deo fauente posteà, etiamsi emendatus fuerit, & post peractam pœnitentiam.

Sunt infames qui ea perpetrant de quibus Apostolus ait, *Quoniā qui talia agunt regnum Dei non consequentur.* ad Gal. 5. & de quibus ad Corint. c. 5. cum huiusmodi hominibus non cibū sumendū, donec eis in honestate subuentum fuerit. c. 3 illi qui ista peccata, 6. q. 1. Tales autem sunt vsurarij manifesti: nā illis pœna æterna est statuta, Ezech. c. 18. Psal. 14 cum similibus, Ergo sunt infames.

Accedit cap. 17. infames esse, 6. q. 1. Infames, inquit, eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes, qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt.

2 Et posteà ibidem exēpla eorum ponuntur, inter alia raptorum, & furum, quorum appellatione cōtinentur vsurarij, qui sunt fures manifesti, vt ait Cato, l. 1. de re rustic. c. 1. & rapinam exercente, c. 10 si quis vsuram, 14 q. 4.

Ponuntur & inter infames in dicto c. infames anathematizati, & tales sunt etiam seu excommunicati, quae vsurarij vt dicemus posteà, ideò & illi infames.

Ex qua pœna sequuntur plura notabiles consequentiæ contra vsurarios, quæ inferuntur contra reliquos improbos infames.

3 Primò quòd illis præcludatur, vt omnibus infamiquas [illegible] ad honores, & dignitates, vt in prima pœna diximus, & subm[illegible] gerendis, illi negotii[illegible] prohibentur infamibus, in c. infames 3 q 7 vt à post[illegible] ibi citatis. l. 1. de postulan ff. à testimonio, l. 3 de test[illegible] ff. & in cap. testimonium, 54. de testibus. & [illegible] Par[illegible] tan. & Ioannes Andræas. ab accusatione vt in capit inquisitionis, §. penultim de accusat. à promotione ordinum. capit. omnipotens Deus, de accusat. capit [illegible] Daniel, 81. distin. quia & promotus suspendatur, vt in aliis criminibus infamantibus suspenditur infamis ab executione, in cap. fin de postulat. prælator. cap. super eo, de electio. c. nisi cum pridem, de renunciat. Sic de similib. effectis ab infamia, inter quos & [illegible] ad singulare, quod notat Bartha ad l. improbum. ex quib. caus infamia irrog. Cod. per illā legē, in facto fuisse determinatū, quòd si frater meus instituerit vsurarium [illegible] pos[illegible] testamentum eius rumpere per querelam inofficiosi testamenti, iuxta l. fratres, 27. de inofficioso testam. l. 3. C. titu 28. & ad eadem, l. improbum, notauit Baldus, quod dixi, vsurarium ita infamem esse, vt etiam post restitutionem vsurarum, adhuc & post peractam pœnitentiam sit infamis ad testimonia, & dignitates, & id præci[illegible] memoria, vt singulare, tenendum. Quod certè debet [illegible] ad comprimendos vsurarios.

CAPVT

## CAPVT III.

### De tertia pœna excommunicationis. Explicatúrque postrema pars c. præterea, 7. de Vsuris.

1 *Tertia pœna vsurariorum manifestorum, excommunicatio.*
2 *A qua debet incipere condemnationem iudex, & quare.*
3 *Hæc tamen non posset statui contra vniuersitatem, vel ciuitatem fœnerantem & quare.*
5 *Et hic pœna iure ipso inflicta quidem, sed declarantur vsurarij per iudicem illam incurrisse.*

1 Tertia pœna vsurariorum, siue Clericorum, siue Laicorum, communis etiam eis, qui vsurarios fouent, & sustinent in suis ditionibus, & ciuitatibus, est excommunicatio, nisi restituant vsuras, c. præterea, 7 hoc tit. Si nolint desistere ab vsuris, & restitutionem facere acceptarum, c. minusti, 14 quæst 4. c. 1. de vsuris. in sex. facit c. debitores. 1. & seq. de iureiur e. 2 de vita, & honesta. cleri. Requirit tamen capiut tua nos, 12. de vsuris, monitionem præcedentem, ibi, *monitione præmissa*, quando agitur de restituendis vsuris solutis propter iuramentum extortum, vt etiam regulare est, monitionem debitam præcedere debere excommunicationem, c. sacro 48. de sent excommunicat. c. statuimus, 3. eodem tit. in sex. Hodie tamen sunt excommunicati manifesti vsurarij ipso facto, & qui sepeliũt manifestos vsurarios, Clemen. prima, de vsuris. Quin & sententia lata non seruato ordine admonitionis, etsi iniusta sit ratione ordinis tenet tamen, nisi in casu c. 3. de sent excomm. in sex in vitãdo excommunicato. Nam tunc exigitur monitio, & denunciatio vitandi, vide in concord. Gul de excom. nõ vitan. Et notat glossa ad dict. c. sacro, ad verba *iusta fuerit*. & addit tribus modis sententiam excommunicationis iniustam dici posse, ex causa, ex animo, ex ordine, de quibus in e. Episcopus, 65. §. si ergo. 11. quæst. 3. At monitio debita quæ præcedere debet, trina est. c. contingit interdum 45 ibi: *Si tertio à te commoniti se ipsos noluerint emendare*, &c. de sententia excommu. lib. tit. 39. cum simil. ibi à glo. Lcitatis, ad ver *tertio*. & in c. de illicita 24. q 3.

2 Suadet autem Panor. ad c. præterea, inter pœnas plures, quæ in vsurarios latæ sunt, cùm inter multiplices detur electio iudici, quã imponere velit, c. quoniã frequenter, vt lite non contestata, ab hac incipere excommunicatione. Primùm, quia magis timetur ob ea. quæ ex excõmunicatione sequũtur, c. 1. de except. in 6. Secũdò, quia aliæ pœnæ, de quibus postea, infliguntur post mortẽ vsurarij, veluti sepulturæ priuatio, testamẽti reprobatio, & similes. Et melius est in tempore vitæ periculo, dãnationis æternæ occurrere, quàm post inflictum vulnus remedium quærere, in l. fin. in nuib. cauf. in integrum restitutio nõ est necessaria. Et cùm periculũ immineat post mortem, quamuis postea fiat restitutio vsurarum ne anima mea iam iudicium acceperit, adhibenda est medicinalis excommunicatio in vita, quæ cogit resipiscere, & pœnitere eos, qui sanabiles sũt, c 1 de sẽtent excommun. in sext. cùm etiam dubitetur, si in tempus mortis deferatur satisfactio, sitne ressentia Deo accepta, an non, quamuis enim non sit desperandum de salute eorum, qui in illud postremum tempus reiectuant resipiscentiã, tamen non audent sacri patres asserere de salute eorũ, qui negligenter tempore vitæ agẽtes ad illum articulũ, quo peccata nos deserunt verius, quàm nos illa derelinquamus, pœnitentiam distulerunt, c. a. 5 item si de pœnitentia, dist. 7. c. ad audientiam, de homicidio. Et in dubiis, tutius est sequendum c. iuuenis, de sponsalib. cum simil.

3 Hæc tamen pœna non posset inferri contra vniuersitatem vsuras exercentem, vel authorantẽ, quia vniuersitas excommunicari non potest, c. Romana, §. fin. de sententia excommunicationis, in sexto c. ii habes, 14. quæst. 3. Addit rationem Panormitanus ad cap. dilectus filius, 30. n. 12. de simonia: quod excommunicatio requirat verum corpus, & animam baptizati, & verum, & propriũ delictum excõmunicandi, c. omnis Christianus, 11. quæst. 3. ea audi denique, eodem, quia sequeretur alioquin absurdum, vt nati ex excommunicatis, & subrogati in locum delinquentium, seu vniuersitatis, etiam non delinquentes tenerentur innodati excommunicatione, vt notat glossa ad canonem, sicut vir, ad verbum, *adulterata*, 7. q. 1. Qui enim succedunt in locum de mortuorum ex vniuersitate, aut populo, nõ mutant populum. Nam idem populus est cum eo, qui antea fuit, quamuis singulares personæ non fuerint mortuæ, & aliæ subrogatæ, l. proponebatur, de iud. ff. Nihilominus tamen verum erit, quod tradit Panormitanus ad c. dilectæ, 10 n. 2. de except. & Ibi Fellinos per illum textum, in verbis, *in easdem*, quod ex causa potest ferri sententia excommunicationis in singulos de vniuersitate, & collegio: veluti in cap. dilectæ: Moniales fuerunt excõmunicatæ. Et sic etiam verum est ex delicto vnius, vel plurium non posse excommunicari vniuersitatem: Si tamen ferretur ea sententia de facto, timenda esset, vt notat Florianus ad l vsufructuarius venari, de vsufruct. ff. Consentit gl ad c. Romana, §. in vniuersitatem, ad verbum *irretiri*, de senten. excon. m. in sex.

Frequentior tamen est sententia interdictionis contra ciuitates & vniuersitatem loco excommunicationis, cuius affectus ferè æqualis vt in capit. præsenti, 10. & ibi gloss. de sententia excommunicationis, & in cap. non est vobis. ss. de sponsalibus.

4 Hic notandum etiam, sententiam excommunicationis prolatam à Iudice in vsurarium, non tam esse nouam, quàm declarationem excommunicationis, si quidem verum sit, quod ait Panormitanus ad c cum tu, nu. 4. de vsuris, manifestos vsurarios pœnas eis impositas incurrere ipso iure, vt infamia inflicta tradit glossa 1. ad l. improbum, Cod. ex quibus causis infamia irrogetur, ca. infames, §. porrò, 3. quæst. 7.

## CAPVT IV.

### *De quibusdam aliis pœnis inflictis per Concilium Lateranense vsurariis manifestis.*

### Explicatio c. quia in omnibus, 3. de Vsuris.

1 *Vsurarij à communione altaris repelluntur pro quarta pœna.*
2 *Neque ad confessionem Sacramentalem admittuntur, pro quinta.*
3 *Et pro sexta, si in hoc peccato decesserint, carent sepultura Ecclesiastica, ibi exemplum vnius ij ectri sepulti vsurarij.*
4 *Quia cum non potuerint communicare cum vivis neque etiam possunt cum mortuis.*
5 *It in alia ratione, quia vivis ingressus Ecclesiæ interdictus est.*
6 *Atque 3. quia mortuus manifestè in peccato mortali sepultura denegatur.*
7 *Pro septima pœna, ne oblationes vsurariorum manifestorum ab Ecclesia recipiantur.*
8 *Quia nec recipiuntur oblationes opprimentium pauperes Item vt inducantur ad satisfaciendum, & 3 quod hostia impiorum sint abominabiles coram Deo.*
9 *Ratio, quare potius eleemosynas vsurarius possit facere pauperibus, quam oblationes Ecclesiæ.*
10 *Datur ratio, cur puniantur recipientes oblationes, & sepelientes vsurarium, & defensores, & protectores eorum.*
11 *Sed num alij, quam sepultura dantes, nempe concomitantes funus, & Clerici, & Ceroferarij, &c. sint participes pœnæ.*
12 *Locantes domos vsurariis, & non expellentes puniuntur.*

1 Quarta pœna ex Concilio Lateranensi contra frequentes vsurarios, quæ pendet à præcedente, ne ad communionem admittatur altaris, c. quia in omnib. 3. de vsur. Etenim vis excommunicationis est, vt separet à

communione Christianorum & sacramentorũ:ca.sogo, 25 c.cum excommunicato,18 & seq.audi,at. c.à nobis in 2.c.si verè, 11.q.3.vt rubore suffusi ad humilitatis gratiam & reconciliationis effectum faciliùs delinquentes,ita ab actibus communibus Christianorum separati inclinentus,c.1. de exceptio. In sex. nemo enim excommunicatis cõmunicare debet,c. nulli, & ibi Panor.de sent. excõm. c.Engeltrudã,3 q.4.c.illud.de clerico. excomm. ministr. c.sicut,2.q.7. quod in te,de pœniten. & remissio. similis propemodum excommunicatus,quibus aqua,& Igni interdictum erat, de quibus Iuuenalis Satyra 4.

*----Vltimus autem*

*Ærumna cumulus,quòd nudum,& frustra rogantem*

*Nemo cibo,nemo hospitio,tectóque iuuabit.*

Quod plenius docuimus lib.31.Syntagma.iuris,c.8.

Ita in canonibus Nicephori Confessoris,libro 2. iuris Orientalis bonæ fidei,vsuram accipientibus non sunt elargienda sacramenta; nec cum perseuerantibus in illis sumendus cibus.

2 Quare & rectè huic alia quinta pœna annexa, ne ad confessionem admittantur vsurarij, neque à peccatis absoluantur ante restitutionem,c.2.§. nullus manifestorum,de vsur.in sext.vbi glossa ait,nec posse absolui ab aliis peccatis,cap.legatur,24.q.2 quòd patet ex eo, quòd non debeat admitti ad confessionem,vti non potest absolui,qui perseuerare vult in errore.

3 Sexta pœna,ex eodem concilio Lateranensi,vt qui In hoc peccato decesserint, Christianam non recipiant sepulturam: & qui Christianæ sepulturæ tradiderint, donec ad arbitrium Episcopi satisfaciant,ab officij sui maneant executione suspensi;dicto ca.quia In omnibus, 3. de vsur.atque in c.1.de sepultur.in Clemen. lib 3. tit.7. qui manifestos vsurarios scienter sepelire præsumunt, declarantur ipso facto excommunicationis sententiæ subiici,à qua nullatenus absoluantur nisi priùs ad arbitrium Diœcesani Episcopi, eis, quibus per vsuras fuerit iniuria irrogata,satisfactionem exhibuerint competentem,nullo modo eis circa pręmissa,exemptione vel quouis alio priuilegio sub quacunque forma verborum concesso,aliqualiter suffragante. Et in c.1.de vsur.in sex.non possunt Ecclesiasticæ sepulturæ tradi vsurarij, etsi mandauerint testamento restitui vsuras,donec ipso facto,vel reipsa restitutæ sint, vel cautum idoneè de restituendis fuerit,atque omnes Religiosi, & alij qui manifestos vsurarios contra prædictam constitutionem sine restitutione ausi fuerint admittere ad Ecclesiasticam sepulturam,subiiciuntur pœnis, quas Concilium Lateranense contra vsurarios publicauit.

Narrat Vincentius in speculo morali,libr. 3. quosdam Monachos quendam vsurarium sepelinisse in sua Ecclesia,qui singulis noctibus videbatur surgere de tumulo,& cum candelis verberabat Monachos,dicens,Isti Dei inimici, salutem, quam mihi promittebant, conferre non possunt,& pecuniam meam habuerunt. Quod cùm sæpe fecisset,eum adiurarunt,vt quiesceret.Qui respondit, Quiescere nolo,quandiu inter sancta sum,Et Ideo sepulchro effosso, corpus eius extra Ecclesiam eiectum fuit. Refertur etiam in sermone de animalibus,qui est num. 104.in opere sermonum,quod dicitur,*biga salutis*, Atque glossa ad cap.2.ad verbum,*absoluat*,de vsur.in sex.ait nec Religiosos posse absoluere huiusmodi vsurarios,sine restitutione,etiam ab aliis peccatis, & eos cauere debere sibi,qui plùs de pręda,quàm de anima sunt solliciti. Ratio:quia qui in vno peccat,factus est omnium reus,c.deflect.de reg iur.apud Gregorium.

4 Ratio istius pœnæ erit prior:quia cũ dixerimus ipsos vsurarios esse excõmunicatos, consequentia est non esse sepeliendos.Nõ enim sepeliri debẽt mortui excommunicati;& si de facto fuerint sepulti in loco cõsecrato, vel in cœmeterio,sunt exhumandi, & abiiciẽdi: & Ecclesia reconcilianda à pollutione Deo,c.consuluisti, de consecrat.Ecclesiæ, vel altar.cum quibus viuentibus nõ communicamus, nõ debemus communicare etiam mortuis ca.sacris,12.de sepultur.cap.1.& seq.24.quæst.1.Nisi mortui,dum viuerent,reconciliationem petierint.vel per illus non steterit, quominùs reconciliati sint: quia tunc absolui possunt etiam post mortem,cap.à nobis,de sentent.excommuca.cap qui recedunt,26.quæst.6.& legitur quidem Christum mortuos suscitasse, sed non mortuos absoluisse,c.2.legatur,24.q.2.

5 Secunda ratio quòd excommunicatis ingressus Ecclesiæ interdicitur,& si ingressi sint coguntur exire,cap. quod in te.11.de pœniten.& remiss.lib.5.tit.38.

Extra Ecclesiam ponitur,& ita datur Sathanæ, qui excommunicatur maiori excommunicatione,cap audi.denique,21.& cap.31.omnis Christianus,11.quæst.3.ca. Engeltrudam,3.q.4.si modo iusta de causa excõmunicetur, non aliter:quia excõmunicatio tunc potiùs nocet excõmunicanti, quàm excommunicato,c.1.§.fi.& c.24.q.3.

Ergo mortui ab eodem ingressu meritò arcẽtur vsurarij,quia excommunicati sunt,argumento sumpto à simili:quod enim licet nobis viuentibus,multò magis licere debet morituris,§.fi.de leg.Fusia Caninia tollend. lib. 1. inst.ti.7.& contrà, quæ non licẽt viuentibus,nõ debent licere morientibus:& valet argumentũ à contrario sensu,l.1.§.huius rei,de offic.eius cui man.est iuris ff.quando ex illo non sequitur absurdus Intellectus,l.conuenticula,C.de sacrosanct Eccles.qualis hic nõ inuenitur,quoniam desideria morientium ex arbitrio viuentium non sine iusta ratione colligimus,vt ait Iustin. In l. quoniam desideria,4.de naturalib.liber.lib.5.C tit.27.

Tertia ratio,quia mortuis manifestè in peccato mortali denegatur, & prohibetur sepultura Ecclesiastica In cœmeterio,vel Ecclesia.cap.pro obeuntib.13.quę.2.cap. placuit,23.q 5.c.Cyprianus,21.q.3.cap. Monachi, de statu regularium,cum similibus vt cap.1.& 2. de fœneramentis,c.2.de raptorib.Qui autem vsurarius moritur,dicitur mori in peccato mortali,cap.1.cùm tu.5.cap.in ciuitate, hoc tit.Theol.in 4.Sentent.dist.15.interpretes ad c. quoniam multi,47.dist.c.super eo,hoc tit. de vsur Cl.r. .fi. eo tit.Ezechiel.c.18.Psalmo 14 cum similib. Et proin e Panor ad c.3.nu. 4.istius tituli,addit non sufficere pro sepultura impetranda vsurij mortui, si hæres velit pro vsuris acceptis satisfacere, nisi defunctus ipsemet iusserit solui,vel cauerit de restituendo:nam alioquin in peccato mortali decessisse dicitur,& non est sepeliendus; quẽadmodũ nemo qui rapuit, moriens si habet vnde satisfaciat. & non vult restituere,saluandus est, c. nemo, 14. quæst.5 Nec peccatum dimittitur, nisi restituatur oblatum,ca.peccatum,de regu. iur.in sexto. Neque sufficere solam restitutionem, sed accedere quoque debere pœnitentiam,notauit gloss.ad Cle.vni.§.fi ad verba, *non tolle peccatum*,de vsur.in sext.Sicuti qui obligati sunt ex furto, & rapina,post restitutionem, tenentur quoque vt ea fit illis salutaris,pœnitere,c fi.de fur.c.sicut dignum, §.eos, de homici.c 2.de raptorib.c. si quis demum,de iniuriis, fuit statutum in cap.2.de vsuris,in sext.vt quanquam vsurarij manifesti,de vsuris, quas receperint, satisfieri expressa quantitate, vel indistinctè, in vltima voluntate mandauerint; nihilominus tamen eis Ecclesiastica sepultura denegetur,donec de vsuris ipsis fuerit prout patiuntur facultates eorum plenariè satisfactum,vel secundùm formam eius decisionis fuerit idoneè cautum. Duo ita requiruntur, vt sepeliatur, nempe quòd mandet satisfieri,& contritus admittatur ad recipiendam pœnitentiam:& vt re ipsa restituantur vsuræ, vel idoneè caueatur de restitutione:poterit etiam dici non decessisse in peccato, qui non mandauit expressè restitui vsuras,si aliàs de mortui contritione ante ereptam vocem, vel confessionem appareat,iuxta cap.à nobis,in 2. sic incip. de sententia excommun. cap. qui recedunt, 26. q. 6. vide & Panor.ad ca.in literis,numero 3. & seq. de raptor. vbi & notatur cum additionibus,quòd quamuis non sepellatus,qui mãdauerit solui vsuras sine restitutione,vel

idonea cautione de restituendo, nihilominus possit absolui pœnitēs à peccato in articulo mortis à Sacerdote eū simplici promissione de restituēdo: quod & pleniùs notatur in c. 2. de vsur. quia sepultura externa non est de substantia salutis: sed denegatur ad terrorē aliorum absolutū etiā reo non satisfaciente. c. a. de rapto. glo. ad ca. parochiano, ad verb. *denegari*, de sepult. Vario quidē modo sepultura inhibetur, vt notat gloss. ad Cle. 1. ad verb. *sepelire*, de sepul. Hic Ecclesiastica sepultura accipitur, & ratione loci consecrati, & ratione officij Ecclesiastici: nā vtrumq; ei adimitur, cui denegatur, id est, nō deducitur cum Psalmis ad sepulturā, seu locum sepulturæ, neq; in loco cōsecrato, seu in Ecclesia sepelitur, neq. pro illo cōmemoratio fit in officio diuino, aut oblatio. c. placuit, 12. dicta 13. q. 5. eudēmq. iure priuatur sepultura cœmeterij, quo Ecclesiæ, quia gaudet cœmeterium eadē immunitate, qua Ecclesia, c. si quis cōrumea, 20. & seq. 17. q. 4. c. 1. 13. q. 1. atq. cœmeteria, in quib. excommunicatorum corpora sepeliri cōtingit, reconcilianda erunt aspersione aquæ solenniter benedictæ, sicut in dedicationib. Ecclesiarum fieri consueuit, c. cōsuluisti, 7. de consecratio. Eccles. vel altar. li. 3. tit. 41. Poterunt sepeliri vsurarij alibi, ne inficiant, aut corrumpant aerem: sed sepultura asinina, non Christiana, in biuio, vel triuio, vel in agro profano, iuxta dictum Ierem. cap. 22. 19. Docuimus autem alibi in Syntagmate li. 33 c. 3. n. 32. inter pœnas, eásq. graues poni, priuari sepultura. Cōmuniter nunc cœmeterium, pro terra cōsecrata ad tumulandos sepultura Ecclesiastica vsurpatur, & aliquando additur cœmeteriū Ecclesiasticū, vt in c. sacris 12. de sepult. quo loco vitāda glossa, cùm ait cœmeterium dici, à *cemen* Græcè, quod est aurum Latinè, & *teron*, quod est terra, inde cœmeteriū, terra aurea, quia sit cæteris pretiosior: quod falsum est, quia dicitur cœmeteriū, id est dormitoriū, à ver. Græco *κοιμάω* quod est sopio: ibi enim mortui quiescunt vsq. ad resurrectionem, sicut Christus de Lazaro dicebat, quod dormiebat, cùm mortuus esset, D. Ioan. c. 11. vers. 11. & alibi, dormire pro mori, Deut. 31. vers. 16. 3. Regum c. 11. vers. 21. & 43. & sæpè alibi.

7 Septima pœna, ne oblationes vsurariorū recipiātur ab Ecclesia, sed reiiciantur, ex concilio Lateranēsi, in d. c. quia in omnibus 3. de vsu. vbi & pœna personarum Ecclesiasticarū recipientium, vt restituāt accepta, & pœniteāt, donec satisfecerint Episc. nēpe qui ea cōsideratione circunstantiarum negotij, & personarum, tēpus pœnitēdi, & suspensionis moderetur: vt in aliis, quę arbitrio iudicis relinquuntur, l. respiciendum de pœnis, ff. cùcut dignom, de homic. multa enim relinquuntur Iudicū potestati determinanda in iodiuidno, quæ legibus non possunt ex generali, quæ in illis poouitur, prouisione determinari, l. non possunt, & l nam vt ait Pædius, de legib. ff.

8 Ratio, quòd dona eorom, qoi pauperes opprimunt, nō debēt recipi à Sacerdotibus, c. oblationes, 90. dist. Alia: quia raptorum oblationes reiiciūtur ab Ecclesia, donec satisfecerint, c. miror. 17. q. 4. c. de viro nefando Burgundo, 12. q. 2. raptori autem vsurarius æquiparatur, c. si quis vsuram, c. quid dicam, c. vltimo, ver. fine ferro 14. qu. 4. Tertia: quòd hostię impiorum sint abominabiles corā Deo, Prouerb. 21. Et quicquid ea scelere quæsitum ei offertur, nō placat eius itam, sed irritat. Et qui offert sacrificium de substantia pauperis, idem facit, ac si victimet filium in conspectu patris, Eccles. 34. & Prouerb. 1. Sic nō est putanda eleemosyna, si pauperibus dispenserur, quod ex illicitis rebus acquiritur, c. nō est putanda, 1. q. 1. c. scriptum, c. eleemosyna, 14. q 5.

Rursum de propriis, non de alienis dicitur oblatio, c. caosa, de verbor. significa.

9 Verumtamen annotat Panor. ad c. 3. de vsut. no. 6. vsurarium posse eleemosynam facere non tamē oblationes. Quia, inquit, oblatio suā natura oublicè fit, eleemosyna secretò, qood habet rationē: obligationes enim publicè reiiciantur ab Ecclesia, ne per illatā acceptionem, authorare vsurariam, & rapinā videatur: & puto istas eleemosynas accipi debere, si fiant aliis paupetib., quàm Ecclesiasticis personis: quia c. 2. de raptoribus, prohibet nominatim Clericis & Presbyteris, raptoribus manifestis in vita, vel in morte pœnitentias dare, aut sepulturæ interesse, vt eorum eleemosynas accipere, sub damno ordinis irrecuperabili, & priuatione Ecclesiastici beneficij, & vt reiectur, & excommunicatus erubescat & resipiscat, confusus. Proinde non repugnat, quod dicitur D. Lucæ ca. 16. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*: & quod dixit D. Augustinus, serm. 35. *Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum*, cap. qui habetis, 14. qu 5. Siquidem in primis, ibi agitur de eleemosynis, quæ differunt ab oblationibus Deinde in dict. cap. qui habetis, illud, *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*, explicatur, non de raptis, quę quis restituere cogitur dominis sed de nimium sollicitè, anxiè, & malè aliter quæsitis, & conseruatis: illúdq. dicitur de malo bonum facere, secundum caplic. D. August. vt iterum de malo bonum facit, qui restituit, à quibus accepit, si potest, si supersint, aut hæredibus eorum: si verò hi non supersint, paupetibus, cap. cùm tu manifestos, d vsuris.

10 Cur autem puniantur ita sepelientes, & recipiētes oblationes ab vsurariis ea authoritate Lateranensis cōcilij quanquā ipsi non sint vsurarij, ratio est, quòd ij participes sceleris, & fautores videantur, & socij absoluendo, sepeliendo, vel permittendo: atq. vulgatum est, agentes, & consentientes pari pœna puoiendos, l. iubemus. §. œconomus. & ibi gloss. de sacrosan E cles. C. ca notum, a. qu. 1. canon. facientes: 86. distinct. c. 1. de offic. de lega. ca. omnes, 17. qu. 4. Sic credentes defensores, receptatores, fautores hæreticorum, filij, nepotē ve eorum priuantur officiis, & dignitatib. Ecclesiasticis, pari pœna cum hæreticis, cap. vt commissi, 12. de hæreticis in sex. c 2. eod. vbi cautum, quicumque hæreticos credentes, receptatores, defensores, fautores scienter præsumpserit Ecclesiastica sepultura donare, vsque ad satisfactionem idoeam excommunicatione innodantur, nec absoluēdi sunt, nisi propriis manibus eatumulent publicè, & proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, & vt locus ille perpetuò careat sepultura. Quo etiam argumento rectè vtemur ab hæreticis ad vsurarios sepelientes. Nam qui pertinaciter defendit vsuras accipere, non esse peccatum, pro hæretico habetur, & in eum tanquam in hæreticum inquiri potest, Clem. 1. §. fin. de hæretic. Et proinde qoi ita sentientibus, & vsurariis fauet, perinde habebitor, ac is, qui fauet hæreticis.

11 Cæterùm glossa ad Clem. 1 ad verb *sepelire*, de sepultu. mouet quæstionem arduam, num quia in illa decretali excommonicantur ipso facto sepelientes manifestus vsurarios, contineantur quoque, & censeantur excommunicati etiam portantes ad sepulturam, qui non sepeliunt tamen, vt qui tumulo imponunt, num etiam ad coneomitantes, funus fodientes, fabricantes, vel aperientes sepulchrum? Num & Prælati, Clerici vel ministri Ecclesiarum, in quarum cœmeteriis sepeliuntur, si id non prohibeaot, vel patiuntur? num etiā Laici, vel Clerici, qui portant cereos, cruces, & similia? Ad quam ambiguè respondet, & primùm non contineri nisi sepeliētes, quia de illis tantùm facit mentionem, & illos punit, non autem admittentes, aut qui intersunt, aut qui cooperantur. Sepelite enim, est mortuum humo, vel tumulo condere. Sic primò argumentatur à nomine, cui addo, quòd in pœnalibus non fit extensio per regulam, odia, de regul. iut. in sex. sepelite, est terra sepire, & concludere quomodocunque condator. Plinius li. 7. c. de sepultura, Vlp. l. locum de regul. & sump. fun. ff.

Secundò. æquitas ita suadere videtur, ne ex vnius funere multitudo ligetur.

Tertiò: qoòd constet, si non sequeretur sepelitio, portantes, concomitantes, fabricantes tumulum non esse excommunicatos.

12 Quamobrē in c.1.de vsur. in sext. prohibitum est in cōcilio Lugdunēsi, ne collegium, aut alia vniuersitas, vel singularis persona cuiuscunq; sit dignitatis, vel status, alienigenas, vel alios nō oriundos, de terris ipsorum publicè pecuniā fœnebrē exercentes, aut exercere volētes, ad hoc domos in terris suis cōducere, vel cōductas habere, aut alias habitare permittāt, sed huiusmodi vsurarios manifestos intra tres mēses expellāt. Et si cōtrarium fecerint, si Ecclesiasticę personæ sunt, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, suspēsionis, minores verò personę singulares excōmunicationis, si collegiū, vel vniuersitas, Interdicti sententiā incurrāt: qui si eā sententiā sustinuerunt per mensē obdurati, extunc Ecclesiastico subiaceāt interdicto, quandiu apud eos vsurarij cōmorati fuerint. Et quanquā qui probabiliter ignorabat eum, qui locauerit, vel cōcesserit domum, vel habitationē, esse vsurariū, nō irretiatur vinculo sententiæ excōmunicationis, cùm probabilis ignorātia excuset c. si verò in 2. de sent. excōmunicat. l. si quis ignotās, locat. ff. Tamē si præsumi possit talē vsurarium esse, quia aliàs cōmisisset, & quod ad idipsum conduceret, non excusatur, cùm semel malus præsumatur malus maximè in eodem genere mali, l. si cui de accusatio. ff. l. semel malus, de reg. iur. ff.

Sic quoque qui locauit domum vsurario, ex quo sciuerit talem esse, debet eum expellere, tanquam malè in domo conuersantem, iuxta l. non aliter, de vsu, & habitatio. ff. c. propter de locato. Notant tamen glossa, Ioannes Andræas, & alij interpretes ad dictum c. 1. ad verb. *alienigenas*, de vsur. in sex. Lugdunensem illam constitutionē locū tantùm habere in alienigenis vsurariis, ne illis manifestis vsurariis liceat in locis locare domos, non autem in indigenis. Conueniunt autem vt reliquæ pœnæ, nempe c. 3 & aliorum capi. de vsuris, locum habent etiam in indigenis. Et proinde lata alia constitutio in concilio Viennensi in Cle. vnica de vsur vt quęcunque communitatum potestates, quicunq; capitanei rectores, consules, iudices, cōsiliarij, aut alij officiales, statuta fecissent, in posterum dictassent, scripsissent, de soluendis vsuris, aut iudicassent scienter, quòd solutæ, dum repetuntur, non restituantur, sententiā excommun. incurrant. In cōtrarium facit quòd illa constitutio ludibrio esset, si tantùm qui tumulo imponeret, esset excommunicatus, si vnus, inquit, solus Ribaldus, vel seruiens, per quem poterit id expediri, largiri dicatur, reliquis vsuratis pomposè, & solenniter expeditis. Quare prædicta gl. circa proposita dubia asserit requiri potiùs Principis declarationē, quàm glossantis opinionē. Ego verò puto temperamentum adhibēdum. Nā qui admittunt ad suam Ecclesiam, iā ex iurib. antiquis satis excōmunicati vidētur ex rel. se, c. 2. §. omnes de vsur. in sex. & Clem. tantum adiicit, vt ipso facto sint sepeliētes excōmunicati. 2 denegatur per concil. Later. & aliis, sepultura Eccl. vsurariis, vt diximus. Porrò Ecclesiast. non dicitur, nisi cum certis psalmis, & pōpa fiat, vt illa ordinantur, c. placuit, 23. qu. 5. Et proinde qui committantur, & Clerici in funere vsurarij, si sciant eum talem esse, iustè incidunt in canonem excōmunicationis, quanquam manib. propriis non commendent terræ. Sunt enim cooperatores. Item prohibitio, ne quis sepeliatur, continet non tantùm propriis manibus sepelientes, sed etiam, qui iubent inferre.

Item Clerici adstantes, si sciant vsurarium esse tumulandum, notantur sententiā, vt fautores, & approbatores vitij, de ignorantibus Subsisto. Sic prohibitum in ca. 2. de raptoribus personis Ecclesiasticis sepulturæ raptorum publicorum interesse. Non prætereo, quod notat Cardinalis ad d. Clem. 1. de sepult. excommunicatos esse sepelientes, quanquam mandato Prælati sepeliant manifestum vsurarium. Cuius ratio, quòd hæc pœna sit inducta à iure, & non sit in potestate inferioris, cap. cum inferior. de maior. & obed cap. aliud est fraus, de verbor. signif. ff. in fine

Alia ratio; quia nemo debet obedire superiori, quando per eius mandatum Dei lex violatur. ca. Iulianus 94. & c. Imperatores, 98. 11. q. x. Neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & qui se consociat delinquentibus, & ideò cùm bis punitur, in cap. sicut dignum, 6. §. illi etiam, de homicid.

## CAPVT V.

## De pœna restitutionis vsurarum, ad quam multis modis compelluntur vsurarij manifesti, filij, & hæredes eorum.

1 *Octaua vsurariorum pœna restitutio est vsurarum acceptarum, siue Clerici sint, siue Laici, & pro illis quoque teneantur hæredes.*

2 *Sed si plures hæredes vnius vsurarij sint, in quantum tenebuntur singuli? & respon. pro hæreditariis portionibus.*

3 *At si soluendo omnes non sunt, num vnus in solidum conueniri possit, disputatur: & vna sententia est posse, tanquam bona defuncti sint obligata pro restitutione, iure hypotheca.*

4 *Est tamen alia sententia, qua negat iure hypotheca obligari.*

5 *Media sententia adfertur.*

6 *Possessiones empta de vsuris, censentur esse pro vsuris singulari iure, cùm communi iure aliter sit in aliis.*

7 *Sed num dominium vsurarum acceptarum transferatur in accipientem.*

8 *Num dos data filia, obstricta sit restitutioni vsurarum patris.*

9 *Consultius agitur, vt & res dotales in defectum aliorum pro restitutione teneantur.*

10 *Ad leuandam pœnis æternis animam patris.*

11 *Quare existentibus bonis defuncti, altero cohæredum inope, in fauorem anima, de illis debet fieri restitutio.*

12 *Sed num cohæredes conueniantur pro restitutione vsurarum defuncti, in solidum supra vires hæreditatis, an iuxta tantùm vires, & ibi diuersa sententia referuntur.*

13 *Sed si confecerit hæres inuentarium, & plures sint repetentes quibus satisfacere ex hæreditate insolidum non possit, an poterit alterum alteri præferre: vel num debeat omnibus pro rata soluere, aut plus aut minus.*

1 OCtaua pœna, vt vsurarij teneantur ad restitutionem vsurarum acceptarum, remediis, & compulsionibus aliarum pœnarum, per priuationem communionis altaris, sepulturæ Ecclesiasticæ, per sententiā excommunicationis, & per alias similes, in cap. cùm tu manifestos, 5. de vsur. cap. 2 eod. tit. in sext.

Atque in animarum foro, sunt consentientes ad restitutionem inducendi, etiam mentales vsurarij, c. consuluit, 10. de vsuris. Sic Zachæus Lucæ cap. 19. *Si quem defraudaui, reddo quadruplum.* Scotus in 4. sentent. dist. 15. quæst. 2. Itaque regula generalis, quod vbicunque ius positiuum habens concursum legis, seu æquitatis naturalis disponit super repetitione, vel restitutione faciēda, talis lex est seruanda etiam in foro conscientiæ, vt notat Panormitan. ad cap. quia plerique, de immunitat. Ecclesiast. Quod locum habet in clericis, & Laicis, ca. præterea, 7. hoc tit.

Secundò, etiam in Iudæis, quibus interdicuntur omnia commercia Christianorum, nisi remiserint illis vsuras, cap. post miserabilem, 12. de vsuris, idem in cap. quantò amplius, 18 eod. tit.

Tertiò, vt non tantùm, qui acceperint vsuras, teneantur restituere, sed etiam filij eorum hæredes, & qui eis succedunt, si sint extranei, possint conueniri, & ab hæredibus soluentium, iisdémque modis, quibus compellerentur defuncti, si viuerent 1 cap. tua nos duxit fraternitas, 9. de vsuris. Facit cap. Michael, 17. eod. tit. Neque interest, num hæres succedat in vitium, & crimen defuncti, an non, sciátne fuisse vsurarium aut ignoret. Tenetur enim semper in quantùm hæres est. Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet, l. ex qua persona, 193. de regul. iur. ff. Adeundo hæredi

du hæredi tatem, [illegible] se, & obstring. re censetur omnib. d[illegible], & tenetur supra vires etiam hære[illegible] quamuis hæreditas nũ sit solu nd. l. mor[illegible] l. b 29 ff. tit. 2. quanquã iure n uo hæredib. det[illegible] eficium inuentarij, ne teneantur supra vires hæreditatis per l. fin. §. si autem, C. de iure de[illegible] r.

Item, censetur hæres eadem persona cum defuncto, §. 1. Nouel. de iureiurando a moriente præstito, e contradicimus, §. hac authori[illegible] 35. qu. 4 vnde notat Panorm. ad c. tua nos, n. 5. argum. [illegible] textu, rescriptum impetratũ à summo Pontif. contra vsurarium, pro repetendis vsuris locum habere contra eius hæredes, etiam eo moriente re integra, i nulla adhuc petitione prolata: maximè si tempore dati rescripti vsurarius vixisset. Et ita tractari, licèt alij pugnent, inquit, in c. significasti, de rescriptis, & in c. is qui, de reg. iur. in sex.

Notat Panorm. ad c. tua nos, n. 2. conueniri hæredes vsurarios per eos, qui vsurã soluerunt defunctis, non præcisè ex delicto defuncti, sed ex contractu, vel quasi gesto cum defuncto, quod antè annotauit glos. ad d. c. Michael ad verb. *pareo*, gloss. ad c. si Episcopum 3. ad verb. *reddantur*, 15. q. 6.

Nec alienum erit ab hoc articulo docere hic hæredes teneri omnino ex delicto, & vsuris defuncti ad restitutionem, vel satisfactionẽ. Primùm si quid ad illos peruenerit ex delicto, in quo dubiũ non est. quia conueniunt iura ciuilia, vt hæredes etiam ex delicto teneantur defuncti, saltem in quantum ad illos peruenerit, ne ex alieno scelere ditentur v l ex turpi lucro cum detrimento alterius, l. vnica, ex delict. def ct. in quantum hæred tenean. lib. 4. C. tit. 27. l. in hæredem, de calumniat. ff. videamus. quod metus causa, ff. aut etiam si nihil peruenerit post litem contestatam in solidũ, d. l. vnica, ex delict. defunct. in quantum hæredes teneãtur, lib. 4. C. tit 17. l. omnes actiones, de reg iuris, §. pœnales, de perpet. & tempor. quia in iudicio quasi contrahitur, l. 1. §. idem scribit, de peculio, ff. Cæterùm cùm de restitutione vsurarũ hoc tit. Pont. agitur, tenentur vltrà, etiamsi nihil ad illos peruenerit, vt ex rapina, & furto, & iniuria data per defunctum, secundùm canonem, Episcopus, qui fil[illegible] q. 2. c. 4. si Episcopus 16. q. 6. c. 1. de pignorib. c. fin. de sepult. c. [illegible] literis, de raptorib. Sed & hæres furis tenet[illegible] l. 2. & l. si pro[illegible] te, 7. §. condictin. de con[illegible] ict. f[illegible] 13. ff tit. 1. l. 2. §. vlt. vi bonor. raptor. ff quia illa habe[illegible] persecutionem: & hæredem furis obl[illegible] at, etiãsi res interierit, oritur ex maleficio, etiamsi lis non fuerit contestata cum defuncto. Et præsumitur tunc ad hæredem ex maleficio peruenisse, ex eo quòd succedit in vniuersum ius. Etenim dicemus in vsuris ex maleficio etiam obligatum esse hæredem, quia licèt nihil ad eum peruenerit, tamẽ quia illo maleficio defunctus obligatus censetur ad restituendum vsuras ex quasi contractu propter indebitũ solutum, §. item is cui per errorem, de oblig. quę ex quasi delict. nasc. int. Ideò rectè conuenitur hæres, quia naturalis indebiti soluti repetitio est: ne quis cum alterius iactura locupletetur, l. nam hoc natura 14. & l. indebiti, 15 de condict. indeb. ff. Sicut & ex contractib. ve[illegible] ntes actiones in hęredes dantur, licèt delictum quoque versetur in illis, vt respondet Paulus in l. ex contractib. 49 de actionib. lib. 44. ff. tit. 7. Prorogat dictum glos. ad c. fin. de sepult. ad verba, *sed cum hærede* de ep[illegible] 18. ad hæredis hæredem, vt ipse quoque teneatur: quod hæres hæredis sit hæres testatoris, l. fi[illegible] C. d[illegible] hæredib. instituen. Addit glos. quòd secundum canones, hæres tenetur ex delicto defuncti, quamuis nihil ad eum peruenerit. Et quamuis ex iure ciuili non sit de [illegible] quàm si ad eum quid peruenerit, vel si lis fuerit contestata cum defuncto: tamen ex contractu vel quasi contractu defuncti, & dolo hæres eius indistinctè tenetur per l. ex depositi. 12. de action. lib. 44. ff. tit. [illegible] l. ad ea, 157. §. in contractibus, de reg. iur. ff. l. veteris, C. de contrahenda, vel cõmitt. stipulat. l. vnica, vt action. ab hæredib. & contra hæredes, & e[illegible] ptis crsib. d[illegible] obus, vnus est, in l. si duob. §. fin. si m[illegible] falsi mod. dixer. ff. Atius in l. 1 lud, §. fin. de tributor. acti. Examinat lati[illegible] Barth. ad l. 1. de priuat. delict. ff. quando ex delicto vel quasi delicti hæres teneatur, cum distinctionibus, & nihil [illegible] concludit indistinctè de iure canonico hæredem teneri, quando quis agit pro satisfactione damni contra hæredem, [illegible] id si qui communiter Doctores. Et sic intelligendas glossas in c. ex præsentium, de pignorib. in c[illegible] de simotion. in c. in literis, de raptoribus, in c. tua nos, de vsur. *in quantum hæreditas se extendit.* Quod tamen intelligit Panorm. ad c. fi. de sepultur. quando defunctum pœnituit de vsuris, vel damno, vt tunc teneatur hæres nõ ex delicto, sed ex quasi contractu, vel quia, inquit, iura canonica loquuntur hæredem teneri, quando pœnituit, vt notat gl. ad c. à nobis, in 2. de sententia ex[communicat]ion. quòd si non pœnituit, non tenetur, nisi in quantum iura ciuilia volunt, secundum d. Panorm. & d. gl.

Sed si plures sint vsurarij hæredes, quomodo tenebũtur, & in quantũ? Respondet gl. ad d. c. tua nos duxit, ad verbum, *cogendi* de vsuris, teneri pro virili, pro parte hæreditatis, in qua succedunt. Quemadmodum tenentur in aliis debitis soluendis in l. 1. & 2 C. de hæred tatis actin. l. pacto succe[sso]rum, 26. C de pactis. Et ita explicatur in solidum teneri hęredes etiam ex dolo defuncti id est, per partes l. ad ea, 157. §. in contractib. de reg. iur. ff. Secundũ naturam enim est, vt quem sequuntur commoda, sequantur incommoda, & contrà: neque ferendus est, qui lucrũ quidem amplectitur, sed onus subire recusat: l. vnica, §. pro secundo, de cadue. toll[e]nd. lib. 6. C. tit. 50. l. fin. §. sed cùm in secundam, C. de furt. l. secundùm naturam, de reg. iur. ff.

Verùm hoc optandum est, quando hæredes omnes soluendo sunt, vt quisque pro hæreditaria portione ad solutionem debiti testatoris, vel mortui, cuius ab intestato etiam adierunt hæreditatem, teneantur, l. pro hæreditariis, de hæreditariis actionib. lib. 4. C. tit. 16. & l. 1 si certum petatur. lib. 4. C. tit. 2. d. l. pacto successorum, 26. de pactis, lib. 3. C. tit. 4. l. 6. & 13. fam[iliæ] [illegible] tit. 2. C. si vnus ex pluribus appel. l. 25. §. 1. de hæred. instituend. ff. l. 1. C de except. cum simil. lib.

3 At dubium est, si omnes non sint soluendo, num vnus, qui soluendo est, possit conueniri in solidum, pro repetitione vsurarum. & postquam cohæres dicit esse soluendo, [illegible] glo ad d. c. tua nos, 9. ad verbum *cogendi*, de vsuris, vid[illegible] re[illegible] ere, vnum [illegible] conueniri in solidum. Ratio eius est, quòd bona vsurarij sint omnia obligata pro restitutione vsurarum, per c. e[illegible] tu, 5 de vsuris. Similis glo in c. 2. ad verbum *facultates* in fine, de vsuris, in sext. vbi, inquit, vid[e]ntur bona vsurari hypothecata, e. cũ n[illegible] eod. t. Vnde sequitur, quòd actio pro repetitione vsurarum competeret contra quoscunque possessores & detentores bonorum ipsius vsurarij, & proinde contra hæredes, qui essent soluendo iuxta naturã actionis hypothecariæ, quæ ita cõpetit, l. 2 de hæred. act. C. & rem [illegible] quitur, l. plus cautionis, de [illegible] is, ff. actionum genera de actinn. ff. l. pigno[illegible] 17. de pignorib. ff. l. pignoris, 18. Co[illegible] eodem ti. Expressiùs in l. si fundus, 16. §. in vendicatione, eodem ti. ff. l. 2. Cod. si vnus ex pluribus hæredibus, [illegible] nd.

Item [s]ecundò, quòd non dicitur ex bonis defuncti quippiã esse, nisi deducto ære alieno, l. mulier bona sua, 72. de iure dotis. ff. l. subsignatum, 39. §. bona de verborũ sign. ff. l. 2. §. illud de collation. bonorũ, ff. [l.] fin. §. vbi autẽ de bonis, quæ libet. Cod. nec illicitè acquisitum, dicitur propriè esse ex bonis acquirentis. l. cum duobus, §. fin. pro socio. ff.

Neque tertio loco cẽsetur aliquid iure hæreditatis ad hæredem peruenisse, nisi quòd deducto ęre alieno relin-

quitur, l. si vniuersæ, Cod. de [illegible] Nemo autē ambigit, vsuratium tene[illegible] ad restitut[illegible] rarum, quia debitor earum est [illegible] e[illegible]s re[illegible] pe[illegible]t Et proin de si q[illegible] ex bo[illegible] eius [illegible] ex hæredib. inueniatur, non vid[illegible] desinente alteri ex hæred bus esse [illegible] alte cōuenitetur.

4 [illegible] ref[illegible] Pa[illegible]tanus, in capit. tua nos, [illegible] Iuris Pontifici[illegible] iuniores, vt Ioan. And. [illegible] de v[illegible], n sex Hostiens. [illegible] tua nos, & ad c. [illegible] qui dis[illegible] etiā hāc hypot[illegible] probari Et Fred[illegible] icus in c[illegible] oque, ex quo ista hypothe[illegible] e[illegible] esse, non d[illegible] interpr[illegible] tati[illegible] ali qu[illegible] iure [illegible] Sec[illegible] seque etur incommo[illegible] & p[illegible] absurdum, vt si [illegible] esset hypothecata pro restitutione vsurarum acceptarum, q[illegible] ex co hæredibus posset conueni[illegible] etiam a tero existente [illegible] C. de hæredit. actione, [illegible] ex p[illegible] de rei vend[illegible] §. 1. ex liben. ff. l. 45. de hæredis institut. [illegible] ff. & ratione bonorū obligatorum in quibus posset fieri executio, vt in pignore iure prælati on's. itē tertio[illegible] tur, quòd poss[illegible] ores etiam tertij alij qu[illegible] quos res peruenissent vsuratiorum, ratione ha[illegible] rerum, veluti hypothecarū, po[illegible] ab vsuras repetentibus, defi[illegible] tibus aliis bonis, iuxta leg. Mosch[illegible], 47. de iure fisci li. 4. ff. tit. 14. q[illegible] tamen ne[illegible] Quartò [illegible] tertia, & fin[illegible] de al[illegible] & cibar. leg[illegible] ff. t[illegible] vbi postquam diui a hereditate à testatore aditi[illegible] ne diuisa fit[illegible] onera, partes eorum, qui soluendo esse desierint, non pertinent ad onus reliquorum hæredum.

5 [illegible] existimarem ego tamen altero ex hæredibus existente non [illegible] bona defūcti inueniantur penes alios hærêdes, posse agi aduersus illos pro restitutione, non quidem ratione hypothecæ, sed ex æquitate, per c. cùm tu. §. poss[illegible] ssiones, hoc ti ibi, *possessiones verò, quæ de vsuris comparata sunt, debēt vendi, & ipsarū pretia his, quibus v[illegible] ra[illegible] rerta, restitui,* [illegible] sic non solùm à pœna, sed etiam [illegible] peccato possint vincarij, quòd per vsuram extorsion[illegible] ineur. erant, liberari.

Ratio, quia q[illegible] ad modum testator ipse non potuit impedi[illegible] quominus [illegible] obnoxia essent restitutioni directè, ita non potuit in persona hæredum distribuendo [illegible] bona, quia omnes hæredes vnam tantùm testatorē repræsentat vt in c. r. de iure patron. lib. 6. l. si duobus commu. de [illegible] Cod. §. optionis, de leg. ult. apud Iustinianum, in Institut. & iure vniuersali succedūt in vniuersum ius, & [illegible] defuncti, & pro eo tenentur. Item debitores, qui dederunt vsuras, & repetunt, certant de damno euitando, ipsi autem hæredes, de lucro captando, vnde in bonis, qui suum repetunt, meritò præferri debe[illegible], alioquin locupletarentur hæredes eum damno debitorum repetentium quod suum est & cum damno animæ ipsorum vsurariorum, quorum peccatum non dimittitur, nisi fiat satisfactio. l. nam hoc natura, de condict. indeb. ff. l. iure naturæ, de regulis iuris, ff. c. peccatum, de reg. iur. in [illegible].

Quare aliter respondetur in successoribus iure singulari, ad quos bona vsurariorū peruenerint, iure ex causa lucratiua, siue ex causa onerosa, vt non possint molestari super illis bonis etiā pro vsuris restituēdis, argu. l. æris alieni, C. de donat. posset tamē procedere in bonis exemptis ex pecunia vsuraria illa distinct. vt si ex causa lucrati ua quis ea possideret, possit interpellari pro restitutione vsurarū, nō vtiq. si ex causa onerosa [illegible] possessiones, c. cū tu, de vsuris. Et hæc distinguit, & [illegible] Hostiēsis ad c. tua nos Quo loco Panormitanus [illegible] Antonium Buttiga[illegible] um [illegible], secundùm [illegible] am sententiam de facto cōtingente pronunciatum, non obstante, communi o[illegible] ne, quæ ita distingu[illegible] aliis, quàm in empti[illegible] ex [illegible] vsurariis, [illegible] lucratiua vel onerosa qui[illegible] tamen [illegible] excep[illegible] emptis ex vsurariis pe[illegible] de[illegible] an[illegible] nu. 2. de vsuris. repeti[illegible].

Et certè verissi[illegible] a m[illegible] q[illegible] oque videtur hæ[illegible] tio, cum ten[illegible] tan[illegible] vt etiam op[illegible] et ad [illegible] qui agit ad [illegible] restitutionem, v[illegible] à possidente etiam titulo lucratiuo vendatur, debet docere de duob. Primum, quòd [illegible] aliæ res penes ip[illegible] vsurarium, aut penes hæredes. Nam si aliæ res sint, [illegible] est ab his incipere repetiti[illegible] em, iuxta d. l. Mos[illegible], de iure fisci.

Dehinc secundò d[illegible] debet, ex vsuris eam rem cōparatam. Nam non omnes [illegible], quæ v[illegible] ex vsuris comparata: poss[illegible] esse [illegible] unde pecuniæ, vt ex iustis reddi[illegible] ex [illegible] ne, ex successionis bona tone & [illegible] modis.

Et si non doceat [illegible] præsens [illegible] pecunia al[illegible] q[illegible] ista quàm ex [illegible] a[illegible] so[illegible] ci[illegible] & q[illegible] dicitur [illegible] mutur [illegible], nisi de contrario con[illegible] fin de [illegible] possit quòd rem ex vsuris comparatam di [illegible] data fu[illegible] lo- lutū, & ex [illegible] pecuni[illegible] si[illegible] vsuris [illegible] emisset.

6 Sed & hoc [illegible] non [illegible] vsura[illegible] quòd possessione emptæ ex vsuri, censeantur [illegible] vsurarū & retin an[illegible] vsurarum: quod vi[illegible] repe[illegible] hæ[illegible], quia ex [illegible] pecunia emptū regulariter non est eius, c[illegible] pecun[illegible] alterius nomine emantur, quare & in dominij qua[illegible] ne, is prior habetur c[illegible] res empta tradita est, l. [illegible] interest, ff. & l. qui aliena pecunia, [illegible] alter, [illegible] lib. 4. C. 50 l. & si de tua pecunia, de don. inter vir. & vxor. [illegible] si ex ea. C. de rei vend. l. si pater tuus, C. mmu. vtrinf. iud. C. exceptis, singulari ratione quibusdam [illegible] ex pecunia dotali [illegible] censeatur esse dotale, si id agatur, in l. ita l. res quæ de [illegible] & in aliis [illegible] qu[illegible] notat gl. in [illegible] C. si q[illegible] alteri, vel sibi, ad verbum, [illegible] inter q[illegible] non numeratur, sed [illegible] tur pe[illegible] æquitat[illegible] non quòd [illegible] rem ex [illegible] qui indebitat vsuras [illegible] eam pecun[illegible] quæ ad [illegible] ad [illegible] entem indebi[illegible] C. [illegible] & T[illegible] 12. de reb. c[illegible] ff. [illegible] Nequ[illegible] redactus fu[illegible] est, l. [illegible] vas, [illegible] ff. vndè nec v[illegible] po[illegible] ex vs[illegible] vsur[illegible] Ne[illegible] p[illegible] dent [illegible] reos c[illegible] quam de [illegible] i. 56. ff. & no[illegible] ad [illegible] el[illegible] de a[illegible] Bar[illegible] lom. [illegible] 6. & [illegible] rem em[illegible] qui [illegible] ris & d[illegible] natam [illegible] reuocar[illegible] tionem vsurarum [illegible] lata [illegible] et ti[illegible].

Deinceps pecuniæ a[illegible] æ cons[illegible] ptio transfert d[illegible] m[illegible] nium in accipi[illegible] ptionem à d[illegible] mino repet[illegible] in [illegible] l. nam & si fur 13. & [illegible] re. 14. de reb. cre[illegible] ff. Et proinde pecuni[illegible] accepta [illegible] emptionem [illegible] debitor[illegible] sed c[illegible] q[illegible] censetur te empta e[illegible] ex [illegible] co[illegible] iure com muni obli[illegible].

7 Tertiò, gl. [illegible] qui vsuram [illegible] ad verbū, [illegible] 14. q. 4. ait p[illegible] q[illegible] in [illegible] transferatur in a[illegible] S[illegible] D[illegible] 4. [illegible] tiarum, dist. 15. q[illegible] 5. vltram di[illegible] a-

rum dominium, vt quidam dicũt, in vsurariũ transfertur, innuit & glossa in cap. ex transmissa, 23. ad verbum, *Licitè de decimis*, dicens ex his quorũ dominium non transfertur, vel si trãsfertur, competit repetitio, non potest fieri eleemosyna, vel dari decima, cùm non sit illius: ponit exemplum in vsuris, & simonia, & proinde asserit, quãuis detur repetitio vsurarum, tamẽ transire dominium in vsurarium, eadem tradit glossa in principio 14 q. 5. ad verba, *quod verò videntur*, & proculdubio res consumptibiles vsu, quæ numero, pondere, & mensura constant, quando sunt consumptæ, vel aliis cõmixtæ, transferri in dominiũ accipientis, l. si alieni num. l. de solution. ff. l. si frumentũ, de rei vendication. ff. l. nam & sin, de reb. cred ff. sed qui tenetur ad aliquã rem restituendam ex delicto, verè nõ est dominus, vt pater in fure in l. in re furtiua, & l. si non manifestus, de condictio. furti, & quod sequuntur maximè Theologi & tenendum est iuxta sentẽtiam Archidiacon. in c. si quis vsuram, 14 q. 4. sicut vi compulsiua rem alienam rapiens; fictione iuris ciuilis efficitur dominus rei, tamen iure prætorio dominium rei penes priorem dominum manet, l. metum autem præsentem, §. Iulianus, quod metus causa, ff. vbi tamen pecuniæ consũptæ sunt, mutant dominiũ. Ergo multò magis dominium rei, vel possessionis ex vsuris emptæ transit in emẽtem vsurariũ, neq; est hypothecata debitori repetenti vsuras. Qua de re etiam D. Thomas 2. 2. q. 78. art. c. 3. ad 2. sic scribit, *Ad secundum dicendum quod possessiones, quæ de vsuris sunt comparata, non sunt eorum, quorum sunt vsuræ, sed illorum qui eas emerunt, sunt tamen obligata illis, à quibus fuerunt vsuræ acceptæ, sicut & alia bona vsurarij: & ideo non præcipitur, quod assignentur illa possessiones his, à quibus fuerunt acceptæ vsuræ, quia fortè plus valent, quàm vsuræ, quas dederunt: sed præcipitur quod vendantur possessiones, & earum pretia restituantur, scilicet secundum quantitatem vsuræ acceptæ.*

8 Quæ omnia digna videntur obseruatione pro quęstione, quę quotidiana est, si pater vsurarius dotet filiã ex vsuris & det dotẽ genero, ea lege vt soluto matrimonio redeat ad filiam, vel si exemptis ex vsuris dotetur demus, si donet filio quædam in pecunia, vel in specie, num isti sint obligati pro restitutione vsurarum patris & hãc quæstionem mouet Angel. Clauas in summa §. restitutio 1. num 19. Panor. ad c. cùm tu nu. 3 de vsur. Quo loco videtur resoluere, quòd si hæredes sint patris vsurarij tenentur ad restitutionem, non autem si titulo singulari, vt dotis. & donationis, dummodò non fuerit dos, aut donatio in fraudem restitutionis, & res dotalis non fuerit empta ex pecunia vsurarũ iuxta Federic. in cõsil. 60. quia illa pecunia desiit esse vsuraria consũpta à marito & postea restituta vxori. Contrà autem, si res ex vsuris sit in dotẽ constituta: nam aliis bonis deficientibus vsurarij, peruenietur ad eam, per dictum c. cùm tu, de vsur. aut si fuit hæres filia, vel filius, secundùm Butrigar. ad d. c. cùm tu, quia dos est quid vniuersale, vt notat Bart. ad l. 1. solut. matr. & res, quæ pro vniuersali subrogatur, eius induat naturã, l. Imperator, in fi de lega 2. & posset ita defẽdi de rigore sentẽtia Federici, si in specie res data sit in dotẽ, quæ esset à patre pro vsuris accepta: tũc enim proculdubio qui eam rem dedisset, & à filia, & à quocunq; possessore vindicaret vt suam, l. si cum exceptione, §. aliquãdo, & l. metum. §. Iulianus, quod met. cam, quia illa nõ transiuit in dominiũ vsurarij, ideò si extaret qui eam accepisset, teneretur restituere vt alienã, l. rẽ quam, in fi. de iure dot. C. nec posset æstimationẽ dare cõtra voluntatẽ domini, c. si res, 14. qu. 6. l. 2. de rebus credit. ff. Sed & quãdo vsurarius efficitur non soluẽdo, animaduertendũ, nũ in fraudem creditorũ fiat alienatio ex titulo lucratiuo, vel oneroso, scienter accipiente alienationẽ. vel eo ignorante. Nec etiam ex titulo lucratiuo æquum est locupletari aliquẽ cum alterius damno. l. fi. in princip. de eo per quem factum erit. & c. ff. c. locupletari. de reg. iur. in sex. & hæc esse mens videtur Antonij de Butrio, ad c. cùm tu, de vsu. Quare accipientes quocunque titulo ab illis, qui tantùm viuunt de vsuris, siue lucratiuo, siue oneroso veluti à Iudæis, tenentur iuxta accepti modulum ad restitutionem eis, à quibus illi receperunt vsuras. Sic D. Thomas Epistola ad Ducissam Lotharingiæ, *Si vndam*, inquit, *vltro conferas pecuniam, vel encenium, expedit recipere, vt pecunia si recepta detur his, quibus de iure debetur, seu aliis.* Idipsum & ait idem in summa contra Gentil. lib. 4. q. 12. Si tamen qui lucratiuo titulo accepit vsuras, soluerit donãti, iure retinebit vt suum, etiamsi sit postremus, qui dedisset vsuras, l. omnes debitores, 17. de actio & oblig ff. lib 41 tit. 7. l. inter stipulantẽ 83 §. si rem, de verb. obliga. lib. 5. ff. tit 1. Hostiẽsis in summa, tit. de vsur. q 55. Quòd si quis aliquid accepit titulo oneroso ab eo, qui nõ est soluẽdo vsurario, putà quia emit re eius si sciuerit esse alienationẽ in fraudem creditorum, rem restituit etiã non soluto sibi pretio, nisi si pecunia data extet, quam condicit, l. si debitor. 7. & l. ex his, 8. quæ in fraudẽ creditor. alien sunt vt restituantur, lib 41. ff ti. 8. contrà si nesciat in fraudem creditorum alienari: quia nõ est fraudis particeps, & talem tunc retrahet pretiũ. Scire autẽ presumitur, & fraudis esse particeps, si testator à creditorib. monitus ne emeret, emerit. Vlpian in l. ait prætor, 10. §. quod ait Prætor, cum 2. §§. seq. eo. tl. quæ in fraudẽ credito. itẽ si vniuersa bona vsurarius manifestus vendat: nã inde præsumitur fraus, & fit reuocatio à creditorib. l. omnes, 17. eo. ti. Atque certè tutius videretur in foro æquitatis præferre repetentes vsuras filiabus, & filiis in suia largitionibus prouenientibus ex vsuris: maximè si constet patrem omne patrimonium ex vsuris cõflasse, quod facilè coniici potest ex patrimonio, quod à maioribus acceptum est, & ex eo negotiationis lucro.

9 Agetur & consultiùs, vt restituantur vsuræ, quas constat patrem extorsisse. Dos enim, & legitima filiorum taxantur, habita ratione bonorum patris: & deducto omni ære alieno, l. Papinianus, §. quarta de inofficio. test. ff. Et in computatione hæreditatis facienda, deduci primùm debent debita testatoris l. fin. § in cõputatione, de iure delibera. C. Sed & expressè in c. fin. de sepulturis, dicitur pro damno resarciendo cõmisso per mortuum, qui pœnituit, & absolutus est, ex incendio, homicidio, rapina, hæredes eius, & propinquos, ad quos bona eius peruenerunt, Ecclesiastica censura compellendos.

10 Neque graue filiis videri debet, si tantum priuentur acceptis à patre, vt animam patris liberent satisfactione, restituentes, quę dantis non fuerunt: cùm aliunde, si probi sint filij nihil prætermittere debeant ex quo putent animam patris, à quo vitam acceperunt, & ortum, iuuandam. Sic etiam pium, gratúmque animum in parentes ostendent, & seipsos à maledictione, qua participes vsurarum irretiuntur, liberabunt.

Sic ad liberandam famam patris, ne obnoxius dicatur reipublicæ filius, licèt ei non successerit, tamen si apud eum quippiam de bonis paternis sit, ex causa principali pro parte tenetur, l. si de primipilo, lib. 12 C. tit. 63. multò magis hic fauore animæ in restitutione vsurarum.

11 Probatur & communiter sententia Doctorum, dicentium, affecto altero ex hæredibus non soluendo, teneri cohæredem in solidum, pro restitutione vsurarum ex bonis defuncti, fauore animæ: vt sic liberetur faciliùs anima defuncti ex integra satisfactione, nisi forsan creditores diuisissent antè actionem cõtra cohęredes, quia partem tantùm accepissent à cohęredib. vtrumque notat Panor. ad c. tua nos, 9. num. 10. de vsur. Quo loco Æneas de falconibus, singularem adiicit interpretationem, quam dicit tenendam vt veram, quemadmodum Deus est in cœlo. Nempe vt fauore animæ hæredes conueniantur in solidum aliquibus non existentibus non soluendo pro restitutione vsurarum fauore animæ, quando vsurarius mandauit vsuras restitui in morte, id est, dum esset moriturus, quo casu hęres non satisfaciendo, facit prçiudicium defuncto, qui in vita fuit negligens in restituendo, vt notat Panor. ad c. in literis, num.

1.& 4.de raptoribus.Si verò non mandauit restitui,tunc cùm decesserit in peccato mortali,non est de salute amplius sperandum, vt in cap. quia in omnibus . & ibi Panor.vers.ea prędictis,de vsur.Et eo casu,quo tenetur hęres licèt defunctus non mandauerit,hoc non est, vt exoneret conscientiam defuncti , sed quia censetur obligatus hęres ea contractu , vt diximus, vel quasi defuncti, quo casu non tenetur nisi pro rata, l. 1.& 2.de hæredita. actio.cum similibus.

Etenim non est spes de his, qui moriuntur in peccato, quia nullis possunt redimi satisfactionibus viuentium,& ideo priuantur, vt dixi, sepultura, c. vnum oratorium,§.alias,c.demum, 26 d.& in inferno nulla redemptio,c.tempus,13.quęstio.2.aliæ autem animę, quę sunt confessę peccatum dum viuerent, & de quibus sp. s est, possunt satisfactione iuuari,& aliis modis, de quibus in c.animæ defunctorum.13.q.2.

Quando antè vsurarij iusserunt hęredibus satisfactionem,iam videntur onus in illos,& peccatū transtulisse, nisi satisf cerint;vnde res hęredum agitur,& periculum quoque damnationis imminet, si retętis maximè bonis defuncti,vel si fidē dederint de satisfaciendo,non satisfaciant. Sicque ea Guilielm. refert Ioannes Andręas, ad c. 2.de vsur.in sex.fœneratores Thusciæ dicere,quòd solùm vltimus de genere damnabitur,ex quo omnes prędecessores mandauerant vsuras restitui.

12 His annexa quęstio,quatenus cōueniantur isti hæredes filij & cohęredes vel pro parte,vel in solidum,num quantum facultates fuerint solùm defuncti vsurarij, an verò etiam supra vires hæreditatis.

In qua frequentiùs distinguunt Doctores,an hęredes adierint hæreditatem defuncti,cum beneficio inuentarij,an sine eo:& in primo casu nō teneri supra vires hęreditatis, in secundo teneri,vt iuxta l.sancimus,§.fin autem,& §.seq.de iure deliber.C. hinc nobis de hęred & falcid.nouella 1.sic respondit glossa ad cap in literis, ad verba *iuxta facultates suas*.de raptoribus, glossa ad c.2. ad verbum *mandauerint*,de vsur.in sext.Hostiens.in summa ad cap.tua nos,de vsur.

Sed certè canones,& iura Pontificia,quę mandāt restitutionē vsurarū vsurario, iniunguntur tantùm,vt hæ ea facul.atib.eius,non hęred im. vt in capit fi. de te. Item li.1.titul.18.cōpelluntur tantùm Ecclesiastica censura satisfacere pro defuncto illi hęredes & propinqui ad quos bona defuncti peruenerunt:& in capit.in literis, cap.5. statuitur, vt raptores damna irrogata contra iustitiam iuxta facultates satisfaciant: & in capit.cùm tu.manifestos,§.1.illi,hoc titul.*illi autē,qui non habent in facultatibus, vnde vsuras valeant restituere non debent vlla pœna mulctari,cùm eos nota paupertatis manifestè excuset*,& in capit.quāquam,2.de vsur.in sext denegatur quidem sepultura vsurariis,s. d donec de vsuris ipsis fuerit,*prout patiuntur facultates eorum*,plenè satisfactum,& ibi glossa,ad verbū,*facultates*:Paupertas igit ur,inquit,excusat; quod verum est,si sit nota,cap cùm tu,eo:vnde si nihil potest restituere,nihil restituat;si partem,illam restituat, atque ibidem addit Archidiacon. de tota, habita ratione ne egeat, vt & notatur in glossa antepen. dicti c cùm tu.

Ex quibus videtur releuandus hęres,ne supra vires hęreditatis teneatur pro solutione vsurarum,quia non debet esse deterioris conditionis,ipso testatore,vel mortuo l.heredem,60. de regul. iur. ff. quia fictione iuris etiam censetur cum defuncto eadem persona,§. 1.de in tent. à morien. prędi in Nouel.cum similibus.

Quare etiam post diuersas sententias,Panormi.ad c.in literis,n.3.de raptorib.videtur inclinare in distinctionē, vt si testatorem pœnituerit,& mandauerit expressè, vel tacitè promittendo cōfessori restitui vsuras,hæredes,qui adeundo se obstrinxerunt debitis eius,si non fecerint inuentarium,teneantur ad solutionem supra vires. Si verò non pœnituerit defunctum, & ideo caruerit sepultura, nō teneatur hæres ad restitutionem supra vires, etiamsi inuentarium non fecerit : tenetur nihilominus ad restitutionem pro modo facultatū, siue in peccato defunctus mortuus fuerit,siue non, vt manifestus vsurarius Et eius sententiæ est Federicus,& Iohānes Andręas, ad d.c.2.de vsur.in sex refert & Panorm.in cap. tua nos num 11 de vsur.eos id tenuisse etiam , habere locum in foro animæ, vt non teneantur supra vires pro vsuris hæredes etiam non confecto inuentario , quia singulari iure canonico tenentur ad s luendas,inquiunt,defuncti vsuras,eiúsque ea delicto,& nihil dictum sit de eo, quòd teneantur supra vires. Quæ ratio tamen non probatur Panor. quia nō teneantur hæredes tanquam ea delicto defuncti, sed tanquam ex quasi cōtractu,per gloss.ad c. Michael,de vsur.& iam diximus,proinde idē Panor.eod. m loco,probare videtur sententiam Hostiensis, quę habet aliam distinctionem, omissa priore , vt in foro contentioso locum habeat , quòd vsurarij hæres teneatur supra vires hæreditatis, si fecerit inuentarium : in foro verò animæ tenet,illúdque valdè ait notandum,quòd in nullo casu hæres tenetur creditorib.defuncti vltra vires hęreditatis.Idem Auchara consi 330.probat facit Felinus in c.canonum statuta,vers.Tertius casus de constitutio.

Ratio secūdùm Panor.quia lex quę induxit hæredem teneri supra vires hæreditatis si nō fecerit inuentarium, ponit rationem fundamētalem in præsumptione,& præsumit plus fuisse in hæreditate:neque ideò credendū cēset hęredi asserenti non plus fuisse in hæreditate. Quæ ratio cessat in foro conscientiæ, in quo creditur confitenti,& asserenti,vt docui in prędudiis 6.facit cap significasti, in 2.de homicid. ita cessante ratione dispositionis,cessabit constitutio arg.l.adigere,§.quamuis de iure patro.ff.cap.cùm cessante,de appella.

Erat & alia ratio, cur hæres teneatur in foro contentioso de omnibus debitis ipsius testatoris, vel defuncti, cui successit,quia,vt diximus,adeundo absolutè sine exceptione,& non vtēdo beneficio inuentarij,videtur cum creditoribus contrahere,& cum defuncto,& se obligare ad solutionem:quia succedit in vniuersum ius.

Neque miserendum eius, qui se sponte in nece ssitatem coniecit , cùm vitare posset, l a. §. si quis tamen, si quis cautum,lib.2 ff. tit.11.l.si fideiussori, 7 §. in necessitate quod satis.cog lib.2 ff.tit.8.l 3.§.subuenitur,ad senatusc. Syll.ff. & sibi prospicere debebat:cùm ea beneficio oblato,per l fin C.de iure deliberandi sibi prospicere posset, cur e..im satis videtur putè adeundo , existimando hæreditatem esse soluendo,mutaréque nō licet ei deinde consilium in præiudicium creditorum, quos potuit adhibere illa sine inuentario facta , pretiosiora colligendo,clam decipere. Quæ etiam ratio cessat in foro conscientiæ.Nam potest hęc quid m locum habere in foro ca.ctino,vbi res eius naturæ censentur , quatenus solent haberi per externa apparentia.Cùm tamen mens potuerit esse contraria adeuntis, & quòd deceptus fuerit sua opinione,dum putaret , ingniorem hæreditatem,quàm esset:cùm ęs alienum lateret.Proinde aliter de mente iudicatur in foro contentioso per exteriora,aliter in pœnitentiali,& animæ per ea quæ dicuntur verè eius iudici, vel Cōfessori,vt vtrumque probatur in exemplo matrimonij contracti per verba prolata, contraria existente mente,vt quoad Ecclesiam censeatur verum, quia verba illud sonabant:quoad Deum , non censeatur contractū, quia mens non erat contrahendi, in c.tua nos duxit fraternitas consulendos,26.de sponsalibus lib. 4.tit.1.& ibi glossa,ad verba,*qualiter tibi constiterit*.

Omitto aliam rationem , quam Panormitanus adfert ad d.c.tua nos, in fine,quia in foro animæ non habet locum solutio pœnæ,& satis esse,si satisfiat per c.fraternitas,12.q.2.Nam illa posset impugnari,quòd in foro conscientię leges,quę non habent peccatum,seruandę sunt, nisi dicamus hoc verum,si modo diuersa ratio in diuerso foro locum non habeat, vt dictum est.

13 Cæterùm , si confecerit inuentarium,neque bona heredi

hæreditatis sufficiant ad soluendas omnibus debitas vsuras, resoluit glossa, Guillielmus, & Archidiaconus ad cap. 2. ad verbum, *facultates*, de vsur. in sexto. hæredes non soluere integras singulis ordine prioritatis téporis quo acceptæ sint, sed secundùm proportionem quantitatis debitæ paucis & posterioribus pro rata contingente: argum. cap. relatum, in 2. de testam. in fine. l. maior. & l. si plures, & seq. de pactis. Ipsa tamen dicta glossa cap. 2. addit quòd satis videretur æquum, vt inter repetentes vsuras, ipse, qui prior veniret, integras reciperet, & prior tpore in pari causa potior esset iure: l. qui prior, de regul. iuris. cùm bona, vt ipse ait, vsurarij censeantur illis hypothecata, & hoc in hypotheca sit considerandũ. l. si fundus. Cod. qui potior in pignorib. hab. vigilantib. succurrit ius, l. pupillus. quæ in fraudem creditorũ, ff l. nec tam. ex quib. caus. maio. His addenda est exceptio, quam probat Panormitanus consi. 34. incip. *attungam*. volu. 1. nu. 4. vt Ecclesiastica Instituta, ab vsurario, etiãsi non fecerit inuentarium, non tenetur pro vsuris, quas constat ea libris rationum, vel aliter accepisse defunctum supra vires hæreditatis, quia generaliter illa ex omissione inuentarij non tenetur supra vires hæreditatis. Bartholus ad l. 1. de sacrosan. Ecclesia. argu. auth. sicut Cod. eod. tit. vbi hæreditas ei non debet deferri, nisi quatenus est lucrosa. Et alia ratione, quia non est suspicio contra Ecclesiam, quòd mala fide voluerit res subtrahere hæreditatis, quemadmodum aduersùs alios institutos. Item argumen. fisci, qui supra vires non tenetur. Restituet autem & pro Monacho, qui ante acceperat, quatenus in bonis eius habet, vt ait Speculator libro 4. particula 3 tit. de statu Monachor. nom. 66. & 53. Ecclesia autem eius priuilegiis gaudere debet, præsertim in damno euitando ca. 1. de in integrum restitution. Tenebitur autem Ecclesia restituere, si quid ea hæreditate vsurarij in ré suã conuerterit, vt pleniùs notat Panormit. in prædicto cõsilio 34. volu. 1. vt neque Papa possit dispensare, ne restituat certis personis debitas vsuras, quia pecuniam non potest tollere licitè Laicis, & dare Ecclesiæ. Innocentius ad c. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & cap. Inquisitioni, de senteut. excomm. cler. pastoralis, de sent. & re iud. notat to l. si contra ius, vel vtilitatem publicam. Cod. cùm vsuræ condictione indebiti repetantur, cap. Michel, de vsuris. Si incertum tamen esset, quibus restituendæ essent vsuræ, tunc Ecclesia loco pauperum posset retinere ea dispensatione Papæ, vel Episcopi. Panorm. in eo. consilio.

---

## Capvt VI.

## De cautione idonea pauperis vsurarij, & num beneficium cessionis bonorum ei competat.

1 *Num vsurarius, pœnitens tamen, inops, qui non potest restituere, perpetuè arceatur ideo à communione, vel sepultura Ecclesiastica? & docetur inopiam excusare.*

2 *Si modò cauerit idoneè se soluturum, quando dabuntur facultates.*

3 *Exemplo debitorum cedentium bonis. Disputatur autem, qua pro vsuris non solutis sit idonea cautio, vt in causa paupertatis Clerici debitoris.*

4 *Et an possit quis vti beneficio cessionis pro vsuris non restitutis: & docetur vna sententia, non posse. 1. quia immeritus. 2. quia raptor. 3. quia pœnam potiùs expectare debeat.*

5 *Item quartò, quia non est misertus pauperum, vt misericordiam non mereatur.*

6 *Et 5. quia denegatur cessio pro debito ex maleficio 6. quia ditari videretur de re aliena. & 7. quod debitores certent de damno euitando.*

7 *Alia sententia, admittendam cessionem, & relinquendum ei tantum, ne egeat.*

8 *Quin & hanc sententiam in foro conscientiæ quidam arbitrantur recipiendam per rationes relatas.*

9 *Videtur probabilior admittendum in foro contentioso beneficium cessionis, ne teneatur nisi deducto, ne egeat.*

10 *Soluuntur rationes prioris contrariæ sententiæ: prima, quòd non sit omnino species rapinæ, vel furti vsura.*

11 *Quamuis indulgeatur beneficium vsurario cessionis, tamen non ideo pœnas vitat canonicas, & ciuiles, & inferendũ eius, si pœnituit, nec omnino vsura ex maleficio restituenda, ne temporalis dicitur pauper cum iactura aliena. Adhibenda tamen ratio pœna exemplaris.*

PRogrediamur, & inquiramus, quid faciendum sit, si vsurarius manifestus ita pauper sit, vt sępè tandem accidit Dei occulto iudicio, l. lex quæ tutores, C. de administ. tut. vt non possit restituere vsuras, saltem nõ possit omnib. num ideò, si pœnituerit tamen, perpetuò arceatur à confessione, communione, & Ecclesiastica sepultura.

Hanc quæstionem videtur resoluere c. 2. de vsuris, in sex. cap. cum tu, eodem titulo apud Gregorium, tantùm compellendum ad restitutionem, inquãtum facere potest & propter inopiam excusandum à plena restitutione. Sic enim ibi dicitur, cogendos, dummodò in facultatibus habeant, vnde possint ipsis eas restituere. Habere verò dicuntur, non solùm si vsuras ipsas possideant, sed etiamsi alia bona habeãt, quamuis vsuras amiserint. Refundunt itaque tanquàm ęs alienum, omnino vniuersas, si habeant, facultates, tunc compelli possunt, argumen. l. 1. §. rectissimè, ibi tunc habuit de vi, & vi armata, 43. ff. titul 16. l. cùm res legata 47. de legatis 1. Sed si nihil habent, liberantur ab aliis pœnis, dict. cap. cùm tu, quia inania est actio, quam inopia debitoris excludit, l. nam is, de dolo. c. olim, 16. de restitution. spoliat. libro 2. titul. 13. Et ab eo, qui nihil habet, nihil extorqueri potest, cap. Daibertum, 1. quæstion. 7. Priuatio enim præsupponit habitum, l. Iulianus. 4. de diuortiis, ff. l. decem, de verborũ obligat. ff cap. ad dissoluendum, de sponsalib. impuber. Neque præceptum etiam Dei, & consiliorum de restituendis vsuris sub pœnis iam prædictis, obligat. vbi impossibile est de facto satisfacere, propter extremam inopiam, vt in aliis impossibilium nulla est obligatio, l. impossibilium, de reg. iuris, ff. vt neque impossibile præceptum Iudicis obligat, l. Paulus, in 2. sic incip. quæ senten. sine appella. rescindant. ff.

2 Quare quod dictum est in concilio Lateranensi, & aliis, non esse absoluẽdos vsurarios, nisi soluerint, vel idoneè cauerint de restituendis, intelligendum est. si possunt soluere, & idonea cautio intelligẽda, vt dum ad pinguiorem fortunam peruenerint, & dum poterunt soluere, se soluturos: & cum hac cautione, & pœnitentia condigna, erunt absoluendi à sententia excommunicationis, sicuti dicitur in simili, in c. Odoardus, 3 de solution. lib. 3. tit. 23. c. olim. de restitut. spoliat.

3 Sic qui debet vsuras, similis erit cedẽti bonis, qui quidem non liberatur à debito propter inopiam, sed liberatur à vexatione, & carcere, l. 1. C. qui bonis cedere poss. l. qui bonis suis, & seq. de cession. bon. ff. lib. 42. tit. 3.

Sed si ad pinguiorem fortunam peruenerit, tenetur creditoribus satisfacere, l. is qui, de cession. bonor. ff.

Et sic sufficit hoc casu, quòd proponat restituere, cùm poterit, ca. si res, 14. quæst. 6 si omnino nun possit. si quid possit, tunc statim restituere tenetur. Quę potentia consideratur vsq; ad mendicitatẽ suam, & familiæ suæ, reseruata solùm sibi extrema necessitate, in summa Pisanella, quæ & supplementum dicitur, in verbis, *restitutio rei*. ex Rayman. Theologo, tit. de raptoribus, in §. forma.

Hîc tamẽ duo quæruntur, primùm, quæ sit idonea cautio de soluẽdo, quã dare debeat, vt liberetur ab excõmunicatione vsurarius, alterũ, num per omnia vsurarius inops æquiparetur cedenti bonis: & an pro istis debitis cessio bonorum illi indulgeatur, aut beneficium eius, ne

conueniatur posteà, nisi deducto ne egeat.

Quod ad primum, videtur idem dicendum in vsurario inope absoluendo, quod dictum est in debitore Clerico, debitore excommunicato, inope absoluendo, in cap. Odoardus, §. fina. de solutionibus. *Mandamus*, inquit Gregorius 9. *quatenus si constiterit, vt prædictus Odoardus in totũ, vel pro parte non possit soluere debita supradicta, sententiam ipsam (excommunicationis) sine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita prædicta persoluat.* Cauetur idoneè extra paupertatem ab vsurario manifesto, si velit absolui, aut sepeliri, aut testari iuxta formam præscriptam, in cap. quanquam, 2. de vsuris, in sex. cuius verba: *Quanquam vsurarij manifesti de vsuris, quas receperint, satisfieri expressa quantitate, vel indistinctè in vltima voluntate mandauerint, nihilominus tamen Ecclesiastica sepultura denegetur, donec de vsuris ipsis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè satisfactum, vel illis, quibus facienda est restitutio, si præsto sint ipsi, aut aliis, qui eis possint acquirere, vel eis absentibus, loci Ordinario, aut eius vices gerenti, siue Rectori parochiæ, in qua testator habitat coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia quibus quidem Ordinario, Vicario, & Rectori prædicto modo cautionem huiusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis authoritate recipere, ita quod illis perinde actio acquiratur) aut seruo publico, de ipsius Ordinarij mandato idoneè de restitutione facienda sit cautum. Cæterùm, si receptarũ vsurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem huiusmodi moderandam ipse tamen scienter non minorem, quàm verisimiliter creditur, moderetur, & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur.*

Ita hæc cautio neque est fideiussoria, quòd quispiam pro illo se obliget, aut quòd pignora det, quæ sunt generaliter cautionum idonearũ species l. sancimus. C. de verb. signif. l. 6. C. tit. 38 l. si mandato, § fi. mandati. ff. c. cùm cõstet, de pignorib. quæ certè cautiones exiguntur in vsurario in c. 1. vsur. in sex. Veruntamen quando potest eas inuenire, sed si nemo velit pro eo fideiubere, & bona distributa ad plenum fuerint creditoribus repetentibus vsuras, certè constat illi impossibile esse ita idoneè cauere: vnde ad vltimum flebile misericordiæ remedium est per tenendam cessionis, seu ad remedium, quod vicem cessionis habet. vt pœnitenti necessitas relaxetur cautionis impossibilis & idonea admittatur promissoria de soluendo, si ad pinguiorem peruenerit fortunã, hoc est dẽtur induciæ soluendi, donec habeat, vnde possit remissis pœnis spiritualib. Ecclesiasticis, & vt præstet eam, quam potest satisfactionem, per c. faciant, 22 q. 2 & expressiùs per c. per vestras, 7. de donat. inter vir. & vxor. libr. 3. tit. 20 vbi marito inopi. qui non poterat cautionẽ date, nec fideiussoriam, nec hypothecariã pro dote, mandatur assignari dos per iudicem sub ea, quam poterat cautionẽ præstare. Eadem in similib. iure ciuili resoluuntur vt in §. si verò crimẽ, vt nulli liceat habere luci seruatn in nou. 134. authen. generaliter, in t. de epis. & cler. C. §. ad excludendas, de litigios. nou. 112. poterit enim nihilominùs posteà, si aliquid quærat conueniri, vt soluat debita. iuxta naturam & cessionis, & promissionis, quia, vt dixi, nõ liberatur ideo à debito, l. si debitoris, de cession. bonor. ff. & dict. c. Edouardus. argumen ca. si quis, de corpore, & ca. de his verò, 26. quæst. 6. Est & glossa ad c. cùm tu, ad verbum, *euidenter*, de vsuris. quæ ait euidenter inopem vsurarium credi debere, si iuret se nõ habere, vnde soluat neque verberibus, aut alia pœna cogendum, aut afficiendum iuxta d. c. cùm tu.

4 Controuertitur autem secundùm dubiũ, an æquiparetur hęc cautio cessioni bonorũ seu nũ possit vsurarius pro illis debitis cedere bonis, aut si cedat bonis pro aliis etiã debitis, prout iure conceditur, possit vti beneficio cessionis, quod est, ne conueniatur post cessionem in solidum, sed tantummodò si ad pinguiorem peruenerit fortunã, deducto ne egeat, & in quantũ opus habet pro alimentis quotidianis, l. is qui bonis, de cessio. bon. ff. §. fi. de action. apud Iustinianum, l. in condemnatione, de regul. iur. ff.

Atque vna sent. est, non debere gaudere hoc beneficio etiam cedentem bonis indebitis, pro extortis vsuris, glossa in c. cùm tu manifestos, 5. ad verba, *in facultatibus*, de vsur.

Ratio, quia dignum est, vt malè meriti egestate laborent, l. bona fides, depositi. ff. cap. non satis. 86. distinct. Et datur beneficium cessionis his, qui casu fortuito siue delicto suo lapsi sunt facultatibus, ne afflicto detur afflictio, iuxta l. tam dementis, de Episcopis audiendis, C. l. diuus, de offic. præsid. ff. l. nam, ad legem Rhodiam, de iact. ff. cap. ex parte, de cleri. ægrotan. c. cùm percussio. 7. q. 1.

Denegatur autem hoc beneficium raptoribus, seu spoliantibus alios, vt ait Spartianus in Adriano. Rota decision. 83. de restitut. spoliator. incipiente, *Nota, quòd vbi Monachus*, in antiquis indignus quippè auxilio, & beneficio legis est, qui contra leges facit, l. auxilium, §. indebitis, de minor. 25. annis, ff. l. verum, in princip. pro socio, ff. l. 1. 2. si aduers. delict. Cod.

Dehinc nemo debet præmium, & beneficium consequi, ex quo pœnam meretur, l. ne ex dolo, ta. de dolo malo, lib. 4 ff. tit. 3. l. itaque fullo, de furtis, ff. l. non fraudantur, § nemo, de regul. iuris.

Neque ex superioribus explicatis quispiam dubitare potest vsurariũ esse raptorem, furem manifestum, & delinquere aduersus leges diuinas, & humanas, cõtra charitatem proximi. & proinde, ea delicto pœnã mereri, turpẽ, infamẽmque personã, vt ita meritò indignus censeatur beneficio, ne conueniatur deducto, ne egeat. Neq; enim pœnitentia sua fur desinit esse nocens, vt ait l. qui ea mente, de furtis. ff. multò magis, quandiu vsurarius aliquid habet, quod dari possit spoliatis, & oppressis. Neque enim quis de alieno iustè potest viuere.

5 Tertiò, qui non est misertus pauperũ debitorũ, quos misericorditer oppressit vsuris, à quibus suũ, & alienũ exegit, indignus est, qui misericordia in restituendis vsuris donetur: vt legimus in parabola serui nequam, à quo omnia iussum est repeti, eo coniecto in carcerẽ, donec vsque ad nouissimũ quadrantẽ domino creditori satisfecisset: eò quòd ipse immisericorditer se gessisset in repetitione suorum debitorũ, D. Matthæi, cap. 18. Conuenit lex prima cũ Rubrica, quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vti. in Pandect. libro 2. titul. secundo, cap. cùm omnes, 5. de constitutionib. lib. 1. tit. 2. Nec debent aliis legem imponere, quam ipsi negligunt obseruare, cap. pro illorum, de præbend.

9 Quartò, monuimus libr 2. Syntagma. iuris, cap. 10. num. 1 denegari cessionis beneficium pro re, vel cõdemnatione ex maleficio, vt decidit Boerius decis. 349. facit & c. Episcopus. §. libertis, 12. quæst. 2. quia in his potest etiã fieri commutatio debiti pecuniæ in pœnam corporalem, iuxta regulam Qui non habet in ære, luat in corpore, l. 1. §. fina. de pœnis, ff. libro 48. ff. titul. 19. l. finali, de in ius vocan libro 2. ff. titulo 1. l. quicunque, §. quod si, de seruis fugitiuis, C. cum simil.

Quintò, videretur ditari re aliena, & viuere alieno, si non cogeretur restituere in solidum, contra l. nam hoc natura, de condictio. indebiti, ff. l. iure naturæ, de regulis iuris. ff.

Sextò, quando duo concurrunt, quorum vnus certat de damno euitando & suo repetendo, is præfertur agenti, & contendenti de lucro captando.

Hic autem debitores agunt de suo repetendo de indebitè solutis vsuris accipiendis: vsurarius verò de lucro captando, nempè de retinendo alieno.

7 Alia sententia eorũ, qui dicunt in foro contentioso haberi rationẽ vsurarij, si cessit bonis, deducto ne egeat; sed nõ in foro pœnitentiali, in quo nõ habetur ratio: sed tenetur ad omnimodã restitutionẽ. Sic notat Panormitanus

tanus ad c. cùm tu, nu. 10. de vsuris. & ibi Godofredus, & Ioannes Andreas, atque Archidiaconus, ad c. si res, 14. quæst. 6 recitatis variis opinionibus dubiè loquendo videtur inhærere illi sententiæ, vt vsurario debeat tantùm relinqui, ne egeat: non distinguit tamen de foro conscientiæ.

8 Sunt alij, qui nec in foro conscientiæ reperi posse ab vsurario integrum debitum vsurarum dicant, nisi etiam deducto ne egeat. Et ratio est, prima, quia quando lex aliquid disponit ciuilis non nutriens peccatum, fundata su er veritate, & non super præsumptione, videtur, quòd dispositio illius legis positiuæ sit seruanda in foro conscientiæ secundùm ea, quæ tradit Baldus ad l. cùm quis, de iuris, & facti ignorantia. Cod. Archidiac. ad reg. possessor. de reg. iur. in sexto. Talis autem illa est, quæ de beneficio cessionis disponens indulget debitoribus vsurariis cedentibus, ne conueniantur, aut teneantur, nisi deducto ne egeat. Subinde quod etiam in foro conscientię debet quis prouidere in summa necessitate constituto de suo, vnde se possit alere: nisi velit argui tanquàm homicida negando alimenta, c. pasce, 86 dist. c. sicut hi, 47. dist. c. sati, 86. distinctione, l. necare de liber. agnosc. Ergo multò fortiùs debet relinquere debitori, quæ habet necessaria ad victum, arg. c. 1. de natis ex libero ventre.

Tertiò. in extrema necessitate omnia sunt communia, l. 1 §. cùm in eadem, ad legem Rhodiam, de iure, c. sicut ij, 47. distinct. c. quo iure, 8. distin. Quare Scotus super 4. Sentent. distinct. 15. ait, quòd si detinens rem alienam est in extrema necessitate, & non is, cuius est res, sed habet aliqua circa necessitatem extremam, dicimus, quòd ista res est detinentis iure poli, quo in necessitatis extremæ articulo via conceditur ad prouidendum necessitati eorum qui ea detinenrur, vt in c. cxiir, qui seminat, de verborum signific. in sex. Quod si ambo, creditor, & debitor sint in extrema necessitate, si priùs dominus inciderit in eam, debet reddi ei duplici iure, quia suum & iterùm quia ipsa extrema necessitate adhuc magis factum est debitum, seu suum. Quod si detinens rem alienam prior inciderit in eam extremam necessitatem, iam factum detentum est suum, & ita domino postea incidenti in eam necessitatem, non debet reddi, quia cessauit eius dominium in re ista, & factum est alterius iure poli. Si vterque simul incurrant, præfertur dominus, quia dominium eius in eo præualet, argum. l. quæritur de statu homi. ff. Quando verò venerit ad pinguiorem fortunã restituere tenetur domino rem eius, sed in extrema necessitate constitutus non videtur præcisè teneri ad restitutionem per c. si quis propter necessitatem, de furt. vbi si quis propter necessitatem famis furatus fuerit, aut restituat, aut res hebdomadas pœniteat.

9 Quid porrò nos in hac contentione dicamus, saluo meliori iudicio non tacebo. Opinor itaque ad mitiorẽ sententiam inclinandum esse, per regulam vulgarem, l. Arrianus, 47. de actio ff. & fauorabiliores debendi rei actoribus, l. fauorabiliores 1:5. de regul. iur. c. cùm sunt pa sia, 11. cod. ti. in sex l. 38. de re iudic. ff. in sexto adferre videtur Aristotel. problem. 18. & in re dubia benigniorẽ interpretationem sequi non minùs iustius, quàm tutius est. Marcellus in l. ea quæ in partes 192. §. fi. de regul. iur. ff. & in interpretatione legum potiùs pœnæ sunt mollienda, quàm exasperandæ, l. interpretatione 42 de pœnis, ff. l. vbi est verb. 21. de rebus dubiis ff. l. factum cuique 155 ff. fi. de regul. iur ff. c. n pœnis 49. de reg. iur. in sex. l. respiciendum, de pœnis, ff. Quare etsi cedat bonis vsurarius, existimarem eum beneficio vti debere, ne conueniatur supra id, quod facere potest, etiam pro repetitione vsurarum, & alimentorum causa ei relinquenda esse, quæ quæreret posteà.

Inducor ad eam sententiam rursum, quòd non tam ex maleficio, quantum ex quasi contractu teneatur ad restitutionẽ, veluti accipiendo indebitas vsuras, vt anteà monui, vnde rectè non posset cõuersio pecuniæ fieri in pœnam corporalem, quia eã non debetur ex delicto, quamuis deliqnerit vsuras accipiendo, cuius tamen delicti pœna alia, & separata est à restitutione, seu à satisfactione indebiti recepti. Tertiò, quod iam anteà diximus, ex capitulis restitutionis, eam ad facultates restringi, si possit restituere vsurarius, & si habeat.

10 Neque obest, quòd pro prima sententia dicebatur, denegari raptoribus beneficium cessionis. Namquamuis vsura sit species rapinæ, & furti, tamen non omnino rapina violenta est, aut furtum, quia dum ex contractu exigitur, quamuis certissimum sit mutuum accipientem nõ omnino spõte vsuras pro eo dare si posset sine vsuris mutuari, tamen & verum est, quodammodo ipsa consentire, quamuis necessitate mutui compulsus promittat, & det: siquidem & voluntas coacta, voluntas est, glo. ad l. antepen ad verb. voluimus, quod me. caus. ff. notatur ad c. 1. 15. q. 6. quocirca non omnino rapina, quæ violenter committitur, non omnino furtum, quod inuito penitùs domino, & dissentiente fit, vsura erit, sed species rapinæ, & furti & alio modo prohibita, vt docuimus, quàm ex illis circunstantiis, quibus contrectatio rei [illegible] inuito domino, furtum fit.

11 Non obest quoque secunda ratio, quòd non debeat præmium consequi vsurarius beneficij cessionis, ex quo pœnam mereatur. Quia hic non agitur de pœna debita pro peccato, sed de restitutione: pœnam namque aut ciuilem, aut canonicam non ideò effugit, sed quia pro debito ipso satis torquetur, & affligitur, quòd cedat bonis etiam ignominiosè, hodie valde inhumanum erit, adimere viuendi facultatem pro debito, § fi. de actio.

Non obest tertium quoque, quòd misericordiam eius non sit, qui non sit misertus debitorum suorum extorquendo vsuras. Namhic iam, cui beneficium hoc datur, pœnituit, & destitit ab vsuris: alioquin enim frustra, perseuerans in crimine, admitteretur ad cessionẽ: imò tanquàm fraudator, & sulùm vertens, destitueretur omni priuilegio, vt docuimus lib 22. Syntagmat. c. 9. Consideratur itaque in emendato, non qualis fuerit, sed qualis nunc sit, c. ferrum 50 d.

Ad quartum iam responsum est, restitutionem vsurarum pendere non ex maleficio, sed ex quasi contractu, & quia vt indebitæ restituendæ sunt, vel ab vsurario, vel ab hæredibus eius, qui non tenentur regulariter ex beneficio defuncti.

Ad quintum dicimus non locupletari de re aliena vsurarium cedentem. Nam satis liquet cedentẽ bonis, nihil sibi reseruare debere de alienis, nec de propriis, sed tunc exuti vsque ad baculum, & peram. Petrus Iacob. in praxi. ti. de cessione bonorum, l. 1 en. de cessio. bonus ff. Bald. ad l. fin. qui bonis cedere poss. C. Iaso ad §. fin. n. 27. de actio. apud Institnia. quare post cessionem, quæ ei obtigerunt, neque aliena, vel ex vsuris acceptis sunt. Nam omnia reliquit inter creditores diuidenda, neque locupletari dicitur cum iactura aliena, quia non dicitur locu ples, qui vix habet, vnde viuat, cùm locupletari dicatur plenos loculos habens, & diues. Hic autem loculos habet inanes, & vacuos. Loculi quippè dicuntur receptacula pecuniarum, ab Vlpi. in l. librorum, in fine, de lega. 3. Talis autem est cedens, qui semper deducto ne egeat, reliquum, quod ei aduenit, tenetur soluere creditoribus, quia per cessionẽ non liberatur à debito: sed tenetur, si ad pinguiorem perueniat fortunam, l. ex contractu 3. de bonis author Iudic. possideri, lib 7. C. ri 72.

Ad textum respondetur parem non esse causam debitoris egentis, & retinentis rem per se acquisitam pro necessitate victus, & creditoris reperiẽtis debitum: nam docuimus in extrema necessitate possessorem melioris esse conditionis, neque præcisè cogi ad restitutionem.

Nisi dicamus ad exemplum aliorum vsurariorum puniendos esse hos vsurarios pauperes factos, vt non ratinquatur post cessionem acquisitum, & vt potiùs fame affici debeant, vt patiantur pœnam maritò, quam debito-

ribus immeritò intulerint. Siquidem fœneratores sunt veluti Harpiæ, quæ Phinei dapes, vbi adferebantur, deuorabant: isti enim, vbi aliquod lucrum debitoribus oritur, statim deuorant. Et proinde satis iustũ est, vt quod aliis intulerint, ipsi patiantur. Saltem vt afflictione illa contriti, de deflendo tam scelestissimo scelere, in hoc sæculo, quod est misericordiæ locus, & tempus, diligentiùs cogitet. Qua ratione posset magis illis hæc afflictio prodesse, quàm indulgentia beneficij cessionis prodesse.

## Capvt VII.

## De aliis personis, quæ tenentur ad restitutionem vsurarum per alios, quàm per ipsos, acceptarum.

1 *Vniuersitas tenetur etiam ad restitutionem vsurarum acceptarum.*
2 *Qui aliena administrant negotia, ex pecuniis fœneratis illorum accipientes.*
3 *Proxenetæ vsurarum datarum cum distinctione tenentur in subsidium accipientium inopem.*
4 *Aduocati, & defensores contractuum vsurariorum.*
5 *Notarij contractus vsurarios facientes.*
6 *Fideiussores vsurariorum, ad restitutionem vsurarum adhibiti.*
7 *Confessor manifestum vsurarium admittens ad confessionem, & absoluens.*
8 *Iudex ordinarius, qui ab vsurario, de restituendo non exegit debitam cautionem.*

1 QVartò, prædicta octaua pœna restitutionis tenetur etiam Vniuersitas vel Collegium, à quibus vsuræ acceptæ sunt à debitoribus mutuantibus: ita vt singuli de vniuersitate teneantur in solidum ad restituendũ secundùm Hostiẽsem, in summa ti. de pœn. §. fi. licèt causa vniuersitatis non sit causa singulorum, c. qui manumittitur, 12. q. 2. Quod tamen intelligi debet de his, qui administrant, & vsuras prohibere poterant, & de aliis, in quorũ vtilitatem conuersæ sunt vsuræ, non de reliquis, vt probat Angelus in summa in verb. *restitutio.* 1. nu. 12. vbi vide.

2 Quintò, qui aliorum negotia administrant priuata, vt tutores, curatores, procuratores, si mutuo dato exegerunt vsuras nomine eorum, quorum negotia administrant; illi in quorum causam acceptę sunt, tenentur ad restitutionem earum, etsi soluendo non sunt illi, qui eas acceperunt, in subsidium. Quod vt liqueat, obseruare debemus, quod dicitur in c. si. 46 dist. à Leone summo Pontif. in epist. 1. ad Episcopos per Campaniam, c. 4. *Sicut,* inquit, *non suo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim crimen suum commodis alienis impendere,* addit ibi glossa, ad verbo. *Non suo: Et est hic argumentũ, quòd si aliquis, quasi procurator, vel tutor quãdoque recipit vsuras, quod no possit petere, vt sibi reddantur vsuræ. Vnde si aliquis tutor a me recepit vsuras nomine pupilli: finito officio possum petere vsuras a tutore, quia pro alio peccare non debuit. vt hic dicitur, secus in aliis contractibus: quia finito officio non conuenitur tutor, vel curator,* l. si non subscripsisti c. de administr. tutor. l. 1. quando tuto. & curat. esse desinãt. C. alias quando ex facto tutor &c. cùm illa glossa, concludũt Hostiensis, & Godofredus in summis, & Ioannes Andræas & Panor. nu. 6. ad c. Michael. de vsur. cum distinctione, quòd quando quis nomine alterius accepit vsuras, si principalis, pro quo acceperit, est soluendo, nõ tenetur ad restitutionem: contrà, si soluendo non sit, vt ex quo dedit causam delicto, tenetur alio non valente satisfacere. facit l. ex hoc edicto, §. 1. de eo, per quem factũ erit. ff. l. elegãter, §. pen. de dolo. ff. multa de hac quęstione Lupus Allegatio. 93. Laurentius de Rodulphis, q. 57. Ioannes de Ligorio ad c. super eo, vers. oppono de mandatu de vsur. pluribus dominic. ad c. sicut, 46. d.

Cæterùm hic occurrunt duæ sententiæ, quę videntur ex diametro repugnare: vna glossæ fin. ad c. Michael, de vsur. quæ tradit, dum agitur de quæstione, num qui nomine alieno exegit vsuras, possit repelli agens ad repetitionem vsurarum, quas ipse soluerit per exceptionem, quod debeat priùs ipse soluere. quas exegit nomine alieno, & ait (sed hoc non videtur) quia nihil in suam vtilitatem versum est: nec secundum istum ageretur ad vsuras repetendas, imò contra illũ, qui habuit illã vtilitatẽ.

Alia est Baldi in repetitio. antiqua. l. 3. §. si procurator. quod quisque iur. ff. dum ait, quòd procurator exercens vsuras nomine alieno indistinctè tenetur ad restitutio. Paulus tamẽ Castrens. in dict. §. si procurator, hoc sequitur in tutore, & curatore recipiente vsuras nomine pupilli: in procuratore verò dicit contrarium, per textũ. & ita intelligit glossam in di. c. sicut non suo. Sed vtraque sententia resolui potest per precedentem distinctionem Hostiens. & Panorm. in institoribus tamen, & quos dicunt factores, existimarem dicendũ, cùm nudi sint ministri aliorum, eos non teneri neque principaliter. neq. in subsidiũ, nisi forsan aliquid addiderint coactionis in exigendis, vel in contractibus vsurariis peragendis operam dederint, Ang. Clauo. in summa in verb. *restitutio,* 1. n. 10.

3 Sextò proxenetæ vsurarum acceptarum, cum distinctione aliquando tenentur pro restitutione illorũ. Nam si tantùm proxenetæ ex parte mutuum accipiente interuenerũt ad inueniendum creditorem, qui pecuniã mutuò daret, non peccant, etiamsi ducant ad eum, qui non est solitus nisi cum vsuris mutuare, quemadmodum nec peccat, qui non inueniens alibi pecunias, ad fœneratorẽ it, & cum vsuris ob necessitatem accipit mutuum: neq. improbatum est hoc munus mediatoris, l. 1 & fi. de proxeneтis, li. 50. ff. ti. 14. facit illa magna distinct. gl. fi. in l. si quam, 4. C. de operis libert. li. 6. C. ti. 3. quæ quando pretium operæ accipere vitio tribuatur patrono, distinguit: facit item l. 1. de proxenetis, ff *si proxeneta* inquit Vlpianus, *interuenerit faciendi nominis, vt multi solent, videamus an possit quasi mandator teneri: & non puto teneri. Quia hic monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet nomẽ: idem dico. & si aliquid philanthropi nomine acceperit, nec ex locato, & conducto erit actio. Planè si dolo, & calliditate creditorem circumuenerit, de doli actione tenebitur.* Sic non tenetur mandata actione, qui consiliũ dedit alicui eius causa, vt cũ fœnore pecunias locet, nã pot erat, cui consilium datum est, apud se explorare, nũ illi expediret sequi illud consilium, on nor, l. 2. §. fi. mãda. li. 17. ff. ti. 1. l. Consilij, de regul. iur. Sic intelligedus, vt credo, Bal. in l 8. similiter, si de inuestitura feudi controuersia fuerit, li. 1 feu ti. 5. dicẽs nõ teneri de restitutione.

Si tamen proxeneta pro creditore operas præbuerit, vt quæreret, cui mutuum cum vsuris daret, & ita cõtractus mediator, & propemodum author fuerit vsurarij, proxeneta rectè particeps dicetur, & fautor sceleris, & proinde tenebitur in subsidium vsurarij ad repetitionẽ, si is non restituerit. Sic intelligẽdo gl. ad l. si sciente, 7 ad verbum *cauerunt,* ad leg. Pompeiam, de parri. li. 48. ff. ti. 9. *Nota,* inquit. *argumentum contra proxenetas, vt teneãtur reddere vsuras secũdũ Ecclesiam, ac si ipsi accepissẽt,* quod & ibi sequũtur Barthol. & Angel. ad l. 1. §. incidit in fine, ad Senatuscon. l. Turpi. Angel. ad l. per illum textum, C. vt nemo ad suũ patroc. suscip. Rustica. li. 11. Cod. ti. 53 facit pro ea sententia dicta, l. si sciente, vbi Vlpian. *Si sciente creditore, ad scelus committendum pecunia sit subministrata, vt puta, si ad venena mala comparationẽ, vel etiam vt latronibus, aggressoribúsque daretur, qui patrem interficerent, parricidij pœna tenebitur: quisquis fuerit pecuniam, quique eorũ ita crediderint, aut à quo ita cauerint,* 2. & lege Cornelia de falsis tenetur, seu pœna eius, non tãtùm qui falsum fecit sed & is, qui quid aliud, quàm in testamento sciens dolo malo falsum signauerit, signarive curauerit, l. lege Cornelia, 9. ad legẽ Corneliam de fals. li. 48. ff ti. 10. 3. in l. 1. vt nemo ad suũ patror.

troci. suscipiat Rustica. lib. 11. C. punitur proscriptione bonorũ non solùm qui contra prohibitionẽ legis suscepit rusticanos in suũ patrocinium, sed etiã Notarius, qui scienter de hoc instrumentum confecit. Eadémque pœna mulctantur hi, qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus improba mente prębuerint, 2 argumento sunt lenones, qui mediatores corruptionis castitatis puniuntur, & grauiùs tit. de Lenoni. in Nouellis, nnu 14. l. 2. §. lenocinij. ad leg. Iul. de adult. ff. & Scæuola in l. is cuius ope. 14. ad leg Iul. de adult. lib. 48. ff. tit. 5. *Is enim ope*, inquit, *consilio, dolo malo factũ est, vt vir fæminá ve in adulterio deprehensa, pecuniá, aliá ve quapactione se redimerent, eadem pœna dãnatur, qua constituta est in eos, qui lenocinij crimine dãnantur, & qui domũ suã prabuerit ad adulterium, stuprúm ve cõmittendũ, vel tractandũ, vel ad colloquiũ eadem pœna adultery tenet. r.* In l. qui domum, 8. & l. eisi amicis, 9 eod. tit de adulter. ff vt generaliter qui opẽ dant delict, participes sunt pœnarum, & sceleris delinquentium, l. in furti, §. ope, & §. rectè, de fur. ff. l. hæc verba, de adult ff. c. sicut dignum per tot. de homicid. quando agentes, & consentientes pari pœna puniantur, notabilis est gl. ad c. 1. ad verb pari pœna, de officio deleg. lib. 1 tit 29. qui loci docet quadruplicem esse consensũ in delictis, negligentiæ, consilij, cooperationis, authoritatis, & parem pœnã intelligi de consensu cooperationis 3. qui consilium dat, vt fiat, quod aliter quis non erat facturus, maximè in delicto, tenetur ad læsionem inde sequutam, vt in l. si remunerandi. 6. §. planè manda. ff l 1. §. 3 de seruo corrupt. ff.

4 Septimò, aduocati, procuratores, qui defendunt cõtractus fœneratitios vsurarum, peccant mortaliter tanquam authorantes, per c. 1. cum ibi notatis, de offi. deleg. & per c. 1. de vsur. in sex. Clem. 1. §. si eo. tit. & tenentur ad restitutio. Ang. Clau. *vsura*, 2. n. 20. & in verb *restitutio*, 1. §. vsurarius, n. 8 nempe in subsidium, vt arbitror, ipsorum vsurariorum, si non habeant, vnde soluere possint.

6 Octauò, Notarios teneri ad restitutionem vsurarum acceptarum ratione contractus per illos facti maximè in subsidium inopiæ vsurariorum, videtur dicere Angel. ad d. l. si sciente, ad leg. Pomp. de parri. ff. verum non firmat, sed ait fortè teneri, & cum eadem distinctione, qua vsi fuimus in proxeneta, & si faciant instrumenta ad palliandas vsuras: putà quia faciunt instrumenta de duplo, vel sub nomine emptionis, vel alio modo, non autem tenerentur, si apertè facerent instrumenta de vsuris. Sic de aliis notat Ang. Clau. in summa, in verb. *restitutio*, 1. n 6. Sunt tamen pœnę, quib. Notarij, qui huiusmodi vsuraria, prohibita recipiunt, & conficiunt, plectuntur, vt & remoueantur ob infamiam ab officio secundùm Bald. ad c. 1. de prohibi feudi aliena. per Federic. in vsi. feud. de quib. latiùs in aliis pœnis vsurariorum.

6 Nonò, fideiussores vsurariorum ad restitutionem faciendã adhibiti, tenentur de restitutione. Sed distinguendum videtur, primùm nũ ante cessionem bonorum simpliciter accedat pro manifesto vsurario fideiussor: quo casu videtur in omnẽ euentum fideiussisse, & etiã si vsurarius destituatur facultatib. & desinat esse soluẽdo, vel cedat bonis, nihilominus ipse fideiussor tenebitur ex suis facultatib. soluere, vt ait Paul de Lazaris. Ratio esse põt ex probatione, & textu §. fi. de replicatio. lib. 4. Instit. tit. 14 *Sanè*, inquit Iustinian. *quædam exceptiones* (quę dãtur sc. debitorib.) *non solent his* (fideiussorib.) *accommodari. Ecce enim debitor si bonis suis cesserit, & cũ eo creditor experiatur: defenditur per exceptionẽ, si bonis cesserit: Sed hac exceptio fideiussorib. nõ datur: Ideo scilicet, quod qui alios pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, vt cũ facultat. lapsus fuerit debitor, possic ab iis, quos pro eo obligauit, cõsequi*, §. 1. de fidei. 3. similibus titulis, & docuimus, li. 23. Syntagm Iuris, c. 12. hoc auxiliũ cessionis bonorũ tantũ cedẽtibus debitoribus, nõ fideiussoribus eorũ prodesse, quod & tradit Guido Papæ. decis. 212. nu. 3. Iaso. ad §. fin. nu. 25. & ibidem Angel. num. 13. de actio. Nam vbicunque reus à creditore liberatur, vt natura debitum remaneat, teneri fideiussorem, Scæuola respondit, l. vbicunque, 61. de fideiussori. ff. li. 46. ti. 1. Quare & fideiussor tenebitur pro vsuris debitis ab eo, pro quo in earum restitutionem fideiussit, simpliciter etiam post cessionem bonorum.

Quòd si non simpliciter fideiussit pro eo, sed tantùm pro vsuris restituendis forsan mortui, qui sepeliri nõ poterat sine cautione illa: censetur quidem tãtùm fideiussisse, etiamsi se principalem cõstituat sed tenetur solùm in quantum vires hæreditatis vsurarij tempore fideiussionis valebant & non in eius, vel minus, vt scribit Laurentius de Rodulphis in suis cõtractibus, secũdùm Lapum, Paulum de Leazaris, & alios. Et refert Angelus Clauasius in verbo *restitutio*, primo, num. 14.

7 Decimò, Confessor, qui manifestum vsurarium recipit ad confessionem, & eum absoluit contra formam capit. quanquam, de vsuris, in sexto tenetur ad restitutionem, si aliàs ille vsurarius fuisset cautionem, vel satisfactionem facturus, nisi ipse Sacerdos ipsum absoluisset, saltem ad euitandam confusionem: quia præstat causam efficacem ad nõ restituendum. Secùs si ille aliàs nullam cautionem erat facturus. Si quis tamen in articulo extremę necessitatis positus, non posset cautionem facere, vel in mari esset, tunc licitè posset absolui, c. si quis, de pœnitentia, dist. 7. Sic tamẽ vt extra confessionem inducat eam, vt coram testibus confiteatur debitum, vt sic hæredes cogi possint posteà. Et ita resoluit summa Rosella, in verbo, *restitutio*, num. 28.

8 Vndecimò, Iudex, vel Ordinarius, coram quo vsurarius manifestus dat idoneè cautionem, vt possit testari, & sepeliri, de soluendis vsuris incertis, si scienter moderetur minorem summam, ad quam caueat, quàm vsuræ solui possint verisimiliter, ad satisfactionem residui, pro quo idoneè cautum nõ est, tenetur, c. quanquam, 2. vers. si receptarum vsurarum, de vsuris, in sex. nempe tenetur parti læsæ propter suam malitiam resarcire debitũ, arg. l. etiamsi tutor, vel curator interueniens, li. 2. C. quia videtur facere litem suã, c. cùm æterni. de iudic & in principio ti. de obligation. quæ ex quasi delict. nascũt. Et addit glossa ad d. c. quanquàm, ad verbum, *teneatur*, Quod si Iudex, coram quo cauendum est de soluendis vsuris à manifesto vsurario, nullam quantitatem, de qua caueat restituenda moderetur, tenetur in totum, quia residui commemoratio totum recipit, l. 2 Cod. de hær. institue. l. cæterorum, de verborum signific. Cautè ergo faciet, si in cautione certam verisimilem exprimit quantitatem, & adiicit, quòd etiam vltra illud satisfiet, in quantũ cõstabit eum vsurarum ratione teneri. Idem cõsuluit Guliel. Cler. & Archidiac.

CAPVT VIII.

## Quid intelligatur per verbum restitutionis vsurarum.

1 *Restituere quid, & quid habeatur pro restitutione sufficiente vsurarum.*
2 *Remissio facta vsurarum ab eo, cui debebant restitui, quando non sufficit pro tollendo peccato vsurary, & quando remissio sufficiat vsurario in foro consc.*

1 Restituere, est in primo statu reponere, l. videamus, §. in Fauiana, de vsu. ff. l 2. §. vt restituat, l. ne quid in loco publ. l. cùm prætor. 81. l. plus est in restitutione, 22. & l. restituere, 35. de verb. signific.

Cæterum hic non ita propriè restituere accipitur, id est reddere, sed dupliciter intelligi potest restitutio facta, vel realiter propriè, vel etiã remissione facta à creditoribus, qui repetere possunt vsuras, vel etiã restitutio accipietur, siue re, pro mente, & affectione, vel intẽtione

restituendi ipsius debitoris constituti in summa inopia, qui in præsenti tempore restituere non potest ipsa, sed impetrata dilatione, vel ex voluntate creditoris, vel sine ea, ex ben. fi. io legis per cessionem vtitur. Ius Pontificiũ itaque in hac causa restitutionis rei alienæ, seu vsurarũ, seu aliarum rerum, promiscuè vtitur nominibus, veluti synonymis *reddant*, pro, *restituant*, vt in c. cùm tu de vsuris. Quod est latiùs verbor. reddendi, l. verbum reddendi. 49. de verbo. signific. ff. item verbo. emendent, c. 2. de raptor. b interdum verò satisfaciant, c. in literis, de raptori. Et ita Panormitanus ad c. præterea, 7 nu. 3 rectissimè obseruat, verba ibi posita, *vsque ad condignam satisfactionē* quòd textus ibi magis latè loquatur, quàm in c. cùm tu, eod tit. nam in c. cùm tu, dicitur, quòd debet restitui ablatum & in c. præterea, *sufficit satisfactio*. Latiùs autem patet satisfactio, quia strictè restitutio est in pristinum statum repositio per omnes l. vai. de rep C.

Satisfactio autem est qualiscunque satisfactio voluntatis creditorũ, ideò sufficit liberalis remissio absque reali restitutione tantùm facere quantùm satis sit, i, cui debetur, & quantùm desiderat, l. 1. qui satisda. e cogantur, l. 2. ff. tit. & l. §. satis acceptio, de verborum obligation. ff. Satisfactum ita intelligitur qualitercunque voluntati rem tepet. ntis, quò iam quiescere velit à petitione, vt in l. si rem alienam. §. omnis, de pignorat. act. l. 1. qui satisdare cogant. ff. l. itē liberatus, quibus modis pignu, vel hypot. solui. ff l si rem, §. satisfactum, de accusationibus, ff. glos. ad c. 4. ad verbum *restituatur*, de regulis iuris in sex.

Quocirca pro restitutione habetur, si fiat remissio vsurarum vsurario, ab eo, qui eas petere potest, per inde ac si vsuræ fuissent restitutæ creditori petenti, & is postea redonasset sponte vsurario, vt scribit Dynus ad regulam, peccatum, 4. nu. 8 de regulis iuris in sexto arg. l. 3. §. sed si debitorem, & e. fi. de donat. int. vir. & vxor & l. vir ab eo, de iure dot. ff. l. singularia, circa finem, de iure dottum, l. pecuniam, de solutionib. ff. l. hæc de rei vindicat. ff. Idem scripsit Baldus ad l. rogasti, si tibi vers. quid autem, si vsuras remisi vsurario, si ce tum petat. Hostiensis in summa de vsur. in fin. vers. quid si fœnerator, & vers. quid si vsurarius domin. ad c quanquam, de vsuris in sext. Alexander consil. 91. incip. *visis actis mihi transmissis*, nu. 8. & 10. volu. 2. Ioannes Andræas in addition. ad Speculatorem, lib. 4. par. 4. tit. de vsuris, vbi & remissionem æquiparari dationi probat, vt & dicitur in c. talia. & ibi glossa in verbum, *impunitatem*, 8. q. 3. c. veniens, in primo, sic incipit, De testibus, l. quin etiam, de calumniator. ff. qoia & solutionis verbo fati factio omnis continetur, l. solutionis ver. 176. de verb. signific. l. solutionis verbum, de solutionib. ff facit c. per tuas, in 3. sic incip. de simonia.

2 Hic singulariter obseruandum puto, qood Ioannes Andræas notat in additionibus ad glossam, c. peccatum, ad verbum, *restituatur*, de regulis iuris, in sexto. & in mercurialibus, non totum esse à peccato eum, qui cum possit restituere, non habebat intentionem non soluẽdi, vel restituendi, si ei non fuisset facta remissio.

Rursum idē Ioannes Andræas in additionibus ad Speculatorem, li. 4. par. 4 de vsuris ait, quòd si pactum factũ fuerit de soluẽdis vsuris, & soluæ iuxta illud sint: temissio vsurarum repetendarum non liberat à peccato, quia iam peccatum est ex pacto commissũ. cùm etiam in hoc casu restitutio vsuratum non liberet à peccato, nec desinat esse nocens, vt notatur in glossa antepenul. ad Clementinam, ex grandi, de vsuris.

Addit insuper, vt si fœnerator perseueret in vsuris, & consueuerit procurare sibi remitti vsuras, qoòd non obstante illa remissione repeti ab eo possunt: quòd non præsumantur sponte remissæ, maximè si sint graues, & magnæ: nemo enim præsumitur iactare suum, in l. com de Indebito, de probationib ff. S d num in foro conscieñtiæ sufficiat vsurario sibi remissam fuisse satisfactionem vsurarom, videndus Federicus de Senis, consil. 18 & 22. & an non obstante remissione remitteus possit repetere, Bald. consil. 10.

Notat Panormitanus ad c. consuluit, nu. 10. de vsuris. Nota, inquit, ex textu, quòd libera donatio debitoris occasione mutui non prodest ipsi creditori habenti intentionem deprauatam, vt quia aliàs non fuisset mutuaturus, nisi sperasset aliquid inde consequi. Et singulariter facit iste textus, quòd ren issio vsuratum etiam liberaliter facta ab eo, qui soluit, non prodest ipsi vsurario habenti mentem corruptam, & propositum non restituendi remissione non facta, quod est contra glossam, in reg. peccatom, li. 6. & contra Federicum, vt saltē tempore pœnitentiæ habeat hoc propositum. Hæc Panor. ibi & rursum in c. cùm tu, 6. nu. 15 idipsum ait, & vt possit ritè absolui, exigit, quòd satisfaciat Deo, si habeat mentem corruptam prædictam, teneatur Deo satisfacere per pœnitentiam. Sed non video, inquit, quomodo nunc possit rectè pœnitere, nisi pœniteat saltem se exercuisse vsuras, & habeat propositum non restituendi, si alias remissio non fuisset ita facta, quòd saltem nunc habeat tale propositum, licèt non habuerit tempore remissionis factæ.

## Capvt IX.

## De quibus facienda est restitutio ab vsurario, vel ab aliis, quos diximus ad restitutionem teneri.

1 *Quæ sint illa, quæ nomine vsuræ restituenda debeant restitui a creditore accipiente supra debitum.*
2 *Vsurarius mentalis quando tenetur restituere sibi datum a debitore.*
3 *Iudex accuratè debet considerare quæ possint dici data a debitore vt non sint vsura.*
4 *Tamen mentalis vsurarius non usdem pœnis cogitur ad restitutionem quibus manifestus.*
5 *Vsurarius accipiens a debitore fructuosam speciem supra sortem, debet eam restituere cum fructibus.*
6 *Et ad restitutionem damni, quod passus est debitor ex solutione vsurarum, tenetur etiam.*
7 *Tamen non restituit lucrum, quod fecit ex vsuris sibi datis, quas tantum restituere debet.*
8 *Nec fructus perceptos ex re empta de pecuniis vsurarũ.*
9 *Quia hoc lucrum non est ex pecunia.*
10 *Foreste debitor sibi satisfacere de vsuris datis, si res creditoris ad manus suas venerint.*

Agitur hic primùm de manifestis vsuris restituẽdis, & ita considerantur restituendæ, quòd sint vsuræ illicitæ: deinde considerantur ipsa vis restitutionis.

Quod itaque receptum est ex pacto, conuentione, intentione mentali directè, vel per indirectum ratione mutui supra sortem: id omne, cùm sit vsura, vt sæpe dictum est, restituendum erit, non autem quod datum est creditori à mutuo accipiente sine consideratione mutoi, & quod receptum extra pactionem à mutuante, & si quid extra intentionem, aut sem supra mutuum accipiendi, acceptum f erit. Nam ea, cùm non pertinere docuerimus ad vsuram, rectissimè possunt sine conscientia & recipi, & retineri: cùm donationes alioquin per se puræ dicantur firmæ & irreuocabiles ex propria natura, l. velles necne, de reuocandis donationib. C. Idem dicendum de rebus, quæ recipiuntur à creditore ratione eius, quod interest, vel pœnæ legalis, aut conuentionalis supra sortem: quia ea non pertinent ad vsuras vetitas, vt diximus in principio, num. 2. vsuræ à manifesto vsurario, & ab aliis, qui res acceperint ab ipsis, de rebus ex vsuris emptis, & quæsitis, vt dictum proximè, restitui debent.

2 Vsurarius etiam mentalis tenetur restituere id, quod sibi datum est à mutuo accipiente vltra sortē: quãdo videlicet

delicet qui dat, non aliter esset daturus, nisi videlicet quòd mutuum dans, ea mente dare videatur, vt aliquid accipiat. Alioquin verò si sponte daret, vt dixi, & liberaliter, & is, qui accipit, accipit etiam liberaliter, non est vsura: nec locus est restitutioni, vt ait Cardinalis ad cap. consuluit, de vsuris. Et ad Clem. ex graui, de vsuris. Richardus in 4. sentent. dist. 15. quæst 5 artic. 5 & ibidem Scotus, Alexander, Lombardus.

Et quamuis in foro conscientiæ intentio principalis recipiendi pro mutuo, non deposita ante acceptionem dati, obligare videatur, vt vsurarium ad restitutionem, saltem ad peccatum vsuræ, argum. l. si ego, in 1. sic incipien. de rebus creditis, ff. tamen quod pertinet ad restitutionem in foro contentioso, si appareat voluntas concedentis supra mutuum, quòd sit largitio ex liberalitate, videtur res data translata in dominium ipsius accipientis per §. per traditionem, de rerum diuis. quanquam contraria concurrat voluntas accipientis pro mutuo, sicuti de furto dicitur, in § placet. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. l. inter omnes. §. rectè, de furtis, vbi contractans rem alienam credens inuito domino se facere, committit furtum: sed furti non est obligatus, si dominus erat volens.

Desidero hic diligentiam Iudicis vtriusque fori in discernendo, num gratis datum, vel acceptum sit sine intentione vsurarum pro mutuo: quod ex circunstantiis præcedentium, & subsequentium mutuum, colligi poterit. Nam si signis, vel circumlocutionibus, vel technis creditoris appareat eum non fuisse liberalem mutuantem, si quid acceperit etiam oblatum ab eo, qui inde inductus fuerit ad offerendum, certè ad restitutionem tenetur, cùm aliter non fuisset debitor oblaturus, si potuisset sine dono mutuum impetrare. Tales artes sunt creditorum, qui se Curios simulant, & iustos, sed improbæ sunt harpiæ: fingunt enim non habere pecunias nisi pro sua necessitate neq; solitos mutuare, sed submittūt proxenetas, qui inducāt egentes ad munera dāda, & ad promittendū quòd non erunt ingrati: vnde verè sunt isti vsurarij mentales, & ad restitutionē tenentur apud Deū, quem secreta cordis nō latent. Vt cōtrà, si creditor bonę fidei mutuat gratis liberaliter, & recipit supra mutuum à debitore quippiā, quod putat gratis sibi offerri, nō est certè vsurarius, etiamsi qui obtulit, nō sit in ea intentione quòd gratis offerat, sed nomine vsurarū. Neque vitiū offerentis nocet accipiēti, qui extra eā intentionē est, & eius offerētis mentē ignorat: siquidē culpa nō procedit ex ambiētis petitione, vt dicitur in cap. sicut episcopum, 1. quęst 2. & obligatio naturalis ad antidoron facit iustā receptionē oblati, neq. dat ius eius vt in debiti soluti repetitionem, l. si testis, §. 1. de fideiussoribus. ff. vide latiùs apud Angelum Clauas. in verbo, *restitutio*, 1. in §. vsurarius, num. 1. & 2. in summa.

Cæterùm non iisdem pœnis mentales vsurarij cōpelluntur, nec eodem modo restituere, quibus manifesti vsurarij & apparentes, de quibus Concilium Lateranense, & pœnæ exterioris fori agunt.

5 Quartò, si res in specie data fuerit à debitore mutui pro vsuris creditori, veluti domus, prędiū, pecus, & simile, quod fructum faciat, debet restitui cum fructibus p si repetēti tanquā à possessore malæ fidei rei alienę, quos percepisset dominus, si res ab eo non fuisset ablata, & si possedisset, ca. grauis. de restitution. spoliator. l. in re furtiua, de cōdiction. furti. ff. l. si nauis, § generaliter, de rei vindicat. ff Sic enim restituere, inquit Paulus, intelligitur, qui simul & rem, & causā actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tēpore ei reddita fuisset, & qui restituit quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta nō esset, l. restituere autē, 35. dicta l. restituere videtur. 75. de verb. signif. & Papinianus in l. generaliter, 29. de regulis iuris. ff plenè in l. videamus, §. in Fauiana, de vsuris. ff. Deductis tamē sumptibus pro re, & fructibus colligēdis, & cōseruādis necessariò factis, qui & à quolibet malæ fidei possessore, etiā prędone retinētur, vel deducuntur, l. si à patre, §. finali. l. si à domino. §. fructus, & l. planè. de petition. hereditatis ff. l. 1. C. de fructibus, & tit. expen. Nullus enim est casus, qui hoc genus deductionis impedire possit, l. fundus, qui familię erciscun. ff. l. fructus, soluto matrim. ff. quia & fructus dicuntur deductis sumptibus necessariis, l. fructus, de operis seru. ff. Nec potest nō esse malę fidei possessor vsurarius, qui contra legum diuinarū, & humanarū prohibitionē rem alienā accepit, & de ea cōtraxit. in l. quēadmodum, de agricol & censit. lib. 11. C. tit. 47. l. nō dubium. C. de legi. Videnda, quæ antea diximus in explicatione cap. 1. dum agebamus de fructibus ex pignore ab vsurario perceptis restituendis, & l. si pignore, de pignoratitia actione, ff. Idem in commodato. l. apud Labeonem, de prescriptis verbis. ff. Sed & nullo titulo vsuras accipiens, vt indebitam rem cum omnibus accessionibus tenetur restituere in l. indebiti, 15. in principio, de condictione indebiti, li. 12 tit. 6 ff. l. cùm fundus, si certum petatur. ff l. qui se debere, de condiction ob causam dator ff. l & generaliter, de calumniatorib. ff. Angelus tamen Clauasius, in verbo, *restitutio*, 1 § possessor malę fidei, videtur restringere hanc restitutionem fructuum, si res, quæ repetitur etiam fructuosa, talis esset, quę apud dominum repetentē non reddidisset ei fructum, putà quia dominus domum datam pro vsuris non locasset, vel agrum non coluisset; & ait in conscientia tales fructus eum non posse repetere, sed hoc in foro conscientiæ.

6 Quintò, tenetur vsurarius restituendo vsuras, etiā ad restitutionem damni, si quod ipse debitor, qui ei dedit, passus fuerit propter solutionem, veluti, si conuentus ab vsurario coactus fuerit ad vsuras soluendas domum, vel agrum viliùs vendere, & si aliam conduxit, vel si coactus sit ad soluendas illas vsuras, pecuniam cum aliis vsuris, vel fœnore mutuare. Sic resoluit summa Pisanella in verbo, *Vsura*, sexta, num. 11.

Sed etsi res deteriorata reddatur, dānū debet resarciri: cùm res aliter reddi propriè nō detur, quæ deterior redditur, l. tertia, §. 1. cōmodati, ff. lib. 13. titu. 6. l. 1. §. si res deposita, depositi, ff l. 1. qui tabulas, ad legem Aquiliam, ff.

7 Quod pertinet verò ad lucrum perceptum ex vsuris datis, num illud restitui etiam debeat soluenti, & repetenti vsuras datas, quemadmodum damnum, quod consecutus est propter solutionem vsurarum, vt antè dixi, repetit. Hanc quæstionem examinat in vtramque partem Bartholomæus Brixiensis in quæstionibus venerialibus, qu. 79. & resoluit, quòd qui tantùm quinquaginta, exempli causa, pro vsuris dedit, non potest vltra quinquaginta repetere, quamuis vsurarius ex illis aliquid lucratus fuerit, putà alteri mutuando vel res emēdo. Quia primò petēs vltra quinquaginta, iam vsurarius esset petens supra sortem, cap. 1. 2. 3. 14 qo. 3 & patet ex finitione vsuræ. Item secundò, lucrum quod ex pecunia data quęsitum est vsurario, non censetur ex pecunia prouenisse; quia illa est sterilis, nec apta natura aliam parere, cap. eiiciens, 88. distinct. 3. datione, seu traditione pecuniæ, vsurarius, qui eam accepit, habuit translationem dominij eius. per l. traditionibus, C. de pact. secundùm quosdam; & translatum dominium in vsurarium docere potest, c. debitores, de iureiuran.

Quocirca, quæsitum ex re aliena, nempe quę alterius facta est, non debet pertinere ad debitorem, qui pecunias vsurarum nomine dans, desiit esse illarum dominus; maximè consumptione facta. & si quid ex eo lucro acciperet, videretur locupletari cum alterius iactura, contra l. nam hoc natura, de condictio. indebi. ff. l. iure naturæ, de reg. iur. ff. c. locupletari, eo. tit. in sex.

8 Idipsum dicendū de fructibus perceptis ab vsurario de reb. emptis ex pecunia vsuraria, quia nec res ēmpta ex pecunia furtiua, furtiua est, vt nec cōtra, numus ex re furtiua vēdita collectus, furtiuus est, l. qui vas, § fi. de fur. ff. 4. & ipsum videtur esse ex repetitione nūmorum solutorū

etiam indebitè vt fructus non restituantur rei emptæ, in l.1.indebiti,15.§.1.de condictio.indebit.ff.

9 Firmat D.Thomas,2.2.q.78.a.3 ad 3.dũ tradit, quòd si vsurarius ex pecunia negotiatus sit,& lucratus, vel emit inde prædium,& fructus percepit, non teneatur restituere, eò quòd tale lucrum non est fructus pecuniæ, sed humanæ industriæ, & possessio empta de tali pecunia, est res ementis,& non eius, à quo accepta fuit vsura, licèt ei sit obligata.

Neque opus est hîc considerare datas res in specie pro vsuris, cuius fructus, & accessiones perinde restitui domino repetenti debent, ac res ipsæ, eò quòd longa,& lata est differentia inter illas res, quæ perseuerant in dominio soluentis indebitè,& pecunias, quæ solutæ transferuntur in dominium vsurarij accipientis, inter res, quæ fructum naturâ, vel vsum concedere possunt æstimatum,& pecunias steriles, vt dictum est.

10 Potest restitutionis locum quinto modo tenere si postquam debitor non gratis vsuras mutuanti soluerit, ad manus eius venerint quædam bona eiusdem creditoris vsurarij, nam de his sibi potest satisfacere pro vsuris, quas ei soluit secundùm Guilielmum in summa, lib.2. tit.7.quæst.8.quem refert summa Pisanella in verbo, *vsura*,6.num 1.

---

## Capvt X.

## De ordine,& praxi, quibus vtimur in repetitione vsurarum, contra vsurarios.

1 *Praxis, & ordo in repetitione vsurarum: & primùm vt Iudex competens adeatur, coram quo fiat denunciatio.*
2 *Ille autem talis erit, quales pœna erunt imponenda, vel Ecclesiasticus, vel fori conscientiæ: ratione peccati excommunicationis, & interdicti.*
3 *Vel secularis ratione pœnarum eius fori, vt restitutionis.*
4 *Arbiter verò Laicus potest de vsuris præteritis cognoscere, de futuris non.*
5 *Vsura num possint peti coram Iudice sæculari.*
6 *Pro suis pœnis sæcularibus in Laicis, Iudex sæcularis erit competens.*
7 *Dummodo seruet ordinem iudiciarium, quem tamen Iudex Ecclesiasticus non seruat, sed sũmarie, & de plano procedit.*
8 *Quid autem illa verba,* summariè, & de plano,& sine forma iudicij, *significent, docetur.*
9 *Proceditur verò contra vsurarios, vel ex officio Iudicis, vel ad accusationem partis per inquisitionem super fama.*
10 *Agi autem potest contra vsurarios vel ciuiliter, vel criminaliter, vel ad prohibendum, ne exigantur promissa, vel ad repetitionem solutarum.*
11 *Accusatio publica, vltra restitutionem, ad pœnam exemplarem vocat vsurarium.*
12 *At in his omnibus primus exigitur probatio, quòd quis sit manifestus vsurarius.*
13 *Qui autem tales dicuntur, explicatur.*
14 *Potest & colligi ex libris rationum eorum contra illos.*
15 *Compelluntur autem illos edere, si suspecti, & manifesti, sed num domum ipsorum quis ingredi possit, & scrutari arcam eorum, ad illos inquirendos, disputatur.*
16 *Quin & extantibus iudiciis manifestis contra vsurarium, perueniri potest ad torturam eius.*
17 *Peruenitur & ad testes idoneos pro probatione manifesti vsurarij.*
18 *Iuncta fama.*
19 *Idonei tamen non censentur, qui dicunt scire aliquem vsurarium, quia eis dederint vsuras.*
20 *Aut si sint singulares.*
21 *Potest tamen Iudex in supplementum probationis, exigere iuramentum à litigantibus.*
22 *Tota verò concurrentia, non separata arguunt contractum vsurarium, vilitas pretij, fama, quod quis sit vsurarius, & pactũ, ne liceat intra certũ tẽpus rem venditã redhibere.*
23 *Colligantur & aliunde argumenta, & probationes, quòd quis sit vsurarius manifestus.*
24 *Pactum solum redhibitionis concessa non facit contractum vsurarium.*
25 *Conuictus, & confessus, pro manifesto vsurario habetur.*
26 *Sunt & præsumptiones, quæ arguunt vsurariũ contractum.*
27 *Fama tamen non sufficit sola, quia incertos habet authores.*
28 *Et habent locũ manifesti vsurarij probationes non tantùm in vita eius, sed etiam pro pœnis post mortem infligendis.*

1 IN quæstione repetitionis vsurarum seruanda est methodus, per quam ad compulsionem,& effectum, & ad puniendos vsurarios perueniatur.

In primis erit Iudex competens, cui denunciatio fiat, vel coram quo libellus,& petitio instituatur, neque enim propria authoritate impunè licet rem suam etiam repetere, l.extat, quòd metus causa, ff. l. vnica ne quis in propria causa iud. C. imò nec sub prætextu rescripti principalis, l.meminerint,6.C.vnde vi, lib.8.C.tit.4.

2 Porrò iudex secundùm diuersarum pœnarum distinctionem, & formam iudicii, potest esse in foro conscientiæ, in foro Ecclesiastico contentioso, & in sæculari, in vtroque enim foro potest de hoc crimine cognosci,& iudicari.

In hoc crimine, inquit Panor. ad Rubricam de vsur. n.6.& Ioannes Monachus in c. 1. de vsur. in sex. Ecclesia vendicat sibi iurisdictionem in Laicos, quia vsurarij principaliter committunt in Deum abutendo rerum vsu, ideo ad eius Vicarium spectat punitio. Item vsura est peccatum contra vetus,& nouum Testamentum, & Legem Canonicam. ideò punitio spectat ad conditorem canonum,& ad Vicarium Christi, c.nouit de iudic. Rursum Panor. ad c.2.nu 1 de vsur. Nota primò, inquit, ex textu, Laicos esse compellendos ad restitutionem vsurarum per Ecclesiam Nam hoc delictum, seu eius correctio spectat ad Ecclesiam. Et iterum in c.præterea,7.nu. 2.eo.tit.de vsur. Tertiò, inquit, nota, quòd Laici subsunt Ecclesiæ quoad istud crimen vsurarum, & possunt excommunicari in vita, vt desistant,& satisfaciant de præteritis,& male faciant Episcopi, hoc non exercentes, expectantes tantùm tempus mortis. Nam ipsi peccant patiendo alios peccare, vt 18 distinct. c. Ephesiis, cùmque meliùs esset ante tempus occurrere, quàm post causam vulneratam remediũ quærere. l.fin. Cod. in quibus caus. in integr. restitutio. non est necesse. Iura Pontificia suis verbis, vt sequitur, hanc Ecclesiasticam iurisdictionem in vsurarios exprimũt, in c 1.de iureiur. li.2.tit.14. *Mandamus*, inquit summus Pontifex, *quatenus creditores ad iuramenta super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda, Ecclesiastica districtione cogatis.* & in c.debitores,6.eo.tit. *Et cùm vsura soluta fuerint, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica seueritate (si necesse fuerit) compellendi,* in c. 2. de vsur. *authoritate præsentium diximus iniungendum, vt eos, qui de possessionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem deductis expensis receperunt, ad eadem pignora restituẽda, sine vsurarum exactione, Ecclesiastica districtione compellas.* Idem in c.tuas dudum recepimus,12.eo.tit.de vsur. pœnæ etiam excommunicationis, suspensionis, interdicti, quibus afficiuntur contumaces vsurarij, Ecclesiasticę sunt proculdubiò censurę subiiciendi, c.quærenti,20.de verbor.signific. quæ à nullo, quàm Ecclesiastico Iudice infligi possunt regulariter, c.corripiatur,14.q.3 c.cum ab Ecclesiarum Prelatis: de officio ordina. cum similibus proinde illis, maximè personæ etiam Ecclesiasticę, quę non sunt nisi fori Ecclesiastici, non ab alio. quàm Ecclesiastico afficiuntur, c.2.3.c.prętèrea, 7. c. tuas dudum,12. cum similibus de vsur. vt in 6.& Clementi.

Nec immorabimur circa Clericorũ Iudices, cùm illi sint proculdubio corã Ecclesiasticis cõueniandi, & puniẽdi, toto tit. de foro compe. & 11. quęst.1.can. 1.& sequẽtibus, tit. vt Clericis apud proprios Episcop. conuen. in nouellis,

in nouella, cum plurib. aliis vulgarib. vt e. at si Clerici de iudi. Deinc. de causis peccati, cognoscit inter Laicos Iudex Ecclesiast. vt de causis Ecclesiast. in c. nouit, de iudi.

Causa autem peccati consistit in vsuris, quia peccatum est vsuras exigere, & peccatum quoque dicitur in c. cùm tu cap. in crimine, de vsur. clet. 1. §. fin. co titu Subinde & dicit glossa fin. ad cap. ex literis 32. de iureiur. causam vsurarum esse quasi spiritualem, & Ecclesiasticam, vt & gl. ad c. a. ad verba, *secundùm quod canones censent*, de offi. iudi ordi. arij li 1. tit. 1 glossa in principio 11. q. 1. ad verbum *clericum*. Sic resoluit Didacus lib. 3 resolutio. c. 3 hoc crimen vsurarum esse merè Ecclesiasticum, secundùm communem Doctorum sententiam vtriusque iuris, quódque causa restitutionis vsurarum etiam si agatur inter Laicos spectat ad iudicium Ecclesiasticum, neque in ea Iudex Laicus nõ sit competens. & ita videtur quoque concludere glos. ad Cle 2. de iudicius, ad verb. *Vsuris*, maximè per cap. vt inquisitionis 18. penul. de hæret in sex. vbi prohibetur Iudicibus sæcularibus se immiscere de crimine hæreseos, eò quòd sit merè Ecclesiasticum directè, vel indirectè. Et hanc communiter seruari opinionem circa vsuras testatur Lappus, de Castill. allega. 54. inci. *reuerendo domine*, quem & refert Imola ad c. cùm sit generale, nu. 6. de foro compe. Adeò quòd secundùm aliquos non potest Iudex sæcularis, etiam incidenter cognoscere super vsuris vt notat Alexander in l. quoties, n. 4. de iudi. C. & Iasius in leg. Titia solu. matrimo. facit, quòd neque possit compromitti in Laicum de spiritualibus, c. contingit, & de arbitris li. 1. tit. 43. & ibi glossa fin. notat. quòd Laicus de re spirituali nullo modo iudicare potest, nec principaliter, neque incidenter: & quòd Ecclesiasticis personis tantum causa spiritualis sit committenda, argum. c. cum ex consulente, & c. super quæstionum, §. si verò, quod si de officio d. lega.

3 De Iudice sæculari, quando possit adiri pro vsuris, & cognoscere de illis principaliter, aut incidenter, sunt variæ sententiæ, de quib. Alex. ad l. Titia. 34. nu. 7. & 13 solut. matrim. ff. & ibi Barth. Ancharan. consil 75. & concil 94 incip *In Christi nomine*, Lap. alleg. 75. Sed idipsum iudicium Clarus paucis videtur tradidisse, li. 5. § vsura num. 8. Hoc crimen inquit, vsurarum, est merè Ecclesiasticum. Et hanc dicit communem conclusionem Didacus in Epitome super 4 Decretalium, fol. 78. nu 19. Tu verò dic, quòd est merè Ecclesiasticum, quod ad cognitionem iuris an scilicet cõtractus sit vsurarius, necnon: secus autem quoad factum item quoad pœnam est communis fori, & Archidia. ad c. quid dicam, 14 q. 4 probat opinionem Hugo. & Lau. vt & God. ffred. ad c. cùm sit de foro competenti, nempe quòd vsuræ possint repeti contra Laicum in sæculari foro, pro qua sententia facit, & ad nostram, 20. de iureiur. ibi, *iuramento firmauerunt* (scilicet dantes vsuras) *quod nec per se, nec per aliũ prædict. vsuras repeterent, vel apud Ecclesiasticum Iudicem, seu sæculare, super his deponerent quæstionē*, quæ verba indicant apud sæcularẽ iudicem posse repeti vsuras, & quàuis glossa ad d Clem. 2. ad verb. *Vsuris*, de iudiciis, dicat illa verba esse partium iurantium non Papæ, tamen quamuis admittatur, constat nihilominus iudicare per consuetudinem, quòd & possint repeti coram sæculari, aliter enim Notarij non apposuissent illã clausulam, si omnino fuisset superflua, iux ta l. fin C. de donati in Ludouic Romanus ita ad l. Titia. 34. solut. matrim. ff. & ibi Alex. eam refert nu. putat regulariter verum, quòd omnes causæ spirituales, siue incidat quæstio facti, siue iuris spectent ad Iudicem Ecclesiasticum, per c. Iudex Laicus, de senten excommun in sext. excipit tamen causam vsurariam, per textum, in c. post miserabilem, de vsur. vt etia. Bart. ad d. l. Titia. probat & c. c. post miserabilem 12 de vsur. *vbi sanquitid remittendas Christianis vsuras, & principes, & pote states compelli præcipimus sæculares. Et donec eas remiserint ab vniuersis Christi fidelibus, tam in mercimoniis, quàm in aliis per excõmunicationis sententiam eis iubemus communionem omnimodam denegari*: idipsum in concilio generali iniunctum Principibus sæcularibus in c. in qu nto, 18. eod. tit. de vsur.

Resoluit Alciatus ad c. 1. perniciosam, nu. 77. de offic. iud. ord. quod vsurariorum iudicium, si disputatur de iure, est Ecclesiasticum: si autẽ de facto, possit se Iudex Laicus intromittere, & cõmunem dicit esse opinionẽ. Addit & nu 8 quòd si vsurarij puniãtur per IudicemEcclesiasticum, nihilominus puniri possint per Laicũ, seu sæcularem Iudicem. Latiùs distinguit Iulius Clarus lib. 5. fin. sententiarum iuris, in practica criminali, q. 7. nu. 2. num agatur pro crimine vsurarum criminaliter, aut ciuiliter. Nam si criminaliter, nulla est difficultas, quominùs vterque Ecclesiasticus, & sæcularis Iudex possit pro ipso crimine criminaliter contra vsurarium procedere, & ita praxis obseruat. Si verò agatur inter partes de eo de ciuiliter, subdistinguitur, an quæstio sit iuris su. er vsura, veluti num cõtractus sit vsurarius, vel non, quo casu cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, vt nullo modo de ea Iudex sæcularis possit se intromittere. Sicq; cõcludant Doctores tam iuris ciuilis, quàm Pontificij, vt scribit Iason concil. 153. nu. 3. li. 4. Et de consuetudine seruari ait Decius, concil. 100. no. 3. Alciat. ad c. 1. nom. 77. de offic. ordi Et ita practicari, maximè si Iudex Ecclesiasticus inhibeat Iudici sæculari, Maria, in c. cùm sit generale, 22. de foro cõpet. Aut agitur de quæstione facti super vsura, putà, quia non reuocatur in dubiũ, sitne contractus vsurarius, aut non, sed solummodò repetuntur vsuræ. Et tũc vtiq; Iudex Laicus est cõpetens, vt ait Bald. ad l. quoties, C. de vsur. circa finem cuius sententiã communiter approbari refert Clarus, & Panorm. ad c. cùm sit generale, nu. 1. de foro compet. Quæ tamen, inquit Clarus, omnia intelligenda sunt, quando principaliter deducitur in iudiciũ quæstio vsurarum. Cęterùm quando incidenter opponitur per modum exceptionis, contractum esse vsurariũ, tunc bene potest Iudex Laicus cognoscere, etiã super quæstione iuris, & contractum ipsum tanquam vsurarium annullare, & rescindere: esséque communem opinionem hanc tam interpretum iuris ciuilis, quàm Pontificij, Guido Pap. concil. 180. n. 2. & Clarus quandoque ita se vidisse seruari testatur.

Sed & principaliter mota qœstione de vsuris criminaliter absolutio, vel condẽnatio facta coram alterutro Iudice sęculari, vel Ecclesiastico, non impedit alia Iudicẽ, quin de eodẽ crimine cognoscat, & suis pœnis plectat, vt pluribus docetur ex dicta quęstione Clari 37. in fine & 57. n. 11. & 14. in practica criminali, lib. 5. sententiarum.

4 His proxima est quęstio de qua Alex. Imola. ad l. Titia. n. 14. solu. matri. num, si eorũ arbitratore Laico opponatur exceptio vsurarum, possit de ea corã eo cognosci? atq. ex Baldo respõdet, & dicit, qnòd sic super vsuris prę teritis, nẽpe quòd solutę sint: iãslicet super futuris nõ videatur cõpromissum, quia licèt dolus prǽteritus remitti possit nõ tamen futurus l si vnus, §. illud, de pact. ff. sequitur hunc Panor. ad c. contingit, de arbit. quod pertinet ad vsuras prǽteritas: nisi quando vsurarius dolo induxisset debitorem, à quo vsuras extorsit, ad compromittendum super eis, arg. c. a. 1. de arbit. ex quo colligunt interpretes nullum esse arbitrium, seu arbitramentum, continens peccatum per partes irremissibile.

5 Summaria item hîc non erit prætermittenda resolutio, quæ datur in additionibus ad Speculatorem, libr. 4. particul 4. tit de vsuris in hæc verba, quæ quia concise rem exprimunt, mutanda non censuit: *An vsuræ peti possint coram iudice sæculari. Archidiac. 14. qu 4. quod sit, vt c. ad nostram de iureiurand. Ioannes An. dicit sã ea eius reuerentia, quod illud capitulum non facit, gloss. in c. ex tenore, de foro cõpet. ait, dicit, quod causa vsuræ est spiritualis. Et gloss. in cap ex literis, dicit, quod est quasi spiritualis.* Ioannes Calderinus dicit quòd est spiritualis, & sæcularis: vnde dicit, quòd est locus præuentioni, vt cap post miserabilem, de vsur. Ioannes Monachus videtur de hoc dubitare. Quando verò proponuntur vsuræ per viam exce-

ptionis, tunc Iudex sæcularis habet cognoscere indubitâter, nec habet necesse fieri remissio ad Iudicē Ecclesiasticum, licèt in multis locis habeat locum contraria consuetudo. Debet tamen Iudex sæcularis seruare canones, & constitutiones Episcopales. Bartbol. ad l. qui iurisdictionem, de iurisdictio. omnium iudic. ff.

6 Cæterùm duæ distinctiones obseruandæ præcipuè erunt, dum agi poterit corā Iudice sæculari, & Ecclesiastico cōtra laicum pro vsurarum causa: prior, vt pœnas quilibet sui fori imponat Iudex, non alterius, nempe vt abstineat ab Ecclesiasticis sæcularis, vt contrà Ecclesiasticus à sæcularibus, quę ingerunt sanguinis effusionem, vel similibus propriis Iudicum sæcularium.

7 Secundò debet obseruare Iudex sæcularis ordinem iudiciarium in cognitione vsurarum: at Ecclesiasticus debet in his ventilandis simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedere ex cōstitutione Clementina 2. dispendiosam de iudic. quo loci glossa, ad verbum, *Vsuris*, notat Papam nō intendere, nec posse per illa Decretalem iudiciarium ordinem tollere, nisi quoad suum forum. Sic glossa ad cap. 2. de arbitris, in sexto, ad verb. *lex ciuilis*, tradit Decretalem illam, quæ statuit contra leges ciuiles, vt cōpromisso facto in tres, in absentia vnius al j duo possint sententiam dicere, locum non habere in foro sæculari, aut in locis, quæ non sunt in temporali iurisdictione Ecclesię. Atque generalis glossa in c. 1. ad verbum, *possessor*, de regu. iur. in sex. Credo, inquit, quòd Papa, vbi nō habet temporalē iurisdictionem, non possit tollere legem quoad forum ciuile, nisi in his, in quib. vertitur periculum animæ, cùm potestates distinctę sint. cap. cùm ad verum. 96. distinct. cap. quoniam, 10. distinct. vbi de hoc, & cap. causam, in 2. qui filij sint legitimi. In his autem, in quib. periculum animæ vertitur, quoad vtrumq; forum tollit legem, vt cap. nouit, de iudic. cap. final. de præscript. capit. penul. & fina. de secund. nupt. cap. final. de foro cōpeten. in sex. cum similib. Nam in his sacros canones imitari debent leges, cap. Clerici, de iudic. §. præterea vt nō luxuriam cōtra natur. in Nouel. §. si verò Ecclesiasticum, vt Clerici apud proprios Episco. conuenian. in Nouell. Quamobrem cùm ordo iudicialis, & stylus procedendi alius sit in foro sæculari, cuius obseruatio non pertinet ad peccatum, sed potius ad pleniorem indaginem causæ vsurarum seruandus erit, quàm is in Ecclesiastico, vbi lites breuiores, simpliciter, & sine figura iudicij expediri possunt in dicta Clementina 2. de iudic. vbi adhuc glossa ad verbum, *valeat*, obseruat dictum fuisse, vt Iudex in causis spiritualib. electionum, postulationum, prouisionum, beneficialium, & Ecclesiasticorum officiorum, matrimoniorum, vsurarum, & in his, quæ ea tangerent, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij procedere, *valeat*: non dicit, inquit, glossa, *debeat*, per quod patet, quòd potest Iudex etiam cōtradicentibus partib. seruare iudiciarium ordinē in causis prædictis, l. nō quicquid, de iudicijs cap. consuluit, de offic. delegat. non sic in quib. aliter procedi debet, vt patet in cap. sæpè contingit, de verbor. signifi. in Clement. per quod consulo, quòd in casibus, in quibus dubitatur, an constitutio ista locum habeat, de quibus supra notaui, & similibus, Iudex ad omne dubium tollendum, seruet ordinem iudiciarium.

8 Quid autem significent, & importent illa verba, *de plano, & simpliciter, & sine figura iudicij*, docetur in Clem. sæpè. 2. de verb. signifi. in Clem. nempe vt Iudex, cui taliter causa cōmittitur, necessariò libellum nō exigat, litis cōtestationem nō postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat: amputet dilationum materiam, litem, quātùm poterit, faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias, & frustratorias repellēdo partium, aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testiúmque superfluam multitudinem refrænando. Non sic tamen Iudex litem abbreuiat, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur. Citationum verò, ac præstationē iuramēti de calumnia, vel malitia, vel de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per cōmissionem huiusmodi non excludi. Adferuntur ad eandem declarationem per glossas, singularia plura, & iura similia, quæ ibi egentibus videnda sunt, & in glossis similibus editis ad extrauagantem ciuilem vnicam, quomodo in crimine læsæ maiestatis procedendum sit.

9 Proceditur à Iudice contra vsurarios, & eorum delictum vt punibile, vel ex officio, vel ad accusationē partis. Ex officio maior pars interpretum, quę & meliùs secundum ius respōdit, cōsentit, quòd ex iure Pōtificio, quo vsurę omnino sunt vetitæ, Iudex Ecclesiasticus potest ex officio, & per inquisitionem fama præcedente, iuxta cap. qualiter, in 2. sic incipiēte, de accusationib. & c. 1. de offi. ordina. procedere, & vltra pœnas cōcilij Lateranēsis, ea. quia in omnibus de vsuris, arbitrarias exercere in eos alias. Sic notat Petrus Philip. Corneus, cōsilio 193. 3. volum. Panorm. ad cap. tuas, n. 2. de vsuris. vbi per illum textum, notat, inquit 1. Iudicē posse ex suo officio sup. lere, nedum post vsuras solutas, vt earum fiat solutio, sed etiam ante solutionem, vt earum nulla fiat exactio. Potest enim præuenire ante consummationem peccati, cùm Iudex videt aliquē in præcipitio peccādi, de quo vide benā glossam su. er c. ex lıter s, de spōsalib. Item nota casum, in quo Iudex supplet ad cōmodum priuatorum persona rum, cùm mandat vsuras restitui: sed hoc facit potiùs propter vtilitatē publicam, & vt animarum obuiet periculis, & peccatis, quia aliàs nō faceret, vt no. in c. ad nostram, suprà de iureiuran. & in l. 4. §. hoc autem iudiciū, de damno infect. ff. Probat & idipsum textus in cap. cùm in diœcesi, 5. de vsuris vbi & Panormitanus nu. 3. Nota, inquit, quòd nemine instāte cōtra vsurarium, nihilominus debet Ordinarius cōtra eum officium suum exercere. Et Bernardus in gloss. ad c. 1. de iureiurand. ad verbū, *iuramenta*, dum explicat capitis resolutionem quòd creditores cōpelluntur relaxare iuramentum à debitoribus extortum de soluendis vsuris, vel de solutis nō repetendis, vt cap. ad nostram 10. de iureiur. quia, inquit, hęc iuramenta, quod pertinet ad creditores, sine detrimēto salutis ęternę illorum seruari nō possunt, ideò creditores ratione peccati coguntur relaxare iuramēta huiusmodi, c. nouit, de iudic. Sed quātum ad iurātes, nō est peccatū, cap. debitores, de iureiuran. vnde soluere tenentur. Sed si iurauerint non repetere, possunt illud denuntiare Ecclesiæ, & sic creditor cōpelletur restituere vsuras, quasi indirectè officio Iudicis, cap. ad nostram noueris, 20. eo tit. de iureiuran. arg. cap. tua, de cognation. spiritu. & cap. si peccauerit. 2. q. 1. Non enim qui promisit cum iuramento non petere vsuras, restituit sibi, aut per se, aut per interpositam personam prohibetur denuntiare Ecclesiæ, & ex officio Iudicis poileā accipere: nec qui ita iurauit nō repetere, censetur iurasse se nō recepturum, si reddantur, vt notat Panormit. in c. tuas, per illum textum, nu. 5 de vsur.

Huius resolutionis textus expressus habetur in c. cùm in diœcesi tua, 5. de vsur. vbi Innocentius tertius sic scribit Altissiodorensi Episcopo: *Cùm in diœcesi tua sint quamplurimi vsurarij, de quibus minimè dubitatur, quin sint vsurarij manifesti, contra quos propter timorem potentium, qui tuentur eosdem, nullus accusator apparet, nec idem sunt per sententiam condemnati: fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd licet contra eos non appareat accusator, si tamē alia argumentis illos constiterit esse vsurarios manifestos, in eos pœnam in Lateranensi concilio contra vsurarios editam, liberè poteris exercere.* Vbi glossa explicat agi ibi de vsurariis manifestis, non tamen notoriis: quia in notoriis non esset opus inquisitione ad probationem, in manifestis contrà non notoriis, maximè cùm vsuræ habeant factum interpellatum: & ita ad famam præcedentem, quę sola non sufficit ad condemnationem, proceditur ad inquisitionem, ex officio Iudicis per iura à glossa citata.

Et cùm

Et cùm regulariter in ciuili causa non procedatur per inquisitionem, hoc est receptum singulari iure contra vsurarios, vt ea via procedatur secundùm Baldum ad l.ea quidem, C. de accusationib. & in c.1.§.si teres, de pace tenenda in vsibus feud. Notat & glossa ad c.1. ad verba, *secundum quod canones censent*, de offic. iudi. ordina. ad Episcopũ & Ecclesiasticum Iudicem pertinere quoque crimen vsurarum, sacrilegii, simoniæ, & similia, & de his principalibus inquirere debere, & punire, iuxta c.r. de offic. iudic. ordinarii, vt & de omni peccato, iuxta c.nouit, de iudic. Inquirere autem potest vt ibidem glossa ad verbũ, *inquirere*, tunc scilicet, cùm frequens, & clamosa fama est cõtra subditum, quæ obtinet vicem accusatoris, in c.qualiter, & quando, de accusationib. c.licet Heli, de simonia: & tunc possunt testes introducere contra diffamatos, ca. præcipuè, 11.q.3. etiam lite non contestata, cap. quoniam frequenter §.sunt & alii, vt lite non contestata, &c.

Consentiunt interpretes ita in Iudice Ecclesiastico, vt possit per inquisitionem contra vsurarios procedere ad pœnas Lateranensis concilii imponendas. Verùm dubitant de Iudice temporali, seu sæculari, nũ possit aliquot rationibus in medium relatis per Robertum Marantam, disputatione 5. Atque ipse nu.10 in eam it sententiam, vt non possit ea ratione, quòd iure ciuili sunt permissæ vsuræ, ideóque Iudici laico non putet dari facultatem inquirendi.

9 Cæterùm mihi probabilior videtur sententia, quæ permittat inquisitionem ad famam manifestariorum vsurariorum, non obstante illa ratione. Quia iura ciuilia, vt anteà probatum est suo loco, non probant vsuras, sed tolerant vsque ad certam taxationem, quam possunt excedere vsurarii: & proinde in illos nihil prohibet inquiri, vt pœnis posteà temporalibus legibus iuris ciuilis, vel patriis, vel statutis impositis castigentur, & cogantur etiã manu temporali ad restitutionem vsurarũ, vel ad remissionem, si adhuc solutæ non sint, & contractus rescindantur, iuxta pœnas seculares, de quibus Deo fauente latiùs: verùm loquor de inquisitione generali, quam expedire quoque reipub. puto, vt de crimine publico: non autem intelligo de speciali contra particularem, quæ non est facienda nisi existente accusatore, vel denunciatore.

10 Modus agendi per accusationem in causa vsurarũ, vel ciuiliter, vel criminaliter diuersus. Ciuilis causa triplicem habet finem, vel enim agitur ad reprobationem contractus tanquam simulati in fraudem vsurarum: vel ad prohibendum ne vsuræ promissę exigantur: vel ad repetitionem solutarum, suntque pro his finibus diuersis diuersæ formulæ libellorum prolatæ à Speculatore, li.4. partic.4. tit. de vsuris, nu.1.2.3. Quando contractus præsupponitur simulatus, sic concipiendum dicit libellum, Coram vobis, &c. ego talis R. conqueror de P. cui talẽ domum vendidi pro centũ libris: hoc pacto siue tenore, quòd si intra duos menses postea sibi reddiderim nonaginta libras, domum ipsam recuperarem, pensionibus in sortem computatis, qui contractus simulatus fuit, & instrumentum fuit in forma venditionis confectũ in fraudem vsuræ, & canonis in fraudem vsurarum promulgati, quare peto tam venditionem ipsam, quàm instrumentum cassari, & annullari, & cassa, & nulla pronuntiari, & eis non obstantibus, domum ipsam mihi restitui, & ad hoc ipsum P. sententialiter condemnari, maximè cùm vsuras consueuerit exercere. Cuius hypothesis sumitur ex c.ad nostram, de emptionib. c.illo vos, de pignorib. c. quia frustrà, de vsur. tit. Cod. plus valere, quod agit. quàm quod simulat. concip.

Pro promissione ne exigantur promissæ vsuræ, sic Speculator concipiendum docet libellum: N. coram vobis, &c. propono contra P. quòd ipse conatur mihi violentiam inferre, volendo centum à me extorquere per vsurariam prauitatem, coram tali Iudice indebitè molestando, quare peto eum per vos Ecclesiastica censura cogi desistere, & cessare ab huiusmodi violentia, & iniuria, & sibi super his perpetuum silentium sententialiter imponi: peto etiam illi per vos inhiberi, ne de ipsa causa vlteriùs se intromittat. Addi potest, si iuramentum præstitum sit de soluendis vsuris à debitore, vt cogatur illud relaxare creditor. Si solutę vsuræ sunt, sic concipietur pro repetitione libellus: Talis coram, &c. propono contra P. quòd ipse centum à me extorsit per vsurariam prauitatem vltra sortis quantitatem, quæ fuit centum: quare peto illa centum mihi reddi, & restitui, & ad hoc sententialiter condemnari. Et hæ formæ probantur ex c.quia in omnib. c.præterea. c.quia frustra. de vsuris, c.debitores, & sequen. & c.ad nostram, in 2. sic incip. de iureiuran. ex c.plerique, & seq. 14.q.4.

11 Accusatio publica criminalis habet alium finẽ iuncta restitutione, vt puniatur vsurarius exemplariter. Atque tunc possunt mutari formulæ, iuxta l.libellorum, de accusationib. ff. quando criminaliter agitur per procuratorem fisci, Episcopi, vel Principis, pro pœnis imponẽdis ex Lateranensi concilio, vel ex legibus contra improbos vsurarios latis.

Possunt item mutari formulæ, dum agitur ciuiliter etiam contra hæredes vsurariorum, vel filios, vel possessores rerum vsurariorum, vel rerum solutarum in specie pro vsuris, & pro fructibus, & accessionibus, & damnis, iuxta diuersas hypotheses eorũ, quæ ante disputata sunt circa repetitionem vsurarum, ratione personarum & restituendorum.

12 Exigitur in probandis sæpè contractibus vsurariis, qui fictitij dicuntur in inquisitione, & accusatione instituenda criminaliter, aut in inferendis pœnis Lateranensis concilij in impendenda sepultura, confessione, testamento, & similibus, quòd quis sit, & probetur vsurarius manifestus. Nam in omnibus capitibus, quibus imponũtur pœnæ, de manifestis agitur vsurariis, aut tales præsupponuntur: c.cùm tu, de vsuris, c.1. eod. tit. in sex.

13 Et gl. ad d.c.1. ad verb. *manifestus*, de vsuris, in sex. manifestos vsurarios dici tradit, de quibus notorium est de iure, vt quia confessi, vel condẽnati sunt de facto, vel qui habent operis euidentiam, quæ nulla tergiuersatione celari potest, vt quia tenent altare suum paratum, &c. vocat ibi altare mensam, seu officinam, aut tabernam argentariam, quam & vulgus dicit bancam. Panorm. ad d.c. nu.4. de vsur. explicans illud c. ait, si manifesti, & notorij sint vsurarij, alia non debent requiri argumenta: c.euidentia, de accusation. si manifesti dicuntur, prout distinguũtur à notoriis, exigitur probatio euidens, & concludens non præsumptiua, vt in c. in præsentia de probat. sunt & notorii vsurarij notorietate facti permanentis, ex quo habent mensam paratam, & exhibuerunt se paratos ad mutuandum omnibus, nec aliam probationem exigeremus ad probandum manifestum notorium, secus si non haberet mensam paratam, & esset tunc notorietas facti transeuntis, quæ eget probatione, per d.c.cùm tu, & per c.1. & 2. de vsur. in sex. Clem. eos, de sepult. Sic etiam manifesta iisdem circũstantijs alia dixit, c.cùm olim, de verb. sign. c.si. de cohabita. cleri. & mulier. Neq. hic alia probatio, quàm manifesti exigitur, c.de manifesta, 2.q.1. vbi glo. latiùs c.euidentia, de accusat. Idque & expressè in manifesto vsurario in c.ad nostram, in 2. sic incipiente, de iureiur. Neq. etiam factum notorium indiget testium depositione, c.super eo, 3. de test. cog. Vel poterit etiam publicare manifestos vsurarios Episcopus, si cõfessi fuerint crimen coram eo, vel si contra eos sit probatio testium, iuxta d.glo. ad ver. *manifestos*: vel si sint certa argumẽta cũ fama, per c.cùm tu. & c.cùm in diœcesi, de vsur. Atque Iohannes Andræas post Archidiac. in prædicto ca.1. de vsur. in 6. dicit hoc sufficere quoad constitutionem c.1. de vsur. in 6. per eadem iura sumpto argumento ab hæreticis, ex c.excommunicamus. §.1. de hær. & ab adulterio c.maritis, de adul. Alia & gl. ad c.2. ad verb. *manifesti*, de

vsur. in 6. tradit manifestus vsurarios dici ad hoc, vt priuati possint sepultura ecclesiastica, & repelli à communione, & confessione, si coram Sacerdote, & testibus tales se fateantur, & quos vsuris publicè renuntiasse constiterit c. quàm perniciosum, u. de vsur. & vsuras restitui mādent. Fortè etiam si tradant libros rationum.

14 Nam & ex libris rationum potest colligi, num quis sit vsurarius. Hęcque etiam praxis est, vbi suspectus quis, & tanquam manifestus vsurarius damnandus est, vt capiant ir statim libri eius rationū. Frederic. de Senis, cons. 8. in c. quomodo accipiam. Refert & Imol. ad Clemen. vnicam ad verb. *eos*, de vsur. quamquam Baldus ad l. 1. C. de sacros. Eccles. contrarium dicat: sed perperā, vt mihi videtur. Quia Clem. 1. §. cæterùm de vsuris, hanc probationem codicum rationum necessariā opinatur, & ideò eos libros exhibere iubet. Cæterùm, inquit, quia fœneratores sic plurimùm contractus vsurarios occultè incunt, & dolosè, quòd vix conuinci possunt de vsuraria prauitate, ad exhibendum, cùm de vsuris agetur, suarum codices rationū, censura ipsos decernimus Ecclesiastica cōpellendos: quo loci ibi glossa ad verb. *ipsos*, vt tradit idipsū dicendum, non tantùm de vsurariis, sed etiā de hæredibus eorum, suis, vel extraneis, vt & libros rationū defuncti edere cogantur, quia & ab illis repeti possunt vsuræ: c. tua nos. & c. Michael, de vsuris, sicut de argentariorum hæredibus dicitur in l. si quis ex argentariis, §. 1. & l. quædam, §. nihil. de eden. ff.

15 Et hoc singulare, vt cogatur quis edere rationes priuatas, & instrumenta contra se in odium vsurariorū introductum: cùm regulariter nemo instrumenta, aut alias probationes teneatur contra se edere, l. qui accusare. C. de edēdo. l. nimis graue, de testib. C. c. qui intēdit, 4. quæ. 3. c. 1. de probation. li. 2. tit. 19. l. negātes, de actionib. Cod. l. fin. Cod. de rei vendic. Facit ratio, quòd in criminib. occultis, & agenti fisco contra se tenetur quis exhibere instrumenta, & libros, c. vt commissi, de hæretic. in sex. vt & l. 3. de edendo. ff. Dehinc & vsurariorum rationes videtur quodammodo communes inter illos. & debitores, à quibus vsuras extorquent, proinde tenentur edere vt cōmunia instrumenta, l. non est nouum. & l. instrum est Cod. de eden. c. C. perpetuus, de fide instrumentor. Sicut & argētarius, & publicus exactor tenetur rationes suas cōtra se edere, l. in fraudē, §. ex his bonis. & §. sequ. de iure fisci. ff.

Cæterùm editiones istæ rationum priuatarum vsurariorum, non exquiruntur, vt pro illis fiat probatio, sed vt contra illos, nam alioquin rationes, & annotationes priuatæ non probant pro eo, qui fecit, sed contra l. instrumenta. l. rationes, l. exēplo, de probationibus, Cod. & notatur in glossa ad l. quædam, §. nummularios, ibi, *sed an idem hodie*, de eden. ff. Videndus Abbas Panormit. ad c. 2. de fide instrumentorum.

Compelluntur verò vsurarij suspecti, vt manifesti, edere libros rationum priuatarum, per sententiam excōmunicationis, aut per aliam censuram Ecclesiasticam, in d. Clement. 1. §. cæterùm, de vsuris. Quo loci glossa, ad ver *censuram*, addit, Non vult, inquit, ergo hæc constitutio, eo inuito domum eius ingredi, vel arcam ipsius frangi. Nā & iniuriarum nomine aduersus hoc facientem agi posset. l. iniuriarum. in fine, de iureiuran. ff. iuxta l. diuus, de seruitut. rustic. ff. Posteà tamen ad verb. *compellendos*, addit, neganti vsurario se habere rationes, aut dicenti se amisisse, non esse credendum, etiam iuranti, nisi doceat de amissione cum casu, pone, incendij, vel ruinæ, l. si quis ex argentariis, in fin. de eden. ff. & l. fin. de fide instrumēt. ff. Sūt tamen vsurarij, qui non in rationes referunt, vel diaria vsuraria redituum, neque calendarium habent, sed per schedas retineant debiti & vsurarū memoriā, & debito, & vsuris solutis, statim vel comburant, vel dilacerēt. Quo casu si fama sit manifesta, fuisse eius moris vsurarios mortuos, rectè credetur iurātibus hęredibus eorū, alioquin si de dignis, se non habere penes se rationes vllas defuncti, & stādū eorū iuramento fama consentiente, vt ait proximè citata glo. per c. præterea, de testib. c. cùm causam, de probatio. c. illud, de præsumptio.

Cæterùm non per omnia assentior gl. ad d. verbum, *censuram*, dum dicitur ad habendus rationum libros, nō oportere ingredi domum vsurarij, vel arcam eius aperiri, sicut etiam Panor. ad d. Clem. 1. de vsur. nu. 12. compelli vsurarium præcisè posse ad exhibitionem librorū, & non solùm per censuram Ecclesiast. sed & quòd violenter introeatur in domum eius, & frangatur eius arca, & non solùm vsurarij, sed etiam hęredum eius.

Siquidem arbitror id verum esse, si conquerentes, nēpe qui soluissent vsuras, vel alij priuati vellent propria authoritate hoc agere: nam tunc dicerem, rectissimè iniuriarum nomine teneri, si vetante domino eius domum ingrederetur, cùm neque propria authoritate ab alio possessam rem suá possit quis repetere sine crimine de vi, l. extat, quod metus causa, ff. & l. pen. ad leg. Iul. de vi priu. ff. si quis in tantam, C. vnde vi.

Contrarium tamen verius puto, si authoritate Iudicis id fieri petat, vel si ipse Iudex ex officio id iubeat fieri, quia pro inquirendo seruo fugitiuo, eadem authoritate permittitur etiam prædia, & domos, & cubicula Senatorum scrutari, l. 1. & l. diuus, de seruis fugitiuis, ff.

Secundò sunt & alij casus, in quibus mihi permitti debet scrutari domum, & arcam tuam, vt in l. thesaurus, & l. 3. §. si quis noxam ad exhibendum, ff. l. non solùm, §. sciendum, de oper. noui nunc. ff. l. cognouit, de offic. præsid. l. præsenti, de his qui ad Eccles. confug.

Tertiò iuris executio non habet iniuriam, etiamsi per vim, nempe ex authoritate sua magistratus quippiam faciat in domo alienus, l. 3. §. 1. quod met. caus. lib. 4. ff. tit. 2. l. iniuriarum, §. 1 de iniur. ff. l. quemadmodum, §. magistratus, ad leg. Aquil. ff. l. quod principis, de aqua plu. arce. ff.

Quartò Iudicis partes sunt omnib. modis, quibus præsumitur posse constare de veritate, de ea inquirere, ca. iudicantem, 30. q. 5. l. iudices, C. de iudic.

Admittit Speculator, lib. 2. partic. 2. tit. de editione instrum. §. 6 videndum restat n. 18. vers. pone instrumenta patris, posse me ingredi in domum, & arcam scrutari pro rationibus inquirendis, & instrumentis, si quid per meas probationes euincam, quod verisimile doceat penes te esse easdem rationes, vel instrumenta, quæ mihi prosint, putà quòd fuisti tutor meus, vel negotiorū gestor. Ratione enim præsumptionis, inquit, permitti tur, quod aliàs non permitteretur, l. 1. C. de quęst. l. sicut falsi. C. ad leg. Corn. de falsis. Hic autem quando de libris exhibendis vsurariorum agitur, maximæ, & vrgentissimę debent esse præcedentes præsumptiones, nempe quòd fama sit esse hunc manifestum vsurarium, ideo & præcedunt indicia grauissima, ob quæ peruenitur ad illam indagationem librorum. Solēntque iudices sæculares, qui non habent potestatem censuræ Ecclesiast. ad compellendos huiusmodi vsurarios ad edenda calēdaria vel in promptu hac indagatione, ne occultandi detur facultas. Sicuti & Iudices, qui ad prehensionem sortilegorum & veneficarum strigum perueniunt, vno contextu solent curiosa indagatione scrutari etiam secretiora loca domorum, seu habitationum eorum, vt veneficia, si quæ sint, inueniant, quæ alioquin per dilationem, si daretur, absconderentur, vel perderentur, quib. non inuentis, maxima pars probationis criminis, quod nonnisi clam committitur, deperiret.

16 Sextò, extantib. iudiciis in crimine vsurarū (quod durius est, quàm ingressus domus vsurariorū) pōt deuaniri ad torturam pro pleniori probatione, vt scribit Socin. concil. 219. col. fin. in 2. vol. Ioan. de Anania, in c. quia in omnib. col. 19. de vsur. quos tamen Robertus Marantha in disp. 5. n. 23. non sequitur habita ratione legum, vel statutorum sui regni, eò quòd ex consuetudine non imponatur alia pœna, quàm publicationis bonorum, vsurariis, quæ non est vltra relegationem. Et ex canone regni

ne regni incipiente, *Tormenta*, Tormenta solàm irrogantur in delictis imponentibus pœnam vltra relegation é, & ita putat non habere locum in regno torturã pro crimine vsurarum, citátque anthorem Paridem de Puteo in tractatu de syndicatu in verbo, *tortura*, c. an in causa pecuniaria. Remanet tamen in aliis locis, vbi leges illæ nõ seruantur, posse perueniri ad torturam contra vsurarios.

17 Multò magis & vsurarij cogentur edere libros rationum suarum, vt & tenent Iacob. Butrigarius ad l. quędam, in princip. de eden. ff. Bald. ad l. 1, C. eod. tit. & ibi Albericus, & in l. fina eiusdem tit. Idque necessariũ est, quia & alioquin difficillimum est, vt ait Isocrates oratione 5. seu in trapezita, cum talibus aduersariis nempe vsurariis habere negotium: quia commercia illa, quæ fiunt commentariis, citra testes fiunt.

Quòd si nihil liqueat Iudici ex calẽdariis vsurariorum, vel si illa haberi nequeunt, ad testimonia perueniendũ erit, secundum decisionem. c. ad nostram, 20. de iureiur. ibi, *mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis, publicè in Ecclesia proponi facias vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatem, procedant ad veritatem proferendam. Et si per dicta testium, vel alia documenta tibi constiterit de præmissis, hæredes R. m. vt vsuras, quas à prædictis pater illorum accepit, restituant vniuersas. Ecclesiastica censura compellas.*

18 Fama quidem non est sufficiens sola ad probandum aliquem vsurarium, verùm cũ fama alia adminicula sufficiunt ad imponendas pœnas Lateranensis concilij, c. cùm in diœcesi tua, de vsur.

19 Testes porrò hic non sufficiunt, qui dicant scire se, aliquem esse vsurarium manifestum, ex eo quòd ei soluerint vsuras, Frideri de Senis, cons. 61.

Ratio prior, quia & ipsi socij, & participes videntur sceleris, ideo nec sunt testes idonei, l. quoniam liberi, 10. C. de testib. c. veniens, 10. & c. per vestras de testib. Ludoui. Rom. singula. 355. Baldus ad l. dictantibus, C. de testa.

Alia ratio, quòd videantur deponere in causa propria, ex quo commodum sint reportaturi in restitutione vsurarum facienda: habetur enim pro causa propria, ex quo quis ex ea commodum, seu emolumentum percipit. l. 1. §. in propria, de appella. ff. Nemo autem idoneus testis dicitur in causa propria. l. omnibus, C. de testib. l. nullus, eod. tit. ff. l. vn. de confess. Panor. tamen ad c. ad nostram, 20. nu. 12 & 13 de iureiur. notat, quòd in processu generali contra vsurarium admittuntur debitores, qui soluerunt vsuras in testes, non tamen ad plenam fidem faciẽdum: & citat Federicum consilio 17. maximè si agatur de restituendis vsuris ad exonerandam animam vsurarij, vt in d. c. ad nostram, & facit c. in omni, de test.

20 Neque etiam admittentur in hac probatione testes singulares, quales possent esse qui dicunt separatim se soluisse vsuras vsurario. Quia vnius testimoniũ repudiatur cuiuscunque sit dignitatis, l. iurisiurandi, c. de testib. l. maritus, de quæstioni. ff. c. licet vniuersis, de testib. & in ore duorum, vel trium stabit omne verbũ, c. licet ex quadam, c. veniens, c. in omni negotio, de testibus, Deuteron. c. 19. 2. ad Corinth. 13. c. bonæ, de electio. cum simili. Poterunt tamen testes de actibus vsurariorum singulariter deponentes, iungi, vt faciant plenam probationem, vt ait Bald in l. 1. de falsa causa adiecta legato, & in quæst. 8. de testa. facit c. præterea, de testib. quia videmus in probatione alterius facti habentis tractum successiuum non momentaneum, testes singulares de per se (sic loquuntur) deponentes, facere plenam probationem, Innoc. in c. qualiter & quando, de accusa. Iohannes Andræas, ad c. 1. de arbit. in sex. Bald. ad l. de quibus, prope finem, de legib. ff. sic & in specie notatur vsurarum, in additionibus ad Panor. ad c. quia frustrà, litera d. de vsur.

21 Sed & potest Iudex cum fama exigere iuramentum veritatis ab ipsis litigantibus, in supplementum probationis vsurarum, vt est textus in c. ex literis, de iureiur.

22 Porrò & tria arguunt contractum emptionis vsurarium, in c. ad nostram, de emption. vtilitas pretij, fama, qua quis dicitur vsurarius, & pactum adiectum, ne venditori liceat redhibere venditum nisi post certum tempus, quæ tamen concurrere debent, nam seorsum vnum ex illis non concludit, quamuis enim maxima suspicio sit simulati contractus ex vtilitate pretij, §. 1. vers. quis est dubitet, qualiter olim feudum alien. poss. in vsib. feudor. l. si quis conduxerit, 46. loca. ff. tamen ea sola vtilitas non sufficit, quia contrahentibus licet in pretio se inuicem circumuenire, l. in causæ, 2. §. idem Pomponius de minorib. ff.

Fama quoque inducit vehementem præsumptionem, vt qui semel est malus, præsumatur malus in eodem genere mali deinceps, l. si cui crimen, §. iisdem, de accusa. ff. l. Cassius, de Senatorib. verùm non sufficere dicimus, eò quòd fœneratores interdum legitimè, & sine vsuris, & dolo contrahunt, vt tradit Boer. decis. 102.

Pactum autem de non redhibendo nisi post certum tempus pignus, rectè videtur iudicare factum id in fraudem vsurarum, c. illo de pignorib. nisi forsan ratio quædam euidenter aliud probet, putà, quia refectiones, vel culturę faciendę sint necessariò ab emente, quæ non admittunt statim, quandocunque voluerit venditor, redhibitionem.

23 Probationes possunt quoq. aliunde duci, ad conuincendum, vel docendũ esse manifestos vsurarios, quę valdè notabiles sunt ad reprobanda testamenta eorum, & ad alios actus, qui ducuntur perperam, & inutiliter ab vsurariis manifestis fieri, reiiciendos: quæ cum prioribus sic colliges. vt tales doceantur per probationes, de quib. paulò antea per testes. Vt si habet mensã publicã, & pateat vt meretrix in prostibulo, vt nulla tergiuersatione negari possit, vel mutuat omnibus in camera notorietate facti arg. c. tua, c. fin. de cohab clerico. vel malè facit, l. palam de ritu nup. in ff. l. hæredes palàm, & ibi Bartho. de testa. per clericum, pen. de vsur. 2. probatur per libros, seu calendaria, & instrumenta ipsa de vsur. facta, vt dictũ est, & Archid ait in c. qui syncera, 45. dist. sic & intelligitur Baldus ad l. donatio, C. de donationibus per priuatã scripturã etiam manifestum vsurarium probari, quando alioquin constat esse manifestos vsurarios aliis etiã argumentis: alioquin soli libri non probant vsurarios manifestos Archidiac. ad c. sanè, 24. q. 2. vers. *librorum*, dum ait, quòd si inueniãtur rationes, vel instrumenta, per quę patet quem vsurariũ fuisse, non potest excommunicari, nisi satisfecerit, si hoc occultũ fuit: quasi diceret non per hoc probari manifestum vsurarium, sequuntur hoc plures, & Panor. in cons. 34. incip. *Attingam* vol. 1.

Tertiò, Ex actibus multiplicatis, quãdo toties quid fœneratus est, quòd non possit nisi in confesso esse populo talem esse vsurarium, Bald. ad l. 1. in 3 col. de falsa causa adiecta legat. C.

24 Si quis emat possessionem cum pacto redhibitionis tantùm exercendæ post certum tempus, putà quinquẽniũ: vt interim fructus suos faciat in fraudem vsurarum ex pignore, vel si rẽ pluris emit, vel maiori pretio, quàm fit, cum pacto de retrouendendo, nẽpe vt redhibitione interueniẽte, recipiat mutuum cũ vsuris, tanquã si maius pretium extra mutuum numerasset, c. illo vos, de pignor.

5 Si quis differat solutionem pretij rei venditæ, vt plus venderet. c. in ciuitate, de vsur.

25 6. Conuictus, vel confessus sponte, vel condemnatus de vsuris, pro manifesto habetur in c. cum olim, & c. super quibusdam, de verb. signi.

7. Confessus extra iudicium coram Sacerdote, & testib. in articulo mortis, se esse vsurarium, & mandans restitui vsuras, & resignans librum vsurarum, manifestus dicitur vsurarius; si modò prædictæ circunstantiæ concurrant, non aliter glossa ad c. 2. de vsur. in sex. quam sic declarat verã Federi. cons. 8. fusè Panor. ad c. 3. nu. 11. de vsur. quod pertinet ad pœnas Lateranensis concilij: alioquin sole

confessio extraiudicialis, aut mandatum restituendi vsuras solùm, nisi fama accederet, vsurarium non subiicerat pœnis prædictis ipso iure, nisi vt tales publicetur per Iudicem ordinariú: Angel. Clauà. in summa, in verbo, *Vsura* 2. nu. 19. facit c. venerabilibus. §. secus, de senten. excommu. in sex.

26 8. Faciunt præsumptiones, quòd quis dicatur vsurarius manifestus, l. si quis in contractu, quem gerit, seu instrumento eius, adiicit, quòd non per simulationem, sed in veritate vera talem contractum facit. Oritur enim inde præsumptio vehementissima, vt ait Bald. in l 3. plus valere, quod agit. C. facit glo. ad l. si quis sub conditione, 7. de conditio. institutio lib. 27. ff. tit. 7. glo. ad l. cùm allegas, 15. C. de vsur.

Præsumitur item vsurarius, qui curat coram Episcopo fieri confessionem à mutuú accipiente, quod instrumentum est de vero, & puro capitali, id est, tantùm de sorte principali, quia censetur confessio in fraudem vsurarum facta per c. illo vos, de pigno. iuxta Bal. in l 1. C. de collus. detegen. maximè si tales confessiones plures extorsit, & ita iudicatum coram Episcopo Tudertino contra quendam, qui tales multas confessiones fieri sibi curauerat, refert Angelus in summa *Vsura*, 2. nu. 20. facit & præsumptionem communis opinio populi, Bald. in l. 1. col. 3. de sacrosl. Eccle. C.

Erunt & aliæ præsumptiones, quæ mouere poterunt Iudicem ad pleniorem indaginem, quæ non possunt per se probare, sed adhibitæ circunstantiis negotiorú, in examine manifestiùs apparere poterunt per c. 2. de præsu. notat Panor. ad c. cùm in Diœces. nu. 2. & 6 de vsur. quod per se solæ non probant præsumptiones, d. c. cùm tu, vbi & notat nu. 7. ex Federi. cons. 17. non valere statutum Episcopi, vt per vnú testem, vel per tres de auditu, vel per quatuor singulares, vel per confessionem factam extra iudicium coram quocunque, possit quis conuinci de vsura, quia Episcopus non potest dispositionem iuris communis, cùm sit inferior, tollere, & facit, quod in simili notat Iohan. And. ad c. si de appellatio. in sex. & c. si. de offi. Archipresbyteri, facit & c. cú inferior, de maior. & obed. Petrus Ancha. ad c. canonum statuta, in 3. quæstione principali, v. rs. accedat quæstio, de constitutio.

27 Fama per se non sufficit, nisi alia sint argumenta, quia incertus habet authores, & probari nequit, manifestum contrà, quod dicitur, per Iohan. And. ad c. vestra de cohabi. cleric. & mulier. publica, seu clamosa insinuatio, & proclamatio, & communis, & certa scientia, à certis authoribus proueniens, quod probari potest. Nam si non posset veritas probari, nõ differret à fama, c. de hoc, de simonia. c. porrò. de diuort.

28 Notandæ rursus sunt istæ probationes, quibus manifestus vsurarius iudicari potest, pro pœnis infligendis, quæ talibus debentur, quę non tantùm contra viuos, sed etiam post mortem vsurariorú infligi possunt. & ita probationes ad illú effectú adferri oportet. Et licèt quis in vita non fuerit declaratus vsurarius manifestus, & fecerit testamentum, nihilominus post mortem poterunt fieri probationes, quòd erat manifestus. Iohan. And. ad c. 1. de vsur. in sex. in nouella & ibi Gemin. facit c. cùm in Diœcesi, 15. de vsur. vbi antequá per sententiá declaretur incurrisse pœnas Lateranẽsis concilij, dicũtur manifesti vsurarij & ex fama, & aliis argumentis, dehinc cõdẽnãtur: quod latiùs examinat Panor. con. 34. inc. *attingam*, volu. 1.

## Caput XI.

## Rationes restitutionis acceptarum vsurarum.

1 *Ratio prior introducta restitutionis vsurarum, est fauor animæ vsurarij.*

2 *Tamen pœnitentia, & absolutio cum restitutione exigitur.*

3 *Alia ratio, quia retentio rerum alienarum est contra ius gentium.*

4 *Tertia, vt soluatur eodem vinculo, quo peccatum inductũ est.*

1 PRIMA ratio, cur ad restitutionem vsurarum compellatur vsurarius manifestus in vtroque foro & cõtentioso, & pœnitentiali, sumitur ex parte ipsius vsurarij, & ab vtilitate eius. Magis enim fauendum est saluti eius animæ, quàm corporali illius cupiditati: vt anima pretiosior corpore præferenda est bonis temporalibus l. sancimus, C. de sacros. Eccl. nec vlla commutatio est, quá possit homo dare pro anima sua, D. Matth. c. 16. ver. 26. D. Marci, c. 8. ver. 37. Peccatum rapinæ, aut detentionis iniustæ rei alienæ non dimittitur, nisi restituatur ablatum, & est propria ratio in specie hac, in c. cùm tu, 5. hoc titul. de vsur. & generalis regula, in c. peccatum 4. de reg. iur. in sex. c. 1. 14. q. 6 c. 2. de cẽli. Et rationis ratio est, quia causa peccati est acceptio, & detẽtio vsurarum: illud enim est peccatú. Cl. 1. § si. de vsur. c. 3. 4. 5. eo tit. apud Grego. quare cessante causa detentionis restitutione facta cessabit peccatum, c. cùm cessante, de appella. l. adigere, §. quamuis, de iure patro. ff. & sic reducta causa ad non causam non erit peccatum, vt ait Dynus ad d. c. peccatum, de reg. iur.

2 Hic tamen remanet scrupulus relictus propemodum intactus à Dyno in dicto c. peccatum, nu. 4. quòd etiam restituta re sublata, vel violenter ablata, non remittitur peccati pœna, nec propter pœnitentiam solá desinit esse nocens, l. qui ea mente, de fur. ff. l. non prodest, vbi bonor. rap. c. 1. de postula. præla. quod Dynus dicit verum de rigore iuris ciuilis, contrà autem de æquitate iuris canonici, cùm tamen Panor. absolutè id referat in vtroque iure recipi in c. 1. nu. 6. de dolo, & contuma.

Sed dicemus in delictis, & peccatis commissis posse inueniri tres personas, quæ offenduntur, & omnibus satisfaciendum esse per debitam pœnam, ita vt satisfactio vni facta non liberet à pœna, vel satisfactione, quæ aliis debetur, quia obligatio ex maleficio plures, non vnú respicit, vt dicitur de falso teste, qui offendit Deum, & Iudicem, & proximum, & singulis debet pœnam, ita vt satisfactione facta parti, quá læsit, remittatur quidẽ illi. a ratione peccatum, sed non absolutè, nisi omnibus satisfaciat, c. 1. de crimine fals. Eadem ratione dicemus in peccato vsurarum acceptarum, dimitti peccatú quoad Deú per debitam pœnitentiam, & satisfactionem, seu restitutionem, si ea possit fieri aut per voluntatem, & propositú satisfaciendi, quandocunque dabitur facultas si tũc non sit. Sed non ideo quoad notam infamiæ desinit esse nocens, quia facta pro infectis haberi nequeunt, l. in bello, §. facti quoque, de captiuis & postlimi. reuers. c. ff.

Nec sola pœnitentia, nisi fiat restitutio, si fieri possit, sufficit ad remittendum peccatum, cùm sacramentalis hæc pœnitentia constet confessione, contritione, & satisfactione, cum absolutione. Neque forú pœnitẽtiæ quod respicit peccatum, in quantum sibi committitur à Deo, præiudicat legibus fori contentiosi, & publicis, quæ sumunt exemplares pœnas de criminibus publicis, cuiusmodi censetur crimen vsurarij manifesti, quas & expedit sumi publicè ad aliorum terrorem, & emendationem.

Quoad veritatem delicti origo ex corde est, ex proposito, & intentione committendi contra Dei pręceptum, ex corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta &c. & hæc sunt, quæ coinquinant hominem, D. Matthæ. c. 15. vers. 19. D. Marci, c. 7. ver. 21. & quicquid agant homines intentio iudicat, l. qui iniuriæ, de furt. ff. l. infans. & l. diuus, ad legem Corneliam, de sicariis.

Quare potissima pars veniæ peccati eò referenda: & mentalis correctio, animi pœnitẽtia, & cordis contritio ad peccati veniam pertinet, correcta mente mala, maximè in venia culpæ, quamuis non idem dicatur in venia pœnæ, vt notat Cardinalis Alexander in capit. denique, per glossam ibi positam 4. distinctio. Albericus de Rosato in suo Dictionario, in verbo, *venia*. Sed hoc respicit animæ forum, in quo potissimùm mens delicti consideratur. In foro item contentioso iuridico, vltra mentem conside-

consideratur res ipsa, quę secuta est cum mente, nec animum sine facto solum considerant, l. cogitationes, de pœnis, ff. l. quis sit fugitiuus, de ædilitio edicto, ff. Et proinde in foro hoc emendatio non tantùm mentis, sed etiam externa requiritur: nec desinit quis esse nocens ex sola pœnitentia, nec datur peccati venia nisi correcto, c. peccati venia, 5. & ibi interpretes, de reg. iuris, in sex. Pari modo quoad mentem, & correctum in ea, non inspicimus, qualis quis fuerit, sed qualis nunc sit, c. 8 ferrum. 50. dist. At in omnibus nunquam per pœnitentiā res reuertitur ad priorem statum, vt ibi notat glos. per c. admonere, 33. q. 2 c. Romanus, c si quis clericus, 81. dist. sed per dispensationem, vt 2. q. 3. § notandum, nisi in occultis criminibus, secundùm Bernardum ad dictum c. ferrum per c. final. de temporibus ordinat.

3 Secunda ratio ex parte rei, quòd qui rem alienam detinet inuito domino, peccat contra ius gentium, quo dominia rerum distincta sunt & conseruata. Lex hoc iure, de iustitia & iure, l. 2. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, ff. Facitque iniuriam, quòd rem eius retineat, quia non iure, l. 1. de iureiurando ff. Manifestum itaque est, eum esse in peccato, manifestius autem est, quòd neque per modicum tempus expediat homini morari in peccato: periculum enim est, ne interim qua hora, vel momento non putat, à morte intercipiatur, & moriatur in peccato, vnde admonemur à Christo in eo vigilare, ne furtiuè mors obrepat, D. Matthæi, c. 24. & c. 25 Marci, 13. Ecclesiast. c. 21. quasi à facie colubri fuge peccatum. Et proinde restitutio, vt liberatio à peccato vsurarum sequatur, necessaria est. Addendum, peccata eò fieri grauiora, quò diutiùs detinent animam colligatam, c. fin. de consuetud. c. cùm in Ecclesiæ, de simo. c. cùm haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

4 Tertia, nihil tam naturale est, quàm eodem modo, quo quid colligatum est, per contrarium dissolnatur. l. nihil tā naturale, de regulis iuris, ff c. 1. eod. tit. apud Gregor. at per acceptionem superabundantiæ extra mutuū contractum est peccatum vsuræ. Ergo debet contrario modo restitutione dissolui.

---

C A P V T XII.

## De exceptionibus vsurarij conuenti pro restitutione vsurarum.

1 *Vsurariis conuentis relinquuntur exceptiones. Prima, quòd sibi datum sit sponte.*
2 *Secunda, quòd accepit in foro contentioso iuxta taxationem Principis permissam, quæ in foro spirituali non obtinet.*
3 *Tertia, si obiiciat repetenti, quòd ille etiam ab aliis acceperit, & non restituerit: & ibi de replicatione, & iudicio eius exceptionis.*
4 *Et quia neuter ex suo maleficio debet reportare commodum.*
5 *Exceptio tamen commissa contra vsurarium repetentem, quod ipse non restituat, debet proponi ab initio litis, quia dilatoria.*
6 *Quarta exceptio vsurarij conuenti est ex inopia.*
7 *Quinta, iurisiurandi præstiti de soluendis vsuris.*
8 *Et aliud de non repetendis solutis.*
9 *Vel de nulla querimonia mouenda super repetitione vsurarum.*
10 *Vel de non recipiendo etiam sibi restitutas.*
11 *Sexta exceptio de præscriptione contra repetitionem, quid de ea, & quod non habeat locum, vt nec in re furtiua.*
12 *Et quia malæ fidei possessor, & aliis rationibus.*
13 *Septima exceptio vsurarij est in appellatione interposita, si manifestus non fuerit declaratus.*

1 Relinquuntur liberæ exceptiones, si quas habent suspectis vsurariis, quas proponere possunt aduersus famam, vel accusationem, seu repetitionem vsurarij, quibus non debent priuari, cùm naturalis sit defensio, l. 3. de iustit. & iure, ff l. 1. C. vnde vi, cum similibus. Defensiones autem reorum sunt exceptiones, l. 1. de exceptio. ff. §. s. eod. tit. apud Iustinian. Cùm etiam inauditus non veniat iudicandus, saltem priusquā vocetur, aut sit contumax. Non omittemus itaque hanc partem tractationis de vsurarij suspecti exceptionibus.

Priorque potest esse exceptio, vt non ideò censeatur vsurarius, qui supra mutuum aliquid accepit, si liberaliter oblatum fuerit, & gratis sine pactione à debitore restituente mutuum: si etiam nomine eius, quod interest, vel ob pœnam legalem, vel conuentionalem, vel nomine reditus empti, vel aliis modis licitè acceperit quippiam, quòd diximus anteà non pertinere ad vsuram prohibitam, quæ petenda sunt ex propriis locis, vbi explicata fuerunt ab initio.

2 Secunda exceptio in foro contentioso ciuili esse potest, ne quis teneatur restituere, quod accepit secundùm taxationem, seu permissionem legis ciuilis, l. eos. § super vsurarum, de vsuris, C. aut habita ratione aliarum ciuilium permissionum, vt dum 7. pro centum permittuntur, si supra septem non acceperit. Hæc tamen exceptio in foro spirituali locum non habet cùm nullæ vsuræ in illo sint permissæ, c. 1. de vsuris. Et ideò tenetur quis in foro conscientiæ restituere acceptas ex permissione ciuili, quia lex non probat, sed tolerat, vt anteà docuimus. Et poterit hæc restitutio fieri secretò, vel per se, vel per interpositam personam, maximè si ex publica sequeretur scandalum, vt & dicitur in c. officij, de pœniten. & remissio.

3 Tertia, si is à quo repetuntur vsuræ, obiiciat repetenti, quòd idem, vel is, cuius est hæres, pro quo repetit, vel à se, vel ab aliis acceperit, nec restituat. Sic enim mandat Iudici Innocentius tertius summus Pontifex procedere in c. Michael 17 de vsur. *Attentius prouisurus, ne authoritate nostra in negotio procedas eodem* (vsurarum) *nisi dictus conquerens restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquādo ipse, vel pater eius extorsit vsuras*, & rursum idē in nu. 3. in c. quia frustra, 14 de vsuris. *Statuimus, vt si quis vsurarius à nobis literas impetrauerit super restituendis vsuris, vel fructibus computandis in sortem, nisi prius ipse restituerit vsuras, quas ab aliis noscitur recepisse, authoritate literarū ipsarum nullatenus audiatur.* Addit in principio c. rationem, quia, inquit, frustrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem, eiusdem similis text. l. auxilium, de minor. 25 annis, ff. l. isti quid. m, quod met. causa ff. c. an sit & c. cōstituris, de appell. l. scimus. si verò postquam de iure deliberan. C. Potestque obiici vsurario vsuras ab aliis repetenti: Eiice priùs trabem de oculo tuo, quàm festucam de oculo fratris tui, c. multi, 2. q. 1. c. infames, 6. porrò in fine 3. q. 7. Est & alia ratio, quòd nemo possit improbare mores alterius per exceptionem, quib. ipse infectus est, in l. in arenam, 11. C. de inoff. test. lib. 3. tit. 28. l. quoniam, C. de hæreticis.

Item nemo mores potest accusare, si eodem vitio laborat l. viro, & vxori, soluto matrimonio, ff. l. si filium, de libera causa, C.

Posset replicatio contra excipientem adferri si respondeat is, qui petit sibi reddi vsuras, quòd non exegerit ab eo, à quo repetit, etsi ab aliis exegerit, quòd nullus de eo conqueritur, nec ab eo quicquam repetit. Et ita eludere posse videtur exceptionem per replicationem: Tua non interest, nec ab aliis accepisse, vel illis acceptas non restituisse.

Sed tamen hæc replicatio non tollit exceptionē: quia non tam fauore eorū, quib. restituuntur vsuræ, quàm odio vsurariorū exceptio restitutionis inducta, & admissa est. Quare Iudex ex officio manifestatis vsur. per exceptionē, si nullus agat contra hunc de vsuris repetēdis facta denunciatione in publico, iuxta c. ad nostrā, 10. de iureiur. si nullus appareat, qui petat, debet ei nihilominus iubere restituere, saltem pauperibus, aliter nō liberabitur à peccato: cap. cùm tu, de vsur. vnde cùm non sit adhuc

emendatus, si in crimine perseueret, alienum restituendo, non est audiendus, quod glossa ad c. quia frustrà, ad verbum, *restituerit*, de vsuris, colligit ea verbis textus eius, ibi, *nisi restituerit, vel adhuc restituat cum effectu.*

Tutior erit replicatio, si excipiatur contra repetentem vsuras, quòd ipse non restituit, quas extorsit, vt respõdeat se esse paratum restituere, si sit, qui petat, quo casu faciet præconizare, secundùm Godofredum, Iudex, quòd quicunque tali soluerit vsuras, veniat, & ostendat, & satisfiet ei: & tunc si non venerit aliquis, procedet prior petitio, & si veniant aliqui, & probent, fiet eis restitutio. Nec sufficit in hoc casu dari pignora, vel cautiones, c. cum aliquibus, de sentẽtia. & re iudic. l. quòd si non soluere, de pignoratit. actiun. nisi forsan causa quædam alia magna superueniat, vt notant Hostiensis, & Innocentius super c. quia frustrà. & rursum Hostiẽsis in summa q. 49. Quod si is, à quo vsuras acceperat, non sit superstes, nec eius hęres, mandabit Iudex pauperibus erogari, c. cùm tu, de vsuris. Et tunc postquam hoc factum fuerit, procedet petitio: aliter non. Idem dicendum, si is, à quo acceptæ sunt vsurę, viuat, sed nescitur, vbi sit: vel si scitur, ad eum mitti non potest, nam & dandum est tunc pauperibus, c. cùm sit, de Iudæis, nisi speretur de ipsius aduentu: tunc enim pecunia consignabitur & deponetur.

4 Huic proxima est alia resolutio Panor. ad c. quia frustra nu. 4. de vsur. circa quæstionem propositam. Sed dubium (inquit) est, quid fiet, cùm vsurario excipiente contra vsurariũ non procedatur in causa, remanebit ne peccatum primi vsurarij impunitum? Nam ex hoc iste vsurarius prius conuentus reportabit commodum, & sic vterque vsurarius retinebit vsuras, quod videtur absurdũ. Solutio. Doctores mirabiliter intelligunt hunc textum, quòd Iudex ex officio suo, repulso actore, compellet conuentũ ad restituendas vsuras, non isti actori, sed illis, qui debent recipere vsuras ab illo actore: & ille actor tenebitur postea hoc habere ratum, cùm eius negotium vtiliter gestum sit. l. si pupilli, de negotiis gestis ff. facit, quod notatur in c. intelleximus, de adulter. & facta integra restitutione audietur actor: in istis enim multùm exuberat officium Iudicis, c. tuas, de vsur.

5 Tertia replicatio potest esse, si postquàm vsurarius conuenit alium vsurariũ, vt sibi restituat vsuras, ille conuentus non exceperit, quòd actor non restituerit ab aliis acceptas, & non proposuerit exceptionem illam ante litem contestatam, quia hæc exceptio est dilatoria, & prohibet litis ingressum ipsi actori, nisi priùs ipse satisfecerit, vt liquet ex verbis c. quia frustrà, ibi, *nullatenus audiatur.* Si ergo fuit auditus non poterit ampliùs excipi, debetque hæc exceptio etiam antè proposita, probari intra octo dies, secundùm Hostiensem arg. c. piæ, de exceptio. in sex. quæ omnia benè tenẽda esse mente admonet Panor. ad d. capit quia frustrà n. 9. notat & Laurent. de Rodulphis tracta. de vsur. 8. quæst. principali, in fine vers. *vltimo quæritur, qua exceptio.* quòd exceptio, *tu es vsurarius,* debet probari intra 8 dies: idem & Caput allega. 55. At Ludouicus Roma. in singularibus, de litera e. inc. *Exceptio* refert, quòd cùm esset auditor Rotæ, in curia fuit determinatũ in facto, quòd talis exceptio debeat probari intra quindecim dies, ea ratione, quia vsura dicitur esse rapina, c. si quis vsuram. 14. q. 4. & illa exceptio rapinæ, seu spoliationis, deberet probari intra quindecim dies. c. frequens, de restitutio. spol. in sex.

6 Quarta exceptio contra repetentes vsuras pendet ex inopia, & cessione bonorum, ex qua manifestè vsurarius desinit esse soluendo. Ideò cũ cautione liberatur à reali solutione, dilata restitutione, dum ad opes peruenerit, vt diximus antea, nu. 37. & 38. Et est hæc exceptio moratoria, non peremptoria, aut perpetua, l. 1. & fi. qui bonis cedere possunt, li. 7. C. tit. 71.

7 Quinta est exceptio iurisiurandi præbiti à soluente vsuras pro cuius intellectu distinguendum iuramentum in vsuris triplex, vnum est, quo iurant debitores mutui de soluendis vsuris vsurario: aliud, de solutis non repetendis: tertium, de non monendo etiam querimoniam, aut denunciatione non facienda: ex primo quidam arbitrantur oriri, & acquiri obligationem ei, cui fit iuramentum, & ideo per replicationem exigi, vel vt absolutioni consentiat, qui extorsit iuramentum, in c. 1. de iureiurand. quia nisi obligatio esset, non exigeretur absolutio: priuatio enim præsupponit habitum c. ad dissoluendum de desponsa. impub. l. decem, de verbor. obligat. aut si non petatur absolutio tenari constat ipsum promittẽtem soluere promissas vsuras, quas postea solutas repetere posset. c. debitores, eo. tit. de iureiur. quia quòd pertinet ad iuramentum, non est peccatum dare vsuras, si necessitate impulsus cogatur sub fœnore mutuum accipere, sed est peccatum accipere: & proinde ex parte iurantis soluere vsuras iuramentum impleri potest, & seruari sine detrimento salutis æternæ, ideo seruandum, c. quamuis pactũ, de pact. in sex. c. licèt mulieres, de iureiur. Quia autẽ, qui accipit, sine peccato non potest accipere: ideo tenetur, vel ante solutioné remittere vsuras, & iuramentũ, vel si acceperit, tenetur easdem restituere, ne ex dolo suo lucretur, c. tuas dudum, 13. de vsuris c. ad nostram 7. de iureiur. c. debitores, de iureiu. in hac ergo petitione, si actor ab vsurario petat sibi vsuras restitui, & vsurarius excipiat, quòd erant debitæ ex iuramento, & ideò non esse locũ dicat repetitioni, replicatio erit, quòd ex parte quidem iurantis, propter iuramentum solui debebant: at ex parte accipientis, indebitè receptas ideò authoritate sacri Concilij Lateranensis esse restituendas, aliásque pœnas in eum vsurarium haberi debere, diximus de his alibi supra datus & camela à latune ad l. fin. de iureiur. C. contra exceptionem iuramenti, vt debitoris, qui iurauit soluere, amicus sine mandato eius compareat, & contradicat, refert Ioannes de Arnouo in tracta. cautelarum cautela. 89.

8 Potest hic adiici triplicatio, ex parte vsurarij, alterius iuramenti præstiti à soluente vsuras, vt ille solutas etiam repetere non posset, si iurauit de solutis non repetẽdis, vt c. ad nostram, 20. de iure. Eliditur autem hæc triplicatio remediis similibus, quib prior replicatio: primum, vt petatur absolutio iuramenti, vt in c. si verò, de iureiuran. Secundum, vt petat à Iudice, coram quo conuenitur, vt vsurarius teneatur, & compellatur remittere iuramentũ, vt c. 1. de iureiur. & relaxare iuramentum, & desistere. c. tuas, de vsur. Tertium, vt qui promisit non repetere, denunciet Ecclesiæ, Panor. ad dict. c. 1. de iureiur. nu. 8. nam nullum iuramentum obligare potest, quin possit quis denunciare criminosum eccles. vt in c. quemadmodum, in fio. de iureiur. gl. ad c. ad nostram, 20. eo tit. c. veniens, de regularib. c. auctho. itatem, 15. qu. 6. nec valere debet iuramentum de non denuntiando, quia est contra proximi salutem: quare eo non obstante poterit denunciare, c. tuas, de vsuris. c. quemadmodum, de iureiurando, debet autem denuncians fundare se super salute proximi, & non super interesse suo: quia tunc obstaret ei iuramentum, vt notat Hostiensis, in dicto capit. quemadmodum, & esset periurus, si principaliter intenderet ad restitutionem sibi faciendam, quia siue id faciat per denunciationem, siue per actionem, in effectu repetitio est: & effectus potiùs, quàm verba, vel cortex, attendi debet. l. ab Anastasio, manda. Codic. potest & fieri intimatio Iudici, qui officium suum interponit ad peccatum obuiandum sine monitione aduersarij, vt in capitul. præterea, in 2. sic incipiente sponsalib. facit capitul. 3. loco, de præsumptio. debet enim ex officio occurrere peccato futuro, & impedire, ne fiat, per ea, quæ notan. in capit. ex literis. & cap. 2. de sponsalib.

9 Maior posset esse vis triplicationis, si dicatur iuratũ esse, non tantũ de non repetendis vsuris, sed etiã de nulla querimonia mouẽda, vel de nõ deferẽdo, pro quo iuramẽto Panormit. ad d. c. 1. nu. 9. de iureiur. dat duo remedia,

primum

primùm denunciandi Eccles. vt supra secundò, quòd iudex ex officio cogat relaxare iuramentũ, & statuat restitutionem: & si nolit aduersarius remittere liberè, possit ipsi absoluere eo inuito, vt c. si verò, 8. de iureiur. potest. Et qui denunciat Ecclesiæ, super eo producere testes: quia cũ effectu denunciare debet, Panor. ad c. ad nostrã 20. 13. de iureiur. per ea plerunq; 2. q. 7. in alterius maximè vsurarij odium, ita eum iurante dispensatur, sicut in aliis pluribus, vt notat gl. fin. ad d. c. si verò, de iureiur. arg. c. de accusatorib. 3. q. 5. & c. denique, 6. q. 3. c. si quis Papa, 79. dist. c. si quis cum militibus, in fin. 6. q. 1.

Sunt qui dicant iuramentum esse nullũ de soluendis & de non repetendis vsuris solutis, & esse cõtra ius diuinum, quo vetantur vsuræ: quod si verum sit non valdè laborãdum esset pro remissione obtinenda iuramenti, quod non obligaret. & intelligẽdum, c. 1. & c. debitores, & similia. de compulsione facienda vsurario, de relaxatione iuramenti facienda de facto, non de iure: vt in c. graue, de offic. ordina *ibi per te ipsum relaxes*, c. accedens, vt lite non contestat. c. 5. de iureiur. verb. *renoces*, intelligitur de facto.

10 Sed adhuc difficilior triplicatio, si dicatur iuratũ, non solùm, quòd soluet vsuras, quòd nõ repetet aut denuntiabit, sed etiam quòd non recipiet sibi restitutas. In qua specie neque tutũ esse vsurariũ à restitutione dicés, quamuis ipse, qui dedit non possit accipere propter periurium: quare restitutio facienda erit pauperib. perinde ac si non superesset persona certa, cui restituendæ essent, c. cum tu, de vsur. ne vsurarius ex suo dolo cõmodum reportet, c. tuas, de vsur. facit, gl. ad c. 1. & c. debitores: de iureiur. Et hæc de quinta exceptione iurisiurandi dicta sint.

11 Sexta exceptio posset obiici præscriptionis contra repetẽtem vsuras, in qua distinguendũ quoq. an agatur de persona vsurarij, qui accepit vsuras, an hæredũ eius, an eorum, qui ab illis vsurarias res acceperint.

Si agatur de vsurariis ipsis conuentis pro restitutione vsurarum, arbitror eos non posse excipere de præscriptione, vel vsucapione: primùm quia dictum est vsuram rapinæ comparari, c. si quis vsuram, c. quid dicam 14. q. 1. res autem furtiuæ, aut vi possessæ. vsucapi, aut præscribi nequeunt, etiam 40. annorum tempore, l. fi. de præscrip. longi temporis, quæ pro liber. e. priusquàm iterum reditum in dominium. & potestatem domini per legem 12. tabul. & Attiniam, §. furtiuæ, de vsuc. l. 2. Instit. tit. 6 l. 4. § quod autem, & l. fi. eod ti. lib. 41. ff. tit. 2. l. si quid, pro solu. ff l. si vi bon. rapt. ca. ff. l. 1. & l sciens, 7. de vsuca. pro empto. C. l. si abducta, 10. C. de furt. l. 2. C. de vsucap. pro donat. Attiniæ legis verba refert Gellius lib. 17. c. 7. *quod subreptum erit, eius rei authoritas esto.*

12 2 Hic vsurarius malæ fidei possessor verè est cõtra legem mercatus, vel pactus, iuxta l. quemadmodum, de agricol. & censit. lib. 11. C. tit. 47. nec vllo titulo iusto possidet: quia lege vetante contractus ille factus, reprobatur, l. non dubium, C. de legib.

At certum est malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere posse, c. vigilanti, de præscript. d. §. furtiuæ de vsura. c. si diligenti, 18. in fine, & c. fi de prescr. c. si virgo, 34. q. 2. cum similib. vulgarib. mala fides est, quando qui possidet, conscientiam habet, vel habere põt, rem quã possidet, esse alienã, quod accidit ei, qui vsuras accepit. Nam & scit esse alienas, & inuito domino se possidere, & contra legẽ diuinam, & Pontificalem. Proinde nec hunc longũ tempus iuuare põt, aut longissimum: quia agitur de causa peccati, pro cuius satisfactione restitutio exigitur statim, si fieri possit, c. sępe contingit, de restitut. spoliat. quia præceptũ de restituendo cadit sub præcepto negatiuo, *non furtum facies*, Exod. 20. & præceptũ negatiuũ obligat ad semper, & pro semper, Archid. ad c. si peccauerit, 2. q. 1. Panor. ad c. nouit, de iudi. & vt dictũ, eò grauiora sunt peccata, quò diutiùs quis souet peccatum, c. fi. de consuet. c. cũ in Ecclesiæ, de simon. 5. quemadmodum res, quæ contra legem repetundarum proconsuli, vel prętori donatæ sunt, non possunt vsucapi, priusquam in potestatem eius, à quo profectæ sunt, hęredúmve eius veniant, vt ait Paul. ad leg. Iul. repetun. Sic quia repetitioni subiiciuntur, vsuræ non priùs vsucapientur, quàm peruenerint res datæ pro vsuris ad dantem, hæredésve eius: & si quis id, quod possidet, non patet sibi per leges licere vsucapere dicendum est, etiã si erret, non procedere eius vsucapionem: vel quia non bona fide videatur possidere: vel quia in iure erranti non procedat vsucapio, l. si fur, 32. §. 1 de vsucap.

4. Quando causa, ex qua res traditur, ad transferendũ dominium est inutilis, tunc vsucapio, seu præscriptio non procedit ex possessione qualicunq. id est, sine titulo iusto non procedit vsucapio, l. nullo iusto, 24. de rei vend. C. §. 2. de vsucap. l. improb 7. C. de acqu. poss. vnde recipiens, pro vsura rem præscribere nequit. quia nullo iusto titulo possidet: nec etiam pro donato, quia inuitus censetur dans soluisse, nisi quatenus iure ciuili etiã permissæ sunt, ideò tanquam prędo tunc quis possidet, nec pręscribit, l. si ea stipulatione, 5. de acqu poss. l. Celsus 27 de vsucap. ff. l. 2 §. eius bona, pro emptore, ff. l. 1. pro don. neque sola aliunde bona fides, aut possessio longi temporis sufficit ad pręscribendum, nisi adsit iustus titulus d. c. si diligenti, 17. §. fi. de prescri. lib. 2. tit. 26. c. dudum, de decimis, l. Celsus 27. de vsucap. ff.

Quia ea solo lapsu temporis ius non constituitur neque adimitur, l. obligationum, §. placet, de actio. ff Atque præscriptio ius nouum non creat, sed creatum annouat, c. contra morem 100. dist. 22. illud 93. distin. & dicitur ita adiectio dominij in finitione, l. 3. de vsucap ff.

Si agatur pro repetitione vsurarũ contra hęredes vsurarij, iam audiuimus & eos teneri ex quasi contractu, & secundùm alios ex delicto defuncti ad restituendas, vt indebitas solutas vsuras, proinde eadem erit causa eorum, & defunctorum, & ex mala fide defuncti tenebuntur restituere Cùm successor vniuersalis nõ præscribat, si defunctus habuit malam fidẽ etiam sine violẽtia, quia censetur eadẽ cum illo persona, §. 1. de iureiuran. à mor. proposita nouella 48. & ita tenent Panorm. & Anton. Butriga. ad c. si diliganti, de for. compe. facit c. Michael, de vsur. Ita in c. tua nos, 9. de vsur. filii, hæredésque vsurarij, eadem distinctione coguntur restituere, quia ipse vsurarius, si viueret, cogeretur.

Deinde si agatur de re, & patrimonio ipsius vsurarij, quod obligatũ est pro restitutione vsurarum, siquidẽ sit res adhuc extans accepta pro vsuris, rectè dicimus non pręscribere etiã successorem singularem, vt ait Panorm. in c. nihil de pręscrip. de successione singulari inuasoris, propter vitiũ rei, quod sequitur possessorem, l. vitia possessionũ, l. 11. de acquiren. possess. lib. 7. C. tit 32. & requiri saltẽ in eo, si bona fide emit ignarus ab vsurario possessionem 40. annorum. Dummodò incipiat bonæ fidei tempus à sua possessione per §. furtiuæ de vsuca.

Ita licèt mala fides defuncti noceat hæredi, non tamẽ nocet emptori ementi ab hęrede, Bartol ad l. potest pluribus 36. de vsuca ff. Franciscus Aretinus ad d. c. si diligenti, de præscript.

Extat consilium Panorm. 34. incip. *Attingam per ordinem*, volum. 1. vbi resoluitur quæstio num monasterium institutum à mercatore, qui post mortem declaratus est vsurarius manifestus, cuius testamentum est nullum declaratum ex concilio, præscriptione se tueri possit, quòd diu possederit eius hæreditatem, etsi notorium fuisset testatorem esse vsurarium. quòd verisimiliter monasterium præsumatur sciuisse, iuxta c. 2. de postulatione prelatorum. & c. quod dicit. 16. dist. non potuerit prescribere, quia aut sciebat testamentum non valere, quòd esset factum non data cautione ab vsurario de satisfactione & sic fuit in mala fide, quia non potuerit ignorare. c. 24. qui & dominis & humanis 12. quæst. 2. si verò credebat valere, errabat in iure, & error iuris impedit

vsucapionem,l.nunquam,31.de vsuca.lib.41.ff.l.4.de iuris & facti ignor.ff.l.quemadmodum,de agricol.& censit.libr.11.C.notatur ad c.dudum,de decimis,c.ad Apostolicæ, de donat. sed de hoc latiùs in pœna testamenti inualidi vsurariorum tractare oportet.

13 Septima exceptio contra petitionem, & condemnationem vsurarum est appellatio interposita: quæ tamen distinguenda adhuc: nam si manifestus sit quis vsurarius, vel talis declaratus, vel per sententiam, vel per confessionem propriam, non potest vti hac appellatione, si aliquis eum conueniat de vsuris, sed non obstante appellatione debet compelli ad restitutionem, c. quàm perniciosum,11.& c.tuas,13.de vsur. quia neque quilibet alius criminosus manifestus auditur appellans à condemnatione eius criminis, c.cùm sit Romana 5.fi.de appell. lib.2.tit.18.quod intelligit Pan. & gl. ad d.c.quàm perniciosum, quando appellatio esset manifestè friuola, seu inutilis: putà quòd dicat se non esse condemnandum, quòd non sit manifestus vsurarius: cùm tamen de contrario appareat manifestè, vel quia publicè vsuris renunciauerit, vel quia talis declaratus, vel si dicat, quòd quamuis talis sit declaratus, ideo non teneatur restituere, & appellat.

Aliter autem dicendum, si appellatio interposita habeat aliquam iustam causam: vt quia dicat non accepisse vsuras ab eo, qui petit, & tamen condemnetur, vel nõ admittantur eius testes ad reprobationem testium dicentium se accepisse: & in summa, vbicunque iusta appellandi causa videbitur, non est deneganda, cùm neque aliis criminosis denegetur, vt nec defensio, quæ naturalis, c.vt debitus honor de appella.c. inter. de excessibus Præla. etiam raptori, c.in literis, de restit. spolia.

## Capvt XIII.

### Quibus restitutio vsurarum fieri debeat.

1 *Vsuræ primùm restituendæ illis à quibus extortæ sint, siue domini fuerint, vel non Iudæi, Christiani, aut Pagani.*
2 *Nec excusatur vsurarius dicens se pauperib. eas dedisse.*
3 *Sed non restitui debent ei, qui iurauit se non repetiturum, vel hæredibus eius.*
4 *Sed si absint, qui repetere debent, quid agendum, si sciatur, vbi habitent.*
5 *Sed si nesciatur, quid faciendum.*
6 *Et si certum sit, vbi habitent, cuius expensis facienda est restitutio, & deferenda vsuraræ restituenda.*
7 *Si pluribus restituenda vsura, & ex integro non possit restituere vsurarius, an pro rata singulis, an aliquibus soluendo in solidum, gratificari possit.*
8 *Potior autem habetur is, cuius res pro vsura data extat.*
9 *Quia non videtur in vsurariũ translatũ dominiũ eius rei.*
10 *Non superstitibus illis, à quibus acceptæ sunt vsuræ, restituendæ sunt eorum hæredibus.*
11 *Hæredibus non extantibus, pauperibus in fauorem animæ dantium.*
12 *Verùm disputatur, ad quẽ pertineat hæc distributio in pauperes, an ad ipsũ vsurarium, aut confessorẽ, aut Episcopũ.*
13 *Et quibus pauperibus fieri debet restitutio.*
14 *Pauperũ etiam loco, distributio vsurarũ, vbi nulli hæredes eorũ, qui dederint, fieri potest Ecclesiis indigẽtib. non aliter.*
15 *Sed quid si restitutione in pauperes, vel Ecclesias facta, appareat, qui dedit, vel hæres eius, nũ iterũ illis restitui debeãt.*

1 Constat itaque restituendas esse vsuras, vt dimittatur peccatum: superest, vt dicamus, quibus restituendæ sint. Quod paucis explicamus: vt in primis regula generali vtẽtes, certissimum putemus restituendas ordine posito in c.cũ tu manifestos,5.de vsur. primũ his, à quib. extortæ sunt vel eorũ hæredibus, vel his non superstitibus, pauperibus erogantur, dummodò facultatibus habeant, vnde possint ei restituere vsurarij.

Et hic ordo non põt impunè turbari: neque satisfactũ esset concilio Lateranẽsi, quòd cùm præscripsit, si quis vellet pauperib. vel aliis piis locis erogare, quæ põt, & debet restituere his, à quib. accepit, vel hæredib. suis sint ex testamento, vel ab intestato successores: sic D.Paul. ad Rom 13. *Reddite omnib. debita, cui tributum, tributum*, &c. & ita tradit D.Thom.2.2.q.62.a.62. Reintegranda sunt omnia spoliatis, in ca.1.c.reintegrãda,3.& seq.3.q.1.tot.ti. de.restit. spol.est & introducta actio rei vẽdicationis, vt liquet ex titulis, vt quisque suum consequatur. Et iustitia expuscit vt suum cuique reddatur, l. iustitia, §.iuris præcepta, de iustitia & iur.& fit restitutio rei suæ domino gratis, l. inciuilem, C. de fur.

Nec interest, an is, cui restitutio facienda est, fueritne dominus rei vsurarum nomine datæ, annon? quia & prædoni erepta res aut ab eo accepta, restituenda est, l.1.c.in literis, de restitur. spol l.bona fides, deposit.ff.

Sed neque excusatio restitutionis est, si quis dicat ab infideli, putà à Iudæo, vel Pagano, vsuram se accepisse: nam & illis restituere debet, vt notat Ang. Clau. in sum. in verb. *restitutio*.2.n.3.ex Monial.tit.Restitutio.: nisi Ecclesia bellum gerat contra illos, quia tunc non illis, sed pauperibus est facienda restitutio.

2 Minùs etiam excusatur ab eadem restitutione facienda, qui dixerit se pauperibus erogasse, quãdiu persona, à qua acceptæ vsuræ sunt, vel eius hæredes supersunt: quòd expressè decisum in simili rei alienæ detentione videtur, in c.sicut dignum,6.§.eos, de homici.lib.5.tit.12.cuius verba hæc: *Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri, & suorum post mortem eius spolia occupasse si nihil aliud in tanto facinore commiserunt à pœna mortis eius, arbitramur esse immunes: sed quæ occuparunt, eis, quorum fuerũt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, vnde possint ea reddere, & ipsis ex hoc est moderata pœnitentia iniungenda. Quia licèt quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur se pauperibus erogasse: non tamen aliena (cum ipsa potuissent eis, quorum fuerint, restituere) debuerunt pauperibus erogare.* Et sum. Pontif. in c.ea te,22. de iureiur. *Ea te*, inquit, *credimus discretione vigere, vt intelligas per te ipsum, quod onus non remittitur, sed augetur, cum cuiquam improuidè soluitur, quod alij ex debito est præstandum.*

Et Innocent. III. in c.tua nobis fraternitas,26.de decimis, lib.3 tit.30. confutans eorum præsumptionem, qui decimarum partem retinebant debitam Clericis, prætextu quòd Clerici malè viuerent, & satiùs pauperibus distribuendam putarent: *Prætextu* (inquit) *nequitiæ Clericorum, nequeunt eas, nisi quibus ex mandato diuino debentur pro suo arbitrio erogare: cum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem.*

Non liberatur à debito, qui alteri, quã creditori soluit præter eius mandatum, aut voluntatem, l. inuito, C. de solut. l.vero procuratori, §.t.eo.tit.ff.l.si verò, de cõstitu.pec.ff.l.in summa, in fi.de condict.indeb.ff.

Neque iusta est eleemosyna, quæ est ex rebus alienis, vel rapinis facta à non domino, ca.non est putanda,1.q.1.c.oblationes,90.dist.c.1.2.3.c.eleemosyna,14.q.5.

Sed & qui capit ab vsurario non restituente domino, à quo accepit, videtur particeps esse eius sceleris, siue sit Ecclesia, siue pauperes, vel alij, qui pro loco satisfactionis faciendæ domino, pro domini satisfactione, aliena accipiũt, vt is, qui cum fure partitur, c.qui cum fure, de fur.c.si quem ad peccatum,22.q.4.

Atq. si pro creditore alicui soluamus, non liberamur à vero creditore, & ille, qui accipit tanquam falsus creditor, furtũ cõmittit, l.falsus, §.1.de furt.ff.nisi Dominus ratum habuerit, l.si vendidero, §.si Titius, eo.tit.de furt.

3 Cæterùm, dictum de restituendis vsuris ipsis, à quib. acceptæ sunt: intelligitur primùm de idoneis ad illas recipiendas, per l.vt gradatim, de munerib.ff. Nam si non possent recipere: eò quòd iurassent se neq. repetituros,

neque

neque oblatas,ſeu ſolutas recepturos, tunc ob metum periurij non poſſent recipere: ſed illis ſuperſtitibus reſtituendæ ab vſurarijs, eſſent erogandæ pauperibus,vt antea diximus in triplicatione exceptionis iuriſiurandi:& tradit Hoſtienſis,in ſumma,tit. de iureiur.§. quomodo cenſeatur verſi ſed quamuis.

Dubium tamen eſſet,ſi ipſe,qui ſolniſſet vſuras,& iuraſſet,de non recipiendis,mortuus eſſet, an hæredes eius teneantur iuramento eius adſtricti,& an poſſint repetere,quia iuramētum videtur perſonale,ſi quis promiſerit,& iurauerit ſe non petiturum. Putarem autem hæredem eo iuramento non teneri, & poſſe repetere, & accipere vſuras,quamuis excluderetur,ſi viueret defunctus,per iuramentum. Sic enim videtur pactum hoc de non petendo:non tranſire ad hæredem,ſi de eo mētio non fuerit facta, & mortuus ſit, qui promiſit ſe non petiturum,dum agitur,l & hęredi,21.l.idem in duobus, 25.de pact.ff.

Et quamuis iuramentum adhibitum ad robur cōtractus obliget hęredem,vt notatur,per c. quamuis pactū, de pact.in ſex.c. licèt mulieres, de iureiur. in ſex.c. cùm contingat,eo.tit.apud Greg. auth. ſacramenta puberū, C.ſi aduerſ.venditionem : quamuis etiam pacta cōmuniter cenſeantur continere hæredes contrahētium, niſi excipiantur in l.ſi pactum,9.de probatio.lib. 22.ff.tit.3. l.veteres,C.de contrah.& commut.ſtipul.C.l.ſi neceſſarias.§ pen.de pign.act.ff.

Tamen perſonalia pacta de non petendo,vt dixi,nō tranſeunt ad hęredes,nec conſequenter iuramentū conceptum in perſona renunciātis, quia in iuramēto ligatur anima iurantis, non alterius non iurantis: niſi ipſe etiam conſenſerit,c. licèt de voto,quia ſine proprio cōſenſu non poteſt ab alio iurando ligari anima,c. vnicu, 30.q.2.vt nec ex iuramento defuncti cōueniri poſſet hęres,c.ſi.de foro compet.etiam ſi quis iurauerit pro ſe,& hęredib.vt ait Felin.ad c.cùm ſit generale,col.6. de for. comp.Atque eò pertinere poteſt,quod tradūt interpretes, ſemper iuramentum ex parte iurantis eſſe perſonale:ex parte verò recipientis interdum eſſe reale,interdū perſonale.Pan.ad c.veritatis, nu.3.de iureiur.huc pertinet, quod contractus de non repetendis vſuris nō ſubſiſtit in eo,quòd non obſtāte pactu ſemper vſurarius tenetur ad reſtitutionem:& proinde non tenente cōtractu principali in perſona hæredis inefficax erit defuncti iuramentū,iuxta notata in c ſi diligenti,in gl.fin. de foro comp. cùm etiam iuramentū non ſit vinculū iniquitatis,c.inter cætera,22.q. 4. nec poſſit prodeſſe vſurario, cùm non habeat tres comites iuramento firmo requiſitos,in c.etſi Chriſtus,de iureiurādo,c.& iurabūt, 22 q.1.c.animaduertendum,22,q.2.

4 Secundò reſtitutio facienda ipſis,à quibus acceptę ſunt,intelligitur ſi præſentes ſint, & ſi ſciatur, vbi ſint, vel habitent,& poſſint inueniri, alioquin debent reſtitui pauperibus,vt notat gl.ad c. ſicut dignum,§. eos,ad verba,*non tamen aliena*,de homicid.gl.ad cap.cùm tu,ad verba,*non ſuperſtitibus*,de vſur.

Quare & priùs faciēda inquiſitio,ſi qui ſint,quib.debeātur vſuræ, & debet propoſitio fieri publicè in Eccl. vt ſi qui ſint,qui ea de re nouerint veritatē,procedāt ad proferendū teſtimoniū,iuxta c.ad noſtram,20.de iureiu.

5.Reſolutio etiam D.Thomæ, 2.2. qu.62.5. artic. ad 3. conſentit his verbis;*Dicendum,quod ſi ille,cui debet fieri reſtitutio,ſit omnino ignotus,debet homo reſtituere,ſecundùm quod poteſt,ſcilicet dādo in eleemoſynas pro ſalute ipſius,ſiue ſit mortuus,ſiue ſit viuus:præmiſſa tamen diligenti inquiſitione,de perſona eius, cui eſt reſtitutio facienda. Si verò ſit mortuus ille,cui eſt reſtitutio facienda,debet reſtitui hæredi eius,qui computatur quaſi vna perſona cum ipſo.Si verò ille ſit multùm diſtans,debet ſibi tranſmitti,quod ei debetur:& præcipuè ſi res ſit magni valoris,& poſſit commodè tranſmitti : alioquin debet in aliquo loco tuto deponi,vt pro eo conſeruetur,& domino ſignificari.*

Dedit hæc reſolutio occaſionem quærendi,primùm,ſi conſtet quidam viuere creditorem, cui debet fieri reſtitutio,ſed incertum ſit,vbi habitet,num teneatur vſurarius inquirere loca,& eum perſequi vagantem? pro quo reſpondendum,non teneri, argum.l quod niſi, de oper. libertor.ff.ſic reſpondit gloſſ.ad d.c.cùm tu, ad verb.*ſuperſtitibus*,de vſur.verùm in hoc caſu deponendū erit debitum vſurarum reſtituendum, ſecundùm proximā ſententiam,ſicuti oblatio,& conſignatio debiti, loco & tēpore congruo facta tollit,moram debitoris,& eum defendit à pœna moræ,l.acceptam,19.C.de vſur.

6 Dehinc quæritur, ſi certum quidem ſit, vbi habitet, cui reſtitutio facienda ſit, cuius expenſis ea fieri debet, & mitti debitū abſenti: in qua quæſtione gloſſa ad d.c. cùm tu,aliter reſpondet,quàm Doctores,quorum ſententia probabilior videtur Panorm.ad dictum c.cùm tu,nu. 9.nēpe,quòd aut vſurarius receſſit à loco,in quo extorſit vſuras:& tunc,cùm ſit malæ fidei,tenetur mittere ſuis expenſis ad locum,in quo extorſit.Aut illi,à quibus extorſit,receſſerunt à loco,& tunc procedit gl.c.cùm tu,vt lōgè abſentibus teneatur quidē mittere ad illos, ſed ſumptibus illorum abſentium,argu.l.operæ enim, de opere liberto.ff. Si autem ſumptus itineris rei ſummam excedant,det pauperibus,arg.c.cùm tu, de vſur.& c.anteriorum,1 qu.6.argumento à ſimili, diſtinctione ſeruata in re legata,in l.cùm res legata,de lega.1.quòd verū inquit Panorm.niſi reperiatur aliquis fidelis,qui velit gratis deferre vſuras ad perſonas,à quibus fuerunt extortæ, arg.c. ſignificante 7.de pignori.li.3.tit.22.

Diuus Thomas rurſum in 4. ſententiarum, diſt.15.q.1. artic.5.circa finem,dixit eum qui iniuſtè abſtulit rem, ſi res eſt magni valoris,debere ei,à quo abſtulit,tranſmittere,ſi poſſit commodè. Nec obſtare,ſi damnum de remiſſione patiatur, quia ipſe ſibi cauſa fuit iniuſtè auferendi:quòd ſi tranſmittere non poſſit,& res non ſit magni valoris,poteſt rem dare propinquis,cum proteſtatione,quòd ei reddere teneantur, ſi requiſierit, vel ſi comparuerit.

Conſentiunt ita & interpretes, non teneri debitorem vſuras mittere creditoribus, quando maiores fierent in mittendo expenſæ quàm valeat res reſtituenda, vel 2.ſi quantitas reſtituenda exigua eſſet, reſpectu eius,cui facienda eſt reſtitutio,qui diues eſt : nam in vtroque caſu, dicunt id,quod ei reſtitui debet,eſſe erogandum pauperibus pro anima creditoris,vt ſic reſtituat illi ſpiritualiter,quando non poteſt tēporaliter.Sic notat ſumma Roſell. in verb *reſtitutio*,14.n.2. Sed mihi vtraque exceptio ſuſpecta videtur falſitatis.nam ſumptus,ſi maiores ſint,ſibi imputare,vt diximus ex diuo Thoma,de ſua culpa debet & damnum,quod ex ſua culpa ſentit, ex regula iur. in ſexto,ſibi non aliis debet imputare.Quod ad ſecundū, circunſtantia illa, quòd exiguum ſit acceptum nomine vſuræ,non minuit peccatum:quemadmodum æquè furtum dicitur rei paruæ vt magnæ,c.vulgaris,de pœn.diſt. 1.c.ſ.14.q.6.Itē excuſatio,quòd diues ſit,à quo quis ſurripit,vt pauperibus elargiatur,& bonum fiat,ex eo quod forſan diues nihil boni operatur, non abolet peccatum rapinæ,ſed auget,c.fortè,14.q.5.c.ſic non ſunt 32.q.4.

7 Sed quæret aliquis,ſi vſurarius manifeſtus à pluribus accepit vſuras,cùm omnibus reſtituere teneatur,an cùm omnibus in ſolidum ob defectum facultatem reſtituere non poſſit,an ſingulis ſoluere poſſit pro rata,an verò aliquibus gratificari ſoluendo in ſolidum. Et reſpondendū putarē,inter vſurarius creditores,hoc eſt,inter eos, qui repetūt ab vſurario vſuras,nō eſſe locū prioritatis hypothecę:quia iā antea in ſuperioribus docuimus,bona vſurarij nō ſubiici hypothecę,quāuis obligata ſint pro ſolutione vſurarū.Ideò ſi vnus ex pluribus vigilātior fuerit in iudicio,exigēdo debitū,antequā à creditoribus bona poſſideantur,extra iudiciū,vel in iudicio potior erit in ſolutione,& ſuū recipiendo non videtur iniuriam irrogare

aliis creditoribus:etiam si minùs ita inueniãt penes debitorem,quia vnicuique licet rem suam tueri,etiã cum incommodo alterius impunè.l.Proculus,de dam.infect. l.altiùs,de seruituti. C. & vigilantib. iura subueniunt,l. pupillos,quæ in fraud.creditor.ff. & est proprius textus in l.si hominem 7.§.quoties foro cedũt deposit.ff.l.inter eos 19.de re iud.ff. At postquam bona erunt authoritate Iudicis creditorib. omnibus decreta, veluti post cessionem,vel distributionem generalẽ, quia creditores vsurarij æquali priuilegio, seu iure repetũt vsuras solutas, neque prioritate,vel posteritate hypothecæ priuilegiari possunt,peruenitur ad restitutionem pro rata debiti, vt ei,cui debentur maiores vsuræ, plus restituatur: qui minùs dedit,minùs pro rata accipiat, sicuti in concurrentib.eodem iure creditorib.dicitur in bonis debitoris per curatorem venditis,in l.fin.de curato.bonis dando. lib.42 ff.tit.8.& in l.pro debito.6.§.fi.de bonis authorit. iudic possiden.lib.7.c.tit.72.

8 Excepta erit causa eius creditoris,cuius res,per eum data nomine vsurarum, extabit penes vsurariũ:nam arbitrur,cùm dominiũ non transierit in vsurarium, in solidũ per danté repeti posse tanquam dominio in eius persona vere consistente: sicut dicitur mulierem repetentẽ res,quas dedit marito in dotem,repetere extãtes, neque vinci à creditorib. mariti expressam hypothecã habentib.in l.in reb.dotalib.30.de iure dotium,lib.5 C. tit.12. Et in l.si ventri curator 9 §.in bonis,de priu.cred. lib.42.ff.tit.6.qui res suas inuenit penes debitores,præfertur omnibus creditoribus debitoris sui.

9 Ex contractu nullo, cui lex resistit, non transfertur dominium,l.non debitum.C.de legib.Barth.& alij,ad l. s.§.si vir vxori,de acqo.poss. ff. cuiusmodi videtur cõtractus quoad vsuras de illis factus. c.1.3. & c.consuluit,de vsur. Et qui tenetur ex delicto ad restituendam rem,nõ est dominus,vt patet in fure, l.in re furtiua, & l. si non manifestus,de condict.furtiua,ff.Et quamuis vi cõpulsiua rem alienam rapiens fictione iuris censeatur dominus, tamen iure prætorio penes priorem dominũ manet dominium,l.metum autem præsentem,§. Iulianus, quod met causa,ff.7.

10 Non superstitibus illis, à quibus vsuræ acceptæ, vel extortæ sunt, restitutio facienda est hæredib. illorum,si sint vel ex testamento,vel ab intestato. c.Michael,17. de vsu & d c.cùm tu,suprà eodem tit. Ratio,quia hæredes possunt conueniri,vt antè docuimus,pro soluẽdis vsuris quas defuncti extorserint: ergo & ipsi possunt contrà petere,si quę debeantur defunctis:secundùm enim naturam est,vt quem sequuntur incommoda, sequantur incommoda,l.secũdùm naturam,de reg. iur.ff.l.fi.§.sed cùm in secundam dubitationem, C. de fur. l.vni.§.pro secundo,de cadue.tollen.C.

2. Quia ius defuncti transit in hæredes cũ hæreditate, quæ est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit,l.hæreditas 63.de reg.iur.ff.l.nihil aliud est hęreditas,24.de verb.sig.Et actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipere possunt,tit.vt actiu ab hęred.& cõtra hæredes incipiant,lib.4.C.tit.11.

11 Si nulli sint certi,nec eorum hęredes, quib. restitui vsuræ possunt, tunc peruenitur ad pauperes, vt in illis fiat vsurarum erogatio pro restitutione,in fauorem animæ eorum,à quibus acceptæ sunt, & ad exonerationẽ animæ vsurarij,proque eius salute,c.cùm tu.de vsur.D. Thomas 2.2 q.62.

12 Distribuet ipsemet pauperib. qui vsuras restituere debet, secundùm aliquos facta priùs diligenti inquisitione,num supersint,aut sint,quib. restituere debet, vel eius successores:nec necessaria est authoritas Episc. aut confessoris,quandiu potest per se facere secundùm Archidiac.ad c.2.de testam.lib.6.& ad c.sanè,14.q.5. Ioan. Monach.ad c.2.de vsur.in sex.Ioan.de Li.Paul. Gemin. & Calder.super Clem.1.de priuileg.

Alij dicunt distributionem,& restitutionem faciendã non authoritate cõfessoris,aut ipsius vsurarij, sed solius Episcopi diœceseos:quia primum is est pater pauperũ solus,ad quem dispensatio pertineat,c. diuinæ 87. dist. dehinc expressè raptorum satisfactio dicitur facienda in loco,vbi rapina facta est,ex authoritate Episcopi eius loci,in c fi.6.q.5.in c.1.de raptor.

3. In c.cùm sit 16. de Iudæis, Iudæus rapta restituit authoritate Episcopi,incertis læsis pauperibus.

4. In maioribus adhibenda est cura Episcopi, seu eius prouidentia,c.ad hoc,de offic.Archidiaconi.

5. Omnes Ecclesiæ, & pia loca subiiciuntur Episcopi sollicitudini,eo regenda,10.q.1.

6. Inter casus reseruatos Episcopo,enumeratur restitutio ablatorum,per gloss.ad c.2. de pœnit.& remissio.in sex.per d c.cùm sit de Iudæis.

7. c.quanquam,de vsur.in sext. statuitur de restitutione,cauendum,coram ordinario loci,absentib.quib. restitutio fieri debet, vel coram eius vicario, vel rectore parochiæ,quanquam ibi agatur non de restitutione facienda vsurarum incertis creditoribus, aut hęredibus, sed illis certis,aut hæredibus eorum,aut absentibus.

8. Nec permittendam dispensationem inferiorib.Clericis ait Hostiensis,ad d.c.cum sit,de Iudæis,eò quòd si illis permitteretur,sæpe sibi imbursarent,& appropriarent,quod etiam sæpe fit.

9. Nec permittendam quoque distributionem ipsis vsurariis,ait. quia possent modico dato pauperibus sępe syngrapham integræ restitutionis ab his consequi.

Et sunt istius postremæ sententiæ,quæ restitutionem vsurarum fieri debere pauperib.dicat prouidentia Episcopi,authores,Hostiens.ad d.c.cùm sit de Iudæis,& ad c.cùm tu,de vsuris,& Federic.cons.17.

Panor.autem ad c.cùm sit, n.7.de Iudæis, inclinat in priorem:tamen vtitur distinctione ad conciliandas sententias,& ait,si agatur de foro pœnitentiali,in quo creditur assertioni confitẽtis, restitutionem fieri posse per ipsum vsurarium,vel ex eius consensu per alium,quem elegerit vel Clericum,vel laicum,vt per executorem testamenti,in c.2.§.fi.de testa.in sexto, sine authoritate Episcopi, qui tamen potest interuenire etiam inuito testatore,si executores sunt negligentes in exequenda distributione ordinata per defunctum,c.nos quidem,3.c. tua nobis 17.de test.lib.3.tit,26.l.nulli,c.de Episcopis & cler.§.si quis autem pro redemptione,vasi.in omnibus, de Ecclesiast.tit.in nouel. Quod si agatur de foro contentioso, in quo declaratus quis est, vel condemnatus publicus vsurarius,& damnatus ad restitutionẽ,probatur postrema sententia,vt iudicio Episcopi, vel Pœnitẽtialis debeat fieri distributio in pauperes vsurarum restituendarum:nec debet credi dicenti se restituisse, vel velle restituere,in c.2 de vsur in sex.& quia publicè declaratus est manifestus vsurarius, debet publicè restitutio fieri per c.2.de pœn.& rem.

13 Dum restitutio fit erga pauperes,incertis personis, quib restitutio fieri deberet,existentibus,nihil interest, an pauperib.loci,vbi degit vsurarius fiat,an aliis: quod aliter esset,si persona certa esset,à qua ablatæ essent vsuræ,vel aliæ res,quæ in eo loco, vbi ablatæ essent, restituendæ dicuntur in c.1.de raptor.c.fin.6.q.3. Attamẽ est de bono consilio,& non necessitate,vt fiat restitutio, vbi vsuræ acceptæ sunt,& rapina,vt notat Panor. Ant. Butrig.ad c.cùm tu,de vsur.Feder.consil.23.

Sicut etiam electio pauperum non est de necessitate, an pauperioritb.potiùs detur:quãquã meliùs fiet,si seruetur electio magis indigentium, & inter pauperiores eligantur iustiores,c.non satis,86.dist.c.fin.16.qu.1.pauperiores sunt mendici,inopes,& ij,qui in Xenodochiis & zenonibus sunt, l.si quis ad declinandam,§.fin.de Episc.& cler.

14 Pauperũ loco etiã distributio fieri potest restituẽ-

dotum

dorum, in Ecclesiarum maximè indigentium vtilitatem, & conuertitur causa pauperum in ędificationem, vel reparationem Eccl. vel monasterij, authoritate Episcopi, Iohan. Andræas ad c. 2. de testamentis, in sex. si necessaria egeat augmentatione vel ædificatione, & facultates eius non sufficiunt, si verò Ecclesia sibi sufficiat, nec sit necessaria, sed voluntaria ædificatio, & aliunde immineat pauperum fames, non potest fieri conuersio, sed debet dari pauperibus, c. pastoralis 86. dist. quia & ex bonis etiam iam quæsitis Ecclesię, licitè aufertur ad nutriendos pauperes, c. aurum, 12 q. 2. c nn. 16 q. 1. Neque possunt, quæ in vsus pauperum relinquuntur, sine authoritate Papæ in alios vsus conuerti, Clem. quia contingit de religios. vide Augustin. Clauas. in summa, *restitutio*, 2. nu. 20.

15 Cæterùm non leuis est quæstio, si facta restitutione erga pauperes, vel Ecclesias, appareat creditor, aut hæres eius à quo extortæ sunt vsuræ, an nihilominus illis iterū restitutio facienda sit. Et respondetur, quòd si is, qui restituit illis, diligenter antea inquisierit de persona creditoris, vel eius hæredis, vt inueniret, non tenetur ampliùs ad restitutionem aliam, quia bona fides non patitur, vt semel exactum, bis exigatur l. bona fides, de regul. iur. in sex. Contrà si debitam non adhibuit diligentiam, nam teneretur nihilominus creditoribus, aut eorum hæredibus restituere, quia non debebat de alieno eleemosynam facere, e sicut dignum §. eos. de homicid. & sic cum hac distinctione resoluit August. Clauas. in summa, in verbo, *restitutio*, 2 nu. 18.

## Capvt XIV.

## De testamento vsurariorum, & vltima voluntate, num sit efficax.

1 *Pœna noua vsurariorum manifestorum, vt nullus testamentis, vel vltimis voluntatibus eorum intersit, si non restituerint vsuras, vel non cauerint de restituendis, nec testamentum valeat. & illi rationes.*
2 *Sed si post restitutionem, vel cautionem, testamento condito, iterum vsuras committat, num valeat.*
3 *Num etiam testamentum corruat, si post mortem probetur vsurarius manifestus.*
4 *Aut si non seruata forma restitutionis, vel cautionis, condat testamentum vsurarius manifestus, & postea tamen restituerit, vel cauerit: num ratum fiat eius testamentum, & probatur affirmatiua.*
5 *Quia etiam causa testamenti sit fauorabilis.*
6 *Et quia testamenti vis pendet a tempore mortis.*
7 *Et respondetur ad regulas, quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit.*
8 *Vt etiam valebit, si testator faciat procuratorem ad restituendum, vel cauendum de restituendo.*
9 *Si tamen testamentum condidit non seruata prædicta forma, & impugnetur tanquam à manifesto vsurario factum, an deceri possit post mortem manifestus vsurarius, ad hunc effectū disputatur, & pro affirmatiua, quòd possit expugnari.*
10 *Pro negatiua, quod non possit, & ibi eius reiectio.*
11 *Tamen forma c. quanquam, de testamento, non habet locum in Iudæis vsurariis.*
12 *Sed si vsurarius desierit fœnerari, num testamentum eius sine forma c. quanquam, valeat.*
13 *Quæritur autem, quæ cautio idonea pro testamento condenda sit.*
14 *Satisfactio pro idonea cautione est.*
15 *Cautionis à notario seruanda solemnitas; d. c. quanquam.*

1 Et hæc hactenus de octaua pœna vsurariorum manifestorum dicta sint, & de restitutione vsurarum: agamus de nona. Nona pœna itaque vsurariorū erit circa vltimas voluntates, vt nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit, scilicet nisi restituerint vsuras, aut idoneè cauerint de illis restituendis, c. 2. §. nullus, de vsur. in sex. & in §. si eius c. 2. testamenta quoque manifestorū vsurariorum aliter facta, non valeant, sed sint irrita ipso iure. quod ibi Guil. Gar. Ioan. Monach. Archidia. & glossa, dicunt intelligi, etiam de codicillis: sumpta probatione principii c. 2. de vsur. in sex. ibi, *in vltima voluntate mādauerint* appellatione cuius & continentur codicilli, ea. cùm esses, de testam. l. fi. de codicill. & nostra testatio vltimæ in codicillis est, quemadmodum in testamentis, c. placuit. §. sed aliud 13. quæst. 2. l conficiuntur, & l. ab intestato, de iure codicillo. 20. Quare & idipsum in omni vltima voluntate locum habet, vt sit inutilis ab vsurario emissa, vt etiam non reseruetur sine illa cautione facultas disponēdi ad impias causas, Panormit cons. 34. incip. *Autumquam*. in princ. volu. 1. nec possit fieri donatio causa mortis, maximè in testamento, vel alibi, omnium bonorū non data cautione de sanctis vsuris, quia fieret in fraudē, c. quanquam, de vsur. in sex. & omnes ita consentiunt: & rursum tutior est pars pro salute animæ, vt neque donatio ea causa mortis rei alicuius valeat ab vsurario manifesto facta, Alex ad l. discretis, C. qui testam. fac. poss Iul. Clar. lib. 4. sent. n. §. donatio, q. 7. vbi eam sequitur: ne eludantur canonum sanctiones ab vsurariis per indirectum, quanquam Baldus in l. executorem Cod. de executione rei iudicatæ videatur non firmiter sententiam de re particulari contrariam tradidisse, vt cons. 398. volumine rursum Baldus cons. 294. incipiente, quæritur, volum. 2. ait donationem causa mortis factam per vsurariū manifestum de omnibus bonis suis, vel maiora parte bonorum, non data idonea cautione de vsuris restituēdis, non valere. Idem ait Paul. Castrens. cons. 383. incip. *præfatum testamentum*, Geminia. in dict. c. quanquam. Lapus alleg. 125. incipien. lactum: super quo Decius cons. 196. incipiē. *in casu proposito*. Non tamen hoc habebit locum in donatione inter viuos, Bald cons. 318.

Ratio, quia summus Pontifex prospicit, ne per voluntatem vltimam vsurariorum durior fiat causa creditorū ex mutatione personæ: & ideo disponit de testamentis non principaliter, sed propter peccatum, vt illis prohibitis facilior sit via repetitionis, & cogatur vsurarius peruenire ad satisfactionem, metu ne dicatur intestabilis, vt latiù explicat glossa fi. ad c. quanquam, de vsur. in sex.

Sic & prohibetur alienatio rei iniustè detentæ, in ca. Eccles. sanctę Mariæ. 3. vt lite pendente, nihil innouet. li. 2. tit. 16.

Secundò reipsa non videtur testamentum posse consistere, quod est voluntatis nostræ iniusta sententia, l. 1. de test. fi. iniustum enim non videtur, de rapinis, & vsuris nolle prius satisfacere, sed de illis vt de propriis velle aliis largiri.

2 Circa hanc pœnam testamenti inefficacis vsurarii manifesti, si non cauerit, vel restituerit vsuras, iuxta c. 2. de vsur. in sext. plures quotidianæ oriuntur quæstiones. 1. est si quis vsurarius manifestus, cùm testamentum condere vellet, cauerit quidem de restituendis vsuris, aut restituerit iuxta prædictum cap. 2. verùm post conditum testamentum continuauit vitium vsuræ, sed non manifestè, an testamentum eius valeat? quam quæstionē tractat Panorm. ad c. quia in omnibus. 3. nu. 10 & 11. de vsur. & concludit ex Federico de Senis, nō valere, eò quòd non videtur destitisse, qui iterauit: & noua delicta repetitis, pœna etiam repetita, plecti debent, c. 1. de pœnis, li. 5. tit. 36. c. mensuram. de pœnit. dist. 5.

Sed & 2. per illam cautionem remanet notorius vsurarius, vnde postea si doceatur quòd vsuras acceperit, nec restituerit, tanquam manifestus vsurarius sit intestabilis.

3 Tertiò Panor. cons. 22. incipien. *Quanquam consultum*, nu. 1. volum. 1 quod plus est, inquit, reperio fuisse consultum per Barth. & Domi. Cardinalem Florentinum, quòd licèt in vita quis non exerceat publicè vsurā, si tamē pos-

sit probari, quòd erat tẽpore vitæ vsurarius, satis probatur eum fuisse manifestum vsurarium, etiam ad affectum mutandi testamentum, quòd manifestum erat delictum, quod probari poterat: quanquam Federicus in consiliis suis ab hoc vltimo dissentire videatur.

4 Secunda quæstio, si vsurarius manifestus condiderit testamentum, non seruata forma, c. quanquam, Id est, nõ restitutis vsuris, nec data idonea cautione de eis restituẽdis, iuxta formam ibi præscriptam. Nunquid, si post conditum testamentum eam præstet, illud conualescat, prior sententia est non conualescere, vt Iohannes Mona. Garnerius ad c. fi. de vsur. in sex. defendunt: ratio 1. quod ab initio non valet, tractu temporis conualescere non potest, l. quod initio, 29 de regul. iur. ff. c. non firmatur, eod. tit. in sex.

Cuius exẽpla possunt adferri plura, vt in c. 1. de despon. impu. in sex. vbi matrimonium inter impuberes per verba de præsenti contractum non firmatur adueniente legitima ætate, & in c. si eo tempore, de rescript. in sex. qui impetrauit beneficium cum cura, si tempore litterarum non esset legitimæ ætatis, non efficitur idoneus per superuenientem legitimam ætatẽ. Et ne longiùs abeamus à testamẽto. de quo disputatur, si impubes testamẽtum condiderit, & ita perperam, illud non conualescit pubertate interueniente, vt neque factũ à filiofamiliàs, aut seruo per emancipationẽ, aut manumissionem: nec factum tempore quo quis captus erat ab hostibus, confirmatur per postliminium, aut reditũ, l. si filiusfa. 19. l. eius, qui apud hostes 8. ff de testam. ff. l. 1. §. 1. de lega. 3. expressa in l. quæ ab initio, 21 de reg. iur. ff. quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest.

Contraria opinio verior est, quòd conualescat, præbita cautione etiam post testamentum conditum, glossa fin. & ibi Iohannes Andreas, ad c. 2. de vsur. in sex. Iul Clarus li. 3. sententiarum in §. testamentum, q. 26. nu. 3. Alex. ad l. Gallus Aquilius, §. ille casus, nu. 8. de liber. & posthu. ff. licèt ibi dicat contrariam opinionem de iure, ciuili scilicet, magis posse defendi: quod & Iohannes Andræas dixit in additio. ad gl. finalem, c. 2. de vsur. in sex. verũ hãc, vt conualescat, dicit esse communem, Felinus etiam ad c. cùm dilectus, nu. 3. de accusat. Decius ad l. quod initio, nu. 12. de regul. iur. Barthol. ad l. filio præterito, de iniustè rupto. Angelus disputatione incipiente, *Astensis miles*. & disputatione incip. *Vsurarius*. Anchara. ad rubric. de reg. iur. col. 1 Albericus in 1. par. statutor. q. 151. Bald. & Paul. l. vniuersa. C. de precib. impera. offer. & alij.

Ratio: quia quando causa confirmans superuenit, confirmatur, quod ab initio fuit nullum ex iure superueniẽte, vt in l. si rem alienam. §. fin. de pignora. action. ff. Sic in l. fin. si maior factus alienationem ratam habuerit, C. alienatio rerũ minoris facta inualidè sine decreto, confirmatur superuentu maioris ætatis: similia exempla in l. 1. si quacunque præditus potesta. C. l. si quis in Senatorio, de ritu nuptia. ff.

5 Alia ratio, quòd causa testamenti sit fauorabilis, idcò pro ea resoluendum, & in eius fauorem, vt in c. fin de senten. & re iudica. li. 2. titu. 27. l. si pars iudicantium, to. de inofficio. testa. li. 5. ff. tit. 2.

Nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitũ, quòd iterum non redit arbitriũ, vt ait Constantinus August. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. & interest reipub. suprema hominum iudicia sortiri effectum, l. vel negare, quamad. testa. aperiant. ff.

6 Tertia ratio, quòd testamentum non tam pendet à tempore, quo conditur, quàm à tempore mortis testantis, quia morte confirmatur, c. cùm Marthæ, 6. §. cæterùm de celebra. Missæ. li. 3. tit. 41. ad Hebræos c. 9. Quia ambulatoria est voluntas testatoris vsque ad vltimum vitæ spiritum, & ita ex arbitrio eius mutabilis, vel confirmationi subiecta, l. 4. de adimen. lega. ff. l. cùm hic status, §. pœnitentiam, de donatio. inter vir. & vxor. l. 3. C. de codicil. l. si quis, qui testam. facere post. C.

Proinde cùm vsurarius potuerit reuocare testamentũ iustè etiam factum post idoneam cautionem, potest, & inutiliter factum respectu omissionis cautionis, emissa cautione veluti noua voluntate confirmare, vel authorare: nemo enim sibi eam legẽ in testamentis ponere potest, à qua sibi non liceat recedere, l. si quis in principio, de lega. 3. Fieri & potest, quòd pendente vita testantis, in suspenso sit eius voluntatis firmitas, & quæ firmari possit ex euentu mortis, & multùm refert, verùm aliquid purè concipiatur inutiliter, & tunc tractu temporis non confirmatur, aut sub conditione, & tunc pendente conditione non potest inutile dici, cùm sit nullum, ideò non impeditur effectum assumere per conditionis euentum, l. 1. 2. 3. de regula Catoniana, li. 34. ff. tit. 7.

Id & probare potest, l. qui soluendo, 42. de hæredib. instituen. li. 28. ff tit. 5. quò loci testamentũ ex euentu potest confirmari, quòd ab initio in dubio versabatur, an valeret: siquidem, qui soluendo non est, non potest duos seruos suos instituere hæredes, sed vnũ tantùm: sed quid si duos instituerit? respondet Iulianus, si viuo testatore vnus mortuus sit, in alio substituetur institutio: quòd si vterq. superuixerit testatori, non valet institutio in nullo, propter Æliam Sentiam, quæ prohibet plures, quàm vnum instituere.

7 Neque obsunt regulæ iuris: Quod initio, ff. & non firmatur, in sex. iunctis legibus & iuribus pro aduersaria sententia prolatis.

Nam in primis, illa regula: Quod ab initio non valet, tractu temporis conualescere non potest, obtinet in negotiis tantùm, quæ statim debent valere, & nullã suspensionem habent, quales sunt contractus & alij actus inter viuos, vt notat Barthol. ad l. 1. in 1. oppositione, de reg. Catonia. contrarium in aliis, quæ suspanduntur, & ex alio tempore futuro sumunt effectum, vt in testamentis, vt dixi, ex c. cùm Marthæ, de celebra. Missæ.

Secundò regula: Quòd tractu temporis non confirmetur inualidum. intelligitur, vt non solo tempore confirmetur, sed cũ tractu temporis interueniente, alio actu sufficiente confirmatur, & prout nunc, & prout tunc, c. 3. & ibi Panormit. de his, quæ fiunt à præla. sine consensu c. l. obseruare, in fine, de offic. procons. ff. Potest & actus confirmari per ratificationẽ, l. final. C. ad Senatus. Macedo. l. per fundum, de seruitu. rustic. prædior. ff. l. fi. Com. prædio. ff.

Tertiò, regula intelligitur procedere per Dynum, ad dict. regulam non firmatur. nu. 8. cum distinctione. Aut, inquit, durat causa impediens, aut cessat, & nulla superuenit confirmans: aut si cessauit. superuenit etiam confirmans. Primo casu. regula simpliciter vera est. Quod ab initio non valet, tractu temporis non confirmetur, vt dictis regulis, & l. sicut 17. C. ad leg. Cor. de falsis, li. 9. C. tit. 22. ff.

In 2. casu, quando cessauit causa impediens, & non superuenit confirmans, idẽ est: quia, quod ab initio non tenuit, non confirmatur, l. inter stipulantẽ, §. sacrũ de verb. oblig. ff. l. eius, §. l. si filiusfa. de testa. ff. l. cætera, §. 1. de lega. 1. l. seruos, C. de lega. §. an seruo, eo. tit. ap. Iustinia.

In tertio casu, quando cessauit causa impediens, & superuenit confirmans, tunc regula locum non habet, vt in l. per fundum, de seruit. rusti. ff. l. 1. de contract. iud. C.

Quare regula prædicta non pertinet ad quæstionem nostram: nam impedimẽtum non præbiræ cautionis cessat eo adueniente: & voluntas testamẽti ad mortẽ vsque perseuerans, perficit testamẽtum, & confirmationẽ ex ea capit: & hoc est, quod glossa finalis resoluit in c. 2. de vsu. in sex. dũ ait, Satis videtur sufficere, si vsurarius ante mortem cauit, cùm testamẽtum morte firmetur, c. cùm Marthæ, de celebra. Missæ.

Nun obest etiam l. quæ ab initio, 21. de regul. iur. dum dicitur, Inutilem institutionem ab initio tractu temporis

conua-

conualescere non posse. Nam illa lex loquitur, quādo defectus est institutionis, aut est defectus in substantialib. testamenti, secus si defectus sit in accidētalibus, quæ extrinsecus impedivit, vt omissa cautio: & ita sub moris accidētalib. impedimētis, potest cōfirmari institutio, quæ ab initio fuit nulla, l. qui soluendo, in 1. vbi Barth. hoc dicit de hæredib. instituen. facit tex. in l. pignori. e. ti. & sic explicat Decius ill'á reg. quæ ab initio.

8 Sed & singulare, vt valeat etiam testamentū vsurarij manifesti, licèt in actu testandi, vel anteà cautionem prædictam non dederit: si testator faciat aliquē procuratorem ad præstandam dictam cautionē post mortē suam, scil. testatoris. Non enim mandatū morte reuocatur, quando aliquid post mortem fieri mādatur, l. si verò non remunerādi, §. fi. manda. ff. vel si mādet testator suo hæredi, quòd huiusmodi cautionem ipse præstet. Túncque vires habebit testamentum, si post mortē ipsius testatoris cautio prǽstetur illius mādato, per notata per Barthol. ad l. vniuersa, C. de precib. impera. offer. & hoc remedio conseruari testamētum tradit etiam Zabarella in Clem. 1. q. 23. de sepul. & Fel. ad c. quoniam frequenter. col. 4. vt lite non contesta. & ita iudicatum fuisse Ferrariæ ait idem Fel. ad c. ad hæc, col. 1. de rescrip.

9 Tertia quęstio: quidā vsurarius decessit relicto testamento, & nulla cautione præbita de restituēdis vsuris, & illis nō restitutis. Post mortem eius impugnatur testamētū, nullitate, tāquàm à manifesto vsurario factū; quæritur, num probari possit vsurarius manifestus, & testamentum eius expugnari, putà per veniētes ab intestato, vel per fiscum, si locus sit publicationi bonorū? Pro solutione, duę occurrūt sētēnę: vna, q̄ dicit posse expugnari, Pan. in c. cū in diœcesi, n. 6. & cōci. 22. incip. *Quanquā cōsultum sit*, n. 1. vol. 1. & cons. 34. in c. *Attingam*, n. 2. vol. 1. & cons. 2. inci. *Illud in facto*, vol. 2.

Ratio prior; quia in c. cum in Diœcesi, de vsur. manifestus vsurarius, contra quem nullus accusator extitit, potest per famam, & probationes alias doceri talis, & posteà puniri pœnis Lateran. concilij. Et ita dicuntur manifesti vsurarij, quamuis nō adhuc fuerint probati. Et Panor. in d. cons. 22. vol. 1. adducit dictū c. cū in Diœcesi, vbi, inquir, habetur, quòd per famā, & argumenta probatur quis vsurarius manifestus; quinimò, quod plus est, reperio fuisse consultū per Barthol. Gal. de Cal. & Dominum Cardinalē Florentinū, quòd licèt quis in vita non exerceat publicè vsuram: si tamē potest probari, quòd erat tempore vitæ vsurarius, satis probatur eum fuisse manifestum vsurarium, etiam ad effectum mutandi testamentum: quòd manifestum erat delictum, quod probari poterat: quanquam Federic. in consiliis suis ab hoc vltimo deuiare videatur. Addit Pan. cōs. 2. li. 2. rationē, q. averba, c. quāquā, intelligi debēt de manifestis, & notoriis facto, q. tales probātur; & ideo, cum similes in materia odiosa, vsurariorum odio, & qui tales post mortem probantur, debent cōtineri, vt cōsulatur & reipublicę, & animab. q. sunt duo fines, cur inhibeātur testamenta manifestis vsurariis, in c. 1. & 2. de vsur. in sex. Et iura magis prosequuntur delicta publica, quàm priuata, quamuis probari possint, c. fi. de coha. cleri. c. Christiana religio, 32. q. 5. Et qualitas delicti punitur in d. c. quāquā vsurarij manifesti, q̄ & post mortē, si appareat, debet cōtineri sub eadē pœna nullitatis testamēti nō data cautione. Atq; euidētia probationis satis docet de ipsa qualitate, q̄ non pōt celari, in c. euidētia, de accus. c. cū dilecti, de purg. canonica. Quod intelligit Pan. quādo in vita habebatur pro vsurario, & post mortem cum fama accedunt probationes, & ita tanquàm vsurarium manifestum priuari emolumento iuris testandi nō data cautione; contrà si non esset diffamatus in vita, quòd esset vsurarius, vel si esset occultus penitus, vel aliquomodo.

Sunt & qui dicunt, quòd is, qui vult testamētum vsurarij subuertere, per textum omissæ cautionis debeat concipere articulo petitionis, quòd testator tempore confecti testamenti erat vsurarius manifestus: & non sufficere absolutè probare, quòd testator vsurarius fuerit manifestus, secundum Iasonem, cons. 78. Bernardinum, lib. 3. arg. l. in delictis, §. si extraneus de noxalib. actio. cum aliis per illum allegatis. Quidam tamē sufficere dicunt, vsurarium fuisse testatorem, probare ad subuertendum testamentum, si non appareat de restitutione vsurarum, arg. l. quis sit fugitiuus, & ibi notat Barth. de ædil. edict. ff. & sententia hæc plausibilior in fauorem animæ; vtraque autē intendit ex capite probationis, quòd fuerit vsurarius manifestus testator, ideo corruere testamentum sine cautione conditum.

10 Contrariam sententiam priori defendit Federicus de Senis, cons. 62.

1. Quia testamenta sunt fauorabilia, & debent in dubiis sustineri, c. fi. de sent. & re iud. in sex. & quòd requiratur pro nullitate testamenti vsurarij, quòd constiterit esse manifestum vsurarium, quod non fit, nisi per sententiam, vel post mortē testatoris. Sed illa ratio parum concludit: nam post mortem docetur manifestus vsurarius, qui erat manifestus ante mortem; atq; de illo loquimur, ideo meritò eius testamentum nullum.

2. Quia quamuis vsurarius manifestus sit infamis, tamen antequàm probetur, non videtur ei interdictū testamentum: quia infames testari possunt, Barth. in l. is cui, §. si quis ob carmen, de testa. ff. & ita communiter tenetur. Pan. ad Rubr. de testa. num. 8.

Sed hęc ratio non probat, quia vltra infamiam & manifestus vsurarius sine illa cautione, aut restitutione est intestabilis, d. c. 2. de vsur. in 6. Neque etiam infames, qui expressè dicuntur intestabiles, lege, testamentum condunt rectè, d. §. si quis ob crimen.

Tertiò facere videtur, quòd morte reatus extinguatur, toto tit. si reus, vel accusator mortuus fuerit, lib. 9. C. tit. 6. neque etiam post contractum capitale crimen ante sententiam cōdemnationis, prohibeatur reus de rebus suis testari, vel disponere. l. post cōtractūm, 15. de donat. ff. Sed hæc ratio habet locū, quādo expressè nō prohibetur reo testamentum sine restitutione, vt hîc prohibetur, & in aliis, vt in crimine perduellionis. l. donationes in concubinam 31. §. 1. de dona. li. 39. ff. tit. 5. l. pen. & fi. c. ad l. Iul. maiest. lib. 9. tit. 8. Proinde sequenda prior opinio; in qua tamen obseruandum erit, vt sint probationes, quę doceant manifestū vsurariū: eò quòd & probationes criminū luce meridiana clariores esse debeant, l. fi. C. de proba. Et quia nō pręsumitur in dubio quis vsurarius. c. fi. de vsur. vt quilibet bonus, & sufficiens actui creditur, & pręsumitur, donec contrariū probetur. c. fin. de instit. & l. meritò, pro socio, ff. c. 2. de reg. iur. apud Greg. dehinc & promptiores in dubiis Iudices debent esse ad absoluēdum, quàm ad cōdemnandum. c. ex literis, de proba. l. Arrianus, de actio. ff.

11 Quarta quæstio, an dispositio c. quanquam, locum habeat in Iudæis vsurariis? Et respondet Iulius Clarus li. 3. §. testamento. q. 26. nu. 5. nō habere, sed testamenta eorum valēre, etiamsi publicè exerceant vsurariā prauitatem, & ita videmus (inquit) obseruari, vt ait Areti. cōs. 158. Soci. idē ait cōs. 7. inci. *In præsenti*, li. 1. Ratio, quia cum Iudæi sint extra gremium Eccles. non est de his curandum, vt in simili respōdit Inno. 3. in c. gaudemus. 8. de diuort. li. 4. ti. 19. *Cū in præmissis gradibus*, secundo scil. & tertio inquit, *à Paganis quoad eos matrimoniū licitè sit contractū, qui cōstitutionib. canonicis nō arctātur: quid enim ad nos secundū eundē Apost. 1. ad Cor. 5. de his, quæ foris sunt iudicare, &c.* idem c. multi. q. 1. permittitur Iudęis suis moribus vti, & bonis secundū ritū suū, dūmodò nō inducāt confusionē in religione Christiana. l. sicut Iudęi. 9. & c. & si Iudęos 13. de Iudæis, li. 5. ti. 6. c. qui syncera, 45. dist. l. nemo exterius, de Iudęis. C. Quādo autem Christianos vsuris grauant per indirectum,

per potestates sæculares compelluntur satisfacere aliis remediis, vt potè priuatione commerciorum cum Christianis, c. post miserabilem, &c. quantò, de vsur.

12 V. Quæstio, si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras, nunquid habebit locum in eo dispositio, ca. quanquam, de vsur. in sex. vt non possit testari nisi præstita cautione de soluendis vsuris; Iul. Clar. mouet hanc q. lib. 3. §. testamentum, q. 2. num. 4. & respondet, quòd habeat locum, ex Socin. cons. 127. num. 1. vol. 3. & hanc sequi opinionem tutius esse animæ ait, ideo in consulendo ab ea non esse recedendum.

Ratio, quia finis istius pœnę probibendi testamentū, est restitutio vsurarū, vt per eam possit consequi peccati absolutionem vsurarius, c. cum tu, de vsur. c. peccatum, de reg. iur. in sex. oportet itaque remanere pœnā, quandiu satisfactum non est, & dispositionem legis, remanente ratione eius, l. libertorum, de his qui not. infa. ff. l. adigere, §. quamuis de iure patro. ff. Quare si satisfactum sit à manifesto vsurario de vsuris, & posteà desinat vsurarius esse, non impedietur testamentum. Esset enim superflua cautio de restituendis vsuris, quæ iā restitutæ essent, vt ait Clarus prædicto loco, & cessante ratione institutionis Canonis, cessabit dispositio c. cum cessante, de appel. d. l. adigere, §. quamuis, de iure patro. perpendendum, & c. quanquam, de vsur. in 6. dum alternatiuè loquitur de prohibendo testamento & sepultura, *Donec, inquit, plenariè satisfactum fuerit de vsuris, quoad patiuntur facultates eorum, vel illis, quibus facienda est restitutio, si præstò sint ipsi* (nota tibi non esse cautionem) *vel, illis absentibus, aliis, qui eas possint acquirere: vel eis absentibus loco ordinario, &c.*

Neq; ideo dicitur quis minus vsurarius manifestus, quòd desierit fœnerari, vt ait Dec. ad c. 1. nu. 12. de ꝓb. & ibi dicit hanc esse cōmunem opinionē, & Iul. Clar. li. 5. §. vsur. nu. 17. Quod intelligitur quoad alias subeūdas pœnas: quod tamē pertinet ad restitutionis cōpulsionē qui iā satisfecit nō potest vltra cōpelli, ideo liberatur & à pœna excōmunicationis, & à pœna prohibitionis testandi, & sepulturę, quib. ꝓpositus est finis à canonib. vt per illas cōpellantur ad restitutione acceptarum vsurarum; neque conciliū Lateranense, restitutione facta, alia pœna afficiendū putat vsurarium manifestū, quē etiā à cōpulsione excusat restitutionis, si cōstiterit ob inopiā nō posse satisfacere, vt in ca. cum tu, §. de vsur. vbi sic ait, non solum à pœna, sed etiam à peccato, quod per vsurarum extorsionem incurrerat, liberari posse; nempe à pœna consilij compulsionis, non ab aliis, de quibus ibid. tex. non loquitur.

13 Postrema erit quæstio in testamētū causa vsurarij, quę idonea dicatur cautio: in c. quanquam, de vsur. in sex. quā dare debet vsurarius manifestus, antequā testamentū cōdere possit? Respōdet autē gl. ad d. c. quāquā ad verb. *Idoneè*, esse debere vel pignoratitiam, vel fideiussoriā l. si mandato Titij. §. si. manda. ff. Et quāuis sine cautione possint repetere vsuras, qui eas dederūt, tamē adhuc in odiū vsurariorū, & vt securiores essēt de repetitione, qui dederūt, istas cautiones pignorū; & fideiussorū introduxit cōciliū Lugdunēse, aut ex eo Greg. x. in d. c. quanquā, explicans, quod traditū erat ex cōcilio Lateranēsi in c. quia in omnib. & c. prætereà de vsur. ne sepeliri possent manifesti vsurarij, nisi vsuras restituissēt, vel mādassēt restitui in testamēto: voluit itaque, vt neq; testamentū cōdere p[o]ssint, nisi expressè, cauissent idoneè: nec contentus fuit Greg. x. illo mādato, nisi & cautio adhibeatur iuxta formulam præscriptā adhibitis fideiussorib. vel pignorib. & quia magis sunt securi creditores per fideiussores, & pignora; quā per simplicē cautionem. l. 1. qui satisd. cog. ff. d. nempe si facultates sint: si verò non sint, dato iuramento, ꝙ nec fideiussores inuenire possūt, & ita in impossibil præstatione ab illa pœna liberabitur d. c. cū tu. de vsur. cautionis; vt in l. p vestra; de don. int. vir. & vxo. c. fin. §. illis eriam, de sentent. excom. in sex. facit §. sed hodie, de satisdatio. authot. generaliter, de Epis. & cler. C. nempè si verisimiliter appareat, non posse eum inuenire fideiussores.

Aducitur & in d. c. quanquam idoneam ita demum esse cautionem, si præsentib. adhibitis fide dignis, qui testari vult, prius coram Ordinario loci, aut vices agenti, siue rectore parochiæ, ipsis creditorib. absentibus, stipulantib. illis, vel seruo publico, ita caueant, vel fideiussores, vel pignora dent de satisfaciendo vsq; ad certam quantitatē, si certę sunt vsuræ, & personę certæ, à quibus acceptæ sunt; vel si incerta sit summa vsurarū, expressa aliqua summa in cautione, moderāda eius arbitrio, qui cautionem recipit nomine absentiū; qui non minorem, quàm verisimiliter creditur accepisse, moderari debet: nam si scienter aliter moderaretur minorē, ipse ad satisfactionem residui teneretur, d. c. quanquam; vbi glossa ad verbum, *alioquin*, tradit modum moderandi certam summam, quam Iudex iubeat concludi cautione fideiussionis, vel pignorum in incertis vsuris manifesti vsurarij. Nēpè quòd cōsideret Iudex, qui moderari debet, quanto tempore ille vsurarius exercuit vsuras, quantum nunc habet in bonis, & quantum habebat, quo tempore fœnerari incepit. Ita super hoc considerabitur fama viciniç, & an alias mercationes exercuerit, & an in eis fortuna prosperè cesserit, & an fuerit improb. exactor, an curialis fœnerator, & hæ, & similes circūstantiæ sunt circa hoc cōsiderandæ, & secundum eas magis, aut minus arbitrādum. l. cū oportet, §. 1. de bonis, quę liberis, C. c. hoc videtur, 22. q. 5. hæc ad verbū d. glossa, quæ certè aurea, & quasi scirent cōmodè vti Principes, vel eorum Iudices, & Procuratores, breui ditescerēt: habēt n. Thesaurarios, qui ex illorum pecuniis ferè repentè prodeunt ipsis Principibus ditiores, ex pecuniis principalibus, quas fœnerātur, vel sui muneris causa, sibi illicitis artib. quærunt, in odiū Principū, & in eorū, qui cū Principe negotiū habent, perniciem: vt ecce, Princeps ex emptione specierum, ex seruitiis hominum, & laborib. artificū, obnoxius pluribus est, iubet suo Thesaurario hæc debita soluere; Thesaurarius verò paciscitur, vt tertiam partē retineat, vel quippiā aliud capiat, antequàm satisfaciat, vel palàm, vel artificio proxenetarum, qui consulunt aliquid Thesaurario largiendum, vt suum consequantur, illo iurāte, & testante, sibi nullas esse tunc Principis pecunias, sed de suo erogādum esse. Quid plura? tot artib. vtuntur, vt, vel qui ꝓsequūtur sibi debita, sæpè malint cum illo debitū partiri, q̄ suū adhuc aliud cū debito in ꝓsequutione expēdere: interim ipse fœnerator pecunias Principis sub fœnore mutuatur aliis, segetē metit auream, & tantam, vt paucis annis Crœso ditior sit. Sed cōtra has spōgias, vbi satis plenas videt Principes, & norūt pingues q̄stores, debēt vti cōsilio ꝓdictę glossæ, ad detegenda eorū latrocinia, & depeculationes: & inire secum rationem, quantum hic Quęstor habebat in bonis, dum munus obtinuit Thesaurarij, quātū lucrari potuit ex stipēdiis, q̄ ꝓ illo munere cōcedūtur; quātū aliūde ex negotiatione sua legitima, (si modò ꝑmissū sit ei aliūde negotiari) honestè lucrari potuit sine pecunia Principis: nū successio illi aduenerit, an dos opipara, an donatio iusta aliunde: & demum quantū nūc possideat in bonis. Sicq; subductis, quę habebat, quę legitimè ei obuenerunt, manifestum erit, quòd reliquum patrimonium vel extorsionib. illicitis, vel ex pecuniarum principaliū vsuris, cōflatū possit esse, & rectissimè habere causam, quare spongia illa exprimatur, vt reddat humorem, quem minutim ab hoc, ab illo, & ab omnib. fugit, & ita ad ærarium Princ. redeat, iusta pœna peculatus, & latrocinij inflicta authori. Optimè etiam fieret, si vsurę extortæ iuxta concilia sacrosancta, & superius in restitutione probata, illis, qui dedissent, restituerētur.

14 Dice-

14 Dicemus tamen idoneè cautum esse satisfactione ipsa facta ipsis creditoribus, si ibi præsentes sunt, vel aliis eorum nomine, ex principio d. c. quanquam. Solutione enim eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, §. 1. quib. mod. toll. oblig.

15 Illud etiã animaduertendũ est, quòd etiam data dicta cautione de soluendo vsuras, testamentũ nõ valet, si Notarius rogatus stipulatus fuerit sine mãdato Ordinarij, d. c. quanquam: verũ si tempus non patiatur expectari mandatũ Episcopi, remedium est, quòd ipse Notarius recipiat cautionẽ nomine omniũ, quorum quomodocũque libet interest, aut interesse poterit. Tunc enim ratihabitione Episcopi subsequuta, cõualescet testamẽtũ, p l. fi. C. ad SC. Macedonia. c. ratihabitionẽ de reg. iu. in sex. Bal. cõs. 128. in c. *Cùm quidã*, lib. 3. & sic notauit in specie hac. & hypothesi Ioãnes Dilectus, Durãtes Gualdẽsis, tractatu de arte testandi, & in cautelis vltimarũ voluntatum cautela 7. n. 2. & 3. Dat etiam idem eodem loco, n. 4. & seq. Durãtes, remediũ hæredi instituto ab vsurario manifesto, dicta cautione non præstita: vt testamentum sustinere possit, & hæreditatẽ obtinere: quòd ratione incertarũ vsurarũ à summo Põtifice, seu ab Episcopo loci, aliquo dato in pios vsus erogando, bona hæreditaria impetret, vt per Doctores in c. quam sit, de Iudæis, Pan. cõs. 34. in c. *Attingant*, col. fi. vol. 1. nã non solùm Papa, sed etiã Episc. trãsigere posset super vsuris etiam cum ipso vsurario, vt patet ex l. allegata per Socinum, cõs. 127. col. 4. Quod intelligẽdum puto, si incertę sint vsuræ nemine cõparente, & publicatione facta, qui eas repetat: & quo casu nõ inueniuntur, à quib. extortę sunt, nec heredes eorum: non aliter, vt liquet ex cons. dicto 34. Panor. li. 1.

## CAPVT XV.

### De aliis quibusdam pœnis vsurariorum.

1 *Decima pœna vsurariorum, quod debent expelli intra tres menses alienigenæ: sed num idem in ciuibus, ibidem tractatur, & ratio.*
2 *Et 2. quia sunt malo exemplo incolis.*
3 *Vndecima pœna, quod cedentibus bonis vsurariis, tamẽ repetuntur ab illis quæsitum postea, non habita ratione, ne egeant.*
4 *Potest 12. pœna arbitraria à Iudice ex consuetudine, vel lege imponenda addi.*
5 *Iudex verò ex multis pœnis eam debet eligere, quæ magis timeatur.*
6 *Et pœnas iuris regni imponere.*
7 *Cõtra notarios verò, nulla illis grauior pecuniaria pœna est.* 8 *In Apulia est publicatio bonorum.*
9 *Alia pœna ex cõstitutionib. imperij.* 10 *In Gallia alia.*
11 *Contra Notarios contractus vsurarios conficiẽtes alia.*
12 *Sed quæritur, num contractus vsurarius per omnia vitietur in omnibus: & diuersæ sententiæ, & rationes adferuntur.*
13 *Pœna 13. vsurariorum manifestorum, mors æterna.*
14 *At decimaquarta disputat num manifestus vsurarius possit dari pro idonea cautione, quando talis danda est.*

1 DEcima pœna, quòd iuxta cõcilium Lugdunẽse debent expelli manifesti vsurarij alienigenæ, & alij nõ oriundi ex locis intra 3. menses, pœnis etiã cõstitutis in eos, qui eos paterentur, vel eis locarent domos, excõicationis, vel interdicti Ecclesiastici. c. 1. de vsur. in sex. & plenius diximus suprà in pœna 3. Cõstitutio illa Lugdun. de alienigenis, & nõ oriũdis, loqtur de vsurariis manifestis tantũ, & expellendis, nõ de indigenis, q oriũdi sunt ex locis, vbi habitant. ad quos nõ extẽditur illa constitutio. vt gl. notat in d. c. 1. ad verbũ, *alienigenas*, & Guilicl. Garne. & Franc. Io. Monac. sunt tamẽ indigenę manifesti vsurarii aliis pœnis puniẽdi, vt ibidẽ dictum, cõtrà atque dicunt appellatione alienigenarum, aliunde oriundos, quamuis ciues, & habitatores fiot ciuitatis vbi vsuras exercent. Oriundus tamen dicetur ex ciuitate, qui quidem in ipsa ciuitate natus nõ est, verum qui ex vico ciuitatis ortus est. l. qui ex vico, ad municipales. ff. vel si pater ex ea ciuitate natus fuerat, l. assumptio, §. filius, eodem tit. ad municip. lege 1. l. filios, de municip. & origin. lib. 10. C.

Quæ autem sit differentia inter ciuem, municipem, aduenam, & incolam, traditur in l. 5. ad municip. ff. l. ciues, de incolis, lib. 10. C. l. pupillus. §. incola. §. aduena, de verb. sign. l. 1. de Latina libert. tollen.

Ratio diuersitatis, cur potius expellantur fœneratores alienigenæ, quàm incolæ, prior videtur; quòd extranei per vsuras possunt exhaurire loca diuitiis, & transferre pecunias aliò, vnde maius malum oritur reipublicæ.

Et fœnerantes incolæ, quamuis æquè inferant damnum per vsuras suis, tamen remanet pecuniæ in loco. dehinc 2. magis crudeliter extranei, & alienigenæ solent fœnerari, qui nullo, vel exiguo proximitatis, vel amicitiæ vinculo coniuncti, cum ciuibus viuunt, quàm incolæ, qui non possunt ita esse truces in contribules, & eu riosius exercent vsuras.

2 Tertiò potest esse ratio, quòd isti vsurarij sunt malo exẽplo incolis, & facilè imitari possent vitia eorum, ideo expelli debẽt, vt morbosum pecus, antequam magis inficiãt vulgus. Et de via publica cautũ est, ne quid in eam cadauerosum, vel immundũ proiiciatur, l. vnic. de via publica, & si quid in eo factum esse dicatur, lib. 43. ff. tit. 10. Neq; in loco honesto debẽt videri turpes, & inhonestę personę, vt ait Theodosius Imp. in l. si quæ in publicis, 4. de spectacul. & scen. li. 11. C. tit. 40. Et qui turpes personas, & infames, veluti lenones, & meretrices in domib. suis hospitio suscipiũt, & domo nõ excluserint, priuantur domo, ea proscripta, secundum Nouell. Iustin. de lenonib. §. præmisimus. Atque tandem, quæ sunt mali exempli, sustineri non debent, quamuis res non sint per se malæ. l. si quis. §. qui abortionis, de pœn. ff. l. obseruandum est, de Iudic. ff. l. exemplo, ca. de probat. multò magis, cum ipsę malæ, vt sunt vsurę.

3 Vndecima pœna est, quòd quamuis vsurarius bonis cedat, si ad pinguiorẽ fortunã peruenerit, nihilominus teneatur pro restitutione vsurarum, etiam non habita ratione eius, si egeat, licẽt hoc beneficium detur pro aliis debitis cessionario, vt in post cessionem quæsitis, teneatur tantum deducto ne egeat. l. is qui de cession. bon. ff & sic in specie vsurarij decidit gl. ad ca. cum tu manifestos vsurarios, 5. ad verb. facultatibus, de vsur. diximus de hac cessione plenius suprà hoc lib. 3. c. 6. n. 4. 5. 6. 7. & sequentib. vsque ad finem cap.

Duodecima pœna potest esse arbitraria, à Iudice tã laico, quàm Ecclesiastico, qui de vsurariis manifestis cognoscit, imponenda vltra pœnas. ca. quia in omnibus, de vsu. vel à consuetudine, vel lege vsurario imposita. Robert. Marantha disput. 5. incip. *fiscales Iudices*. Pet. Phil. Corn. cons. 19. vol. 3. Iam enim resolutum sine controuersia est, vsuras exercere, esse crimen, & peccatum contra diuinam, & humanam legem. Cle. 1. §. fi. de vsur. c. 3. c. super eod. 4. c. consuluit, 10. eod. tit. de vsur. apud Greg. & numeratur inter criminum titulos ille, libr. 5. Decretalium, post titu. de furtis, & contra vsurarios in modũ criminis publici posse inquiri per inquisitionẽ Iudicis generalem ex fama, & per accusationẽ, rescriptum in c. cum in diœcesi. 5. de vsur. vnde sequitur, impunitũ crimen esse nõ debere: sic enim interest reipublicę, ne remaneãt crimina impunita, l. ita vulneratus, ad l. Aquil. ff. & crimen, & peccatum etiã in hoc sæculo debet puniri criminaliter, c. peccatũ, de reg. iur. in 6. felici. ad c. testimonium, de testib. Et ita expedit etiam, ob frequẽtiam vsur. vt pœna exẽplari sumpta, alij deterreantur. Maximè cũ pœnæ Lateranensis cõcilij ad

restitutionem tantum extorquendā, & ad compellendos ad illam vsurarios pertineant, ne vltra ad aliā pœnam progrediantur, c.cum tu, de vsur. relictis alijs arbitrio moderatorū reipublicę, quę lęditur per hos publicos vsurarios, facta societate difficiliori ciuili per vsurarum voraginē. Ordinarij & iuris est, vt crescente multitudine delinquentiū impudenter, crescentéque audacia, exacerbentur pœnæ, l. aut facta, §. fi. de pœn. ff. l. 1. de abigæis. ff. l. 3. C. de episc. aud. iuncta gl. l. hodie, de pœn. ff. vt saltem alij formidine pœnæ cessēt ab extorquendis vsuris, d. l. aut facta, §. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pœn. ff. l. 1. C. ad l. Iul. repet. l. si operis. C. de pœn. l. quicunque. §. quod si fecerit, C. de hæreti.

5 Quare Iudex vsurariorum debebit cōsiderare pœnas, quæ magis timeātur; per quas citius reuocari possint delinquentes à crimine committendo, vt explanat glossa magna in c. licèt, de pœnis. textus, in c quoniam frequenter, & ibi glo. in verb. *magis timeri*; vt lite non contest. gl. ad c. de causis, ad verb. *certa*, in fine, de offi. deleg. Felin. & Panor. nota. 3 ad c. irrefragabilis, §. cæterum, de off. ordin.

6 Poterit itaq; Iudex probatū manifestū vsurariū, & maximè extra permissionē, seu regulam Principis fœnerantē, vel pœna prohibitionis fœnerandi, si qua in edicto Principis cōstituta est, plectere: vel si nulla adiecta est, arbitria; si modò habeat potestatē mulctandi, & iurisdictionē sufficiētē. qualis est senarchis, & senatui, obseruata rubrica de modo mulctarū quæ à iudicib. inferūtur, lib. 1. C. tit. 5 4. Nā omnis, qui delinquit cōtra prohibitionem legis, debet puniri pœna arbitraria, quando lex non statuit certam, secundum gl. & Barth. ad l. nemo Martyres, C. de sacros. Eccle. glo. ad Clem. 2. ad verbum *sanctionis*, de vita & honest. cler. Alex. in additionibus ad Barth. ad l. hodie. de pœnis, ff.

7 Porrò contra auaros, & vsurarios, vix posset dari grauior pœna, quàm in pecunia, pro qua tam solliciti sunt; vt in eo, in quo peccarūt, mulctentur: plus enim metuunt de amissione pecunię, quàm de salute, & dāno propriæ salutis æternæ, quam contemnunt amore pecuniæ; & ideo obdurescunt pœnis spiritualibus potius, quàm emendantur: imò & plus coaceruationi, & retentioni pecuniæ, & conseruationi student, quàm propriæ vitæ, quam inedia, & nuditate torquent, & conficiunt, vt integros nummos possint conseruare.

Puniendi ergo erunt in ea pecunia, quā magis charam habent: & mulctę infligendæ maiores vel in opera pia, vel in ærarium Principis applicandæ.

8 Refert Robertus Marantha Venusinus in disput. 5. nu. 12. quòd per constitutionem regni Apuliæ, irrogatur vsurariis manifestis pœna publicationis bonorū.

9 In cōstitutionib. imperij de vsurariis cōtractib. in articulis Augustanis, an. 1500. & posteà anno 1519. & an. 1548. ꝑmulgatis, cōtractus vsurarij prohibiti, & reprobati, & mandatū supremis, medijs, & infimis Iudicibus, ne super talib. cōtractibus iudicent, vel executionem faciant, & vsurariū ipsum amissione quartę partis sortis mulctent, vt refert Andręas, Gail. lib. 2. practicarū obseru. obseruatione 4. nu. 1. & obseru. 5. num. 6.

10 In Gallia tamen obseruandum est, illam exceptionem vsurarij instrumenti non impedire interim executionem literarum obligatoriarū sub sigillo Regio, quę non constantibus exceptionibus interim mandātur executioni: quia habent executionem in quacūque regni parte paratam, ex constitutione Francisci I. Regis, publicata anno 1539. art. 65. atque ideo Rebuffus, tract. de literis obligatoriis, in commentariis constitutionum Regiarum art. 2. nu. 21. notat, non impediri harum executionem, etiamsi instrumentū peteretur cancellari, & retractari tāquam vsurariū: quia adhuc per modum prouisionis, vt ait praxis, lite pendente, executioni demandaretur, consentit Ang. & alij ad l. 4. §. cōdemnatum, de re iudic. ff. Bald. in l. vni. ne liceat tertiò appella. C. Soci. cons. 79. inci. *Licèt pēdeat*, in 3. vol. quæ sententia seruatur in praxi, vt notat prædicto loco Rebuf. licèt Bal. ad l. cōsulta, C. de testam. dicat IudicēEcclesiasticū posse inbibere, ne lite pendente super vsuris, instrumentū exequatur quis vt & Imola ad c. cum in iure, de off. dele. obtineret tamē eorū sententia, si vsura esset patens in instrumento, seu si ex ipso appareret, vt ait Pan. ad c. cum olim, de censib. aut manifesta sanè, vt loquitur Barbatia ad c. si diligenti, col. 6. de foro cōpet. Aliter exceptio opposita instrumento obligatorio, vsurę nō notorię, nō impediet cōdemnationem, quominus fiat per modum prouisionis. Matt. de Afflictis, decis. 40. *fuit dubitatū*, & seq. & super vsurę cognitione remittetur causa ad Iudicem Ecclesiasticū, vt scribunt interpretes, ad c. cum sit generale, de foro cōpet. Cle. dispendiosam, de iudiciis. Quod tamen, inquit Rebuff. vix Regij Iudices, quos vocat Regales, si inter Laicos agatur, faciunt. Si in instrumento apponatur, quòd debitor iurat soluere vsuram, verbum illud *vsuram* inficit contractum, ita vt non sit opus dispensatione vlla iuramenti, vt notat Andræas Siculus Barbat. ad leg. cum acutissimi, C. de fideicom. Guido Papæ. decis. 216. incip. Item fiunt, num. 3.

11 Proxima pœna ad Notarios pertinet, qui recipiunt contractus vsurarios, apud d. Gall. obseruatio. 4. n. 1. vt qui huiusmodi instrumenta vsuraria cōficiunt, periurium committant: ideo officio cadant, & infamia notentur, vt dum alia vetita instrumenta conficiunt, vel de vetitis pœna falsi, in l. iubemus, §. fi. de testa. C. & alijs pœnis c. 1. §. callidis, vers. scriba, de prohibit. feud. alie. per Feder. c. si aduersus, de hæret. & ibi Fel. Ludo. Roma. Singu. 385. n. 3. inci. pone q. & Hippol. de Marsil. sing. 181. o 4. incip. mandans fieri, vt pœna exilij in l. iubemus, 14. §. his tabellionibus, de sacr. Eccle. C. punitur Notarius faciens instrumentum de actu iure reprobato, Panor. ad c. 1. n. 7. de fide instru. per d. l. Iubemus, de sacros. Eccles. in §. sanè.

12 Sed hinc oritur quæstio quotidiana, & vtilissima cognitu, num tales contractus vsurarij omnino vitientur, & sint nulli prorsus?

Et prior sententia est, esse nullos in omnibus, vt nihil sequatur ex illis; quia lege probibente facti sint, per l. non dubium, C. de legib.

Sicque constitutiones probibentes vsuras statuunt, vt cōtractus nullius valoris sint inefficaces, vt non obligatorij. Et verba illa, *cassantes, irritātes* & similia, actum ipsum iure ipso nō valere significant, vt in l. Iubemus in 1. §. sanè, de sacr. Eccl. C. c. Inter cętera, & ibi gl. ad verb. *irritum*, de pręb. gl. ad Cle. 1. ad verb. *inhibēte*, de iure patr. Cúmque huiusmodi verba ponantur pro forma, actus non seruata forma, non valebunt, c. quia ꝓpter, de elect. l. cum hi, §. si prætor, de transa. ff.

Deinde facit auth. ad hæc, de vsur. li. 4. C. tit. 32. vbi si quis præter vsuras præmissas, ibidem aliquid acceperit, ab actione cadat omnimodo.

Alia sententia est, pactum vsurarium non vitiare cōtractum, licitum alioquin, sed ipsum solum vitiari, & ita iudicatum Gallus, in camera imperiali per assessores, tradit ꝓdicto li. 2. obseruat. 4. n. 6. & 11. & obserua. 5.

1. Quia vtile per inutile non vitiatur, maximè, si inutile separari possit, etiam in contractib. l. 1. §. sed si mihi de verb. obli. c. vtile, & ibi Dyn. de reg. iu. in sex. quemadmodum donatio sine insinuatione facta non vitiatur omnino, sed in quantum superat quantitatem, quę non indiget insinuatione, l. Sancimus, §. 1. C. de donat.

2. In ipsis vsuris statutum, vt si supra legitimā taxationē, quę adhibita est certis negotiis, & psonis, promissæ fuerint, tantū illicitè adiectū pro nō adiecto habetur, remanēte tamen obligatione intra licitam quantitatē permissam, l. pecunię, l. vsuras, l. placuit, de vsur. ff. l. eos, §. si quis autem, C. e. ti. l. si pro mutua, C. si cert. pet.

3. Inutilis stipulatio adiecta vtili obligationi, putà

emptio

emptioni,mutuò,non impedit, quominus actio ex vtili cōtractu oriatur,l.si quis stipulatus, §.Chrysogonus, de verb.obh. proinde quāuis pactum vsurarium nullum sit, non ideo minus mutuum suum consequitur creditor, & si vsuras acceperit indebitè, computabit in sortem,per c.1.& c.conquestus,de vsur.l.3.§.1.de annuis lega.ff.cum simılib.

4 Paria sunt pactum non adiici,vel adiici inutiliter, l.quoties, qui satisda.cog. & proinde, pactum vsurarium adiectum mutuovalido,inutiliter adiectum pro non adiecto habebitur,& ipsum solum vitiabitur, nō autem vitiabit mutuum, vel aliam licitam dispositionē,vt in l.1.§.1.si vsusfr.peta. ff. & ibi gl.ad verba, *hoc adiectū*,Iaś.ad auth.ingressi,n.30.& seq.de sactos.Eccl. Bald.ad l.si paterfamilias,in 1.num.de adop.ff. Imola latè ad c.cum Martinus Ferrariensis, n.40.de constir.

Cæterum arbitrarer ego distinctione apertiori vtēdum. Nam aut dicimus contractum vsurarium, aut pactum adiectum contractui tantum esse vsurarium, aut contractum iniquum, & reprobatum à iure. Si contractus sit per se vsurarius, certè nullus omnino est,& ita obtinet prima sententia exempl. in c.illo,de pign.c.ad nostram,de empt. vbi fictus ipse contractus est emptionis,& vsurarius, & talis nullus declaratur, nempè quòd non sit emptio,sed mutuum.

Idipsum dicendum,si cōtractus principalis iniquus, vt vsurarius,aut prohibitus sit iure.Nam tunc is,& ea omnia pacta ei adiecta,nullius sunt momenti, sed res habetur pro infecta,& accessoria corrunnt quoque, iuxta l.non dubium, C. de legib. & ita loquitur auth. ad hæc,de vsur.facit regula l.cum principalis, de reg. iur.ff.c.accessorium,eo.ti.in sex.l.& quia,de iurisd.om. iud.l.3.§.si seruus,de pecul.ff.l.1.& 2.de peculio lega.

Quod si dicamus pactum vsurarium tantum esse, quod adiectum est conuentioni nō illicitæ:secundam dicimus sententiam veriorem,vt non vitietur contractus principalis, si separari possit: sic enim pacta sunt veluti accidentia, quæ possunt abesse sine corruptione substantiæ,cui adhærent. Atque Papinianus ait,in l.pacta conuenta,72.de contrah.empt. ff. pacta, quæ circa adminicula,& accessiones contractus fiunt,non inesse cōtractui,neq; mutare eius substantiam: cōtrà, si adderēt,vel diminuerent de substātialib.cōtractus.

13 Decimatertia pœna, est mors æterna, quam in eo peccato morientes incurrunt,tanquàm mortui in peccato mortali, Ezechiel c. 18. vita æterna priuatur, & Psal.14.dicitur,quòd non ingredietur tabernaculū vsurarius.In c.1.de vsuris,in sex.dicitur vsurarū vorago, quæ animas deuorat,& facultates exhaurit.Hinc, *vsura vorax auidúmque in pectore fœnus*,apud Lucanū. Dedimus & suprà li.2.c.1. n.20. exempla maledictionis in vsurarios,& inde causas seditionis dari:& n.21. ostēdimus parum durabiles opes ex vsuris conflatas, & 22. narrauimus pœnas vsurariorum mortuorū in corpora eorū per dæmones illatas.Notat & gl.ad Cle.vnicā, §.fi.ad verba, *nō esse peccatū*, perinde malè sentire, qui dicunt non esse peccatū,nec restituendas vsuras, & illos qui asserunt restituendas quidem : sed quòd sicut mutuum commodatum,depositum recipiēs, facta restitutione,ad quam obligatus est,non pœnitet:ita vsurarius,facta restitutione vsurarum, pœnitere nō tenetur.Ná hoc est(inquit)falsum, quia obligatus restitutioni ex delicto,furto,vsura,rapina, vel simili modo,etiā post restitutionē debet pœnitere.c.sicut dignū,§.eós de homicidio,c.fi.de furtis,c.2.de raptor.ca.si quis domū de iniuriis : videndus Hostiensis in summa de pœnitentiis,col.vlt.vers.*sed nūquid sufficit*,& sequentibus.

14 Decimaquarta pœna, quòd quando agitur ; vt quis teneatur præbere bonam,& sufficientem,seu idoneam cautionem, vsurarius etsi diues non possit talis dici, vel sufficiens, si manifestus, aut vt talis condemnatus sit, quia improbus censetur ex l. improbum fœnus,ex quib.caus.infa.irro.C.& ibi Bald.& Salic.cōtrà in occulto,vt ait Ioannes Campens.in tract.super statuto,de consensu præstando consang.in fi. Verùm hodie,vbi corrupti sunt mores,vix recusaretur vsurarius diues,& potens.vt refert Rebuff.in Commentariis ad ordinationes Regias,tomo 1.tract.de sententiis executoriis non obstantibus oppositionibus, art. 1. glos.16, num.20.

FINIS.

# INDEX
# NOTABILIVM IN EXPLICATIONE
## PROOEMII DECRETALIVM, ET TITVLORVM DE SVMMA TRINITATE, & de Constitutionibus.

D



E



Electio

*F*



*G*



*H*



*I*



*L*

M



N



O



P

Q



R



S

DVORVM

# DVORVM LIBRORVM
## DE RESCRIPTIS
### INDEX.

Cuius numerus primus indicat librum, secundus caput, tertius numerum capitis, r titulum de Rescriptis.

Benefi-

D

Dolus,

*Fratres*

*Legis*

Parrisi-

Q



R



Rescri-

Signatu-

INDEX

# RERVM NOTABILIVM ET VERBORVM TRACTATVS DE ELECTIONE.

Cuius prior numerus significat caput: secundus, numerum in capite: litera verò c. significat tractatum de Electione.

B



C

# INDEX
# RERVM MEMORABILIVM
## PRAELECTIONIS C. CONQVERENTE DE OFFIC. ORDIN.

Cuius prior numerus, capitum est: secundus, numeri capitis: litera verò o. significat cap. Conquerente de officio ordin.

Q



R



S



T



V

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM
## MEMORABILIVM QVAE CONTINENTVR
### IN TRACTATV BENEFICIORVM: CVIVS

numerus 1.caput:numerus 2.numerum capitis sub quo inueniantur, significat.



Beatus

D



E

F



G



Gallia

Patrimo

Sacerdotis

T

INDEX

# EORVM QVAE ANNOTANTVR AD TITVLVM DE SPONSALIBVS,

## CVIVS PRIMVS NVMERVS, INDICAT Rubricam vel caput : secundus, notam capitis.

Murena

*T*



*V*



*Virginitas*

# RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM TRIVM LIBRORVM DE VSVRIS, CVIVS PRIOR NVMERVS SIGNIFICAT LIBRVM: SECVNDVS caput libri; tertius, numerum capitis.

F



G



H

N



O



P

Finis Indicis rerum & materiarum librorum de Vsuris.